[illegible]

DICTIONARII SEV REPERTORII MORALIS

PETRI BERCHORII PICTAVIENSIS ORDINIS DIVI BENEDICTI,

Pars Tertia.

Quæ dictiones ferè omnes sacræ Theologiæ studiosis, ac verbi diuini concionatoribus vsui futuras, locorum communium instar, alphabetico ordine complectitur, earumq́; significationes moribus quàm optimè accommodat.

Hoc opus quod iam vetustate consenuerat noua hac editione nostra in communem sacræ theologiæ studiosorum gratiam restituimus, & ab erroribus quibus redundabat, expurgauimus.

Duplicem apposuimus Indicem, alter dictionum seriem indicat, alter verò ea quæ in vnaquaque dictione pertractantur, breuiter demonstrat.



VENETIIS,

Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

M D LXXXIIII.

ORDO ET SERIES DICTIONVM QVÆ IN HOC TERTIO DICTIONARII.

Volumine continentur.

Ordo & series Dictionum.

FINIS.

INDEX EORVM QVAE TERTIO HOC DICTIONARII volumine continentur.

pruriunt carnaliter,ambiunt inaniter &c.ibi.b.
Perſona,perſonarum acceptio.perſona.i.indiuiduū vel ſuppoſi tum,& ſumitur cōiter pro homine ſeu ſtatu certo &c.a.
Perſonare.vide ſonare ſonus.
perſpicere.vide reſpicere,aſpicere.
Perſuadere.vide inducere,monere,ſuadere.
Perteritus.vide terror.
Peruenire.i.perfecte ſeu completè venire, ſeu terminū ad quē ſtui pertingere &c.a.
Peruenit iuſtus ad terminum conuerſionis.ſ.pniæ.ibi.a, peruenit iuſtus ad terminum perfectionis virtutum, peruenit iuſtus ad terminū ſolutionis.ſ.mortis.ibi.b,& peruenit ad terminum ſaluationis.ſ.gloriam paradiſi.ibi c.
Peruenire vero in malo ſignat impios perſeuerando in malo vſq; in finem,nam perueniunt ad altos dignitatum ſtatus,lætos voluptatum cultus,duros miſerorum quæſtus, & diros tormentorum æſtus.ibi.d.
Perueniunt res ſpirituales ad diuerſos diuerſimode,nam q̄dam perueniunt ad deum,quędam ad iuſtum,& quædā ad impiū &c.ibi.e.
Peſtilentia,peſtis,peſtilentia generatur ex aeris diſtemperantia ſeu corruptione,& accipitur pro culpa criminali, pro pœna temporali,& pęna ęternali a.
Peſtis quædam interior cordialium iniquitatum,quædam exterior temporalium aduerſitatum,& quædam poſterior infernalium pęnalitatum &c.ibi.a.
Petere.i.rogare,requirere vel ſupplicare a.
Petitio quædā vana & fruſtratoria hoīum peccatorum, quędā mala nocitoria hominum infirmorum, & quędam ſancta & neceſſaria hominum perfectorum &c.ibi.a.
petere a dn̄o debemus veniā & redemptionem,gratiam & deuotionem,gloriā & ſaluationem, viam & directionem &c.ib.b.
Petra ſignificat tam in bono quam in malo a.
Petra ſignat mundi tribulationē,ſignat mentis indurationē.ibi.a,ſignat inferni flagellationem,& conſtantię roborationem, & pęnitentię macerationem,& Chriſti virtutem & perfectionem &c.ibi.b.
Petrus a petra dr̄,inde Petrus quaſi firmus,dictus cęphas quod eſt caput, dictus ēt Symon quod eſt obediens,& dictus bario na quod eſt filius columbæ aut ſimplicitatis,primo piſcator tandem Chriſti imitator &c.ſignatq; prælatum ſiue virū per fectum &c.a.
Petrus habuit ſagacitatem & diſcretionem,humilitatem & ſubiectionem,reputationem atque famoſitatem, compaſſiōem & pietatem, contemplationem & ſubtilitatem,& ſequentia per longum ibi.b.
Phiala.vide in f,fiala.
Pice fabula &c.vide aduocatus c.
Pietas.vide miſericordia &c.a.
Pietas quędam erga genitores.ibi.a,quędam erga pauperes,& quędam erga peccatores.ibi.b.
Pigmęi an homines ſint vel non &c.parum e.
Pigmæi pugnant cum gruibus &c.præuenire.b.
Pigritia ſeu accidia ſeu languor ſeu torpor animi impediens exequi bonum opus &c.a.
Pigritia ſolet cordium timorem comitari,ſolet membrorū vigorē eneruare.ibi.a,ſolet pigritiam feruorum mentiū excitare,& virtutum valorem extirpare ibi.b.
Pignus eſt illud quod creditori a debitore pro debito vſq; ad ſolutionem aſſignatur &c.a.
Pignus quoddam precioſum cum diligentia cuſtodiendū.ibi. b. quoddam precioſū cum vigilantia expugnandū, & quoddā anxioſum,cum dulci venia relargiendum ibi.b.
Pingere,pictura,vide pulchritudo & varietas.
Pilatus fuit præſes ſeu prætor Romanus,ſub cuius dn̄io chriſtus occiſus eſt,ſignatq; tyrannos ſeu peruerſos iudices ſub quib.iuſti fallaciter accuſantur,procaciter diffamantur, debiliter defenduntur ſcurriliter illuduntur &c.a.
Pilus,pili naſcuntur a carne de ſuperfluo alimenti, & dati ſunt nobis a natura.a.
Pili exiſtentiæ virtualis qui corpus defendant a frigore & vento.ſ.virtutes ibi.a,pili opulentię temporalis.ſ. diuitiæ exteriores & temporales.ibi.b,pili peſtilentiæ criminalis.ſ.exteriores apparentiæ.ibi.c,& pili peſtilentię criminalis.ſ.affectiones carnis,& vitia &c.ibi.d.
Pincerna eſt ille qui adminiſtrat vinum.vide vinum & miniſter.
Pinne piſcis proprietas &c.ſeductio a.
Pinneæ arboris proprietas &c.aperite b.
Pinguis,pinguedo ſumitur in bono & in malo a.
Pinguedo quædā gratiæ,quæ vnit & ligat per dilectionem.ibi.a, quædam nutrit & rigāt per deuotionem.ibi.b,quā mollit, & humectat per compaſſionem,& quædam linit & delectat per ſaluationem &c.ibi.c.
Pyonitis lapis qui ab alio impregnatur &c.prægnities a.
Pyraulis vermis proprietas &c.pergere c.
Pyrenei regis fabula &c.corruere c.
Pyritis lapidis proprietas &c.aduentus q.
Piſces in ſcriptura diuerſimode ſignificant a.
Piſces ſignant viros perfectos & virtuoſos,nam ſunt aqueæ cōplexionis per gratiarū irrigationē.ibi.a.ſunt vigiles per prudentiā & diſcretionem.ibi.b,ſunt communes per concordiā & dilectionem.ibid.c.
Piſces ſignant viros infectos & vitioſos propter mollitiem carnalitatis,ingluuiē voracitatis,acutiē mordacitatis, & perniciē cupiditatis,ſignant viros mortales & fluxuoſos,& ſignāt viros pœnitentes & luctuoſos &c.ibi.d.
Piſcina eſt congregatio aquarū artificialiter facta ad aquandū & mundificandum,ſeu ad lauandum,ad refrigerandū & delectandum,& ſic piſcina quædā eſt ſcriptura vel ſapientia,qua iuſti mundantur,atq; quædam eſt iactura vel peſtilētia,qua mali lætantur &c.a.
Placare placabilis.placare eſt aliquem de irac dia ad tranquillam pacem animi reducere.
Placatio quædam ſumme procuranda.ſ.dei irati,nam deus placatur pęnitentis veris doloríb.ibi.a,placaē deprecantis pijs ſermonib.ſeu deuotis precib.placatur offerentis iuſtis munerib.& placatur obſequentis debitis ſacrificijs & hoſtiis.ibi.b
Placatio quædam cito maturāda ſeu acceleranda,qua placatur iuſtus in ſe delinquēti,quædam platio cautē formidāda,qua placatur mundus ipſum diligenti,& quędā ſanctæ refutāda, qua placatur diabolus ipſum adoranti &c.ibi.c.
placere,placent aliqua alicui,quia aut ſunt vtilia,aut delectabilia,aut honorabilia,cum nihil ſit placidum niſi ſub ratione boni &c.a.
Placentia laudabilis & meritoria qua homo ditatus gratijs & virtutib.deo & hoīb.fit placidus & acceptus.ibi.a,ſicq; placere deo volentes habeant conſcientiā formoſam, & redolētiā famoſam ibidem.b.habeant influentiam fructuoſam,atq; efficaciam vigoroſam,vel permanentiam virtuoſam ibi.c. & habeant apparentiam gratioſam ibidem.d.
Placentia in malo qn̄ hoī placent vitia & peccata vel mūdi bona,ſicque placent bonorum perſecutiones,malorū garrulationes, & verborum adulationes.ibi.e.
Plaga eſt læſio proprie loquendo ſeu nocumentum in corpore aīalis cum carnis diuiſione, & in ſcriptura multis modis ſumitur &c.a.
Plagæ quædā venerandæ cum reuerentia.ibi.a,quędam tollerādæ cum patientia.ibi.b, quædam cum diligentia euitādę. ibi.c,& quædam cum vigilantia formidandæ.ibi.d.
Plangere,planctus plangere eſt dolor cordis per vocem exterius declaratus,& ſunt multa genera planctuum &cæ.a.
Planctus quidam virorum pµium,& alijs fieri debet cum cordis perturbatione,cum oris reſeratione,cum carnis maceratione &c.ibi.a.
Planctus quidā virorum condolentiū ſeu compatientium,ſicq; eſt compatiendum Chriſti vulnerib.fratrum ſcelerib.noſtri doloribus,& aliorum męroribus.ibid.b.
Planctus quidā virorum contemplantium & affectantium, & planctus quidam virorum deſperantium &c.ibi.c.
Planetarum ordo & proprietas,ordo a.
Planus,planities,in bono ſumitur pro fidelitate, benignitate, charitate,& quacunque facilitate,in malo vero pro mundi proſperitate &c.a.
Planities quædā cordium,quædam geſtuum.ibi.a,quædā actuū quędam fatuum locutionum & affatuum,& quædam ſtatuū diuitum,pauperum & beatorum &c.b,
Plantare,plantatio proprie pertinet ad arbores, transferri tñ ad alias res &c.& ſumitur in bono & in malo a.
Plantati quidam & radicati per gratiam & ſtabilitatē, quidam per gloriam & ęternitatem,quidam per malitiā & proteruitate,& quidam per opulentiam & proſperitatem.ibi.a.
Plātati viri iuſti in fide & morib.profundantur inferius per infernì meditationē.ibi.b,vegetantur interius per gratiæ irrigationem.ibi.c,fęcundantur exterius per operum procreationē,& eleuantur ſuperius per virtutum cumulationē. ibi.
Platea,plateę ſunt loca villarū vel ciuitatū domib. vel alijs rebus& impedimentis vacua,ad ſpatium ordinata &c.a.
Platea quædam ſpiritualis & fructuoſa.ſ.ſtatus eccleſiæ vel religionis,nam ibidem eſt locus amoris & dilectionis,humoris & deuotionis,honoris & prælationis,dulcoris & erogationis &c.ibid.a.
Platea quā ſupernalis & gaudioſa paradiſi, nā ibidem eſt locus tutus ad habitandū,gratus ad frequentādum,altus ad honorandū,clarus ad delectandum, & alia plura ibi.b.

Platea

ris,& est multiplex &c.ibi.b,& quædam vani peccatoris.ibidem c.
Portus est ille locus in quem de maris periculis exitur ad terram &c.a.
Portus multiplex.s.luctuosus singulorū,spatiosus perfectorum fructuosus beatorum,lubricosus mundanorum &c.ibi.a.
possidere,possessio.possidere,i.tenere vel habere, possessio vero i.habitio vel rei per dominium iusta retentio &c.a.
Possessio in bono qdam virtualis.ibi.a,quædam spiritalis.ibi.b. quædam supernalis, in malo vero criminalis.ibi.c,quædam temporalis,& quędam infernalis.ibi.d.
Post,postea,posterius.post & posterius significant vltimas rerū partes,signantq; in bono & in malo in scriptura a.
Posteritas quædam humilitatis.ibi.a,quædam prosperitatis q̄dam mortalitatis,quædam aduersitatis,quędam fœlicitatis, ibidem b,quędam dentatis,ibidem c,& quędam iniquitatis & cætera ibi.d.
postquam semper denotat aliquod præambulum,& est coniunctio casualis vel rationalis &c.a.
Postq̄ ptinet ad iustos,& sic erit interior affectio vberior, Christi passio interior culpę abstersio,seuerior iuris editio syncerior mentis perfectio & sequentia.ibi.b.
Postquam etiam pertinet ad iniustos multiformiter.ibi.c.
Postis accipitur pro cardinib.seu illis grossis lignis in q.b. portatur & sustinetur ostium,&c.a.
Postes quib.ingredimur in ecclesiam.ibid a,postes per quos intratur in conscientiam seu in cordis aulam.ibi.b,postes quibus intratur ad sapientiam,& postes quibus intratur ad cœli curiam.ibi.c.
Postulare.i.requirere orare,poscere,petere,vel rogare &c. a.
Postulatio quædam hoium iustorum, nam postulant pietatem & remissionem,claritatem & cognitionem,honestatem & pfectionem,humilitatem & subiectionem &c.alia.ibi.a.
Postulatio quędam hoium stultorum,mundanorum, nam petunt scias seculares,diuitias temporales, eminentias populares diuitias corporales.&.alia.ibi.b.
Postulatio quędam hoium prauorum seu iniquorum,qui postulant crudelia & iniqua,mortem & rapinam &c.ibi.c.
Potus,potare potus multipliciter in scriptura sumitur tam in bono quam in malo a.
Potus in bono quidā refrigeratiuus gratię & deuotionis,quidā inebriatiuus doctrinæ & instructionis,quidā tristificatiuus pęnitentiæ & amaræ compunctionis &c.ibi.a.
Potus in malo quidam gulositatis laxatiuus,quidā iniquitatis turbatiuus,quidam prosperitatis induratiuus & alia.ibi.b.
Potentia,potestas est fortitudo corporalis,vel gradus & eminētia secularis,signatq; bonum & malum &c.a.
Ptās q̄dam diuina admirabilis,quia loco nō coarctatur,termino non limitatur,tempore non mutatur,& opere non fatigatur.ibi.a,nam dei potentia habet singularitatem valde mirabilem.ibi.b,habent generalitatem valde notabilem, durabilitatē interminabilem,& liberalitatem inæstimabilem.ibid. c.
Ptās quædam humana,& illa sumitur in bono & in malo. ib.d.
Paruus,prauitas.prauus.i.peccator,& praua inutilia seu nociua sunt peccata &c.a.
Praui dicuntur qui habent prauas cogitationes seu machinationes.ibi.a,praui etiam qui habent prauas prolocutiones, prauas operationes,& prauas prosecutiones.ibi.b.
Præsumitur pro vltra,super,propter,ante,& valde &c.a.
Præ ad deum refertur,quia præcellit honore potenti , decore decenti,dulcore patenti,& splendore nitenti.ibi.a.
Præ refertur ad iustos,nam habent pręstuporis admiratiui ,liquoris,delectatiui ardoris inflammatiui &c.ibi.b.
Prę refertur ad impios,quia habent præ fragilitatis, cupiditatis,ebrietatis,diuersitatis.& alia.ibi.c.
Præbere,dare,pręstare,vt in plurimum idem significat a.
Præbet deus credentibus constantiam,metuentib.concordiam, diligentibus sapientiam,prosequentibus gratiam. & sequentia.ibid.a.
Præbet iustus vestimentum frigescentibus,alimentib.famescentib.documentum ignorantib.& iuuamentum patientib.& p̄bet stultus crudelitatem & violentiam,proteruitatem & insolentiam,iniquitatem & iniustitiam,carnalitatis atq; immunditiam.ibi.b.
Præcellere.i.valde excellere.vide melius,bonitas,valor, eminētia,pręrogatiua.
Preces,precari.preces,orō,supplicatio,deprecatio,id ē signāt.a.
Preces deuotorum faciendę,miserorum audiendæ.& iniquorū repellendę &c.ibi.a.
Preces vt exaudiant pctm̄ impediens.ibi.b, & quæratur expediens oblatum,& attendatur cogens mandatum.ibi.c.
Præcingere,succingere,cingere,cingulum.sicut enim pręcingēdo hō congregat & coniungit vestimenta in vnum & corpus restringit totum,sic moraliter stringamur per honestates & virtutes &c.a.
Pręcingamur cingulo pniæ,vt culpas defleamus,cingulo diligentiæ vt bonis seruiamus,cingulo obedientiæ vt bonis pareamus,&c.alia.ibi.g.
Præscindere.vide scindere.
Præcipitatio est de alto in bassum lubrica deiectio, & sumitur in bono & in malo a.
Præcipitatio quædam temporalis,pn̄tis miserię quę a fortuna causatur.ibi.a,quædam spiritualis,qua homo corruit casū in peccatum &c.ibi.b,& quædam infernalis,qua peccator præcipitatur in mortem æternam &c.ibi.c.
Præcedere.i.aliquid ante ire,vel præ alijs incedere &c.a.
Præcedunt plati alios gradu,& dignitate,sic pariter perfectiōe & bonitate pręcedunt viam ostendendo exemplariter.ibi.a.
Præcedunt simplices iter faciendo ministerialiter,& præcedāt prælati hostes repellendo virtualiter.ibi.b.
Pręcedunt hoīes mali ex superbia & ambitione &c.ibi.c.
Pręcipere,præceptum.præcipere enim ad superiorem pertinet &cætera.
Præceptum multiplex.s.tenendum,vitandū,vtile, damnabile, virtuosum atque vitiosum &c.ibi.a.
Præcipit deus pręcepto correctionis,compassionis,discretionis, deuotionis,paupertatis,charitatis &c.ibi.b.
Pręcium est salari merces retributio seu præmium, quod alicui datur p aliqua re,vel pro aliquo seruitio seu labore &c.a.
Præcium quoddam soluendum,s.bonorum operum, quoddam emendum,s.gloriæ paradisi,quoddam spernendum.s. bonorum temporalium,& deliciarum corporalium &c.alia. ibi.a
Preciosus,res preciosa dr̄ quæ caro precio comparatur,vel quę ad magnum pręcium existimatur a.
Preciosa reputat dominus,videlicet aīæ conditionem iustorum perfectionem,virtutum collectionem,& cælestem possessionem.ibi.a.
Preciosa in malo dicuntur bona diuitiarum,deliciarum, & eminentiarum &c.iqi.a.
Præcipuum dr̄ quod in suo genere est summe bonum, vide bonum,melius,& optimum.
Præclarus, pręclaritas quædam virtualis excellentiæ.quędam litteralis sapientię,quædā naturalis efficaciæ,quædam tēporalis opulentię,& quædam supernalis eminentię.ibi.a.
Pręco est ille qui clamat & præconizat mandata principū seu regum,signatq; prædicatorem.vide clamare,annunciare.
Præcurrere.vide currere,ire,ambulare.
Præcordia sunt intima secreta cordis.vide cor.
Præda est illud quod ab aliquo rapitur violenter,& sumitur in bono & in malo &c.a.
Præda in bono prędam quā pręcatur homo prædicator,q̄dam quam pręcatur Christus triumphator,& quędam quam p̄datur iustus comprehensor.ibi.a.
præda in malo quædam est bonorum temporaliū, quędam bonorum virtualium,& quędam bonorum naturalium. ibi. b.
Pręcestinatio cum materia pdestinationis diuinę sit altissima, paucęq; auctoritatis,ideo intactum dimittimus.
Pręcicare,pręcicatio,pdicator.prædicare.i.aliquid publicè dicere vel narrare,& proprie prędicatio est alterius manifesta commendatio vel instructio &c.a.
Prędicator debet esse nescius humanę prauitatis, debet esse cōscius diuinę voluntatis,debetq; esse nuncius supernę maiestatis.ibid.b.
Prędicator vtiliter debet docere.ibi.c, suauiter monere. ibid. d. atque seueriter vigere.ibi.e.
Prędicator ars pulchra &c.sermo c.
Prędicere est rem antequam veniat prænosticare aut dicere, sic que vnum prædicere est boni prædicatoris. & prædicere vnum dominatoris Dei , & prædicere vnum vani diuinatoris a.
Pręesse.i.superesse,estq; pesse officium dominatiōis, iurisdictionis,& prelationis,& sic sunt qui præsunt vtiliter & sapienter, crudeliter & imprudenter,flebiliter, & negligenter a.
præferre idest pponere,præeligere,seu præ alijs eligere.vide pponere & eligere
Prefectus,præfici.præfectus est ille qui præ aliis est effectus in gradu & officio prelatus &c.a.
Præfectura q̄dam laudabilis & virtuosa.ibi.a,quędam damnabilis & vitiosa.ibi.b,& quædam notabilis & gloriosa.ibi.c.
Præfectus plures habeat conditiones ei deseruientes &c. rex. e.
Præfinitus,præfinitum dicitur illud quod fuit ante dispositū & statutum,& qualiter fieri debeat ordinatum &c.a.
Præfinitio.q̄dam occultè dei prouidenti,quo ad negocia quæ in pn̄ti sunt.ibidem a,quædam districtæ iustè sapientiæ, quo ad

tur,quia doctor ductor & prætor ibi.b.quædam prioritas hono randa.f.humanę prælationis,nam vir iustus siue prelatus debet esse melior & agilior per promptitudinem bene operandi. ibid.c, debet esse doctior & prudentior per rectitudinem bene gubernandi.ibid.d,& debet esse firmior & audacior per fortitudinem bene propugnandi & prioritas quædam affectanda.f.bonorum spiritualium æternalium & supernorum.ibidem f, & prioritas quædam detestanda.f.vitæ præsentis & bonorum huius mundi &c.ibidem g.

Primum aduerbium temporis,& sumitur in bono & in malo a.

Primum purgandi sumus a scelerib.si amici dei esse volumus plantandi in virtutibus locandi in cælestibus &c.alia:ibi.a.

Primitiæ.primitiæ erat certa portio fructuum & ciborum quæ in lege pręcipiebantur poni ad partem in vsus pauperum & sacerdotum &c.a.

Primitiæ quædam corporales.f.vitæ & iuuentutis.ibid.a,quædam temporales.f.rerum & facultatis,& quædam supernales cordis & voluntatis.ibidem b.

Primogenitus in scriptura multis sumitur modis a.

Primogenitura quędam superior & ęternalis.ibidem a, quędam inferior & virtualis.f.viri iusti seu prælati,nam tales sunt in sensibus prudentiores.ibid.b,in moribus nobiliores & in viribus constantiores.ibidem c,quędam vero exterior & temporalis.f. diaboli &c.ibid.d.

Princeps dicitur quasi primum caput,vel quasi primo incipiens, vel quasi primo capiens & signat illum qui in altis dignitatibus est constitutus,& alijs dominatur & principatur a.

Principatus quidam insuperabilis Christi dei.ibi.a,quidam innumerabilis angelorum cohortis.ibidem b,quædam laudabilis vel recomendabilis bonorum prælatorum,prædicatorum,& iustorum,nam debent esse potentes ad pugnandum.ibid. c. modesti ad expectandum,sublimes ad imperandum. ibid.d, sagaces ad medicandum,audaces ad inchoandum,& associati ad consultandum.ibid.e,atque quidam principatus valde damnabilis, crudelium tyrannorum,nam tales carnis delicijs impinguantur,puris sæuitijs effrenantur,vanis lætitijs occupati,blandis eloquijs delectati,&c.alia.ibidem f,& principatus quidam valde terribilis.f.demonum.ibid.g.

Principium.principia sunt illæ partes rerum & dictionum a quib. fines & conclusiones,necnon effectus & operationes producuntur &c.a.

Principium bonum,quoddam æternum omnium productiuũ dei gloriosi,quoddam internorum operum inceptiuum vel directiuum bonæ intentionis,& quoddam externum glorię inductiuum bonæ vitæ.ibi.a.

Principium malum,nam impij quidam incipiũt a carnis infectione,quidam ab hostis inspiratione,quidam a mundana prosperitate,& quidam a peccati peruersitate.ibi.b.

Prior,prius cum prior sit ille qui alios præcedit ętate, ordine vel virtute.a.

Prioritas quædam dei admiranda,nam deus habuit vnũ prius dominationis,vnum incarnationis,vnum passionis,vnum resurrectionis,& vnum ascensionis ibidem a,quædam prioritas honoranda,nam dicitur prior in vigore,aduersa tollerans,in valore multis præponderans,& in honore,cęteris imperans. sicque perfectus seu iustus debet se prius accusare,macerare,obtẽperare, accelerare,& cætera sequentia.ibidem b,quędam prioritas peccati detestanda,quædam innocentiæ reparanda.ibidem c,quędam mundi non amanda,quædam tolleranda vel supportanda status mundi,&c.alia ibi.b.

Priusquam denotat quandam præambulam temporis anticipationem,quandam pręcessionem status & perfectionis, & gradus prælationem a.

Priusquam vnum refertur ad deum,f.æternę durationis paternæ prouisionis,internæ cogitationis,& supernę prouectionis.ibi.a.

Priusquam Vnum refertur ad iustũ,nam habet priusquã veræ confessionis,piæ petitionis & doctæ discretionis,& priusquã vnum refertur ad stultum,nam habet priusquam fallacis amicitię, furentis iracundię,crudelis violentiæ & finalis pestilentiæ. ibi.b.

Pristinus idest prius,præcedens seu antiquus a.

Pristina innocentia & perfectio reparanda,nam recuperatur per diuinam miserationem,deuotam postulationem,legalem ordinationem,& pænarum tollerationem.ibidem,pristina iniustitia & corruptio emendanda,& pristina amicicia renouanda seu reseruanda.ibidem b.

Priuare,priuatus.i.spoliare,demere vel auferre a.

Priuatur mali veritate bonę locutionis,voluptate sanctę deuotionis,claritate certę cognitionis, &c.alia.ibi a.

Pro diuersimode in scriptura sumitur,videlicet causatiue,defensiuè,substantiuè,obiectiuè,compensatiuæ,& satisfactiuè &cætera a.

Pro,refertur ad deũ,nã Christus pro meritis est munificus compensator.ibid.a,pro afflictis tutificus propugnator,& pro delictis salutificus mediator ibi.b.

Pro,refertur ad iustum,nam solet certare & laborare pro deo zelando fideliter regratiando veraciter,deprecando suppliciter,& honorando cordialiter iustus stat pro proximo vtiliter militãdo,legaliter iudicando libenter erogando salutariter liberando,& supernaliter adorando.iustus certat pro seipso scilicet pro constantia,iustitia,pænitentia,sapientia temperantia, patientia,&c.alia.ibi.c.

Pro,refertur ad impium seu stultum,nam habet vnum pro elationis,& superbię,obliuionis & non notitię,proditionis & fallaciæ,delectationis atque complacentiæ ibi.b.

Probare,probatus.probare est aliquid experiri,mentaliter tentare,vel aliquid per facti euidentiam manifestare ad finem vt eius conditio possit melius apparere &c.a.

Probatio quædam diuina,nam deus probat iustum in hoc seculo vt ipsum innocentem faciat &c.ibi.a,probatur homo in successione consolatiua.ibid.b,in afflictione desolatiua.f. mundi aduersitate.ibid.c.

Probatio quędam humana,nam probamus verborum veritatem, cordium qualitatem,rerum diuersitatem, diuinam voluntatẽ &c.alia,& quędam probatio mundana &c.ibi.e.

Procedere,i.exire,emanare,progredi,transire,tractare & ordinare &c.a.

Processus quidã æternalis & emanatiuus in trinitate,quidam moralis & frequentatiuus in voluntate quidam causalis & operatiuus in operum qualitate,& quidam temporalis atque antiquatiuus in rerum diuturnitatem.ibi.a.

Processus virtuosus vbi proceditur de virtute in virtutem, & sic si bene procedere volumus dimittamus corpus corporeum, f. curam temporalium & carnalium negociorum ibi.b, impellamus motum pectoreum.f.processum fortem & bellicosum,constantem virtuosum,sapientem & seriosum &c.plura.ibi.c,adiungamus verbum senorem,seu inquiramus regem syndereum.ibi d,& porrigamus panem idoneum.f.elemosynam pauperib. atque egenis.ibid.e.

Processus quidam flebilis & vitiosus,nam mali procedunt ad mũdi gaudia,carnis prandia litis odia,ira stadia, & mortis tædia. ib.f,& processus malorum,quia a malis mala procedunt,f. fluuius superbię,ignis sęuitię,fœtor luxuriæ,& sulphur infamiæ &c.ibidem g.

Procella idest tempestas,& est ventus vehemens grandinibus & pluuijs immixtus &c.a.

Procella quædam latentis & tentationis,quædam pręsentis vexationis,& quędam sequentis damnationis.ibi.a.

Procidere quoddam flebilis deuotionis,nam sic iusti procidũt ante deum ipsum laudando & adorando,placando & dulcorando præcando atque implorando.ibi.a,quoddam procidere humilis subiectionis,quoddam fallacis corruptionis,& quoddam fatuæ præsumptionis ibidem b.

Procreare vide creare,perducere

Procumbere.vide accumbere,accubare,discumbere.

Procurator,procurare.procurator dicitur qui pro alio curam gerit quasi dispensator,minister & negociator &c.a.

Procul.i.longe,& signat distantiam temporalem, corporalẽ vel virtualem,sicque procul signat distantiam commendabilem detestabilem,superabilem,memorabilem,honorabilem, delectabilem,& desperabilem a.

Proditor,prodere,i.eximere,emittere,manifestare, producere & reuelare.Proditor vero qui secretorum sibi commissorum est infidus reuelator,seu qui sub specie amicitię aliorum in se confidentium est deceptor a.

Proditor solet pẽdere amoris figurã.ib.a,proditor solet infligere doloris pũcturã.ib.b,pditor solet icurrereterroris iacturã.ib.c.

Prodesse.i.pficere,& sic nihil est dare in mundo quin proficiat homini ad aliquid spiritualiter vel temporaliter &c.ibi.a.

Proficua homini non sunt ad salutem scilicet prosperitas & affluentia mundanæ prosperitatis,pompositas & superbia,crudelitas & sæuitia,mala societas atque amicitia.ibidem a.

Proficua non sunt nec prosunt scilicet munera homini stulto collata,opera peruersè patrata,murmura verbosè prolata, fœdera cum malis ligata,cæteraque alia.ibidem b.

Prodigium,portentum,pręsagium.prodigium est factum mirabile & insolitum,& alicuius rei futuræ remotæ vel occultæ significatiuum &cætera a.

Prodigium quoddam diuinæ miserationis,f.nostrę redemptionis. ibi.a,quoddam magnę perfectionis,scilicet miraculorum, pro borum & sanctorum,quoddam magnæ mutationis.f. extremi iudicij,& quoddam magnę deceptionis scilicet hæreticorum & demonum &c.ibi.

Producere.i.aliquid in publicum ducere vel proferre manifestare vel generare &c.a.

Propter

Propter vnum dei clementiæ inæstimabilis propter quã de cœlo descendit carnem assumendo,in cruce pependit mortem sustinendo,cum hoste contendit suos eruendo,gratiã impendit culpas dimittendo &c.ibi.c.

Propter vnum refertur ad iustum,nam iusti habent propter iustitiæ quæ ritè viuunt,propter modestiæ qua furor fugitur,pp̃ter constantiæ qua malum vincitur &c.plura per longum ibid.f.

Propter vnum refertur ad iniustum diuersimode,nam habet propter carnalis affectionis,mentalis elationis,verbalis locutionis, crudelis vexationis& alia sequentia.ibi.g.

propter hoc in bono multa signat,nam propter hoc in deo gaudemus,in cruce valemus dominum timemus,stupenda videmus, horrenda cauemus,& gloriosa possidemus,ibi.h.

Propter hoc in malo vtpotè ad peccatum vel ad mundum dicitur propter hoc iustitia fit scelerosa,clementia fit arida, scientia fit tenebrosa lætitia fit,luctuosa &c.ibi.i

Propter ꝙ vero quod est clementiæ & remissionis,facundiç & locutionis,prudentiæ & discretionis,constantiæ & durationis,lætitiæ & exultationis,& alia plura.ibi.K.

Propterea videtur esse duplex dictio.s.propter & ea:&c.a.

propterea vnum concernens perfectos & virtuosos affectos & dolorosos infectos & vitiosos perfectos & gloriosos,nam iusti habent propterea vnum quo malum detestantur leges amplexantur,dei recordantur,laudes modulantur,vana aspernãtur &c. subsequentia.ibi.a.

Propterea vnum habent iniusti,nam est peccatum per quod cordis stabilitas variatur,mentis iocunditas contristatur,carnis integritas maculatur,vera subtilitas obscuratur omnis crudelitas effrenatur &c.alia plura.ibid.a.

Propugnare,propugnaculum. propugnacula sunt illa opera quæ in circuitu turrium & murorũ solent de lignis de lapidib:construi pro pugnando securius contra hostes &cæ.vide pugna.

Prospicere.vide aspicere,conspicere,inspicere,respicere intueri & contemplari &c.

Prosequi.i.aliquid continuando cum diligentia sequi, sumitur.n. ꝓ alicuius negocii procuratione & diligenti cõtinuatione &c. vide tractare,laborare,expedire,& ibi societas.

Prosperitas est successus rerum pacificus & quietus &c.a.

Prosperitas quędem temporalis & periculosa: quædam spiritalis atque virtuosa,quædam æternalis & solatiosa &c.ibi.a.

Prosperitas mundi occultat hominum amicitiam.ibi.b.excitat crimninum pestilentiam,nam cor inflammat per auaritiam,eleuat per superbiam.ibi.c,cor maculat per luxuriam, cor eneruat ꝑ inconstantiam,ibi.d.

Prosperitas continet debilem existentiam,commendat bonorum prouidentiam.ibi.e,prosperitas obfuscat animi sapientiam & præcedit inferni turbulentiam.ibid.f.

Prosperitas multiplex,scilicet temporalis & æternalis & cæter.affluentia g.

Prosternere.sicut homo prosternitur dormiendo,cadendo & adorando,sic spiritualiter homo prosternitur quãdo dormit in spiritualibus,quando cadit in tristabilibus,& quando orat in cordialibus &c.a.

Prosternuntur aliqui per iniquitatem,aliqui per aduersitatem , & aliqui per humilitatem.ibi.a.

Protegere.i.defendere,vel saluare,vel liberare & iuuare , & solus deus protegit veraciter &c.a,protegit deus sublimiter contemplantes,simpliciter conuersantes,sagaciter meditantes,veraciter prædicantes,sedulitер inquirentes &c.ibi.b.

Protinus,i.statim,propere,celeriter seu cito,sicq; protinus signat celeritatem humanæ diligentiæ,diuinæ potentiæ & iustitiç,diuinæ sapientiæ & scientiæ,arduæ obedientiæ & fatuæ insolentiæ &c.a.

Prouerbium.i.enigma,parabola,obscura,locutio &cæ. & sumitur pro allegorica propositione,autentica prolocutione,prophetica prædicatione,& fallidica derisione &c.a.

Prouidentia quædã humana,quã homo discretè sibi prouidet de necessariis &c.a.quædam mundana,qua in mundo officiis & dignitatib:prouidetur &c.nam talis debet esse imitator diuinę bonitatis prædicator sinceræ veritatis,moderator subiectæ cõitatis,& vendicator perfectę sagacitatis.ibid.b, & quędam diuina quę moderatur & temperat vniuersa &c.ibi.c.

Prouidentia dei est mentium dispositiua.ibid.d,est actuum gubernatiua.ibi.e,est fortunæ commutatiua,quia subito facit pauperes diuites &c.ibi.f,est casuum introductiua.ibi.g.& salutis alternatiua.ibi.h.

Prouincia est certa & distincta orbis terrarũ portio,seu etiam certa terræ & populi distinctio &c.a.

Prouinciç quædam interiores.ibi.a,quædam exteriores.ibi.b.quædam superiores,& quædam inferiores.ibi.c.

Prouocare.i.inducere excitare,vel aliquem ad aliquid animare.& sumitur in bono & in malo.a.

Prouocatio in bono vbi iusti prouocantur ad benefaciendum &c ibidem a.

Prouocatio in malo,nam prouocant deum proteruiter contradicendo carnaliter concupiscendo,verbaliter decipiendo, crudeliter interficiendo,moraliter deficiendo.ibi.b.

Prout accipitur pro sicut,& sic semper signat aliquam regulam directiuam.a;

Prout vnum & regulam vnam sequatur vir prudẽs.s.honestæ cõgruitatis,attentæ necessitatis,propriæ possibilitatis, supnæ auctoritatis &c.alia.ibi.a.

Proximus dicitur qui sanguinitate vel affinitate vel vicinitate alicui est coniunctus &c.a.

Proximus quidam admirandus.s.deus gloriosus,quidam venerandus.s.angelus qui deputatus est ad custodiam,quidam honorãdus.s.prælatus,quidam diligendus.s.homo bonus,quidam corrigendus.s.corpus &c.alia.ibi.a.

Proximus erga proximum habeat charitatem & dilectionem, pietatem & largitatem,firmitatem & durationem.ibi. b.

Prudentia,prudens.prudentia est ratio docta a gratia studens vitare nociua,& vtilia prouocare &c.a.

Prudentes viri præterita recordantur.ibi.a.præsentia moderantur.ibi.b,& futura seu sequentia meditantur.ibi.c.

Prudentes apparent in mandati impletione,in tacendi discretione in cordium cognitione,in virium perfectione,in modesta locutione,in pudica conditione &c.ibi.d.

Prunæ sunt carbones ardentes.a.

Prunæ quædam tentationis quas demon succendit.ibi.a,quædam dilectionis,quas deus impendit,quædam vexationis & tribulationis,quas mundus effundit, & quędam damnationis,quas infernus effundit.ibi.b.

prurire,prurigo est illa carnis impetigo seu scabies exterioris cutis quæ delectationem & pruritum generat &cæt. & signat oĩa mala desideria & potissime carnis &c.vide de deliciis.

Psallere, psalmus.psallere.i.cantare,laudare,exultare,psalmos dicere,vel cum psalterio iubilare &c.a.

Psallant iusti dominum laudando,psallant docti virtutes hortando,& psallant stulti vana decantando.ibi.a.

Psallere valet ad hostẽ fugãdum,valet ad sanctos adorandũ.ibi.a. ad deum laudandum & honorandum &c.ibi.b.

Ptolomeus,ptolomaida.ptolomeus fuit nomẽ regum apud Aegyptios & apud Syrios,ptolomaida vero fuit ciuitas in patria palestinę,dictæ Accaron quondam &c.a.

Publicanus in scriptura dicebatur ille qui publicũ negocium administrabat,signatq; pænitentes,nã tales peccata corrigunt. ibi.a. mũdana dimittunt,dominum eligunt,propria porrigunt,Christo se coniungunt,& ad paradisum emergunt.ibi.b.

Publicus.publicum vnum est quod iustus solet diligere, s. publicũ veritatis a,nam iustus publice vult parere & ambulare,publicè docere vel prædicare,& publicè mordere vel castigare. ibidem b.

Publicum vnum quod vir fictus solet eligere.ibi. c, publicum vnũ quo stultus cupit se erigere,publicum vnum quo peccator solet emergere. ibid. d. publicum vnum quod peccantem solet constringere & publicũ,vnũ quod omnibus solet contingere.ibi.e.

Pudor,pudicitia.pudor accipitur in malo & in bono, in malo accipitur pro ignominiosa verecundia seu confusione.in bono vero gratiosa & virtuosa verecundia & castitate. Et pudicitia præcipuè spectat ad prælatos & præsidentes , ad clericos seruientes, ad matronas deũ timentes,& ad antiquos dignè viuentes etc.a.

Puella.no ta ꝙ per puellam potest intelligi quælibet domina, vel quælibet mulier virgo vel sancta.a.

Puella bona habeat verecundiam timorosam in vultu continentiam pudorosam in actu,appareantiam gratiosam in ornatu, lætitiam gaudiosam in affectu,& clementiam viscerosam in effectu.ibi.a.

Puella in malo quędam superba & præsumptuosa , carnalis & luxuriosa,crudelis & iniuriosa,saltatrix & impetuosa. ibi.b.

Puer dicitur quasi purus aer , ita quod a puritate proprie denominatur &c.a.

Puer quidam cæli possessor,s.dei filius benedictus,dignissimus,quia datus a summo numine,purissimus,quia satus a matre virgine. ibi.a,mitissimus,quia prostratus in crucis sanguine.ibi.b, puer fortissimus quia relatus a mortis turbine,altissimus, quia elatus in cæli culmine,& per maximus,quia dotatus æterno nomine.ibi.c.

puer quidam perfectus.s.vir purus & iustus,nam talis debet esse durans & stabilis. pulcher & habilis,simplex & humilis.ibi.d. prõptus & agilis.ibi.e.

Pueri inueniuntur mali,s.blasphemi & iniuriosi , supremi & ambitiosi,debiles & defectuosi,carnales & luxuriosi,discordes & litigiosi &c.ibi.f.

Pueri iusti domino seruientes sint infirmi & patientes , mundi & con-

continentes,læti & psallentes,parci & abstinentes,docti & sapientes &c.ibi.g.

Pugna,pugnare.pugna.i.prælium seu bellum &c.a.

Pugna quædam virtuosa,quædā gloriosa,quædam vitiosa,& quædam luctuosa.ibi.a.

Pugna in spirituali requiritur virtus fortitudinis & constantiæ.ibidem b,requiruntur arma sanctitudinis,& iustitię,requiritur etiā actus fortitudinis & prudentiæ.sicque pugnandum fortiter pro fidei defensione,animæ saluatione,subditorum protectione,& ecclesiæ tuitione requiritur obex fortis turbinis & malitiæ,scilicet mundi cupiditates,carnis voluptatis,& demonum falsitates ibidem c.

Pugna vt victoria obtineatur,habeat populus ducem prouidū,hostem,timidum,ordinem,nitidum,& militem validum.sic lingua iustorum ductor est sapiens & prouidus.s.Christus deus noster hostis timidus & fugiens,s.diabolus,ordo nitidus & conueniens est bonum ordinem iuris & legis morumq; ad virtutum metas & regulas obseruare &c,ibid. d.& miles solidus & patiens,nam talis fortiter pugnat quando habet causam sufficientem, tollit causam efficientem,adhibet motum afficientem, adiungit cætum proficientem,& seruat modum perficientem, spiritualiter intelligendo &c.ibi.e.

Pugna malorum,nam pugnant cōtra se per discordias,contra deū per nequitias,& contra proximum per sęuitia.ibi.f.

Pugna leonis & pardi &c.angustia.b.

Pulcher.pulchritudo est quędam proprietas rei ex debita proportione consurgens,& reperitur in bono & in malo.a.

Pulchritudo quædā moralis virtualis,quam acquirit homo ex aggregatione gratię & virtutum &cęte.ibidem a,si pulchri apud deū esse volumus habeamus interioris conscientiæ sanctitudinem subtilioris sapientiæ lympitudinē,facundioris eloquentiæ rectitudinem.ibidem b,& exterioris apparentiæ rectitudinem.ibidem c.

Pulcher quis coram deo & hominib, vt gratiosus appareat habeat pulchritudinem feruoris & charitatis,dulcoris & pietatis, cādoris & puritatis,&c.alia.ibi.d.

Pulchritudo quędam carnalis & corporalis,nam illa est celeriter defectiua,damnabiliter affectiua,ed nihilum profectiua,& terribiliter damnatiua.ibi.e.

Pulchritudo quędam temporalis & fluctuosa,& quędam finalis & supernalis.ibi.f.

Pulchtitudo consistit in quinque &c.species.b.

Pullare.i.excitare,euigilare,requirere,vel vocare.

Pulsare quoddam diuinæ monitionis,quoddam humanæ orationis,& quoddam diabolicæ tentationis.ib.

Puluis est illa modica rei particula in quam res corruptibiles resoluuntur,signatq; in bono & in malo.a.

Puluis cordis humilitatis & deiectionis, & mortis recordationis &c.ibi.a.

Puluis quidam carnalis conditionis,quidam mortalis corruptionis,& quidam finalis reuictionis.ibi.b.

Puluis in malo signat mundi prosperitatem & morum iniquitatē & ibidem c.

Pulli sunt iuuenes fætus animaliū,volucrum seu bestiarum &c. a.

Pulli signant viros simplices & innocentes,humiles & subiacētes pauperes & impotentes,fatuos & præsumentes,ac carnales atque insolentes.ibi.a.

Punire.i.pęnam infligere vel inferre.vide pæna,correctio, percutere,verberare,occidere,flagellare.

Pupillus dr̄ filius vel filia carens parte sub ætate annorū 12.vel 14. constitutus,sub tutoris arbitrio a parte vel iudice ordinatus. a.

Pupilli.i.miserabiles personæ,sunt viriliter defendendi,benigniter indulgendi,liberaliter nutriendi,clementer exaudiendi,& cordialiter consolandi.ibi.a,

Purgare,purificare,purus,purissimus.purgare.n.est aliquid a sordibus mundare,& ab immunditiis purum facere,& ad puritatem reducere.a.

Purgatur anima per pænitentiæ dolorem,amicitiæ feruorem,eleemosynæ dulcorem,iustitiæ rigorem fidei,splendorem,correctionis vigorem,& compunctionis fluorem.ibi.a,

Purissimi si esse volumus,eiiciamus a mente prauitatem obtineamus verborum venustatem, vilipendamus malam societatem, & contineamus gratiæ sanctitatem.ibi.a.

Puritatem etiam habeamus conscientiæ,continentiæ,apparentię. & sapientiæ.ibi.a.

Purpurā qnq; sumitur pro pāno,vestimēto,colore & tinctura, & signat gloriā,eminētiā & honorē,siue ī bono siue in malo &c.a.

Purpura quædam charitatis interioris,quædam honestatis exterioria.ibi.a,quædam purpura maiestatis superioris,quædam dignitatis prosperitatis inferioris.ibi.b.

Pusillanimis dicitur quasi pusillus animus signatque humilē timidum seu paruum &c. vide humilitas,paruus,modicus.

Pusillum..modicum seu,parum,& est dare pusillum loci & temporis.ibidem.a.

Putare.i.credere,opinari & æstimare &c.a.

Putare vnum simplicium q infirmorum,putare,vnum credentiū & perfectorum,& putare vnum præsumentium & fatuorū. nā tales putant prosperitatem,sagacitatem simplicitatem,strenuitatem,sublimitatem.securitatem diuinitatem &c.ibi.a.

Puteus est fossa stricta & profunda in quam homo potest faciliter cadere & difficulter exire.a.

Puteus quidam humilitatis & perfectionis,quidam subtilitatis & discretionis,quidam benignitatis & compassionis, quidam fælicitatis & saluationis,quidam prosperitatis & successionis &c. alia.ibi.a.

Puteus Vulcani in sicilia &c.ol.a.c.

Putredo est rerum corruptio & consumptio.sicq; putredo q̄dam est naturalis mortalitatis,spiritalis iniquitatis,corporalis carnalitatis cordialis iniquitatis,& temporalis infirmitatis.a.

Putredo quędam vitiorum multiplex &c.ibi.b.

Q

QVadraginta. quadragenarius est numerus solidus & quadratus,constans ex denario quater ducto,signatque in bono & in malo.a.

Quadragesima quædam pænitentiæ,nam a domino exemplata, a partibus obseruata,a prophetis prædicata,& a figuris iudicata. ibi.a,sicque quadragesima est tempus deuotionis, orationis,afflictionis,quietionis,durationis,tentationis,, contēplationis & peregrinationis.ibi.

Quadragesima quædam pestilentiæ seu miseriæ, & quædā gratię virtualis &c.ibi.c.

Quadrus,quadratus,quadratura sumitur in bono & in malo,et signat in bono quadraturam virtutū cardinaliū etc.in malo uero quadraturam quatuor malarum affectionum, vel aliorum durabilium peccatorum &c.a.

Quadringenti est numerus quadratus constans ex cētum quater ductis,& signat quadraturam constantię & solidæ durationis,& etiam plenitudinem moralis perfectionis,atque quaternitatem uirtualis professionis &c.a.

Quadriga est instrumentum ad res & personas de loco ad locum vehendum & transportandum,& etiam quandoque ad bellandum & sagittandum ordinatum & factum &c.a.

Quadriga in bono signat virum perfectum, mentis affectum scripturæ stratum,& ecclesiæ statum.ibi.a.

quadriga in malo signat quadrigam defectuosam, tumultuosam & tempestuosam.ibi.b.

qualitas.qualis est nomē relatiuum,refertur.n.ad illud cui est qualis,& denotat aliquam similitudinem & aliquam rem & iō qualitas de se non est res firma,solida & fixa &c.a.

qualis signat essentiæ debilitatem,iustitiæ æqualitatem bonitatis conformitatem,& prauitatis proximitatem.ibi.a.

qualitas vero designat exteriorem conditionem & dispositionem, vel etiam similitudinem,vel immutationem &c.ibi.b.

qualitas quædam admirabilis & gloriosa,quędam commendabilis & virtuosa.ibi.b.quædam detestabilis & vitiosa,quedā contristabilis et dolorosa,quędam excellens et gaudiosa.ibid.c.

quam et tam sunt duo aduerbia inuicem sociata et coniuncta, et etiam quoddammodo inuicem relatiua etc.a.

quam vnum refertur ad deum,quando dei magnificentia cū quadam admiratione et desiderabili suauitate laudatur et commendatur,s.ab operum magnificentia,a viscerum pia clementia, a verborum sæua iustitia,a peccatorum clara scientia,a superum grata manentia,et a munerum munificentia.ibi.a.

quā vnum refertur ad iustum sicque commeneantur iusti a charitate fæderatiua,a castitate depuratiua,a parcitate maceratiua, a claritate indicatiua,a veritate enunciatiua etc.ibi.b.

quam vnum refertur ad stultum,nam reprehenduntur tales a vanitate morali,a vilitate carnali, a ruditate mentali,a cupiditate reali,& ab aduersitate finali.ibi.c.

quam accipitur aggregatiuę etiam sociatiuę,et quandoque sumitur comparatiuę etc.ibi d.

quanquam,quamuis idem signant etc.

quandiu est aduerbium temporis,signatque quandā durationem, interuallum seu spatium,et quandam incertam et suspensiuam moram vitę etc.

quandiu quoddam perfectorum,nam iusti in isto quandiu æquitatis seruent pondera,deitatis laudant opera,prauitatis plāgunt scelera,pietatis prębent vbera,et veritatis splendet litera etc. ibidem a.

quādiu quoddā peruersorū,nā mali in isto quādiu solēt innocētes infestare,cōcordātes pturbare,hos saluator nō solet amare, et hos solet saluator extirpare,et quādiu quoddā btorū etc.ibi.b.

quamobcausam,quamobrem,quapropter,eoquod, ista aduerbia composita idem significant,signant enim causam propter quā

into-

indignatur ſummà diuinitas,hebetatur mentis ſubtilitas,reſeruatur mortis obſcuritas,&obſtinatur cordis caliditas.ibi .b.

Quibus dicitur de rebus bonis , nam ſunt res bunæ quib. inſtruimur,corrigimur.perficimur & reficimur.ibi.c.

Quibus etiam dicitur de rebus malis,nam ſunt res malę quibus alii mur,infi mur & afficimur.ibi.d.

Quiſquam,quicquid.quiſquam.i.quicunq; ſeu aliquis, & ſumitur communiter in terminis negatiuis a.

Quiſquam in bono poteſt dici iuſtus,nam vir talis maiorum legibus religatur,ciborum fluctibus nō grauatur vitiorum enſibus non truncatur deceptoris artibus non læditur, adulantis vocib. non fraudatur &c.alia.ibi.a.

Quiſquā in malo ēt ſumi poteſt,nā pctōr detractionis vitio rodi-tur,rebellionis odio foditur,poſſeſſionis amore morit̃, obliuionis horrore mergit̃,iniu ſtitiæ furore ducitur,& ſequentia.ibi.b.

Quiſpiam.i.aliquis ſeu quiſquam &c.a.

Quiſpiam refertur ad impium nam talis quiſpiam inficitur carnali macula,excluditur a dei ſpecula,ſeiungitur a cęli camerula, repellitur a ſacra copula,& alia plura.ibi.a.

Quo,quocunq;.quo aduerbium loci &c.a.

Per quo & quocunq; aduerbia intelligitur ſtatus moralis virtutis, nam talis eſt ſtatus vel locus diuinitatis,humilitatis, ſatietatis, ſecuritatis ſocietatis.ibi.a.

Per quo & quocūq; aduerbia intelligit̃ ſtatus vitalis & ęternalis .ſ. gloria paradiſi,intelligit̃ ēt p quo ſtatus lætalis & criminalis .ſ. ſtatus pcī,qui eſt locus obſcuritatis & ignorātię,,pteruitatis & inſolentiæ ac tenuitatis atque indigentiæ.ibi.b,per quo intelligitur ſtatus fatalis,ſ. mors temporalis intelligitur etiam p quo ſtatus venalis & mundialis,& intelligitur per quo & quocunq; ſtatus mortalis & infernalis.ibi.c.

Quotiēs,quotieſcūq;.quotiēs accipit̃ tā p multiplicationē numeri q̄ tpis,nā in bono multiplicāda & reiterāda eſt cōpūctio cordis interioris remiſſio culpę exterioris & deuotio cauſæ ſupioris. in malo vero ſolēt mali vices multiplicare.ſ.carēdo numine ductiuo vtēdo flumīe turbatiuo,& cadēdo;turbine deiectiuo,&c.a.

Quod,quodcunque & eo quòd &c.a.

Quod vnum inuenitur reuerendum.ſ.deus quod vnum atterēdū ſ.corpus noſtrum,quod vnum promerendum.ſ.paradiſus,quod vnum perferendum.ſ.tribulatio,quod vnum auferēdum.ſ. peccatum,quod vnum delerendum.ſ.mūdus,quod vnum aſſerendum.ſ.fides &c.alia per longum ibi a.

quodcunq;.i.omne quod,nam quodcunq; eſt præbendum corde liberali,petendum voce filiali reddendum iure naturali,videndū mente ſpiritali,dicendum clamore verbali,agendum manu corporali,& pendendum lance æquali.ibi.b.

Eoquod ſumitur cauſatiuè,nam poteſt reddi cauſa quare a deo arguuntur mali eoquod immunde ſolent maculari indignè ſolēt indignari,conflictè ſolent conuerſari,effrontè ſolent obſtinari, & alia ſubſequentia.ibi,c.

quomodo eſt aduerbium interrogandi,quandoque aduerbium ſimilitudinis &c.a.

quomodo ſumitur inquiſitiuè,nam quomodo dicitur ratione ſtuporis & admirationis doloris & deſolationis,mæroris & compaſſionis,horroris & deprehenſionis,&c.plura.ibi.a.

quomodo ſumit̃ narratiue ſeu comparatiuè, & ſic inuenitur quomodo charitatiuum,diſtributiuum,ſuperatiuum,regulatiuum, ſuperlatiuum,& augmentatiuum.ibi.b.

quomodo ſumitur admiratiuè.ſ.quomodo tumeſcit puritas virginis,vileſcit dignitas numinis,nigreſcit claritas luminis,& clareſcit cæcitas turbinis &c.c.

quomodo ſumitur redarguitiuè , ſicque peccator redarguitur per deum & hominem interrogādo,quomodo leuaris ſuperbiæ flatu,fędaris luxuriæ ſtratu,priuaris notitiæ ſcitu,orbaris decētiæ ritu,iactaris fæcundię dictu,& vagaris proteruiæ ictu.ibi.d.

quomodo ſumitur inquiſitiuè ſeu allegatiuè , ſicq; homo quærit de propria ignorantia,diuina ſapientia,diſcordium defluentia, humana impotentia &c.ibi.e.

qūo ſumit̃ deploratiuè ſeu deſolatiuè,& ſic homo lamentando q̄rit qūo labit̃ vitę fragilitas,frangit̃ ſtatus proſperitas perditur innocens puritas,& ſpernitur cęleſtis ciuitas.ibi.f.

quomodo ſumitur inſultatiuè,quādo inſultamus & deridemus de rerum gloria & magnitudine quomodo deperit , de carnis ſpuria & pulchritudine quomodo præterit,de hoſtis furia atq; acritudine quomodo ſors conterit.ibi.g.

qūo ſumitur depoſitiuè,& ſic eſt aduerbiū ſimilitudinis,& ſic deus habet vnum quomodo.ſ.pietatis paternę, ſeueritatis internæ poteſtatis ſupernæ,charitatis fraternæ,& largitatis æternæ.ibi. h,& talis ſimilitudo etiam ſpectat ad iuſtum, nam dicere poteſt quomodo ſatisfaciat æquali pondere,circunſpiciat occulto ſydere,ſe ſubiiciat duro verbere,ſemper gaudeat dicenda dicere, &c.ſequentia.ibi.i.

quomodo pertinet etiam ad iniuſtum,nam de impio conſiderandū quomodo ſe fædat luxurioſè,ſeducit proditioſe, promouet ambitioſè,deprimit iniurioſè,contemnit deſpectuoſè &c.ib.k.

quomodo interrogatiuè ſumitur multis &cæt.in ſermone Videte quomodo cautè &c.n.

quippe aduerbium affirmandi &c.a.

quippe vnum ſpectat ad deum,nam per quippe aſſeritur dei potētiæ eminens titulus,dei clementię ſuſtinens baculus,dei iuſtitię indignans oculus.ibi.a.

quippe vnum ſpectat ad iuſtum,nā ibi pollent durationis ſolido vigore,diſcretionis lucido ſplendore,cōpaſſionis fluido decore, operationis viuido labore & adæquationis rigido tenore.ibi.b.

quippe vnum ſpectat ad ſtultum ſeu impiū,ſicq; aſſerit̃ per quippe in iniuſtis luxurię fæda corruptio,ſubſtantiæ diſcors poſſeſſio,malitiæ fallax deceptio,pigritiæ grauis oppreſſio,diſcordiæ dura diuiſio,&c.ſequentia.ibi.a.

quondā.i.olim ſeu durū,eſt aduerbium præteritū tps ſignans , nā ſignat numerum damnatorum tyrannorum,durā ſęuitiā , quæ morte deperit,mundanorum bonorū blanditiā,quæ cito præterit,mundanorū fallacē lętitiā,quam caſus conterit &c. alia.a.

quoniam videtur ſignificare,quia,ſeu propter hoc, cum quadam aſſertione.& quoniam eſt quandoque coniunctio cauſalis quandoque aduerbium affirmatiuum &c.a.

quoniam refertur ad deum,quoniam habet poteſtatem inuincibilem.ibi.a.habet deus maieſtatem honorabilem, quoniam æternus & immortalis.ſupernus atque regalis vnicus & ſpecialis,& publicus ac famę vocalis.ibi.b,deus habet charitatem admirabilem ſeu inæſtimabilem ibi.c,etiam deus habet æquitatem inflexibilem,aut ſeueritatem formidabilē,quoniam odit omne peruerſum,amat omne conuerſum,leuat omne ſubuerſum,& ligat omne diuerſum.ibi.d.deus habet veritatem infallibilem , quoniam lucet interius omnia cognoſcendo, nitet exterius omnia prouidendo,fulget ſuperius omnia gubernando,atque ſplendet inferius omnia reuelando.ibi.e,deus habet bonitatem diffuſibilem,quoniam agit ſuauiter,audit faciliter, parcit benigniter ſaluat vtiliter,ſeruat veraciter,iuuat,viriliter,& alia plura.ibidem.f.

quoniam coniunctio cauſalis pertinet ad iuſtum quoniam , talis eſt innocens ſine,malitia,præpotens plenus cōſtantia,exultans ſana lętitia , meditans dei iudicia metuens ſumma faſtigia tribuēs pia ſuffragia &c.ſequentia.ibi.g.

Turbatio quędam virtuosa hominum perfectorum,quædam vitiosa hominum peccatorum, quædam dolorosa hominum miserorum,& quædam venenosa hominum damnatorum.ibi.a.
Turbatio quædam laudabilis,qua boni turbantur,videlicet ,ppter offensionem regis superioris.ibi. b, propter amissionem æterni splendoris,propter commissionem terribilis horroris, & propter aspectionem postremi doloris.ibi.c.
Turbatio quædam damnabilis & vitiosa.s.iracundia seruilis impatientiæ,timoris & tristitiæ &c.ibi.d.
Turba est nomen collectiuū , & signat multitudinē congregatā a.
Turba quędam perfectorum collaudanda,quædam miserorum sustentanda,quędam mundanorum declinanda, quædam vitiorū detestanda,quædam peccatorum euitanda,& quædam beatorū effectanda.ibi.a.
Turbo est violentus aeris motus circunuolute incedens,ex colluctatione diuersorum ventorum sibiinuicem proueniens.a.
Turbo quidam supremi vigoris potentiæ deificæ quidam extremi rigoris iustitię iuridicæ,quidam externi doloris sæuitiæ tyrannicæ,& quidam ęterni furoris mestitiæ damnificæ.ibi.a.
Turris est altum ædificium & forte ędificiis pręeminēs,ad defensionem castri villæ,vel ciuitatis ordinatum.a.
Turris quædam superior mirabilis.s.ipse deus & virgo gloriosa, quædam inferior durabilis.s.turris religionis ecclesiæ & scripturę,quædam interior amabilis.s.contemplationis,quędam exterior laudabilis.s.vir iustus quędam posterior mutabilis.s.status mundanæ excellentiæ, & quædam deterior damnabilis.s.peccator superius &c ibi.a.
Turpitudo est peccatum vel inhonestas conuersationis.a.
Turpitudo quædam intentionis,quædam affectionis,quædam locutionis,& quædam operationis,& maxime carnalis delectationis.ibi.a.
Turturis auis proprietas &c.vide pulcher.b.
Thus thuribulum,nam per thus & thuribulum intelligitur orationis virtus vel deuotionis,quæ super carbones feruentis charitatis posita,fumum sanctorum desideriorum emittunt.a.
Tutilla insula indię in mari notat sine fulcimento &c.pa nis d.
Tuus pronomen&c.vide meus,mea.

V

VAcuus vacuitas,est contraria plenitudini.a.
Vacuitas quædam affectanda,perfectorum,nam tales vacuātur criminum fæcibus ibi a,quædam supportanda,egenorum,quia vacuantur terrenis opib.ibi.b,quidam detestanda iniquorum,quia peccator est vacuus virtutibus.ibi. c, & quædam formidanda,damnatorum.ibi.d.
Vado,vadere.vado denotat motum de termino a quo ad terminum ad quem &c.a.
Vado verbum signat ,pcessum naturalem,quia homo vadit de natiuitate ad mortem,de sanitate ad infirmitatem,& de iuuentute ad senectute.ibi.a.signat etiam processum virtualem,nam iustus spiritualiter vadit ad humilitatem,vt occultetur,ad baptismum,vt depuretur ad eucharistiam,vt satietur,ad amicitiam, vt concordetur &c.sequentia.ibi.b,signat processum criminalem,sicq; mali vadunt ad delicias & carnalitates , ad sæuitias & crudelitates ad discordias & peruersitates,ac ad stultitias atque mobilitates,signatque defluxum temporalē , signat descensum infernalem,& signat accessum supernalem.ibi.c.
Vadit etiam Christus ad infirmos ipsos medicando ad socium ipsum visitando,ad cęlum locum parando , ad dominum ipsi famulando,& ad patrem ipsum honorando &c.ibi.d.
Vagus,vagabilitas.vagus dicitur qui sine propria,vel certa mansione vndequaque vagatur &c.a.
Vagi quidam dicuntur viri sancti & virtuosi,sanctitate pollentes, vagi quidam dn̄r viri inopes & penuriosi facultate carentes, & vagi quidam dicuntur viri vani,& defectuosi vanitate nutantes.ibidem.a.
Valere.vide bonitas,& vtilitas.
Validus.vide fortis.
Valde aduerbium qualitatis,& signat excelsum vel excellentiam ipsius cui adiungitur &c.sicque vir iustus esse debet valde fortis & vigorosus valde diligens & amorosus,valde pauidus & timorosus.valde formosus & speciosus,valde subtilis & luminosus,& cæ.alia sequentia.a.
Vallis est locus terræ bassus & infimus & in medio montiū constitutus &c.a,vallis quædam inferior,s.status miserorum , sicque vallis humanæ naturæ ante Christi aduentum carebat semine fæcūdante,lumine illustrante,omine consolante, atq; culmine subleuante.ibi.a.
Vallis q̄dam fæcundior.s.status perfectorum,nam vir perfectus & eorum status est infimus per humilitatem,vacuus per paupertatem,fæcundus per bonorom operum vbertatem,& irriguus per lachrimarum fluxibilitatem.ibi.b.
Vallis quædam obscurior.s.status mundanorum,& quædam immundior.s.status damnatorum &c.ibi.c.
Vanum,vanitas.vanum dicitur qd' in se habet vacuitatem, instabilitatem,& inutilitatem,& sic vanum est quod nō præbet plenitudinem continenti,nec fulcimentum innitenti , nec fructū laboranti a.
Vanitas quædam naturalis.s.oīum creatorum,quædam temporalis.s.omnium bonorum mandatorum, nam reperitur vanitas in diuitiis temporalibus,in deliciis corporalibus,in scientiis secularibus in amicitiis mondialibus,in corporum pulchritudinibus,&c.alia ibi.a,quædam personis,s.hominū peccatorum, sicque peccator est vanus in sensu & cognitione,in corde & affectione,in verbo & locutione,in mente et cogitatione in manu et operatione,et sequentia plura.ibi.b.
Varius,varietas est rerum,et maxime colorū diuersitas et contrarietas etc.a.

Varietas

Vermis est aial vile & modicæ virtutis turpissimique coloris a, vermis quidā despectiuus signat Christi humanitatem &c. vermis quidam corruptiuus signat culpæ malignitatem,& vermis quidam corrosiuus signat pœnæ acerbitatem.ibi.a.

Vertex est summum cacumen quod in montibus eminet & apparet,atque accipitur pro capite &c.a.

Vertex quidam interioris intellectus,quidam eminētiæ perfectioris,quidam excellentiæ sublimioris,& quidam arrogantiæ elatioris.ibi.a:

Vertere est mouere,voluere,vel mutare,& sumitur in bono & in malo.a.

Vertuntur homines pœnitentes,homines sapientes, homines pestilentes siue obstinati peccatores,homines fugientes,homines diligentes,homines prosperantes,&c.plura.ibi.a.

Verus,verax,veritas,vere.veritas est illa virtus per quam quidditas demonstratur a.

Veritas quædam existens &realis,quædam permanens & moralis,& quædam eloquantiæ verbalis.ibi.a.

Veritas quædam carnalis & exterior ac æternæ permanentiæ:s. Christus dei filius,nam ille habuit veritatem carnalis humanitatis,habuit veritatem moralis synceritatis seu bonitatis , quia habuit perfectionem,compassionem,protectionē,locutionem,durationem,& alia sequentia.ibi.b.& habuit veritatem realis diuinitatis &c.ibi. c.

Veritas quædā moralis eminentiæ,qua quilibet iustus verus dr̄ nā iustus habere debet veritatem moralem verè existentiæ. ibi. d, habere debet veritatem mentalis sapientiæ.ibi.e,atque veritatem verbalis eloquentiæ, nam veritas habenda prædicando iudicando,respondendo,ac corrigendo.ibi.f.

Vescor vesceris,vesci.i.manducare,comedere,cibo,potu , pane,& aliis similibus corpori alimenta ministrare.vide.ibid.

Vespera est vltima pars dei &c.a.

Vespera signat senum antiquitatem.ibi.b.signat cordis iniquitatē ibi.b,signat mortis obscuritatem,signat vitæ longinquitatem, atque signat mundi finalitatem.ibi.c.

Vestibulum est domus seu locus circa templum sanctorum vel circa cameras regum vel dominorum ad vestes induendum specialiter ordinatus,estq; vestibulum quoddam superius.s.patria cælestis,quoddam inferius:s.ecclesia,quoddam interius.s.conscientia,atque quoddam exterius.s.miseria huius mundi &c.a.

Vestigium est signum quod remanet post alicuius rei transitum vel recessum.a.

Vestigium quoddā mirabile & gloriosum,æternæ maiestatis quoddam laudabile & virtuosum moralis bonitatis, quoddam damnabile & virtuosum,localis prauitatis, atque quoddam mutabile ac fluctuosum mutabilis vanitatis.ibi.a.

Vestis,vestire,vestimentum,vestimentorum genera plura in scriptura inueniūtur,videlicet vestis naturalis,corporalis, temporalis,virtualis,supernalis,criminalis & infernalis.a.

Vestimenta quædam bonorum & perfectorum.s.virtutum,sicque iusti habeant vestes lugubres & luctuosas.s.pœnitentiæ atq; doloris.ibi.b,habeant etiam vestes salubres & virtuosas .s. gratiarum & virtutum quibus anima vestitur, denotanturq; vestimēta sacerdotum,& quæ sunt.ibi.per longum c,atque habeant vestes celebres ac virtuosas &c.ibi.d.

Vestimenta quædam malorum & peccatorum, videlicet carnalitatis,prosperitatis,ac duplicitatis &c.ibi.e.

Vetustas,vetus.vetustas signat in bono & in malo.a.

Vetustas quędam perfectorū & sapientium.ibi.a,quædam peccatorū delinquentiū,atq, quædā damnatorū & pereuntiū.ibi.b.

Vexatio sumitur pro tribulatione,castigatione,tentatione & damnatione.sicq; reperitur vexatio mundanæ tribulationis,vexatio rapinæ & exactionis,vexatio disciplinæ & correctionis,vexatio diabolicæ tentationis ac suggestionis,atque vexatio æternæ damnationis & afflictionis.a.

Via est illud terræ spacium per quod itur,& per quod de termino ad terminum pertransitur &c.a.

Via quędam naturalis,s.cunctorum,sicque est via quędam per q̄ ingredimur,s.via natiuitatis humanæ,quædam per quam progredimur,s.via præsentis vitæ,& quædam per quam egredimur scilicet via mortis.ibi.a.

Via qdā virtualis.s.via virtutū per quā boni ad paradisum vadūt, & vię istæ sunt tenendæ pp ipsarum multitudinem,quia est via veritatis & prudentię,via pietatis & clementię,via puritatis & munditię,via sanctitatis & decentiæ,via honestatis & congruētiæ,& alia sequentia.ibi.b. suntque viæ istę eligendę ꝑpter ipsarū gratitudinem,sunt vtiles propter ipsarū rectitudinem atque sunt securæ propter ipsarum quietudinem &c..bi.e.

Via quædam criminalis.s.malorum,sicque est via superborum altissima,immundorum fœdissima,iniquorum bassissima,mūdanorum longissima &c.plura.ibi.d.

Vicis,vicissitudo,vicissim,accipitur pro simili casu vel pro recompensatione vel pro alterna retributione,sicque vicissitudo vna est indigentium,vna prosperātium,vna delinquentium, & vna promerentium &c.sumitur etiam pro successione temporis vel pro certa & distincta temporis portione &c.a.

Vicinus.i. propinquus,socius vel amicus a.

Vicinus quidam honorabilis.s.Christus,quidam amicabilis:s.angelus,quidam commendabilis.s.amicus fidelis,quidam castigabilis.s.caro & mundus,quidam detestabilis.s.peccator, quidam formidabilis.s.diabolus &c.ibi.a.

Victima est sacrificium,hostia vel immolatio &c.a.

Victima quædam saluationis.s.Christi,quędam deuotionis.s.martyrum,quędam religionis.s.religiosorum,quędam deuotionis, s.voluntas viri iusti,quædam corruptionis .s. operum malorum & quædam damnationis.s.damnatorum.ibi.a.

Videre est illud per ꝙ cognoscunť rerū colores & quātitates &c.a.

Visio moralis & speculatiua qua iusti vident illa quæ pertinent ad salutem,sicque est videnda summa bonitas vt habeatur, nam videnda & attendenda est dei authoritas & potentia,dei benignitas & clementia,dei humilitas & patientia,dei seueritas & iustitia,dei fælicitas ac eminentia,cęteraq, alia.ibi.b.

Videnda est vitę sanctitas vt teneatur,videnda fratrum charitas vt foueatur, vidanda morum prauitas vt horreatur, videnda rerum vanitas vt caueatur,videnda vitæ breuitas vt defleatur,& videnda pœnæ grauitas vt timeatur.ibi.c.

Visio quędā intuitiua.s.beatorum qua vident in patria intuitiue faciem dei patris,sicque est visio lętificatiua,desideratiua , saluificatiua recreatiua & certificatiua.ibi.d.

Visio signat admirationem,attentionem,& circa aliquid occupationem & narrationem,sicque Ioannes vidit deum cunctis imperantem,cœtum angelorum deo famulantem,chorum prælatorum digne gubernātem,iustorum populum sancte regentē, pauperem multa sustinentem,bonū paradisum recipientē,vidit diabolum cunctis insidiantem,aliaque plura per longum.ibi.e.

Videre in bono significat multa,nam vident prælati discretè discutiendo,nam debent esse per discretionem illustrati,per attentionem excitati,per deuotionem occupati,vident contemplaturi attente conspiciēdo superiora,inferiora, interiora & exteriora &c.& vident boni actiui deuote cōpatiendo miseris &c. ibidē.f.

Visus & mentis discretio impeditur multiformiter.s.propter oculi fortem impressionē,propter obscuram medii habitationem propter nimiam meditationem & attentionem,propter medii variationem,propter speculi appositionem , propter radiorū reflexionem,propter diuersi situs variationem,& propter directam appropinquationem &c.satis prolixè.ibi.g.

Visio quædam impiorum qua reproborum opera praua quæ modo abscondita sunt,die tamen iudicii videbuntur &cæt.ibid.h.

Videri passiue loquendo sumitur in bono , quia malus velle debet Videri vt corrigatur,bonus vt alius eius exemplo melior efficiatur &c.in malo vero refertur ad vaniglorios , hypocritas atquē curiosos &c.ibi.i.

Videte quomodo caute ambuletis Ephe.5.sermo est, loquiturquē de visione morali & mentali &c.a.

Visio quædam moralis siue mentalis quæ habeat sapientiæ splendorem,quędam naturalis & mathematica,s.scientifica,literaris,phisica,ciuilis seu canonica &c.visio quędam enigmatica caliginosa.s.visio fidei,quędam moralis & sanctifica,vtilis & fructuosa.s.spiritualis meditatio & cognitio qua attendimus quæ ad salutem pertinent &cę.& quædam visio beatifica & gaudiosa qua beati in patria vident essentiam dei patris &c.ibi. b.

Visus est magis nobilis sensus inter cæteras corporis partes.& hoc probatur exemplo naturæ,enigmate figuræ,& authoritate scripturæ &c.ibi.c.

Videre debet homo dei bonitatem,quæ est superior , probať hoc per naturam,figuram & scripturam &c.ibi.d.videre etiam debet humanam vilitatem quæ est interior qua homo consideraε seipsum,& probatur hoc ex verbis dominicis propheticis , sanctificis apostolicis,philosophicis & diabolicis.ibi.e.

Visum impediunt,ne homo consideret seipsum, videlicet prosperitas mundialis,cupiditas tēporalis & fatuitas cordialis, nā quidam præsumit de iustitia,quidam de scientia,quidam de opulentia,& quidam de sanctimonia &c.ibi.f.

Videre debet homo fraternam charitatem,quæ est exterior sicq; homo videre & attendere debet ad viros iustos & scientificos, vt ipsos honoret,ad familiares & seruitores vt eos remuneret, ad bonos & fideles amicos vt eos summe confœderet,impediūt que fraternam charitatem,videlicet vitium ingratæ obliuionis distractę intentionis & carnalis affectionis.ibi.g.

Videre debet homo mundanam vanitatem quæ est inferior , debetque respui & abhorreri &c.h.

Videre debet homo egeni paupertatem quæ est sterilior,debetque nutriri,nam pauperes miserando non videne tyranni rapaces, auari tenaces,iudices fallaces,& amici nugaces &c.ibi.i.

Vid re

vires temporales dispensandæ, vires pectorales roborandæ, vires naturales attendendæ, vires tyrannales abhorrendæ, & vires supernales metuendę &c.a.
Viscera sunt corporis intestina &c.a.
Viscera quædam diuinæ dilectionis & cōpassionis, quædam internę affectionis, debentq; illa per passionem impinguari, per discretionem illustrari per deuotionem renouari per turbationē contristari. ibi.a, & quędā humanæ corruptionis & infectionis, suntque viscera illa per luxuriam pinguia, per inuidiam tristia, per iactantiam patentia, per infamiam fętentia & per sæuitiā ardentia. ibi b.
Visci quercini proprietas. vide castitas b, & etiam qui in aliis nascitur arboribus perpetuitas a.
Visitatio, visitare. visitatio. i. visualis frequētatio vel visus frequēs agitatio.a.
Visitatio quædam superior & diuina. s. dei, nam deus visitat veniē do personaliter, visitat influendo spiritualiter, visitat succurrē do temporaliter. visitat affligendo corporaliter, visitat promouendo supernaliter & visitat puniendo æternaliter &c.ibi.a.
Visitatio quædā inferior & humana. s. prælatorum vel perfectorū, sicque est visitatio cōsolatiua, correctiua & castigatiua &c.ibi.b.
Vitis siue vites sunt illa arbusta ex quibus vinea constituitur &c.a.
Vitis dicitur deus summus & gloriosus, homo iustus & virtuosus, vir iniquus & vitiosus, status bonus & virtuosus, status malus & perniciosus, atque baculus preciosus &c.ibi.a.
Vitulus est filius bouis cum matre adhuc deditus & lacte ac vberibus enutritus &c.a.
Vitulus quidam saginatus nostrum signat redemptorem, vitulus quidam immolatus signat iustum viatorem, quidem effrenatus signat stultum peccatorem, & quidam adoratus signat hostem deceptorem. ibi.a.
Vituli marini proprietas. vide patientia.d.
Viuere. vita accipitur aliquando pro ipsa naturali dispositione, aliquando pro morali conuersatione &c.a.
Vita quædam naturalis cunctorum, quædam virtualis bonorum, quædam triumphalis sanctorum, quędam noxialis malorum, & quędam gehennalis damnatorum. ibi.a.
Vita quædam naturalis quæ ex anima & corpore constituitur &c. nam talis inchoatur a vili conditione, mediatur cum acri turbatione, & terminatur cum forti ac tristi depressione. ibi.b.
Vita quædam virtualis bonorum, quę consistit ex vnione animæ cum deo, nam ibidem attenditur motus pueniens, s. culpam auferendo, mentem offerendo, ac deum inquirendo. ibid. c. attenditur ēt virtuosus subueniens, sicque habeat humoris cōpūctionem dilectionis feruorē, correctionis rigorem, discretionis splēdorem, affectionis candorem &c. subsequentia, atque attenditur fructus prouenienes. s. vita æterna &c.ibi.d.
Vita quędam æternalis beatorum, nam illa habet honorem & pręlationem, dulcorem & refectionem, vigorē & durationem, splēdorem ac discretionem &c.ibi.e.
Vita quædam mundialis malorum, nam ista est vita præsumptuosa, tumultuosa, fastidiosa, laboriosa, opprobriosa, periuriosa, & alia plura. ibi.f.
Viuo verbum aliquando signat discretionem, aliquando commendationem, & aliquando affirmationem &c.ibi.g.
Vita spiritualis requirit multa &c. vide necessitas b.
Vltio, vlcisci. vltio quædam affectanda, zeli iustitiæ, quædā vituperāda, diræ neqtiæ. & qdā cōsiderāda, dei potētiæ. vide vindicta.
Vltimus, vltra, vlterior. vltra signat quandam superabundantiam vel superexcellentiam loci, numeri, rei, vel temporis &c.a.
Vltra quoddam diuinæ conditionis admirandum, quoddam perfectæ successionis frequentandū, quoddam alicuius termini præfiniti transgressionis detestandum quoddā æternæ damnationis formidandum, & quoddam æternæ saluationis affectandū. ib.a.
Vltro. i. voluntarie seu sponte, sicque est vltro voluntariæ subiectionis, liberæ collatiōis, carnalis infectionis, prę sumptuosę ambitionis, fructuosæ operationis, & æternę saluationis a.
Vlulare. vlulatus est planctus cum clamore eductus vel factus seu sonus clamorosus sine verbo &c.a.
Vlulatus quidam bonus & virtuosus, bonorum & perfectorū. ibid. a, quidam malus & vitiosus, malorum & peruersorum, quidam pius & dulcorosus, miserorum & depressorum, quidam tristis & dolorosus, damnatorum & desperatorum. ibi.b.
Vmbra est quidam fluxus tenebrosus &c.a.
Vmbra quædam humanæ conditionis. ibi.a. quædam humanæ possessionis. ibi. b, quædam diuinę protectionis, quædam supernæ absconsionis, quędam internæ deuotionis, quædam æternę saluationis. ibi.c, quædam vmbra peruersæ conuersationis, quædā peccati corruptionis, & quædā obscuræ damnationis. ibidem.d.
Vnde ponitur positiuē, interrogatiuē, reprehensiuē, inquisitiuē, excratiuē, denegatiuē, admiratiuē ac dubitatiuē a.
Vndecim. vndenarius est numerus ille qui primo transgreditur denarium, signatq; in malo illos, qui transgrediūtur decalogū mādatorum &c. ac signat in bono illos qui proficiunt in dei, mandatis, & qui ad finem 12. articulorum ascendunt &c.
Vndiq;. i. in omni parte, reperiturq; vndiq; bonorum, malorū, miserorum, damnatorum atque beatorum a.
Vngere, vnctio. vnguētum denotat semper pinguedinem quæ est vnctionis materia &c.a.
Vnctio quædam deuotiōis interioris bonorū ac iustorū, qa virtute spiritussancti pleni, nam deus vngit mordificando per asperas tribulationes, vngit mitigando per mundanas consolationes, & vngit per gratiæ inspirationes atque infusiones. ibi.a.
Vnctio quædam promotionis superioris, sicque prælatus inungit ad suauiter conuersandum, ad viriliter operandum, & ad seduliter imperandum. ibi.b.
Vnctio, quædam corruptionis & sic mali vnguntur prosperitate mundiali, carnalitate corporali ac verbositate noxiali. ibi.c.
Vniuersus. vniuersitas signat integritatem totalitatem & generalitatem rerum &c. sicqte reperit vniuersitas videnda, credenda, tenenda. habenda, sectāda, vitanda, horrenda &c. alia, ibid.a.
Vnitas, vnus. vnitas habet diuersas proprietates, ideo etiam diuersas significationes, & signat in bono & in malo, &c.a.
Vnitas quædam summę diuinitatis. sicque deus vnus est in dignitate, iō bonorādus vnus in raritate, ideo conseruandus. vnus in pietate, ideo frequentandus. vnus in charitate, ideo amandus. & vnus in potestate, ideo formidandus. in ipso est etiam vnitas personalis essentiæ, vnitas supernalis eminentiæ, atque vnitas æternalis efficaciæ. ibi.a.
Vnitas quædam summæ simplicitatis. s. vir iustus & simplex, commendatur. n. vnitas illa, nam talis est magna & virtuosa, rara & præciosa, vera ac fructuosa &c ibi.b.
Vnitas quædā inuictæ cōitatis, s. amoris concordiæ ac amicitiæ ꝑuenitque ista vnitas ex prælati singularitate, ex animi vnitate & ex populi vniformitate, &c.ibi.c.
Vnitas sumitur in malo, sicq; per vnitatem intelligitur mala singularitas & mala cōcorditas, nam talis habet incompassionem & cupiditatem indeuotionem & tepiditatem, indiscretionem & garrulitatem, contradictionem ac crudelitatem. ibi.d.
Vnicornis animalis proprietas, &c. vide gaudium.g.
Vnicus, vnigenitus pro eodē supponunt, pōtque intelligi per vnicū vel vnigenitū Christus, anima, animus pauper & vir iustus.a.
Vobiscum, nobiscum, mecū, tecū, secum, istæ n. dictiones compositæ semper dicunt societatem, pręsentiam, vnitatem, assistentiā ac propinquitatem, sicque societas quędam debet optari, quędam amari, & quædam vitari &c.a.
Vocare, vocatus. vocare sumitur pro nominare, appellare &c.a.
Vocatio quædā diuina interior & spiritualis, qua Deus vocat suos per occultā suā inspirationem & ordinationē, sicque vocat hominem ad pænitentiam vt lamentetur, ad sapientiam vt cōtempletur, ad amicitiam vt iocundetur, ad indulgentiam vt libere tur, ad patientiam vt coronetur, ad diligentiam vt operetur, & cæ. alia. ibi.a.
Vocatio quædam diuina exterior & temporalis, qua dominus ad dignitates temporales vocat, nominat & assumit, sicque in tali vocatione requiritur electorum prudentia deliberatiua, requirit electi redolentia exuberatiua, & requiritur diuina prouidentia præordinatiua &c.ibi.b.
Vocatio quædam diuina superior & æternalis, qua quis vocatur per mortem ad ęternam gloriam &c.ibi.c.
Vocatio quædam humana, sicque vocare debemus deum vt exaudiat, prudentem vt erudiat pauperem, vt adueniat, amicum vt subueniat, virtutem vt ꝑficiat, errantem, vt desistat, atque peccantem vt luctum faciat. ibi.d.
Vociferari. i. vocem emittere more feræ, vel vocare fortiter cum clamore &c.a.
Vociferatio qdā iustorū & perfectorū multiplex, quædā malorū, quædā miserorum, quædā damnatorū, & qdam beatorum. ibi.a.
Vox est aer a pulmone in canalib. gutturis motus & impulsus, & mediantibus naturalibus instrumentis in ore articulatus atque formatus, estque multiplex &c.a.
Vox quædā admirabilis. s. vox creatoris audienda multiplex &c. a, vox quædā commendabilis. s. vtilis & honesta proferenda, nā sic a fidelibus habeatur vox humilis orationis, vox hilaris locutionis, vox salubris confessionis, vox vtilis prędicationis, atque vox authentica reprehensionis ac redargutionis. ib. b.
Vox qdā detestabilis. s. pctōris abhorrenda, sicq, est vox detractionis, elationis suggestionis, adulatiōis ac comminationis. ibid.c.
Volare, volatus. volare. i. alis sursum ascendere, & se cito & faciliter ad superiora transferre &c.a.
Volatus quidam gloriosus & admirabilis. s. ascensiōis Christi. ibi. a, quida volatus virtuosus & appetibilis, quo iusti spiritualiter volant sursum ad paradisum mentaliter &c. ibid. b, nam volant superius ad cælestes eminentias admirabiliter volant exterius

ad

FINIS

DICTIONARII PARS TERTIA.

A **P**Actum. Paciſci. Nota ꝙ pactum idem eſt quod fædus, conuentio, obligatio, commiſſio, concordia vel conſenſus. Et ideo pactum dicitur quaſi pacis actus. Poſſumus ergo notare quòd in ſcriptura inuenitur

Pactum charitatis.
Pactum caſtitatis.
Pactum voluptatis.
Pactum prauitatis.
Pactum dignitatis.

Dico ergo ꝙ inuenitur quoddam pactum charitatiuũ, & iſtud eſt illud pactũ, ille amor quo homines ſunt per charitatem inuicem obligati de quo pacto dicitur. 2. Paral. 23. ꝙ Ioiada ſacerdos pepigit fedus inter ſe & vniuerſum populum. & Iob. 5. Cum lapidib. regionis pactum tuũ. Item dico ꝙ inuenitur pactum quoddam deputatiuum, & iſtud eſt illud fœdus ſeu pactum quo quis promittit deo vel religioni ſe a carnis deſiderijs abſtinere, de quo Iob. 31. Pepigi fędus cum oculis meis, vt non cogitarem quidem de virgine. Item inuenitur pactum maculatiuum, & iſtud eſt illud quo luxurioſi ſibi inuicem multa turpia paciſcuntur, & multa vilia pollicentur, de quo Eſaias 57. ſic loquitur mulieri fornicariæ. Pepigiſti cum eis fœdus dilataſti cubile tuum. Item inuenitur pactum execratiuum, & iſtud eſt illud pactum quod heretici faciunt demonib. qui. ſ. quandoque cum eis habent multa pacta, de quo Iudic. 9. dicitur quod ingreſſi ſunt Phanum dei ſui Berith, & cum eo pactum pepigerunt. Item inuenitur pactum honoratiuum ſeu cõcordatiuum, & iſtud eſt pactum illud quod deus pepigit cum humano genere, cũ ipſo ſocietatem cõtrahendo ipſum per baptiſmum ſibi reconciliando, & ſalutem ſibi perpetuam promittendo. homo vero deo promiſit in baptiſmo fidem & dilectionem, & in bono perſeuerantiam & durationem, de quo Geneſ. 9. dicitur. Statuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos. Vbi aduerte quòd iſtud pactum habet Fundamentum inconcuſſibile, quia. ſ. a deo. Statuam inquit. Ligamentum inſeparabile, quia. ſ. iſtud fuit pactum Vobiſcum Firmamentum interminabile, quia. ſ. Cum ſemine veſtro. ¶Primo ergo dico
B quòd iſtud pactum quòd eſt inter deum & hominem, habet inconcuſſibile fundamentum, ſ. ipſum deum quod oſtenditur cũ dicitur Statuam. Statuere enim nihil aliud eſt quam ſtabiliter aliquid ordinare & tenere. Et vere iſtud pactum quantum eſt ex perte dei, bene eſt ſtabile firmamentum, quia. ſ. ſemper eſt paratus reddere quòd promiſi. Eſai. 55. Feriam vobiſcum pactum ſempiternũ, miſericordias Dauid fideles. Pactum autem iſtud fuit habitum in camera vteri virginalis, quando ipſe deus ſororem noſtram. i. humanam naturam aſſumpſit, eo pacto quòd ipſam non deponeret in æternum, & eo pacto quòd niſi in nobis deficiat, paratus eſt nobis reſtituere paradiſum. Deute. 7. Deus fortis & fidelis cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe quia ſcilicet, frangenti fidem, fragitur eidem. quia ſcilicet deus non cuſtodit pactum homini, niſi homo cuſtodiat id ſibi, eum. ſ. diligendo, & erga ipſum fideliter ſe habendo. Et ideo timeo de multis ꝙ quia domino ruperunt treugas, & violauerunt fœdus, & tranſgreſſi ſunt pactum, inobediendo ſcilicet & peccãdo, dominus ſimiliter iſtud pactum non tenebit, nec iuxta pacta ipſos eripiet aut ſaluabit. vnde Hiere. 11. Irritum fecerunt domus Iſrael & domus iuda pactum meum, quamobrem inducam ſuper eos mala. Non ſic chariſſimi, ſed iſtud pactum ſit firmum & inuiolabile, quia habet. (vt dictum eſt) inconcuſſibile fundamentum. Statuam inquit. Gen. 17. Ponam pactum meum tecum. ¶Secũdo dico quòd iſtud pactum habet vel habere debet inſeparabile ligamentum, ꝙ oſtenditur cum dicitur Vobiſcum. Quia ſcilicet iſtud aduerbium vobiſcum ſignat charitatem, concordiam & ſocietatem quæ. ſ. debent eſſe ligamentum pacti & coniunctionis noſtræ cum deo. Leu. 26. Multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum. Iſtud tamen pactum rumpunt hodie illi qui per peccata ſua rumpunt vinculum charitatis, quibus dominus dicit Fzech. 44. Diſſoluiſtis pactum meum in om- C
nibus ſceleribus veſtris. ¶Tertio dico quod iſtud pactum debet habere interminabile firmamentum, quod. ſ. oſtenditur cum dicitur. Et cum ſemine veſtro poſt vos. Quia. ſ. iſtud pactum debet eſſe interminabile a parte noſtra, ſicut eſt infinibile a parte dei. Nume. 25. Erit tam illi quam ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum. Quod eſt contra illos qui iſtud pactum non continuant, ſed per diuerſa peccata ipſum diſrumpunt & diſſipant Oſeæ. 6. Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum. Non ſic chariſſimi, ſed ſi pactum interminabile & æternum. Nume. 18. Pactum ſalis eſt, ſempiternum coram domino, tibi ac filijs tuis. Et aduerte quod iſta charitas dei dicitur pactum ſalis. Antiquitus. n. inter populos orientales mos erat quòd quando volebant aliquod pactum facere quòd perpetuo erat duraturũ, comedebant ſal, in ſignum quod ſicut ſal non poteſt corrumpi, ſic illud pactum nõ debebat amplius violari. Et ſic loquitur ſcriptura. i. Eſdrę. 4. vbi dicebant illi. Memores ſalis ſumus, ꝙ in palatio comedimus læſiones regis videre nephas ducimus. Ad denotandum quòd iſtud pactum charitatis, ſal ſapientiæ debet habere, vt in ſempiternum valeat permanere. 2. Paral. 13. Dedit deus regnum Dauid ſuper Iſrael in ſempiternum, ipſi, & filijs eius in pactum ſalis. Patet ergo quod iſtud pactum debet eſſe interminabile, inſeparabile, & inuiolabile &c. Vide ſupra vbi Fœdus.

Pangere. Pepigi. Vide vbi fœdus. & vbi Pactum.

Palatium. Cum palatiũ ſit ſolenne habitaculũ, vbi. ſ. rector vel princeps cõitatis vel regni habitare, A
iura reddere, & curiã tenere, & exinde populum regere conſueuit, nobis ꝙ in ſcriptura multiplex palatium inuenitur, videlicet

Interius.
Exterius.
Anterius.
Inferius.
Superius.

Palatium interius eſt conſcientia ſcilicet viri iuſti. In iſto enim ſpecialiter & ſecrete habitat dominꝰ quando ipſum videt pręparatum virtutibus & ornatum, vt ſic de viro iuſto dicatur illud. 2. Parali. 2. Decreuit Salomon vt ædificaret domum domino, & palatium ſibi Conſcientia. n. viri iuſti eſt domus & habitaculum ſummo regi, & requies atque palatium ipſi iuſto. Palatium exterius eſt eccleſia, quia. ſ. in iſta ſicut in palatio habitat deus & omnium fidelium exercitus, & etiam prælatorum chorus & cœtus. Vnde iſtud eſt palatium illud de quo dicitur Heſter. 1. ꝙ Vaſthi regina fecit conuiuium feminarum in palatio vbi rex Aſſuerus manere conſueuerat. & Heſter. 3. dicitur quod ſerui regis ad fores Palatij verſabantur. Palatium anterius eſt ſcripta ſophia, hoc eſt dictu, ſacra pagina, quia ſcilicet in iſto habitat ipſe deus, & etiam quilibet vir ſcientificus & deuotus. vnde Heſt. 12. dicitur quod rex præcepit Mardorcheo vt in aula palatij moraretur. In iſto enim inuenitur ſal ſapientiæ & doctrinæ, iuxta illud. 1. Eſdræ. 4. Memores ſalis quod in palatio comedimus. Vide ſupra de Pacto. Palatium inferius eſt mundi curia. Iſtud eſt enim palatium mundi ſuperborum & tyrannorum, vbi fiunt hodie multa mala, quia ſcilicet ibi abũdat hodie ignis auaritiæ & rapinæ, ſicut de illo malo rege dicitur. 3. Reg. 16. quod ingreſſus palatium, ſuccedit ſe cum domo regia. Et etiam mollities inconſtantiæ fœmineæ. vnde. 4. Regum 2. dicitur Ezechiæ regi. Filij tui erunt eunuchi in palatio regis babylonis. Eunuchi. n. homines molles, & effeminatos deſſignat, quales certe abundant hodie in palatijs huius mundi, & etiam (quod dolendum eſt) in palatio eccleſię vnde Heſter. 1. dicitur quod regina Vaſthi fecit conuiuium fęminarum in palatio vbi rex manere conſueuerat. Iſta enim

regina carnalem affectionem significat, quæ scilicet in palatio ecclesiæ effœminatos exaltat. Palatium superius est cœlum regium, vbi scilicet deus habitat cum Angelis & beatis, dicens scilicet illud Danielis. 4. Quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo. Figura Danielis. 1. vbi dicitur quod pueri de semine regio cauti scientia, mundi & abstinentes & pulchri, electi sunt vt possent stare in palatio regis. Ad denotandum quod in isto cœli palatio non admittitur nisi ille qui cautus, purus mundus & abstinens inuenitur &c. Omitto, quia paucæ sunt auctoritates.

A **Palam.** Nota quod palam idem est quòd publicè vel apertè. Notabis ergo quòd multa sunt quæ scilicet palam

Et in publico sunt dicenda.
Et in publico sunt agenda.
Et in publico sunt quærenda.
Et in publico sunt tacenda.

Dico igitur quòd quædam sunt palam diceda, & ista pro certo sunt bonæ scientiæ & doctrinæ, quæ scilicet palam debent doceri & prędicari, vt ab hominibus addiscantur. Exemplo scilicet Christi, qui scilicet fidem palam & publicè prædicabat, Ioan. 7. Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. & Ioan. 16. Palam de patre meo annunciabo vobis. Quia reuera ad doctorem fidei Christianæ pertinet quod palam doceat, & quod veritatem palam ostendat. Ecclesiastici. 29. Ipse palam facit disciplinam doctrinæ suæ. Sicut etiam Christus de seipso dicit Ioan. 18. Ego palam locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil. Cuius tamen contrarium faciunt hæretici, qui scilicet prædicant non palam, sed occultè in latibulis & cauernis. Omnis enim qui male agit, odit lucem. Ioan. 3. Vt sic de istis intelligatur illud Ecclesia. 38. In ecclesiam non transilient, super sellam iudicis non sedebunt, testamentum iudicij non intelligent, neque palam facient disciplinam & iudicium. Ideo cuilibet bono & catholico doctori potest dici illud Ioan. 6. Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Sunt ergo quædam palam dicenda. ¶ Item sunt quædam palam agenda, & ista sunt bona facta & opera virtuosa, quæ scilicet palam facienda sunt, & exemplariter alijs ostendenda. Deut. 13. Palam fiat vtrum diligatis dominum. Et merito, quia pro certo malæ acta quæ occulte fiunt vt abscondantur, per seipsa palam sæpissime veniunt, & omnibus manifestantur. Mar. 4. Nec factum est occultum quod non in palam veniat. Ita quod sæpissime admirati ue potest dici illud quod scriptum est Exodi. 2. Et quomodo palam factum est verbum istud? Bona sunt ergo palam agenda. ¶ Item quædam sunt palam quærenda, & illa pro certo sunt dei mandata, & sacræ paginæ documenta. Ista enim quærere & inuestigare non est verecundum, sed magis honorabile & honestum, & ideo palam & publice faciendum. Ecclesiastici. 51. capi. quod est alias in oratione Iesu filij Syrach. Quæsiui sapientiam palam. ¶ Item quædam sunt palam tacenda, & non propalanda. vtile enim & necessarium est quandoque quod homo a visibus hominum se abscondat, & quod palam non inueniatur nec publice se ostendat. Sicut de illo flore legitur qui dicitur Scapulissus, qui de nocte se occultat, & profundat in aqua, sed a media nocte incipit reascendere, ita quod in ortu solis palam ostenditur, & solet omnibus apparere. Quia reuera tempus est se occultandi, & tempus palam apparendi, & tempus loquendi, & tempus docendi. Vnde de Christo dicitur Ioan. 11. Christus autem iam non palam ambulabat. & Ioannes. 7. Nemo palam loquebatur de illo. Sufficit. Vide vbi Ostendere, Manifestare, Apparere. & similia.

A **Palea.** Cum palea sit illa pars spicę quę separata a grano est leuior neptior atque peior, possumus notare quod per paleam potest designari in scriptura

Sensus litteralis.
In peccato culpa venialis.
In opibus gaza temporalis.
In humanis vita corporalis.

Sensus enim litteralis & historicus, p paleam significatur, eo quod sub huius palea granum siue intelligentia contineatur, ex quo panis veræ, & fructuosæ doctrinæ conficitur & formatur. Vnde illa rebeca per quam ecclesia designatur, dicebat seruo Abraam quod asinos suos secum ad hospitium duceret, dicens Gen. 24. quod in domo patris sui locus erat spatiosus ad manendum. Nam inquit palearum quoque & fœni plurimum est apud nos. Ista enim puella signat ecclesiam, quæ scilicet domum patris sui Christi. idest sacram scripturam dicit esse spatiosam & latam, vbi scilicet dicit esse plurimum palearum & fœni. i. plurimum sensus & intellectus litteralis & historici pro scilicet asinis idest simplicibus educandis. Et breuiter de talibus paleis dicitur Esaia. 11. Leo sicut & bos comedent paleas. Leo enim signat subtiliores, bos rudiores, qui scilicet ambo quandoque sensu litterali vtuntur. Palea ergo signat scripturarum sensum litteralem, Item palea significat delictorum culpam venialem, sicut est illa pars spicæ quæ faciliter comburitur & consumitur, sic venialia sunt illa delicta quæ faciliter ad nihilantur. Matt. 3. & Lu. 3. paleas autem comburet igni. ¶ Item paleæ significāt huius mundi gazam Granum. n. signat spiritualia, palea vero temporalia. Exod. 5. Dispersus ē apostolis ad colligendum paleas, scilicet bonorum terrenorum, circa quæ plus laborat, quam circa granum spiritualium & virtutum. Et aduerte quòd sicut Exod. 5. dicitur, Pharao rex Aegypti dabat filijs Israel paleas, & sic ipsos in luto & latere occupabat, & ipsos sibi facere & coquere certum numerum laterum compellebat. Finaliter tamen paleas denegauit, & nihilominus laterum numerū imperauit. Quia reuera rex Aegypti diabolus compellit hodie filios Israel christianos ad certum numerum laterum idest vitiorum numerum sibi coquendum & faciendum, mediantibus tamen paleis idest mediantibus bonis terrenis, quæ pro salario ipsis confert. Quandoque etiam fit quod aliquibus paleas bonorum temporalium subtrahit, & tamen lateres idest peccata ipsos fabricare compellit, sicut patet de multis malis pauperibus tam religiosis quam alijs. Exo. 5. Dixit Pharao, non do vobis paleas, complete numerum laterum &c. Igitur patet quod paleæ significant huius mundi gazam temporalem. Item significant in humanis vitam corporalem: Sicut enim palea cito putrescit & deficit, cito deperit & comburitur, cito defertur atq; rapitur, sic vita humana cito pro certo computrescit & perit, cito quoque per mortem rapitur & recedit. vnde Iob. 21. Erunt sicut paleæ ante faciem venti. Sic igitur patet quod palea quatuor modis significat in scriptura. & hæc de palea sufficant.

Palestinus. Nota quòd palestini fuerunt idololatræ & pagani qui alias Philisthijm nominantur. Interpretantur autem palestinus ore concussus, seu ore contendens &c.

Pallium. Nota breuiter quod cum pallium sit superius indumentum quod omnia alia cooperit vestimenta, quod non tantum portatur ratione necessitatis, immo et quandoque ratione honestatis, & quandoque ratione curiositatis, possumus dicere ꝙ in scriptura inueniuntur multa genera palliorum. Inuenitur enim pallium A

Honestatis.
Charitatis.
Dignitatis.
Mortalitatis.
Humilitatis,
Iocunditatis.

Pallium honestatis est illud quod omnes defectus habet contegere, de quo dicitur Gen. 38. quòd Thamar nolens cognosci, tollens cito pallium cooperiunt se. Pallium charitatis est illud quod a frigore habet protegere, & istud est quod ad pauperes per elemosinam debet extendi, & ad alios misericorditer dilatari. Ruth. 3. Extende pallium tuum, quia propinquus es. Istud est pallium coccineum, de quo dicitur Iosuæ. 7. Vidi inter spolia pallium coccineum valde bonum. Coccineus enim color est igneus significans incendium charitatis. Istud tamen pallium est in aliquibus ita breue quod ad alios ipsum nequeunt elargiri Esaiæ. 28. Breue pallium vtrunque operire non poterit pallium dignitatis est illud quod beatos solet depingere. Gloria enim æterna est ornamentum & pallium beatorum. 3. Reg. 11. Occurrit ei ahias silonites indutus pallio nouo. Pallium mortalitatis est illud ꝙ homines debent conscindere, & istud est pallium corporis, quod scilicet est per pœnitentiam conscindendum. 1. Esdræ 9. Scidi pallium meum & tunicam. Pallium humilitatis est illud quod homines debent accipere, & istud potissime signat humilem bonorum conuersationem, de quo dicitur. 1. Reg. 28. vbi de Samuele suscitato dicitur. Vir senex ascendit, & ipse est amictus pallio. Pallium vero iocunditatis est illud quod homines debent appetere, & istud etiam est pallium virtutum, quod scilicet sancti deferunt in hoc mundo, vt habeant pallium gaudiorum finaliter in futuro, de quo dicitur Esaiæ. 61. quod deus dabit sanctis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu męroris. Ac si diceret ꝙ sancti in hoc mundo portant. s. pallium cineris, luctus & męroris, & in paradiso portabunt. s. pallium laudis, gaudij & honoris. Et sic patet quomodo pallium potest accipi in bono &c. ¶ Sed adhuc dico ꝙ pallium potest accipi in malo, & sic signat omne malū

velamentum

velamentum vel operimentum. Et ſic poſſumus dicere ꝙ in ſcriptura inuenitur

Pallium deceptionis.
Pallium infectionis
Pallium poſſeſſionis.
Pallium excuſationis.
Pallium adultionis.

Hypocritæ portant pallium deceptionis fictæ & falſæ cõuerſationis. Et iſtud eſt pallium quo gladius Goliad erat in tabernaculo coopertus. Quia vere multi ſunt in tabernaculo eccleſiæ, qui quamuis ſunt gladij diaboli, pallio tamen fictæ conuerſationis ſunt inuoluti. Contra quos dicitur Zacha. 13. Non operientur vltra pallio ſaccino vt mentiãtur. Luxurioſi portant pallium infectionis, & iſtud nihil aliud eſt quam diſſoluta & inhoneſta conuerſatio talium immũdorum. & iſtud eſt pallium quòd dimiſit Ioſeph in manu dominæ ſuæ, ne committeret adulterium, de quo Gen. 39. Relicto in manu illius pallio fugit, & egreſſus eſt foras. Auari portant pallium temporalis poſſeſſionis. Iſtud eſt palliũ quod ipſi pauperib. auferũt, de quo ipſi ſe induunt, & inuoluũt, de quo Micheæ. 2. Deſuper tunicã palliũ ſuſtuliſtis, & eos qui tranſibant ſimpliciter, conuertiſtis in bellum. Iſtud eſt illud pallium propter cuius furtum lapidatus eſt Achar, ſicut dicitur Ioſuæ. 7. Fatui portant pallium excuſationis, quia ſcilicet fatui & obſtinati nunquam defectus ſuos volune reconoſcere, ſed ipſos excuſare & palliare, & maxime in confeſſione. Et iſtud gloriabatur ſponſa amico. Cant. 5. Tulerunt pallium meum cuſtodes murorum. Falſi vero portant pallium adultationis, & potiſſime proditores, qui cum pallio, fictæ amicitiæ ſe tranſfigurant in angelum lucis. Figurati in Iahele, quæ dans zizaræ lac bibere, operuit eum pallio, & tandem occidit eum, ſicut dicitur Iudicum 4. Quia ſcilicet falſi & proditores, pallio falſitatis amicitiæ ſuæ operiunt & obnubilant homines, & lacte ſuorum verborum dulcium & fallacium eos potant & tandem per productionis vitium ipſos deſtruunt atque turbant. Et de tali pallio poteſt dici illud quod de Thamar volente decipere Iudam dicitur Gen. 38. Tollens cito pallium cooperuit ſe. Sic ergo patet qũo multiplex eſt malum palliũ, quo. ſ. mali palliantur, de quo mali in hoc ſeculo conteguntur. Iſtud ergo ſufficit de pallio ꝙ dictum eſt.

A **Palma.** Nota quod palma ſecundum ſuas diuerſas proprietates poteſt in ſcriptura multa ſignificare. Significatur enim per palmam ſcilicet

Morum ſanctitudo.
Crucis mœſtitudo.
Victorum certitudo.
Cœlorum plenitudo.

Primo ergo dico ꝙ palma ſignat morũ ſanctitudinẽ virtuoſam. Per palmã. n. intelligit vir iuſtus vel etiam perfectio viri iuſti. Palma. n.

Surſum erigitur.
Profunde figitur.
Virore decoratur.
Alteri combinatur.
Fructibus fæcundatur.
Durabiliter antiquatur.

Dico quòd ſurſum erigitur, quia ſcilicet & palma & omnes rami palmæ ſurſum tendunt verſus cœlum. Ad denotandum quòd vir iuſtus & rami ſuarum affectionum ad deum debent erigi, & ad cęlum per deſiderium eleuari. Canti. 7. Statura tua aſſimilata eſt palmę. Dico etiam ꝙ in terra figitur, quia ſcilicet palma profunde radicatur, ſic & vir iuſtus per humilitatem debet profundari, & per fidem ſtabiliter radicari. Eccl. 24. Quaſi palma exaltata ſum in cades & quaſi plantatio roſæ in hierico. Dico adhuc ꝙ virore decoratur, nunquam, enim perdidit virorem ſuum. ſic & vir iuſtus virorem bonæ conuerſationis nunquam debet perdere ſed ipſam perpetuo cuſtodire. Leuitic. 23. Sumetis fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque palmarum. Iſtis enim debemus eſſe parati & ornati ad dignè domino obuiandum, ſicut dicitur Ioan. 12. quòd acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam Chriſto. Dico inſuper quod palma alteri combinatur. Palma enim proficit per coniunctionem, & ideo binæ & plures ſimul arbores inde oriuntur. Maſcula enim palma fęmellam fęcundat ſi iuxta eam plantetur. ſic vere viri iuſti tunc temporis in moribus proficiunt, quando per charitatis vinculũ iunguntur & vniuntur adinuicem. Charitatiua enim aſſociato virtutum eſt fœcundatio & cumulatio. Per iſtam. n. fœminę a maſculis, imperfecti à perfectis, mali a bonis fœcundantur, & gratijs & virtutibus impinguantur. Palma enim nunquam vult eſſe ſola, quia teſtę Sen. omnia mala docuit ſolitudo. Quod bene figuratum eſt Exodi. 15. vbi dicitur quod filij Iſrael venerunt in helym vbi erant. 12. fontes & ſeptuaginta palmæ. Ad denotandum quòd palmæ in helym. ideſt in eccleſia illi qui volunt eſſe palmæ per virtutem & perfectionem, & fontes per gratiam & deuotionem, non debent per odium eſſe ſoli, ſed per charitatem & concordiam eſſe multi. Eccl. 50. Palmæ ſteterunt in circuitu eius. Ezech. 41. Palma erat inter cherub & cherub. Dico nihilominus quòd palma fructubus fœcundatur. Habet enim palma fructus dulces, quod dactilos vocamus, quos frequentant & diligunt. Elephantes ſecundum Plin. quia ſcilicet viri iuſti habent fructus bonorum operum abundantes, quibus Elephantes, ideſt ſimplices recreantur, & per bona exempla in virtutibus educantur. Et de hoc dicitur in pſal. Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus libani multiplicabitur. Vide eam. ſupra. de Iuſtitia. Dico vlterius quod durabiliter antiquatur, quia ſcilicet palma dicitur quaſi ſine defectu viuere. Quod ſatis euidenter apparet & probatur per hoc quòd centum aanos dicitur expectare antequam faciat fructus bonos, quod etiam apparet ex natura nominis, quia palma latinè dicitur ſenex, vel phęnix græce pro eo quod ad modum illius auis phęnicis diutiſſime duret. per quod notatur perſeuerantia viri iuſti, qui ſcilicet nunquam debet per peccatum deficere, ſed in bono perpetuo perdurare Iob. 29. In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies meos. ſequitur. Gloria mea ſemper innouabitur &c. Et tales palmæ. ideſt viri iuſti in templo debent eſſe inſculpti, & ibi promoti & radicati, ſicut. 2. Para. 3. dicitur quòd Salomon per totum templi parietem ſculpſit palmas. Quia Salomon. ideſt bonus prælatus debet tales palmas in templo eccleſiæ ſculpere, & eos ibidem conſtituere & locare. Ezec. 41. Palmæ celatæ erant in pariete templi. Patet ergo quod palma ſignificat morum ſanctitudinem virtuoſam. ¶ Secundo dico quod palma ſignat crucis męſtitudinem doloroſam. Palma enim eſt inferius multum aſpera, ſurſum tamen eſt dulcis & fructifera. Palma etiam prębet Elephantibus, id eſt eſurientibus nutrimentum, & ipſis dormientibus fulcimentum. Sic vere crux Chriſti fuit aſpera inferius in hoc mundo, eſt tamen valde dulcis ſuperius in paradiſo. Elephantes ergo ideſt viri iuſti debent ſub ipſa morari per deuotionem, eidem debent inniti per ſpem, fiduciam & affectionem, & ſic fructu iſtius arboris. ſ. Chriſto reficientur finaliter per æternam fruitionem. Figurati in Delbora prophetiſſa vxore Lapidoth, quæ ſedebat ſub palma, & iudicauit populum, ſicut dicitur Iudic. 4. Delbora enim interpretatur eloquens, ſignificans viros eccleſiaſticos, qui orando, gratias agendo, & alios docendo debent eſſe eloquentes. Iſti enim ſub palma crucis per memoriam & deuotionẽ debent ſedere, vt ſe & alios poſſint debite iudicare. Quod etiã bene figuratur. Ezech. 41. vbi dicitur quod in templo erant fabrefactę palmę, & palma erat inter cherub & cherub. Nos enim ſumus templum dei ſpirituale, quia templum dei ſanctum eſt quod eſtis vos. 1. ad Corin. 4. In nobis ergo debet eſſe celata & impreſſa palma crucis per deuotionem, habens ſecum cherub, quod interpretatur plenitudo ſcientiæ. i. ſpiritualem ſapientiam & diſcretionẽ. Dicat ergo vir cruci deuotus illud Canti. 7. Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Vbi oſtenditur Talium feruens affectio. Aſcendam. Crucis conditio. Palmam. Cordis deuotio. Apprehendam &c. Signat ergo palma crucis mœſtitudinem doloroſam. ¶ Tertio ſignat victorum certitudinem gaudioſam. Palma. n. eſt arbor victorialis. Victores enim ſolebant palma antiquitus coronari. Et ideo per palmam bene poteſt ſanctorum victoria denotari. Et de hoc Apoca. 7. dicitur quod ſancti erant in conſpectu thoroni amicti ſtolis albis. & palmæ in manibus eorum. Si enim vitia vicerimus, & ſi iuſti & boni fuerimus palmam æternæ gloriæ & perpetuæ coronæ a deo reportabimus, Deut. 25. Illi quem iuſtum viderint, iuſtitiæ palmam dabũt. Quod bene figuratur. 1. Macha. 13. vbi dicitur quod filij Iſrael mundauerunt arcem a contaminationibus, & intrauerunt in illam cum laudibus & ramis palmarum. Quia arx eccleſię ſumme debet a vitijs mundari & expiari, & eam illi ſolum debent intrare, qui ſciunt deo regratiari & eum laudare, & qui palmam victorię ſciunt de vitijs reportare. ¶ Quarto dico quod palma ſignificat cœlorum plenitudinem fructuoſam. i. gloriam paradiſi, ſicut ſupra habes in titulo de gloria. Gloria enim æterna ad modum palmæ habet vigorem vel nitorem immarceſſibilem, habet virorem interminabilem, habet fructum indefectibilem, habet aſpectum ſumme delectabilem. Iſta eſt ergo ciuitas palmarum, de qua dicitur Iudicum. 3. Poſſedit ciuitatem palmarum. vnde illud Canticorum. 7. Aſcendam in palmã &c. Et illud Iob. 29. Sicut palma multiplicabo dies meos. Vide ſupra in eodem titulo. Patet ergo qũo palma ſignat, Aeternæ glo-

rię iocunditatem.Fortis victoriæ ſtrenuitatem.Crucis memorię vtilitatem.Virtutis & gratiæ moralitatem &c.

Palma. Manus.Palmus.Palmes.Palmare.Palpebra. Palus Pali.& Palus paludis .multa poſſent ſignificare, ſed auctoritates ſunt valde paucæ de quolibet titulo prædictorum,quapropter tranſeo,gratia breuitatis.

A **Panis.** Cũ panis ſit illud per quod reficitur & nutritur corpus humanum, ſatis videtur conſonum rationi ꝙ ꝑ panem intelligatur omne illud ꝙ delectat & reficit mentem noſtram,ſiue bonum fuerit ſiue malum . Notemus ergo ꝙ in ſcriptura inuenitur in bono ſignificato panis

Doloris.
Laboris.
Sudoris.
Mœroris.
Timoris.
Saporis.
Dulcoris.
Vigoris.

Iſtis enim octo generib. panum debent fideles enutriri, vt per gratias & virtutes poſſint fœliciter augmẽtari.Comedamus ergo panem doloris per cordis contritionẽ & pęnitentiam.pſal.Surgite poſtquam ſederitis qui mãducatis panem doloris . Item comedamus panem laboris per diligentiam . vnde Eccl. 33. Cibaria & virga & onus aſino , panis & diſciplina & opus ſeruo. Item comedamus panem ſudoris per pœnarum ſuſtinẽtiam,de quo Ge.3.In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.Item comedamus panem mœroris per lacrimarum redundantiã.pſalmus.Fuerunt mihi lachrymę meæ panes die ac nocte, Item comedamus panem timoris per diuinam reuerentiam.Ezech.12.Panem tuum in conturbitione comede.Item comedamus panem ſaporis per gratiarum influentiam,de quo Eccleſiaſtici.29.Initium vitæ hominis aqua,panis, & veſtimentum.Itẽ comedamus panem dulcoris per ſcientiarum ſapientiam,de quo Eccleſi.15.cibauit illum dominus pane vitę & intellectus.Itẽ comedamus panem vigoris.i.ſacramentũ
B & eucariſtiã,de quo dicitur in pſam.Panis cor hominis confirmet.¶Item accipiẽdo panem in malo ſignificato dico ꝙ in ſcriptura inuenitur multiplex malus panis,videlicet panis

Carnalitatis.
Cupiditatis.
Mendacitatis
Aduerſitatis.
Proſperitatis.
Calamitatis.

Panis carnalitatis eſt panis luxurioſorum. vnde Eccleſia. 22. Homini fornicario ominis panis dulcis.i. omnis delectatio carnalis. Panis cupiditatis eſt auarorũ de quo Eſa.65.Serpenti puluis panis eius . Panis mendacitatis eſt panis loquatium verboſorum,ſeu etiam adulatorum,de quo Prouer.20.Suauis eſt homini panis mendacij. Panis Aduerſitatis eſt panis egenorum.Eſai. 30. Dabit tibi dominus panem auctum,& aquam breuem .Panis proſperitatis eſt panis diuitum & ſuperborum,de quo Iob.28. Terra de qua oriebatur panis,in loco ſuo igni ſubuerſa eſt & Eccl. 10. In riſu faciunt panem. Iſte eſt panis propter cuius commeſtionem maledicitur Propheta.3.Reg.13.Quia inquit comediſti panem in loco iſto,nou inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum . Et ſequitur quòd ille propheta a leone fuit occiſus . Quia vere illi q̧ pane proſperitatis vltra debitum fruuntur , ſepultura paradiſi priuantur , & a leone diabolo perpetuo punientur . Panis vero calamitatis eſt panis damnatorum,de quo 3.Reg. 22. Mittite virum iſtum in carcerem,& ſuſtentate eum pane tribulatio-
C nis,& aqua anguſtię.Ecce ergo quomodo mali reficiuntur multis generibus malorum panum.¶Sed adhuc dicamus ꝙ ſunt ſcilicet panes

Deſiderabiles & fractuoſi.
Vituperabiles & vitioſi.
Exterminabiles & doloroſi.

Dicamus ergo aliq̧d de panibus bonis & ſpiritualibus. Sicut enim corpus habet ſuum panem corporalem quo nutritur ſic anima habet ſuos ſpirituales panes quibus mentaliter reficiatur.Paterfamilias enim deus nobis ſeruis ſuis panes ſpirituales miniſtrat , quibus animam roborat,recreat & confortat. Vnde ipſe dicit Prouer.9.Venite & comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis . De iſtis autem panibus dicitur Matth.14.Non habemus hic niſi quinque panes.Vnde nota quòd dominus hic in iſta via adminiſtrat ſuis fidelibus quinque panes ideſt . quinque genera ſpiritualium refectionum,& iſti ſunt panis

Superior & ſacramentalis.
Interior & ſpiritualis.
Exterior & ſcientialis.
Inferior & materialis.
Vtilior & ſempiternalis.

Iſtis enim quinque panibus.i.quinq; panum generib. reficit dominus in huius mũdi ſolitudine turbam ſuam.Nam panis

Sacramentalis eſt panis angelorum.
Spiritualis eſt panis deuotorum.
Scientialis eſt panis diſcretorum.
Materialis eſt panis egenorum.
Sempiternalis eſt panis beatorum.

Primo ergo dico ꝙ deus nutrit fideles ſuos pane ſacramentali,qui panis dicitur angelorum, quia ſicut dicitur pſal. Panem angelorum manducauit homo.Sicut.n.paterfamilias ſolet de domo ſua panem exterius ad campos mittere ſuis agricolis atque ſeruis quã diu ſunt in opere & labore,qñ vero de cãpo redierũt,ſolet eos pane ſuo & cibarijs in domo ꝓpria recreare,ſic deus pater nobis in agro huius mundi laborantib.de domo ſua paradiſi panem celeſtem miſit,ſ.filium ſuum benedictũ,vt nos agricolas eccleſiæ militantis,iſto pane in ſacramento euchariſtiæ nutriret , & tandẽ eodẽ pane in domo eccleſiæ triumphantis per beatã fruitionem reficeret,& foueret,de quo Sap.16. Panẽ de cęlo præſtitiſti eis dñe, oẽ delectamentum ſuauitatis in ſe habentem.Iſte.n.panis in grano,fuit de granario paradiſi apportatus.In ore gabrielis ſicut in quodam molendino fuit tritus & aliqualiter maſticatus,& quaſi in farinæ mollitiem immutatus . In vtero virginis ſicut in arca piſtoria fuit cum aqua noſtræ fluxibilis humanitatis mixtus & mirabiliter impaſtatus.In mũdo vero in cruce ſicut in quodam clibano fuit ignibus tribulationum decoctus & inflammatus. Eſa.44.Succendit & coxit panes & de reliquo fabricatus eſt deũ &c.& Eſaiæ.48.Excoxi te in camino paupertatis. In reſurrectione fuit de iſto furno extractus . In accenſione fuit iterum in archa paradiſi repoſitus & locatus.Exinde vero quotidie in ſacerdotali conſecratione ſumitur,& ad manducandum hominibus communicatur,& ad vitam gratiæ & gloriæ conferendam mirabiliter operatur.Et ideo iſtemet panis loquitur Ioann.6.ca. Ego ſum panis viuus,qui de cœlo deſcendi.vbi aduerte quòd iſte panis habet ſcilicet

Summam & glorioſam conditionem.
Magnam & fructuoſam perfectionem.
Longam & virtuoſam durationem.

Primum habet ratione principij originalis:quia de cœlo . Secundum ratione virtutis ſacramentalis , quia eſt panis viuus. Tertium habet ratione naturæ ſubſtantialis , ꝙ oſtenditur cum dicitur . Ego ſum . Iſta enim in omni re conſiderantur, ſ. eſſe operatio, finis, vt eſſe denotet rei conditionem . Quantum ergo ad naturæ conditionem, iſte eſt panis valde mirabilis , quia de cœlo deſcendit . Quantum ad virtutis perfectionem, iſte eſt panis valde notabilis,quia eſt panis viuus . Quantum ad finis præfictionem,iſte eſt panis valde durabilis,quia ego ſum . ¶Di- D
co ergo quod Chriſtis oſtendit hic huius panis mirabilem dignitate,quod oſtenditur cum dicitur.De cœlo deſcendit.Res.n. cæleſtes ſunt iſtis inferioribus digniores,& in ſuis etiam conditionibus mirabiliores,ſicut patet de cęlo ſtellis , orbib. & planetis. Et quia dicit hunc panem de cœlo veniſſe , bene innuit ipſum conditionem dignam & mirabilem habuiſſe.Res.n.quandoque conditionem & naturam a locis contrahunt in quibus oriuntur ſicut patet de herbis,quia quæ in montibus naſcuntur, ſaniores ſunt quam quæ in vallibus,quamuis ſint eiuſdem generis & naturæ.Et inde eſt quòd animalia herbas montanas commedentia ſunt præ cæteris meliora,& etiam ſaniora.Sic quia iſta herba.ſ. iſte panis,ſ.euchariſtia,de monte cęli deſcendit , vbi etiam ortũ ſumpſit,veriſimile eſt ꝙ magnam. virtutem & prærogatiuã habeat,& ꝙ ipſam comedentibus virtutem & ſanitatem & prærogatiuam conferat & inducat.De cęlo inquit deſcendit pſalmus. Panem in cęlo dedit eis,cibaria miſit eis in abundantia.& Ioan. 3.dicitur quod qui de celo venit ſuper omnes eſt.Et vere iſte panis ſuper omnes eſt multiplici ratione,& primo quia iſte.Per comeſtionem non minuitur.Per fractionem non coteritur . Vnus exiſtens locis pluribus conſecratur & conficitur . Sua munditia ab immundis comedentibus non inficitur . In ipſo etiam accidens ſine ſubiecto ſubſiſtit & conſpicitur . Iſta enim & multa alia mirabilia ſunt in iſto pane quæ longum eſſet per omnia dilatare. Iſte.n.per comeſtionem nõ minuitur,ſimilis cãdelæ, quæ ita bene ſufficit mille videntibus,ſicut vni. Figuratus in lechito olei viduæ mulieris,qui ad vocem heliæ non minuebatur, quãuis exinde quotidie ſumeretur,ſicut dicitur.3. Reg. 17. Figuratus etiã in manna,de quo dicitur quod qui multum habuit, nõ abundauit , & qui modicum , non minurauit. 1.ad Corint.8.& ſumitur & Exo. 16. Quia pro certo iſte panis ad vocem Heliæ. ideſt ad verbum ſacerdotis confectus,& more mãnę de cęlo hominibus

minib. p̃tatis nũquam in se diminuitur, quãuis a plurib. sumatur, immo sicut prosa canit, Sumit vnus sumunt mille, quantum isti, tamen ille. Et de hoc Esa. 51. Non deficiet panis eius. Itẽ iste per fractionem non cõteritur, quia sicut baculus rectus partim in aqua positus videtur esse fractus, quamuis in veritate perseueret integer atq; rectus, sic corpus Xp̃i sub aqua fluxibilium accidentiũ in sacramento isto positũ, frangi quidẽ v̄r, & t̃n in se non cõteritur nec mutatur. Thren. 4. paruuli petierunt panẽ, & nõ erat qui frangeret eis. Item iste panis vnus existens in locis pluribus conficitur, quia sicut vna & eadẽ i mago relucet in pluri b. speculis, sic iste vnus & idem existens conficitur in pluribus locis. Luc. 15. Quanti mercenarij in domo p̃ris mei abundãt panibus. Item isti panis ab immũdis nõ inficit, quia. s. q̃uis præcipiatur Leui 21. Quicunque habuerit maculam, non offerat panes deo, si t̃n de facto fiat nunquam propter offerentis vel recipientis maculam maculatur. Cuius exemplum habemus in Luce quæ transiens per sordes, p̄p hoc sordescit. in cuius signum corpus suum Iudę d̃ns nõ negauit, q̃a. s. q̃uis ipsum sciret malũ ipsum t̃n detegere noluit, & maximè q̃a ipse immunditijs cordis sui munditiã corporis xp̃i maculare nõ potuit 1. Re. 30. Inuenerunt virũ ægiptiũ, dederuntq; ei panẽ, vt comederet. Ad q̃ facit verbũ Aug. lib. de ecclesiasticis dogmatibus, dicentis sic. Hoc inquit sacramentum non in merito consecrãtis, sed in verbo cõficitur creatoris. Et ideo nec boni sacerdotis mortis ampliatur, nec mali vitijs deprauatur. Item in isto pane accidens sine subiecto consistit & inspicitur. Sicut enim terra stat & pendet in medio aeris sine fulcimento. (Teste etiam Sen. lib. 3. de quæstionib. naturalibus, Tutilla insula indiæ in mari stat & natat sine fulcimento. quia. s. cum sit de natura pumicis, in mari non submergitur sed enatat, nunquam tamen eundem locum seruat, sed motu impulsu & flatu continue locum mutat, quamuis herbas & arbores nutriat seu altat) sicut insuper capsa machomethi in medio muri adamantini stat sine appodiamento, sic non est mirum si virtute diuina in sacramento altaris accidentia sint sine subiecto, vt de hoc exponatur illud Luc. 4. Dic lapidi isti vt panis fiat. quasi diceret, quamuis iste sit verus & spiritualis, apparet tamen quantum ad sustentationem accidentium esse lapis. hoc est dictu, quòd in isto pane accidentia sine subiecto ita firmiter radicantur, ac si in fundamento lapideo locarentur. Ecce ergo quot mirabilia sunt in isto pane. Bene ergo patet q̃ de loco mirabili venit, & q̃ de cœlo nõ de terra originem suam traxit. Descendi inquit de cęlo. Vnde Ioan. 6. pater meus dat vobis panem de cęlo verum. Dico ergo q̃ hoc ostendit huius panis mirabilem dignitatem.

E ¶Secundo dico quòd hoc ostendit huius panis notabilem potestatem, quod ostenditur cum dicitur Panis viuus, q̃a. s. res viua valde est potens & virtuosa, multo magis quam mortua. Iste enim panis dicitur panis viuus, pro eo quod in se habet vitam naturalem, & pro eo q̃ alijs ministrat & confert vitã spiritualen & æternalẽ. Dico q̃ in se habet vitam naturalem. quia. s. ibi est corpus Xp̃i per sacramentalẽ confectionẽ, aĩa per naturalẽ cũ corpore coniunctionẽ, filius per humanæ naturæ inseparabilẽ assumptionem, pater & sp̃ussanctus per identitatem personarũ & indiuisibem vnionẽ. Iste ergo panis viuit in se. Io. 6. Ego sum panis vitæ. Item iste panis dat vitam alijs, quia. s. sicut panis materialis vitam continuat corporalem, sic iste spiritualis vitam præstat dignè sumentibus spiritualem. Vñ Ioan. 6. dicitur. Panis verus est qui descendit de cœlo, & dat vitam mundo. Et non solum iste panis dat in p̃nti vitam spiritualem gr̃ę, immo etiam in futuro dabit dignè sumentibus vitam glorię sempiternam. Vnde ibidẽ Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Manducauerit dico. s. dignè. Circa quòd aduertendum est quòd manducare est credere. Vnde dicit Augu. Crede, & manducasti. Non. n. semper requiritur dẽtium motus & attritio, immo sufficit syncera fides & deuotio. Vnde nota q̃ ad hoc q̃ iste panis conferat huiusmodi vitam gratiæ seu gloriæ, necesse est q̃ sumatur & comendatur, scilicet cum

Gemitu contritionis
Fremitu compunctionis.
Vomitu confessionis.
Habitu timoris & mortis considerationis.
Strepitu laboris & bonæ operationis.

¶De contritionis gemitu habemus Tren. 1. Populus eius gemens, & quærẽs panẽ. &c. De compũtionis fremitu dicitur in psalmus. Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Et Ecclesia. 11. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, i. super effundentes compunctionis lachrymas. de confessionis sonitu seu vomitu quo scilicet debemus expellere omnia peccata. (Exemplo scilicet lupi qui fame arctatus, & terra satiatus, solet ipsam terram euomere, quando tandem vult inuenta bona & recentia cibaria manducare.) potest dici illud Genes. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Confessio enim nihil aliud est quam quædam vitiorum vomitio & sedatio, & quædam vultus verecundia & confusio. De timoris vero & mortis considerationis habitu potest dici illud Ezech. 12. Panem tuum in conturbatione comede. Et in psalmus. Cinerem. idest mortis memoriam, tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. De bonæ autem operationis strepitu potest dici illud Prouer. 20. Operare terram tuã, & saturare panibus. Et sic procul dubio charissimi si istis quinq; modis istum panem sumpserimus, per ipsum vitam gratiæ & gloriæ habebimus, sicut dictum est. Iste est panis viuus. Et ideo bene dictum est quod iste habet notabilem potestatem, quia scilicet res viua potest ire viuere, & operari. Vita enim de se virtutem designat. Et ideo quando iste panis viuus dicitur, bene dico quòd eius virtus & efficacia designatur. Iste enim est panis efficax.

Ad nutriendum & vegetandum.
Ad delectandum & reficiendum.
Ad roborandum & sustentandum.
Ad saturandum & replendum.

¶Iste enim est pans nutritiu[9] & vegetatiuus. Sap. 16. Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & panem de cęlo præstitisti eis. Item iste est panis refectiuus & delectatiuus. Prouerb. 9. Panis absconditus suauior. Item iste est panis sustentatiuus & roboratiuus. psalmus. Panis cor hominis confirmet & sic iste bene figuratur. 3. Reg. 19. in illo pane subcinericio quem inuenit helias ad caput suum. in cuius fortitudine ambulauit vsque ad montem dei oreb, qui significat paradisum. Item dico quòd iste est panis repletiuus & satiatiuus. Prouer. 20. & 28. Qui operatur terram suam, saturatur panibus. Ideo de forti muliere dicitur Prouerb. 31. Panem ociosa non comedit. Patet igitur charissimi quòd iste panis vt dictum est, habet notabilem potestatẽ.

¶Tertio dico quòd iste panis habet durabilem firmitatem, quod ostenditur cum dicitur. Ego sum. Alij enim panes corrumpuntur, iste autem incorruptibilis est. Quamuis enim species illæ quæ nobis apparent, & accidentia illa quandoque corrumpantur, natura tamen & essentia corporis Christi nulloties alteratur. Ego sum inquit. q. d. Ego non deficio, immo perpetuo perseuero. Vnde illud Ioannes. 6. Ego sum panis vitæ & ibidem, Panis enim verus est, qui de cœlo descendit. Et nota quòd dicit verus, quia pro certo quamuis corporis Christi veritas oculis nostris non appareat, & quamuis sub accidentibus abscondatur & lateat, istud tamen verum est quòd ibi est vera natura & essentia corporis Christi. Quod vtique posset probari auctoritatibus & miraculis infinitis. Pone hic & dic & narra quęcunque volueris miracula ad assertionem veritatis istius sacramenti, quia quasi infinita possunt inueniri. Ad probandum etiã istam veritatem faciunt sanctorum auctoritates. Vnde dicit Ambro. in oratione. O quanta lachrymarum contritione, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis castitate, & animi puritate hoc summum mysterium celebrandum, vbi verũm conficitur corpus Christi, vbi adest præsentia angelorũ, vbi etiã ipse Christus sacrificium & sacerdos est, nemo ad hoc dignus est, nisi ipsum dignum effeceris. Patet ergo quòd bene dicit. Ego sum. Si vis dilatare de isto, vide supra de Ego. Et nota quod istud verbũ Ego sum, signat

Essentiæ veritatem.
Durationis firmitatem
Prælationis auctoritatem.

Dico essentiæ veritatem. Exod. 3. Ego sum qui sum. Dico etiam durationis firmitatem. Apoc. 1. Ego sum alpha & omega principium & finis. Dico insuper prælationis authoritatem. Esa. 41. Primus & nouissimus ego sum. Et sic igitur patet quomodo iste est panis firmitate valde durabilis. Ego sum; potestate valde notabilis. Panis viuus. Dignitate valde mirabilis, quia descendi de cœlo. ¶Aduerte tamen hic quòd dicit Apoc. 1. Corint. 11. Quicunque manducauerit panem hunc aut biberit calicem indigne, reus erit corporis &c. Quia pro certo sicut carnes & vinum sana sunt sanis, infirmis tamen & febricitantibus sunt nociua, sic panis iste bonis & dignis est vtilis & virtuosus, peccatoribus tamen & indignis est inutilis & venenosus. Narra si vis hic exempla & miracula de indignè sumentib. Sicut enim amygdalum bonum est homini, mors tamen vulpi, ferula est medicina homini, mors autem est murenis, coriandrum etiam homines reficit, & t̃n canes occidit, sic iste panis bonis & di- G

gnis proficit. malis verò nocet et officit, et æternæ mortis iaculis eos lædit. Et potiſſime eos qui ſunt vulpes. ideſt malitioſi, quia iſte panis dẽt eſſe ſine fermento malitiæ.Nu.6.Offerat tortam panis abſque fermento. Illis etiam qui ſunt murenę ſeu Jāpredæ. ideſt carnales. & delitioſi.Illis inſuper qui ſunt canes. ideſt auari inſatiabiles & ambitioſi. Sicut enim dicitur Mar.7. Non eſt bonum ſumere panem filiorum. & mittere canibus. Iſte e nim panis qui debet dare vitam, talibus confert mortem iuxta illud Iob. 20. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus. Et eſt ratio quia tales indeuote & indignè ſumunt iſtum panem.Iob.33.Abominabilis fit ei in vita ſua panis & cibus ante deſiderabilis. Non ſic ergo, ſed dignè ſumamus iſtum panem, ſicut panem ſumme durabilem & virtuoſum, ſicut panem ſumme vtilem & fructuoſum, ſicut panē ſumme notabilem & glorioſum. Iſtud eſt ergo primum genus panum quo Chriſtus nutrit fideles ſuos in huius mundi deſerto.Et hoc eſt primum principale. Oſtenditur ergo ꝙ deus nu-
H trit fideles pane ſacramentali qui panis dicitur angelorum.¶Secundo dico ꝙ ipſe nutrit bonos pane ſpirituali, qui eſt panis deuotorum ſeu perfectorum.Et iſto modo per panes intelliguntur virtutes quæ ſunt panes & nutrimenta aīę xpiane.Et ſecundum iſtum modū in ſcriptura inueniunt duodecim panes, tres panes,quinque panes,ſeptem panes.Duodecim panes ſunt xij.articuli fidei,qui in mēſa propoſitionis.i.in menſa ſacrę ſcripturę continuè conſiſtebant,de quibus Leuit.24. Accipies ſimilam,& coques ex ea duodecim panes.Tres panes ſunt tres virtutes theologicę.ſcilicet ſpes,fides,charitas.Vel fides beatæ trinitatis.Vel debitum regimen trium potentiarum. animæ. ſ. Memoriæ,Intellectus,& Voluntatis.Et de iſtis dr̃ Luc. 11. Quis ex vobis habet amicum,& ibit ad eum media nocte,& dicet ei. Amicus meus de via venit ad me & non habeo quod ponam ante eum,accommoda mihi tres panes.Quia.n.amicus noſter.ſ.animus qñque de via ideſt de ſtrepitu mundanorum negociorum venit & redit ad nos,ideo tunc neceſſe eſt ꝙ amicum noſtrum Chriſtum recurramus. & ꝙ ab ipſo per deuotionem tres panes prædictos mutuo accipiamus,& quòd ex inde amicum hoſpitē.ſ.animū ſatiemus.Quinque panes ſunt ſcientiæ & notitiæ quinque librorum legis,vel diſcreta cuſtodia quinque ſenſuum,quibus.ſcilicet dominus ſatiat turbam ſuam, de quibus dr̃ Ioann. 6. Eſt puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos. Septē vero panes ſeptē ſignant dona ſpūſſancti,vel ſeptem virtutes morales.Septem orōnis dominicæ petitiones.Septē ſacramēta.Septē æternæ gloriæ dotes.Et de iſtis dicitur Matt.15.ꝙ Ieſus accipiens ſeptē panes dedit diſcipulis &c. Et ſi vis ꝑ iſtos ſeptē panes potes accipere illos ſeptē qui ſunt ſupra in principio huius tituli enumerati.Patet ergo ꝙ deus nutrit bonos pane ſpūa-
I li,qui eſt panis deuotorū.¶Tertio principaliter dico ꝙ ipſos nutrit pane ſcīali qui eſt panis diſcretorū.Sciētia.n. ſacrę ſcripturę dicitur panis quia ſcilicet grana.i. ſemina huius panis in agro paradiſi creuerunt,ipſum tandē prophetæ & Apoſtoli triuerunt atque coxerunt ſed poſtea ipſum doctores parauerunt & expoſuerunt,& ſic pręadicatos ipſum comedendum exibuerūt.Exod. 16.Ecce pluam vobis panes de cęlo &c.¶ Quarto vero dico ꝙ deus nutrit ſuos pane materiali, q̄ eſt viatorū,quia ſcilicet deus dat omnibus creaturis ſuis bonis. ſcilicet atq; malis panem ſuū quotidianum.i.ſuſtentationem corporalem.Iſtum enim panem committit deus.diuitibus vt erogent pauperibus.De quibus dicitur Prouerb.22. Qui pronus eſt ad miſericordiam,benedicetur de panibus enim ſuis dedit pauperibus. Quamuis de multis videamus quòd libentius panem iſtum pauperibus ſubtrahant quàm concedant,de quibus Iob. 22. Aquam laſſo non dediſti,& eſurienti ſubtraxiſti panem. Et ideo hodie poſſumus dicere illud Nume. 21. Deeſt panis,& non ſunt aquæ. Quia pro certo ſicut dicitur Threno.4. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.Non ſic,ſed frange eſurienti panem tuum & ægenos vagoſque induc in domum tuam &c.Eſa.58.¶Quinto vero dico quòd deus nutrit bonos pane ſempiternali, & iſte eſt ille panis quo deus nutrit beatos in patria.Figuratus. 2. Regum.9.vbi de Miphiboſeth dicitur.Tu comedes panem in menſa mea ſemper.Et de iſto pane etiam dicitur Luc.14.Beatus qui manducabit panem in regno dei. Et ſic ergo patet quomodo ſunt quinque genera panum quibus deus nutrit & ſatiat plebē ſuam &c.Vide ſupra de Cibo,de Conuiuio,de Comedere,& de Manducare,de Eſca &c.Et hæc de pane deſiderabili & fructuoſo ſufficiant. ¶ De pane vero vituperali & vitioſo vide vbi in hoc libro agitur de gaſtrimargia, gula, crapula, & ſimilibus.

¶ Sed de panem exterminabili & doloroſo vide vbi agitur de pœnis inferni & de miſeria damnatorum,& de cibare,vbi ſunt auctoritates. Hierem. 9. Cibabo populum iſtum abſynthio. Et eiuſdem.23.Cibabo eos abſynthio,& potabo eos felle. & illud prædictum Iob.20.Panis in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus &c.

Parabola.

Nota quòd parabola idem eſt quod prouerbium.& eſt parabola ſermo ſub figuris,metaphoris & enigmatibus palliatus,& inuenitur in ſcriptura multiplex parabola,videlicet Parabola A

Subtilitatis.
Fatuitatis.
Verboſitatis.

¶Primo modo ſapientes in parabolis loquuntur. Antiqui.n. Prophetæ & etiam antiqui,philoſophi. Chriſtus etiam & ſui diſcipuli in parabolis ſolebāt loqui,& dicta ſua quibuſdam figuris & enigmatibus inuoluere, vt dignis & ſapientibus veritas melius oſtenderetur, fatuis vero & inſipientibus celaretur. Et ideo Salomon fecit librum parabolarum, quia ſicut dicitur Eccleſi. 12. Ipſe compoſuit parabolas multas. De ſapiente etiam dicitur Eccleſiaſtici. 31. quòd occulta prouerbiorum exquiret, & in abſconditis parabolarum conuerſabitur. De Chriſto etiam dicitur Mar.4. quòd ſine parabolis nihil loquebatur, Quia procul dubio ſermo qui in figuris & parabolis dicitur, cordi delectabilius imprimitur & auri gratioſius exprimitur, & memoriæ etiam facilius commendatus. pſalmus. Aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones a principio, pſalmus 77. & pſalmus. 48. Inclinabo in parabolam aurem meam &c. ¶Secundo dico quòd eſt parabola fatuitatis. & ſic loquitur Ecele.20.vbi dicitur. Ex ore fatui reprobatur parabola. eo quòd non dicit eam in tempore ſuo. ¶ Tertio dico quod eſt parabola verboſitatis,& ſic parabola idem eſt quod deriſio, approprium & vituperium. & ſic loquitur Micheæ.2.Sumetur ſuper vos parabola. & in pſalm. Factus ſum illis in parabolam &c.vide de prouerbio &c.

Paradiſus.

Quia de paradiſo inquantum ſignificat,gloriam æternam, iam in multis titulis ſatis dictum eſt, & cum paucæ ſint de paradiſo auctoritates vocales, hinc eſt quòd ſub breuitate tranſibo. Nota ergo quòd eſt Paradiſus

Interior.
Exterior.
Superior.
Inferior.

Paradiſus interior eſt conſcientia virtualis,& ſic quę libet anima ſancta dicitur paradiſus, quia ſcilicet ibi eſt pax & tranquilitas ſempiterna. Ibi enim eſt deus per deuotionem.Ibi ſunt angeli per gratiarum actionem. Ibi ſancti per feruorem & orationem.Talis paradiſus fuit beata virgo, de qua dicitur Gen. 2. Plantauerat dominus deus paradiſum voluptatis a principio in quo poſuit hominem quem formauerat. ¶Paradiſus exterior eſt eccleſia militans,& de hoc dicitur Gene.3. quòd lignum vitæ erat in medio paradiſi quia ſcilicet in B
nullo loco eſt vita gratiæ, niſi in eccleſia militante. Et nota ꝙ etiam ad litteram mali ſtatus eccleſiaſticos reputant paradiſum & maxime ſtatus magnorum beneficiórum & dignitatū. Et ideo iſti cum magnis laboribus iſtum paradiſum ſolent querere, & per ambitioſam diligentiam procurare. Narratur enim quòd in partibus Indiæ ſeu Ethiopiæ vltra egyptum eſt crux riſus in quibuſdam montibus arduis conſtituta, quæ ſic pro eo dicitur, quia quicunque locum illum aſcendendo tranſierit, ſtatim ridere compellitur, & ridendo ſenſim trahitur, & ad cacumina montis amplius non rediturus violenter aſcendere comprobatur. Exiſtimant autem fatui quod ibi ſit paradiſus terreſtris, & tamen ſecundum rei veritatem illi montes ſunt de natura cuiuſdam generis adamnatis ſeu magnetis, qui attrahit carnes humanas, ita quòd iſti ſic tracti paradiſum non inuenit, ſed infernum. ſcilicet duritiam adamantum, vbi. ſcilicet detenti compelluntur realiter mori fame. Reuera chariſſimi rupes iſtæ ſignificant eccleſiæ dignitates, quas certæ fatui reputant paradiſum, quod ex hoc patet, quia per crucem riſus, hoc eſt dictu, per placidum crutiatum illus aſcendere comprobantur. Conſtat enim quòd per multos cruciatus, cum riſu tamen & complacentia aſcenditur ad honores. Ideo bene dicunt iſtorum prædeceſſores illud euangelicum.Qui vult venire poſt me,abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Sed quid? pro certo iſti miſeri in iſto dignitatum monte non inueniunt paradiſum, ſed potius duritiam infernalem, & tribulamina infinita, & quod

quod peius eſt, famẽ ambitionis, & auaritię quæ nõ ceſſat. Quod certe ſatis figuratur Lucæ. 23. vbi. ſ. latroni crucifixo ſolùm legitur Chriſtus dixiſſe. Hodie mecum eris in paradiſo. Ad denotandum ꝙ præcipuè latrones & mali dum tamen cruci laborioſe diligentiæ ſint affixi, ad iſtum paradiſum admittuntur, & ibi etiam cum violentia attrahuntur ſicut de illo nequiſſimo Aſſur dicitur Ezechi. 31. quòd cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo voluptatis, immo ſicut ibidem dicitur, Omne lignum paradiſi non eſt aſſimilatum ei. Vide ibi qualis erat iſte ſic promotus in iſto paradiſo. Circa quod tamen nota quòd iſte paradiſus non admittit homines nudos, ſed ſolum diuitiis & muneribus coopertos. Nonne de Adã legitur quòd cum audiſſet dominum deambulantem in paradiſo, ad auram poſt meridiem timuit & abſcondit ſe, eo quod nudus eſſet? Et nonnne etiam ibidem legitur, ſcilicet Geneſ. 3. quòd etiam iſte nudus fuit inde eiectus, & cherub cum gladio verſatili ibidem poſitus, & murus etiam igneus adhibitus, ne ſcilicet aliqualiter ſubintraret? Quia reuera de iſto paradiſo nudi & pauperes potiſſime repelluntur, & ne ibi intrent, cum diligentia præcauetur. O dicerent iſti. Amice quomodo huc intraſti non habent veſtem nuptialem? eijcite eum in tenebras exteriores. Matth. 22. Et certe alio modo deberet eſſe, quia ſcilicet nudi virtutis & ſcientijs non diuitijs deberent repelli & ad hoc cherub ignis & gladius adhiberi. Quia reuera cherub. qui interpretatur plenitudo ſcientiæ. ideſt prælatorum prudentia & ſcientia, gladius. ideſt ipſorum rigor & iuſtitia, ignis ideſt, ipſorum feruor, Zelus & diligentia ſumme deberent cauere ne homines nudi virtutibus poſſint in iſtum paradiſum intrare, nec ſi intrauerint, remanere. Bonos vero & virtutibus & ſcientijs indutos illuc deberent trahere & leuare, exemplo ſcilicet Enoch, de quo dicitur Eccleſiaſtici. 44. quod Enoch placuit deo & tranſlatus eſt in paradiſum.

B Iſte eſt ergo paradiſus exterior, videlicet eccleſia militaris. ¶ Paradiſus ſuperior eſt eccleſia triumphalis. Et iſte eſt ille ad quem beati transferuntur poſt miſerias huius vitæ, ſicut dicitur de Enoch Eccleſiaſtici. 44. Placuit deo & tranſlatus eſt in paradiſum. & de Paulo etiam legitur quòd raptus eſt in paradiſum. & vidit ibi ſecreta quæ non licet homini loqui 2. Corint. 12. Latroni etiam dictum fuit. Lucæ. 23. Hodie mecum eris in paradiſo. Apoca. 2. dicitur. Vincenti dabo edere de ligno vite quod eſt in paradiſo dei mei. ¶ Paradiſus inferior eſt gloria vel affluentia temporalis, quia ſcilicet proſperitas mundana eſt paradiſus malorum, cum non ſint alium obtenturi. Sicut enim ponitur in libro de hiſtoria terræ ſanctæ, ſenex. ideſt. imperator aſſiſinorum quendam locum deliciarum habet cum fontibus lactis & mellis, quem vocat paradiſum, vbi pueros nutriri facit, & diuerſis linguis doceri, quos tandem exinde extrahit, & ad diuerſas terras pro occidendis principibus mittit quodque eos iterum in paradiſum ſuum mittet, ſi illos quos vult occiderint, promittit. Ad quod anhelantes miſeri legationem ſuſcipiunt, & illos quos ille deſignauit & petiuit, adeunt & occidunt, & pro illo paradiſo habendo mortem alijs tribuunt, & ab alijs incurrunt. Talis eſt paradiſus mundanæ proſperitatis, quia vere ſenex diabolus pro iſto habendo homines decipit, & eos alios occidere & ab alijs occidi facit exemplo Loth, de quo dicitur Geneſ. 13. quòd ipſe videns regionem circa iordanem quæ vniuerſa irrigabatur ſicut paradiſus domini, ibi habitauit. Sed ſicut dicitur Gene. 14. Chodorlaomor ipsũ ſatis cito poſt capitiuauit. Et ideo ſuperbo regi tyri in figura cherub. luciferi dicitur Ezechiel. 28. Tu cherub extentus & protegens in delicijs paradiſi dei fuiſti &c.

A **Paralyſis. Paralyticus.** Quia paralyticus eſt ille qui membrorum perdidit vſum, & qui præ contractione neruorum perdidit motum & ſenſum, & tamen adhuc videtur viuere, & in rebus inuenire ſaporem & guſtum, videtur quòd propriè paralyticus eſt peccator, qui ſcilicet caret ſenſu deuotionis & cõpaiſſionis, & motu bonæ operationis. & tamen per ſpem penitẽtiæ futuræ videtur viuere, & in futuris paradiſi bonis guſtum aliquem retinere. Quia tamen in exemplis pluribus de paralytico fuit actum, tranſeo gratia breuitatis, maximè quia paucæ ſunt auctoritates.

Parare. Nota quòd parare idem eſt quod diſponere, aptare, & ornare. & poteſt ſumi in bono & in malo In bono enim ſignat ſcilicet

Promptitudinem voluntatis internæ.
Aptitudinem ſanctitatis externæ.
Plenitudinem voluptatis ęternæ.

Significat dico promptitudinem internæ voluntatis. Et ſic parare ſignat obedientiam, quia ſcilicet obedientes ſunt prompti & parati ad faciendum omne bonum. Et de hoc dicitur 1. Machab. 12. Præcepit Ionathas ſuis vigilare, & eſſe in armis paratos ad pugnam tota nocte. Item ſignat aptitudinem ſanctitatis externæ. Et ſic paramenta nihil aliud ſunt quam virtutum ſpiritalia ornamenta. pſalmus. Paratus ſum & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua. Et Apoc. 21. & 19. Vxor agni parauit ſe. Item ſignificat plenitudinem voluptatis ſupernæ. Et ſic ſignat illam æternæ gloriæ voluptatem quam deus ſe diligentibus præparauit, de qua in pſalmus. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. ſcilicet deus ibi parat nobis.

Locum ad habitandum.
Menſam ad conuiuandum.
Sedem ad quietandum.
Lucem ad illuſtrandum.
Regnum ad imperandum.

¶ Locum dico ad habitandum. Ioan. 14. Vado parare vobis locum. Menſam dico ad conuiuaudum. Mat. 22. Luc. 14. Omnia parata ſunt, venite ad nuptias. Sedem dico ad quieſcendum. pſalmus. Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam. & alibi. Parata eſt ſedes tua ex tunc. Lucem inſuper ad illuſtrandum. pſalmus. Paraui lucernam Chriſto, &c. Regnum etiam ad imperandum. Matth. 25. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum. ¶ Dicamus ergo aliquid de paramento virtuali & morali, de illo ſcilicet quo homo ſpiritualiter diſponitur & paratur ad voluntatem domini exequendam, quæ nihil aliud eſt quam voluntatis prompta diſpoſitio, & virtutum ornatus & adaptatio. Sicut enim milites qui ſunt in exercitu diligenter ſe parant ad præliandum. Reginæ dum ſunt in conuiuijs, diligenter ſe parant ad ſuam pulchritudinem oſtendendum, vel ſaltem turpitudinem abſcondendum, ſeruitores regum & principium dũ ſunt in curiis diligenter ſe parant ad ſeruiendum, curſores vero & pedites dum ſunt in vijs, diligenter ſe parant ad ambulandum. ſic vere cariſſimi nos dum ſumus in mundo & in eccleſia, debemus nos parare ſicut milites in exercitu per ſtrenuitatem & audaciam, quia ſicut dicitur Iob. 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram. Item debemus nos parare ſicut Reginæ per honeſtatem & munditiam, Item ſicut ſeruitores per humilitatem & obedientiam. Item ſicut curſores per ſedulitatem & diligentiam. Et de hoc. 1. Machab. 3. Aperuit Rex ærarium ſuum & dedit ſtipendia militibus ſuis, & mandauit eis vt eſſent parati ad omnia. Et hoc eſt quod præcipitur Exodi. 19. Lauent inquit veſtimenta ſua, & ſint parati. In quibus verbis aduerte quòd homo qui vult ſe bene parare debet aliquid deponere, aliquid apponere, aliquid diſponere. Sic procul dubio ſpiritualiter ſi bene volumus eſſe parati, nos debemus Deponere culparum vilitatem. Lauent inquit. Apponere virtutum venuſtatem. Veſtimenta inquit. Diſponere cordium voluntatem. Sint parati inquit. Debet enim deponi culparum turpitudo. Debet etiam apponi virtutum pulchritudo. Debet inſuper diſponi cordium promptitudo. ¶ Dico ergo primo quòd ſi volumus eſſe B bene parati. nos debemus deponere culparum turpitudinem. Lauent inquit. Quia ſcilicet homo nunquam poteſt eſſe bene paratus, niſi primo quotidianis veſtibus ſit exutus, & à cunctis fœditatibus lotus. Quotidianos ergo & vſitatos malos mores deponere debemus, et à cunctis culparum maculis nos lauare. Lauent inquit. Eſa. 1. Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationem veſtrarum &c. Sicut enim videmus quod homines in feſtiuitatibus procedere volentes, nouis veſtibus ſe parare ſolent, antiquas veſtes deponere, et eas gartionibus ſuis dare, coluber etiam veteris pellis deponit indumentum, ad hoc quòd nouæ pellis recipiat paramentum, ſic et nos debemus deponere quicquid in moribus noſtris antiquum videmus, et inhoneſto gartioni noſtro diabolo omnia dimittere, vt in conſpectu dei poſſimus nouis virtutum veſtibus nos parare. Quod ſatis poteſt figurari Apoc. 21. vbi dicitur. primum enim cœlum et prima terra abiit, et mare iam non eſt. Et ſequitur. Vidi ciuitatem ſanctam hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo, a deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. q. d. neceſſe eſt quòd primum cœlum ideſt prima altitudo veteris ſuperbiæ et elationis, prima terra. ideſt prima terreitas veteris auaritiæ et cupiditatis, primum etiam mare. ideſt prima fluxibilitas carnalis immũditiæ et totius voluptatis a nobis tranſeat et abeat, ad hoc quòd ciuitas animæ noſtræ ſponſo ſuo

so suo Xpo parata & ornata appareat & existat. Debemus ergo
C deponere culparum turpitudinem. ¶ Secundo dico ꝙ si volumus esse bene parati, nos debemus apponere virtutũ pulchritudinem. Et hoc ostenditur cum dicitur. Vestimenta. Vestes.n. nostræ sunt virtutes, quę nobis datæ sunt in caloris fomentum. In carnis tegumentum. Et in honestatis paramentum & ornamentum. Sine vestibus enim non potest homo esse bene paratus, nec similiter sine virtutibus potest homo esse bene spiritualiter adornatus. Sicut enim flores dati sunt a natura in paramẽtum arboribus, sic virtutes paramenta sunt animabus. Nã sicut altaria pannis & vasis & reliquiis parantur (iuxta illud Neæ. 5. alias. 2. Esdræ. 5. Parauerant altare vt offerrẽt holocaustum) sacerdotes etiam & epi diuersis indumentis se parant, vt dignè deo sacrificent sicut debent, sic & nos spiritualiter debem⁹ deo dispositi esse & ornati. Vestimenta inquit sua. Quod bene figuratũ est Apoc. 19. vbi dicitur quòd vxor agni parauit se, & datũ est ei ꝙ operiret se bysso splendenti & candido. Byssinum.n. iustificationes sanctorum sunt. i. virtutes. Ideo de istis vestibus potest dici illud Ezech. 16. Sumpsisti vestimenta tua multicoloria &c. Sic ergo patet ꝙ nos debemus apponere pulchritudinem. Vestimenta inquit.
D ¶ Tertio dico ꝙ ad hoc ꝙ simus bene parati, debemus disponere cordium promptitudinẽ, quod ostenditur dum dicitur. Sint parati. i. animo prompti, & ad obediendum dispositi. Nullus enim potest esse paratus ad aliquod bonum, nisi cor habeat dispositũ atque promptum. Ideo præcipitur. 1. Reg. 7. Præparate corda vestra domino, & seruite illi soli. Et possumus hic notare ꝙ sicut iuxta illud. 1. Macha. 3. rex mandauit exercitibus suis ꝙ ipsi essent parati ad omnia, sic nos debemus esse parati ad mandatum nostri regis Christi, non ad vnũ bonũ solum, sed ad omnia & ad multa. Et ideo breuiter notãdum est quòd nos debemus esse prompti & parti scilicet ad

Cœlum ascendendum.
Iter peragendum.
Clare relucendum.
Hostem expellendum.
Pœnas sustinendum.
Grates referendum.
Tutè confitendum.
Bellum committendum.
Pacem faciendum.
Simul permanendum.
Fratres adiuuandum.
Mortem tolerandum.
Caute vigilandum.
Christum expectandum.
Cœlum subintrandum.

Simus ergo parati ad sursum ascẽdẽdũ per cõtemplationem. Exodi 34. Esto paratus mane, vt ascẽdas statim in mõtem. & Nume. 14. Parati sumus ascendere ad locũ quẽ dñs Deus datur⁹ est nobis. Item ad iter peragendum p morũ continuationem. Iudit. 9. Omnes enim viæ tuæ paratę sunt. Et Thob. 5. Paratis omnibus quæ necessaria erant in via, fecit Thobias vale patri suo. Item ad clare relucendum per honestam conuersationem. Iob. 12. Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Item ad hostem expellendum per feruidam orationem vel etiam per prædicationem. De quo Iob 3. Maledicãt ei qui maledicunt diei qui parati sunt suscitare Leuiathan. Itẽ ad pœnas sustinendum per patientiæ roborationem. psa. Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Et alibi. Paratus sum, & non sum turbatus. Item ad grates referendum per laudem & confessionẽ. psa. Paratum cor meum deus, paratum cor meum, cantabo & psalmum dicã domino. Item ad tute cõfitendum per spem & affectionem. ps. Paratũ cor eius sperare in domino, cõfirmatũ est cor eius &c. Item ad bellum committẽdum per vitiorum impugnationẽ. 1. Mach. 3. Congregatus est conuentus vt essent parati in præliũ. Item ad pacem faciendum per concordiam & conuentionem. 1. Mach. 12. Parati sumus facere vobiscũ pacem. Item ad simul permanendum per perseuerantiam & durationem. Lucæ. 22. Paratus sum tecum in carcerem & in mortem ire. Item ad fratres adiuuandum per clementiam & compassionem. Hester. 4. Quis nouit vtrum id circo ad regnũ veneris, vt in hoc tempore parareris? Item ad mortem tolerãdum, scilicet propter fidẽ Christi & dilectionem. Vnde 2. Mach. 7. Parati sumus magis mori, quam patrias dei leges præuaricari. Item ad caute vigilãdum per diligentiam & discretionem. 1. Macha. 13. Præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte. Item ad Christum expectandum per promptæ voluntatis præparationem. Mat. 24. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et sic sequitur quintumdecimum, scilicet quòd nos erimus parati ad cælum subintrandum per felicem gloriæ adeptionem & fruitionem. Vnde Math. 25. Quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias. Sic ergo patet quo boni debent esse parati ad Dei beneplacita facienda, iuxta illud Apostoli ad Titum. 3. Admone inquit illos principibus & potestatib⁹ subditos esse, deo obedire, & ad omne opus bonum paratos esse. Et sic ostenditur quòd si bene volumus in conspectu dei apparere parati, disponenda est mentis aptitudo. Apponenda est morum pulchritudo. Deponenda est culpæ turpitudo. Et sic si homo se taliter parauerit, ipse de se faciet domino viam, iuxta illud Luc. 3. Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Et erimus sicut ille Esdras, de quo. 1. Esdræ. 5. dicitur quòd Esdras parauit cor suum vt inuestigaret legẽ domini, & doceret & faceret. Et sic dico quod parare accipitur in bono. E
¶ Sed adhuc dico ꝙ parare accipitur in malo quia scilicet diabolus & membra sua semper sunt parati ad malum aliis faciendum. Sicut enim videmus quòd scorpio semp habet aculeum tensum & occultum, & erectum & paratum ad venenum infundendum, sic diabolus cum corpore suo aculeũ malitiæ semper habet paratum, & ad nocendum hominibus adaptatũ. Psal. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædã &c. Et nota ꝙ mali sunt semper parati

Ad diuitias acquirendum.
Ad insidias faciendum.
Ad discordias generandum.

Dico ad acquirendum diuitias, sicut patet de auaris, qui semper sunt parati accipere & acquirere, nihil autem concedere vel largiri. Isti enim sunt sicut Bombyx, quæ de filiis suis præparat sibi domum. Sic isti de diuitiis sibi faciunt habitaculum, de quibus dicitur Prouerbi. 10. Manus autem fortium diuitias parat. Sed istis accidit sicut illi cui dicit dominus. Lucæ. 12. Stulte hac nocte repetent animam tuam a te. quæ autem parasti; cuius erunt. Item isti parati sunt ad faciendum insidias similes catto, qui semper est paratus insidiari muribus, & ipsos capere & prædari. Sic malitiosi semper sunt parati ad aliis insidiandum, & si potuerint, ad nocendum, vt. 1. Mach. 7. vbi dicitur ꝙ hostes parati erant capere Iudam. Item parati sunt ad generandum discordias, vel ad inferendum molestias. Iudith. 7. Medi omnes parauerunt se pariter ad pugnam contra Israel. Isti ergo parati sunt ad domine malum culpæ. Et ideo deus parat eis omne malum pœnæ, quia. s. ipse parat eis

Tenuitatem temporalis successionis.
Obscuritatem cordialis discretionis.
Asperitatem ęternalis damnationis.

Quod deus ergo paret talibus temporalium tenuitatem, patet. Ionæ. 4. vbi dicitur ꝙ de⁹ parauit vermem qui absumpsit hæderam sub cuius vmbra Ionas iocundabatur. Quia scilicet deus vermem: idest mortem preparat eis, & vmbram bonorum temporalium eis aufert. Quod etiam paret eis cordialem obscuritatem, patet Iob 15. vbi de impio dicitur. Nouit quòd parata sit in manu illius tenebrarum dies. Quod insuper paret eis infernalem seu æternalem aduersitatem, paret. Prouerb. 19. vbi dicitur quòd parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. Patet ergo ꝙ parare sumitur in bono & in malo. Vide infra de præparare.

Parcere.

Nota ꝙ parcere idest ꝙ indulgere, misereri, seu clementiam exhibere. Et potest breuiter notari ꝙ in scriptura inuenitur vnum parcere quod est A

Appetendum.
Exequendum.
Execrandum.
Formidandum.

Primum est quo parcit deus per culparũ indulgentionẽ. Secd̃m quo parcis homo per iniuriarũ dimissionem. Tertium quo parcunt mali per personarum acceptionem. Dicamus ergo quòd est vnum parcere mirabile & gloriosum, & istud significant misericordiam diuinam, per quã miseretur omnibus, quæ quodammodo sua sunt. Et ideo orat ecclesia. Deus cui propriũ est misereri semper & parcere. Proprium enim est dei parcere, verumtamẽ humilibus non superbis. Sicut enim videmus quòd fulgur multotiens lędit loca alta & fortia, vbi locis humilibus nihil nocet, vnde etiam de fulgure probatum est quòd aliquando per arcam transiens, metalum seu pecuniam liquefacit, lignum vero et saculum nunquã lædit. Altas etiam turres & arbores destruit, vbi domus depressat & arbores nunquam tangit. Quod etiam de forti vẽto videtur qui contra fortia & magna magis impellitur quam contra parua & debilia. Cuius ratio est, quia vẽtus & fulgur magis nituntur contra in quod est fortioris resistentiæ, quia omne quod est naturaliter fortius, agit in resistens magis quam in non resistens.

ftens. Sicut etiam patet de igne, qui tunc temporis fortius agit & ardet quando aqua sibi resistente & contraria irrigatur, sic pro certo deus, qui dicitur ignis, fulgur & ventus, propter rigorem suæ iustitiæ, debilibus & humilibus per peccata non resistentibus voluntati suæ obuiantibus, consueui parcere, ipsosque nocere non videtur, non lædere, nec virtutem suæ seueritatis & iustitiæ contra eos declarare, quod bene figuratur. 2. Regum. 21. vbi dicitur quòd Dauid pepercit Miphiboseth qui erat claudus pedibus propter iusiurandum quod fecerat Ionathæ patri eius. Alios vero de genere Saul qui erant fortes & nõ claudi, suspẽdit ĩ ligno, sicut dicitur. 2. Reg. 21. Quia. s. deus qui Dauid dicitur manu fortis, claudis & debilibus & egenis solet parcere, & eos misericorditer & ab inferni incendio & suspendio præseruare, sed alios fortes, & præsidẽtis, & duros, ob stinatos & resistentes solet fortiter impetere, & contra eos potentiam iustitiæ suæ ostendere, & tam temporaliter quam æternaliter solet ipsos funditus æneruare. Deus enim superbis resistit, humilibus dat gratiam, sicut dicitur. 1. Pet. 5. Psalmus. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. Et ideo Iob videns quòd deus est ad parcẽdum naturaliter inclinatus supplicabat. Iob. 7. dicens. Parce mihi domine, nihil enim sunt dies mei. ¶ Vbi aduerte quòd iste petit sibi parci propter tria.

B scilicet propter

Nobilitatem præsidentis.
Necessitatem requirentis.
Fragilitatem delinquentis.

Ista em̃ tria ducũt dominum ad parcẽdũ, s. Nobilitas suæ prælaturæ. Parce inquit domine. Necessitas nostræ iacturæ. Mihi inquit. Fragilitas nostræ naturæ. Nihil enim sunt &c. Dico ergo quòd deus parcit propter suam nobilitatem, quæ ostenditur cum dicitur. Domine, quod est nomen potestatis & nobilitatis. Testes enim Sene. lib. de quatuor virtutibus, ad nobile cor & magnificum pertinet libẽter parcere. Sufficit enim, vt dicit potestatem vindicandi habuisse, quia (vt dicit) nobile genus vindictę est ignoscere. Et quia ergo deus summe nobilis est & magnanimus, hoc habet ex animi generositate, ꝙ libenter indulgeat atque parcat. Similis leoni, qui ex animi nobilitate prostratos lædere non dignatur, sed eis parcere comprobatur. Domine inquit. Quia scilicet dominus libenter parcit rebus suis nec i psas libenter destruit sine causa. Ideo de eo dicitur Sapien. 11. Parcis enim omnibus, quoniam tua sunt domine, qui amas aĩas. Parcit ergo deus (vt dictum est) ꝑꝑ suam nobilitatem. ¶ Deinde dico quòd ipse parcit propter nostram necessitatem, quod ostenditur cum dicitur. Mihi q. d. mihi in necessitate posito parce. Exemplo regum Israel & Iuda, qui regi Moab pepercerunt, quando ipsum propter nimiam necessitatem filium suum primogenitum immolare & occidere viderunt, sicut ponitur. 4. Reg. 3. Ideo bene supplicat Iohel. 2. ca. Parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuã in opprobrium, vt dominentur eis nationes. Et in ps. Parcet pauperi, & inopi &c. Mihi inquit. psal. Esto mihi in deum protectorem. Sapien. 12. His tanquam hominibus pepercisti. ¶ Denique dico quòd ipse parcit propter nostram fragilitatem. Nihil enim sunt dies mei. Magis. n. est parcendũ debili & infirmo si vincatur quam forti. Sic quia deus scit nos esse debilis & fragilis conditionis ita ꝙ tentationibus nostris resistere non valemus, ideo libẽter & misericorditer nobis parcit. Exemplo leonis qui paruulis & mulieribus dicitur parcere, eo quòd impotentis & fragilis naturæ quodam naturali instinctu percipit ipsos esse. Nam quia deus hominem fragilem & ad resistendum debilem esse nouit, libenter si pænituerimus, nobis parcent, & semper nobis citra condignum puniens, nisi in nobis deficiat, veniam libenter tribuit & concedit, quia iuxta verbum Senecæ, Pudet fortem bellum gererę cum homine vinci parato. Et istud allegatur cum dicitur. Nihil enim sunt dies mei. ipal. Ad nihilum redactus sum & nesciui. Vnde dominus dicit peccatori illud. j. Reg. 24. Cogitauit vt occiderẽ te, sed pepercit oculus meus. Et ideo de eo tã benigniter parcẽti & tã misericorditer indulgẽti loquitur beatus Bernarn. In odorem mansuetudinis tuæ currimus bone Iesu audientes quod non spernas pauperẽ, non abhorreas peccatorem, nõ horruisti confitentẽ latronem, nõ peccatricẽ lachrymantẽ, nõ chananeam supplicantẽ, non depræhensam in adulterio, nõ sedentem in theloneo, non supplicantẽ publicanũ, nõ negantem discipulũ, non persecutorem discipulorum, non crucifixores membrorum. Hæc Bern. super Can. Sic igitur patet quõ dei misericordia diuersimode parcit diuersis. Sed ꝑ certo charissimi quamuis desit proprium misereri semper & parcere, illud tamen intelligitur respectu pænitentium, quia scilicet deus non parcit illis qui in peccato volunt perseuerare, & qui nolunt humiliter pænitere. Aquila enim nõ parcit proprijs pullis quando videt eos degeneres, & ab aspectu solis oculos auertentes, immo de nido suo expellere & eijcere eos solet. Sic vere nec deus peccatoribus degenerib⁹, & a luce veritatis & gratiæ oculos auertentib. parcet, immo de nido paradisi eos eijciet & expellet, sic de angelis malis apparuit. Ideo dicitur. 2. Pet. 2. Deus peccantibus Angelis nõ pepercit &c. Ideo etiã de quolibet peccatore dicitur Esa. 27. Qui formauit eum, nõ parcet ei. Et circa hoc nota ꝙ deus non parcet finaliter

Obstinate delinquentibus.
Iudicium expectantibus.
Carnalia diligentibus.
Veritatem simulantibus.

De obstinate delinquentibus dicitur Iob. 9. Verebar omnia opera mea, sciens quòd nõ parceres delinquẽti. De mortem seu iudicium expectantibus dicitur. Prouerb. 6. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ &c. De carnaliter conuersantibus dicitur Ezech. 16. vbi mulieri meretrici loquens dominus dicit. Nõ parcet super te oculus meus. De hypocritis vero & veritatem simulantibus Dicitur Iob. 41. Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprӕcandum compositis. Non sic ergo charissimi, non simus tales, quia pro certo deus non parcit talibus, sed pœnitentibus & humilibus Et vis scire quibus modis parcit. nota ꝙ eis parcit,

Culpam indulgendo.
Pœnam remittendo.
Minus debito puniendo.
De miserijs eruendo.

Culpã dico indulgendo. Psal. Ab occultis meis mũda me domine, & ab alienis parce seruo tuo. Pœnam dico remittendo. scilicet æternã. Vnde Iob. 14. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. Item circa condignum puniendo. Ezech. 20. Pepercit oculus meus super eos vt non interficerem eos. supple quamuis essent digni. Item de miserijs eruendo. Vnde illud psalm. Parcet pauperi & inopi &c. Et sic patet quo modo generaliter est vnum parcere mirabile & gloriosum. ¶ Sed secundo principaliter dico quod est vnum parcere laudabile & virtuosum. C Et istud est parcere misericordiæ humanæ, qua. s. homo parcit homini delinquẽti, ꝙ potissimẽ virtuosum est in potente vindicare, quia. scilicet. homo vindicans victis debet faciliter parcere, & iniuriantibus indulgere, iuxta illud Senecæ in prouerbijs. Alteri sæpe ignoscito, tibi nunquam. Quia sicut dicit idem de moribus, magnarum virium est contemnere lædentem. Et ideo dicit Petrus Rauen. in sermone. 78. Quantum & quotiens tibi vis dimitti, tantum & totiens tu dimitte. Dimittendo enim alteri tibi parcis. Sicut enim membra corporis si inuicem se lęserint, solent sibi inuicem parcere, nec vnquam alterum ab altero vindictã sumere, sic & nos cum simus alter alterius membra, secundum Apostolum, parcere debem⁹ delinquentibus, & iniuriam dimittere nocentibus, iuxta illud Ecclesiastici. 28. Dimitte proximo tuo nocenti te &c. Ideo dicit Cassiodor. admonitione. 2. Siquis inquit pauperes pauerit captiuos redemerit, odium dimiserit, & pro suis inimicis orauerit, ante tribunal Christi dicere poterit conscientia libera. Domine da, quia dedi, dimitte, quia dimisi. Et istud est contra multos, & maxime principes & tyrãnos, vsurarios & balliuos, qui. s. nulli pauperi parcũt, nulli delinquenti subueniunt, nulli misero compatiũtur, nullũ depressum auxiliantur. Istud potissimũ patet in viris iudicibus & prælatis, quæ sine quacunque misericordia contra miseros debacchantur, cum tamen dicat Seneca, ꝙ culpa est totam culpam prosequi. Vnde videtur ꝙ isti sunt crudeliores pardis, draconibus, leonibus, & lęgnis, menticoris, & hyenis. Ista. n. animalia saltem filijs suis parcunt. Isti autem subditis qui sunt filij spũales non parcũt, sed per rapinas & alias multipliciter eos lædunt. Zac. 11. Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant occidebant, & non dolebãt. Sequitur. Pastores eorũ nõ parcebãt. eis. Vnde isti vñr dicere illud Sap. 2. Opprimamus pauperẽ iustũ, & non parcamus viduæ. Esa. 9. Erit populus quasi esca ignis, vir fratri suo non parcet. Declinabit ad dexteram & esuriet, & ad sinistram, & non satiabitur, vnusquisque carnẽ brachij sui comedet. Expone ergo bene quõ tales raptores sunt contra pauperes & famelicos. Non sic autẽ de malis diuitibus quia pro certo talibus bene parcunt, nec puniunt vt deberent, Teste enim Pli. Orix est auis pinguissima, in tantũ quòd pinguedo eius hebetat gladium vel cultellum. Quia pro certo cultellus seu gladius iustitiæ malorum iudicum

cum solet hebetari, quando inuenta pinguedine diuitum solēt donis & muneribus cōfricari. Quia scilicet tales quamuis malos non consueuerunt lædere, sed corrupti muneribus solēt eis cōtra iustitiam indulgere. Figurati in Saule, qui agag pinguissimo & melioribus gregibus cōtra dei mandatum pepercit, quicquid vero fuit vile & reprobum, extirpauit, sicut ponitur. 1. Reg. 25. Quia scilicet mali iudices diuitibus & pinguibus parcunt, pauperes autem & miseros dure lædunt contra illud Hiere. 50. Non parcatis iaculis, quia domino peccauit. Et ibidē. Nolite parcere iuuenibus eius. Non sic ergo, sed parcamus pauperibus & nos iniuriātibus, salua tamen iustitia, quia istud est vnū parcere laudabile & virtuosum. ¶ Sed tertio principaliter dico

D quòd est vnum parcere personarum acceptionis, & de isto vide supra in titulo suo. Istud etiam est parcere carnalis dilectionis, & etiam negligentiæ & remissionis, quo scilicet homo parcit & indulget sibiipsi pœnitentiam fugiendo, nec se nec subditos corrigendo. De quo Prou. 13. Qui parcit virgæ, odit filium. ¶ Quarto dico quòd est vnū etiam parcere diuinæ indignationis, quo scilicet deus ad præsens parcit mundi peccatoribus, & diuitibus, vt ipsos puniat in æternū. Similis carnifici, qui bouiquem impinguat vt parcere, & tamen hoc facit vt eū possit melius trucidare, qui quanto sibi plus a laboribus parcitur, tanto magis insolescit, superbit recalcitrat & erigitur. Et sic loquitur dominus Hiere. 46. Castigabo te, nec quasi innocenti, parcā, ne tibi innoxius videaris. Isti sunt illi quib⁹ ad horam deus parcit de quibus Iob. 10. Si ad horam peperceris mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Et sic ergo patet quomodo est quadruplex parcere scilicet quoddam appetibile, qđdā commendabile, quoddam detestabile, quoddam formidabile &c. Vide de misericordia & misereri.

A
Parere. Parturire. Partus.

Nota ꝙ cum parturire nihil aliud sit quam fœtum vel fructum emittere & producere, possumus notare quòd in scriptura inuenitur multiplex partus. Est enim partus.

- Honoris & nobilitatis.
- Valoris & vtilitatis.
- Doloris & mortalitatis.
- Pudoris & virginitatis.
- Horroris & iniquitatis.
- Laboris & pœnalitatis.
- Mœroris & confusionis.
- Clamoris & prædicationis.

Partus honoris signat mundi pmotionē, quia .s. prelati & ecclesia tūc pariunt, quādo de vtero claustri sui aliquem exterius ad aliquem statū promouent & emittunt. de quo Esa. 66. Parturiuit sion filios suos. Et iste partus quandoque est bonus, quando scilicet boni prælati exaltant pariunt & promouent bonos subditos. Animalia enim non pariunt nisi similia sibi. Equa enim no parit porcum, nec porca parit asinum. Sic in ecclesia quilibet promouet & parturit sibi simile pro posse suo. Et inde est quòd boni, promouent bonos, & mali similiter malos. & sicut animalia gulosa & rapacia filios pariunt imperfectos, sicut canis lupus & vulpes cæcos, vrsus informes, & leo mortuos, sic mali & ambitiosi, gulosi, auari & simoniaci prælati subditos pariunt & promouent pessimos & iniquos, quia scilicet hodie promouent quosdam cæcos, per ignorantiam, quosdam informes per omnium virtutum carentiam, quosdam etiam mortuos per torporem & negligentiam. Isti sunt illi qui pariunt abortiuum. i. homines imperfectos de quib⁹ dicitur Hier. 14. Cerua in agro peperit, & onagri steterunt in rupibus. Quasi diceret dum cerua idest imperfectus prælatus parit p beneficiorū collationem, onagri asini siluestres. idest malę personæ obtinent rupes dignitatum per indebitam promotionem vide supra de ambitione & in pluribus alijs locis. ¶ Partus valoris signat bonorum operum productionem. Sicut enim arbores pariunt fructus, sic homo parturit suum opus. Nam sicut fętus in matrice concipitur & tandem mittitur & parturitur, sic bonum opus primo est in matrice cordis per cogitationem, & deinde parturitur per bonam executionem & operationē. Ezech. 23. habui eas tanquam vxores, & peperūt filios & filias. Sicut enim lepus ita est fęcundū animal ꝙ quādo parturit vnum fœtū, semper remanet prægnans de alio, quod etiam de arboribus citronorum dicitur ꝙ qñ vnus fructus maturus colligitur, semper alius floret & alius generatur, sic & nos fructus bonorum operum debemus parere, & tñ de alio bono opere debemus prægnantes per bonum desideriū remanere. Can. 7. Videamus si vinea nostra floruit, si flores fructus parturiunt. Quod est cōtra multos, qui non continuant nec multiplicant partus bonorum operum, immo si quandoque eos contingat bona opera parere, statim volūt deficere & cessare. Similes pantheræ, quæ non dicitur parere nisi semel. Similes etiam leænæ, quæ primo anno parit sex catulos sed tandem omni anno diminuitur numerus partus sui, ita ꝙ sexto anno penitus sterilescit. 1. Re. 2. Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est. Non sic ergo, sed habeamus partum valoris per bonam operationem. ¶ Partus doloris signat nostram naturalem procreationem, quia proculdubio nos in fœtore concipimur, & in dolore parturimur & in labore miserabiliter enutrimur. Vnde in Euæ maledictio cōtinetur quòd dolore debebat filios parere, & erumnas multiplices sustinere, quia sicut dicitur Io. 16. Mulier cum parit, tristitiam habet. ¶ Partus pudoris signat dei filij incarnationem, quia scilicet sicut hyena dicitur parere sine masculo, sic istum perperit virgo sine viro. Esa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium. ¶ Partus horroris signat malorum actuum executionē. Quodlibet enim malum opus est vnus malus fętus. Nam sicut serpētes & alia animalia venenosa fętus pariunt venenosos, sic vitiosi homines actus faciunt vitiosos. psal. Ecce parturit iniustiam, & concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Quod etiam de malis verbis verum est quæ .s. in vtero cordis contineri non valent, sed exterius emittuntur, sicut patet de secretorum reuelatoribus, detractoribus, adultatoribus &c. qui. scilicet. mala verba parturire nō cessant. Eccl. 19. A facie verbi parturit fatuus. Et Esa. 33. Concipietis ardorem, parietis stipulam. ¶ Partus laboris signat ęternam damnationē. Mundus enim est mater omnium reproborum. Isto ergo de ventre suæ prosperitatis parturit, quando per mortem in infernum eijcit & emittit. Vnde psalm. Ibi dolores vt parturientis, in spiritu vehementi, conteres naues tharsis. ¶ Partus meroris signat cordis compunctionem, vel oris confessionem, quia scilicet. per confessionem vitia parturiuntur, & mali fœtus quos in corde nostro diabolus genuerat, exterius emittuntur. ad Roma. 8. Omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Elephas enim libenter iuxta flumina parturit. Sic & homo debet per confessionem parere iuxta lacrymarum fluenta. Et nota quòd iste partus debet fieri, scilicet

- Cum contritionis dolore.
- Cum compunctionis mœrore.
- Cum conturbationis timore.

Dico cum dolore contritionis. Eze. 30. Quasi parturiens dolebit. Dico etiam cum mœrore compunctionis. Hiere. 48. Cor fortium moab quasi cor mulieris parturientis. Dico insuper cum conturbationis timore. Deut. 2. Audito nomine tuo paueant, & more parturientium contremiscant. Et si vis ponere quomodo ętites iuuat aquilam parere, dictamus ceruam &c. supra inuenies titulo de ala. ¶ Partus clamoris signat doctrinam & prædicationem. Prędicatores enim clamoribus & doctrinis homines in fide parturiunt & conuertunt, sicut dicit Apostolus Gal. 4. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Vnde de istis potest dici illud Iob. 39. Incurrantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt. Istis ergo octo modis accipitur partus. Et ista possent multipliciter dilatari. sed transeo &c.

Parentes.

Nota quòd sunt parentes Supernales Spirituales, & Corporales. Supernales sunt deus Angeli & Sancti, de quibus dicitur Ecclesia. 44. Laudemus viros gloriosos parentes nostros. Spirituales sunt viri iusti prædicatores & prælati, de quibus Coll. 3. Filij obedite parentibus vestris. Corporales sunt pater & mater & nobis per sanguinitatis lineam colligati, de quibus. 2. Corint. 12. Non debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filijs. De primis duobus nihil ad præsens, de tertio vero supra de filijs aliquid dictum est. Sed vt breuiter aliquid dicam, notandum est quòd corporales parentes sunt

- Honorandi cum reuerentia.
- Educandi cum diligentia.
- Supportandi cum patientia.

¶ Primo ergo dico quòd parentes sunt cum reuerentia honorandi, quia sicut dicitur Eccl. 3. Qui timet deum, honorat parentes. Teste. n. Aristo. 8. ethicorum. Retributio debet esse possibilis, si non potest esse condigna, vt patet de deo & parentibus, quibus non tenemur ad æquiualens, sed ad possibile. q. d. Parentibus & deo non possumus æquiualenter recompensare, & ideo saltem illud quod est nobis possibile, scilicet honorem & reuerentiam gratiarum actionem & amicitiam tenemur humiliter exhibere. Honoremus ergo eos, eis obsequendo, & eis obediendo, quia ad hoc inducunt nos

Præceptum scripturæ.
Instinctus naturæ.
Exemplum bonorum.
Tormentum malorum.

Dico præceptum scripturæ, quia. s. istud pcipitur nobis Exod. 20. Honora patrem tuum & matrem tuam & Coll. 3. Filij obedite parentibus vestris. ¶ Dico etiam instinctus naturæ, quia instinctu naturæ omnia mouentur honorare illum a quo beneficia susceperunt. sicut patet in elephante, qui liberatus a fouea obedit liberatori, & domesticus efficitur, & in multis brutorum animalium exemplis, sicut supra in pluribus titulis est ostensum, Et quia ergo a parentibus post deum maiora beneficia suscepimus, ipsos merito post deum præ cæteris honorare & reuereri debemus. Ab ipsis enim habemus esse, documentũ, & nutrimentum. Et ideo sicut communiter omnes rami arborum inclinantur & pendent versus radicem, & maxime quando sunt fructibus onerati, sicut versus suum originale principium a quo habent esse, nutrimentum & sustentamentum, sic & nos ad radices nostras. i. ad parentes nostros a quibus. s. sumus & viuimus & nutrimur, debemus per reuerentiam inclinari, & per honorem & obedientiam famulari. Teste enim Aposto. Rom. 11. Tu non radicem portas, sed radix te. Et ideo iuxta verbum scripturæ. Esa. 51. Attendite ad petram vnde excisi estis. attendite ad Abraam patrem vestrum, & ad Saram que perperit vos. ¶ Dico adhuc ꝙ ad honorandum parentes debet inducere exemplum bonorum, & maximè exemplum Thobiæ patrem honorantis. Exemplum Hester mardocheum auunculum venerantis. Exemplum etiam Decij ob honorem parentum diadema imperij refutantis. Teste enim Vale. cum Decius
A. imperator Decium filium suum voluit imperiali diademate insignire, renuit filius, dicens. Timeo ne si fiam imperator, dediscam esse filius. ¶ Ad hoc etiam facit tormentum malorum, quia. s. illi qui non honorant parentes, in hoc mundo & in alio puniuntur, sicut de multis irreuerentibus posset narrari nisi esset longum, quia sicut dicit idem Valeri. Iustissime parentum & deorum violentia pati vindicta expianda est. In lege etiam Deuter. 21. filius proteruus qui patri & matri obedire noluerit, iubet lapidari. Et sic patet quomodo parentes cum reuerentia sunt ho
B norandi. ¶ Secundo dico quòd parentes cum diligentia sunt æducandi. s. si indiguerint, sicut de gruibus dicitur quod parentes suos confectos de senio solẽt nutrire, & eisdem victualia ministrare. falconibus etiam probatum fuit ꝙ circa quendam falconem antiquissimum multitudo aliorum iuniorum fuit reperta, qui illi antiquo cibaria intulerant & qui omni die ipsum cibis recentibus nutriebant. Quid de natura arborum dicemus? vbi videmus quòd rami qui continue humorem hauriunt a radice, in forti hyeme videntes radicem indigere, humorem suum iterum ad radicem mittunt, & ne radix indigeat, homorem proprium vt filia tunc dimittunt. In quibus quidem a natura docemur quòd nos qui a radice. idest a parentibus humorem bonorum temporalium recepimus, & ipsos tali humore multotiens depauperauimus, debemus vice reciproca quando instat hyems alicuius aduersitatis & indigentiæ, humorem nostrum ipsis impendere, & pro ipsis nutriendis humore & folijs bonorum temporalium nos priuare. Et hoc est quod præcipitur. 1. Timo. 5. Discat inquid vidua domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus. Quod dominus bene innuit, qui cæteris omissis in cruce pendens, de matre solummodo curam gessit, super quo dicit Chry. super Ioan. 19. ꝙ Iesus vsque in vltimam resp rationem docuit nos parẽtes procurare, vt (inquam) quanto quis est propinquior, tanto fit de eo cura maior. Et ideo Petrus Rauen in quodam sermone. Auelle inquit a sole radium, & non lucet, a fonte riuulum, & arescit, a radice ramum, & siccatur, a corpore membrum, & putrescit. Sic est inquit de filio, qui a parentum deuotione fuerit separatus. pa-
C tet ergo quod parentes cum diligentia sunt æducandi. ¶ Tertio dico quod parentes cum patientia sunt tolerandi, quia. s. & parẽtum mores defectiuos, parentum actus & sermones correctiuos debemus sustinere & supportare, & in patientia tolerare. Vnde Sene. Surdum te parentibus præsta, bono animo mala precantur. Et si vis esse felix ora deos ne tibi quid horũ eueniat quæ implorant. Sic igitur patet quomodo se debent habere filij ad parentes & quantum ad patientiam, & quantum ad subuenientiam & quantum etiam ad reuerentiam. Vide supra in titulo de filio, videlicet qualiter se debent habere parẽtes ad filios & quãtum ad nutrionem, & quantum ad instructionem, & quantum ad correctionem. Vnum autem aduerte hic quòd summe debẽt cauere parẽtes vt se tales exhibeant, quod filij in eorum operib. mortis exempla non videant, quia scilicet filij solent libenter imitari parentes. Et ideo vt communiter sicut boni habent bonos filios, iuxta illud Roma. 11. Si radix sancta, & rami, sic mali parentes filios vt communiter habent malos. Sicut enim mulus ab asino & equa generatus propter excessiuam parentum suorum frigiditatem potentiam generandi non habet, plũbum etiam propter hoc quod ab immundo & grosso argento viuo & sulphure componitur, secundum Aristo. metallum fedũ & maculatiuum esse dignoscitur (quia breuiter qualis materia, talis materiatus, & defectus principiorum in conclusione relucet,) sic vere illi qui a frigidis & indeuotis, ab immundus & inhonestis parentibus generantur & componuntur, fedi & immũdi inueniuntur, & virtute generandi bona opera esse penitus vacui dignoscuntur, quia scilicet. mores parentum imitantes cum ipsis ad interitum deuoluuntur. Lupus enim generat lupos. Vsurarius filios vult habere vsurarios. Raptor raptores, & prædator generat prædatores. Et sic verificabitur illud quod scribitur. Sap. 4. quòd ex iniquis omnes filij quæ nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes. Isti sunt parentes qui deuorant filios suos iuxta illud Lucæ. 21. Trademini autem a parẽtibus &c. Et ideo talibus malis parentibus non est obediendum, sed ab eis & eorum imitationibus discedendum. Ruth. n. commendatur, quia parentes dimisit. Ruth. 2. quia sicut dicit Hieron. Si vtrunque. s. & deum et parentes seruare nequeas, odium in suos pietas est in deum habenda. Augustin. in sermone. Scias quòd amandus est generator, sed præponendus est creator, quia scilicet mali parentes inquantum in via salutis nobis obsistunt, non sunt nec honorandi, nec educandi, nec imitandi, nec tolerandi. Et hoc de parentibus sufficit. &c. Vide supra de Filio, & infra de patre.

Pariter. Nota quòd pariter. idem est quod simul, inuicem æqualiter, & mutuo. Et signat pariter rerum con- A
iunctionem, aggregationem & adæquationem. Et ideo breuiter pariter potest significare bonam vel malam societatem. Boni n. semper sunt pariter, & simul per vinculum charitatis Sed si vis exempla, vide infra de simul. Vnde Iidicũ. 20. dicitur quòd omnes filij Israel pariter congrugati sunt. Ideo nota ꝙ nos per charitatis pietatem debemus Pariter

Plorare.
Orare
Videre.
Gaudere.
Audire.
Conuenire.

Pariter dico plorare per communem dolorem & contritionẽ. Vnde. 1. Reg. 20. dicitur ꝙ Dauid & ionatas pariter fleuerũt, Dauid autem amplius, Item pariter orare per communem feruorem & deuotionem. Vnde Tho. 8. dicitur de Thobia & Sara quod surgentes pariter orabant. Item pariter videre per communem fidem & descretionẽ. Esa. 40. Videbit omnis caro pariter salutare dei. Et 41. Vt videant & sciant, recogitent & intelligant pariter. Et Act. 2. Omnes enim qui credebant, erant pariter. Item pariter gaudere per communem spem & consolationem. Iudicum. 19. Hodie hic maneas, pariterque lætemur. Item pariter audire per communem obedientiam & subiectionem. vnde Ecclesiastici. 12. Finem loquendi omnes pariter audiamus. Item pariter conuenire, per communem charitatem & sotietatem & dilectionẽ. vnde Oseæ. 1. Congregabuntur filij iuda & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum. Act. 2. Omnes discipuli erant pariter in eodem loco Iusti. n. in eodẽ loco sunt pariter. scilicet per

Fidei vnitatem.
Cordium charitatem.
Morum conformitatem.

Et finaliter per æterni habitaculi parem & vnicã ciuitatem. Vnde de pari societate beatorum dicitur Iob. 3. Ibi requieuerunt fessi robore & quondam vincti pariter sine molestia non audierunt vocem exactoris, paruus & magnus ibi sunt & seruus liber à domino suo. ¶ Aduerte autem quòd mali etiam dicuntur quandoque B
esse pariter per copulam suæ malæ & ineptæ societatis, quia scilicet isti hodie ad nocendum bonis, & ad contradicendum deo videntur pariter colligari, iuxta illud Neeminæ. 4. Congregati sunt omnes pariter vt venirent, & pugnarent cõtra Hierusalem. Et ideo nota ꝙ mali solent Pariter.

Lætari.
Rixari.
Contra bonos colligari.
In inferno damnari.

De pari lætitia dicitur Naũ. 1. Sicut spinę inuicem se complectuntur, sic conuiuium pariter potantium. De pari discordia dicitur Hiere. 46. Fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt. De pari contra bonos & colligatione & cõcordia dicitur Iosue. 7. Audient chananei,

& pariter conglobati circundabunt nos de pari etiam impiorũ pœna & in inferno mæstititia dicit Dan. 2. Contrita sunt pariter ferrum, testa, & æs. Et Gen. 34. ca. Emor & sichem pariter necauerunt. Sufficit.

A **Paries.** Nota quòd parietes sunt illæ partis domus quæ ipsam sustentant principaliter atque claudũt. Et ideo spiritualiter per parietes possunt intelligi personæ ecclesiasticæ, quæ constituunt domum ecclesiæ militantis vel viri sancti & angeli, qui constituunt domum ecclesiæ triumphantis. Vel mẽbra humana, quæ constituunt domum corporis collabentis. Et ideo secundum hæc possumus notare ꝙ triplex paries inuenitur. scilicet paries

Luteus. Lapideus. Aureus. — Paries luteus signat corporis fragilitatem. Iste est enim paries valde debilis, quia scilicet ex carne & sanguine & ossibus est confectus, de quo in psal. Tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ. Istum tamen parietem sic vilem & luteum quidam pingunt per curiosam conuersationem. Quidam liniunt per verbosam adulationem. Quidam cooperiũt per fallacem excutionem. Illi ergo qui pingunt & ornant parietẽ suũ, sunt hypocritæ & adulatores. Et ideo talibus dicitur Act. 23. Percutiet & deus paries dealbatæ &c. Illi qui liniunt parietem alienum per verbosam adulationẽ, sunt adulatores. Et de istis liniti parietibus & de adulatoribus eos linientibus dicitur Ezech. 13. Complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eum absque temperamento. Illi vero qui operiunt parietem alienum, sunt falsi excusatores, & potissime isti mali consiliarij diuitum, qui excusant omnia mala facta ipsorum, de quibus dicitur. 2. Paraly. 24. Egeruntque hi qui operabantur industriè, & obducebatur parietum cicatrix. Istud non debet esse charissimi, quia vera paries noster non est nec pinguendus nec linẽdus, immo procul dubio iste paries est

Per pœnitentiam fodiendus. Per prudentiam considerandus. Per diligentiam inpellendus. — Fodi dico debet per penitẽtiam, quia scilicet in parietibus defossis inueniuntur quandoque copiosi thesauri. Ideo consulitur Ezech. 12. Filij hominis fode parietem. Debet etiam considerari per prudentiam. Qui enim habet in domo parietem ruinosum, sæpe debet eum cõsiderare vt præuideat eius ruinam, sicut de Ezechia dicitur Esa. 38. Conuertit Ezechias faciem suam ad parietem. Debet insuper impelli per diligentiam. Esa. 25. Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem. Paries enim corporis nostri ita est ponderosus & grauis, quòd nisi per diligentiam impellatur, non potest ad bonum aliqualiter se mouere. Grauis enim est iste paries. Et ideo quando manus diuinæ iustitiæ in isto pariete scripserit, Mane thethel phares sicut ponitur Daniel. 5. & exponitur supra, tunc dico ꝙ iste paries per mortem corruet, & tota domus corporis euanescet. Ezech. 13. Ecce cecidit paries. Et ibidem. Destruam parietem quem linistis. Sic ergo dico quòd est paries lutheus qui significat corporis fragilitatem. ¶ Secundo quod inuenitur paries

B saxeus seu lapideus, qui significat ecclesiæ integritatem. In domo enim ecclesiæ quodlibet collegium est quidam paries, quælibet vero bona persona est in isto pariete quidam lapis. Abach. 2. Lapis de pariete clamabat. Istos autem parietes coniunxit Christus lapis angularis, qui est pax nostra, & fecit vtraque vnum, & medium parietem &c. sicut dicitur Ephe. 2. Sicut ergo parietes templi de sectis lapidibus erant facti, tabulis vero cedrinis, erant vestiti & tandem auro vndique cooperti, & adhuc denis, erant vestiti & tandem auro vndique cooperti, & mirabilisuper erant figuris cherubin & palmarum depicti, & mirabiliter decorati, sicut ponitur. 2. Paral. 4. & 3. Reg. 6. sicut proculdubio parietes. idest status templi ecclesiæ deberent de sectis lapidibus idest de personis electis fabricari, deberent cedro altæ cõtemplationis vestiri, deberent cherubin, idest plenitudine scientiæ & discretionis ornari, deberent auro honestæ conuersationis operari, & deberent etiam palmis, idest victorijs peccatorũ & tentationis honorabiliter coronari. Ezechiel. 41. Cherubin & palmæ celatæ erant in pariete templi. Iste est ergo paries saxeus, significans ecclesiæ integritatem. ¶ Tertio dico quod in scriptura inuenitur paries aureus, & iste significat paradisi nobilitatem. Sancti enim & sanctæ sunt quidam parietes aurei quibus cælestis Hierusalem est constructa. vnde. 2. Paralip. 3. dicitur quòd aurum erat probatissimum de cuius laminis texit Salomon parietes templi. Aurum enim claritatem æternæ gloriæ designat, quo Salomon. idest deus sanctos suos contegit & adornat. Et sic ergo patet quòd in scriptura inuenitur paries luteus, paries saxeus, & paries aureus. ¶ Si autem per parietem

C vis intelligere prosperitatem mundanam, vel etiam status & collegia malorum & malignorum, dic quod iste est paries ad quẽ asina. i. caro attriuit pedes affectuum Balaam desuper sedentis, sicut dicitur. Num. 24. Iste est enim paries in quem Saul. i. diabolus voluit consumere & configere Dauid. idest quemlibet virũ iustum, sicut dicitur. 1. Reg. 18. Iste est paries de cuius summitate præcipitata est Iezabel. idest peccator, sicut dicitur 4. Reg. 9. ita ꝙ sanguine talis Iezabel. idest peccatis seu etiam morte & vindicta talium peccatorum qui ab isto pariete quotidie præcipitantur, totus iste paries est depictus. Quodlibet tamen exemplum talium est vnus macula sanguinis in isto pariete. Iste etiã est paries non in quo, sed post quem sponsus perhibetur stare, sicut dicitur Canti. 2. En ipse stat post parietem &c. quia. s. sponsu ecclesiæ Christus non in isto pariete, sed post ipsum parietem semper stetit. Iste est paries quem cæci. i. peccatores diligunt & frequentant, dicentes Esaiæ. 51. Palpauimus quasi cæci parietem, & quasi absque oculis attractauimus, Iste est etiam paries in quo multi lapides leprosi sunt. idest multi homines vitiosi, propter quorum lepram perseuerantem paries iste erit finaliter destruendus, sicut dicitur Leuitic. 14. Quod vtique fiet in generali iudicio, quando paries iste idest malorum hominum & bonorum temporalium congeries destruetur, & ad nihilum deducetur, sicut minatur deus Ezech. 13. Complebo indignationem meam in pariete, & corruet paries quem linistis. Et sic patet quo modo paries potest sumi in bono & in malo. vide supra de Domo & de Muro.

Pars. partes. Cum partes sunt illæ res in quas totũ resoluitur & diuiditur, & ex quibus totum consistit & constituitur, hinc est quòd pars de sui natura quandoq; signat diuisionem & dicordiam dissolutiuam, quandoque potest significare coniunctionem & concordiam cõstitutiuam. & sic breuiter distinguendo possumus dicere ꝙ in scriptura inuenitur Pars A

Virtuosa Fructuosa Vitiosa Dolorosa. — Prima pars significat perfectorũ vnionem charitatiuam. Et de hac Neæ. 4. Media pars iuuenum faciebat opus & media pars parata erat ab bellum. Pars secunda signat beatorum portionem præmiatiuam. Et de ista dicitur Lu. x. Maria optimam partem elegit. Tertia pars signat impiorum diuisionem discordatiuam, quia. s. bene sequitur ꝙ illud ꝙ est per partes non est in vnum. Et ideo Zacha. 13. dicitur Partes duæ in ea dispergentur. Quarta vero pars signat iniquorum dannationem distributiuam, quia sicut dicitur in psalmus. Ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Vel alio modo possumus dicere ꝙ pars signat

Rerum diuisionem Distinctam regionem Bonorum portionem. — Dico rerum diuisionem, & sic totus mundus diuiditur in partes. quia aliqui sunt boni, aliqui sunt mali. Pars vna obedit deo vna diabolo. sicut. 3. Reg. 16. dicitur de duobus regibus ꝙ vna pars populi sequebatur amri, alia pars sequebatur Zamri. Dico etiam ꝙ signat locorum regionem. Et sic inuenitur B

Pars superior, quæ est pars & regio beatorum
Pars inferior, quæ est pars damnatorum
Pars exterior, quæ est pars mundanorum.
Pars interior, quæ est pars animarum.

De parte superiori dicitur Ecclesiastici. 24. In partes dei mei hæreditas illius. De parte inferiori dicitur Ecclesiastici. 24. Penetrabo in inferiores partes terræ. De parte exteriori potest dici illud Matthei. 16. Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi. De parte vero interiori, idest de corde dicitur Ecclesiastici. 37. ꝙ ex corde partes quatuor oriuntur. ¶ Denique dico quòd pars signat rerũ seu præmiorum portionem. Et sic pro maiori parte sumitur in scriptura. Et ideo circa hoc aduertendum est quòd in scriptura pars, præmium, seu portio accipitur scilicet pro C

Temporali prosperitate Spiritali vtilitate Supernali fœlicitate Infernali calamitate. — Primo dico quòd temporalis prosperitas est pars & portio peccatorum. vnde Ecclesia. 2. Non Prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & hanc ratus sum esse partem meam, si vterer labore meo. Isti figurantur in tribu Ruben & Gad, & dimidia tribu Manassæ, qui partem suam trans Iordanem acceperunt, & in terra promissionis nihil penitus possederunt, sicut dicitur Num. 34. quia scilicet mali in via ista partem & portionem suam accipiunt in bonis

bonis terrenis, dicentes illud Sap. 2. Fruamur bonis quæ sunt & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter &c. hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. ita quot nihil habebunt in terra promissionis, idest bonis æternis, ita quod ipsi satis possunt dicere illud Neæmiæ. 2. Non est nobis pars in hierusalem. ¶ Secundo dico quod spiritualis vtilitas est pars & portio deuotorum. Viri enim deuoti & sancti non habent partem in hoc mundo, nec in bonis eius, sed solum bona spiritualia, gratias, scientias & virtutes pro parte & portione huius vitę accipiunt, & de bonis temporalibus vltra necessaria nihil volunt. figurati in Leuitis quibus noluit deus dare partem inter filios Israel, dicens. Nume. 18. In terra filiorum Israel nihil possidebitis, nec habebitis partem in terra eorum. Ego pars & hęreditas tua in medio filiorum Israel. Et ideo Dauid in persona cuiuslibet sancti dicebat in psal. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. ¶ Tertio dico quòd æternalis felicitas est pars & portio beatorum. Isti figurantur in filijs Israel, qui quamuis in mesopotamia, in Aegypto, & in deserto multis annis peregrinarentur, ibi tamen nec partem nec hæreditatem, nec portionem hæreditariam acceperunt, sed terram promissionis expectauerunt, quàm tandem pro parte & portione hæreditaria possederunt quia. s. sancti in deserto huius mundi noluerunt partem suam, quinimo pęnas & labores in patientia sustinuerunt, quousque ad terram promissionis æternæ venerunt, vbi pro parte & portione regnum perpetuum acceperunt. Hester. 5. Si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Isti enim fecerunt bonum cambium, dimittendo partem modicam pro magna, transitoriam pro æterna, laboriosam pro quieta. Et ideo isti figurantur in Maria, quæ meliorem partem elegisse dicitur & ad pedes domini consedisse, sicut dicitur Luc. 10. Dominus enim ipsemet est portio beatorum ipsum enim habentes, isto solo & vnico sunt contenti. psal. Pars mea deus in æternum, Damnati vero non sic possunt dicere quia isti partem non habent in deo. Partem enim per baptismum in eo habuerunt, sed ipsam cum temporalibus commutauerunt, vel per peccata ludendo cum diabolo perdiderūt. Et ideo modo isti possunt dicere illud. 2. Reg. 20. non est nobis pars in dauid, nec hereditas in filio ysai. ¶ Quarto vero dico ꝙ æternalis calamitas est pars & portio dānatorum, de quib. Ecclesiastici. 41. Væ vobis viri impij, quia si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. Isti enim partē suam de bonis gratiæ & gloriæ, cum parte mundanæ opulentiæ & æternæ pestilentię permutauerunt. Iob. 20. Hæc est pars hominis impij a deo. & Iob. 24. Maledicta sit pars eius in terra, non ambulet per viam vinearum. Ista ergo de parte temporali, spirituali, supernali & infernali sufficiant. Vide supra de Hæreditate, & infra de Portione.

D

A Particeps. Participatio.

¶ Nota ꝙ particeps dicitur quasi partem capiens, quia. s. participes est illi qui cum altero communicat, & qui cum socio suo partem accipit de commodo vel de damno. Est ergo particeps.

Nomen charitatis & societatis
Nomen vnitatis & concorditatis
Nomen rationalitatis & vtilitatis.

Et sic possumus dicere quòd participare pertinet ad bonos, qui scilicet inuicem per charitatem sunt sociati, & ad pœnas præsentis vitę & gaudia futuræ sunt per charitatis participium combinati. Apoca. 1. Ego Ioannes frater vester socius & particeps in tribulatione & regno. Vbi aduerte quòd viri iusti & perfecti debent participare, scilicet. Cum deo per gratiam & deuotionem. Ego inquit Ioannes. Cum proximo per amorem & delectionem. Frater inquit vester, socius & particeps. Cum mundo per laborem & afflictionem. In tribulatione inquit. cum cœlo per gloriam & promotionem. Et regno inquit. Participemus ergo cum deo per gratiam & deuotionem. Sicut. n. extrema non participant sibinuicem nisi per medium, sic nec deus nec homo nisi per gratiæ copulam & conglutinum. Gratia enim est illud medium per quod homo deo participat & associatur, quia scilicet sine isto homo peccator constituitur, & sic cum deo non participat, sed ab eo potius elongatur. 2. Cor. 6. Quæ autem participatio iustitiæ cum iniquitate? q. d. nulla. Et ideo debemus esse Ioannes, qui interpretatur in quo est gratia, quia etiam de Ioanne dicitur Lucæ. 1. ꝙ gratia dei erat cum illo, vt sic Christi participes esse possimus, vt sic quilibet possit dicere illud Heb. 3. Participes Christi effecti sumus. & Heb. 6. Participes facti sunt spiritussancti. ¶ Item participemus cum proximo per amorem & charitatem. Frater inquit & so-

B

cius. quia sicut in quolibet signo cœlesti plures planetæ qualitates suas inuicem participant, sic cum boni in signo & in regione ecclesiæ conuersentur, necesse est quod bona sua per charitatem sibiinuicem communicent, vt sic quilibet dicat illud ps. Particeps ego sum omnium timentium te. ¶ Item participemus cum mundo per pœnam & afflictionem. In tribulatione inquit. quia scilicet mercator non potest participare in honore nisi prius particeps fuerit in labore & aduersitate, quia sicut dicitur Actuum. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. vnde Heb. 12. dicitur quod non est filius quem non corripiat pater eius & quòd disciplinæ participes facti sunt omnes filij. Item quarto participemus cum cœlo per fęlicitatis adeptionem, quia scilicet nos qui per gratiam eius filij eramus, participes non efficiat regni sui. Regno inquit. Heb. 3. Fratres sancti vocationis cœlestis participes. Sic ergo patet quomodo particeps sumitur in bono. Multo amplius posset delatari, sed propter defectum auctoritatum omitto. ¶ In malo vero nota quòd quidam sunt participes cum diabolo per idololatriam, quidam cum mūdo per auaritiam, & quidam cum carne par immunditiam. Dico ergo quod quidem participant cum diabolo per idololatriā. Isti sunt hæretici & sacrilegi, qui cum excommunicato diabolo participant, & tamen hac vita, excommunicati sunt, & ab ecclesia paradisi finaliter exclusierunt. Esa. 44. Sculptibile inquit constauit ad nihil vtile, omnes participes eius confundantur. ¶ Item quidam participant cum mundo per auaritiam, de quibus dicitur. 2. Paralit. 20. quòd rex iuda & rex Israel participes fuerunt ad faciendum naues quæ irent in tharsis, vnde deferebatur aurum & argentum & ebur, sicut dicitur. 2. Parali. 9. ¶ Item quidam participant cum carne per immunditiam, contra illud Apoca. 18. Exite de eo populus meus, & ne participes sitis deliciarum, (alias delictorum) eius &c. Vide infra de Societate. C

Parum. Paruus. Paruitas. Paruulus. A

Nota quod paruitas potest accipi in bono & in malo: In bono enim signat humilitatis profectum In malo vero designat vtilitatis defectum. Nota ergo ꝙ in scriptura inuenitur Paruitas.

Virtualis humilitatis
Temporalis vtilitatis
Naturalis necessitatis
Cordialis iniquitatis.

De paruitate virtualis humilitatis dicitur. 3. Regum 18. Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. De paruitate temporalis vtilitatis seu facultatis dicitur Prouerb. 15. Melius est parum cum timore Dei, quam thesauri magni & insatiabiles. Et ista est paruitas seu tenuitas temporalium, quæ figuratur in illa tunica Samuelis de qua dicit. 1. Reg. 2. quod tunicam paruam faciebat ei mater sua. & merito, quia sicut dicitur Prouerb. 16. Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate. De paruitate vero naturalis necessitatis, qua scilicet paruuli sumus, imperfecti & debiles quamdiu viuimus in hoc mundo, potest dici illud Neæ. 7. Est ciuitas lata & grandis, & populus paruus in medio eius. d. paruitate vero criminalis iniquitatis qua peccatores dicuntur parui, pro eo quod nullam virtutum quantitatem & crementum habent, dicitur. 4. Reg. 2. ꝙ pueri parui egressi de ciuitate deridebant helisæum, propter ꝙ fuerunt ab vrsis continuo occisi. Quia pro certo illi qui sunt parui & pueri. i. cęteris imperfectiores, solent helisęum. i. viros sanctos fortius deridere, & ideo merentur ab vrsis rugientibus, i. a demonibus deuorari. Et ideo bene docet Aposto. 1. Corint. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. ¶ Vt ergo de paruulo aliquid dicamus, nota quod paruulus in scriptura quandoque signat humiles, quandoq; signat imbecilles, quandoque viros virtuosos, quandoq, vitiosos. Paruulus igitur signat virum iustum, humilem scilicet & perfectum, qui scilicet in oculis suis paruulus est, & qui per præsumptionē de se non cogitat quicquam magni. Vt sic quilibet vir perfectus dicat illud. 3. Reg. 3. Ego sum puer & paruulus. Et aduerte ꝙ sicut pueri solent attentius seruari, decentius mundari, libentius amari, sic pro certo illi qui sunt humiles & perfecti, attentius a deo seruantur, decentius a deo mundantur, libentius a deo amātur. Propter primum habent permanentiæ firmitatem, ideo dicitur. Ego sum. Propter secundum habet innocentiæ puritatem, ideo, dicitur Puer. Propter tertium habent complacentiæ charitatem, ideo, dicitur Paruulus. ¶ Dicamus ergo ꝙ isti paruuli spirituales, scilicet viri humiles B

Sunt in bono permanentiores.

Primo ergo dico

Sunt a culpa innocentiores
Sunt omnibus complacentiores.

dico quòd isti sunt in bono permanentiores: quod ostenditur cum dicitur, ego sum. Nam sicut videmus ꝙ paruuli a parentibus cum magna diligentia seruantur, propter quod faciliter non læduntur, paruulis etiam tutor adhibetur, ne eorum patrimonium dissipetur, paruuli etiam semper in imo sedent, nec faciliter alta ascendũt, propter quod minus cadere comprobantur, sic proculdubio viri humiles & deuoti, qui scilicet de sua virtute nihil præsumunt, sed qui se totos deo & eius protectioni committunt, ab ipso diligentius manu tenentur, & patrimonium virtutum ipsorum ab ipso deo melius tuetur, propter quod minus a tentationibus læduntur, & in statu gratiæ perseuerant stabilius & morantur. Ego sum inquit. q. d. Ego non deficio, ego sum & perseuero. psal. Custodiens paruulos dominus, humiliatus sum, & liberauit me. Et nota quòd dicitur. Custodiens, quia sicut pueri custodiuntur in locis obscuris & secretis, ne forte nimia claritas lædat aut disgreget visum eorum. Custodiuntur etiam in loc s infimis, ne forte de alto cadentes incurrant periculum. Custodiuntur insuper cum rebus præciosis, quia scilicet teste discordie, Melchites lapis circa cunas puerorum positus solet eos a noxijs casibus custodire. Hebenum lignum etiam solet ad puerorum cusuffiagari, vt dicit Plinius. Sic dominus in obscuritate paupertatis paruulos suos custodit, ne claritas mundanæ prosperitatis eos lædere possit. In loco etiam infimo. idest in paruo statu eos communiter tenet & ponit. Lapidem etiam preciosum melchitem, qui dicitur a melle. idest dulcedinem deuotionis eis apponit, & lignum hebenum præciosum. i. ligni crucis memoriam eis vndique circumponit. nam per ista quatuor scilicet per obscuritatem paupertatis & aduersitatis, per infimitatem depressionis & humilitatis, per lapidem melchitem gratię & deuotionis, per lignum hebenum. i. per crucem & memoriam dominicæ passionis, paruuli Christi, a casu superbiæ, & a nocumento peccati custodiuntur, & in statu gratiæ perseuerare diutius comprobantur. Ego sum inquit. Hiere. 1. Puer ego sum. quia scilicet sicut poli in cœlo stellæ sunt minimæ quæ etiam vix apparent, & tamen sunt stellæ stabilissimæ, quia soli duo poli non mouentur omnibus stellis circummotis, sic breuiter in cœlo ecclesiæ illi qui sunt per humilitatem minores, sunt in perseuerando stabiliores. vnde Matth. 18. Aduocans Iesus paruulum statuit eum. Statuere enim stabilitatem denotat firmitatis. Isti

C ergo paruuli sunt in bono permanentiores. ¶ Secundò dico ꝙ spirituales paruuli sunt a culpa innocentiores. Et hoc ostenditur cum dictum est, Puer. quia puer qui dicitur quasi purus aer, puritatem innocentiæ designat. Sicut enim paruuli a suis nutricibus solent diligenter mundari, paruuli etiam sine macula & sine malitia solent esse, sic viri perfecti a nutrice sua, idest deo solent in mũditia innocentiæ custodiri, & ab omni malitia expiari. vnde. 1. Corin. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Puer ergo debet esse, id est purus & innocens. 1. Parali. 22. Salomon filius meus puer paruulus est. Et aduertamus quòd vir sanctus & innocens potest dici puer, multiplici ratione, puer eum est naturaliter.

Pulcher & speciosus
Benignus & amorosus
Lætus & gaudiosus
Flebilis & lachrymosus
Clare videns & luminosus
Mobilis & curiosus
Humilis & obsequiosus
Modico contentus & non ambitiosus
Verecundus & timorosus
Liberalis & gratiosus
Crescens non desidiosus
Innocens non malitiosus.

Istæ. n. sunt duodecim cõditiones bonorum puerorum & paruulorum. Et proculdubio tales pueri sunt viri sancti, quia pro certo isti sunt pulchri & speciosi per mundam & honestam conuersationem. Vnde isti sunt illi pueri de semine regio in quibus nulla erat macula, de quibus loquitur Dan. 1. vnde Iudic. 13. de Sansone dicitur. Erat puer nazareus domini ab infantia. Nazareus autem floridus interpretatur. ¶ Item isti sunt benigni & amorosi per charitatem & dilectionem. Puer enim ratione sanguinis purioris & feruentioris faciliter diligit & feruenter, & ratione paucitatis cholerae parum aut nihil odit, nec profunde irascitur contra quenquam. Sic quia sancti abundat in sanguine gratiæ, vel in memoria sanguinis Christi, valde sunt spiritualiter amorosi, quia omni odio prætermisso, ipsi inimicos diligunt & amicos. Isti enim ad modum pueri non faciunt differentiam in personis, quia scilicet ita diligunt diuitem sicut pauperem, extraneum sicut vicinum, omnibus enim per charitatem se associant, & omnes diligunt & frequentant. Lucæ. 11. Pueri mei mecum sunt in cubili. Et ideo quilibet potest dicere de quolibet tali puero. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Esa. 9. ¶ Item isti sunt læti & gaudiosi per spem & consolationem. Naturaliter enim pueri volunt ridere, ludere, pariter & cantare, quod vtique facit puritas sanguinis, qui facit hominem esse lætum. Quia pro certo viri iusti spiritualiter sunt læti per spem & consolationem, & per gratiarum actionem ludere & canere semper volunt. 2. Reg. 2. ca. Surgant pueri, & ludant coram nobis. Ideo dicitur in psal. Laudate pueri dominum, laude nomen domini. Quia etiam dicitur Matthęi 21. Pueri hebræorum laudantes dominum clamabant, osanna. Item isti sunt flebiles & lachrymosi per dolorem & compunctionem. Puer enim facillimè lacrimatur, quod facit abundantia humorum in cerebro pueri. Quia pro certo viri iusti qui in humore gratiæ & deuotionis abundant, solent per compunctionem & etiam per compassionem faciliter lachrymari. Ruth 2. Bibe aquas de quibus pueri biberunt. Puer enim nascitur plorando, & vocem lachrymabilem emittendo. Et sic lachrymari videbatur, ille qui dicebat Hierem. 1. A. a. a. domine deus, nescio loqui, quia puer ego sum. ¶ Item isti sunt clare videntes & luminosi per fidem & discretionem: Puer enim multo lympidius videt quam senex. Et ideo isti spirituales pueri visum discretionis habent clarum, quia scilicet bene vident illa quæ pertinent ad salutem. Sap. 8. Puer eram ingeniosus. Et 2. Reg. 13. Eleuauit puer speculator oculos. ¶ Item isti sunt mobiles & curiosi per bonam & diligentem operationem. Sicut enim pueri vix possunt stare in vno loco, immo continue sunt in motu, sic iusti a motu bonorum operum non quiescunt, imo continue sunt in aliquo bono actu. Neemie. 5. Omnes pueri mei congregati ad opus erant. ¶ Item isti sunt humiles & obsequiosi per obedientiam & subiectionem. Bonus enim puer libenter obsequitur & ministrat. de sui enim natura subesse debet, & maioribus obedire. 1. Reg. 2. Samuel autem ministrabat, puer accinctus ephot. ¶ Item isti sunt contenti modico, non ambitiosi ad temporalium abundantiam & apparatum. Puer enim de mundi temporalibus parum curat, sic nec isti. vnde Gen. 41. Erat ibi puer hebræus. Hebræus enim interpretatur transitus, quia scilicet sancti non faciunt nisi transire per temporalia, nõ figentes ibi pedem affectus. ¶ Item isti sunt reuerentes & timorosi per diuinæ maiestatis honorationem, quia scilicet ipsi timent dominum & alia quæ timenda sunt. Iudicum. 8. Timebat, quia puer adhuc erat. ¶ Item isti sunt liberales & gratiosi per beneficiorum largitionem, quia scilicet iusti more pueri libenter dant alijs quod habent, sua sibi per auaritiam non reseruant, nec considerant valorem rerum, sed indigentiam personarum. Ioan. 6. Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordaceos. & Gene. 36. dicitur. Ioseph pascebat gregem patris sui adhuc puer. Item isti sunt crescentes & virtuosi per bonum profectum & virtutum continuationem, quia. s. sicut pueri continuè crescunt & augmentantur quousque veniãt ad naturæ complementum: sic sancti & iusti non cessant in virtutibus crescere, quousque ad complementum vitæ æternæ valeant peruenire. Lu. 1. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu sancto. ¶ Item isti sunt innocentes non malitiosi per omnis iniquitatis abdicationem, quia. s. pueri nesciunt malitias cogitare, & iniurias recordari, nec opprobria vindicare. vñ. 1. Cor. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia. Patet ergo quomodo sancti dicuntur pueri, quia pro certo isti sunt pueri dei. quod patet, quia ipsos in hoc seculo adamauit, castigauit & inuitauit. Adamauit dico. Oseæ. 11. Puer Israel, & dilexi eum. ¶ Item castigauit, iuxta illud Prouerb. 23. Noli subtrahere a puero disciplinam, tu virga percuties eum, & animam illius de inferno liberabis. Ipsos etiam ad cœlestis suæ hæreditatis cõuiuium inuitauit. Lu. 18. Sinite pueros venire ad me, talium est enim regnum cœlorum. Sed proh dolor quàm pauci sunt hodie tales, quia proculdubio multi sunt hodie qui pueris in istis suis conditionibus non sunt similes, sed ipsis in quibusdam suis malis proprietatib. sunt conformes. Pueri enim sicut videmus, sunt.

Seipsos maculantes
Plurimum ignorantes
Penitus impotentes
Faciliter cadentes
Ad terram se tenentes
Faciliter clamantes.

Sic vere mali & peccatores sunt se maculantes per carnis immunditiam Iocl. 3. Posuerunt puerũ in prostibulo. & de luxuriosis

luxuriosis filijs heli dicitur. 1. Reg. 2. quod erat peccatum puerorum grande coram domino. Item sunt ignorantes per imprudentiam. Pueri enim nesciunt se regere, nec a periculis precauere, nec sibi nec alijs prouidere, sic nec mali vnde Ecclesiasticis. Væ terræ cuius rex puer est. Et. 3. Regum. 3. Ego sum puer paruulus & ignarus. ¶ Item impotentes per desiderium, quia scilicet pueri non sunt habiles ad sustinendum labores. sic nec pigri. vnde Esa. 40. Deficient pueri & laborabunt. & Matthei. 8. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus. ¶ Item cadẽtes per inconstantiam, quia scilicet sicut puer sæpe cadit nisi per nutricem manu teneatur, sic inconstantes sæpe corruunt in peccatum. vnde Threu. 5. Pueri in ligno corruunt. ¶ Item sunt circa terram se tenentes per auaritiam. Auari enim corde & opere circa temporalia occupantur. Vnde de filio Ieroboam in terra sepulto dicitur. 3. Reg. 14. Mortuus est puer, & sepelierunt eum. ¶ Item sunt clamantes per discordiam & iracundiam quia sicut dicitur Esaiæ. 3. Tumultuabitur puer contra senem & ignobilis contra nobilem. Non sic ergo charissimi non sumus tales mali pueri, sed talem pueritiam dimittamus exemplo Heliæ, qui iturus in desertum, misit puerum suum in iudæam, quod interpretatur confessio. Ad denotandum quod ad desertum pœnitentię debemus fugere, & in confessione nostra malam pueritiam dimittere. Et sic erimus pueri innocentes & puri, quod est secundum membrum auctoritatis. Ostenditur ergo quòd illi qui spiritualiter volunt esse paruuli, debent esse a culpa innocẽtiores.

¶ Tertio dico quod isti debent esse omnibus complacentiores;
E quòd scilicet notatur in verbo paruulus. Paruuli enim solẽt magis amari, & magis intuentibus complacere. Quia breuiter omne animal dum est iuuenculum & paruulum, multo magis est placidum & amabile, quam quando factum est magnum. Sic vere illi deo & hominibus sunt amicabiles & placidi, qui per humilitatem sunt paruuli. Zachariæ Conuertam manum meam ad paruulos. Et aduerte quod isti paruuli. idest humiles a deo præcipuè diliguntur. quod patet quia istos solet

Subtiliter illustrare per discretionem
Benigniter inuitare per affectionem
Salubriter adiuuare per protectionem
Sagaciter informare per instructionem
Fœliciter præmiare per saluationem.

Dico ergo ꝙ paruuli. i. humiles a Deo subtiliter illustrantur p discretionem, quia pro certo illi qui sunt humiliores, sunt hodie spirituali sapientia pleniores. Animalia. n. parua, magis sunt sagacia & astuta, sicut patet de formicis, apibus & araneis ad quorum opera humana ratio non attingit. Ideo in psalmis dicitur quod dominus intellectum dat paruulis. Christus etiam patri regratiatur, pro eo ꝙ spũalis sapientia paruulis reuelatur. Matt. 11. & Lu. 10. Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ qui abscondisti hęc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et in ps. dicitur testimoniũ domini fidele, sapientiã paruulis. ¶ Itẽ isti a deo benigniter inuitantur. Sol. n. faciliter trahit ad se paruos & leues vapores, sic Christus libenter attrahit ad statum gratiæ & ad statũ gloriæ vapores paruos. i. hoĩes humiles & deuotos. vnde Matth. 18. dicitur. Aduocans Iesum paruulum statuit eum in medio. ¶ Item isti a deo salubriter liberantur. vnde Exod. 2. dicitur quod cernens filia Pharaonis paruulum in flumine vagientem, liberauit eum. & Amos 7. Quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? ¶ Item isti a deo sagaciter informantur vnde Esaiæ 33. Vbi legis verba ponderans vbi doctor paruulorum? Item isti a deo fœliciter præmiantur. vnde Matth. 19. Sinite paruulos venire ad me, taliũ. n. est regnum cœlorum. ¶ Propter ista ergo patet quòd paruuli & humiles deo placent, quamuis hodie sint qui dicuntur paruuli non propter humilitatem, sed per virtutum omnium paucitatem, similes istis pigmæis qui sunt homines ita parui quod mensuram vnius cubiti non excedunt, ita etiam quod a multis sapientibus dubitatur vtrum dici debeãt homines siue bruta, quia vere tales ita sunt parui per carentiam dimensionis virtutum, quòd recte a natura hominũ idest personarum rationabilium deuiare videntur, & brutorum idest peccatorum seu insensibilium naturam initantur. Isti accidit sicut illi militi qui dicebatur Gannaygnus qui erat nepos regis Arcturi, qui cum esset miles pulcherrimus, fascinatus tamen a quadam dea & a quodam fato statim dum non aduerteret factus est nanus, ita quod subito curtatis membris fuit in nanum paruulum immutatus. sicut in eius historia continetur Sic vere multi sunt qui quandoque sunt milites ecclesiæ militantis; ita quod ipsi sunt alti per spem, lati per charitatem, profundi per humilitatem. Et sic per dimensiones virtutum ipsi valde magni inter alios inueniuntur. Iob. 1. Erat vir magnus inter omnes orientales. sed procul dubio per incantationes fatorum. i. p suggestiones demonũ vel mulierũ ita paruuli in gratijs & virtutibus fiunt, quod qui bene eos agnosceret, viderentur alijs esse nani. vt sic dicat diabolus talibus, Paruulum in gentibus dedi te, contemptibilis tu es valde. Et ideo notemus ꝙ mali paruuli. i. peccatores sunt contemptibiles & obedibiles proptar multa, scilicet quia per

Inuidiam sunt stimulati
Stultitiam sunt obstinati
Nequitiam sunt subiugati
Sæuitiam erunt condemnati.

Dico ꝙ paruuli. s. peccatores per inuidiam stimulãtur. vnde Iob. 5. Paruulum occidit inuidia. Et de persis. idest demonibus dicitur Esa. 13. quod sagittis interficient paruulos. Isti etiam per stultitiam obstinantur. Prouer. 14. Possidebunt paruuli stultitiam. Item isti per iniquitiam subiungantur, serui enim sunt peccati. vnde Gal. 4. Quanto tempore hæres paruulus est nihil differt a seruo. Item isti per æternam mæstitiam conturbantur seu etiam damnantur, quia scilicet omnes tales mali paruuli æternæ miseriæ subiacebunt. vnde Hiere. 9. Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras disperdere paruulos deforis, & iuuenes de plateis. Lupus enim quandoque capiens paruulum cum ipso ludit aliquandiu, ipsum tamen finaliter deuorat & occidit. Ita cattus de mure. Sic diabolus tales malos paruulos solet rapere p peccatũ, & primò solet cum eis in vita ista ludere per prosperitatis fallacia blandimenta, finaliter tamen ipsos occidit per inferni supplicia & tormenta. Ezech. 9. Non misereamini senem, virginem & paruulos & mulieres interficere. Non sic ergo charissimi, non simus tales paruuli mali, sed simus pueri & paruuli, humiles atque boni. Et sic erimus vt dictum est cœteris Complacentiores, cæteris Innocentiores, cæteris Permanẽtiores. Et hæc de paruulo & de puero tam in bono quam in malo sufficiant &c. F

Pascha. Phase.

A Cum pascha sit solennitas in qua corpus domini communiter fidelibus dispensatur, & in qua domini resurrectio celebrabatur, in memoriam scilicet antiqui phase, quod apud iudæos celebrabatur antiquitus, vbi scilicet de immolatione agni, & exitu filiorum Israel de Aegypto, & transitu domini per ægyptum, quando occisis primogenitis ægyptorum, viso agni sanguine filij Israel saluati sunt, fiebat memoria, & inde est quod pascha græcè & phase hebraicè, latinè interpretatur transitus vel transmigratio, sicut etiam Exodi. 12. dicitur. Est. n. phase. i. transitus domini. possumus dicere quòd tã pascha quam phase tripliciter signatin scriptura, videlicet

Festi dignitatem & excellentiam
Mentis nouitatem & pœnitentiam.
Legis vetustatem & defluentiam.

Dico ergo quòd per pascha potest intelligi festiuitas digne celebranda, videlicet istud festũ dominicæ resurrectionis, quod omni anno celebrat̃ a nobis. De qua pro certo dicere possumus quod ista est transitus domini, & transmigratio nostri. Quia sicut antiquitus in illo antiquo phase fuit immolatur agnus anniculus, qui scilicet mandatus fuit occidi & cum lactucis agrestibus manducari, per quem etiam fuit liberatus fidelis populus, scilicet filij Israel, q̧ scilicet mediante sanguine agni fuerunt a percutiente angelo saluati, de seruitute ægyptia liberati, fuit desolatur hostis cum æmulis, videlicet Pharao cum exercitu, qui fuit submersus, & primogenitorum numerus, qui fuit mortuus, sic vere in isto tempore Immolatur agnulus per occisionem. Liberatur populus per redemptionem. Subiugatur æmulus, scilicet lucifer per damnationem. Immolatur dico agnulus seu paruulus per occisionem, quia. s. sicut antiquuitus agnus masculus & anniculus fuit mandatus occidi, & tandem a calciatis baculos tenentibus cum festinantia manducari, sic Christi in isto tempore sicut agnus purus & innocens pro salute humani generis fuit immolatus & occisus, & nunc ad edendum in sacramento altaris fuit fidelibus communicatus & datus, qui. s. ipsum cum lucticis agrestibus contritionis debent sumere. & calciamenta quæ fiũt de pellibus mortuorum. i. exempla mortuorum sanctorum, vel etiam futuræ mortis memoriã retinere. Sicut enim dicitur Lucę. 22. Necesse erat occidi pascha. Nam sicut dicitur. 1. Corin. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. ipse enim fuit sacerdos & hostia, q̧ semet ipsum obtulit deo patri. Et aduerte ꝙ ad istud festum celebrãdum requirebantur principaliter tria, videlicet

Mundum corpus

Mundum dico corpus, quia. s.

Feruens opus
Et debitum tempus.

quia.s.mundi & non pol luti debebant comedere pascha, sicut dicitur. 1. Esdræ. 6. Fuerunt omnes mundi ad immolandum pascha. Feruens etiam opus quia sicut præcipitur Exodi. 12. Istud debebat comedi festinater. Debitum etiam tempus, quia scilicet sicut ibidem dicitur istud debebat fieri luna quarta decima primo mense. Sic reuera dico ꝙ iste agnus debet manducari. & istud sanctum sacramentum sumi scilicet

A personis mundis & innocentibus
A viris deuotis atque feruentibus
A viris honestis & relucentibus.

Habeant igitur Christum sumentes in paschate nitorem & puritatem. vnde Ioann. 18. dicitur quod iudei non introierunt prætorium Pilati qui erat paganus, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha. Item habeant feruorem & charitatem, quia scilicet festinanter & feruidè debet sumi, & cum bonorum operum diligenti competentia, quod satis innuitur Lu. 22. vbi dicit. Euntes parate nobis pascha. Ire enim sedulitaten & feruorem designat. Item habeant decorem & venustatem, quod innuitur in hoc quod istud primum pascha fiebat luna quartadecima primi mensis, quando scilicet luna clara erat & plena. Ad denotandum quod claritas honestę conuersationis, lux fidei & veræ cognitionis, plenitudo bonę operationis & complementi & perfectionis, illis debet inesse qui festum istud dignè voluerint celebrare. Sic enim homo phase. idest transitum domini celebrabit, in quo scilicet dominis per ipsum trãsiens ipsum per gratiam visitabit, & ipse postmodum de hoc mũdo ad patrem & ad cęlestum gloriam pertransibit. 2. Esdræ. 1. Fecit Iosias pascha in Hierosolymis & immolabat phase quartadecima luna primi mensis. Expone si vis Patet igitur quod per pascha potest intelligi præsens festiuitas digne celebranda. ¶ Secundo dico quod per pascha potest intelligi gratiæ nouitas a nobis sectanda constat enim quod in paschate quod vltimo celebrauit Christus, lex vetus & cerimoniæ antiquæ cessauerunt, testamentum vero nouum & lex noua inceperunt, sicut ipse Christus dixit. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Luc. 22. Quapropter dico ꝙ ꝑ homini pascha potest moralis nouitas designari, quæ s. dẽt a Christi fidelib. in suis cordib. celebrari. sicut. n. videmus quod pascha temporaliter celebratũ, est festũ

Dominicæ resurrectionis
Catholicæ recreationis
Hebraicæ liberationis
Aegyptiacæ submersionis,

Sic vere dico ꝙ spiritualiter loquendo in nostris cordibus Christus rursus resurgere debet. Suo cibo scilicet sacramenti altaris reficere debet. Mentem seu animam a peccato liberare debet. Debet etiam culparum prorsus obliuisci, quæ scilicet sub typo ægyptiorum & Pharaonis significantur submersi. Quia procul dubio spirituale pascha seu phase. idest spiritualis transitus seu transmigratio ad deum fit per gratiam in præsenti, & per gloriam in futuro, tũc a nobis celebratur idoneè, quando Christus in nobis per pænitentiam suscitatur. quando Christus a nobis per eucharistiam manducatur, quando a seruitute peccati & diaboli mens nostra penitus liberatur, & quando in mari amaræ pænitentiæ populus ægyptiacus. i. omnis malus affectus submergitur & necatur. Et sic istud erit pascha seu phase a filijs Israel. idest Christi fidelibus faciendum. Nu. 9. Facient filij Israel phase in tempore suo. & ad deuotis mentibus celebrandum. 2. Paralip. 35. Fecit Iosias phase in Hierusalem. Quia reuera qui tale phase seu pascha in corde suo non fecerit, & qui in isto de peccato ad gratiam, de virtute in virtutem, de mundo ad patrem, & de gratia ad gloriam non transierit, damnationis proculdubio reus erit. Nume. 9. Si quis phase non fecerit, exterminabitur anima illa de popnlo suo quia sacrificium domino non obtulit in tempore suo. Per pascha igitur intelligitur gratiæ nouitas a nobis sectanda. ¶ Tertio vero dico quod per pascha seu phase potest intelligi legis antiquitas iuste commutanda, quia scilicet sicut dictum est tunc fuit finis legis veteris & principium nouæ, quia scilicet lex antiqua per legitimam interpretationem transijt & migrauit in nouã. Vide supra de Nouus. Tunc. n. Christus se obtulit nouum pascha, quia sicut dictum est Pascha nostrum immolatus est Christus. Et tunc etiam se offert hominibus nouum cibum scilicet in sacramento altaris. Et per consequens dimittendum innuit ritum veterem vel antiquum. Istud est ergo phase secundum cessante primo, de quo Nume. 9. dicitur. Faciant phase mense secundo. Hæc igitur de phase & pascha sufficiant.

Pascere. Pascua. Pastor.

Quia pascere idem est ꝙ aliquod animal corporaliter reficere, hinc est quod secundum naturam diuersarum refectionum possumus diuersitatem distinguere pascuarum. Notemus ergo quod est

Quædam pascua corporalis
Quædam temporalis
Quædam pectoralis
Quædam spiritualis
Quædam virtualis
Quædam supernalis

Prima est pascua hominũ immũdorum quia. s. immũdi & carnales nunquam volunt pasciuis in pascua deliciarum carnalium, similes porcis, qui reb. fœtidis, & vilibus depascũtur. de quo Gene. 41. Septem boues crassę pascebantur in locis palustribus. ¶ Secunda est pascua hominum auarorum quia scilicet auari nũquam volunt pasci nisi in temporalibus diuitijs, similes bestijs carnificum, quæ ad hoc primo pascuntur, vt postmodum occidantur. Zacha. 11. Pasce pecoram occisionis, quæ qui possiderant, occidebãt. ¶ Tertia est pascua hominum discretorum. Et isti nunquam volunt pasci nisi in pascua scientiarum, vbi. s. pectus & cor possit per sapientiam pinguari, similes ouibus, quæ inter cætera animalia herbis mundissimis volunt pasci. 1. Petri. 5. Pascite qui in vobis est gregem dei. ¶ Quarta est pascua hominũ deuotorum. Isti enim nunquam volunt pasci nisi in viridario spiritualium gratiarum cantando cantinelam angelorum, quam cantant cõtinue coram deo. s. deo gratias. Cant. 6. dilectus meus descendit in hortum suum, vt colligat aromata, vt paschatur in hortis. ¶ Quinta est pascua hominum egenorum. Isti enim semper debent pasci in pascua vitualium eleemosynarum sicut dicitur Gen. 41. ꝙ septem vaccæ macie confectæ pascebantur in ipsa annis ripa. & Esaiæ. 14. Pascentur primogeniti pauperũ. ¶ Sexta est pascua hominum beatorum. Isti enim semper pascuntur in pascua cęlestium eminentiarum. Eccle. 34. In pascuis pinguibus pascentur super montibus Israel. Igitur loquamur de bona pascua spiritali, & allegemus illam auctoritatem. Eze. 34. Greges pascuntur a pastoribus. In quibus verbis aduerte ꝙ ad spiritualem pascuam requiritur

Nexus vnitatis conuenientis
Actus largitatis subuenientis
Virtus dignitatis perficientis

Debet. n. esse in his qui pascũtur, amor & vnitas. Greges. In modo pascendi, dulcor & largitas. Pascuntur. In viro pascente, valor & dignitas. A pastoribus. ¶ Dico ergo primo quòd in illis qui pascuntnr, debet considerari nexus vnitatis, per concordiæ ligamentum, quod ostenditur cum dicitur Greges. Grex enim de sui natura signat plura litatem in simul aggregatam. Animalia enim mitia & mãsueta sol ent scilicet

Gregatim viuere
Gregatim pasci
Gregatim manere,

Sicut patet de ouib. & bobus inter animalia gressibilia, de columbis & apibus inter volatilia, de formicis inter reptilia. In quo quidem notatur quòd si bene volumus pasci a deo prædicatore vel prælato, simul debemus esse per concordiæ vnitatem, & in vnum nos tenere per veræ amicitiæ charitatẽ. Greges inquit. Vide supra de grege. Tales enim sic gregatim manentes, a deo per gratiam pascuntur, & a prælato per doctrinæ pabulum nutriuntur. Natura enim non nutrit membrum nisi quandiu in eodem corpore alijs est vnitum, si enim ab alijs diuiditur, nunquã à natura pascitur, & nutritur. Sic vere deus illos solum pascet pabulo scilicet gratiæ, gloriæ & doctrinæ, quos cum alijs membris corporis sui aggregatos inueniet, & quos per vnitatis vinculum in grege aliorum reperiet. Gen. 37. Ioseph. pascebat gregem cũ fratribus suis adhuc puer. Ouis enim quæ a grege soli vagando diuiditur, a pastore non pascitur, sed magis a lupis & bestijs deuoratur. In grege ergo concordiæ & charitatis oportet quod simus ad hoc dispositi quod istas pascuas spirituales habere possimus. 1. Regum. 17. Pascebat seruus tuus gregem. Et ideo illi qui à grege religionis & ecclesiæ vel congregationis & societatis bonæ recedũt, sicut sunt hæretici & apostatæ & odiosi, a Christo per gratiam non pascentur, nec ab eo per gloriam nutrientur Zacha. 11. Dixi, non pascam vos. Debet ergo in nobis esse vnitatis & concordiæ ligamentum. Greges inquit. ¶ Secundo dico quod in modo pascendi debet considerari largitatis & clemẽtiæ rigamentum, quod ostenditur cum dicitur. Pascuntur, quòd est pluralis numeri & præsentis temporis. Quia in hoc ostenditur quòd illi qui pascunt alios debent præsentialiter cito & sine dilatione eos pascere, & non solum vnum immo plures. Vnde de ista præsentia dicitur. 1. Petri. 5. Pascite qui in vobis est gregem. Pasce enim & pascite præsentis sunt temporis. ad deno-

denotandum quòd illi qui habent alios pascere per eleemosynam vel per doctrinam, tenentur hoc statim & præsentialiter adimplere contra illos qui aut nullum pauperem volunt pascere, aut si pascunt, faciunt eos per nimias dilationes languescere. Ezech 34. Gregem meum non pascebatis. Pascuntur ergo. Et nota hic quod pauperes pascuntur per temporalem subuentionem. Deuoti pascuntur per sacramentalem refectionem. simplices pascuntur per exemplarem inspectionem. Ignorantes pascuntur per scientalem instructionem, Beati pascuntur per æternalem fruitionem. Pascuntur ergo pauperes temporali subuentione. Isti sunt ergo sicut paruuli, pueri qui se non possunt pascere, quia non habent de quo, & ideo necesse est ꝙ habeant nutrices idest homines diuites, misericordes & clementes per quos pascantur & nutriantur, & per quos temporaliter consolentur. Esaiæ. 5. Pascentur agni iuxta ordinem suum. Et istud potissime pertinet ad prælatos, qui subditos tenentur temporaliter pascere, iuxta illud Hiere. 6. Pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt. Istud tamen est contra malos principes & prælatos & alios malos diuites, qui scilicet istos pauperes non pascunt, sed ab eis potius pascuntur, inquantum, per rapinas bona pauperum deprædantur, quia procul dubio hodie verificatur illud Ecclesiastici. 13. Venatio leonis onager in solitudine, sic & pascua diuitum sunt pauperes. Non sic sed pascantur pauperes temporali subuentione, Item pascuntur deuoti sacramentali vel spiritali refectione. Apes enim pascuntur melle, sic boni gratiæ vel eucharistiæ pascuntur dulcedine. Ideo dicitur talibus Canti. 2. Dilectus
B meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. Lilia enim significant virtutes, quæ sunt pascua deuotorum, quia scilicet illic quidam pascuntur per contemplationem, quidam per deuotionem, quidam per penitentiam & afflictionem. Et breuiter, sicut quodlibet animal habet aliquod nutrimentum quo specialiter vescitur, sic omnis bonus homo habet aliquam specialem virtutem qua in pascua ecclesiæ spiritualiter enutritur. psal. Nos autem populus eius & oues. Ita quòd Christo potest dici illud Nee. 9. Quadraginta annis pauisti eos in deserto. Vnde de volatibus idest de spiritualibus dicitur Matth. 6. Pater vester cœlestis pascit illa. Quod tamen est contra multos qui hodie sunt in ecclesia qui magis volunt pasci nutrimentis deliciarum carnalium, quam pascua gratiarum spiritualium. Lucæ. 8. Erat Grex porcorum multorum pascentium in monte. Quia hodie procul dubio multi greges porcorum. idest hominum immundorum in monte ecclesiæ versantur, qui ibi in delicijs impinguantur. Quia hodie, quod dolendum est ecclesia facta est cubile draconum, & pascua struthionum, sicut de idumea dicitur Esa. 34. Item pascuntur simplices exemplari inspectione, quia scilicet sicut apes pascuntur floribus, ita simplices perfectorum exemplis & virtutibus. vnde Catic. 4. Capreæ gemealli pascuntur in lilijs. Bona enim bonorum exempla, simplicium vtilia nutrimenta sunt. Sicut econuerso mali & superbi pascuntur, quando aliorum laudibus delectantur. Oseæ. 2. Effraim pascit ventum, & sequitur estum. ¶ Item dico quòd ignorantes pascuntur scientiali instructione. Scientia enim & doctrina sunt quædam spirituales herbe quibus pecudes gregis dominici debent pasci. Hiere. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum qui pascent vos scientia & doctrina. Istud est contra illos qui magis dilectantur aures suas pascere fabulis, detractionibus & adulationibus, quam bonis doctrinis & instructionibus. Prouer. 15. Os stulti pascitur imperitia. Item pascuntur beati æternali fruitione. Solus enim visus & amor diuinæ essentiæ pascit eos. Sicut enim lumen & colores sunt pabula oculorum, sic lux æternæ visionis erit pascua cordium beatorum. Delectabile enim est oculis videre lumen. Ideo de talibus dicitur Ezechiel. 34. Pascham eas in montibus Israel, in riuis & in cunctis sedibus terræ in pascuis vberrimis pascham eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascuæ earum. Quia procul dubio isti pascentur in pascuis vberrimis, scilicet in loco

Magisterij, quia in montibus Israel.	Et sic ego patet quomodo diuersi diuersimo de pascuntur tã
Refrigerij, quia in riuis.	
Auctoritatis, quia in sedibus.	
Fertilitatis, quia in pascuis.	

in bono quam in malo. Et sic dico quòd in modo pascendi bonos debet considerari largitatis & clementiæ rigamentum.
D ¶ Tertio dico quòd quantum ad pascentem debet considerari dignitatis & potentiæ regimentum quod ostenditur cum dicitur. Pastoribus. Pastor enim est nomen excellentiæ, nomen potentiæ, nomen sapientiæ, nomen præsidentiæ, nomen prouidentiæ. Pastor debet gregem in virtutibus excellere, ideo dicitur pastor excellens. Pastor debet gregi ne fugiat præsidere & resistere, sic dicetur pastor præsidens. Pastor debet gregem in agibilibus dirigere, ideo dicetur pastor sapiens. Pastor etiam debet gregem corrigere, ne scilicet a seinuicem diuisus discurrat & vagetur, ideo dicitur pastor corripiẽs. Pastor etiam debet gregi ne indigeat prouidere & prospicere, ideo dicitur pastor prouidens. Sic igitur dico ꝙ spirituales pastores. s. prælati, quibus regendi & corrigendi gregem fidelium incumbit officium pastorale, debent ex officio suo

Gregem præcellere.	Debent dico gregem præcellere per vitæ eminẽtiam, quia quã ta est differẽtia inter vitam pastoris & inter
Gregem protegere.	
Gregem dirigere.	
Gregem corrigere.	
Gregem porrigere.	

vitam pecudum, quia ille est homo rationalis, istæ sunt bestiæ, tanta debet esse differentia inter prælatum & populum. Tantum enim debet vita sua alios in moribus præcellere, quòd subditi respectu ipsius debent pecudes apparere. Vnde Greg. in pastorali. Tantum debet actionem populi præcedere actio præsulis, quantum distare solet a grege vita pastoris. Caput enim multum excellit alia membra in sensuum viuacitate, quia sicut caput loquitur, alia sunt muta, caput videt, alia membra sunt cæca, caput audit, alia sunt surda, sic vere prælatus intantum alios in moribus præcellare tenetur quòd quamuis alia membra idest subditi, muta sint & cœca & surda idest in omnibus defectiua, ipse tamen per prædicationem debet scire verba proferre, per prudentiam debet videre, per iustitiam debet audire. Et sic de excellentia ipsius poterit dominus dicere illud Ezech. 34. Suscitabo super ea pastorem vnum seruum meum Dauid, ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorẽ. Istud enim vocabulum suscitabo, istud vocabulum super & istud vocabulum vnum, potest excellentiam denotare, sicut patet in in suis locis. debet ergo prælatus gregem præcellere. ¶ Deinde dico quòd isti pastores debent gregem protegere per potentia. Pastor enim gregem a lupis protegit & defendit, quia sicut dicitur Ioann. 10. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis; quia pro certo exemplo boni pastoris Christi prelatus debet in casu necessitatis pro grege animam suam ponere, & se lupis idest demonibus hæreticis & tyrannis opponere, & sic gregem a pariculis liberare, Esaiæ. 31. Fugit leo cum occurrerit ei multitudo pastorum. Et ideo multi videntur hodie non esse pastores qui scilicet ita sunt remissi & negligentes quod oues suas permittunt a lupis istis dissipari, dispergi, pariter & vorari. Isti ergo sunt mercenarij & non pastores, quia scilicet teste domino. Ioan. 10. Mercenarius & qui non est pastor, viso lupo veniẽte fugit quia lupis idest tyrannis secularibus resistere non audent, & sic lupus rapit & dispergit oues. Non sic ergo, quia talis pastor debet gregem suum protegere & defensare. ¶ Denique dico quòd debet gregem dirigere per prudentiam. Pastor enim habet dirigere gregem, & nunc ad pascuam, nunc ad domum conducere. Etenim quia grex seipsum nescit regere, ideo necesse est quòd pastor tantam prudentiam habeat quòd ipsum nouerit gubernare. Sic vere cum grex simplicium subditorum se nesciat gubernare, pastor & prælatus eorum tantam prudentiam debet habere quòd ipsos possit debite regere, & prudenter omnibus imperare. Et sic loquitur scriptura Lucæ. 2. quòd pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Ad denotandum quòd pastores nostri debent esse vigiles & prudentes. Et hoc est quod petebat Moyses. Numeri. 27. Prouideat dominus deus spirituum omnis carnis, hominẽ qui sit super multitudinem hanc, & possit intrare & exire ante eos, & educere & introducere, ne sit populus domini sicut oues sine pastore. Istud tamen defecit in multis modernis pastoribus, quia pro certo magis sunt ignorantes quam subditi. Et ideo magis esset necesse quòd ab ouibus regerentur quam quòd ad ouium regimen præferrentur. Istis loquitur scriptura Zach. 11. O pastor & idolum derelinquens gregem. Et bene vocatur idolum derelinquens gregem, sicut superius in suo titulo est expressum, idolum enim non habet nisi apparentiam, non autem existentiam, idolum etiam non habet scientiam neque vitam. sic nec isti. Ideo dicitur Hiere. 10. Stulti ege-

ti egerunt paſtores,dominum non quæſierunt,& ideo diſperſus eſt grex eorurum.Zach.11.etiam dicitur. Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti, quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra qui derelicta non vſitabit, diſperſum non quæret, & contritũ non ſanabit, quod ſtat,non enutriet,ſed carnes pinguium comedet, & vngulas earum diſſoluet. Non ſic ergo ſed habeat prælatus prudentiam,quia paſtor habet gregem dirigere.¶Inſuper dico quod paſtor debet gregem corrigere per iuſtitiam. Paſtor enim primo ſolet ouem errantem verbo ſi poteſt reducere, & ne à grege deuiet commouere, quòd ſi vocem non audiat, ſolet virgam aut baculum adhibere. Sic & prælatus primo verbo,tandem verbere debet ſubditos caſtigare, & ne errent aut deficiant,præſeruare.Micheæ.7.paſce populum tuũ in virga tua. Et ideo paſtores iſti qui alios habent corrigere, debent iuſti eſſe.audaces, conſtantes,potentes,& virtute alios præcellentes,dicentes Gen. 46. Viri paſtores, ſumus ſerui tui &c. Vide eam ſupra de Cura. debent enim viri eſſe paſtores, quia vir dicitur à virtute,paſtor dicitur a paſcendo. quia ſcilicet iſti debent eſſe virtuoſi ad malos corrigendum per iuſtitiã, & paſcentes,ad pauperes per clementiam nutriendum. Quod tamen eſt contra multos, qui procul dubio gregem ſubditorũ non ſolum non adiuuant per clementiam,nec etiam bene corrigunt per iuſtitiam, immo procul dubio totum deuorant per rapinam & ſæuitiam. Doech enim idumeus potentiſſimus paſtor Saul ſacerdotes domini dicitur occidiſſe. 1. Regum. 21.quia ſcilicet potentes paſtores. ideſt prælati ſuperiores occidunt hodie ſacerdotes.ideſt corrodunt & prædantur presbyteros inferiores.Exemplifica.ſi vis.Ideo talibus paſtoribus dicitur Hiere. 23. Væ inquit paſtoribus qui diſperdunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ.Non ſic,ſed debemus gregem corrigere per iuſtitiam. ¶Poſtremo autem dico quòd iſti paſtores debent gregem porrigere per clementiam. Paſtor enim dicitur à paſcendo,quia ſcilicet prælatus debet ſubditos paſcere & fouere,& pabulo ſuſtentationis temporalis, & pabulo eruditionis & prædicationis verbalis. Eccl. 18. Qui miſericordiam habet,docet & erudit ſicut paſtor gregem ſuum.Quod eſt contra multos qui optimè ſciunt ſeipſos paſcere,& in delicijs enutrire,gregi autem nolunt de paſcua eleemoſynæ vel doctrinæ aliqualiter prouidere. Ideo hodie ſunt pauperes ſubditi deſolati iuxta illud Ioelis.2.Mugierunt greges armentorum, quia non eſt paſcua eis.Ideo contra tales paſtores loquitur deus Ezech.34.dicens ſic.Væ inquit paſtoribus qui paſcunt ſemetipſos. Et ſequitur.Lac comedebatis,& lana operiebamini. Et quod craſſum erat occidebatis,gregem autem meum non paſcebatis.Quod infirmum fuit,non conſolidaſtis,quod ęgrotum,non ſanaſtis,quod fractum,non alligaſtis,quod abiectum, non reduxiſtis,quod perierat,non quæſiſtis, & cum auſteritate & potentia imperabitis ei,& diſperſæ ſunt oues meæ, eo quòd non eſſet paſtor.Ecce quomodo deſcribit Ezechiel vitam malorum paſtorum. Et procul dubio multi ſunt hodie tales, quia vere ſicut dicitur Hie.12.Paſtores multi demoliũtur vineam domini.Non ſic chariſſimi,ſed habeant paſtores noſtri.ſ.

Clementiam vt gregi porrigant.
Iuſtitiam vt gregem corrigant.
Prudentiam vt gregem dirigant.
Potentiam vt gregem protegant.
Præeminentiam vt gregem erigant.

Et ſic patet quomodo in paſcendo ſpiritualiter conſiderari debeat vt dictum eſt ſcilicet. In paſcente ſtatus aptitudo,quia debet eſſe paſtor. In paſcendo actus promptitudo,paſcuntur inquit,in pręſenti. In paſcendis nexus viciſſitudo,quia debent eſſe greges &c. Et ſic igitur patet quomodo paſtor, paſcere & paſcua diuerſimodè ſumitur in ſcriptura.

A **Pater.** Nota quòd pater eſt primum principium filiorum. Dicitur.n. pater ille qui filios generauit. Et ideo quia ſicut ſuperius viſum eſt plura ſunt genera filiorũ,ſic ſunt plura genera patrum ſeu genitorum. Vnde nota quòd inuenitur pater

In diuinitate
In humanitate.
In auctoritate.
In benignitate.
In iniquitate.
In carnalitate.

Eſt dico pater in diuinitate, quia.ſ.deus ẽ pater filij ęternaliter genitiuus.Io.10.Ego & pater vnum ſumus.Pater inſuper rerum omniũ productiuus.Mala.2.Pater vnus eſt omnium noſtrum.Item eſt pater in humanitate,& eſt pater naturalis,de quo Exod. 20. Honora patrem tuum & matrem tuam.Item eſt pater in auctoritate,& ſic quolibet prælatus dicitur pater.4.Reg.2.Pater mi,pater mi, currus. Iſrael & auriga eius.item eſt pater in benignitate.Et ſic quilibet vir pius & miſericors dicitur pater.Iob.29.Pater eram pauperum,& conſolator viduarum.Item eſt pater in iniquitate.Et ſic diabolus eſt pater omnium iniquorum. Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis. Item eſt pater in carnalitate, & ſic mundus qui nutrit nobis carnem noſtram miſeram,dicitur pater noſter.vnde Ezech.16. Generatio tua de terra.Chanaam pater tuus amorreus,& mater tua cæthea.Et ſic patet ꝙ in ſcriptura inuenitur Pater

Honorandus,ſcilicet deus.
Venerandus.ſ.prælatus.
Diligendus.ſ.homo.
Negligendus.ſ.mundus & diabolus.

Dicamus igitur primo de deo q̃ eſt pater omniũ,& ſuper omnes honorãdus. B Quamuis.n. honor debeatur omni patri,tñ quanto ẽ excellentior,tanto debetur honor,& reuerentia ſibi maior;& quia deus pater ẽ excellẽtiſſimus, ideo dẽt eſſe a nobis honoratiſſimus & amatiſſimus,quia ſicut dicitur Eccle.3.qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiori. Et ad iſtũ honorem faciendum nos inducit iſtius patris primogenitus filius Chriſtus frater nř qui dicit Io. 8. Honorifico patrem meũ qui in cœlis ẽ.Et breuiter iſte eſt pater noſter ſicut dicitur Hiere.31.Factus ſum Iſrael pater, & effraim primogenitus meus. In quibus verbis aduerte ꝙ iſte pater noſter deus ad modum patris naturalis ſolet nos Sagaciter erudire, quia facit nos eſſe Iſrael.i.videntes deum ſuauiter corrigere,quia ipſe dicitur pater,eius eſt proprium filios caſtigare.i. creſcentes. Benigniter enutrire,quia facit nos eſſe Effraim.Notabiliter inſignire, quia facit nos eſſe primogenitos.i.hæredes.

Primum facit ſua ſcientia.
Sed ſecundum ſua iuſtitia.
Sed tertium ſua clementia.
Quartum vero ſua potentia.

Primum nobis dat per fidei inſtructionem,Iſrael.Secundum nobis dat per pœnarum inflictionem.Pater.Tertium nobis dat per gratię infuſionem,Effraim.Quartum autem nobis dat per gloriæ collationem,Primogenitus. ¶Dico ergo ꝙ iſte pater ſolet ſubtiliter nos inſtruere,quia.ſ.facit nos eſſe Iſrael.i.videntes deum,quia .ſ.ſicut pater ſolet filios ſuos in aliquibus bonis artibus facere informari,vel in aliquibus lucratiuis ſcientijs erudiri, vt per illas poſſint acquirere ſibi lucrum, ſic deus in ſciẽtia & fide vult omnes ſuos edoceri,vt ad lucrum æternæ gloriæ poſſint finaliter promoueri.Iſrael inquit, quia.ſ ipſe facit nos eſſe Iſrael.i. videntes deum.& illa quæ ſunt clarius intuentes. Vnde tali patri dicitur.4.Reg.2.Pater mi,pater mi, currus Iſrael & auriga eius;vt ſic dicat quilibet ipſi deo.Pater,venit hora, clarifica filium tuũ. Iſte ergo ſolet ſubtiliter nos inſtruere.Iſrael inquit. ¶Item iſte ſolet nos ſuauiter corrigere,quod oſtenditur cũ dicitur,pater. C Pater.n.poteſt dici a patior pateris,eo ꝙ pater propter filios ſuos multa patiatur,& eo etiam ꝙ corrigendo filios faciat eos pati.Pater.n.filium ſolet ſæpe verberare,& nũquam hilarem vultum ei oſtendere,ne forte præſumat a diſciplinę regulis deuiare.Sic deus multa a nobis ſuſtinet patienter, multa etiam facit nos in hoc ſeculo mala pati,& ne erremus aut præſumamus, ſolet nos verberibus tribulationum ſubijcere, vultum hilaris proſperitatis a nobis abſcondere, & nos ſub diſciplinę regula ſubiugare. vnde Heb.12.Flagellat deus omnem filium quem recipit. Facit nos in diſciplina perſeuerare. Quis enim eſt filius quem non corripiat pater ſuus? Et Prouer. 1.dicitur. Audi fili mi diſciplinam patris. Et ideo illi qui in hoc ſeculo tribulationes non patiuntur,nec quando peccant a deo corriguntur non ſe debent iſtius patris filios reputare,immo ſe poſſunt degeneres & impios æſtimare, quia ſicut dicitur Proue.3. Quem diligit dominus corripit,& quaſi pater in filio complacet ſibi. Iſte ergo ſolet ſuauiter corrigere, quia. ſ. diuina correctio vel tribulatio quam infert bonis, paterna eſt non effrenata.vnde Sap.11.vbi de bonis & malis loquitur dicit ſic.Hos inquit tanquam pater monens probaſti,illos autem tãquam durus rex interrogans condemnaſti. Solet ergo deus ſuauiter nos corrigere.¶Item iſte ſolet benigniter nos reficere & hoc oſtenditur cum dicitur Effraim.quod interpretatur creſcens ſeu fertilis. Quia ſcilicet ſicut pater habet filios nutrire & fouere, & ſic ideo dicitur pater a paſcendo, ſic deus fideles ſuos gratijs & virtutibus paſcit, & eos in bono creſcere & augmentari facit, & etiam ipſos bonis temporalibus reficit atque nutrit. Matthę. 6. Conſiderate volatilia cœli, non laborant neque nent,& pater veſter cœleſtis paſcit ea.Effraim inquit. Oſeæ.12. Dixit effraim, diues effectus ſum. Pater enim natura-

naturaliter magis diligit illum filium, qui ei assimilatur, & ei lautius prouidet, & succurrit. Sic verè Deus bonos, qui ei sunt similes in moribus, solet diligere, & de gratijs, & virtutibus prouidere. Vnde de Beniamin dicitur Gen. 44. Pater verò tenere diligit eum. Quia breuiter de quolibet dicit Christus Ioan. 14. Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, &c. Et meritò, quia pro certo iste est pater misericordiarum, & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. 2. Corint. 1. Iste ergo solet benigniter nos reficere. ¶ Item iste solet nobiliter nos præficere, quod ostenditur, cum dicitur Primogenitus meus. Sicut. n. pater filium suũ postquam ablactatus fuerit, solet ad mensam suã admittere, sic deus, postquam a lacte mundanę prosperitatis ablactati fuerimus, & diuisi, ad mensam paradisi admittet, & honorem cœlestis gloriæ nobis conferet, & cõcedet. Primogenitus inquit. Ad primogenitum enim de iure deuoluitur hæreditas paterna. Et ideo Christus illos primogenitos facit, quibus dabitur fęlicitas æterna. Et de hoc Gen. 46. dicitur. Hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius. Sic igitur ostensum est, quomodo deus dicitur esse pater, videlicet

D Quia dat gloriæ hæreditatem.
Quia dat gratiæ fertilitatem.
Quia dat iustitiæ seueritatem.
Quia dat scientiæ subtilitatem.

Et sic dico, ꝙ propter istas quatuor rationes deus est pater præ omnib. honorandus. ¶ Secundò principaliter dico, ꝙ est vnus pater, qui est ab omnibus venerandus. Et sic pater idem est, quod prælatus, vel quilibet predicator, vel scientificus, vel etiam quilibet vir misericors, aut benignus, & potissimè pater dicitur homo senex. Et sic dicitur. 2. Mac. 14. de Razia ꝙ prę affectu pater Iudæorum appellabatur. Et ideo breuiter de prælatis, & viris perfectis potest dici illud Ioan. 6. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Vbi aduerte, ꝙ isti patres fuerunt. s. Charitatis faculis inflammati, quia patres. Aequitatis regulis adæquati, quia vestri. Compassionis riuulis honestati, quia manducauerunt. Afflictionis ferulis castigati, quia in deserto. Dico ergo, ꝙ isti charitatis faculis inflammantur, ꝙ notatur in verbo patres. Pater. n. filium valde diligit, ipsumque fouet, nutrit, instruit, & erudit. Et ideo pater pascendo dicitur, quia scilicet filij per patrem pascuntur, & corporaliter, quousque magni fuerint, nutriuntur, quia sicut dicitur Ioan. 5. Pater enim diligit filium. Sic verè prælatus filios. i. subditos debet diligere, & pabulo scientię, & elemosynæ ipsos pascere, & nutrire. Ioan. 16. Ipse enim pater amat vos. Quod tamen est contra multos, qui filios suos. idest subditos non diligunt, sed per rapinas, & exactiones ipsos deuorant, & affligunt. Hiere. 31. Patres vestri comederunt vuã acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Istud etiam de alijs patribus videmus. i. de viris senibus, & honestis, qui debent esse patres iuuenum, & maximè in religione, qui tamen per detractionem ipsos deuorant, & corrodunt. Quia hodie communiter vitium detractionis plus abundat in senibus, quàm iuuenibus, & magis in illis, qui ex status perfectione, vel professione deberent esse patres aliorum, quàm in alijs. vnde Ezech. 5. Patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos &c. Nõ sic ergo, sed simus boni patres, & prælati, quia pro certo vt dictum est, charitatis faculis inflãmãtur. Patres inquit. vnde illud Gen. 44. Pater verò tenere diligit eum. Deinde dico quòd isti æquitatis regulis ordinantur, quod ostenditur cum dicit, vestri. Istud enim pronomen vestri signat communitatem, & quadam inter plures homines æquitatem, quia scilicet sicut plures possunt esse filij, qui tantum vnicum habent patrem, qa scilicet pater æqualiter se habet ad omnes filios, ita enim est pater magni sicut parui, albi sicut nigri, sic prælatus debet ad omnes subditos æqualiter se habere, & per æquitatis regulam se æqualem omnibus exhibere. Sap. 6. Aequaliter est ei cura de omnibus. Ita quòd prælatus non debet dici pater tuus, nec pater suus per aliquem spiritualem affectum, sed pater noster secundum communem charitatis, & æquitatis aspectum. Malach. 2. Pater vnus est omnium nostrum. Vester inquit. vnde Ecclesiastici. 44. laudemus viros gloriosos patres nostros. Istud tamen non est hodie in multis, qui. s. non sunt patres nostri in generali, sed sunt patres illius, & illius in speciali; quia scilicet affectio eorum non est per iustitiæ regulam adæquata, sed magis per acceptionis vitium deprauata. Vide supra de Acceptione. Non sic boni patres, quia proculdubio isti æquitatis regulis

E adequantur. ¶ Denique dico, quòd isti compassionis riuulis humectantur, quod ostenditur cum dicitur, quòd ipsi manducauerunt mãna. Manna enim, quod erat cibus dulcissimus, & delicatissimus dulcedinem compassionis designat, quia scilicet sicut filio delinquenti, vel etiam indigenti solet pater indulgere sicut de patre, & filio prodigo exemplum habemus Luc. 15. sic pro certo prælatus, vel vir perfectus manna debet manducare, idest dulcedinem compassionis incorporatam habere, ꝑ quam scilicet faciliter indulgeat delinquentibus, & libẽter subueniat indigentibus. psal. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se. Et ideo manna in vrna aurea cum virga, & tabulis legis fuit in arca posita, sicut dicitur. Deute. 10. & Exo. 16. Ad denotandum, ꝙ prælatus non solum debet habere tabulas scientiæ, & discretionis, & virgã iustitiæ, & correctionis, immò etiam tenetur hr̃e mãna dulcoris. & cõpassionis. Exo. 16. Sume vas vnum, & pone ibi man. Et nota, ꝙ prælatus debet esse compatiens, scilicet

Delictis ignoscendo.
Pauperes nutriendo.
Inscios instruendo.

Dico delictis ignoscendo. Lucæ. 23. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. ¶ Item pauperes nutriendo. Luc. 16. Quanti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus. Et Iob. 29. Pater eram pauperum. ¶ Item inscios instruendo. psal. Patres vestri narrauerunt nobis. Et alibi. Interroga patrem tuum, & dicet tibi; maiores tuos, & annunciabũt tibi. Prælati enim tenentur subditos suos pascere non solum corporaliter per eleemosynam, immò etiam spiritualiter per doctrinam, quia scilicet, à prælatis debemus discere, qualiter nos oporteat gubernare. Hiere. 9. ipsi enim didicerũt a patribus suis. Ista tamen sunt contra multos, qui non docent filios, & subditos suos, nec verbaliter, nec exemplariter facere bonum, sed potius malum &c. Non sic boni, quia isti pascũt filios suos & scientijs, & elemosynis, & sic bene dicitur, quòd compassionis riuulis humectantur. Insuper dico, quòd isti patres afflictionis ferulis castigantur, quia scilicet prælati & viri perfecti debent esse in deserto, idest in statu pęnitentiæ, & abstinentiæ exemplo Christi, qui à diabolo tentandus intrauit in desertum. Matth. 4. Quia. s. prælati ad quos pertinet pro subditis defendendis pugnare (iuxta illud. 2. Reg. 17. Pater tuus vir bellator est,) & diaboli tentationibus obuiare, debent in deserto pęnitentiæ habitare, vt sic nobis subditis dicat dominus illud. psal. In deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea. Vide supra de deserto. Quod tamen est hodie contra multos tales patres, qui. s. non volunt in pęnitentia viuere, sed magis in delicijs abundare. Hierem. 7. Patres succẽdũt ignem, & mulieres conspergunt adipem ad faciendum placentas &c. Non sic ergo charissimi, sed habeant isti patres afflictionis pœnalitatem, compassionis benignitatem, affectionis æqualitatem, dilectionis integritatem. Et sic bene verificabatur, quòd patres nostri manducauerunt manna in deserto. Patet ergo, quòd est quidam pater, qui est venerandus, s. prælatus, vel vir perfectus. ¶ Tertio dico principaliter, quòd est quidam pater, qui est diligendus, & iste est pater noster carnalis. Sicut enim videtur vel le glo. Io. 8. super illud. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, Pater naturalis est honorandus, & sustentandus. Est supportandus, & defensandus. Est magnificandus, & lætificandus. Est laudandus & imitandus. sed de istis omnibus vide satis supra de parentibus, & supra de filijs. ¶ Quartò vero principaliter dico, quòd est quidam pater, qui est negligendus Et iste est pater noster mundus, & mater nostra caro, & frater noster diabolus, & vxor nostra carnalis affectio, & soror nostra terrenorũ dilectio. Quia sicut dicitur Lucæ. 14. Si quis venit ad me & non odit patrem suum, & matrem, & vxores, & filios, & fratres, & sorores, non potest esse meus discipulus. Istum enim patrem debemus dimittere exemplo apostolorum, quia sicut dicitur Matthe. 4. Relictis retibus & patre, secuti sunt dominum. Et meritò, quia sicut dicitur Matth. 19. Qui reliquit patrem, aut matrem propter me, centuplum accipiet, & vitã ęternam possidebit.

Pati. Passio.

Cum agere, & pati sint proprietates annexę cuilibet composito ex materia & forma, ita ꝙ posse aliquid agere, se hẽt à parte formæ, posse aliqd pati, se hẽt a parte materiæ, possum' notare, ꝙ de multis generib. passionũ fit mentio in scriptura. Inuenitur enim Passio A

Naturalis.
Corporalis.
Temporalis.
Criminalis.

Prima est passio mortaliũ viatorum, & sic passio sumitur ꝑ defectib. quibus in via subdita est natura, sicut sũt labor, timor, dolor, amor, fames, sitis &c.

Aeternalis. . . . . stis &c. Et de hoc Iacob. 5. Helias erat homo similis nobis passibilis. Secunda est passio debilium infirmorum. Et sic passiones dicũtur infirmitates, sicut febris, paralysis, & similia, & de hoc dicitur Matth. 17. Filius meus lunaticus est, & malè patitur. ¶Tertia est passio flebilium miserorum. Et sic mundi tribulationes, quas boni in hoc mundo sustinent, passiones dicuntur, de quibus Roma. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ¶Quarta est passio carnalium peccatorum, quodlibet enim peccatum dicitur quædam passio, & potissime peccata carnalia dicuntur passiones. vnde ad Romanos. 1. dicit apostolus. quòd deus tradidit carnales in passiones ignominiæ. De auaris dicitur in psal. quòd famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. ¶Quinta vero est passio hominũ damnatorum, de qua Sapien. 16. Propter hæc, & his similia passi sunt dignè tormenta. Et Sapien. 6. Potentes potenter tormenta patientur. ¶Sed quia charissimi passiones in scriptura mundi significant tribulationes, vt communiter, de hoc si placet, aliquid amplius differamus, & dicamus, quòd sicut aurum, vel argentum ad hoc, quòd in aliquod pulchrum vas possit transformari, & fabricari, necesse est illud multas malleationes sustinere, & pati, sic ad hoc, quòd iusti possint vasa gloriæ æternę contentiua fieri, necesse est eos mundi malleationes & tribulamina sæpe pati. Vnde etiam de Christo dicitur Lucæ. 9. Oportet filium hominis multa pati. Sicut enim semen nunquam fructus produceret, nisi hyemis frigora prius sustineret, (Vnde in India in regno columnæ vineæ crescunt foliceæ, & pulcherrimę, quæ tamen nullum penitus fructum producunt, quod accidit ratione caloris continui. & quia in illis partibus nunquam viget frigus, quod possit arbores impregnare,) lignum etiã nũquam in ædificio poneretur, nisi prius celaturas & stigmata pateretur, sic verè nullus potest fructus bonorum operum producere in præsenti, nec poni in paradisi ædificio in futuro, nisi prius multa tribulamina patiatur. In conuiuiũ enim diuitum non de facili intratur, immo in ingressu multæ pressuræ sustinentur, intus vero latè & spatiosè statur. si ergo cœli conuiuiũ intrare volumus pressuras mundi pati, & sustinere debemus, quia ad istud conuiuium nullus ingreditur, qui pati pressuras ostij dedignatur. vnde Luc. 24. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? q. d. Sic. In quib. verbis aduerte, quòd boni patiuntur tribulationes s. propter Indictum necessitatis. Oportuit. Exemplum auctoritatis. Christum pati. Commodum vtilitatis. Intrare in gloriam suam. Ista enim tria inducunt hominem ad patiendum libenter scilicet. Indictum maiorum. Exemplum bonorum. Præmium laborum. ¶Primò ergo dico, quòd boni patiuntur propter indicti necessitatem. Passio enim tribulationum est nobis indicta a deo & natura. Quia sicut dicit Isido. in libro soliloquiorum. Impossibile est, vt homo sit, & tribulationes non patiatur. & hoc ostenditur, quando dicitur. Oportuit. Vide supra de oportere. Vnde Luc. 17. Oportet illum multa pati, & benè dicit Oportet, quia scilicet illud oportet fieri, quòd a deo, & natura necessariò est indictum. Sicut enim aliquæ sunt passiones, quæ à superioribus influentijs aliquibus infligũtur, sicut passio lunatica, & epileptica, & istas de necessitate pati oportet, quia in istis nihil aut parum valet medicina, sic verè quia tribulationes, & labores nobis a causis superioribus scilicet à deo, & ã natura generaliter omnibus sunt indictæ, necessario oportet, quòd eas patiamur, & ꝙ per ipsas quãdiu viuimus affligamur. Oportet inquit. Matt. 16. Oportet eum multa pati a senioribus, & alligari. Et potes hic applicare quicquid volueris de fato, & de prouidentia diuina, & de prædestinatione sicut ponit Sene. lib. de prouidentia dei. Quia breuiter de dei dispositione sic agitur, quòd nunquam transit vna dies, quin ibi homo multos dolores, & tristitias patiatur. Vnde de quodam rege narratur, quòd cum quidam philosophus sibi prædicta diceret, & doceret, & ipse contrarium facere volens omnia genera solatiorum vna die habere vellet, & præcepisset, quòd illa die nihil sibi triste fieret, aut diceretur, sed quòd tota dies festis, & lætitijs cum omni diligentia duceretur, subito, cum esset in palatio suo in summa gloria sua, desuper affuit hirundo, quæ in oculum regis stercus calidum proijciens ipsum statim vnius oculi lumine cęcum fecit. Deus enim noluit, quòd iste legem suam infringeret, sed magis voluit, quòd, dum contrarium præsumeret, legi fortius subiaceret. Oportuit ergo. Heb. 9. Oportebat eum frequenter pati. Pati ergo oportet propter indicti necessitatem. ¶Secundò verò dico, quòd pati debemus propter exempli auctoritatem. Christum inquit. Si enim luna, quæ est superior, obscuritatem, & eclypsim patitur, non est mirum si ista inferiora sæpe defectum luminis patiuntur, quia si illud, quod minus videtur inesse, inest, & illud, quod magis. Et ideo si Christus, & sancti tribulationem sunt passi, & per tribulationes paradisum sunt ingressi, multo fortius necesse est, quòd nos, qui continuè peccamus, tribulamina subeamus. Si enim in viridi lgno hoc faciunt, in arido qd fiet? Luc. 23. Teste enim apostolo Petro. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Non debemus enim de passionibus conqueri, quando regem nostrum, & caput Christum pro nobis cognoscimus tanta pati. Delicatus enim esset miles, qui de laboribus doleret, si regem, & ducem suum secum laborare, & laborem sustinere videret. Ideo beatus Bern. dicit, quòd non decet membrum delicatum esse sub capite spineato. Et propter hoc beatus Petrus. 1. Pet. 4. docet nos dicens. Christo igitur in carne passo, & vos eadẽ cogitatione armemini. Pati ergo oportet propter exempli auctoritatem. Sap. 18. Popularis homo regi similia passus est. ¶Tertiò oportet pati propter præmij vtilitatem, quod ostenditur, cum dicitur. Et ita intrare in gloriam suam. Teste enim Grego. Consideratio præmij minuit vim flagelli. quia ergo teste apostolo. 2. Corint. 1. Si fuerimus socij passionum, erimus & consolationum. Quia si introitus æternæ gloriæ patientibus est promissus, dico, quòd ad pati necessariò, & voluntariè obligamur. Beati enim, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Math. 5. Quia reuera regnum cœlorum illis solum dabitur, qui mundi tribulamina patiuntur. Ita inquit intrare in gloriam suam, quia pro certo sicut dicitur Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam sicut dicitur. 2. Corin. 1. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundabit consolatio, quia si socij passionum estis, ita & consolationis eritis. Sic ergo patet, quomodo sancti multa passi sunt, & nos et pati debemus tribulationes 2. Cori. 4. Persecutionem patimur & sustinemus. Et hoc pp indictam necessitatem, propter exempli auctoritatem, propter premij vtilitatem &c. Vide infra de tribulatione, & in titulis infinitis, vbi de tribulationibus & passionibus infinita dicuntur.

Patria. Nota, quòd est patria diligenda. est patria negligẽda. est patria fugienda. Diligenda est patria superior, & cęlestis. Negligenda est patria exterior, & terrestris. Fugienda est patria inferior, & funesta, scilicet infernalis:

Prima		Beatorum.
Secunda	est patria hominum	Viatorum.
Tertia		Dãnatorũ.

Prima est patria gaudij, & honoris. Secunda est patria tœdij, & laboris. Tertia est patria supplicij, & doloris. ¶Primò ergo dico, quòd est patria superior, quæ est appetenda. Illa. n. est propriè patria nostra, vbi sumus perenniter permansuri. Omnia enim diligunt patriam suam, quod etiam in animalib. & volatilibus experimur, quæ si ad loca longinqua deferantur, ad patriam tamen, & regionem suam si possunt repatriare dicuntur, sicut de columbis in Aegypto est expertum, quòd ad locum, vbi natæ sunt dicuntur reuerti, si ad loca remota ipsas contigerit transportari. Vnde etiam incolæ columbis litteras sub alis ligant, quas sine dubio ad locum, vbi natæ sunt, deferunt, atque portant. De hirundinibus etiam expertum est, de ciconijs etiam, quòd quamuis de patria recedant in hyeme, ad ipsam tamen reueniunt in æstate. Et quia ergo cœlum est patria nostra, à qua peccando recessimus, & à qua in hoc mundo peregrinamur, ipsam affectuosius diligamus, & ad ipsam, per bona opera redeamus. Gen. 30. Dimitte me, vt reuertar in patriam meam. Teste enim Cas. super illud psal. Super flumina babylonis, dulcis est recordatio patriæ suæ, quæ etiam non defluit inter hostes. Ista est patria superior, quæ est appetenda. ¶Secundo dico, quòd est patria exterior, quæ est negligẽda. Et ista est mundus, qui est patria omnium mortalium. Ramus enim oleastri de sua radice in bonam oliuam insertus fertilis efficitur, & olus, & porrus de loco vbi nati sunt, ad locum alium transplantati melius crescere comprobantur. Nos ergo, qui hic in hoc mundo sterili proficere non possumus, quia sicut dicitur Ioannis. 14. Propheta in patria sua honorem non habet, ad aliam patriam scilicet ad paradisum, quæ est patria angelorum, nos cordialiter transferamus, & ibi nos per fir-

mium

mum desiderium inferamus. Mar.6. Egressus abijt in patriam. Et procul dubio homo non debet patriam suam nimis diligere, quia sicut dicit Hugo in didascalion. Omne solum patria est viro forti. Perfectus autem est, cui totus mũdus exilium est. Temporaliter etiam loquendo homo melius proficit in scientia, & in alijs in aliena patria, quàm in sua. Et ideo philosophi patrias proprias dimiserunt, & non magis vnam patriam, quã aliam vendicauerunt, sed totum mundum suam patriam vocauerunt. Vnde Sene. lib. de remedijs fortuitorum dicit. Patriam meam transire non possum, omnium vna est, extra hanc nemo poni potest, nulla terra exilium est. Vbicumque enim benè est, ibi patria est. Si quis extra patriam sapiens est, peregrinatur, si stultus, exulat. ¶Tertiò vero dico, quòd est patria inferior, quæ est fugienda. Et ista est infernus. sed de hoc vide supra, quia nihil ad præsens propter defectum auctoritatum.

A **Patientia.** Nota, quòd in scriptura inuenitur patientia diuina, & patientia humana. Diuina enim patientia nihil aliud est, quàm lõganimitas suæ expectationis, qua scilicet ad pœnitentiam nos expectat, nolens malos continuo vindicare. Et de hoc Eccl. 5. Altissimus est patiens redditor. Humana vero patientia nihil aliud est, quàm fortitudo nostræ tollerationis, qua scilicet mundi mala æquanimiter toleramus. ¶Primò ergo dico, quòd est patentia dei, quæ est admiranda. Iste enim patienter sustinet mala nostra, & tamen propter hoc non subtrahit beneficia sua. Solem enim suum facit oriri super bonos, & malos, & æqua patientia roboratus in præsenti patiẽter expectat vniuersos. Teste enim. 2. Pet. 3. Patiẽter agit apud vos nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitẽtiam reuerti. Ipse est enim sicut elephas, qui raro irascitur, sed tamen quando prouocatus fuerit, irascitur difficiliter, & profundè, quod sibi ex natura melancholiæ contingit, quia est animal melancholicum. Melancholicus autem humor tardius accenditur, cum sit frigidus, si tamen accensus fuerit, feruet diutius, Et inde est, ꝙ malencholicus tardius irascitur, sed cũ irascitur, iram diutius seruat. Exemplum de ferro, quod multo tardius ignitur, quàm lignum, ignitum tamen calorem multo diutius seruat. Quod etiam patet de aere, qui ponitur in montibus, qui citius calefit; & tamen propter suam raritatem citissime refrigescit, Grossus vero aer, qui est in vallibus, licet rarius incalescat, calefactus tamen propter suam grossitiem, calorem diutius tenet, & seruat, sicut per omnia dicit Seneca lib. de naturalibus quæstionibus. Sic proculdubio charissimi deus cum habeat substantiam impenetrabilem, atque fortem, multò magis quàm humor melancholichus, vel quàm ferrum, nõ faciliter accenditur per iracundiam, nec mouetur faciliter ad vindictam. Quia sicut dicitur Iob 35. Nunc deus non infert furorem suum, nec vlcisci tnr scelus valde. Ipse est enim sicut elephas benignissimus, qui non faciliter prouocatur, quia sicut dicitur Iudith. 8. Non enim sicut homo, deus sic comminabitur, nec vt filius hominis ad iracundiam inflammabitur. Ipse est. n. deus iudex iustus, fortix, & patiens, qui nunquam irascetur per singulos dies. psal. 7. Veruntamen iste, cum inflammatus fuerit, calorem diu seruabit, quia deus finaliter videns, quòd sua patientia nihil valet, solet suo modo profundè contra peccatores irasci, & per rigorem suæ iustitiæ, & temporaliter, & æternaliter punire, & hoc ita diuturniter, quòd nunquam perpetuò eis parcit. Vnde Esa. 42. Semper filius patiens fui, quasi parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul. Et sic patet
B quòd est patientia dei, quæ est admiranda. ¶Secundò principaliter dico, quòd est patientia humana, quæ est procuranda. De ista autem dicit Tullius in rhetorica, quòd patientia est virtus contumeliarum impetus æquanimiter portans. Grego. etiam lib. moral. dicit, quòd patientia non est in prosperis. ille vero patiens est, qui aduersitatibus atteritur, & tamen a rectitudine non curuatur. Sicut enim videmus, ꝙ mercenarius seu operarius patienter sustinet diurnum laborem, & ardorem propter spem præmij, quod in sero expectat: sic & nos, qui in sero mortis præmium beatitudinis expectamus, laborem, & tribulationem æquo animo sustinere debemus. Mat. 18. patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Vnde Augu. super psal. consolando hominem in mundi tribulationibus æstuantem dicit sic. O fili quare ploras? medicina est, non pœna, castigatio, nõ damnatio, noli depellere flagellum, si non vis repelli ab hæreditate, nec attendas quam pœnam subeas in flagello, sed quem locum teneas in testamento. Nota igitur, quòd sancti patientiam habuerunt in aduersis principaliter propter tria, videlicet propter

Virtutis fortitudinem:
Salutis plenitudinem:
Seruitutis paucitudinem.

Ista etiam & nos debent ad patientiam mouere, scilicet virtutis firmitas, & fortitudo. Præmij largitas, & plenitudo. Temporis breuitas, & arctitudo, vel paucitudo. Ista. n. tria faciũt homines patientes, scilicet C

Fortitudo vigoris,
Magnitudo valoris,
Paucitudo laboris.

Igitur dico, ꝙ hominem patientem efficit fortitudo vigoris, & firmitatis. homo enim patiens, & fortis efficitur per virtutem constantię, sicut de Decio exemplificat Seneca, qui cum exercitu suo patientiam in aduersitatibus habuerunt, mortem, & verbera contempserunt, & patienter pro republica mortem, & verbera sustinuerunt. Patientia enim, teste Sene. ibidem fortitudinis ramus est; & ideo qui ramum patientię voluerit habere, debet primò de radice fortitudinis cogitare. Est. n. fortitudo, & constantia lapis, qui dicitur amatites, qui tangens vestẽ, vel in veste contextus incombustibilẽ eam facit, sicut dicit Plin. Quia pro certo, qui lapidem fortitudinis habent contextum, & annexum, solent per patientiam taliter roborari, quòd igne tribulationum nequeunt prægrauari. Teste enim Seneca in prouerbijs, cuiusuis doloris remedium est patientia. Quia pro certò, qui patientię virtutem perfectè habuerit, inflictis doloribus non dolebit. Et hoc docet apostolus Eph. 4. Cum patientia supportantes inuicem. q. d. ita dẽt quilibet mala, quæ ab alijs patitur, in patientia sufferre, quemadmodum vellet mala, si inferret alijs, in patientia sustineri. Et hoc est quod dicit Grego. in pastorali. Quisque inquit non tanta, quæ ab altero tolerat, quanta quæ ab eo tolerantur attendat. Consideret igitur, si tanta sint sua, quæ ab alijs supportantur, quanta illa, quæ sibi ab alijs inferuntur, & ita sine dubio iniurias leuius sustinebit, quando minora, quæ patitur quam quæ alijs infert, esse videbit. Patet ergo, ꝙ patientem efficit fortitudo vigoris, & stabilitatis ¶Deinde dico, quòd D
patiẽtem efficit magnitudo valoris, & vtilitatis. Agricola enim libenter & patienter sustinet labores agriculturæ propter spem fructuum, quos expectat. Sic quia propter mundi labores, & tribulationes fructus æternæ gloriæ expectamus, ipsas pœnas patienter sustinere debemus. Iaco. 5. Patientes igitur estote fratres vsque aduentum domini. Ecce enim agricola expectat pretiosum fructum terrę patienter ferens, donec accipiat. Vitulus enim marinus duas pinulas dicitur habere, quarum si dexteram capiti snpposueris, ita profunde dormies, quòd sectiones corporis non senties, sicut dicit Plinius. Memphitis etiam lapis est, quo distemperato cum aceto si membra linita fuerint, ita efficiuntur stupida, quod læsuras non sentiunt, si secantur, & dicitur memphis, eo quod in Memphi ciuitate Aegypti abundantius reperitur. Sic verè charissimi sancti dexteram prosperitatis æternæ per spem, & desiderium suo capiti supposuerunt. Memphite etiam lapide, qui interpretatur os mœroris, i. morte, quæ omnia cum męrore deuorat vna cum aceto. i. cũ agtedine pœnarum inferni, se per considerationem, & memoriam liniuerunt, & sic proculdubio taliter per patientiam in domino quieuerunt, quòd sectiones, & tribulationes mũdi parum, aut minimè senserunt. Ista enim duo ad habendum patiẽtiam summè valent, scilicet consideratio momentaneæ mortis & tormentorum, & spes, & affectio paradisi, & æternalium gaudiorum. Roma. 8. Si, quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Et ad hoc monet apostolus Heb. 12. Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum. Et Heb. 6. dicitut. Efficiamini imitatores eorum, qui fide, & patientia promissiones hæreditatibunt. Patet ergo quòd patientem efficit magnitudo valoris, & vtilitatis. ¶Denique dico, quòd
E ad patientiam debet mouere paucitudo laboris, & pęnalitatis. Miles enim, & etiam operarius patienter sustinẽt labores suos, quia sciunt, quòd perpetuò non durabunt, & quòd in sero deficient, & cessabunt. Multùm enim facit ad patientiam consideratio temporis breuitatis. vnde etiam Sene. dicit, quòd mors timenda erat, si nobiscum manere posset, sed necesse est aut, quòd non veniat, aut quòd transeat. q. d. breuia & transitoria non sunt timenda, sed magis in patientia toleranda. Et ideo dicitur Ecclesiastici. 1. Vsque ad tempus sustinebit patiẽs, & postea redditio iocunditatis. & Apoc. 6. dicitur. Adhuc sustinete modicum &c. ac si diceret. patientia in tribulationibus est habenda, quia modicum tribulationes debent durare, & cito

cito deficere,& cessare.¶Et nota hic,si vis,ꝙ specialiter habenda est patientia,quia scilicet ista solet

Placare dei seueritatem;
Seruare mentis tranquillitatem:
Sedare iræ ferocitatem:
Tenere cordis humilitatem:
Habere lucri vtilitatem:
Arcere carnis agilitatem:
Implere diuinam voluntatem.

Dico ergo, quòd per patientiã dei seueritatem possumus placare, quia sicut dicitur Prouer. 23. Patientia lenietur princeps. ¶Item mentis trãquillitatem possumus seruare. Vnde Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Item iræ ferocitatem possumus sedare.vnde Prouerb.15. Vir iracundus suscitat rixas,qui autem patiens est, mitigat suscitatas.Item cordis humilitatem possumus tenere. vnde Eccle. 2. Omne,quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine,& in humilitate tua potentiam habe.Item lucri vtilitatem possumus habere.Luc.8.Et fructum afferunt in patiẽtia. Item carnis carnalitatem possumus arcere. vnde ad Titũ.2. Admone senes,vt sobrij sint in fide,& dilectione,& patientia.Item diuinam voluntatem possumus implere, quia scilicet patientia nobis iniungitur Iaco.5. Patientes estote fratres.Et.1. Timo. 6.Sectare verò iustitiam,& pietatem,& patientiam. Et breuiter patientia est virtus, quæ magis vt communiter iniungitur in scriptura.Sic igitur patet,quomodo multis rationibus patiẽtia est habenda,& maxime propter breuitatem fluctuum,& laborum,propter quantitatem fructuum, & donorum, propter firmitatem actuum,& vigorum.Si vis,inuehe contra impatientes,& pone si vis,quòd impatiens similis est bufoni, qui tactus statim inflatur.Scorpioni,qui prouocatus statim pungit.Campanæ,quæ pulsata statim sonat.Vitro,quod percussum statim frangitur.Benè ergo dicitur Prouer.14. ꝙ impatiens operatur stultitiam.Et.19.ꝙ qui impatiens est,sustinebit damnum. Vide supra de Iracundia,& discordia.

A **Paucitas.** Nota, quòd est paucitas bonorum, & paucitas malorum.Prima est cupienda. Secunda est præcauenda.Est ergo paucitas bona, Et ista est paucitas bonorum,quæ præualet multitudini malorum.Quia sicut videmus,quòd arbores domesticæ pauciores producunt fructus quam siluestres, sicut patet de pomis siluestribus; & domesticis,isti tamen pauci fructus sunt aliorum multitudine meliores.Animalia etiam domestica pauciores proferunt fętus,quã siluestria,sicut patet de oue, quæ vt communiter non profert nisi vnum fœtum in anno,& de canicula,quæ aliquando profert decem. isti tamen pauci fœtus domestici sunt multis alijs siluestribus præferendi,sic verè boni, & domestici viri habent quandoque paucitatem fructuum, & fœtuum temporalium bonorum,quia scilicet ipsi habent paucas diuitias, paucas delicias,paucas scientias,econuerso verò siluestres,& mali solẽt istis omnibus abundare.Istud tamen verum est,quòd illud modicum,& illud paucum,quod habent iusti,magis valet,& amplius est reputandum,quàm illud plurimum,quod habent mali. Melius est enim modicum iusto super diuitias peccatorum multas.psal.36.Et Prouerb.16.Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate. Vnde etiam de discipulis legitur.Matth.15.quod ipsi habebant pisciculos paucos. Vel possumus etiam dicere de Christo,& ecclesiasticis,qui sunt arbores domesticæ,& pauciores habent hodie fructus & fœtus, quam diabolus,caro, & mundus,qui sunt animalia siluestria. Quia pro certo pauciores sunt boni. scilicet filij,quàm mali filij diaboli.Hæredes regni,quàm ciues inferni. Vnde.1. Macha.6. dicitur, quòd remanserunt in sanctis viri pauci. Quia breuiter sicut dicitur Matth. 22. Multi sunt vocati,pauci verò electi.Christus enim legitur paucos discipulos habuisse: quia proculdubio pauci sunt hodie discipuli,& serui Christi, multi vero obedientes,& famuli diaboli. Et hoc est, ꝙ dicit Baruch de se,& alijs bonis Baruch.2.Derelicti sumus pauci inter gentes.Et nota,ꝙ isti pauci scilicet

Ad credendum sunt promptiores:
Ad operandum sunt fortiores:
Ad deo placendum sunt aptiores:
Ad vitia vincenduuı sunt meliores.

Sunt dico promptiores ad deum credẽdum. Matt. 8. Arcta est via, quæ ducit ad vitam,& pauci ingrediuntur per eam.¶Item fortiores ad operandum.Matth 9.Messis quidem multa, operarij autem pauci.Item sunt aptiores ad deo placendum. Matt.20. Pauci vero electi.Item sunt meliores ad mala vincẽdum, quia sicut dicitur.1.Reg.14.Non est difficile domino saluare vel in multudine,vel in paucis.¶Sed adhuc dico,ꝙ est paucitas mala.Et de hac dicitur in psal.Pauci facti sunt, & vexati sunt à tribulatione malorum,& dolore. Paucitas.n.denotat defectum, & carentiã debiti crementi.De malis dicitur Deuter. 4. ꝙ ipsi remanebunt pauci numero.Et ideo Hiere.29. dicitur. Nolite esse pauci numero. Et nota,ꝙ mali dicũtur pauci. quia habent paucitatem virtutum. Et sic dico,ꝙ ipsi sunt.s.Pauci B

Viriliter bonum operantes:
Subtiliter verum indagantes:
Seduliter deo famulantes:
Stabiliter malis resistentes:
Sagaciter mundum dimittentes.

Dico ergo, ꝙ pauci sunt bonum operãtes viriliter. Vnde illud prędictũ.Matth 9.Operarij autẽ pauci.Et isti sunt pauci viri,qui.s.a viribus & a virtute dicunt. De quibus dr̃ Eccl.9.Est ciuitas parua & pauci viri in ea.Neæ.2.Viri pauci mecũ.Item pauci sunt verũ indagantes subtiliter Isa. 24.Insanient cultores,& relinquentur homines pauci.i. pauci ratione vtentes.Item pauci sunt deo famulantes seduliter.2.Paralip.29.Sacerdotes autem pauci erant.Item pauci sunt malis resistentes stabiliter.1. Macha. 3 Quomodo poterimus pauci Pugnare, Item pauci sunt mundum contemnentes sagaciter. Vnde Hier.44. Reuertentur de terra Aegipti in terram Iuda viri pauci.Et breuiter isti possunt dicere illud Baruch.2. Derelicti sunt pauci de plurib. &c. Omitto, quia materia sterilis est.

Paupertas. Cum paupertas nihil aliud sit,vt communiter loquendo,quàm carẽtia, & defectus bonorũ,& rerũ,hinc est,ꝙ secundũ diuersitatem bonorum,& rerũ possumus distinguere diuersas paupertates. Quia ergo in natura sunt bona quædam interiora,quædam exteriora, quædam superiora,dicere possumus,ꝙ est paupertas,& carentia.s. A

Bonorum interiorum.
Bonorum exteriorom:
Bonorum superiorum.
¶Prima est vitiosa.
Secunda est virtuosa.
Tertia est dolorosa.

Prima est paupertas hominum peccatorũ,quia.s.peccatores carẽt copia bonorum interiorũ gratiarum.s. & virtutum. Et sic propriè paupertas nihil aliud est,quam peccator. Et de hoc dicitur Apoc. 3. Dicis inquit quia diues sum,& nullius egeo,& nescis, quia tu es miser,& miserabilis,& pauper,& cęcus,& nudus.¶Secũda ẽ paupertas hominum perfectorum,quia.s.viri perfecti non habent copiam bonorũ exteriorum,ꝙ si habent in re,nõ tamen in corde.Et de istis dicitur Mat.5.Beati pauperes spiritu,quoniam ipsorum est regnum cœlorum.¶Tertia est paupertas hominum damnatorum.Isti.n.carent copia bonorum eternorũ,s.affluentia gloriæ paradisi.& de istis diciiur Prouer. 10. Pauor pauperum egestas eorum.De hoc potest intelligi illud psal. Infirmata est in paupertate virtus mea,& anni mei in gemitib. Omissis ergo duobus.s.paupertate vitiosa,quæ est peccatorum(quia nequissima paupertas in ore impij.Eccl.13.)paupertate etiam dolorosa,quæ est damnatorũ, dicamus aliquid de alia duplici paupertate,videlicet de paupertate spirituali,quæ est perfectorum,& de paupertate temporali, quæ est egenorum. ¶Dicamus igitur primo de paupertate meritoria,& virtuali,& secundò de paupertate necessaria,& temporali. Est ergo paupertas virtualis,& voluntaria.Et ista est illa,quam Christus & apostoli tenuerunt,& quã tenẽdam professoribus euangelicis dimiserunt.Ista aũt nihil aliud est,quam bonorũ temporalium contemptus.Et ita pauper dicitur non solũ,qui diuitijs caret,sed ẽt qui diuitias,quas habet,cõtemnit,& abhorret,quia.s.homo bene põt diuitias habere,& nomen boni pauperis obtinere, sicut sunt boni prẹlati,qui quamuis diuitias habeant pro necessitatibus ecclesiæ,& pauperum,quibus præsunt,nomen tamen bonorum pauperum non amittunt,sunt.n.successores illorũ quibus Christus dicit Matth. 5.Beati pauperes spiritu.i.voluntate. B
Breuiter ergo paupertas in bono signat

Humilitatem,& dilectionem:
Aduersitatem,& afflictionem:
Innocentiam,& simplicitatem:
Rerum contemptum,& tenuitatem.

De ista ergo virtute voluntariæ paupertatis dicamus, quòd sicut aues, quæ non congregant in horrea,neque metunt,sed solum diuinæ prouidentiæ se submittunt, solent sursum ascendere, & volare, & cœlo,& cœlestibus propinquare:sic proculdubio illi,qui more auium à terrenorum congregationibus abstinent, & qui in prouidentia dei sperant, melius ad cœlestia per desideria volitant,& sursum per contemplationem habitant,iam deo,cœlo,& angelis,quantum eis est possibile, se præsentant. Habent enim aues pennas interius vacuas, & concauas, & ideo propter

pter aeris inclusionẽ leuiores efficiunt,& sursum facilius deferuntur. Sic proculdubio isti, qui pennas affectionum habent vacuas per voluntariam paupertatem, cõcauas per occultam humilitatem, plenas aere diuinæ gratiæ per virtutum intimitatẽ, faciliter eleuantur ad cœlestia amanda, & contemplanda, ibique sine difficultate leuabuntur ab ipsa finaliter obtinenda: sicut dicitur Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. In quibus verbis ostenditur, ꝙ ista paupertas spiritualis est habenda, scilicet quia ista

	Tranquillitatem		Leuiores.
C Per	Agilitatem	facit	Promptiores.
	Felicitatem		Ditiores.

Primum probat carentia affectuum exteriorum. Beati inquit. Sed secundum potentia affectuum interiorum. Spiritu inquit. Sed tertium præsentia successuũ posteriorum. Regnũ inquit. ¶ Dico ergo, quòd spiritualis, & voluntaria paupertas dat tranquillitatem exteriorem, quod ostẽditur, cum dicitur. Beati pauperes. pauperes dicuntur beati. Beatus enim est, cui nihil deficit. Cum igitur istis pauperibus sufficiat status suus, nec in mũdo sit aliquid, quod desiderent, cum solum eorum sit desideriũ de temporalibus nil habere, vel saltem nil diligere vel amare bene videtur, quod paupertas istos faciat beatos, & per consequens tranquillos, placidos, & quietos. Beati inquit pauperes. Prou. 12. Melior est pauper, & sufficiẽs sibi, quàm gloriosus & indigens pane. Cum.n. omnes mundi tribulationes, discordiæ, & lites propter diuitias eueniant, & isti pauperes nec diuitias diligant, nec habeant, necesse est, ꝙ pacẽ & tranquillitatem habeant. Quia sicut dicit Sen. In itinere obsesso pauperi pax est. Quod et exemplo patet. Arbores enim fructibus onustę ab omnibus impetuntur Quilibet enim vult habere de fructibus, & ideo quilibet proijcit in eam baculum suum aut lapidem. Sed pro certo arbor sicca, vel sterilis a nullo impetitur, sed in pace ab omnibus transeuntibus dimittitur. Quia breuiter illi, qui habent diuitias, semper sunt in briga & lite. Illi vero, qui sunt steriles, & sicci idest pauperes, dimittuntur in pace. Et ideo dicit Sen. Ne imparatos fortuna nos deprehendat, sit nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, si experti fuerimus, quã non sit graue pauperes esse. Ad paupertatem enim sua sponte descendere, est fotunæ prælia præuenire. Beati ergo pauperes. Beati dico, quod interius per auaritiam non vruntur. Exterius per controuersiam non læduntur. Superius per desiderium eriguntur. Inferius per refrigerium non sistunt. ¶ Dico, quòd beati sunt, quia per auaritiam interius non vruntur. Plus enim habet spiritualiter pauper de bono, beatitudine, & de tranquillitate vna die, quam diues in mille. Diues enim quanto plus habet, tanto plus per auaritiam vritur. Pauper vero dum nihil cupit, in pace animi quietatur. Et ideo in psal. dicitur. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. Quia scilicet pauperibus pacem & dulcedinem animi præparat, quam a diuitibus tollit & separat. psal. Factus est in pace locus eius. vnde Esa. 14. Pauperes fiducialiter requiescent. ¶ Item dico beati debent dici, quia per controuersiam non læduntur. Quia sicut dictum est, pauperes a latronum & raptorum violentijs sunt exempti, cum nihil habeant, quod amittãt. Lupi enim oues infirmas exterius derelictas ledere, vel comedere nõ dignant. Et ideo quia boni pauperes sunt domino in hoc sæculo derelicti omni scilicet alio solatio destituti, a lupis. idest a tentationibus, a tyrannis, & raptoribus non lędũtur, cum nihil habeant, quod a talibus appetatur. psal. Tibi enim derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Pauperes enim qui a mundo derelinquuntur, dominus suscipit, & a lupis mundanis & infernalibus defendit, ipsosq; misericorditer adiuuat, atq; nutrit. Pullum enim, quem aquila de nido suo eijcit, solet auis, quæ dicitur herodius, recipere, & in pullum suum adoptare, & ipsum tanquam propriũ enutrire. Quia pro certo deus astat ad dexteram pauperis, vt saluam faciat a persequentibus aĩam suam. Item beati dicũr pauperes, quia per desideriũ eriguntur, quia. s. sicut parui & tenues vapores solent faciliter sursum eleuari, & etiam a solis & ignis influentia faciliter inflammari, sic pauperes & tenues sursum ad deum & ad bona ęterna per bona desideria se eleuant, & in æternorũ amore per affectionis incendia se inflammant. Vnde Esa. 48. Elegi te in camino paupertatis. ¶ Item beati per refrigerium nõ sistũtur, quia scilicet sicut viator in ęstate currens nõ inueniens vmbracula, in quibus sistat, citius perficit inter suum, sic pauper in feruore tribulationum huius mundi nullum inueniens refrigerium, nec aliquid, quod delectet ad deum necessariò compellitur currere, & ad deum refugere, & eius misericordiam implorare. Et ideo dicit Greg. Qui mihi onus diuitiarum abstulit, me ad currendum citius expediuit. Sic ergo patet, quomodo paupertas facit beatos pauperes, atque bonos. Vnde quidam philosophus dicit, quod paupertas est odibile bonum, sanitatum mater, curarum remotio, negotium sine damno, substantia intentabilis, possessio absque calumnia. Beati ergo pauperes. Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Patet ergo, quomodo paupertas dat mentis tranquillitatem. ¶ Item paupertas voluntaria dat mentis agilitatem, quod ostenditur cum dicitur. Spiritu. Sicut enim ille qui minus est oneratus, magis est agilis ad currendum (vnde etiam D videmus, quod aues prædaes sunt fortis, & agilis volatus pro eo, quod naturaliter sunt siccæ, & carnium pondere non grauate) sic proculdubio illi, qui temporalibus bonis non onerantur, sed sicci & pauperes inueniuntur, carneque temporalis substantiæ denudantur, fortiores sunt ad volandum per contemplationem, & agiliores ad obediendum, & ad bona opera exequendum. Et hoc ostẽditur cum dicitur, spiritu. Spiritus enim carnem, & ossa non habet, sicut dicitur Luc. 24. Spiritus etiam, sicut sensu patet facit corpus agile & mobile. Et ideo pauperes spiritu dicuntur illi, qui per humilem subiectionem ad bene operandum mobiliter agitãtur Roma. 8. Qui spiritu dei agunẽ, hi filij dei sunt. & Esaiæ. 61. Spiritus domini vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. Augustin. vero lib. de verbis domini dicit, quod hi sunt pauperes spiritu, qui quando faciunt aliquid boni, deum laudant, quando vero aliquid mali faciũt, se accusant. Patet ergo, ꝙ paupertas ista cõfert mẽtis agilitatem. ¶ Item paupertas voluntaria confert cœli fęlicitatem. Ipsorum inquit est regnum cœlorum. Arbores. n. quæ in vno anno carent fructu in anno alio plus abundant, sicut patet de oliuis, quæ vno anno sunt steriles, in alio vero sunt fertiles. Sic vere illi qui in anno præsentis vitæ per paupertatem sunt steriles, in anno sequentis vitæ futuræ per fęlicitatem erũt fertiles, quia scilicet, qui paupertatis sterilitatem patiuntur, fructum æternæ beatitudinis & regni cœlorum gloriam consequentur. Regnum inquit cœlorum. Vnde Chrysosto. super epistolam ad Heb. sermone. 18. dicit, quod paupertas est manuductrix in cœlum, vnctio athletica, exercitatio magna, tranquillus port⁹. Sic ergo patet quomodo spiritualiter paupertas est amãda, & etiam procurãda, & potissime quia spiritales & boni pauperes a deo

Proteguntur.	Dico, quòd a deo proteguntur. Vnde. psal. Adiuuit pauperem de inopia. Et alibi. Factus est dominus refugiũ pauperi, adiutor in opportunitatibus. &c.
Nutriuntur.	
Eliguntur.	
Audiuntur.	
Recordantur.	
Sublimantur.	
Consolantur.	

Item dico, quòd a deo nutriuntur. psalm. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. Item dico, ꝙ isti a deo eliguntur. Iaco. 2. Pauperes elegit deus. Item dico, quòd isti a deo audiuntur. ps. Desiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Item isti a deo recordantur. ps. Non in finem obliuio erit pauperum. Item a deo sublimantur. psal. Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Itẽ isti a deo consolantur. Iob. 29. Pater eram pauperum, & consolator. Ista est ergo paupertas voluntaria. ¶ Secũdo dico, quòd est paupertas necessaria. Et ista est illa, quam sustinent pauperes in hoc mundo coacti, necessarij, & inuiti. Et ista proculdubio solet per dei prouidentiam ordinari. Solet per piam influẽtiã vegetari. Solet per dirã pestilentiam impugnari. Paupertas enim & miseria a deo ordinaur. A bonis supportatur. A malis impugnatur. ¶ Dico, quòd a deo originaliter ordinatur. Antiqui enim philosophi posuerunt, ꝙ fata, & influentiæ orbiũ E cœlestium erant causa, quare aliqui diuites fiebant, aliqui pauperes erant. Nos vero dicimus, ꝙ hoc ab occulto fato diuinę ꝓuidentiæ prouenit, quia scilicet per occultam dei prouidentiã fit, ꝙ aliqui diuitijs fœcundantur, aliqui pauperie macerantur. Et ideo pauperes patientiam debent habere, cum sciãt miseriã suam a dei prouidẽtia prouenire. Vnde Aug. Fili quid ploras? medicina est, & non pœna &c. Vide eam supra de patientia. Causa autem quare pauper patientiã debet habere, est multiplex. s. quia paupertas est

Signum diuini amoris, & benignitatis.	Est dico paupertas signum diuini
Arra supremi honoris, & fœlicitatis.	

Lima interni horis & iniquitatis. diuini amoris
Fuga æterni fętoris & malignitatis. quia.f.vt communiter deus non infligit paupertatem nisi illis quos amat. Et inde est,quòd Christus apostolis suis quos summe diligebat, paupertatem indixit,ipsamque verbo docuit,& exemplo monstrauit. Indixit eam apostolis dicens. Matthę. 19. Si vis perfectus esse vade & vende vniuersa quæ habes, & da pauperibus. Ipsam etiam docuit verbo, dicens Lucæ. 14. Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus. Ipsam insuper monstrauit exemplo,dicens Matth.8. Vulpes foueas habent,& volucres cœli nidos,filius autem hominis nō habet,vbi caput suum reclinet.Et sic dico,quod pauperes patientiam debent habere, quando vident paupertatem diuinæ amicitię signum esse:quilibet enim gauderet,si rex vel aliquis magnus encenia sibi mitteret, & maximè si daret sibi vestes eiusdem panni,sicut sibi. Gaudeant ergo pauperes,quando vident quòd rex paradisi paupertatem eis immittit, quia verè ipse de eodem panno vestes in sęculo habuit & portauit. Quia verè istud est signum euidens,quòd deus ipsos diligit, & quòd a paupertate inferni ipsos præseruare intendit. Quia sicut dicitur Nau.1. Non consurget duplex tribulatio, & non affliget dominus bis in idipsum. Et breuiter benedicitur Eccl.11. Paupertas & honestas à deo sunt.Istud est ergo signum diuini amoris. Sicut etiam de Christo legitur Lucæ. 2. Et hoc vobis signum inuenietis, puerum pannis inuolutū &c.¶Sed adhuc dico quod ista est arra supremi amoris,qui proculdubio mūdi tribulationes,& paupertates sunt rectæ quædam arræ futuræ gloriæ paradisi. Frigus enim præcedens in hyeme arra est plurium fructuum in æstate. Sic vere magnum frigus præsentis paupertatis est arra maioris futuræ fælicitatis: quia quantò plus abundat in homine maior istius frigoris asperitas,tāto speranda est maior in cœlo felicitas.2. Cor. 8. Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis ipsorum.¶Sed adhuc dico,quòd ista est lima culpæ, vel horroris,quia scilicet sicut aurū in igne ponitur, vt omnis eius feculentia consumetur, sic deus pauperes in camino paupertatis decoquit,& ab ipsis omnem peccati maculam purgat,eliminat, atque tollit.Esa.58.Excoxi te,sed non quasi argentum elegi te in camino paupertatis. ¶Sed insuper dico,quod paupertas est fuga omnis mali vitij, fœtoris vel hororis, quia scilicet sicut frigus in hyeme post arborum & terrarū fructus includit humores & repercutit, & progredi non permittit, & ramos superfluos generari impedit,& virtutem inferiorem fortificat, & custodit,sic vere algor paupertatis qnando occupat hominem solet humores interiores, idest suas cordiales affectiones repercutere, &, ne ad exteriora exeant, impedire. Et sic igitur productio malorum ramorum. i. vitiorum in eo impeditur,& virtus ad benè fructificandum & operandum in eo roboratur. Constat enim,quod paupertas multa mala facere impedit, & a multis vitiis abstinere compellit.Thob.4.Pauperem vitam gerimus,sed multa bona habebimus,si timuerimus deum. Istis ergo & multis alijs rationibus est paupertas commendanda, seu amanda, & in patientia toleranda: & potissimæ duæ sunt aliæ rationes, quia scilicet paupertas falsos amicos solet probare, sicut superius de amicitia fuit visum. De quo Hieron.in epistola.& Sen.epistola.20.Ob hoc vnum amāda est paupertas, quia a quibus amari respondit. Addit Hiero. Non enim habet adulationem. Vnde etiam idem Sen.epistola.20.Quod tu beneficio tuo non potes scire,paupertatis scies. Illa veros certosque amicos retinebit, discedet quisquis non te,sed aliud sequebatur.¶Item quia panpertas est quoddam bonum, quod fortuna pro posse suo nobis inuitis nūquam potest auferre. Vnde Sen.in epistola dicit. In hoc inest paupertati iucunditas,quia fortunæ casibus non aufertur. Et ideo docet idem Sen.epistola 20.Redige te ad parua,a quibus cadere non possis. Inest enim paupertati,sine qua nihil iucundum est,securitas. Patet ergo quomodo paupertas a deo originaliter ordinatur.1.Reg.2.Dominus pauperem facit,& ditat,humiliat,& subleuat.¶Secundo dico,quod paupertas à bonis miseri F corditer subleuatur.Boni enim & pij solent pauperibus condolore, & eorum miserias subleuare. Elephantes enim socium suum cadentem subleuant,si possunt, & per compassionē garriunt si non possunt. Arbores etiam in hyeme humorem suum ad radicem mittunt, quam inferius in terra indigere humore inspiciunt. Aqua insuper ad loca infima, & vacua solet fluere, & ipsa humectare, & abluere,& replere.Sic vere charissimi, quando fratres nostros.f.alios homines,qui fratres sunt ex natura & gratia,videmus indigere,& ad statum paupertatis cecidisse,& more radicis inferius in gradu infimo residere, & ibi ratione hyemis paupertatis nostro auxilio indigere, statim pro culdubio debemus ipsos iuuare, & humorem elemosynarum & consolationum eis mittere,& eos,si possumus,ab infortunio subleuare.& suscitans a terra inopem,& de stercore erigēs pauperem. psal.112.& 1.Reg.2.quia proculdubio aqua,id est quilibet vir pius debet loca infima & vacua,idest depressos,& pauperes, vacuos & egenos quærere, & eos pijs consolationibus & elemosynis replere,& ipsis misericorditer subuenire.Et hoc præcipitur Ecclesiastici.7.Pauperi porrige manum tuam,vt pficiatur ppitiatio, & benedictio tua.Et nota,si vis,quod pauperibus est miserandum & subueniendum multiplici ratione, videlicet propter

Mandati obligationem.	Dico propter obligationem dei mandatorū.Pietas enim erga pauperes nobis mandat̄ in locis
Edicti comminationem.	
Exempli confirmationem.	
Præmij consecutionem.	
Diuini præconij commendationem.	

plurimis in scriptura.Vnde Proue. 3.De primitijs frugū tuarū da pauperibus.& Eccles.14.Secundùm vires tuas exporrigens da pauperi.& in multis alijs locis, sicut Lucæ. 14. vbi dicitur. Cum facis conuiuium,voca pauperes &c.Idem propter comminationem dei mandatorum vel edictorum. Comminatio.n. diuini edicti ponitur Prouer.21.vbi dicitur. Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis,clamabit ipse, & non exaudietur. Item propter confirmationem bonorum exemplorum. Omnes enim sancti,qui præcesserunt, nobis exemplum miserendi pauperibus præbuerunt. Vnde Iob. 29. seipsum proponit in exemplis,dicens.Pater eram pauperum &c.de beato viro dicitur in psal.quod dispersit pauperibus &c. Item propter consecutionem magnorum præmiorum. Misericordibus enim promittuntur præmia & temporalia & æterna. Temporalia dico, quia sicut dicitur.Prouer. 28. Qui dat pauperi, non indigebit. Aeterna vero quia sicut dicit Mat.19. Da pauperibus,& habebus thesaurum in cœlo.Item propter commendationem diuinorum præconiorum,quia scilicet tales pręconium & laudem & à deo & à scriptura mærentur.Vnde etiam inter alias laudes fortis mulieris dicitur Prou.31. quod palmas suas extendit ad panperem.Sic ergo patet multis rationibus quomodo paupertas à bonis misericorditer subleuatur. ¶Sed tertio dico, quod G ista paupertas a malis valde crudeliter impugnatur. Mali.n.nō solum in se paupertatē abhorrent, immo ēt ipsam in alijs impetunt & infestant.Quia sicut patet ad oculum,mali balliui & officiales & cæteri exactores plus impugnant pauperes quam diuites,debiles quam fortes,innocentes quam nocentes. Similes quibusdam canibus & magistijs,qui malè vestitos solent lacerare,benè autem vestitos non solent tangere vel nocere.Bubones ēt & milui solēt misera animalia sicut sunt pulli, mures & vespertiliones,comedere.& eorum sanguinem haurire, & crudeliter deuorare.Aues enim & animalia defensionis non lędunt alia vero deuorant & offendunt.quia vere tales raptores solent in pauperes & debiles debacchari,& eos vsuris, rapinis & exactionibus deuorare, diuites vero nec lædere nec grauare, sed eos potius contra pauperes adiuuare.Vnde Iob.24. Vim fecerunt deprædantes pupillos & vulgum pauperem spoliauerunt. Vnde nota quod pauperes & egeni a diuitibus

Contemnuntur.	Contemnuntur dico.Ecclesiast.9.Sapientia pauperum cōtempta est.Repelli̅tur etiā.Ecc.13.Pau
Repelluntur.	
Submittuntur.	
Rapiuntur.	

per locutus est & dicunt, Quis est hic? Et præmittitur ibidem. Locutus est sensate,& non est ei datus locus. Submittuntur insuper,quia sicut dicitur.Prouer.22.Diues pauperibus imperat, & qui accipit mutuum seruus est fęneratoris. Et rapiuntur nihilominus, quia.f.diuites insidiantur vt rapiāt pauperem,rapere pauperem dum attrahunt eum. Vnde Esa.3. loquens dominus diuitibus dicit sic.vos depasti estis vineam meam, rapina pauperis in domo vestra.& Ecclesiastici.13.Pascua diuitū sunt pauperes. Patet ergo quomodo paupertas a malis pręgrauat̄. A bonis adiuuatur.A deo ordinatur. Et ista de paupertate tam necessaria,quam voluntaria sufficiant.

Pauor. Pauere.

A Nota quod pauor in bono sumitur & in malo, & sic nota quòd est

Pauor

Iustorum

Iuſtorum & ſapientium.
Stultorum & delinquentium.
Miſerorum & inconſtantium.
Damnatorum & diſperantium.

Pauent ergo iuſti, quādo ſunt ſapientes. Aurū enim quod eſt excellētius in metallis eſt naturaliter pallidum. Sic verè cor hominis prudentis eſt timoroſum & pauidum, iuxta illud Prouer. 28. Beatus homo qui pauidus eſt ſemper. Arbores enim nobiles ſicut ſunt palmæ, pini, cupreſſi, lauri & abietes licet hyeme folia non perdant, repercuſſæ tamen a frigore humorem ad medullam, & radicem expellente pallidę efficiuntur, & ſuo virore ſolito in pulchritudine ſpoliantur. Sic vere iuſti & eruditi viri, ſcilicet virorē gratiæ & fortitudinem conſtantiæ faciliter non amittunt, concuſſi tamen & repercuſſi frigore exteriorum caſuum præ pauore pallidi efficiūtur, & humoribus interiorum conſiderationum & affectuum ad medullam & radicem cordis reductis in ſeipſis multotiens conturbantur: ſicut etiam de ſanctis dei dicitur Iob. 26. quod columnæ cœli pauent, & contremiſcunt ad nutum eius, ſicut Heſter videns gloriam Aſſueri colore in pallorem mutato,
C laſſum ſuper ancillam reclinauit caput. Heſter, 15. ¶ Et nota ꝙ iuſti pauent ſeu efficiuntur pauidi multiplici ratione, videlicet propter

Splendorem excellentium negotiorum.
Horrorem imminentium periculorum.
Stuporem apparentium iudiciorum.
Timorem accidentium flagitiorum.

Et primo dico, quòd iuſti pauent, & conturbantur propter ſplendorem negotiorum, & excellentiam miraculorum, illorum videlicet quæ tangunt maieſtatem diuinam, & ardua opera ipſius. Nam ſicut videmus, quod homo pauet ad ſubitam viſionem coruſcationis, ſic cor humanum merito efficitur pauidum ad aſpectum maieſtatis diuinæ & ipſius conſiderationis. Deutero. 2. Audito nomiue tuo paueant omnes habitantes terram. Et 2. Paralip. 36. Omnes pauent & tremunt ad nutum virtutis tuæ exemplo. ſ. Iacob. Gen. 28. vbi viſa viſione pauens dixit. Quam terribilis eſt locus iſte. vt accidat quod dicit dominus de leui. Mal. 2. Paſtum inquit meum fuit cum eo, & a facie nominis mei pauebat, lex veritatis fuit in ore eius &c. Iuſti ergo pauent ad ſplendorem negotiorum excellentium. ¶ Deinde dico, quod iuſti pauent ad ſtuporem iudiciorum apparentium. Iudicia enim dei, quorum ſcilicet cauſæ hominibus ſunt ignoræ, meritò faciunt cor pauere, ſicut. ſ. eſt Tribulatio iuſtorum. Proſperitas malignorum. Mutationes temporū, & regnorū. Vnde de Aegypto dicitur Eſa. 19. quod omnis, qui illius fuerit recordatus, pauebit a facie conſilij domini, qđ ipſe cogitauit ſuper eam. ¶ Denique dico, quod iuſti pauent ad honorem flagitiorum accidentium. Iuſtus enim ſemper pauet & timet, ne forte incidat in peccatum, & maximè quando videt caſum & præiudicium diuerſorum. Exo. 20. Pauore concuſſi ſteterunt procul. Nullus enim eſt ita fortis quando actualiter eſt in prælio, quin debeat pauere ad inimicorum concurſum, & timere, ne corruat, aut vincatur. 2. Reg. 18. Fortiſſimus quiſque, cuius cor eſt quaſi leonis, pauore ſoluetur. ¶ Inſuper dico, quod iuſti pauent ad terrorem & timorem periculorum imminentium. Quia reuera pericula interiora. ſ. peccata & vitia cordis noſtris, exteriora ſcilicet tribulamina & oblectamenta huius mundi, poſteriora. ſ. tormenta mortis & inferni debēt nos terrere, & facere ſtupeſcere & pauere, & ne incidamus in illa, cum diligentia præcauere. Exemplo. ſ. Heſter, de qua dicitur Heſter 14. quod pauens periculum, quod imminebat, confugit ad dominum. Et. 2. Par. 20. Irruit pauor domini ſuper vniuerſa regna. Sic ergo patet quod iuſti pauent a facie periculorum, flagitiorum, dei iudiciorum, dei miraculorum. Bene ergo dicitur quod iuſti pauent quia ſunt ſapientes. ꝙ eſt primū prin-
B cipale. ¶ Secundo principaliter dico, ꝙ pauent ſtulti ſeu impij, quia ſunt delinquentes. Latro. n. quando portat ſecum rem furatā, ſemper eſt pauidus ad aſpectum cuiuſlibet balliui vel cliētis, ſemper. n. timet & pauet qđ debeat capi, vel quod per furtū debeat deprehendi. Sic quando quis in ſinu conſcientiæ habet latrocinium ſeu furtum alicuius mortalis peccati, ſemper vt communiter eſt pauidus, & ſpei ſecuritate priuatus. Vnde Prouer. 10. Pauor his, qui operantur malum. Et Prouer. 21. Pauor operantibus iniquitatē. Et breuiter iſta eſt veritas, quod peccatores & iniqui mundani etiam diuites & auari ſemper ſunt timidi & pauidi, omni fiducia & ſecuritate priuati. Hierc. 48. Pauor & fouea & laqueus ſuper te o habitatores moab. Pauēt igitur impij, quia ſunt labentes & metuentes. ¶ Tertio principaliter dico, quòd pauent miſeri, quia ſunt inconſtantes. Conſtat enim, quòd ſicut pueri ſtupent & pauent modica occaſione, & hoc quia ſunt inexperti, & potiſſime quando eis larue facies, ſeu turpes imagines oſtenduntur, ſic homines pueriles & inconſtantes ad modicum flatum tentationum ſeu etiam motum tribulationum fiunt pauidi, & ab omni virtute conſtantiæ alieni, ſimiles ſunt folijs quarundā arborum, quæ tremunt, & mouentur ad modicum flatum venti, ſicut Sapien. 17. dicitur quòd perſonæ triſtes eis apparentes pauorem illis præſtabant. Vnde ibidem præmittitur. quod ipſi diſperſi ſunt pauentes horrende. De pauperibus etiam qui tedium paupertatis ſuæ non conſtanter ſuſtinent, ſed pauide ipſum portant, dicitur Proue. 10. Pauor pauperum ægeſtas eorum. Contra illud Deuter. 31. Ne paueatis ad aſpectum eorum. Pauor. n. non debet eſſe in firmis & in conſtantibus viris, quia leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum. Prouer. 20. Sicut etiam dicitur Eccl. 34. Qui timet dominum, nihil tripidabit & non Pauebit, quoniam ipſe eſt ſpes eius. Pauent igitur miſeri, quia ſunt inconſtātes. ¶ Quartò vero principaliter dico, quod pauent damnati, qa ſunt deſperantes. Damnati enim & iudicati ad patibulum & ad mortem ſummè pauere dicuntur. Multò ergo fortius illi, qui in inferno ſunt, pauent, qui ſe vident ſine ſpe & remedio pęnis perpetuis deputatos. Foris enim vaſtat eos gladius, & intus pauor, iuuenem ſimul & virginem lactentem cum homine ſene ſicut dicitur Deute. 32. Vnde Hie. 20. Non Phaſſur vocauit dominum nomen tuum, ſed pauor vndique. Talis autem pauor in paradiſo non erit, ſed potius fiducia atque ſecuritas ſempiterna. Iob. 39. Contemnit pauorem, nec cedi gladio. Et. 2. Par. 20. Non timeatis nec paueatis, cras egrediemini & dominus erit vobiſcum. Hic igitur ſufficiāt de pauore. Vide infra de timore & de terrore & de ſimilibus.

Pauimentum.

Nota, quod cum pauimentum ſit domus ſeu ædificij pars ſolidior, pars infimior, pars immundior, videtur quod per pauimētum poſſimus intelligere virtutem humilitatis, quæ locum tenet ſolidiorem, vel etiam perſonas calamitatis, ſeu etiam ſubiectionem & paupertatē, quæ ſtatum habet inferiorem, ſeu etiā homines peccati & iniquitatis, qui locum tenent immundiorem. Dico igitur, quod pauimentum ſignat humilitatem, quæ eſt ſolidior. Iſta enim virtus eſt valde ſolida, & etiam virtutū omnium fundamentum. Ideo dicebat Dauid in pſal. Adhęſit pauimento anima mea. Iſtud enim eſt pauimentum palatij Aſſueri vbi erant lectuli aurei & argentei, ſicut dicitur Heſter. 1. quia reuera nullus poteſt bene queſcere, niſi in pauimento humilitatis lectum ſuū ſtudeat facere. Lectuli. n. iſti virtutes alias ſignificant, quæ pro certo in pauimento humilitatis ſicut in proprio fundamento iacent. Vnde. 2. Paral. 6. Super pauimentum ſtratum lapide adorauerunt. Iſtud igitur pauimentum ſignat humilitatem quæ eſt ſolidior. ¶ Secundo dico, quod pauimentum poteſt ſignificare calamitatem ſeu etiā paupertatem, quæ eſt inferior, hoc eſt dictu, ſtatū pauperum & ſubiectorum. Iſti enim ad modum pauimenti inferius in ſubiectione ponuntur, & ab omnibus conculcantur & contemnuntur, & omnes qui eos conculcant, ab eis ſuſtinentur & ſuſtentantur. Talia tamen pauimenta ſcilicet pauperes, quandoque tapetibus. ideſt virtutibus ſternuntur, & ad decorem domus eccleſiæ humilitate, & couſtantiæ ſoliditate, & etiam quandoque ſapientiæ claritate præ cæteris decorantur, ſicut de Salomone dicitur. 3. Reg. 6. quod pauimentum domus texit auro, hoc eſt dictu, ſplendore ſapientiæ. Et 2. Paral. 3. dicitur. Pauimentum templi fuit ſtratum præcioſiſſimo marmore, decore multo. ¶ Tertio vero dico, ꝙ per pauimentum poſſumus intelligere mundi vel etiam peccati fœditatem, ſeu etiam vilitatem, quæ eſt immundior. Pars ipſius enim domus, ad quā magis confluunt ſordes, eſt pauimentū. Et ſic merito ſignat peccatorem, ſeu peccatum, vel ēt vilem & fętidum mūdum. Vnde Dan. 6. dicitur, quod illi Babylonij non peruenerunt vſq; ad pauimentum laci, ſcilicet vbi iacebant leones, a quibus deuorati ſunt. Vnde Dan. 14. Ecce inquit pauimētum, animaduerte cuius veſtigia ſunt hęc. &c. ſufficit, quia paucæ ſunt auctoritates.

Paulatim. Pauliſper. Paulo.

Ante paulominus. Cū paulatim dicat quandam diminutionem, vel etiam quandam actus, rei, operis, ſeu temporis portionem, poſſumus dicere quod paulatim ſpectat ad

Prudentes & ad prouidos.

¶ Primo igitur dico quòd

Fallentes & ad inuidos.
Torpentes & ad tepidos.

co,ꝙ eſt dare vnum paulatim, quod eſt prudentium,& prouidorum. Conſtat enim,quòd tam natura, quàm fortuna non faciunt opera ſua ſubito,ſed paulatim, ſenſim,& ſucceſſiue,fructus etiam qui paulatim,& ſucceſſiue veniunt ad crementum, valde ſunt meliores,& durabiliores,quã illi, qui citum, & ſubitum recipiunt complementum, ſicut patet in pomis, & in piris reſpectu cucurbitarum,cucumerum,& peponum. Poma.n.paulatim creſcunt,& augmentantur,ſed cũ creuerint diutius perſeuerare noſcuntur. Cucumeres verò & alia ſubitò creſcunt,citò tamen deſiccantur,& pereunt. Sic verè dico,quòd prudentes viri opera ſua faciunt non ſubito, ſed paulatim,iuxta illud Ruth.4.Declina paulisper,& ſede hic. Et 1.Reg.1.Digere paulisper vinum.quia ſcilicet talia opera melius,& diutius perſeuerant. Iſtud etiam videmus in moribus, quia ſcilicet illi,qui paulatim ad perfectionem veniũt, melius perſeuerant in bono. Illi vero,qui in principio ſe euiſcerant, finaliter deſinunt,& deficiunt ab incepto. Quod etiam patet in factis fortunæ,quia ſcilicet illi,qui ſubito eleuantur, ſubito pereunt. Iſti vero,qui paulatim ditantur,diutus perſeuerant,& ſiſtunt. Vnde Prouer.13.Subſtantia feſtinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur,manu multiplicabitur. Quod etiam poſſumus videre in factis pœnitentiæ,quia ſcilicet non cito,ſed paulatim debent vitia eradicari. Eueus enim & chananeus & etheus,per quos vitia ſignificantur, paulatim & ſucceſſiue de terra ſua eradicati ſunt. Exod.23.Paulatim expellam eos de cõſpectu tuo. Sap.12. Miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, vt illos paulatim exterminarent. Et. 2.Mach.8. Videns Philippus paulatim virum ad perfectum venire. &c.q.d. quod paulatim & non ſubito ad profectum venitur. Vnde Gen.33. Præcedat dominus meus ante ſeruum ſuum,& ego paulatim ſequar veſtigia eius. Gradatim enim ſecundum iura aſcendendum eſt ad honores. Vnde etiam Aug.de trinitate lib.14.ca.7.dicit, ꝙ paulatim proficeindum eſt in raptione imaginis dei. Iſtud eſt ergo paulatim prudentium & perfectorum.¶Secundò dico,ꝙ inuenitur vnum paulatim fallacium,& inuidorum, ſeu etiam proditorum, qui ſcilicet nunquam audent cito,& ſtrenuè aggredi mala opera,quæ intendunt, ſed paulatim miſcerere inepte,& ac ſi non tangerent,mala & proditoria conſilia machinari. Veruntamen ſicut ignis paulatim accẽſus de ſcintilla modica magnus efficitur,ſicut Eccl.11.dicitur. A ſcintilla vna augetur ignis &c.ſic ab iſto paulatim venit finaliter magnum malum. 1.Reg.14. Tumultus magnus exortus eſt in caſtris Philiſtinorum,& creſcebat paulatim.¶Tertiò dico, quòd eſt vnum paulatim torpentium,& pigrorum,qui.ſ.nihil faciunt prouide vel aperte,ſed præ pigritia operantur paulatim, tepidè,& inepte, & etiam non præcauentes de modicis, paulatim de vno modico labuntur in aliud,ita,quod finaliter ſe reperiunt decidiſſe in profundum barathri vitiorum. Vnde Iſid.lib. 2. ſoliloquio.dicit,quòd minor culpa maiorem generat, paulatim. n. creſcunt vitia.& ideo ſi parua nõ cauemus,in magna labimur. Ideo dicitur,quòd qui ſpernit modica,paulatim decidet. Eccl.19.Et Iob.14.dicitur. Lapides excauant aquæ,& alluuione paulatim terra conſumit. Et ſic igitur patet quomodo inuenitur. Paulatim tepidorum inaduertentium. Paulatim proditorũ atq; fallentium. Paulatim diſcretorum atque prudentium &c.

A **Paululum.** Nota, quod in ſcriptura reperitur multiplex paululum, videlicet paululum iuſtorum,paululum ſtultorum,paululum pigrorum. Primum eſt deſiderandum. Secundum eſt vitandum. Tertium eſt vituperandum.¶Dicamus ergo primò,ꝙ eſt vnum paululum,quod ſpectat ad iuſtos. Conſtat. n. ꝙ viri perfecti paululo ſunt contenti. Sicut enim homines pingues modicum comedunt,& modico ſunt contenti,quod etiam de pinguibus equis verum eſt reſpectu macrorum,ſic verè dico, quod illi,qui virtutum ſunt repleti pinguedine,contenti ſunt pauca, vel paululũ terrenorum plenitudine. Et ſic dico,ꝙ iuſti in hac vita paululum

Cupiunt in temporalibus.
Sapiunt in ſecularibus.
Hauriunt de corporalibus.
Rugiunt pro criminalibus.
Sentiunt de furialibus.

Dico ergo, ꝙ viri pfecti habent & cupiunt paululum temporaliũ diuitiarum; pauca. n. ſufficiunt eis. Figurati in ſeruo Abraam,qui à Rebecca petijt paululũ aquæ, vt biberet. Aqua enim temporalia ſignat,quæ fluunt & deficiunt ſicut aqua. ¶Item iſti ſitiunt,& ſapiunt paululum ſecularium ſcientiarum. Iſtę enim ſcientiæ ſunt,de quibus eſt paululum capiendum. Iudic.19.Oro te,vt paululum cibi capias. Item iſti lambunt & auriunt paululum corporalium deliciarum. Figurati.ſ.in illa muliere Sareptana,quæ dicebat ſe habere paululũ olei in lecytho.3.Reg.17. Oleum enim ſignat delicias corporales. Item iſti dolent,& rugiunt paululum pectoralium nequitiarum. Iob. 10. Dimitte me,vt plangam paululum dolorem meum &c. Item iſti probant,& ſentiunt paululum mundialiũ triſtitiarum,quia ſcilicet illa,quæ patiuntur,& ſuſtinent in hoc mundo.debent paululum reputari ſcilicet reſpectu gloriæ futuræ. Vnde de pœna,quæ fuit Iob inflicta,dicitur Iob.1.Extende paululum manum tuam,& tange cuncta,quæ poſſidet, niſi in facie benedixerit tibi. Iſtud eſt ergo vnum paululum,quod ſpectat ad iuſtos.¶Secũdò dico,quòd eſt vnum paululũ, quod B ſpectat ad ſtultos,hoc eſt ad fatuos peccatores mundanos. Iſti .n.habent de omnibus paululum,& nihil ad plenum. Vnde nota,ꝙ in mundo eſt Paululum

Sapientiæ.
Eloquentiæ.
Opulentiæ.
Patientiæ.
Diligentiæ.

Paululum dico ſapientiæ. Et iſtud eſt illud paululum mellis, quod guſtauit Ionathas, & illuminati ſunt oculi eius. Veruntamen propter huiuſmodi guſtum populus domini fuit victus, & ſuperatus ab hoſtibus. Vnde & Saul pater eius,ſicut dicitur. 1. Reg. 14. ipſum voluit occidere. Quia reuera quando modicum ſeu paululum ſapientiæ mundanæ,quod hic reperitur,guſtatur indebitè, oculique intellectus plus debito illuminantur, populus domini.i. populus ſenſuum,& affectuum a facie hoſtium ſpiritualium corruit,& ſuccumbit, & ſic pater noſter deus per mortem æternã nos,niſi pœniteamus,occidit. Item mundo inuenitur paululum eloquentiæ ſcilicet rectæ,& iuſtæ,licet ibi ſit ſatis eloquentiæ fatuæ,& proteruę. Iob.22. En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo,quod lagunculas nouas dirumpit, loquar & reſpirabo paululum. Item ibi inuenitur paululum opulentiæ. Tota enim proſperitas mundi non eſt niſi vnum paululum, licet fatui reputent quid magnum. Et iſtud figuratur Iudicum. 4.vbi Syzara petijt paululum aquæ,ſed inuento vtre lactis tantum bibit, quod obdormiuit, & dormiens occiſus fuit. Sic verè ſæpe fit, quòd dum homo victus tentationibus,& auaritiæ inflammationibus in domo Iael.ideſt in mundo iſto paululum mundanæ proſperitatis appetit,vtrem lactis. ideſt exceſſiuam dulcedinem ibi inuenit,qua de cauſa in vitijs obdormiẽs mortem ęternam incurrit. Item ibi inuenitur paululum patientiæ ſeu clementiæ. Et iſtud figuratur.3.Reg.12.vbi Hieroboam,& omnis multitudo Iſrael locuti ſunt ad Roboam,dicẽtes. Pater tuus duriſſimum iugum impoſuit nobis, tu itaq, nũc minue paululum de imperio, ideſt de iugo & ſeruitute patris tui,quo ſcilicet nos preſſerat ſupra modum. quod quia non fecit,immo arroganter,& impatienter reſpondit, idcirco perdidit regnum ſuum pro maiori parte. Item ibi eſt paululum vigilantiæ ſeu diligentiæ. Vnde homini pigro dicitur Prouer.6.Vſquequo piger dormis? quando conſurges de ſomno tuo? paululum dormies,paululum dormitabis,paululum conſeres manus tuas. Sic igitur patet quomodo paululum in bono ſumitur & in malo &c.

Paulus. Cum Paulus qui interpretatur os tubę,ſeu os eorum,ſeu electum mirabile, aut electionis miraculum,fuerit apoſtolus Ieſu Chriſti, poſſumus dicere, ꝙ per Paulum poteſt intelligi quilibet vir perfectus. Siue igitur loquamur de beato Paulo realiter, & literaliter,ſiue etiam de quocũque ſancto ſub nomine Pauli figuraliter,aut moraliter, poſſumus notare,ꝙ nos inuenimus ſcilicet & Paulum A

Per Chriſtum electum.
A deo correctum.
Ad terram deiectum.
De terris erectum.
Orando ſubiectum.
Legatum effectum.
Loquendo perfectum.
Conſtanter obiectum.
Prudenter contectum.
In vincula coniectum.
Tormentis affectum.
Iudæis ſuſpectum.
A deo protectum.
Ad cœlos euectum.

¶Dicamus igitur ꝙ nos inuenimus paulum cœlitus electũ. Conſtat enim,quòd iſte electus,& prędeſtinatus fuerat ab ęterno. Et iõ loco, & tempore competẽti a domino eſt vocatus.& certè quamuis iſte Chriſti fidẽ impugnãdo,ſanctos dei perſequendo,& de martyrum ſanguine gratulãdo,multipliciter erraret,certum tamen eſt,quod

bene

bene credebat facere, & ex zelo legis dominicæ alios iuſtè, & debitè impugnare. Illum igitur Chriſtus meritò debuit eligere,& errori ipſius indulgere.exemplo.ſ. illorum, qui rudem mineram auri in littore eligunt,quæ quamuis in principio nihil valeat,aut appareat,tamen per decoctionem in aurum purum conuertunt. ſic fuit de iſto. Erat enim in principio ſicut quædã groſſa,rudis,& imperfecta maſſa.deus tamen, qui ſciebat,quid intus latebat,ipſum elegit, & in aurum puriſſimum. i.in virum perfectiſſimum cõuertit.vnde de Paulo dicit dominus Act.9. Vas electionis eſt mihi iſte,vt portet nomen meum coram regibus &c.vide ſupra de electione. Vide ergo Paulum cœlitus electum.Item vide Paulum penitus correctum. Sicut enim poſt electionem herbarum, & ſpecierum medicus ſolet ipſas terere,& purum ab impuro diuidere, & ſic medicinã vtilem præparare,ſic deus iſtum primum elegit ipſumque tandẽ per tribulationem percuſſit, & per compunctionem contriuit & ſic ipſum correxit,& emendauit,& in virum perfectum, & medicinalem conuertit.quod ſatis apparuit vbi ſupra,quando ſplendore diuino fuit territus,ad terram proſtratus,lumine priuatus,& rurſum terrore ſolutus,& ſic conuerſus extitit,& correctus,dicens ſcilicet vbi ſupra. Domine quid me vis facere? q.d.correctus ſum,conuerſus ſum,& paratus ſum in omnibus obedire.Vnde de Paulo correcto, & conuerſo dicitur Act. 16. Paulus conuerſus dixit ſpũi &c. Item vide Paulum ad terram deiectum.Conſtat enim ſicut ſcribitur Act.9.quod beatus Paulus viſo Chriſto,& audita cœleſti voce ad terram cecidit,& viſu priuatus territus extitit ſupra modum. In quo notatur, ꝙ illi,qui ad deum volunt conuerti,ad terram,qui eſt locus infe-

B rior,ideſt ad ſtatum humilitatis,vel etiam ad terreitatis memoriam debent deijci & proſterni,lumine mundanæ ſapiẽtię priuari,& ſic conuerti poterunt,& ſanari, ſurſum verſus cœlum per affectionem,erigi oratores,& prædicatores, & aliorum legati & apoſtoli ordinari. Quære inquit Saulũ,ecce enim orat. Vnde ipſe eſt,qui dicit de ſeipſo Roma.1. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti,vocatus apoſtolus, ſegregatus in euangelium. Igitur vide Paulum ad terram deiectum, orando ſubiectum, legatum effectum. Item vide Paulum loquendo perfectum.Quod patuit diſputando contra Iudæos & Gentiles quando ingreſſus ſynagogas,ipſe aſſerebat,quoniam hic eſt Chriſtus,& conualeſcebat,& cõfundebat Iudæos.Act.9 Item vide Paulum conſtanter obiectum,nullum enim timebat,ſed pro fide,& veritate ſe omnibus opponebat. Act.23. Coſtans eſto Paule, quia & Romę te oportet euangelizare. Vnde quomodo Athenis conſtanter ſe habuit,patet Act.17.vbi dicitur,quòd ſtans Paulus in medio Areopagi ait &c. Item vide Paulum prudenter contectum Prudenter enim ſe excuſauit,quando principẽ legis maledixit,quãdo dixit ſibi. Percutiet te deus paries dealbate, quia ſcilicet Paulus ſtatim ſubiunxit. Neſciebam fratres,quia ſummus ſacerdos eſſet &c. Item vide Paulum in vincula coniectum,pro Chriſto enim ſuſtinuit ſæpiſſime & vincula,& carceres.Vnde Actuum.21.dicitur,quòd ille propheta Agabus accepit zonam Pauli,& ligauit ſibi pedes, dicens. Virum cuius eſt zona hæc,ſic alligabunt in Hieruſalem.Et Act.23.Vinctus Paulus rogauit me &c.Item vide Paulum tormentis affectum. Vnde ipſe dixit.2.Corinth.11.Ter virgis ceſus ſum, ſemel lapidatus ſum &c.Et Act.14.Lapidantes Paulum traxerunt extra ciuitatem &c.Item vide Paulum Iudęis ſuſpectum. hi enim magno timore propter illius & conuerſionem, & prædicationem ſollicitati,ne regno pariter,& ſacerdotio priuarentur,inſurrexerunt vno animo in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal Gallionis proconſulis diceutes, ꝙ contra legem perſuaderet hominibus colere deum.Act.18.Sed ſtulta gẽtis obſtinatæ prudentia,ſicut quod futurum foret præuidit, ita ne fieret, impedire,& præuenire nequiuit Item vide Paulum à deo protectũ, quia ſcilicet Chriſtus ipſum in omnibus protegebat,ipſum cõſolabatur,& confortabatur.Act.27.Ne timeas Paule,quia Cæſari aſſiſtere te oportet.Et ſic vltimo vide Paulum ad cęlos euectum,ſcilicet in morte,quando ſcilicet Dionyſius vidit eũ poſt mortem indutum veſte luminis vnà cum Petro ingredientem vrbem, ſicut ipſemet teſtificatur in epiſtola ſua ad Timotheũ. Et hæc de Paulo ſufficiant,quia multum poteſt materia dilatari,& ſecundum diuerſitatem materiarum Paulus ſummopere commendari &c.

A Pax.

Nota, quòd cum pax nihil aliud ſit ſecundum Caſſio. ſuper pſa.quam concordantium in bono tranquillitas animi ordinata,poſſumus notare,quod pax in quantum eſt virtus ſemper ſignat in bono.Pax enim malorum non eſt propriè pax.Iſta enim teſte eodem Caſſio.ſemper cum conſcientia litigat,& cum hoſtem non habeat,ſecum certat. Primò igitur de pace bonorum, & tandem de pace malorum aliquid eſt dicendum.Notemus ergo, ꝙ in ſcriptura inuenitur

	Interior	Prima		perfectorum.
Pax.	Exterior	Secunda	eſt pax hoĩm	amicorum.
	Superior.	Tertia		beatorum.

¶Pax prima facit animorum tranquillitatem. Iſta enim eſt pax conſcientiæ, de qua dicit Auguſt. quòd pax eſt ſerenitas mentis,tranquillitas animi, ſimplicitas cordis &c. Vide eam infra.Iſta autem eſt illa pax, quam Chriſtus in teſtamento ſuis diſcipulis dereliquit,dicens Ioan 14. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. ¶Pax ſecunda tollit litium diuerſitatẽ. Iſta eſt enim pax exterioris amicitiæ,& cõcordiæ,& de hac dicitur.3.Reg.5.quod pax erat inter Hyram,& Salomonẽ. ¶Pax tertia confert æternam iucunditatem. Iſta eſt enim pax ſupernæ affluentiæ,& lætitiæ, qua.ſ.beati perpetuo fruuntur, de qua Ioan.16.In mundo preſſuram habebitis,in me autem pacem. Dicamus ergo quod quocunque modo pax accipitur, Pax eſt virtus

Valde vtilis,& fructuoſa:
Valde amabilis,& amoroſa:
Valde delectabilis,& gratioſa.

¶Sicut enim videmus, ꝙ ſicut ipſa naturalia ſine pace non conſiſtunt,quinimo pace deficiente ſolent deficere,& corrumpi,ſicut videmus, quòd quamdiu elemẽta ſunt in mixto inuicem pacificata,cõciliata,& adæquata, ipſum mixtũ ſolet perſeuerare, proportione autem hmõi ceſſante, & vno elemento in aliud præualente,mixtum deficit,& corrumpitur, & tota proportio diſſipat̃;ſicut de ligno putrido apparet,in quo virtus coniunctiua elementorum deficit,& ipſę partes ligni ab inuicem recedunt,& in puluerem deficiunt,atque cedunt; ſic verè nec aliquod mixtũ ſpirituale, ſcilicet nec ciuitas,nec collegium,nec ſocietas,nec cõmunitas poſſunt ſine pace conſiſtere,quinimmo ſi iſta defecerit,neceſſe eſt per lites,& odia vnum contra alium pugnare,& ſic totam communitatem, & concordiam eorum deficere,& perire.Teſte enim domino Luc.11.& Matt.12.Omne regnũ in ſe diuiſum deſolabitur, & omnis gẽs & populus,in quo pacis fœdus deficit, diſſipatur. Quod benè figuratur Apoc.6.vbi dicitur, quod datum eſt ſedenti in equo rufo,vt ſumeret pacem de terra, & vt homines ſe inuicem interficiant, datus eſt illi gladius magnus. Et ideo ad pacem habendam,& amandam monet ſcriptura Zach.8. Veritatem,& pacem diligite.vbi oſtenditur,quòd habendo pacem poteſt acquiri ſcilicet Scientiæ certitudo.Veritatem, Conſcientiæ quietudo. Pacem. Amicitiæ plenitudo. Diligite. Et. 2. Corint.13. dicitur.pacem habete, & deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum.¶In quibus verbis aduerte,quòd pax debet ſeruari,& ha- B
beri propter quatuor,videlicit Propter mandatum, quod præcipitur,Pacem habete. Propter exemplum, quod oſtenditur, deus pacis. Propter amorem,qui perficitur,dilectionis. Propter hoſpitem;qui recipitur,erit vobiſcum.Per pacis enim obſeruantiam nos exequimur mandatum grandis auctoritatis. Pacem habete.Imitamur exemplũ grandis vtilitatis, quia ſcilicit ipſe deus dicitur deus pacis.Seruamus coniugium iniunctæ charitatis,dilectionis inquit. Paramus hoſpitium immenſæ deitatis,Erit vobiſcum.¶Dico ergo primò,quòd pax eſt ſeruanda;quia ad hoc imperialiter ſeu ſupernaliter aſtringimur. Pacem inquit habete.Sicut enim diſcipuli debent ſeruare mãdatum doctoris,pupilli mandatum tutoris, filij mandatum genitoris,hæredes mandatum teſtatoris, milites mandatum imperatoris,ſic Chriſtiani, & fideles debent ſeruare mandatum Euangelici legiſtatoris & doctrinam, & imperium ſaluatoris. Cum ergo iſte præcipiat pacem habendam,dico, quòd ipſam debemus habere ſine ruptura cuiuſlibet odij,vel litigij, & implere iugiter, & tenere. Pacem inquit habete. Mar.9.Habete in vobis ſal,& pacem habete inter vos. Et bene dicit ſal, quia verè ſicut ſal in aqua poſitum clamorem non facit, nec ſtridorem,immo cum aqua ſe incorporat,& ei intimè ſe coniungit, in igne autem poſitũ ſolet ſtrepere,& exinde ſubito reſilire, ſic homo pacificus,& modeſtus quando aquę.i.alicui ſocietati,& communitati adiungitur,vel miſcetur,quia aquæ multę populi ſunt multi.Apoc.17.nõ ſolet per litigia crepitare, nec ab eis per diſcordiam reſilire, ſed magis ipſis pacificè ſe vnire, & ſe in omnibus cõformare.Habete in vobis ſal ſcilicet ad ſimilitudinem ſalis vos alijs pacificè conformando, & pacem habete

inter vos simul conuersando. Roma. 12. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Ab igne autem. i. a malis, & igneis peccatoribus debet refugere, & eorũ amicitiam, pacem, & consortium abhorrere, dicens illud Hier. 16. Abstuli pacem meam à populo isto. Istud tamen est contra multos similes sali Siciliæ, est enim in Sicilia quoddam genus salis, quod in aqua non dissoluitur, nec liquescit, sed magis in aquam positum ibidem strepit, crepitat, & exinde resilit, atque saltat. Quod mirum est. In igne verò positũ dissoluitur, & quasi igni amicum aliquem strepitum non emittens ibidem penitus eliquitur. Sic verè multi sunt hodie pacis inimici, qui positi in aqua, idest in societate benigna, & bona, non cessant crepitare, & lites, & discordiam generare. Quia sicut dicitur Esaię. 57. Nõ est pax impijs. dicit dominus. Quia sicut ibidem dicitur, Impij sicut mare feruens, quod quiescere non valet. Nam sicut dicitur Ecclesiastici. 28. Vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Tales enim vidẽtur dicere illud Mar. 10. Nõ veni pacem mittere, sed gladium. Si verò tales ignibus, idest malis hominibus corrosiuis, detractoribus, inflammatoribus, luxuriosis, vel raptoribus adiunguntur, cum istis pacem ineunt, & faciunt, nec ab ipsis resiliũt, aut recedunt, ita quòd tales possunt dicere illud psal. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus. Quia proculdubio multi sunt, qui cum bonis, & pacificis non possunt pacificè viuere, cũ malis verò, & impijs solent pacificè remanere. Non sic, sed pacem habete, s. cum bonis, non cum malis. Quia sicut dicit Isido. lib. 3. de summo bono, Sicut bonorum concordia, sic malorum discordia est amãda. Ideo præcipitur Ephesio. 4. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis; ad hoc satis videtur facere, ꝙ dominus post resurrectionem suam dicitur pacem discipulis iniunxisse, dicens Io. 20. tribus vicibus. pax vobis. Ad denotandum, ꝙ deus nobis imperat triplicem pacem, s.

	In corde		Cum deo.	Cum superiorib.
Pacẽ	In ore.	Pacẽ	Cũ pximo.	Pacẽ Cum iunioribus.
	In opere.		Cum seipso.	Cum paribus.

Pacem ergo habe Iob. 22. Acquiesce ergo ei, & habe pacem & per hanc habebis fructus optimos. Vnde, si vis, nota, quòd in isto vocabulo pax, vobis ostenditur, quod pax vobis efficit tria bona, videlicet Interiorem tranquillitatem. Pax. Vberiorẽ vtilitatem Vobis, i. ad vtilitatem vestram. Exteriorem concorditatem, cum dr̃. Pax vobis. Est. n. pax cordis, & conscientiæ quietatiua. Pax. Fructus, & opulentię procuratiua. Vobis. Nexus, & amicitiæ reparatiua. Ex hoc ostenditur cum dr̃. Pax vobis. Superius, si vis, potes videre prosecutionem. s. qũo pax signat animi tranquillitatem. ¶ Item det vobis, quod significet vtilitatem, eo. s. ꝙ est datiui casus, & pluralis numeri, patet, ꝙ per pacẽ plura bona nobis dantur. Et hic nota si vis vtilitatem quæ per pacem nobis datur. Et ideo orat apostolus. 2. Thessa. 3. Deus pacis det vobis pacem. Pax ergo vobis. Vnde præcipit ipse dominus Matthei. 10. In quamcunque domum intraueritis, primum dicite. Pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super eum pax vestra. Est igitur pax habenda, quia ad hoc singulariter
C astringimur. ¶ Secundò est tenenda, quia ad hoc exemplariter inducimur. Et istud exemplum ostenditur, cũ dicitur. Deus pacis. q. d. ipsemet deus nobis dans pacis exemplum, pacem tenuit, & seruauit. Quia sicut dicitur Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.

Ipse enim pacem tenuit,
Pacem docuit;
Pacem præbuit.
Pacem habuit.

Et ideo benè dici debuit Deus pacis. Pacem dico tenuit. Baruch. 5. Nominabitur nomen tuum, pax iustitiæ. Item pacem docuit. psal. Loquetur pacem in plebem suam, Zach. 9. Loquetur pacem gentibus Item pacem præbuit Ioan. 14. Pacem meam do vobis. Item pacem habuit. 3. Reg. 4. Habebat pacem ex omni parte, exemplo igitur dei pacem debemus habere, & ipsam cum diligentia obseruare. Superiora enim sunt exempla, & regulæ inferiorum. Et ideo sicut videmus cœlum, & sidera pacem inter se habere, vnumquodque locum suum pacificè tenere, & alterum alteri non nocere (quia sicut dicitur Iob. 25. Deus facit concordiam in sublimibus suis. Ipse est deus, qui cum angelis, & sânctis suis pace perpetua perfruitur, & æterna concordia iucundatur, quia scilicet sicut dicitur Roma. 14. Non est regnum dei esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudiũ,) sic & nos pro modo nostro debemus pacem seruare, & eã non offendere nec turbare. Deus inquit pacis. 1. Thessal. 5. deus pacis sanctificet vos. Et aduerte, quòd deus propriè dicitur deus pacis; quia pro certo sine deo nulla pax est perfecta. Deus. n. est sicut lapis angularis, qui duos parietes simul iungit, & sicut clauus testudinis, qui omnes lapides ædificij in vnum colligit, & constringit. & sicut cementum parietis, quod lapides aggregat, & ponit. Et breuiter sine deo nulla est pax firma, vel secura, nulla cõcordia stabilis, atque firma, & ideo mali, qui deum pacis secũ non hñt, pacem veram, & solidam non obseruant, quia iste solus est, qui illuminat his qui in tenebris sedẽt ad dirigẽdos pedes eorum in viam pacis. Vide rogo te inter malos ecclesiasticos, si pacem habent, certè non, quia tanta ambitione sunt pleni, quod nullus loco suo proprio est cõtentus. Et ideo sicut ponitur in libro Ouidij Methamorphoseos. 1. elementa antequã essent distincta, & locata, solebãt inuicẽ pugnare, & dura mollibus, & grauia leuibus contraire, & hoc, quia omnia erant cõfusa. Nam leuia erant deorsum, grauia sursum &c. Sic verè hodie est, quia omnia videntur esse turbida, & confusa. Nam quia graues, & ponderosi, idest peccatores sursum hodie in dignitatibus collocãtur, leues vero, & subtiles, & clerici, & personæ nobiles inferius situantur, & in pauperie, & miseria deprimuntur, ideo nõ est ibi hodie pax, quinimo & dura mollibus, & grauia leuibus, idest deteriores melioribus obuiant, & repellant; sic totã ecclesiam destruunt, atque turbant. Hier. 12. Non est pax vniuersæ carni, dicit dominus. Vide etiam de malis sęcularibus si habent pacem, certè non, quia pro certò quamuis exterius videntur pacem, & prosperitatem habere, ipsi tamen interius magnas guerras se sentiunt sustinere. Pugnant. n. in ipsis diuersæ affectiones, quia scilicet

Prodigalitas vult expendere, vt honoretur.
Parcitas vult tenere, vt ditetur.
Luxuria vult quiescere, vt delectetur.
Auaritia vult laborare, vt satietur.
Negligentia vult dormire, ne fatigetur.
Iracundia vult vigilare, vt vindicetur.
Superbia vult ascendere, vt dominetur.
Inuidia vult descendere, vt contristetur.
Gastrimargia vult deuorare, vt repleatur,
Hypocrisis vult ieiunare, ne contemnatur.

Ecce ergo quot pugnæ sunt in eis. Et breuiter bene dicitur in psal. Viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum. Mali enim prophetæ reprehenduntur Hiere. 6. & 8. & Eze. 13. quia dicebant pax pax, & non erat pax. quia verè tales quamuis exterius pacem habere videantur, intus tamen multas discordias patiuntur. Et notum est, quia isti secum non habent deum pacis, sicut dicitur Ephe. 2. Veniens euangelizauit pacem his, qui longe fuerunt, & pacem his, qui propè. Iste est enim adamas lapis reconciliationis, quia scilicet si iste per gratiam præsens fuerit, pacem in nobis, & inter nos, & inter se, & nos reconciliabit, & concordabit. Zacha. 6. Consilium pacis erit inter duos illos. Si vero istum lapidem per peccatum perdiderimus, statim & nobiscum, & cum proximis, & cum deo pacem, & concordiam amittemus, quia sicut dicitur. 2. Mach. 4. Sine regali prouidentia impossibile est pacem dare negocijs. Habeamus igitur pacem, quia ad hoc exemplariter inducimur, quia. s. ipse deus, qui est deus pacis nobis datur in exemplum. ¶ Tertiò est habenda pax dilectionis, quia per hoc D
cordialiter coniungimur. Homines enim, qui pacem inter se non habent, vix, aut nunquam possunt se diligere. Illi autem, qui inuicem pacem habent, solent faciliter se amare. Pax enim mater est amoris. Quia etiam sicut videmus, in naturalibus illa, quæ nullam inter se habent repugnãtiam naturalem, inter se habent amicitiæ connexionem, immo sunt paris, & similis conditionis, sicut est aqua, & aquæ sunt vt communiter facilis coniunctionis. Et econuerso illa, quæ sibi in natura contrariantur, sicut est ignis, & aqua, nunquam simul intrinsecè coniunguntur. Sic verè inter homines illi, qui non habent inter se contrarietatem alicuius discordiæ, sed magis conformitatem pacis, & modestiæ, solent esse facilis coniunctionis, id est facilis dilectionis, & amicitiæ. Illi verò, qui per odium, inuidiam, & discordiam sibijnuicem contrariantur, nunquam per verum amorem vt communiter copulantur. Pax enim amorẽ generat, sicut litigium ipsum fugat. Dilectionis inquit, Psal. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scãdalum. Et Gal. 5. dicitur, quòd fructus spiritus est charitas, gaudiũ, pax, patientia &c. Istæ enim sunt quatuor sorores filiæ spiritussancti, videlicet

Charitas.

Charitas, quæ fuit quieta & amorosa.
Gaudium, quod fuit letum, & iocosum.
Pax, quę fuit valde gratiosa.
Patientia, quæ fuit valde humilis, & obsequiosa.

¶ Prima feruenter amauit. Secunda libēter cantauit. Tertia decenter se ornauit. Quarta verò humiliter ministrauit. Charitas feruenter amat per veram dilectionem. Gaudium cantat per gratiarum actionem. Pax se omnibus amicabilem præstat per suæ serenitatis ostensionem. Patientia vero omnibus obsequitur, & ministrat per humilem obedientiam, & subiectionē. Et breuiter pax est vna domicilla, quæ semper vult cum amore viuere, cum gaudio vult manere, & cum patientia habitare. Et ideo Augu. lib. de verbis domini cap. 58. pulcherrimè loquens de pace dicit, quòd pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, cōsortium charitatis. Hęc simulationes tollit, iras comprimit, bella compescit, superbos calcat; humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat. Et cætera multa pulchra, quæ ibi de pace dicuntur, sed vide eam supra. Patet ergo, quomodo pax est habēda, quia
E per hanc cordialiter copulamur. ¶ Quartò dico, ꝙ ista est habenda, quia per hanc spiritualiter visitamur. Erit inquit. vobiscum. quia scilicet deus viros pacificos visitat, & cum eis spiritualiter habitat, & eorum consortiū diligit, & frequentat. Quando enim apes inuicem strepitūs, & clamorem, & discordiam faciunt signum est, ꝙ rex vult alueare dimittere, & ad locum alium se transferre. Sic verè rex noster deus alueare cordis, & societatis dimittit, vbi lites, & discordias esse sentit. Iste enim locum pacificum solet diligere, & cum viris pacificis per gratiā habitare. Factus est enim in pace locus eius, & habitatio eius in syon. Ibi confregit potentias. arcum, scutum, gladium, & bellum, Erit inquit vobiscum. Eze. 34. Faciam cum eis pactum pacis, dicit dominus. Deus est enim delicatus dominus, quia in loco pacifico vult dormire, dicēs illud psal. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Pacem igitur in nobis habeamus, vt tantum apud nòs hospitem teneamus. Ista est enim vna virtus & vna domicilla valens, quæ ipsum in domo nostra solet optimè retinere. Ista est enim

Pulchra, & gratiosa;
Diligens, & amorosa,
Abundans, & copiosa,
Fortis, & virtuosa;
Sapiens, & studiosa;
Læta, & gaudiosa;
Clara videns, & luminosa;
Omnibus placens, & speciosa;
Omnia concordans, & omnib. obsequiosa.

Dico ergo, ꝙ ista est pulchra & gratiosa. Esaiæ. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Itē diligēs & amorosa. psal. Iustitia & pax osculatæ sūt. Item abundans & copiosa. psal. Orietur in dieb. eius iustitia, & abundantia pacis. Item fortis, & virtuosa. psal. Fiat pax in virtute tua. Item sapiens, & studiosa. Philip. 4. Pax dei exuperat omnem sensum. Item læta, & gaudiosa. Col. 3. Pax Christi exultet in cordibus vestris. Item clara, & luminosa. Baruch. 3. Disce vbi sit lumen oculorum, & pax. Item placens, & speciosa. Hester. 13. Optata omnibus mortalibus pace fruamur. Item concors, & fructuosa. Ioan. 20. Stetit Iesus in medio, & dixit. pax vobis. q. d. pax est illa, quæ concordat, & mediat inter gentes. Ista ergo domicella, quæ tot habet bonas conditiones, deum pacis amicum suum nobiscum retinebit, & ipsum perseuerare nobiscum necessariò coarctabit. Erit inquit vobiscum. Et sic quilibet nostrum poterit dicere illud Mal. 2. In pace & æquitate ambulauit mecum. Et sic patet quomodo pax est habenda & seruanda, quia scilicet per istam vt visum est. s.

A deo specialiter visitamur:
Inter nos cordialiter copulamur:
Domino exemplariter conformamur:
Mandata efficaciter exequimur.

Benè ergo dictum est pacem habete, & deus pacis, & dilectionis erit vobiscum. Et 2. Thes. 3. Deus pacis det vobis pacem. Amen. ¶ De mala vero pace possemus notare secundum Hug. lib. de anim. lib. 3. cap. 9. ꝙ est triplex mala & imperfecta pax, videlicet pax

Aestimata; Aestimant pacem stulti seculares.
Simulata; Simulant pacem falsi regulares.
Imperata. Imperant pacem impii pastores.

Igitur ista pax æstimatur à nescientibus. Simulatur à non habentibus. Imperatur à non tenentibus. Ista sunt verba Hug. vbi supra, dicamus ergò, quòd est quædam pax, quæ est æstimata; & ista est pax impiorum, s. fortuna, & prosperitas malignorū. Isti enim non sunt in pace veraciter, sed æstimatiuè. Aestimāt enim se esse in pace, quamuis veraciter sint in guerra. Guerrā, enim eis mouet interius synderesis & conscientia, exterius labor, & auaritia, posterius timor mortis & violētia. De guerra interiori dicitur in psalmis. Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. De exteriori dicitur Hier. 6. Sanabant contritionem populi mei, dicentes. pax, pax: & non erat pax. Quia pro certo tales dicunt pax pax, in quantum credunt in temporalibus esse pacem, & tamen in veritate non est pax, quia nulla est tanta in mundo prosperitas, quin magis ibi sit de iurgio, quàm de pace. Esa. 38. Ecce in pace amaritudo &c. De guerra vero posteriori scilicet de morte dicitur. 1. Thessa. 5. Cum dixerint pax, & securitas, repentinus eis superuenit interitus. Et. 3. Regum. 2. Non deduces canos eius pacificè ad inferos. Ista est ergo pax æstimata, de qua videbatur loqui ille rex Esa. 31. qui dicebat. Tantum sit pax in diebus meis. ¶ Denique dico, ꝙ est pax simulata, quia verè multi sunt, qui fingunt se esse pacificos, & modestos, qui tamen sunt discordes, contrarij, & rebelles. Et isti proculdubio sunt

Hypocritæ, & deceptores;
Falsi homines, & proditores;
Ambitiosi, & simulatores;
Falsi amici, & adulatores.

De hypocritis patet, quia pro certo isti simulant se esse pacificos, cum sint nequissimi. vnde in psal. Mihi quidem pacificè loquebantur, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant. De proditoribus patet, quia pro certo isti fingunt se esse pacificos, vt melius possint nocumentum inferre similes vulpi, quæ fingit se mortuam, vt possit auiculas deuorare. Exemplo illius, de quo dicitur. 1. Macha. 7. quòd locutus fuit Iudæis verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & postea irruit super illos. De ambitiosis verò patet, quia pro certo isti fingunt se esse pacificos, & benignos, vt ad prælaturam, vel beneficium assumantur, cum vero introducti fuerint, & ingressi, rumpere pacis fœdera non verentur. Istis dicitur. 1. Reg. 16. Pacificus ne est ingressus tuus? & quamuis ipsi respondeant pacificus, quia scilicet isti sunt pacifici in ingressibus, finaliter tamen fiunt non pacifici, sed magis dyscoli, & iniqui. Micheæ. 3. Prædicant pacem, & non erit. De falsis verò amicis dicitur in psal. Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, magnificauit super me supplantationem. Ista est ergo pax simulata. ¶ Denique dico, quòd est pax imperata, & ista est pax, qnam principes, & magnates imperant subditis suis: uolūt enim, quòd rebellent contra eos, sed quòd pacificè portent tyrannides, quas imponunt. Ista est pax violenta, de qua. 1. Mach. 12. Proiecerunt arma sua, & fecerunt pacem. isti enim volunt, quod subditi erga eos pacem habeant, tamen ad subditos pacem non seruant. Ita, ꝙ subditi possunt dicere illud Hiere. 8. Expectauimus pacem, & non est. Et quilibet pauper potest dicere illud ps. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus, dū loquebar illis, impugnabāt me gratis. Est igitur, vt dictū est, pax æstimata, pax simulata, pax imperata. Et hæc de pace sufficiant.

Peccatum.

PEccatum. Cum peccatum nihil aliud sit, quam auersio à bono incommutabili, & conuersio ad bonum commutabile, notare possumus de peccato; quòd peccatum propriè loquendo non dicit mihi nisi carentiam virtutum debitarum inesse. & sic peccatum ponit priuatiuè, & non positiuè. & sic loquitur Augu. dicens super illud verbum Ioan. 1. Sine ipso factum est nihil. quòd peccatum est nihil, & nihil fiunt homines cum peccant, quia breuiter peccatum nihil est, nisi spiritualis vitæ defectus & priuatio gratiæ & virtutum. Sicut enim dicunt Ido. & Lucanus. Percussus à serpente primo frigiditate veneni quasi insensibilis effectus obstupescit, deinde veneno paulatim calescente per venas vsque ad cor rapitur, & sic vita recedēte mors sequitur. Sic verè charissimi, cum serpens venenosus diabolus caro, vel mundus hominem momorderit per immissionem cogitationis, quandoq; statim fit insensibilis, & stupidus per defectum non adhibitæ debitæ circunspectionis, & tunc venenū sic immissum incipit per delectationes incalescere, & per venas, idest interiores affectiones calescere, vsque ad cor per consensum ascendere, & ita vitam gratiæ solet expellere, & mortem mortalis peccati in anima generare. anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. Eze. 8. Quia sicut dicitur Iaco. j. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum verò, cum consummatum fuerit, generat mortem. Est igitur aduertēdum A

quòd

quòd peccatum est cauendum per discretionem. Est contemnendum per contritionem. Est eijciendum per confessionem. Est puniendum per pœnitentiæ satisfactionem. Et ad hæc monet Ecclesiasticus. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatum. Et aduerte hic, quòd peccatum est fugiendum, & dimittẽdum propter tria, scilicet quia

Tentationis offert blandimenta,
Discretionis aufert monimenta,
Inuasionis infert nocumenta.

¶Peccatum. n. offert fraudulẽtam tẽtationẽ, ideo dicitur habere faciem. A facie inquit. Aufert luculentam discretionem, ideo dicitur coluber. i. colens vmbrã. Infert violentam inuasionem. ideo dicitur fuge. ¶Primò ergo dico, quòd

B peccatum est dimittendum, quia offert blandimentum dulcis tentationis, quod ostenditur, cum supponitur habere faciẽ. A facie inquit. qnia. n. per faciem, quæ est prima pars hominis, homo homini apparet, alloquitur, & blanditur. quia. s. facies est inter cæteras partes hominis magis grata, cum ibi vigeant, & appareant omnes sensus, sic quia per tentationem, suggestionem, & delectationem, quæ primæ partes sunt peccati, quæ et in peccato primo occurrunt, diabolus, & peccatum nobis blãdiuntur, attrahunt, alliciunt, & alloquũtur, benè dicò, ꝙ per faciem peccati prima tentatio designatur. A facie inquit. Sicut. n. scorpio facie labit, & cauda pungit, sic peccatum in principio per tentationem allicit, & vltimò per mortem æternam efficit. Ideo dicebat Dauid in psal. Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Et verè homini non est pax ab ista facie, quia. s. tentatio, & declaratio, & suggestio peccati continuè mouent guerram. In omni. n. opere nostro semper arridet nobis facies ista, quia. s. in omni opere, vt communiter, semper inuenitur aliqua tentatio, vel aliqua delectatio peccati, quia etiã in ipsis bonis operibus tentatio inanis gloriæ se nobis faciliter offert. Et ideo sicut summè cauẽdum est à facie crudelium animalium, & ferarum, pro eo, quòd in ista facie sunt dentes, quibus animalia alia deuorantur, sic & tales facies peccati, s. delectatio timenda est, & vitanda. Quia proculdubio ibi latent dentes æternæ crudelitatis, qui finaliter hominem deuorant in inferno. Vnde etiam Eccle. 21. vbi loquitur de peccato, dicitur, ꝙ dẽtes eius dentes leonis interficientis animas hominum, quasi romphea bis acuta omnis iniquitas. A facie inquit. Et ideo de bonis dicitur Eccl. 21. ꝙ à facie gladiorum fugerunt, à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie grauis prælij. Vbi aduerte, quòd ista facies habet annexum splendorem allicientem, quia est facies gladij, qui. s. splendet, & scindit. Timorem concutientem, quia est facies arcus extenti, quia. s. est paratus ad percutendum. Laborem discutientem, quia scilicet ista est facies grauis prælij. Quia proculdubio charissimi ista facies peccati. s. tentatio est micans gladius delectabilis ad incutiendum. Est arcus extentus, formidabilis ad inuadendum. Est grauis conflictus, fatigabilis ad sustinendum. Patet igitur quomodo cauendum est peccatum, quia offert blandimentum dulcis tentationis, quod ostensum est, inquantum dicitur habere faciem. A facie inquit. Quia breuiter peccatum est sicut venenũ aspidum, quod primò facit dormire antequam occidat. Est etiam sicut ille vermis, qui dicitur bruprestis, qui sub velamine herbarum absconditur, vt a bobus comedatur, & tãdem toto iecore inflammato acumine veneni boues necessariò moriuntur. Quia breuiter peccatum semper sub velamento alicuius delectationis, vel sub specie alicuius boni se consueuit offerre, & tandem mortem spiritualem, & æternalem consueuit inferre Rom. 7. Peccatum per bonum operatum est mihi

C mortem, vt fiat supra modum peccans. ¶Secundò dico, quod peccatum vitandum est, quia pro certo aufert monimentũ claræ cognitionis. Et hoc ostenditur cum dicitur. Coluber. A facie inquit colubri Coluber enim dicitur quasi colens vmbras. Ad denotandum, ꝙ peccatum vmbram ignorãtiæ, & erroris solet comitari, & à luce veræ cognitionis solet nos facere elongari. Coluber enim est, quia vbicunque sit, semper colit, & habet vmbram, idest carentiam lucis cognitionis, scientiæ, & gratiæ. Omnis. n. qui malè agit, odit lucem, Ioann. 3. Peccatum enim vmbram ignorantiæ diligit, quia. s. nunquam vult videri, nec cognosci, quòd sit peccatum, immo semper vult credi esse bonum, vt possit in homine magis pacificè remanere. Et iò dicitur Prouer. 23. quòd vinum. i. peccatum animam inebriãs ingreditur blandè nouissimè, autem mordebit, vt coluber, & quasi regulus venena diffundet. Et aduerte, ꝙ peccatum dicitur coluber, quia via eius non cognoscitur propter subtilem subintrationem, quia faciliter collabitur. Et inde dicitur coluber propter blandiẽtem delectationẽ, quia acriter mordet, per cutit, & pungit per venenosam tentationem, quia grauiter inuenenat, & occidit per sempiternam damnationem. ¶Iste. n. coluber solet subtiliter subintrare. vix. n. homo potest cauere. Et ideo inter tria, quæ erant ignota Salomoni, ipse nominat Prou. 30. viam colubri super petram. ¶Item iste coluber solet blandissime delectari. Ideo sicut dictum est Prouer. 24. Ingreditur blande &c. Quia sicut dicitur Eccl. 25. Non est caput nequius super caput colubri. ¶Item solet per tentationem mordere. Eccl. 10. Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Solet per damnationem nocere. Et inde est, ꝙ coluber Moysis alios colubros deuorauit, & tandem in virgam conuersus fuit, sicut ponitur Exo. 4. Ad denotandum, ꝙ coluber. i. peccatum, colubros idest peccatores deuorat, & se eis in virgam æternæ damnationis, & verberum cõmutat. Gene. 49. c. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensus eius retro. Peccatum est ergo coluber vmbras colens, & vmbram, & obscuritatem diligens, & inducens. Peccatum. n. vult in vmbra. i. in occulto fieri, & in occulto nutriri, Et ideo solet obscuritatem ignorantiæ inducere, vt ad modum latronis, dum non cognoscitur, possit in mente securius habitare. Vide supra de colubro in titulo suo. Est. n. peccatum sicut nebula, quæ aerem conscientiæ obnubilat; sicut fumus, qui domum cordis denigrat, & obscurat; sicut nox, & sicut vmbra, quæ totum mũdum obtenebrat, & obfuscat. Quia pro certo vbi est peccati abundãtia, ibi est error, & ignorantia, & veræ, & discretæ cognitionis carentia. Oseæ. 13. Colligata est iniquitas Effraim, absconditũ est peccatum eius. Et benè absconditum, quia. s. sicut tenebræ ita tenent oculos, ꝙ nec alias res, nec ipsam tenebram possunt videre; sic peccatum ita obnubilat hominẽ, ꝙ nec ipsum peccatum suum videt, nec etiam aliquid aliud, quod pertineat ad salutem. Et sic breuiter dico, ꝙ peccatum vitandum est, quia aufert munimentum claræ cognitionis. Coluber inquit. ¶Ter-

D tiò dico, ꝙ præcauendum est, quia affert nocumentum duræ vexationis, seu inuasionis. Et hoc ostenditur cum dicitur. Fuge. Non oportet enim fugere nisi persequentem. Et puta dicitur. Fugere, videtur supponere, ꝙ peccatum nos sequitur, & inuadit. Et verè peccatum insequitur peccatores, quia ex quo peccatum per opus fuerit consummatum, & per consuetudinem iteratum, intantum solet peccantem persequi, ꝙ vix potest homo ab ipso amplius expediri. Simile syrenis marinis, & satiris siluestribus, quæ sunt monstra in mari, & in terra ad fœminarum similitudinem procreata, quibus non sufficit hominem capere, & semel cum eo habitare, quinimmo quando possunt hominem capere, compellunt eum iterum vsque ad mortem secum carnaliter habitare, alias solent eum deuorare. Pro certo charissimi tale monstrum videtur esse peccatum. Non. n. sufficit sibi, ꝙ hominem semel vel bis occupauerit, quinimmo quam diu viuit, eius copulam per sui iterationem appetit, & vsquequo mortem æternam ei inferat, ipsum semper sequitur, & inuadit, & ipsum in pace, quandiu vixerit, non dimittit. Fuge ergo Teste. n. Isidio. lib. 2. de summo bo. Cogitatio parit delectationem, delectatio consensum, consensus operationem, operatio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem. Vir enim istis vinculis implicatus, quasi cathena vitiorũ constrictus, necessariò trahitur ad infernum. Peccatum ergo persequitur, & ideo fugiendum. Fuge inquit peccatum. 1. Timoth. 6. Tu autem homo dei hæc fuge. Et aduerte hic, quòd fugiendum est peccatum propter multa. videlicet quia peccatum solet

Generare mentis leuitatem,
Indurare mentis voluntatem,
Captiuare mentis libertatem,
Pauperare mentis vbertatem,
Subiugare mentis dignitatem,
Occultare culpæ veritatem,
Denegare cœli voluptatem,
Procurare mortis grauitatem,
Aggrauare mentis agilitatem,
Obstinare cordis nobilitatem,
Frequentare casus necessitatem,
Dissipare morum fertilitatem.

Ista enim sunt duodecim mala, quæ nobis facit peccatum generaliter loquendo. Dico ergo, ꝙ per peccatum mentis leuitas generatur. Vnde Thre. 1. Peccatum peccauit hierusalem, propterea instabilis facta est. Item per peccatum mentis voluntas induratur. Vnde de Pharaone dicitur. Exo. 9. quòd videns, quod cessasset grando, pluuia, & tonitrua, auxit

auxit peccatum,& grauatum eſt cor eius, & induratum eſt nimis.& Hier.30.dicitur. Dura facta ſunt peccata tua. Item per peccatum mentis libertas captiuatur. vnde Roman. 7. Video aliam legem dominãtem in membris meis,repugnantem legi mentis meæ,& captiuum me tenentem in lege peccati. Item per peccatum mentis vbertas pauperatur.vnde Prouer.14.Iuſtitia eleuat gẽtem, miſeros facit peccatum populos. Item per peccatum mẽtis dignitas ſubiugatur.quia.ſ.peccatum facit hominem ſeruum.Ioan.8.Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.Item per peccatum culpę veritas denegatur,quia.ſ. peccatũ impedit ne homo cõfiteatur.vnde in pſalmus.Quæreretur peccatum illius,& non inuenietur.Item per peccatum cœli voluptas denegatur.Ezech.28. Peccaſti,& eieci de monte dei. Item per peccatum mortis grauitas procuratur, quia ſicut dicitur Rom.6.Stipẽdia peccati mors.Et Ezec.18.Anima quæ peccauerit,ipſa morietur.Item per peccatum mentis agilitas aggrauatur.vnde Heb.12.Deponentes omne põdus,& circunſtans nos peccatum.Item per peccatum ſpei iocunditas deſperatur, ſeu cordis nobilitas obſtinantur. vnde Prouer. 18. Impius cum in profundum peccatorum venerit,contemnet. Item per peccatum caſus neceſſitas frequentatur.vnum.n.peccatum facit cadere in aliud vnde.Eſa 30. Vę filij deſertores &c.Sequitur. Vt adderetis peccatum ſuper peccatum.Item per peccatum morum fertilitas diſſipatur ſeu pauperatur,quia ſicut dicitur Eccl.9.Qui in vno peccauit multa bona perdet.Ecce ergo quot mala facit peccatum poſſeſſoribus ſuis. Bene ergo dicebatur fuge peccatum,quia nunquam melius cauetur peccatum quam per fugam occaſionum.& de hoc vide ſupra de fugere.Et iſtam fugam bene innuit dominus Io.8.cũ dicit adulterę Vade,& amplius noli peccare.Vbi aduerte ꝙ Chriſtus fugę velocitatẽ præcipit exercere. Vade. Factam iniquitatem præcipit abhorrere. Amplius.q.d.nimis eſt quòd factum eſt.Caſus facilitatẽ præcepit cauere.Noli inquit peccare.Patet ergo chariſſimi ꝙ peccatum eſt præcauendum,quia vt oſtẽſum eſt & deductũ,per iſtud ſcilicet, Infertur magnum nocumẽtum magnæ vexationis.Aufertur munimentum clarę cognitionis. Offertur blandimentũ dulcis tentationis &c.& hæc de peccato ſufficiant.

A **Peccatores.** Cum de peccatoribus & in generali & in ſpeciali fiat ſuperius mentio quaſi in titulo infinitis;hoc ſolum ad præſens eſt notandum ꝙ peccatores & impi ſcilicet

A domino deſpiciuntur
A ſeculo recipiuntur
A paradiſo proijciuntur
Ab inferno ſuſcipiuntur.

¶Primo ergo dico ꝙ a dño deſpiciuntur.vñ.Eccl.12.Altiſſimus odio habet peccatores.Sicut enim natura in arboribus retrahit humorem ſuum in hyeme a partibus ſuperfluis.ſ.a folijs,& ipſa ſicut non neceſſaria a ſe eijcit & emittit,ſic deus humorẽ gratiæ ſuæ a ſuperfluis peccatoribus qui ſunt ſicut folium ante faciẽ venti,ſubtrahit,& eos tanquam illos de quibus parum curat,eijcit & contemnit,& in manu conſilij ſui proprij ipſos conſtituit & dimittit.pſalmus.Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorũ, ibunt in adinuentionibus ſuis.Iſti.n.ſunt ſicut filij aquilę degeneres.quos aquila deꝰ de nido ſui amoris eicit,& quicquid amplius faciant,non aduertit. Videtur.n.deus peccatores penitus reprobare,& de eorum nequitijs non curare,inquãtum ad præſens dimittit eos ſine caſtigatione aliqua pro libito diuagari. ¶Item iſti ſunt ſicut bordi ſeu baſtardi filij, quos in aliquibus terris p̃res omnia mala dimittunt facere,ſciunt.n. ꝙ hæreditatem non habent q̃ poſſint perdere.Iſti igitur vt dictum eſt a domino deſpiciuntur.Deus.n.ſe diligentes diligit,& deſpicientes ſe deſpicit.Prouer.8.Ego diligẽter me diligo. Et quia iſti deum odiunt,& mandata eius deſpiciunt & fugiũt,iuxta illud Eccl.1. Execratio peccatori cultura dei,ideo iſti vt dictum eſt, a deo di
B ſpiciuntur.¶Secũdo dic quòd iſti a mundo recipiunt̃.Mundus .n.conſueuit fauorabilius recipere,vberius impinguare, nobiliuſq; ditare peccatores qua iuſtos.Et inde eſt ꝙ mali ſunt hodie cęteris ditiores,& in ſeculo abundentiores.Aues. n. prædales multo plus habent de plumis quam domeſticę. Arbores ſilueſtres multo plus abundant in fructibus quam hortenſes.Animalia crudelia multo amplius gñant de filijs quam mitia. Sic breuiter mali & peccatores,qui ſilueſtres crudeles & prædales dicuntur,pluribus pennis & fructibus.i.maiori diuitiarum copia præ cæteris veſtiuntur,& in mũdo ampliori gloria perfruũtur.pſal.Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias.Et ſi vis,nota quomodo merito mali dicũtur aues prædales,quia pro certo ſicut tales ſunt paucę carnis, magnæ plumoſitatis,roſtri & vnguis acuti & curui,viſus clari, iſtę etiã aues innocentes comedunt,ſocietates fugiunt, & altè volando faciliter ſe extollunt,ſic vere mali in hoc mundo parum habẽt de carne.ſ.fluidę pietatis, multum habent de plumis vanę & volatilis temporalis facultatis. Roſtrum & os habent curuum per verba falſitatis, & acutum per verba detractoriæ iniquitatis.Vngues.i.manus habent acutas & pungitiuas per ſtimulum rapacitatis,curuas vero per vitium parcitatis & tenacitatis. Iſti innocentes deuorent per vitium crudelitatis, ſocietatem non amant per vitium inuidiæ & malignitatis,clarè vident per ſublimitatem mundanę ſagacitatis, altiſſimè volant per affectum ſuperbię & vanitatis,& per obtentum mundanę gloriæ & dignitatis.Et breuiter in omnibus iſtis poteſt cognoſci homo peccator,videlicet quando parum habent de pietate,multum de proſperitate.In ore parum de veritate,in manibus plenus eſt rapacitate.Non gaudet in bonorum ſocietate,erga pauperes plenus eſt iniquitate.De primo dicitur in pſalmus.Peccator videbit & irraſcetur,dentibus ſuis fremet & tabeſcet.Quando multũ habet de proſperitate.pſalmus. Peccatores in ſeculo obtinuerunt diuitias.Quãdo in ore parum habet de veritate.Eccl.6. Omnis peccator inuidus & bilinguis. Quando in manibus plenus eſt rapacitate. pſal.Ecce peccatores intenderunt arcum &c. vt ſagittent in occulto rectos corde.Quando non gaudent in bonorũ ſocietate.Eccl.13.Si communicauit lupus agno aliquando, ſic peccator iuſto.Qñ erga pauperes plenus eſt iniquitate. pſal. Obſeruabit peccator iuſtum & quæret mortificare eũ.Iſti ſunt ergo aues rapaces,qui in mundo magis honorantur,a magnatibus portantur,ſuper perticam honorum & dignitatum honorabiliter ſituantur,ſed quãdo mortui fuerint, in ſterquilinium inferni proijciuntur,& eorum gloriæ præcedentes ad nihilum deducuntur. Et ideo bene cõſulitur.Eccl.9.Non zeles gloriam & opes peccatoris;neſcis enim quæ futura ſit illius ſubuerſio. Et bene dicit non zeles &c.quia vere chariſſimi quamuis videamus peccatores gloria mundi affluere,temporali fęlicitate gaudere,& ſeculari dignitate fulgere,iſtud tamen a bonis non eſt zelandum,concupiſcendum & appetendum,ſed potius contẽnendum & fugiendum.Et quare?Certe quia neſcis quæ futura ſit illius ſubuerſio.Semele enim amica dei Iouis petiit a Ioue deo vnum donum,quo conceſſo dixit ei: Da mihi inquit quòd quando tu habitabis mecum,tu appareas mihi in eadem forma & figura & eodem modo quo tu appares cum domina Iunone quam tu ſummè diligere comprobaris. Iupiter conceſſit & ſtatim igneus ſibi apparuit, ignes & fulmina multiplicauit, & eam quæ ſtultè rogauerat.fulminauit,oſtendens ꝙ talẽ ſe Iunoni exhibebat quando ſe ſibi ſpecialiter coniungebat. Quamuis enim chariſſimi,poetę per Iunonem intelligant aerem,per Iouem intelligant ignem, qui coniunctus aeri ipſum inflammat,cõgruit tamen fabula propoſito noſtro.Iſta.u.ſemel ſignat ſimplices.iuno quam ſummè videtur Iupiter.i.deus diligere,ſignat diuites,quos apud fatuos deus videtur diligere, in quantum dat eis tanta proſperitate gaudere. Veruntamen iſtud eſt certum, ꝙ quanto deus tales quantum ad talem apparentiam magis diligit,& quanto magis eis fauorabilem ſe oſtendit,tanto maiorem fulminationem & damnationem eis immittit. & ideo ſemele.i.homo qui Iunonis.i.diuitum gloriam deſiderat, & quòd deus talem ſe ſibi qualem diuitibus ſe oſtendit, oſtendat,fatuus eſt,quia pro certo ſi deus hoc faciat,ipſum fulminabit & in inferno perpetuo condemnabit.Non zeles ergo gloriã mundi & opes peccatoris,neſcis enim quæ futura ſit illius ſubuerſio.Et hoc idem eſt quod dicitur Prouer.23. Non æmuletur cor tuum peccatores.& in pſalmus.Noli emulari in malignantibus,neque zelaueris facientes iniquitatem, quoniam tanquã fœnum velociter areſcent. Patet ergo ꝙ peccatores a mundo recipiuntur.¶Tertiò dico ꝙ peccatos a paradiſo eijciuntur. A C
paradiſo dico.i.ab obtentu paradiſi. Sicut enim ſol ſuis radijs repulſiuis ſolet planetas & ſtellas erraticas facere retrogradas, ſic deus ſuo radio repulſiuo. i. ſua iuſtitia mediante, erraticos peccatores a ſocietate ſua eijcit, & ab obtentu paradiſi retrogrados efficit,ipſoſque a paradiſi gloria tanquam indignos repellit Eſaiæ.26.(ſecundum aliam literam) Tollatur,impius ne videat gloriam dei.vnde.1. Pet.4.Si iuſtus vix ſaluabit̃, impius & peccator vbi parebunt? Vnde etiam ipſi peccatores poſſent dicere illud Hiere. 5. Iniquitates noſtræ declinauerunt hæc, & peccata noſtra prohibuerunt bonum a nobis. Inſula enim hiberniæ non admittit ſerpentes,ſic nec cœlum recipit peccatores,

tores. Nunquam enim ibi fuit peccator, nisi lucifer cum suis socijs qui tamen exinde statim fuit expulsus. Ribaldi enim infestis diuitum non admittuntur, quod si casu intrauerint, expelluntur. Istis igitur dicitur illud Eze. 28. Peccasti, & eiecit te de monte dei. Patet ergo ꝙ isti a paradiso eijciuntur. ¶Quarto dico ꝙ peccatores ab inferno transgluciuntur. quia. s. infernus est recte cemiterium malignorum. Sicut enim illud periculũ maris quod dicitur sylla, non cessat aquas & naues attrahere. & absorbere, sic nec infernus cessat peccatores trasgultire. Naues .n. incautæ syllæ appropinquantes absorbentur. Sic peccatores per mare huius mundi indebite se regentes, ab inferno attrahuntur. Mors. n. peccatorum pessima, & multa flagella peccatorum. quia sicut dicitur Esa. 33. Contriti sunt in syon peccatores. Sic igitur patet charissimi ꝙ peccatores Ab inferno transgluciuntur. A paradiso retropelluntur. A mundo suscipiuntur.
D A deo despiciuntur. ¶Et si vis, dic adhuc de mundi peccatoribus ꝙ isti sunt scilicet

Ignorantes & tenebrosi
Detrahentes & querulosi
Inuidentes & malignosi
Pestilentes & furiosi
Deceptores & insidiosi
Tubatores & tumultuosi
Possessores & pecuniosi
Inflammati & ambitiosi
Incorrecti & perniciosi
Tribulati & calumniosi.

Dico ergo ꝙ peccator est obscurus & tenebrosus, & potissime per ignorantiam spiritualium bonorum & Ecc. 11. Error & tenebrę peccatoribus concreatæ sunt. ¶Itẽ est detractor & querulosus. psalmus. Obseruabit peccator iustum & stridebit super eum dentibus suis. ¶Item est inuidus & malignosus. psalmus. Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. ¶Item est pestilens & furiosus. psalmus. Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet. ¶Item est deceptor & insidiosus. psalmus. Posuerunt peccatores laqueũ mihi. ¶Item est tubator & tumultuosus. Eccl. 28. Vir peccator conturbabit amicos. Item est possessor & pecuniosus. psalmus. Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Item est inflamatus & ambitiosus. psalmus. Flamma combussit peccatores. Item est incorrectus & perniciosus Eccl. 32. Peccator homo vitabit correctionem. Item finaliter ipse est cõdemnatus & calamitosus. s. in inferno, quia. s. sicut dicit in ps. Longe a peccatoribus salus; quia. s. dominus iustus cõcidet ceruices peccatorum, quia ipse humilitabit peccatores vsque ad terram. Multa autẽ flagella peccatoris, quia finaliter dominus conteret brachium peccatoris & maligni. & hæc de peccatore & de, peccato generaliter loquendo sufficiant

A **Pecora.** Nota quòd pecora sunt parua animalia, sicut sunt oues & capræ & similia. & possent significare multipliciter in scriptura. Nam per pecora intelliguntur omnes illi qui sunt sub pastorum idest sub maiorum dominio constituti. Dicamus ergo ꝙ per pecora generaliter assumuntur homines

Humiliter subiugati.
Carnaliter inquinati.
Mentaliter excœcati.

Habent. n. pecora naturalẽ subiectionem. Sensualem affectionem. Animalem cognitionem.

¶Primo ergo dico ꝙ per pecora intelliguntur illi qui humiliter subiunguntur. Quicunque enim boni subditi innocẽtes simplices & deuoti possunt gregis dominici pecora nominari, qui scilicet sub pastore deo vel prælato, in grege ecclesiæ humiliter & pacificè subiecti conuersantur. psalmus. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas insuper & pecora campi. Et nota ꝙ ista pecora. scilicet subditi, debẽt a pastoribus idest a prælatis scilicet

Gregatim vniri.
Tutè custodiri.
Doctè erudiri.
Piè enutriri.
Primum facit vera dilectio.
Sed secundum cauta discretio.
Sed tertium clara cognitio.
Quartum dulcis compassio.

Dicamus ergo quòd pecora debent gregatim esse vnita per dilectionem, quia. s. isti debent in grege. idest in vnitate & aggregatione vniri & viuere per charitatem & dilectionem, quia. s. charitas est illa bona pastrix quæ pecora ista coniungit dicẽs illud psalmus. Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum. & de hoc Gen. 29. Omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem. Quando. n. homines per verum amorem congregantur, tunc lapis. i. omnis odij & inuidiæ duritia submouetur. vñ Esaiæ. 60. Omne pecus cedas congregabitur tibi. Quod est contra multos qui per charitatem in vnum non congregantur, immo ꝑ inuidias & odia alter ab altero diuidũtur quapp sæpe fit ꝙ a lupo diabolo per diuersa vitia deuorãtur. Abuch. 3. Abscidetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepib. Non sic, sed sint pecora dñica gregatim vnita per dilectionem. Item debẽt esse tutè custodita per defensionem. Prælati. n. debẽt istos custodire, & ne per aliquod peccatum deuient, debẽt summopere præcauere. Vñ Prouer. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui. q. d. ad prælatũ ꝑtinet super pecora sua vigilem curã gerere, & qualia sint cognoscere, & ea ne pereãt custodire, vt sic nõ habeat timere in die iudicij quando dñs petet ab eo illud Hier. 12. Vbi est grex qui datus est tibi pecus inclitũ tuũ? Quod est contra multos qui ista pecora nõ custodiunt, sed ipsa magis per rapinas deuorãt & occidũt. Iudith. 11. Iamq; ordinant vt interficiant pecora sua vt eorũ sanguinẽ bibant. Quia procul dubio hodie sunt multi impij pastores qui nõ cessant ordinare i. ordinationes & statuta facere, quomodo possint subditos laqueare, & eos per rapinam occidere, & eorũ sanguinem. i. eorum temporalem substãtiam exhaurire. Zach. 11. Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant. Non sic sed ista debent caute esse custodita per tuitionẽ. Gen. 30. Iterum pascam & custodiam pecora tua. Item ista pecora debent esse clare erudita per discretionem: Sicut. n pecora materialia debent adaquari, sic ista spiritualia debent doctrinę riuulis irrigari. Gen. 21. Vidit puteum in agro, & ex illo adaquabantur pecora. Itẽ ista pecora debent esse pie enutrita per compassionem, qui i. s. pastores & prælati nõ solũ debẽt pecora sua potare, per doctrinam erudiendo, immo etiam cibare, per elemosinam compatiendo. 4. Reg. 3. ca. Mesa rex moab nutriebat pecora multa. Quod est contra multos, qui magis solẽt ista pecora corrodere & famelica facere quam nutrire de quib. Eze. 34. Cornibus ventilabant omnia infirma pecora. Non sic, sed ista pecora enutriantur, erudiantur, custodiantur, & vniantur. Patet ergo ꝙ per pecora intelliguntur illi qui sunt humiliter subiugati. ¶Secundo principaliter dico ꝙ per pecora intelligũtur illi qui sunt carnaliter inquinati. Pecora. n. animam rationalem non hñt, sed solum quæ carnis sunt sentiunt, & inde est ꝙ appetitu brutali sine aliquo refrenaculo rõnis in rem appetitã feruntur. Sic carnales ac si animam nõ haberent, carni obediũt & obsequuntur, & appetitus eius sicut bruta pecora prosequũtur Ezech. 24. Pinguissimum pecus assume. & Sopho. 2. Erit funiculus maris requies pastorum, & ouile pecorum. ¶Tertio autem dico ꝙ per pecora quandoque intelliguntur illi qui sunt mentaliter excęcati. s. personæ bestiales & ignorantes, vsu rationis ad modum, pecorum carentes. & de hoc dicitur. 2. Pet. 2. ꝙ peccatores sunt velut pecora irrationabilia &c. Vide supra de ouis de grege, de pastore.

Pecunia. Cum pecunia sit illud precium quo res generaliter loquendo venduntur & emũtur, de quacunq; materia hmõi pecunia fabricetur. Aliqua. n sunt loca & regna (& hoc vt plurimum) vbi moneta fabricatur de auro & argẽto, & alijs metallis, Aliquam aũt sunt septẽtrionalia regna vbi pedes auiũ & pecorũ ponunt in mercationib. pro moneta. A
Aliq̃ ẽt sunt orientalia & australia regna, vbi terra q̃ dr̃ ꝑcellana, frusta, & fractura vasorum quæ fiunt de illa terra, pro moneta ponuntur. Aliq̃ ẽt vbi monetis vtuntur papyreis, sicut in toto est imperio magni canis. s. in thatayo & cãbelech. hinc ergo est ꝙ per pecuniã diuitię intelligunt & nõ solũ tẽporales immo ẽt spũales & nihilominus & æternales. Nota ergo ꝙ est pecunia

Vituperabilis.
Recuperabilis.
Incomparabilis.

Prima est pecunia hoium auarorum. Secunda est pecunia hoium benignorum. Tertia est pecunia hoium perfectorum. ¶Primo ergo dico ꝙ inuenitur pecunia q̃ per auaritiã colligitur. Ista n. vituperabilis est qa infert laborẽ in acquirendo. Timorẽ in possidendo. Dolorẽ in amittẽdo. Et ideo bene dicit Eccl. 10. nihil iniquius q̃ amare pecuniã. Auari. n. sunt sicut monedula, quæ pecuniã summe diligit & quãuis in nullo sibi proficiat ipsam tñ furatur & abscondit. Sic vere auari pecunias excessiue diligunt, & absque hoc ꝙ sibi vel alteri vtilitatem faciant ipsas in thesauris suis mittunt & abscondũt. Auarus. n. nõ implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis. Eccl. 5. Et nota ꝙ pecunia ista est vituperabilis & illaudabilis multiplici ratione. videlicet quia amor pecuniæ

Subiugat hominis libertatem.
Offendit diuinam maiestatem.
Inflammat hominis voluntatem.

Dico ergo ꝙ pecunia est libertatis subiugatiua.

Eneruat ab ore veritatem.
Destruit mentis fidelitatem.
Impedit cœli fœlicitatem.
Acquirit inferni pęnalitatem.

clesiastes 10. Pecuniæ obediunt omnia. ¶Item est diuinę maiestatis concitatiua. Et inde est, quòd dominus amorē pecuniæ prohibet dicens discipulis Matt. 10. Nolite portare sacculum, neque peram, neque pecuniam in zonis vestris. Item voluntatis inflãmatiua. Quia qui hēt plus de pecunia, plus vult habere. Eccl. 5. Auarus non implebitur pecunia. Ad ꝙ facit, quia multi sunt ita inflammati amore pecuniæ, quòd in ipsam sicut in deū credunt, sicut de fatuis Romanis patet, qui pecuniam coluerunt, & templum suum ædificauerunt, vt ponit Aug. de ci dei lib. 4. c. 24. Item est veritatis occultatiua, quia. s. propter pecuniã habendam multi sunt mendaces, sicut de custodibus dr̄ Matt. 28. qui accepta pecunia dixerunt mendaciter Christum fuisse furatum. Item est fidelitatis eneruatiua, sicut apparuit in Iuda. q corruptus pecunia proprium dominū tradidit. Marci 14. Promiserunt ei pecuniam se daturos. Item est fœlicitatis impeditiua vnde Lucæ 18. & Marci 10. Quàm difficilè est, qui pecunias habent, in regnum dei introire. Item est pœnalitatis acquisitiua, quia scilicet per pecuniam non solum paradisus perditur, immo etiam infernus acquiritur. vnde Act. 8. Pecunia tua tecū sit in perditionem. Ista est ergo pecunia hominum auarorum. ¶Secundò dico, ꝙ inuenitur pecunia hoīum misericordiū, seu ēt benignorum. Et ista proculdubio expendenda est in miserijs pauperum, in ornatu templorū, & in necessitatibus proximorum. Ioseph. n. fecit ligari pecunias in saccis fratrū. Genes. 44. Ezechias, & Iosias fecerunt colligi pecuniam ad sartatecta tēpli reparanda, sicut dr̄ 2. Parali. 24. Ille etiam, qui pecuniã suã non dedit ad vsurã, in psalmo reputatur sanctus. Et ille, qui nō sperauit in pecuniæ thesauris, reputatur beatus Eccl. 31. ¶Sed tertiò dico, ꝙ est pecunia hoīum perfectorum, & ista nihil est aliud, quàm gratiæ, & virtutes, cum quibus sancti ditati regnū æternū mercantur. Et ista est pecunia duplex, in qua regis æterni signū relucet, de qua præcepit Iacob filijs suis Gene. 33. Pecuniã autem duplicem ferte vobiscum &c:

A **Pellis.** Nota breuiter, quòd cum pellis sit illud, quod exterius inuoluit corpus, videtur, quòd spiritualiter loquendo per pellem intelligantur omnia illa, quæ exterius possunt homini adiacere, & est propriè pellis animalium, sicut cortex est arborum. Accipiendo ergo pellem in bono, & in malo, notemus breuiter, quòd per pellem accipitur in scriptura

Virtualis conuersatio.
Criminalis compositio.
Temporalis acquisitio.
Corporalis dispositio.
Mortalis meditatio.
Prima est pellis depingenda.
Secunda est pellis exuenda.
Tertia est pellis extendenda.
Quarta est pellis abradenda.
Quinta est pellis induenda.
Vel dic, ꝙ pellis est
Conuersatio gratiosa.
Compositio curiosa.
Acquisitio copiosa.
Carnis conditio fluxuosa.
Mortis præuisio luctuosa.
Nam charissimi sicut sensualiter videmus,
Pelles depinguntur.
Pelles exuuntur.
Pelles extenduntur.
Pelles abraduntur.
Pelles induuntur.

Primò ergo dicamus, ꝙ est pellis, quam debemus depingere, & ista est pellis nostræ exterioris conuersationis, quæ. s. ad modum pellis omnia interiora contegit, atque celat. Ista. n. per honestatem debet esse depicta, & diuersarum virtutum despictionibus colorata. Exemplo pantheræ, quæ pellem habet diuersis coloribus depictam, & mira pulchritudine variatam. vt sic possimus figurari in tabernaculo fœderis, & in arca, quæ pellibus arietum rubricatis pellibus etiam hyacinthinis operiebantur, sicut de tabernaculo dicitur Exo. 36. & de arca Numeri 4. In quo proculdubio notatur, ꝙ nos, qui debemus ad modum illius arcæ, & tabernaculi esse deo specialiter dedicati, debemus ornari, & operiri pellibus hyacinthinis, quæ hñt colorem cœlestem. i. decoræ, honestæ, cœlestis, & sanctę conuersationis, & pellibus rubricatis, i. exemplis martyrum, & imitatione suæ durissimæ passionis 1. Para. 17. Arca fœderis domini sabaoth sub pellibus est. Pelles enim, quæ extrahuntur de corporibus animalium murtuorum, significant bona exempla præcedentium bonorum, & sanctorum. Istas enim pelles. i. sanctorum exempla debemus accipere, & ipsa per imitationem induere, & de ipsis conuersationem nostram depingere, & ornare. Iob 19. Circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum saluatorem meum. Quod tamen est contra multos, qui magis volunt habere pelles cattorum, & murium ad sui ornamentum, quàm pelles arietum hyacinthinas, & rubras. i. quàm exempla sanctorum hominum, & bonorum. Vnde isti figurantur in Herode, qui interpretatur glorians in pellibus, qui finaliter a vermibus est consumptus. Quia verè tales, qui in talibus pellibus gloriantur, vermibus malarum cogitationum in præsenti, vel vermibus suppliciorum in futuro miserabiliter corroduntur. Iob 40. Nūquid implebis sagenas pelle eius? Et pro certo tales non habent pellem honestæ conuersationis, sed potius pellem vilem, & informis, & infamis conditionis, de quibus dicit̄ Trenorum. 3. Vetustam fecit pellem meam &c. Non sic sed habeamus bonam conuersationem, quia ista est pellis quam debemus depingere. B ¶Secundò dico, ꝙ est quædam pellis quam debemus exuere, & ista signat circunstantiam malarum cōditionum, de qua Hiere. 13. Si mutare pōt Aethiops pellē suam, & pardus varietates suas, sic & vos poteritis bonum facere, cum didiceritis malum. Nam sicut puer nascitur, & inuoluitur in vilissima pelle, quæ dicitur secundina, quam tamen necesse est ꝙ exuat, antequam ad vitam exterius veniat; coluber etiam antequam renouetur, solet pellem veterum exuere, vt sic possit noua pelle iterum se vestire; sic verè nos omnem pellem malæ consuetudinis, & malę conuersationis exuere debemus, vt ad vitam gratiæ exterius exeamus, & vt nos in moribus innouemus. Quod benè figuratur Leuitic. 1. vbi dicitur, ꝙ sacerdotes detracta pelle hostiæ artus in frustra concident. Quia verè ille, qui vult hostia deo fieri, debet ante omnia pelle malæ conuersationis exui, & artus eiusdem debent in frustra concidi, idest, in diuersis bonis operibus occupari. ¶Tertiò dico, quòd est pellis, quam debemus extendere. Et ista est pellis exterioris possessionis. Ista est enim vsque ad pauperes per elemosynas extendenda. Pellis enim quanto plus extenditur, tanto plus & melius sonat. Sic pellis bonorū temporalium quanto plus ad pauperes per elemosynas extendit̄, tanto exinde sonus bonæ famæ ad deum, & homines dulcior reperitur. Ideo præcipitur Esaiæ 54. Pelles tabernaculorum tuorum extendere ne parcas. Quod est contra illos, de quibus dicitur Hieremiæ 10. Non est, qui extendat tentorium meum, & erigat pelles meas. Nam auari non extendunt ad alios pellem suam, immo pro certo excoriant aliena. Micheæ. 3. Violenter tollitis pelles eorum desuper eas &c. ¶Quartò dico, quòd est pellis, quam C debemus abradere, & ista est pellis nostræ mortalis, & carnalis conditionis, de qua dicitur Gene. 3. quòd deus fecit Adæ, & Euæ tunicas pelliceas in signum mortalitatis, & fragilitatis acquisitæ, quæ pro certo est per pœnitentiam abradenda. Sicut enim pelles solent multipliciter præparari, quia primo cineribus asperguntur, vt scilicet pili cadant, tandem calce, & puluere arborum conduntur, in aqua balneantur, & humectantur, tandem acutis gladijs abraduntur, & sic ad scribendum, vel ad alia negocia multipliciter præparantur; sic verè pelles carnis nostræ debent cum cinere, & puluere, idest cum acri memoria mortis condiri, in aqua lachrymarum humectari, in ligno per crucis memoriam extendi, & omni sorde peccati per asperam pœnitentiam abradi, vt sic possint ad omne bonum opus parari. & sic poterit dicere quilibet illud, quod dicit sponsa Cantic. 1. Nigra sum, sed formosa sicut pellis Salomonis, sicut tabernacula cedar. Nigredo enim pellis combustionem pœnitentiæ designat. vnde Threnorum 5. Pellis nostra quasi clibanus exusta est. ¶Quintò dico, quòd D est quædam pellis, quam debemus induere. Et ista est pellis memoriæ mortis, vel memoriæ peccatorum. Pellis enim est illud, quod remanet de mortuo animali, significans memoriam mortis, vel memoriam peccati, quæ semper debet in nostris cordibus remanere. De pellibus enim fiunt calciamenta, & foderaturæ, cingula, & armaturæ, libri etiam, atque scripturæ. Quia verè de talibus pellibus, scilicet de memoria mortis, & peccati debemus nobis facere calciamenta subsidentis humilitatis, foderaturam mollis benignitatis, cingula laqueantis charitatis, armaturãm defendentis patientiæ, & firmitatis, libros etiam, idest scripturas sapientiæ, & veritatis. Pelles enim leonis dicuntur sedentem ab hemorroide liberare, pellis murium dicitur fixuras talorum sanare, pellis serpentum dicitur ad multa remedia ad-

iuuare. Sit verè chariſſimi iſta pellis, ſcilicet memoria mortis, & mortificatio carnis multa confert homini contra peccatum remedia, & valde eſt ad ſanandam animam opportuna. Vnde, ſicut in hiſtoria narratur, Hercules poſtquam leonem, qui omnes deuorabat homines, interfecit, de pelle ipſius veſtem ſibi fecit, & arma, & ſcutum ſuum pelle leonis operuit, ipſaque ſecum, quandiu vixit, in ſignum leonis ab ipſo mortui ſemper tulit. In quo nota, quòd Hercules, ideſt virtuoſus, & ſtrenuus, qui de leone, ideſt de peccato, vel de proprio corpore præualuit, debet pellem eius, ideſt memoriam ſuæ futuræ mortis ſecum ferre, & de ipſa contra vitiorum, & demonum pericula ſe armare. Quod bene figuratum eſt in tabernaculo Exo. 26. cuius tectum pellibus caprarum opertum fuit. & Gen. 27. in Iacob, qui caprarum pellibus inuolutus patris benedictionem reportauit. Capra enim, quæ fętet, fętorem mortis ſignat. Quia verè illi à deo patre benedictionem ſempiternam reportant, qui pellem caprarum, ideſt memoriam fętidæ mortis ſecum habent. vnde de ſanctis, & perfectis viris dicit̃ Hebre. 11. Circuierũt in melotis, & in pellibus caprinis &c. Et ſic ergo patet, quo modo in ſcriptura inuenitur Pellis induenda, abradenda, extendenda, exuenda, & depingenda &c.

A **Pennæ.** Nota, quod pennæ ſunt illę partes corporis auium, quibus ipſæ aues mediante vẽto, vel aere deuehuntur in altum, & ideo poſſumus dicere, ꝙ moraliter loquendo, nos inuenimus.

Pennas interiores.
Pennas exteriores.
Pennas ſuperiores.

Primæ deſignant morum decentiã virtualem. Secundæ ſignant rerum ſubſtantiam temporalem. Tertiæ verò ſignant dei potentiam ſupernalem. ¶ Primæ ſunt pennę iuſtorum. ſ. ſcientię, & virtutes. Iſtæ enim ſunt, quibus mediantibus iuſti in cœlum volant, modo. ſ. per ſpem, in futuro per ſpeciem. De quibus dicitur in pſal. Pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. ¶ Secundæ ſunt pennæ diuitum, & ſuperborum. Mundi. n. diuitiæ, & ſœculares ſcientiæ, populareſque dignitates, & eminentiæ ſunt pennæ, quæ aues. i. mundi potentes ſuſtinent, & erigunt, & per ſuperbiam eleuant, & extollunt, de quibus dicitur Iob 39. Penna ſtruthionis ſimilis eſt pẽnę herodii, & accipitris. Et etiam de diuitijs dicitur Prouer. 23. Noli inquit erigere oculos tuos ad opes, quas habere non potes, quia facient ſibi pennas vt aquilæ, & volabunt in cœlum. Accipiter enim, & herodius, qui ſunt prædales, ſignant nobiles, ſtruthio, quæ a terra nõ eleuatur, ſignat ruſticos, vel rurales, quia. ſ. in omni ſtatu inueniuntur pennæ diuitiarum. ¶ Tertiæ ſunt pennæ domini, & angelorum, & iſtę nihil aliud, quàm potentiam dei, & ſpirituũ beatorum ſignant, de quibus dicitur in pſalmo, quòd deus aſcendit ſuper cherubin, & volauit ſuper pennas ventorum. i. ſuper potentiam, & virtutem ſpirituum beatorum. Metaphoricè enim loquitur, quia. ſ. ſub figura auis intelligit ipſum deum, ſicut alibi in pſalmo dicitur de deo cuilibet viro iuſto. Scapulis, inquit, ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis. Scuto
B circundabit te veritas eius. ¶ His igitur præmiſſis dicamus aliquid de pennis iuſtorum. Nam ſicut videmus, quòd pennæ auium ſunt duræ, & ſolidæ, ſunt leues, & concauæ, ſunt medulla leui, & ſicca plenæ, & exteriori pluma munitæ, carni & corpori ſunt coniunctæ, & tamen a natura carnis penitus ſunt ſeiunctæ, tales proculdubio ſunt virtutes, & affectiones iuſtorum. Iſtæ enim habent Soliditatem perſeuerantię: Concauitatem ſecretæ conſcientiæ: Medullæ tenuitatem paupertatis voluntariæ: Plumoſitatem agilis obedientiæ: Carnis vicinitatem compaſſionis, & clementiæ. Non tamen carnis naturalitatem carnalitatis, & immunditiæ, ſed potius cãdorem, & albedinem caſtitatis, & continentiæ, & etiam ſiccitatem pœnitentiæ, & abſtinentiæ. Et ſic proculdubio ſi tales pennas. i. virtutes, & affectiones ſic conditionatas habuerimus, faciliter per ſpem, & cõtemplationem ad cœlum volabimus, & ſuperius cum angelis quieſcemus. Et hoc eſt quod Dauid petebat in pſal. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Aduerte autẽ, ꝙ ſancta animalia quatuor habebant pennas, & ſub pẽnis etiam erant manus, etiam illę pennæ oculos habebant, quæ ẽt rectæ erant, & pennæ vnius pennis alterius ſe iungebant, ſeque deſuper lateraliter extendebant; ſicut per omnia dicitur Ezec. 1. Sic verè dicã, ꝙ animalia ſancta & occulta, ſanctos & diſcretos viros ſignant. Quatuor verò pennæ quatuor virtutes cardinales, vel etiam quatuor affectiones ſignificant, quæ. ſ. rectè dicuntur, quia nullius malitiæ prauitate torquentur. Et etiam deſuper dicuntur extenſæ, eo ꝙ ſurſum ad deum ſunt totaliter ordinatæ. Duæ autem vnius duabus pennis alterius iunctæ dicuntur, eo ꝙ affectiones iuſtorum in qualitate charitatis ſibijnuicem copulantur. Facies, & pẽnas inquit per quatuor partes habebant, iunctæque erant pennæ alterius ad alterum. Ezech. 1. Quid plura? Pro certo manus ſub pennis eſſe dicuntur, pro eo ꝙ bonę operationes bonas affectiones concomitant̃, & ꝙ illud quod iuſti volunt, & cogitant, dignis operibus ſacris manibus exequuntur. Ezech. 1. Apparuerunt manus hominis ſubtus pennas. Et breuiter notare poſſumus, ꝙ pennæ. i. affectiones ſpiritualium auium. i. iuſtorum,

Sapientia pollent.
Pœnitentia pallent.
Diligentia calent.
Innocentia valent.
Amicitia calent.

Dico ergo, ꝙ iſtæ pennæ bonarũ affectionum ſapientia pollent. Et ideo dñr habere oculos in ſanctis animabus. Ezech. 1. vnde Eccl. 10. dicitur ꝙ qui habet pennas, annũciabit ſententiam. Item dico, ꝙ pœnitẽtia pallent. Vnde aĩa pœnitens amara, & contraria vr̃ dicere illud pſal. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. i. in amaritudine pœnitentiæ. Item dico, quòd diligentia callent. Sunt. n. cautæ, & prouidentes contra pericula, quia ſicut dr̃ Prouer. 1. Fruſtra iacitur rete ante oculos pẽnatorũ &c. Item dico, quòd innocentia valent. vnde Malac. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum, ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius. Itẽ dico, quòd amicitia calent. Et ideo ſupra dr̃, quòd duæ pennæ ſingulorum iungebant̃ ſupple per charitatẽ. vnde ẽt Leuiti. 11. piſces, q̃ habebant ſquãmas, & penulas, mundi erant, & poterant manducari, quia. ſ. tales per ſocietatem, & charitatẽ incorporei, & ſpiritualiter manducari pñt, & maximè quando ſquammis ſeſe tenentibus, hoc eſt dictu, per bonã concordiã iũcti, & ligati ſunt. Tales igitur ſic pennati iubentur deo benedicere, & laudes ipſius exaltare. pſal. Laudate inquit dñm de cœlis. Sequitur. Beſtiæ, & vniuerſa pecora, ſerpentes, & volucres pennatæ. Et maximè, quia certè tales caput intentionis ad pennulas affectionis debent torquere, vt. ſ. attentè videant, ne quid indignum ipſos contingat aliqualiter affectare, ſicut Leuiti. 5. dr̃, quòd qñ auis immolabatur, caput ad pennulas torquebatur. Et ſic patet, q̃uo pennæ iuſtorum diuerſimodè ſignificant in ſcriptura,

Pœna. Nota, quòd pœna qñq; ſumitur pro quacunq; tribulatione, vel afflictione, qñque ſumitur & magis propriè pro culpæ punitione, & punitionis inflictione. ¶ Et ſic igitur notabimus, quòd eſt date. ſ. pœnam A

Virtualem, & voluntariam.
Temporalem, & tranſitoriam.
Aeternalem, & damnatoriam.

Prima pœna eſt pœnitentium, & perfectorum. Secunda pœna eſt indigentium, ſeu miſerorum. Tertia pœna eſt deſperantium, ſeu damnatorum. ¶ Primò ergo dicamus, quòd eſt pœna volũtaria. Et iſta pro certo nihil aliud eſt, quàm ſcilicet pœna, quã voluntariè ſuſtinent viri religioſi, & perfecti. ſ. pœna abſtinẽtiæ. Diligẽtiæ. Pœnitẽtiæ. Vigiliæ. Obediẽtiæ & ſimilia, quę. ſ. viri pœnitentes qñdoq; ſuſtinent pro peccatis ſatisfaciẽdo, vel qñq; a peccatis ſeſe pręſeruãdo, vel qñq; virtutes, & merita cumulando, & gloriã ęternam cũ pœna tẽporali mercãdo. Tales aũt pœnas ſuſtinuit Chriſtus, qui. ſ. voluntariè pro peccatoribus fuit paſſus. & tales etiã ſuſtinet vir perfectus, qui pro ampliandis meritis, pœnis, & miſerijs fit ſubiectus. vt de vtroq; dicat̃ illud Sap. 18. Simili aũt pœna ſeruus cum dño afflictus eſt &c. ¶ Secundò dicamus, quòd eſt pœna trãſitoria, & iſta eſt pœna mundanarum tribulationũ, quas qñq; mũdus, & tyrãni inferũt ſine cã, qñque etiam deus ipſas diſpenſatiuè euenire permittit, vel ad noſtram punitionem, vel ad meritorum augmentationẽ, & iſta pro certo licet non voluntariè procuretur, debet tñ in patientia ſuſtineri, ſicut fecerunt martyres, atque ſancti exemplo Iob, qui dicebat domino. Iob 10. Inſtauras teſtes tuos contra me, & multiplicas iram tuã aduerſum me, & pœnæ militãt in me. Et Iob 9. dr̃. Si occidit, occidat ſemel, & nõ de pœnis innocẽtiũ rideat. De tali ergo pœna tranſitoria viſum eſt vbicunq; agitur de Tribulatione, Labore, Afflictione &c. ¶ Tertiò verò dico, quòd eſt pœna damnatoria, ſeu deſtructoria, ſicut videmus quòd in hoc mundo ſunt pœnæ malefactorum, & latronum, quę pro ſceleribus infliguntur, vt ſcilicet pœna vnius ſit mœtus multorum. & certè tales pœnę ſunt ipſis ſalubres, & meritoriæ ſi ſuſtinent patienter, aliàs vero iſta pœna temporalis ipſorum eſt principium, & introitus ad æternam; vnde Eccl. 21. Via peccantium complantata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ & pœnæ. Pœna autem damnatoria eſt pœna damnatorum,

qui

qui.s.puniuntur perpetuò in inferno. De qua dicitur illi nequissimo Antiocho 2. Macha. 7. Iudicio inquit dei iustas superbiæ tuæ pœnas exolues. Et 2. Thessalo. 1. Pœnas dabunt in interitũ æternas. & in epistola Iudæ. Ignis æterni pœnas sustinentes. Sicut.n. in psal. dicitur. Iniusti punientur, simul & reliquię impiorum interibunt. Pœna enim dicitur à puniendo. Multa possent dici, sed paucæ sunt authoritates vocales. Vide vbi Correctio & Tribulatio, & in alijs titulis similibus.

A Pendere. suspendere. suspendium.

Nota, ꝙ pendere semper denotat adhæsionem alicui alteri rei tanquam fundamento fortiori, & etiã altiori. ¶ Pendere enim de sui natura non dicit mihi aliquam firmitatẽ, sed potius quãdam inanitatem, & debilitatem, & connexam cum altero vanitatem. Item dicamus, ꝙ pendere signat in bono, & in malo, & sic dico, ꝙ moraliter, & spiritualiter loquendo

Pendet iustus deo se fœderans.
Pendet doctus alta considerans.
Pendet stultus vana desiderans.
Pendet damnatus pœnis exuberans.
Primum est pendere feruentis amoris.
Secundum est pendere fulgentis splendoris.
Tertium est pendere vagantis erroris.
Quartum verò est pendere nocentis doloris.

¶ Primò ergo dico, ꝙ pendere dicitur vir pfectus, & charitatiuus. Iste enim cũ chorda, & cum vinculo charitatis cum deo ligatur, & iõ ab ipso depẽdere, & totus in Chro suspendi, & totus in ipso suspendi, & ad ipsum erigi cõprobatur. Res ex altero dr̃ pendere, qñ ab ipso totũ habet suũ esse & suũ manere, & qñ sine ipso non põt sistere vel valere. Sic verè quia viri perfecti in deo pœnitus fixi sunt, & ab ipso suũ esse virtutis accipiunt, & sine ipso penitus nihil possunt, benè dico, ꝙ per amorem, & desideriũ ab ipso pẽdent, & ab ipso laqueati, & ad ipsũ suspẽsi sunt. de Iacob.n. eo ꝙ summè diligebat Beniamin dicitur Genes. 44. Cũ inquit aĩa eius ex huius aĩa pẽdeat. & Iudith. 8. dr̃. Et nũc fratres qui estis presbiteri in populo dei, ex vobis pendeat aĩa illorũ. q.d. Aĩa inferiorũ dependet à superioribus, pro eo, ꝙ ab ipsis debet regi, & gubernari. Animæ verò iustorum depẽdẽt à deo, & à sanctis, pro eo, ꝙ per amorẽ, & desideriũ sunt ipsi cũ deo fœderati. Nõne flores, fructus, & folia pẽdent in arbore, sicut in proprio loco vnde recipiunt nutrimentũ, & vnde habent radicẽ, & fundamentũ? Sic verè iusti semper sunt in deo suspẽsi, sicut in illo, a quo sunt per spem portari, in quo sunt per fidẽ plãtati atq; fundati, per charitatẽ aliti, & nutriti, vt sic isti figurẽtur in velo, quod pẽdebat ante sancta sanctorum, & ante arcã, & Cherubin, & qđ interiorem partẽ tabernaculi ab extrinseca diuidebat (sicut dr̃ Exo 30.) ꝙ.s. quatuor preciosis coloribus. i. quatuor cardinalibus virtutibus sũt depicti, & sanguine Christi per suæ passionis memoriã madefacti, ante arcã testamẽti dñi, & ante sancta sanctorũ paradisi ꝑ desiderium sunt suspensi, & ibidẽ cõtinuè sunt erecti. Osee 11. Populus meus pendebit ad ritũ meum. Sicut ẽt de pulchritudine Iudith dicitur Iudith 10. ꝙ omnis illius compositio ex virtute pẽdebat. Isti ẽt pendent non solum per virtutem charitatis immo etiam per virtutem voluntariæ paupertatis, quæ.s. bassa. i. temporalia negligit, & sursum cum Christo in cruce per compassionem se suspendit, & ad cœlestia mentaliter se eleuat, & ascẽdit. Gen. 40. Ille suspensus est in cruce. Et aduerte, ꝙ tales non solum dicuntur suspensi, immo certè multa bona habent suspẽsa in se. Sicut videmus, ꝙ in templis suspenduntur panni aurei pro ornatu, sic etiam in viris perfectis suspenduntur virtutes, & exempla notabilia sicut preciosissima ornamenta, sicut de Elyachim dicitur Figuratiuè Esaiæ. 22. Figam inquit illum paxillum in loco fideli, & suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius. Vnde nota, ꝙ in talibus inueniuntur pendere ista instrumẽta. s. inaures, libri, galeæ, pharetræ cum sagittis, clypei, molę, & organa. Inaures dico. i. promptitudo obedientiæ. Istæ enim sunt quæ ornant aures, & præparant ad cito audiendum. Gene. 24. Suspendi itaq; inaures ad ornandã faciem eius, & armillas posui in manibus eius. Item ibi pendent libri dei mandatorum, & sapientiæ. Deuter. 11. Ponite hæc verba in animabus vestris, & supẽdite ea pro signo in manibus vestris. & potissimè duo præcepta charitatis debent ibi esse & pendere, quia scilicet istis habitis omnia alia pendent ibi, sicut dicitur Matth. 22. In his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ. Item pendet ibi galea salutis, & fiducię, de qua apostolus ad Ephes. 6. Galeam salutis accipite. vnde Ezech. 27. Galeã suspenderunt in te pro ornatu. Item pendent ibi pharetrę cum sagittis, & punctionibus diuini timoris, & reuerentiæ. vnde Eze. ibidem. Pharetras suspenderunt in muris tuis. Item pendent ibi clypei, qui ictus sustinent. i. virtus firmitatis & patientiæ. Et sic pro certo isti dicuntur turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium: Armatura enim fortium est patientia, & constantia, qua.s. fortissimi Christi martyres fuerunt armati. Item pendent ibi molæ, quæ valde ponderant. i. pondus laboris & pęnitentiæ. vnde Matt. 18. Expedit vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & submergatur in mare. Item pendent ibi organa diuinæ laudis, & eloquentiæ, sicut in psalm. dicitur, ꝙ in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra: Istæ sunt ergo gemmæ in fronte pendentes, de quibus Esa. 3. quia. s. istæ sunt virtutes, quæ in iustis spiritualiter pendẽt, sicut etiam ipsi apud deum mentaliter suspensi sunt atque manent Deutero. 28. Erit vita tua quasi pendens ante te. Dico ergo primò, ꝙ pendere spiritualiter dicitur vir perfectus, & charitatiuus. ¶ Secũdò dico, B ꝙ pendet vir edoctus alta considerans. Sicut enim sol, & luna, & alij planetæ, qui erratici dicuntur, suspensi sunt inter cœlum & terram, quia. s. nec cœlum, nec terram tãgunt, sed in medio suspensi currunt, sic verè viri contemplatiui, & doctores, & clerici superius ad inuestigationem veritatis altorum, & magnorum negociorum contemplando, & inquirendo se suspendũt, & terram, & terrena nogocia contemnentes sursum ad modũ auium, quarum corpora pendent in aere, cœlestia & æterna inuestigare satagunt, & contendunt. Iob. 7. Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. & Thren. 5. Principes manu suspensi sunt. Pendet igitur vir edoctus alta considerans. ¶ Tertiò verò dico, ꝙ pendens, seu suspensus dicitur vir insulsus vana desiderãs videlicet peccator, & maximè vir superbus & elatus. Sicut enim iudices ad patibula sua malefactores suspendunt, sic demones ad alta vanitatis mundanæ loca suspendunt per elationem & superbiam peccatores. Tales enim elati & suspensi dicuntur, eo. s. quia nulla stabilitate firmantur, sed vento vanæ gloriæ exponuntur. Suspensus enim fustibus tollitur, flatibus tangitur, motibus pellitur, funibus stringitur, auibus deditur, æstibus vritur. Sic verè tales peccatores sursum extolluntur per elationem, flatibus efflantur per adulationem, auibus deduntur per detractionem, æstibus vruntur per ambitionem, funibus ligantur per malæ consuetudinis obstinationem. Et sic tales suspensi figurantur in illis de quibus dicitur Iosuæ 10. ꝙ ipse suspendit eos super quinque stipites. Quinque.n. stipites sunt quinque sensuũ affectiones. & Iosue 8. dicitur, ꝙ ipse succendit ciuitatem hay, regem quoq; eius suspendit in patibulo. Vnde videtur, ꝙ diabolus præcipit de istis illud Nume. 25. Princeps suspendetur contra solẽ. Sol enim splendorem mundanæ gloriæ signat, ad quam. s. superbi & vaniglorij sunt suspẽsi. Vnde de illo superbo Aman dicitur Hester 7. Suspensus est Aman in patibulo. Et aduerte, ꝙ mali pendere dicuntur tribus modis, quia suspensi, dubij, incerti, & penduli sunt in

Fide & credulitate.
Moribus & bonitate.
Mundi honoribus & prosperitate.

Expone quomodo vis. Et tamen constat, ꝙ res pendulę, & suspensę parum reputantur respectu rerum stabilium, & fixarum. Sicut enim dicit Sene. in declamatione. Satius ẽ semel cadere, quàm semper pendere. Res etiã mobiles, & pendulæ faciliter cadũt, & difficiliter resident seu sistunt. Vnde etiam videmus, ꝙ simia quando sentit stamum, aut lignum cui insidet esse pendulum, vel motiuum, solet ibi vires suas experiri, & illud tandiu discutere, vel impellere, quousque ipsum senserit cœcidisse. Sic vere dico, ꝙ illi, qui in fide, & moribus sunt dubij, & suspensi, seu rerũ mundialiũ instabilitati expositi, parum debẽt apud deum reputari. Simia enim diabolus tales solet per tentationes impellere, contra eos ostendere vires suas, nec cessare quousque ipsos cadere & corruere faciat a statu gloriæ, fidei, vel fortunæ. Benè ergo dicitur Deuter. 21. ꝙ maledictus est à deo, qui pendet in ligno. & Esa. 22. Peribit, quod pependerit. Patet ergo, ꝙ pendens seu suspensus dicitur vir insulsus vana desiderans. ¶ Quartò verò dico, quòd pendere dr̃ vir damnatus pęnis exuberans. Quia re vera per suspẽdium põt intelligi pęna infernalis, pro eo, quòd hoies adiudicati ad mortem pęna suspẽdij puniuntur. Et ideo mors æterna per suspendiũ meritò designatur. vnde de pctõribus dr̃ Hester 9. quòd decẽ filij Amã suspẽsi sũt in patibulo. Figurati etiã in Absalon filio Dauid, qui persecutus est patrẽ suum, & fugiens suspẽsus est ad arborẽ, vbi tribus lanceis est confossus, vt scribitur 2. Regum. 18. Quia pro certo

mali filij dei.s.peccatores,qui.s.deū peccando persequi nō verētur,in inferno finaliter suspēdunt,vbi.s.tribus lāceis, seu tribus gladijs.s.dolore desperationis,verme.i.cōsciētiæ remorsu, & pœna ignis cōfodiunt,& ꝑpetuò affliguntur. Similes ēt ꝓdi tori Iudę,q̄ suspensus crepuit medius,sicut dr̄ Act.1.Sic igitur patet,qūo pendere,seu suspendi in bono sumit,& in malo &c.

Penè. Aduerbium. Nota, quòd penè est idē quod ferè, seu ēt quasi. denotat aūt negocium imperfectum. Veruntamen vt communiter semper signat malum, sicut cum dicitur in psal. Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Signat enim promptitudinem ad malum. seu etiam perfectionem boni,sed de hoc nihil,quia paucę sunt authoritates.

Pœnes, & Apud idem significant, sed transeo, quia sunt paucæ authoritates. Vide supra vbi apud.

A **Penetrare.** Dicitur autem penetrare quasi penes intra re, quia.s.illud quod aliquam rē penetrat, penes ipsam se ingerit,& subintrat. No. ergo ꝙ inuenitur

Penetratio gloriosa.
Penetratio virtuosa.
Penetratio vitiosa.
Penetratio dolorosa.

Gloriosa dico. Ista est illa, qua Chrs penetrauit demonum legiones, quādo descendit ad inferos pro captiuis patribus liberādis. Et quādo etiam in ascensione penetrauit cœlos pro ianuis cœlestib. aperiendis,& pro ruinis angelicis restaurandis. Et de hoc dicit ipse patris sapientia Christus Ecclesiast. 24. Gyrum cœli circuiui sola,& profundum abyssi penetraui. vnde Heb. 4. Habentes pontificē magnum,qui penetrauit cœlos, Iesum Christum filium dei,teneamus spei nostræ confessionem.¶Item est penetratio virtuosa. Et ista est illa, qua iusti penetrant penetranda,s.seipsos per contritionem,impios per correctionem, inferos per meditationem,cœlos,& nubes per orationē. De contritione.n.pectora pungente dicitur. Esa 54. Clauos inquit tuos consolida.ad dexterā.n.& ad sinistrā penetrabis. De correctione autem impios vrgente dicitur 2. Machab. 11. ꝙ filij Israel erāt parati muros ferreos penetrare. Sicut etiam ille dicebat in legenda sua. Hostium cuneos penetrabo securus.s.beatus. De meditatione verò inferos vrgente dicere pōt iustus illud Eccle. 24. Penetrabo inferiores partes terræ. De oratione etiam nubes ascendente potest dici illud Eccl.35.Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Ista est ergo penetratio virtuosa.¶Item dico, ꝙ inuenitur penetratio vitiosa. Et ista est illa, qua mūdi per rapinas,& furta,& etiam ad adulteria committenda domos penetrāt vicinorum.de quo.2.Timoth.3 Ex his enim sunt,qui penetrant domos,& captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis.¶Item inuenitur finaliter penetratio dolorosa,scilicet illi,qua impij,& damnati compelluntur finaliter ad inferos penetrare.de qua dr̄ Prouerb.5.Pedes eius descendunt in mortē, & ad inferos gressus illius penetrant. Multa possent dici,sed authoritates desunt. Vide supra de Ingredi,& intrare, & infra de Transire,& pertransire,& similibus &c.

A **Pœnitentia.** Cum pœnitentia nihil aliud sit, quàm peccatorum displicentia generaliter loquendo, possumus dicere,ꝙ in scriptura reperitur pœnitentia

Simulata.
Desperata.
Condemnata.
Comprobata.

Prima est deceptoria.
Secunda est frustratoria,
Tertia est afflictoria.
Quarta est meritoria.

Prima est deceptorum.
Secunda est peruersorum.
Tertia est damnatorum.
Quarta est conuersorum.

Dicamus ergo, ꝙ est pœnitentia simulata, & deceptoria. Et ista est hypocritarum, q̄ in veritate nō sunt pęnitentes,quamuis exterius videant̄ esse similes hyrco, q̄ q̄uis exterius appareat macer,sicc⁹,hispidus, & despectus,intus tamē est pinguis, mollis, delicatus,& præ cæteris animalibus luxuriosus. Sic multi sunt qui propter hispidam vestem religionis,& propter maciem abstinentiæ, & humilis, ac deuotæ conuersationis continentes esse creduntur:ipsi tamen intus idest in corde,& in occulto delicati,& carnales esse comprobantur. Et de talibus dicitur Apocal.2.Dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, non vult pœnitere à fornicatione sua.¶Item est pœnitētia desperata,& frustratoria, & ista est obstinatorum,quibus quamuis displiceant peccata sua,ex hoc tamen non emendantur:immo cū propter hoc,tum ꝑꝑ difficultatem pœnitentiæ,tum ꝑꝑ disperationem diuinæ misericordiæ de malo ad malum cōtinuè deducuntur, vnde similes sunt Iudæ,qui pœnitentia ductus desperauit, & abiens laqueo se suspendit,sicut dr̄ Matth.27.Item est pœnitētia condemnatoria,& afflictoria,& ista est illa, quā habent impij in inferno,& quā hēnt damnati in patibulo,qui pœnitēt de criminibus ꝑꝑ pœnas,quas proinde sustinent. Et ista est pœnitentia nimis tarda. Ista.n.iudicem ad misericordiā non inclinat.& de ista dicitur Sap.5. Vidētes turbabunt timore &c.¶Itē est pœnitentia cōprobata,& meritoria,& ista est illorū,q̄ volūt de peccatis veniam obtinere. Et ista sic difficit ab Aug. Pœnitētia est præterita mala plangere,& plangenda amplius non cōmittere. Ista.n.est necessaria,ut culpa puniretur, & vt dei offensa placaretur,& vt post lapsum homo remedio potiretur. Et iō pœnitentia a Hieronymo dicitur secunda tabula post naufragiū. Quia sicut illi,qui in mari fracta naui in aquā cadūt,se q̄nque super vnā tabulā recipiūt,& euadūt, sic in mari huius mūdi,qui per fractionem nauis gratiæ per peccatū sunt in periculo submersionis æternæ, per pœnitentiā sicut p quādā tabulā solent periculū euadere,& ad portum Paradisi fœliciter applicare. Quia qui post peccatū pniām non habuerit, in æternum periculum introibit. Lucæ.13. Nisi pœnitentiā habueritis, oēs simus peribitis.& ideo dicitur Ezec.18. Conuertimini,& agite pœnitentiam. Vbi aduerte quod pœnitentia est agenda

Cum interiori morum mutatione.
Cum securiori mentis discussione,
Cum perfectiori carnis afflictione.

Mores transformare per conuersionem
Oportet enim mentem agitare per contritionem
Carnem macerare per afflictionem.

¶Primò dico,ꝙ in pœnitentia necesse est, ꝙ excutiamus morū prauitatem, Conuertimini, Res.n.tunc conuertitur, q̄n vna forma,& figura derelicta in aliam transformatur. Et ideo peccator per pœnitentiam conuerti dicitur,q̄n pristinam formam & conuersationē deserēs in melius mutatur. Pœnitētia.n.est sicut ille fluuius Thessaliæ,de quo dicit Sene. in lib. de naturalibus quæstionibus,ꝙ oues aquā ipsius potantes si nigrę fuerint, in albedinē conuertunt̄:albæ vero si inde biberint, in nigredinē commutātur.vnde ēt vt dicit,mulieres patriæ illius alijs tincturis nō vtunt̄ ad lanas in albū vel in nigrū tingendas,nisi solum ablutione dictæ aquæ. Et istud ēt idem videtur dici in libello de historia terræ sanctæ. Et re vera charissimi talis est fluuius terræ sanctæ.s.aqua pœnitentiæ,quia illi, qui interius nigri sunt,& infecti per ferruginem peccatorum, ibidem intincti,& balneati,& aqua pœnitentiæ potati,& satiati, solēt p innocentiam dealbari. Et hoc est ꝙ dicitur Esa.1. Lauamini,mūdi estote.&c.sequitur. Si fuerint peccata vestra vt coccinū, quasi nix dealbabunt̄. Econuerso aūt in isto fluuio illi, qui sunt albi,nigri efficiuntur, quia s.illi qui fuerūt albi exterius p curiositatē,ibi fiunt nigri p cōuersationis humilitatē. Canti.1. Nigra sum,sed formosa &c.quia in fluuio pœnitētiæ,albedo exterior curiosæ apparentiæ acquiritur.quia vt dicit Ouidius li.1. fabula.10.Io pulcherrima virgo fingitur fuisse mutata in vaccā albissimā,quæ tandē furiosa facta est,& per mūdū vndiq; fuit furijs agitata,finaliter tn̄ ad fluuiū Nili,qui est in Aegypto,ista venit,& ibi diuina miseratione in virginē albissimā, & pulcherrimā fuit mutata, ita ꝙ eā tota patria in reuerentia habuit, & finaliter Iupiter ipsam in stellam mutauit,& sursum inter cęlestia numina collocauit. Ista Io charissimi pōt significare animam christianā, quæ sua naturali cōditione pulchra, & nobilis esse potest. Ista tn̄ mutat̄ in vaccā albā.i.in personā peccatricē,& carnalē,albedine curiositatis ornatam, furia concupiscētiæ effrenatā,& ad mundi negocia vndiq; expositā, & agitatam quod maximè verū est de ambitiosis,& auaris,qui furia cupiditatis accensi,non cessant vndiq; discurrere,& vt auaritiā suam facient,nō cessant sœculū circuire. Hiere.46.c. Vacca, alias vitula, elegans est Aegyptus, stimulator ab Aquilone veniet ei, Sed q̄d?pro certo ista venit q̄nq; vsq; ad Aegyptū.i. vsq; ad obscuritatem contritionis,quia Aegyptus interpretatur obscuritas,& vsq; in Nilum.i.pœnitentialis ablutionis fluuiū,& sic in albā puellā iterū.i.sanctam,innocentē,& mundā personā conuertitur. Figura vaccę.i.conuersatio peccatrix ei adimit̄, & sic per pœnitētiā in oībus immutat̄. Cōuertimini inquit.vnde dicit Aug.super illud Psal. Si cōuerteris ad me pęnitendo, cōuertar ego ad te liberādo. Hiere.31. Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam,confusus sum,& erubui, quoniā sustinui opprobrium,

brium adolescentiæ meæ. Et sic finaliter talis persona sic conuersa in mundo habetur in reuerentia,& honore: finaliter autem in cœlo inter stellas, idest inter sanctos & angelos ponitur in cœlestis gloriæ pulchritudine, & splendore. Quia breuiter pœnitentia mores primitiuos couertit,& mutat;famam, & sanctitatem reddit,& restaurat; & cœlestem gloriam finaliter procurat,& tribuit. Ideo pulchrè loquitur Cyprianus lib. de laudibus pœnitentiæ, sic dicens. O pœnitentia, quæ miserans peccata remittis, paradisum reseras, contritum sanas, tristem exhilaras, ad vitam de interitu reuocas, statum restauras, fiduciam informas, gratiamque,& abundantiam refundis. O pœnitentia, quid de te referam? omnia ligata tu soluis, omnia clausa tu reseras, omnia aduersa tu mitigas, oia confusa tu lucidas omnia desperata tu animas. O pœnitentia rutilantior auro, splendidior sole, quam non vincit peccatum, nec afflictio superat, nec desperatio delet.& adiunxit. Pœnitentia respuit auaritiā, horret luxuriā, fugat furorē, format amorem, calcat superbiā linguā cōtinet, mores componit, odit malitiam, excludit inuidiam.& sequitur. Perfectè pœnitens, percutienti alteram maxillam præbet, angariatus vltrò sustinet, castigatus gratias agit, prouocatus tacet, exasperanti blanditur, superiori simplex est, inferiori subiacet. In corde eius contritio, in ore confessio, in opere totius humilitatis executio. Hæc est inquit perfecta, & fructifera pœnitentia. Ecce ergo charissimi quō ex verbis istius sancti patet, ꝙ pœnitentia habet virtutem conuersiuā. Conuertimini inquit. Et sic benè patet, ꝙ ad hoc, ꝙ simus verè pœnitentes, necesse est, ꝙ excutiamus morum prauitatem. Conuer-
B timini inquit.¶ Secundò dico, ꝙ in pœnitentia requiritur, ꝙ discutiamus mentis qualitatē, cū dicitur. Agite. Agere enim non solum accipitur pro facere, immo qñque idē est quod deducere, vel mouere.& sic sumitur Rom. 8. Vbi dicitur, ꝙ qui spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Ad denotandum, ꝙ si perfectè pœnitere volumus, necesse est, ꝙ per status nostri discussionē nos ipsos agitemus. Agite inquit. Vas.n. fortiter infectum nūquam perfectè mundatur, nisi primò fortiter agitetur, sic nec pœnitētia illum hominem bene mundat, qui statum suum non benè discutit prius, atque aspectat. Agite inquit. Quod benè innuitur Apoc. 2. cap. vbi dicitur. Memor esto vnde excideris,& pœnitētiā age,& prima opera fac. Sicut.n. ignis conclusus in terra vndiq; per cauernas terræ circuit quærens exitū,& non inuenit,& finaliter cum oīa discusserit,& circuierit, solet terræ motum facere,& terram per violentiam aperire; sic verè ignis.i. splendor discretionis, debet in profundo cordis nostri omnes cauernas .i. omnes secretas rimulas circuire,& omnia in sua conscientia discutere,& videre;& tandem debet per contritionem,& timorem dei terræ motū facere,& abscondita cordis per confessionis ianuā reserare. Agite inquit.i. vosipsos agite. vnde Esaiæ. 24. Confractione confringetur terra, contritione cōteretur terra, commotione cōmouebitur terra, agitatione agitabitur terra. Terra enim.i. conscientia peccatoris debet agitari per status dubitationem, commoueri per status discussionem, cōteri per perfectam compunctionem, confringi per apertam confessionē. Et breuiter, qui vtilitatem cordis sui benè agitauerit, & discusserit, de peccatis faciliter pœnitebit. Vnde credo, ꝙ causa, quare non pœnitent peccatores, est quia conscientiam suam, & mala, que fecerunt, nō discutiunt, nec vident. Et ideo beatus Augu. de vtilitate agendæ pœnitentiæ docet mentem discurrere, dicens. In tribunal mentis tuæ ascende, reum te constitue ante te, noli ponere te post te, ne deus ponat te ante se. Patet igitur, ꝙ necesse est, ꝙ discutiamus mentis qualitatem. Agite in-
C quit.¶ Tertiò dico, ꝙ necesse est, qđ concutiamus carnis voluptatē.& hoc ostenditur cum dicitur, Pœnitentiā. Pœnitentia. n. dicitur à pœna. vnde secundum Hugo. lib. de mysterijs ecclesiæ. Pœnitentia dicitur quasi punitentia, eo ꝙ per eam puniamus delicta, quia pœnitentia non solum discutit mentis cōditionem, non solum etiam excutit culpæ infectionē: immo et punit,& concutit carnis affectionem,& delectationē. Pœnitentia.n. est sicut myrrha, quæ quāuis sit amarissima, est tamen species odore suauissima,& effectu virtuosissima. & maximè illa, quæ dr̄ myrrha electa. quæ est voluntariè de arbore stillās, nō per fractionē, aut scissurā emanans. Talis.n. vt dicit Diosco. & Plateanus, habet virtutē dissoluendi, cōsumēdi, confortandi,& mortua corpora à putedrine reseruandi, desiccādi, consolidandi, conglutinandi, roborādi,& carnē putridā corrodendi. Et re vera charissimi tales sunt effectus pœnitentiæ, quia vere quamuis ista sit amara,& difficilis ad sustinendū, est tñ virtuosissima ad sanitatem diuinæ gratiæ inueniendā. Ista.n. dissoluit p cōpūctionē; cōfortat,& ꝯsolidat p spē, et cōsolationē; cōsumit,& desiccat p abstinētiæ macerationē; corrodit, & carnē putridā exterminat p dolorē,& afflictionē; corroborat tñ,& cōglutinat p sanitatis spūalis restitutionē; aīam aūt à putredine inferni pseruat p vitæ æternæ collationē. Ista est igit myrrha electa, q̄ dat suauitatē odoris. Eccle. 24. Vt sic dicat quilibet pœnitens illud Canti. 5. Manus meæ distillauerunt myrrhā &c. Sic ergo patet, quomodo pœnitentia multiplices habet virtutes. Et ideo August. in lib. de pœnitentia dicit. Pœnitentia languores sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, sanitatē auget, gratiā conseruat, claudos erigit, cęcos illuminat, vitia fugat, virtutes ornat, mentem munit, roborat,& confortat. Et ideo breuiter cōcludamus ꝙ pœnitentia est habenda, quia habet virtutem

Pacis,& concordiæ generatiuam.
Virtutis,& gratiæ restauratiuam.
Culpæ,& nequitiæ expiatiuam.
Hostis,& malitiæ effugatiuam.
Spei,& lætitiæ restitutiuam.
Cœli,& gloriæ procuratiuam.

Dico ergo, ꝙ pœnitentia est pacis,& concordiæ generatrix. Sicut enim adamas quāuis sit lapis durissimus dicitur tñ lapis esse reconciliatiuus, quia solet vxorem repudiatam ad mariti gratiā reuocare, sic pœnitētia quamuis ad sustinēdū sit grauis,& dura est tñ concordiæ inter maritum,& vxorē repudiatā. i. inter deū & animā peccatricē generatiua, & pacis & amicitiæ inter deū & hominē effectiua. vnde Apoca. 3. Quos amo, arguo,& castigo. Aemulare ergo,& pœnitentiam age.¶ Itē ista est virtutis,& gratiæ reparatrix. Et sic ista est similis ebulo, quæ est herba amara,& fœtida, & tamen si homo confractus per casum in decoctione eius balneetur, dicitur membra consolidare, & virtutē pristinam restaurare. sic pœnitētia post casum peccati &c. Ideo Apoc. 2. dicitur. Memor esto, vnde excideris, age pœnitentiam, & prima opera fac. ¶ Item pœnitentia est culpæ, & nequitiæ extirpatrix. Est.n. sicut sal, quod quamuis sit valde asperum, est tamen vulnerum mundificatiuum,& putridarum carnium abstersiuū. Quia pœnitentia de vulnere læsæ conscientiæ putredinē vitiorū extrahit, & oīa expiat, atq; colit. Ista est.n. sicut dictamus herba, quæ sagittam de corpore cerui extrahit. Quia pœnitentia solet sagittā peccati de corpore, & conscientia peccatoris effugare. vnde Lucæ 13. Nisi pœnitētiam feceritis, omnes simul peribitis.¶ Item est hostilis malitię superatrix. Vnde sicut canes non edunt hericium spinis vndique circundatum, basiliscus etiam superatur à mustella armata ruta: sic hostes spirituales non possunt eos lædere, quos ruta, & spinis pœnitentiæ viderint se armasse. vnde Orig. super lib. meritorum dicit. De pœnitentibus vult dominus mirabilia facere, de locustis superare gigantes.¶ Itē pœnitentia est gaudij, & lætitiæ restitutrix. Ista.n. generat gaudium spei in pœnitente, & etiam gaudium æternæ lætitiæ in curia triumphāte. quia sicut dicitur Lucæ. 15. Gaudiū est angelis super vno peccatore pœnitentiam agente. ¶ Itē pęnitētia est regni gloriæ procuratrix. qa sicut dicit Aug. super psal. Iugū,& onus pœnitentiæ est leue,& suaue, qa non est sarcina viatoris, sed alę potius volatoris. Aues.n. sarcinā alarū suarum portant in terra, sed ab eis portantur in cęlū. Et hoc est quod dr̄ Matt. 3. Agite pœnitentiā, appropinquabit.n. regnū cœlorū. Sic ergo charissimi patet, ꝙ secundùm authoritatē nostra pœnitantia perimit,& concutit carnis voluptatē, pœnitentiā inqt. Mouet, & agitat mētis qualitatē, Agitat. Fugat & excutit culpæ prauitatem, Conuertimini. Benè ergo dicit. Conuertimini,& agite pœnitentiam &c. Sufficit de pœnitentia.

Penitus.

A Nota, ꝙ penitus idem est, quod totaliter. Et potest accipi in bono,& in malo secundùm materiam de qua sumitur. Vnde nota, ꝙ cum penitus recedat à medio,& se teneat in extremo, ideo (vt cōmuniter) semper signat in malo. Et sic dico, ꝙ inuenitur Penitus

Displicentiæ.
Patientiæ.
Ignorantiæ.
Indigentiæ.

Penitus displicentiæ pertinet ad durum rigorē, quia scilicet rigor iustitiæ debet penitus subuertere, & destruere peccatores, qui.s. renuunt pœnitere, de quo Deute. 7. dicitur, ꝙ deus interficiet eos, donec penitus deleantur. Esaiæ 2. In die illa idola penitus conterentur. ¶ Penitus patientiæ pertinet ad pium dulcorem. Exemplo dei, qui scilicet iram suam modò penitus non infert, sed patienter eam differt 2. Paralipom. 12. Auersa est ab eis ira domini, nec deleti sunt penitus. Et de filijs Israel peccatoribus dicitur Leuit. 26. Nec penitus abieci eos, cum essent in terra hostili, nec sic despexi, vt

ri,vt consumerentur.Et de Absalon dicitur.2.Reg.14. Nec penitus pereat,qui abiectus est. ¶Penitus ignorantiæ pertinet ad mentis languorem,quia scilicet mens nostra est ita per ignorãtiam languida,quòd veritatem rerum nõ potest penitus cognoscere,sed ex parte,Vnde de cognitione dei loquitur Moyses filijs Israel Deuter.4.Vocem inquit ipsius audistis, sed formam penitus non vidistis.vnde Prouer.30.dicit sapiẽs.Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro. ¶Penitus indigentiæ pertinet ad paucum vigorem,quando scilicet pauperes, & miseri nihil penitus habent adiutorij,vel vigoris.Hiere.39.De plebe pauperum,qui nihil penitus habebant, dimisit in Hierusalem.Et Iudicum.18.dicitur,ꝙ filij Dan vrbem incendio tradiderunt,nullo penitus ferente præsidium. Omitto, quia parum valet,& paucæ sunt auctoritates.

A **Penuria.** Penuria dicitur quasi pœna vrens, seu quasi panisvria,idest carentia,& est idem,quod paupertas,seu rerum tenuitas, & indigentia. Sicut ergo supra de paupertate dictũ est,sic potest dici de penuria,videlicet, quòd est penuria

Deponenda,
Contemnenda
Sustinenda,
Metuenda.

Prima est penuria virtualiũ diuitiarum.Ista est enim penuria aĩæ peccatricis, qua scilicet virtutum opulentia denudaẽ.Vñ peccatori põt dici illud Deut. 28. Seruies inquit inimico tuo in fame,& siti,& nuditate,& omnium rerũ penuria.Ab ista tamen penuria cauent iusti,qui s.virtutum & meritorum opibus sunt repleti,de qua Deut.8.Absque vlla penuria comedes panem tuum.Ista est.n.illa extrema penuria,pp q̃ patres comedere proprios filios compelluntur, quia.s.filios nostros.i.interiores affectus,& aĩos deuoramus,quãdo tali penuria laboramus.vnde Deut.28.dicitur.Liberos.n.suos comedẽt clam, propter rerum omniũ penuriã. ¶Secũda est penuria pectoraliũ angustiarum.Et ista est illa,quã auari, & parci sustinẽt in hoc mundo,quorum.s.mens semper est in penuria,nunquã .n.satiantur,sed semper egent, immo quanto plus habuerint, tanto magis ardent.Exo.17.Sitiuit ergo populus,nec expendere volunt,sed vt thesaurizare valeãt,vix comedunt,atq; bibunt. Et isti certè inter alios penuriosos maledicti sunt,qui in bonorum suorum plenitudine sitiunt,& esuriunt.Malachiæ 3.In penuria vos maledicti estis.¶Tertia est penuria temporalium miseriarum,quam.s.pauperes in hoc mundo patiuntur. Ista est a viris iustis in patientia sustinenda,exemplo Apostoli,qui dicebat Philip.4.Scio abundare, & scio penuriam pati. Et meritò, quia pro certo de tali penuria venitur ad opulentiam paradisi. Iudicum.18.Tradet.n. vobis dominus locum, in quo nullius rei erit penuria.¶Quarta est penuria infernalium tristitiarum, quam.s.damnati sustinent in inferno,qui,s.pauperes, & penuriosos hic iuuare seu reficere noluerunt.Et de hoc dicitur Prouer.28.quòd qui despicit deprecantem,sustinebit penuriam. s. in inferno.& Deutero.28.Nihil habeat in obsidione, & penuria.Et ista sufficiant de quadruplici penuria, quia supra de paupertate & similibus dictum est in locis varijs satis plenè &c.

A **Per.** Nota, quòd ista præpositio per seruit accusatiuo, & multis modis sumitur in scriptura.Sumitur enim vt cõmuniter scilicet

Causatiuè,& effectiuè;
Meditatiuè,& coadiunctiuè;
Receptiuè,& delatiuè;
Discursiuè,& extensiuè;
Distributiuè,& distinctiuè;
Successiuè,& prosecutiuè;
Meditatiuè, & cooperatiuè.

Et primò causatiuè, & effectiuè; sicut de deo legitur Ioã.1.ꝙ oĩa per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Item sicut de tribulationibus dr̃ Actuũ.14.quòd per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorum. Item receptiue,& delatiuè,sicut cum dicitur in psal.quòd deus traduxit populum suum per desertũ. & Ezechielis.5.Pestilentia,& sanguis transibunt per te.Item discursiuè,& extensiuè; sicut cum dicitur in p̃s. Transiuimus per ignẽ & aquam.Item destinctiuè, & distributiuè,sicut cum dicitur Esaiæ.54.Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos.Item successiuè & prosecutiuè,sicut cum dicit̃ Thre.2.Deduc quasi torrentem lachrymas per diem,& noctem. Igitur his præmissis secundũ litteralẽ sensum notemus quãtum ad mores,quòd per,potest referri ad diuersas p̃sonas.Et sic dico,quòd nos inuenimus in scriptura vnum per,quod spectat ad

B Dei maiestatem,
Iusti bonitatem,
Stulti prauitatem,
Damnatorum pœnalitatem,
Beatorum fœlicitatem.

Et primò dicamus,quòd est vnũ per,quod spectat ad deum. Cõstat.n.quòd p,signat causam efficientẽ,sicut propter,cãm finalẽ. Et sic dico,quòd p,signat.s.personã actoris,procuratoris,inspiratoris,tutoris, adiutoris, quę s.omnia possunt per illam dictionem per,dici de deo, quia reuera sicut per virtutem solarem omnia naturaliter generãtur, sic per virtutem dei omnia efficiuntur, & ministrantur. Vnde ipse est,qui dicit.Per me

Principantes regunt imperia;
Leges ordinantes iura dant varia;
Prophetantes vident mysteria;
Spe lætantes linqunt suspiria;
Fide stantes intrant altaria.

Igitur dicã,quòd per Christũ,seu per deũ sicut p causam effectiuam regunt imperia mundo principantes. Ipse est.n.qui dicit Prouer.8.Per me principes imperant, & potẽtes decernũt iustitiã. Itẽ per ipsum dant iura varia legẽ ordinantes,quia ipse est,qui dicit ibid.Per me reges regnãt, & legũ cõditores iusta decernũt Itẽ per ipsum vident mysteria alta contemplãtes, seu prophetãtes,s.apostoli & prophetæ.Rom.1.Per quẽ accepimus gratiã & apostolatũ ad obediendũ fidei.Itẽ per ipsum linquunt suspiria sperãdo lætantes, quia.s.sicut dr̃.2.Corin.1.Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christũ abũdat cõsolatio nostra ad deũ.Itẽ per ipsum cœli altaria,seu penetralia sumus subintrantes.Vñ ipse est,qui dicit Io.10.Ego sum ostiũ,p me si qs introierit,saluabitur.Sic igit̃ patet,qũo ẽ vnũ p,ꝙ spectat ad deũ.& hoc est primũ.¶Scd̃ò verò dico,quòd ẽ vnũ p,quòd spectat ad iustũ. Iustus.n.hẽt suũ p.i.suũ mediate, quo ipse peruenit ad salutẽ.Et sic dico,quòd ipse hẽt tria per.i.tria media,per quæ obtinet vitã æternam,videlicet personas,res, loca & tempora.Ista.n.super quæ,& quibus mediantibus sicut per quosdã gradus peruenitur ad cœlum,videlicet per C

Subsidium fraternum,
Suffragium internum,
Diffugium externum,
Refugium æternum.

Constat enim,quòd salutem,
acquirit homo per,

Fraternam subuentionem,
Internam perfectionem,
Externam discursionem,
Aeternam continuationem.

Dicamus igit̃, quòd iustus saluatur per fraternã subuentionẽ. Multũ enim valet deprecatio adiutorium,& intercessio,directio, & ĩstructio viri iusti. Vnde benè dicebat Iosaphat.4.Reg.3. Est ne hic propheta domini,vt deprecemur dominum per eum?Ideo benè præcipitur.4.Reg.8.Vade in occasum viri dei,& consule per eum dominum.Constat.n. quòd per bonos prudentes,& viros iustos,& eorum orationibus,industrijs,& suffragijs, non solum vnà persona, immo etiam vnũ regnum,& patria saluatur,& ab infortunijs,& periculis liberatur;sicut de illo Naaman legitur. 4.Regũ.5.quod per illũ dedit dominus salutẽ Syriæ.Cõstat.n. quòd p bonas prædicatorũ,prælatorũ,doctorũ,& proximorum correctiones, & instructiones venit homo multitotiẽs ad salutẽ;sicut videmus, quòd per virgam, & clamorem pastoris ouis ad gregem reducitur, & à lupi periculo liberatur. Vnde cuilibet tali potest dici illud Iudith.13.Benedixit te deus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.Vt sic talis dicat illud Sap.5. Ergo accipite disciplinam per sermones,& proderit vobis.¶Deinde saluatur iustus per internã perfectionem, hoc est dictu, per gratias,& virtutes.Infirmus enim quandoque fit saluus, & sanus per bona electuaria,& medicinas: sic homo spiritualiter per virtutes & opera fructuosa. Et sic certè dico, quòd saluari nos oportet scilicet per D

Patientiam dura sustinentem,
Sapientiam bona præuidentem,
Pœnitentiam culpas deplorantem,
Confidentiam firmiter sperantem,
Amicitiam se bonis ligantem,
Eloquentiam feruenter orantem,
Audientiam seu obedientiam facile parentem,
Notitiam debitè credentem,
Iusticiam neminem lædentem seu debita soluentem,
Crucis gloriam iustos liberantem,
Christi gratiam fideles saluantem.

Igitur dico,quòd saluari possumus,& tueri per patientiam,qua dura sustinemus. Heb.12.Per patientiam curamus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorẽ fidei,& cõsummatorẽ Iesum. Sicut enim dicitur Actum. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum.quia sicut dicitur Iudith. 8. Omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes transierunt,Item per sapientiam, qua cuncta prouidemus.Vnde deo.Sap.9.dicitur sic Nam per sapientiã sanati sunt,quicunq; placuerũt tibi.Item per pœnitentiã,qua pecca-

ta de-

tã deflemus,dè quo poteſt exponi illud Sap.10. ꝙ ſcilicet deus iuſtos tranſtulit per mare rubrum,& trãſuexit per aquã nimiã. Mare.n.ſignat amaram contritionem,rubrum verecundã confeſſionem,aqua vero nimia lachrymoſam ſatisfactionem. Itẽ per confidentiam,qua ſuprema tenemus,ſeu videmus,hoc eſt dictu,per firmã ſpem,& confirmationem , quia.ſ.ſicut dicitur. 2.Corint.3.Fiduciam talem habemus per Chriſtum ad deum. & Sap.10.dicitur,ꝙ iuſtum deduxit dñs p vias rectas, & oſtendit illi regnũ dei.Spes.n.& contemplatio ſunt rectæ viæ , quib. in hac vita iuſtis oſtenditur regnum dei.Item p amicitiã , qua proximis inhæremus.Gal.5.per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.Item per eloquentiam,quam orantes habemus , hoc eſt dictu,per vocem diuinæ laudis,& orationis.1.Timo.4.Sanctificatur per verbum dei,& orationem.Itẽ per audientiã,ſeu obedientiam,qua maiori paremus.Coll.3.Filij obedite parentibus veſtris per omnia.Item per notitiam,ſeu per ſcientiam quã credendo tenemus,hoc eſt dictu,per fidem, & nõ per ſpeciem ſaluamur;quia ſicut dicitur.1.Corint.13. Videmus nunc per ſpeculum in enigmate,tunc aũt facie ad faciem.Item per iuſtitiã qua impios arcemus,vt.ſ. arceamus malos per arma iuſtitiæ à dextris,& à ſiniſtris.2.Cor.6.Itẽ per memoriam,& compaſſionem crucis,& paſſionis Chriſti,de qua.ſ.dicitur Gal.2.Chriſto confixus ſum cruci,ſ.per memoriam paſſionis.vnde Sap.14.dicitur,ꝙ benedictũ eſt lignum,per quod fit iuſtitia.Itẽ per Chriſti gratiam,qua ſaluari valeamus,quia.ſ.ſicut dr̃ Actuũ.15.Per gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti nos credimus ſaluari ; iſta .n.ſunt vndecim per.i.vndecim media,per quæ ſalutem poſſumus adipiſci,quæ ſcilicet perfectionem continent, & faciunt

E virtualem.Saluatur ergo iuſtus per internã perfectionẽ ¶ Deinde dico,ꝙ ſaluatur iuſtus per externam diſcurſionem.Exteriora.n.loca,& motus,& diſcurſio qñdoq; proficiunt ad ſalutem. Patet de iuſtis peregrinis,& heremitis,quamuis.n. dicat Sene. epiſtola.28.ꝙ magis mutandus eſt animus,quã locus,quando tñ vtrunq; mutatur,tunc magis proficit.Igitur dicam , ꝙ iſtud per.i.iſte localis tranſitus,atque motus,bonusq;labor,& diſcurſus quandoq; faciendus eſt à iuſtis,& hoc certe per

Semitam æquitatis,& iuſtitiæ:
Viam veritatis,& prudentiæ:
Aquam pietatis,& clementiæ:
Plateas honeſtatis,& decentiæ:
Ciuitatem vnitatis,& concordiæ:
Ignem pęnalitatis,& anguſtiæ:
Deſertum tenuitatis,& abſtinentiæ:
Domos ſocietatis,& amicitiæ:
Terram humilitatis,& ſubiacentiæ:
Plana ſynceritatis,& innocentiæ:
Mare proſperitatis,& pœnitentiæ.

Ecce ergo per quot loca ſpiritualia poteſt homo tranſire ad vitam æternam. Tranſeat ergo iuſt⁹ per ſemitã iuſtitiæ & æquitatis. Prouerbi.4. Ducam te per ſemitas ęquitatis, quas cũ ingreſſus fueris, nõ arctabuntur greſſus tui . Quamuis de impijs dicatur illud Prouerb. 5.Per ſemitam vitæ non ambulat,vagi ſunt greſſus eius , & inueſtigabiles.Sicut enim dicitur Sap.10. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas.Item tranſit iuſtus per viam ſcientiæ, & veritatis,ſcilicet per viam fidei,prudentiæ,& ſapientiæ recte credulitatis.Prouer.9.Ambulate per vias prudentiæ.de qua.3.Regum 8.Oſtende eis viam bonam, per quam ambulent. Item tranſit iuſtus per aquam clementiæ , & pietatis dicens. ſ. illud Æſaiæ.43.Cum tranſieris per aquas,tecum ero. Item tranſit iuſtus per plateas decentiæ,& honeſtatis.Canti.3.Surgam,& circuibo ciuitatem,per vicos,& plateas quęram,quem diligit anima mea.decet enim,& honeſtũ eſt,vt,quos diligimus,requiramus.Item tranſit iuſtus per ciuitatem concordiæ , & vnitatis, ſeu fraternitatis.Ciuitas.n.dicitur quaſi ciuium vnitas.Ezech.9. Tranſite per ciuitatem ſequentes eum . Item tranſit iuſtus per ignem pœnalitatis,& anguſtiæ.pſal.Trãſiuimus per ignem , & aquam,& deduxiſti nos in refrigerium . Item tranſit iuſtus per deſertum abſtinentiæ,& tenuitatis.Exo. 3. Ibimus trium viam dierum per ſolitudinem.Tres.n.dies tres abſtinentiæ partes deſignant.ſ.abſtinere à delitijs,à diuitijs,& ab eminentijs . Item tranſit iuſtus per domos amicitiæ,& ſocietatis ſeu etiam hoſpitalitatis.de qua dicitur.4.Reg.4.Animaduerto,quod vir dei ſanctus iſte eſt,qui tranſit frequenter per nos, faciamus ei ergo cęnaculum paruum,& ponamus in eo lectulum, & menſam , & ſellam,& candelabrum,& cum venerit ad nos,maneat ibi. Itẽ tranſit iuſtus per terram ſubiacentiæ,& humilitatis.Nume.21. Obſecro,vt mihi tranſire liceat per terram tuam . Item tranſit iuſtus per plana innocentiæ,& ſinceritatis, & puritatis . Iſta eſt enim via per quam venimus,ſcilicet innocentia,& per quã ad deum redire debemus.de qua.4.Reg.19.Reducant te in viam, per quam veniſti &c.Item tranſit iuſtus per mare pœnitentiæ, & aſperitatis,quia ſcilicet ſicut dicitur Sap. 10. dominus tranſtulit eos per mare rubrum.Pœnitentia.n.dicitur alia via.ſ. ab illa,per quam recedimus.Vnde de Magis dicitur Matth. 12.ꝙ per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.Et.3. Regũ.13. Abijt ergo per aliam viam . Ecce ergo quomodo ſaluat̃ iuſtus per externam diſcuſſionem.¶ Sed certè adhuc dico, ꝙ ſaluatur iuſtus per æternam durationem,& cõtinuationem. Iſta. n. neceſſaria eſt ad ſalutem.ſ.perſeuerantia in bono . Iſti enim per diem,& noctem.i.continuè debent bonum facere , ſicut de columna nubis , & ignis legitur Nume. 9. ꝙ per diem operiebat nubes tabernaculum,& per noctem quaſi ſpecies ignis.Exemplo etiam Danielis,de quo dicitur Dan. 6. ꝙ tribus temporib. per diem erat obſecratio ſua.Vt ſic de perſeuerantia in bono dicatur illud pſalmi. Per diem ſol non vret te,neque luna per noctem.vt ſic operetur bonum , & caueat à malo per tempus,& tempora,& dimidium tp̃is Apoc.11.Ecce igitur quomodo iuſtus habet quadruplex per. i. quadruplex remedium generale, per quod põt attingere ad vitam æternam, ſ.perſonarum, rerũ, locorũ,& ẽt temporũ.Et hoc eſt ſecundum principale. Eſt igĩ vnũ per, quod ſpectat ad iuſtum.¶ Tertiò principaliter dico ,ꝙ F inuenitur vnũ per,ꝙ ſpectat ad ſtultum.Et ſic notabo,ꝙ ſtulti, hoc eſt dictu, viri iniuſti,& impij, habent multiplex malũ medium,ſeu vitium,per quod incedunt , & per quod finaliter ad infernum decedunt,videlicet per viam

Erroris,& ignorantiæ:
Terroris,& inconſtantiæ:
Horroris,& immunditiæ:
Ardoris,& auaritiæ:
Liuoris,& iniuſtitiæ:
Languoris,& pigritiæ:
Furoris,atque ſuperbiæ:
Clamoris,atque diſcordiæ.

Igitur dico , ꝙ mali pereunt per ignorantiam,& errorem, de quo dicitur. Io. 5. Per diẽ incurrent tenebras , & quaſi in nocte ſic palpabunt in meridie.Item per inconſtantiam & terrorẽ.de quo Iob 7.Terrebis me per ſomnia,& per viſiones horrore concuties.Item per immunditiam,& horrorem .ſ.luxuriæ,de qua Prouer.7.Conſidero vecordem iuuenem , q tranſit per plateam iuxta angulum;ſequitur.Et ecce mulier occurrit illi &c.Item per auaritiam,& ardorem.Hiere.36.Cadauer eius proijcietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem Auaritia.n.habet æſtum,propter ardorem acquirendi,& gelu, propter contritionem retinendi.Item per iniuſtitiã , & liuorẽ, quia ſicut dicitur Prouerb.2.Mali relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas.Item per pigritiam, & languorem. Prouer.24.Per agrum pigri hominis tranſiui,& ecce totum repleuerant vrticæ.Item per ſuperbiam,& furorem. Nume. 15. Aĩa.quæ per ſuperbiam aliquid peccati commiſerit,peribit de populo ſuo.Item per diſcordiam,& clamorem.vñ Pruerb.30. Per tria mouet̃ terra.ſequitur. Per ſeruum, cũ regnauerit; per ſtultum,cum ſaciatus fuerit cibo;per ancillã,cum fuerit hæres dominæ ſuæ.Patet igitur,ꝙ eſt vnum per,quod ſpectat ad ſtultum.¶ Quartò vero dico,ꝙ eſt vnum per, ꝙ ſpectat ad damnatum.& nota,quòd iſte punitur per

Mortem necantem,
Enſem ſcindentem,
Noctem tegentem,
Famam vrgentem.

G Punitur dico damnatus per mortem necantem. Hiere. 9. Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras.Itẽ per enſem lædentem Ezech.5. Peſtilentia,& ſanguis tranſibunt per te . Item per noctem tegentem.Mar.15.Tenebræ factæ ſunt per totã terrã.Itẽ per famã vigentẽ,quia ibi,ſicut dr̃.Matt.24. erunt terremotus per loca , & peſtilẽtiæ,& fames . Et ſic eſt vnum per ſpectãs ad damnatum. ¶ Quintò dico,ꝙ eſt vnum per ſpectans ad beatum.Conſtat.n. ꝙ beati habẽt ſua per quæ,hoc eſt,ſua media , per quæ ſunt ſaluati.Et notabis,ꝙ ipſi ſunt beati,& fœlices per

Iocunditatem,quæ mentes reficit:
Securitatem,quæ totum perficit:
Tranquillitatem,quæ nunquam deficit:
Satietatem,quæ cunctis ſufficit:
Auctoritatem,quæ cunctos præficit:
Subtilitatem,quę deum proſpicit.

Igitur dico , ꝙ apud beatos in patria sũt multa per. i. multa media, ſeu gaudia , videlicet iocunditas mentes reficiens.Vnde de cęleſti Hieruſalẽ dicitur Thobiæ 13.Ex lapide candido,& mũdo omnes plateæ eius ſternentur,per vicos eius alleluia cantabitur.Item ibi eſt ſecuritas cuncta perficiens.Vnde cuilibet beato dicitur Eſaiæ.52. Non adijciet vltra , vt per te tranſeat incircunciſus , Vnde & de Hieruſalem cęleſti dicitur Apoc 21.ꝙ portę eius nõ claudẽtur

per noctem s.præ securitate. Item ibi est tranquillitas nunquã deficiens. Vnde de beato dici potest illud. 2. Paral. 15. ꝙ præstitit ei dominus requiem per circuitum. Et. 20. Præbuit ei dominus pacem per circuitum. Itẽ ibi est satietas cunctis sufficiens. vnde Iob. 1. dicitur, ꝙ filij Iob faciebant conuiuia per domos vnusquisque in die suo. Itẽ ibi est auctoritas cunctos perficiẽs. Vñ deo dicitur de beatis Iudith. 16. Qui autem timẽt te, magni erunt apud te per omnia. Item ibi est subtilitas, seu etiam claritas deum prospiciens. Vnde illi beatæ ciuitati dicitur Esa. 60. Non erit tibi amplius sol ad lucem per diem, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. Et sic igitur patet, qũo per, relatũ ad diuersas causas põt significare plura media, inquãtum. s. refertur ad beatos, ad dãnatos, ad impios, ad iustos, ad deũ, & ad sanctos. Et hæc de per sufficiant.

A **Percutere.** Nota, ꝙ percutere in scriptura signat in bono, & in malo. Vñ nota, ꝙ inuenitur scilicet percussio

Superior, & diuina:
Inferior, & humana:
Exterior, & mundana:
Posterior, & insana.

Prima est percussio dei iudiciorũ. Scd'a est percussio nostri superiorũ vel castigatorum. Tertia est percussio mundi suppliciorum. Quarta est percussio mortis & tormentorũ. Percutit. n. dñs per suorum iudiciorum executionem. & de hoc Deute. 32. Ego occidam, & ego viuere faciã, percutiã, & ego sanabo; & nõ, est qui de manu mea possit eruere. Percutit prælatus p suorum subditorum castigationem, & de hoc Prouer. 23. Noli subtrahere à puero disciplinam, si. n. percusseris eum virga, non morietur. Percutit mundus per tribulationum immissionem. Esaiæ. 30. Pauebit Assur virga percussus. & Amos. 4. Percussi vos vento vrente. Percutit infernus seu diabolus per perpetuam damnationem. Ezec. 9. Percutite, non parcat oculus vester, neque misereatẽ. De duabus ergo percussionib. s. de illa, qua percutit deus, & illa, qua percutit præla-
B tus, aliquid est dicendum. ¶ Primò ergo dicamus, ꝙ est percussio superior, & diuina, quæ fit p dei ordinationẽ, quia breuiter deus diuersimode percutit diuersos, quia. s. ipse est sicut aurifaber, qui percutiens solet facere opus suum, qui. s. nunc fortiter, nunc leuiter, nunc mediocriter percutit, & percutiendo aliqua format, aliqua iungit, aliqua rumpit. sic deus mundum gubernãdo diuersis spũalibus percussionib. vtitur, & diuersos diuersimode affligit, percutit, & perimit. Vnde breuiter de deo possumus exponere illud, quod de ipso dicitẽ Esa 11. Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. in quibus verbis ostenditur, quòd deus percutit

Affligendo corporaliter,
Corrigendo paternaliter,
Instruendo litteraliter,
Inspirando cordialiter,
Contemnendo æternaliter.

Primo modo percutit ne puniamur. Percutiet inquit terrã. Secundo percutit, vt reducamur. Virga. inquit. Tertio percutit, vt doceamur. Oris, inquit, sui. Quarto percutit, vt conuertamur. Spiritu inquit labiorũ suorum. Quinto percutit, vt destruamur. Interficiet, inquit, impium. ¶ Dicamus ergo, ꝙ quædam est dei percussio temporaliter punitiua, percutiet inquit terram. Sicut. n. iudex temporalis percutiendo, & affligendo sceleratos non solum intendit ipsorũ correctionem, immo ẽt intendit suorũ criminũ punitionẽ, cũ secundùm leges intersit reipublicæ, ne maleficia remaneant impunita, sic deus per mũdi tribulationes nos percutit, & castigat, vt pro iã cõmissis criminib. nos puniat, & affligat. Quicquid. n. mali patimur, peccata nostra meruerunt. Deus. n. modo percutit, ne in æternum percutiat; modo punit, ne in æternũ puniat; modo affligit, ne in ęternum affligat. Percutiet, inquit, terrã. Terra. n. corpus signat, quod à deo in præsenti percutitur, vt anima perpetuò liberetẽ. Sicut enim palea solet percuti, & flagellari, vt granum purum possit exinde excuti, & deputari (vnde ipse dicit Ezec. 7. Scietis, quòd ego sum dominus percutiens) sic nota, quòd iste nos per mundi tribulationes percutit triplici ratione. s. vt nobis auferat mundanum amorem; vt nobis conferat supernum timorẽ;
C ne nobis inferat æternum dolorem. ¶ Dico ergo, quòd per huiusmodi percussionem mundanus amor nobis aufertur, quia scilicet quando homo videt, ꝙ in mũdo sunt tot tribulationes, & percussiones, miseriæ, & afflictiones, exinde ab amore mundi trahitur, & ad contemptum ipsius animatùr. & ideo secundùm Grego. Deus nobis in via huius mũdi tot aduersitates immiscuit, vt dum hæc aduersa sentimus, necessitate compulsi ad deum citius veniamus. Exemplo viatoris, qui citius venit ad terminum, quando non inuenit tabernas, & vmbracula, vbi sistat. Exemplo etiam paruuli, cui nutrix aliquod amarũ in mamilla ponit, vt ipsum à lactis amore separet, atq; tollat. Et breuiter prout dicit Greg. in homel. Mala, quæ nos hic præmunt, citius ad deum venire nos compellunt. Vnde etiã ipse dicit Moral. 23. quòd occulto dei iudicio frequenti in hac vita tribulatione, & turbatione percutimur, ne via pro termino, & peregrinatio pro patria dirigatur. Vt de ista percussione possit dici illud Esaiæ. 19. Ipse percutiet Aegyptum plaga, & sanabit eũ. q. d. huius percussio est finaliter ordinata ad sanitatem. Et ideo de multis admirando dicit Grego. in homel. Ecce mundus in se arens, in nostris cordibus reuirescit, vbique mors, vbiq; luctus, vbiq; desolatio, vndique percutimur, vndiq; amaritudine replemur, & tñ tota mente ipsam eius amaritudinem amamus, fugiẽtem sequimur, labenti inhæremus. Non sic debet esse, quia si sapientes fuerimus, per istas percussiones mundanus amor à nobis auferetur. ¶ Item dico, quòd per istas diuinus timor nobis confertur. Omnia enim animalia timent verbera. Vnde etiam elephas verberibus, & percussionibus domesticatur. Leo etiam, quando videt catulum percuti, ex timore, quem inde concipit castigatur. In quibus docemur, ꝙ percussorem nostrum. s. deũ à quo scimus omnia ista mala nobis ordinatiue venire (iuxta illud Amos. 3. Non est malum in ciuitate, quod non faciat dominus) debemus timere, & tam propter nostras percussiones quas quotidie sentimus, q̃ propter alias, quas proximis nr̃is accidere quotidie videmus, debemus dei potentiã formidare. Esa. 30. Pauebit Assur virga percussus. Quod est contra multos obstinatos, qui quamuis quotidie à deo percutiantur, nũquã tñ ex hoc ad timendum dominum inclinantẽ. omnia enim credunt à casu contingere, & nihil eis ex dei ordinatione venire, de quibus dicitur Esa 9. In omnibus his inquit (supple tribulationibus) non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, & populus non est reuersus ad percutientem se. Et ideo talibus accidit sicut vrso, qui, vt dicitur, comedendo mel in arbore malleum percutientem à venatore ante foramen positum, bis secundò vel tertiò repellit, finaliter malleus rediens & ipsum fortius percutiens, ipsum occidit, & ab arbore prosternit. Quia verè illi, qui malleum diuinæ iustitiæ, & eius percussiones modernas non timent, vltimo grauius vsque ad infernum ruent, quia. s. sicut dicitur Prouer. 19 Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorũ corporibus. Ergo per istas percussiones diuinus timor nobis cõfertur. ¶ Item dico, quòd per ipsas æternus dolor non infertẽ. Teste enim scriptura Naũ 1. Non affliget dominus bis in idipsum, vel secundùm aliam litteram. Non consurget duplex tribulatio. quia scilicet illud, ꝙ semel punitum est, nunquam de cętero punietur. Et ideo deus illos, quibus in æternum intendit parcere, solet in præsenti percutere, & punire. vt ipsos non oporteat in ęternum supplicium condemnare. Vnde illud præallegatum Prouer. 23. Si percusseris eum virga, non morietur. Melius est enim, quòd medicus infirmum lanceola percutiat, quàm quòd impercussum mori permittat. Et ideo breuiter deus suos tribulationibus percutit, & ipsos, (vt dictum est) de morte æterna eripit, timorem suum eis incutit, & eos ab amore mundi retrahit, & euellit. Et sic patet, vt superius dictum est, quòd quędam est percussio dei temporaliter punitiua. Percutiet inquit terram. Hiere. 43. Rex
Nabuchodonosor percutiet terram Aegypti. ¶ Deinde dico, D
quòd est quædam dei percussio, quę est paternaliter correctiua quòd ostẽditẽ cum dicitur. Virga. Sicut enim pastor cum virga percutiendo solet oues suas quando deuiant reducere, pater etiam solet filium errantem cum virga leuiter corrigere, & percutere; sic deus fideles suos solet virga tribulationum percutere, vt ipsos in melius valeat emendare. Virgę. n. percussio leuis est, & non ad mortẽ. Et ideo per virgam illã dei percussio designatur, quæ non ad punitionem, seu damnationem, sed solum ad correctionem, & emendationem ordinatur. Volens. n. facere tyriacam, tyrum serpentem virga diutius percutit, & sic ab ipso venenum exire compellit. Quia verè deus ad hoc fideles suos virga tribulationum flagellat, vt à veneno peccati eos liberet, & exuat, & vt per sanctitatẽ ipsos tyriacã aliorum efficiat, sicut apparuit in Paulo, qui à deo cęcitate percussus, à veneno peccati fuit mundatus, & sic per vitæ, & doctrinæ sanctitatem aliorũ tyriaca est effectus, sicut habetur Act. 9. De tali ergo virga dicitur Proue. 13. Tu virga percuties eum, & animam illius de inferno liberabis. Et de tali percussione multum debemus agere gratias deo, quia pro certo ista percussio

Producit mœrorem,& compunctionem;
Inducit tremorem,& contritionem:
Adducit vigorem,& curationem. Vel aliter.
Educit languorem,vel infectionem.

Dico ergo,quòd talis percussio est mater mœroris,& compūctionis,& inde est, quòd Moyses dicitur percussisse virga bis silicem in deserto, & egressæ sunt aquæ largissimæ, sicut dicit Exodi.17.Ouidius etiam dicit, ꝙ cum Neptunus cum tridente suo percussisset terram egressæ sunt aquæ in tanta abundantia,quòd inducto diluuio de terra impios deleuerunt,sicut ponit idem lib.1.Meta. fabula. 7. Moyses enim qui interpretatur assumptus de aquis, Neptunus qui fingitur fuisse filius Saturnis,& deus maris,& aquarum,signat Christum, Saturni. i. dei patris omnia saturantis filium,& de aquis nostræ mortalitatis quantum ad humanitatem assumptum, & maris huius mundi deum,regem,dominum,& magistrum. Iste ergo,qui percutit terrā,& silicem.i.durum,& terreum,& lapideum peccatorem cum virga suæ correctionis, & cum tridente suæ asperæ tribulationis,solet per compunctionem exinde aquam lachrymarum producere,& ad impiorum interfectionem.i.ad criminum submersionem lachrymarum diluuium generare.psalm. percussit petram,& fluxerunt aquæ.& Esaiæ.6.Percutiet Aegyptum in septem riuis.Septem enim riui sunt lachrymæ pro septem generibus mortalium peccatorum. Ista est ergo mater mœroris,& compunctionis.¶Item dico,quòd ista percussio est mater tremoris,& contritionis;quia scilicet homo a deo percussus,& correctus,debet dei iustitiam timere,& per compunctionem à peccato recedere,& dolere. Et de hoc dicitur Esa. 5.Percussit eos, & turbati sunt.¶Item dico,ꝙ ista est mater vigoris,& curationis.vel aliter.Eductrix languoris,& infectionis quia sicut dicitur Oseæ.6.Venite,& reuertamur ad dominum; quia ipse cepit,& saluabit nos;percutiet,& curabit nos. Deus enim est sicut flebotomator,qui solet brachium percutere, vt corrupto sanguine venarum extracto, scilicet vitiorum, possit sanitatem animæ procurare. Iob.5.Ipse vulnerat,& medetur,percutit,& manus eius sanabunt. Ista tamen sunt contra multos,qui proculdubio ex dei percussione non corriguntur, nec sanantur,nec emendantur, sed magis per obstinationem indurantur,& in deterius prouocantur. Similes incudi, quæ quanto plus percutitur,tanto plus induratur. Figurati secundùm tabulas poetarum in illo gigante, qui dicebatur Athlas, qui à Perseo filio Iouis,capite Gorgonis obiecto, mutatus fuit in montem lapideum,qui adhuc dicitur Athlas,sicut Ouidius fabulatur lib.4.fab.17.De Moyse etiam legitur Exo.7.quòd cū virga percussisset aquas fluminis,statim in sanguinē sunt mutatæ.Ad denotādum,quòd obstinati,& peruersi quando a deo, Moyse,& Perseo filio Iouis.i.à Christo filio dei percutiuntur tribulationibus,non ex eo corriguntur, sed magis in montem saxeum per mentis indurationem, & in sanguinem rubeum ꝑ carnis infectionem mutantur,& conuertuntur. Vnde de talib. dicitur Hiere.5.Domine percussisti eos,& non doluerunt;vulnerasti eos,& tamen a vijs suis non sunt reuersi. Non sic charissimi,sed percussi à domino corrigamur,quia proculdubio ista

E est percussio paternaliter correctiua. Virga inquit. ¶Denique dico,quòd est quędam dei percussio,quæ est litteraliter instructiua,& ista est percussio verborum sacræ scripturæ,& comminationes quæ sunt ibi, quod ostenditur cum dicitur Oris sui, quia.s.ista omnia ab ore altissimi prodierunt. Sicut enim aquila non solum cum vnguibus,immo etiam cum rostro, & cum ore percutit prædam,quam vult capere:sic deus non solum tribulationibus,immo etiam rostro.i.verbo,& monitionibus percutit illos,quos vult corrigere. Dicunt.n.fabulæ,ꝙ cum Minerua dea cum cithara sua percussisset terram, egressa est inde oliua cum baccis. Quia verè sæpe fit,ꝙ quando homo, qui cithara i.sono sacræ scripturæ,& verbis à deo percutitur,oliua.i.bonorū operū exuberantia fęcūdat. Hier. 14. Venite percutiamus eum lingua;de quo benè potest illud Iudith. 9. Percuties eum ex labijs charitatis meæ.¶Insuper dico, quòd est quædam dei percussio,quæ est cordialiter infusiua. Spiritu inquit labiorum suorum. Et ista est illa,qua deus percutit interius cor peccatoris per bonam inspirationem,per quam reuertitur ad deum ꝑ moralem conuersionē,de quo potest dici illud Act.12. vbi dr, ꝙ Angelus percusso latere Petri excitauit eum dicens. Surge velociter. Quia verè sepe fit,ꝙ Petrus.i.peccator petreus,dur*, & lapideus,quādo à deo per interiorem inspirationem percutitur,à somno peccati misericorditer excitatur.¶Adhuc dicamus,ꝙ est quædam dei percussio,quæ est æternaliter damnatiua,& ista est illa,qua deus percutit impios,& damnatos. Hier. 30.Plaga inimici percussi te,castigatione crudeli. Sicut enim elephas prouocatus durè percutit,scorpio etiam cum cauda solet percutere illos,quos facie videbatur primitus lambuisse;sic deus prouocatus criminibus iniquorum,in cauda.i.in fine eos percutiet per æternam damnationem,quamuis in facie.i. modo in præsentia huius vitæ ipsos videatur lambere, & diligere per prosperitatis collationem. Sicut.n.dr Dan. 2. Lapis abscissus de monte percussit statuam in pedibus fictilibus,& cōfregit caput ipsius aureum,& pectus argenteum, quod habebat, ita quod tota statua redacta est in puluerē,& fauillam. sic verè dico,ꝙ lapis.i.duratia diuinæ iustitiæ de monte paradisi descendens statuas.i.incipientes peccatores,qui in capite, & pectore. i.mō in principio,dum durat vita ista,sunt aurei,& argentei ꝑ diuitiarum plenitudinem,& qui in pedibus.i.in fine erūt testei, & terrei per mortis turpitudinē.istas statuas dico.i.istos peccatores iste lapis diuinæ iustitiæ in pedibus idest in fine per æternam damnationē ipsorū percutiet,quia statum,& prosperitatē ad nihilum rediget,& deducet.vnde in psal.dr.Percussit inimicos suos in posteriora,opprobrium sempiternū dedit illis. Zac. 14. Erit ruina magna,qua percutiet dominus oēs gentes. ¶Et nota hic,si vis,ꝙ deus percutiet in inferno Mentalis ignorātiæ professores. Carnalis immunditiæ sectatores. Vitalis amicitiæ turbatores. Lætalis auaritiæ possessores. Temporalis opulentiæ detentores, Supernalis eminentiæ petitores. Percutiuntur ergo à deo illi,quos excęcat ignorantia Iob.1.Pueros aūt percusserunt gladio. Itē illi,quos maculat immunditia. Zacha. 12. Percutiam equū in stupore. Item illi, quos conturbat inimicitia psal. Percussisti oēs aduersantes mihi sine causa,dentes eorum contriuisti. Item illos,quos inflammat auaritia. Deu. 28. Percutiant te oēs egestate,febre,& frigore. Item illos, quos hic ditat opulentia. vñ Act.12.dr, ꝙ Herodes erat indutus veste regali, & ꝑcussit eum angelus dñi. Itē illos, quos hic leuat superbia, seu eminentia.vnde Esaiæ.51.Percussisti superbum, vulnerasti draconem &c. Patet ergo charissimi, ꝙ deus diuersos diuersimode percutit,atque lædit,scilicet quosdam per

Aeternalem damnationem,
Cordialem inspirationem,
Scripturalem instructionem,
Paternalem correctionem,
Temporalem punitionem.

Et sic patet,ꝙ est quædam percussio superior,& diuina.¶Secū- F
dò dico,ꝙ est quædam percussio inferior,& humana. Et sic dico,ꝙ est percussio

Bonorum,& fidelium correctorum:
Męstorum,& flebilium contritorum:
Prauorum,& crudelium tyrannorum:
Stultorum,& hostilium impiorum.

Dico ergo, ꝙ alios percutiunt iusti præsidentes, quia. s. sicut pastor percutiendo oues solet reducere;rector scholarium percutiendo solet pueros instruere; artifex percutiendo solet opera sua facere,& materias sibi subiectas diuersimode disponere; sic verè prælatus iustè,& debitè corrigendo solet subditos emendare. Ideo de occulatis animalibus,per quæ intelliguntur prælati,dicitur Ezech.3.ꝙ ipse audiuit vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram. Ideo prælato præcipitur Amos. 9.Percute cardinem,& mouebūtur super liminaria. Columba enim quamuis sit auis mitissima, vt pote quæ felle caret, vt dicitur,solet tamē comparem suum quandoque percutere,ipsum tamen propter hoc non solet minus amare,societatem ipsius fugere,vel odire. Aues.n.quæ gregatim viuunt, quamuis quandoque soleant se durè percutere,nunquam tamē propter hoc solent se abinuicem separare,immo quasi obliuiscentes iniuriā solent simul sicut prius habitare. Sic verè pręlatus quamuis sit,& esse debeat benignissimus,debet tñ compares, & subditos suos corrigendo percutere,cum delinquunt, omni tamē odio prætermisso, & veri amoris connubio non omisso. Nos etiam,qui gregatim in grege viuimus,& manemus, debemus hmōi ꝑcussiones pacificè sustinere, nec propter hoc se debet alter ab amore alterius elongare, vt sic quilibet verus patiens dicat illud Esaiæ.50.Corpus meum dedi percutientibus,& genas meas vellentibus. Iuxta Christi consilium. Matt. 5. Qui te percusserit in dexteram maxillam,prębe ei & aliam. patet ergo quòd alios percutiunt iusti præsidentes &c. ¶Item percutiunt seipsos męsti pęnitentes,quia.s.sicut gallus solet alis percutere semetipsum;sic & pęnitens debet Vnde Ezech. 6. Percute manum

manum tuam,& allide pedē tuum,& dic heu.& Lucæ.23. Percutiens pectora sua reuertebantur. de quo dicit Hugo in lib. de mysterijs ecclesiæ, quod tria, quæ sunt in percussione pectoris, significant veram pœnitentiam, quia inquit pectus signat contritionem, sonus confessionem, manus apposita operis satisfactionem. ¶ Item dico, ꝙ alios percutiunt durè rapientes, s. mali prelati, principes, & iudices. de quibus in figura mali serui dicitur Lucæ. 12. ꝙ si duxerit seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus, & ceperit percutere conseruos & ancillas, & edere, & bibere, veniet dominus serui illius hora, qua nescit, & diuidet eum, partéq; eius ponet cum infidelib. Quia .n. isti vident, quòd morā facit dñs ipsos punire, & quòd deus peccata eorū dissimulās propter pęnitentiā (vt dicitur Sap.11.) permittit eis ad libitum facere: hinc est, quòd ad percutiēdū, & tribulandū conseruos, & ancillas. i. subditos simplices, & imbecilles, solēt per rapinas, & exactiones intēdere, & ad edendū, & bibendum in delicijs vacare, & de futuris nihil penitus cogitare; hora tamē, qua nesciunt, venit ad ipsos dominus mortem inferendo, & partem eorum ponit cum infidelibus. i. cum demonibus ipsos perpetuò condemnando. Non sic tñ debet esse maximè cū prælatis, quia sicut dicitur ad Titū. 1. Oportet epm esse non percussorem, nec turpis lucri cupidum &c. ¶ Vltimò dico, quòd alios percutiunt dirè sæuientes. Et sic sunt percutiētes generaliter illi, qui inferunt alijs iniustè iniurias corporales, quib. dicit dominus Esaiæ. 58. Ecce ad lites, & cōtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Sic percutiebant Iudei dominum. sicut dicitur Lu. 22. quando velantes faciem eius dicebant. Profetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? Tunc. n. pcusso pastore dispersæ fuerunt oues eius, scilicet apostoli &c. Et sic breuiter patet quō percutere in bono sumitur & in malo.

A **Pera.** Cum pera sit instrumentū pastorum, & pauperum factum de corio, ad collum pendens, pro pane, & alijs necessarijs pro transitu reponēdis, quod etiā licet magis curiose fiat, solent portare in itinere peregrini, possumus dicere, ꝙ pera signat cor humanū, desideriū, & affectum, vbi. s. debent reponi necessarij, & nō superflui cogitatus. Dicā ergo, ꝙ boni in pera cordis reponunt bona, & mali etiam mala. Boni figurātur in Dauid, qui in pera reposuit quinq; lapides, quos elegerat de torrente, de quibus Goliam occidit, sicut dicitur. 1. Reg. 17. qui. s. populi Israel præcipuus inimicus erat. Et etiā in Iudith, quæ. s. caput Holofernis nequissimi in pera ancillæ reposuit, quo ostenso filijs Israel victoriā reportauit, sicut dicitur Iudith. 13. & deinceps. Quia. s. in pera cordis semper sunt quinq; lapides de torrente passionis, de quo Christus in via bibit. i. ipsius Christi morientis quinque vulnera per deuotionem, & memoriam reponenda, quibus scilicet Golias diabolus occidatur, hoc est p virtutis constantiam superetur. Caput etiam Holofernis. idest cautelam, & malitiam, & potentiam diaboli in pera cordis per considerationē debet habere, vt. s. contra vitia possit digna victoria re portari. ¶ Mali vero figurātur in diuitibus, & auaris, qui scilicet in pera cordis mundi diuitias per affectum reponūt quod scilicet dominus in euangelio reprehendit, qui. s. apostolis non solum res in pera, immo nec ipsam peram portare præcipit. Ad denotādum, quòd viri perfecti mundi non solum res & diuitias non debent habere, quinimmo etiam ipsam peram. i. ipsam affectionem debent dimittere, & horrere. Matt. 10. Nolite possidere aurū, neq, argentum, neq, pecuniam in zonis vestris, non peram in via. q. d. non solum aurum, argentum, & pecunia interdicitur, immo ēt ipsa pera. i. ipsa cordis affectio prohibetur: Luc. 10. Nolite portare sacculum, neque perā &c. Sufficit quia non sunt concordantiæ litterales.

Perambulare. Idem est, quòd de loco ad locum deambulare. satis visum est in littera. A. vide ibi.

A **Percipere.** Cum percipere idem sit, quod perfectè capere, notandum est, quòd percipere quandoque sumitur pro recipere, sicut cum dicitur Marci. 10. Quid faciam, vt vitam æternam percipiam. i. perfectè capiam? Et. 1. Pet. 5. Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. Et de isto modo significādi parum inuenimus in scriptura, sed vide plenè, vbi recipere. Quandoq; sumitur pro perpendere, seu pro animaduertere, intelligere, & cognoscere, & sic vt communiter sumitur in scriptura. Quomodocunque autem sumatur notare possumus, quòd in scriptura reperitur perceptio

Requirenda,
Appetenda,
Abhorrenda,
Exequenda.

Perceptio requirenda est illa, quàm nos petimus, & requirimus à dño, s. ꝙ ipse dignetur attendere, perpēdere, intelligere, & percipere vota nostra. Et sic petimus, ꝙ ipse percipiat nostras deprecationes, nostras allegationes, nostras lacrymationes, nostras obsecrationes. Ideo in Psalm. dicimus Domino. Auribus percipe orationem meam, non in labijs dolosis. Allegationes &c. ps. Verba mea auribus percipe domine. Lachrymationes vero. psal. Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meā, auribus percipe lachrimas meas, Obsecrationes in super. ps. Auribus percipe obsecrationem meā. ¶ Item perceptio appetenda est illa, qua. s. sancti in gloria percipiunt cœli bona, de qua supra dictum est in principio. Item perceptio abominanda est illa, qua impij in inferno percipiūt, & recipiunt pœnam æternā, de qua Luc. 20. Hi percipiunt dānationem maiorem. ¶ Item perceptio exequenda est illa, qua nos debemus perpendere, & recipere illa, quæ pertinent ad salutem, de qua Ioelis. 1. Auribus percipite omnes habitatores terræ. Et hic nota, ꝙ nos debemus percipere. s.

Mandata legis,
Scripturam regis,
Doctrinam gregis.

De lege dicitur Esa. 1. Auribus percipite legem dei vestri &c. De scriptura summi regis, hoc est dictu, de prophetijs, & enigmatibus dicitur Iob. 13. Enigmata percipite auribus vestris. De doctrina vero gregis, hoc est dictu de cōmuni sapientia, & prudentia dicitur Baruch. 3. Auribus percipe, vt scias prudentiam. Quæ tamen sunt contra multos, qui sunt sicut puer dormiens, mortuus, phreneticus, seu etiam incantatus, qui non percipiūt illa, quæ præsentantur eisdem. Pueri immundi sunt luxuriosi, dormientes, & mortui sunt desidiosi, phrenetici sunt iracundi, incantati sunt superbi vanigloriosi, quia. s. isti non percipiūt vtilia, nec etiam ad salutem necessaria, quanquam sint illis ostensa, & præsentia de quibus dicitur. 1. Corint. 2. Animalis homo nō percipit illa, quæ sunt spiritus dei &c. sufficit. vide vbi de Intelligere, & similibus.

Perdere. Nota, ꝙ perdere idem est, quod destruere. Et A perdere idem est, quod amittere. Et sic potes dicere, ꝙ est perditio actiua, & passiua. Actiua dico, qua quis pdit. i. destruit illud, ꝙ sibi displicet. Passiua, qua quis amittit illud, quod habet. Nam de perditione actiua dicitur in persona dei in ps. Perdes oēs, qui loquunt mendacium. & Matt. 10. dr, ꝙ ipse potest aīam, & corpus perdere in gehennā. De perditione vero passiua dr diabolo Ezech. 28. Perdidisti sapientiam tuā in decore tuo. Sic igitur de isto duplici modo loquendi nota, quòd est sc licet perditio

Laudabilis, & virtuosa:
Damnabilis, & vitiosa:
Terribilis, & dolorosa.

¶ Virtuosa perditio est illa, qua homo inuen:a quæ nocent, perdit. Et hinc est, quòd bonum est perdere mala, vt inueniantur bona, perdere temporalia, vt inueniantur æterna, perdere nociua, vt inueniantur vtilia. Et ideo dicit dominus Matth. 10. & 16. Qui inuenit animam suam, perdet eam, & qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam. ac si diceret. Bonum est modo in hac vita animam, idest vitam corporis perdere, vt ipsam possimus in paradiso perpetuò inuenire &c. ¶ Vitiosa est illa, qua homo perdit gratias, & virtutes. Mercator enim nunquam diues fieret, qui plura & meliora perderet, quā acquireret; sic est peccator. vnde Prouer. 6. Propter cordis inopiam perdet animam suam. Et secundùm istos duos modos intelligendi paucissimę inueniūtur auctoritates de perdere; quamuis multa inueniantur exempla, quibus scilicet probaretur, quòd boni seruant, & non perdunt bona sua, scilicet gratias, & virtutes, mali vero econuerso perdunt, & non seruant ea. Et breuiter boni seruant bona, & perdunt mala, mali vero seruant mala, & perdunt bona. Sed de tali perdere vide supra de Custodire, & vbicunque agitur de Perseuerantia, & in alijs valde multis titulis, & infra de Seruare. ¶ Dolorosa vero perditio est illa, qua homines à deo dimittuntur, & perduntur, & temporaliter, & æternaliter. Et secundùm istum modum communiter accipitur perdere in scriptura, de quo in psalmis dicitur. Vias peccatorum disperdet. Et alibi. Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. Et nota breuiter, quòd deus in mundo temporaliter. & in inferno æternaliter perdit, & destruit multa genera peccatorum, videlicet

Carnaliter viuentes,
Crudeliter nocentes,

Perdit dico deus B carnaliter viuētes,

Et isti

Mendaciter loquentes,
Inaniter gaudentes,
Auarè cupientes,
Superbè præsumentes,
Impiè detrahentes,
Iniquè delinquentes.

Et isti sunt illi, qui viuunt in delicijs, & voluptatibus, de quib. dicitur in ps. Perdidisti omnes qui fornicatur abs te. & Micheæ. 6. dicitur. Ambulasti in voluptatibus, vt darem te in perditionem. Item perdit crudeliter nocentes idest raptores, exactores, & iniuriatores. de quibus in psalm. dicitur. Perdes eos, qui tribulant animam meam. & Prouerb. 2. Impij verò de terra perdentur. & Prouerb. 11. In perditione impij erit laudatio. Item perdit mendaciter loquẽtes. psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. & Ecclesiastici. 20. Potior est fur, quam assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hęreditabunt. Item perdit inaniter gaudentes. Hiere. 25 Perdam ex eis vocem gaudij. Deus enim perdit illos, qui habẽt gaudia vitæ præsentis, & mundanam prosperitatem; quia sicut dicitur Matthei. 7. Spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem. Itẽ perdit auarè cupientes. Ecclesiastici. 8. Multos perdidit aurum. Ecclesiastici. 31. Multi dati sunt in auro casus, & facta est in spe ipsius perditio. Item perdit superbè presumentes. Thob. 4. Superbiam in tuo sensu nunquam dominari permittas, ab ipsa enim sumpsit initium omnis perditio. Item perdit impiè detrahentes. Prouerb. 24. Cũ detractoribus ne commisceaaris, quoniam repente veniet eorum perditio. Item perdit iniquè delinquentes. Vnde de quolibet peccatore dicitur Iob. 21. In diem perditionis seruatur malus, & ad diem vltionis ducetur. Et breuiter deus perdet, & destruet in æternum omnes pestiferos, & iniquos. Sicut enim res, quæ perditur, de manu possessoris eripitur, & inuentoris dominio applicatur; sic deus peccatores dicitur perdere, quia scilicet per peccatum de manu ipsius idest de statu gratiæ euelluntur. & inuentori diabolo subiugantur. ideo loquitur scriptura Sopho. 2. Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum. Funiculus enim maris signat statũ peccati, quo homines à deo perduntur, idest destruuntur, & condemnantur. Peccatum enim dicitur funiculus, quia damnatos æternaliter solet tenere, Et dicitur mare, quia ipsos per tormentorum amaritudinem solet vrgere. Et ideo breuiter de peccatoribus sic perditis, & amissis, & destructis dicitur in psalmis. in persona peccatoris. Factus sum sicut vas perditum. & Hiere. 50. Grex perditus factus est populus meus, pastores eius seduxerũt eũ. Ista est igitur perditio terribilis, & dolorosa. ¶Sed

C si vis, adhuc breuiter potes notare de illis, qui perdunt bona gratiæ in præsenti, & bona gloriæ in futuro; quia breuiter, mali in præsenti perdunt salutem. perdunt dico virtutem, quia sicut arbores solent adueniente. s. hyeme perdere

Foliorum virorem,
Florum decorem,
Fructuum valorem.

Sic peccatores adueniente hyeme peccati perdunt virorem foliorum honestè conuersationis. Decorem florum sanctę affectionis. Valorem fructuum bonæ operationis. Et breuiter sicut per vnum solum foramen tota nauis destruitur, & perditur; sic per vnum peccatum mortale tota perfectio animæ perditur, & oĩs virtutum congeries dissipatur. vnde Ecclesiastici. 9. Qui in vno deliquerit, multa bona pdet. Vnde nota, quòd per peccatum homo perdit animam propter

Luxuriæ fętorem,
Lasciuæ nitorem,
Iracundiæ furorem,
Verecundiæ timorem.

Perdit ergo homo animam propter fętorem luxuriæ. Vnde Prouerb. 6. dicitur. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam. Item propter nitorem corporalis decentiæ. vnde Ezechie. 28. Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo. Item propter furorem cordialis iracundiæ. vnde Ioan. 18. Cur perdis animam tuam in furore tuo? Item propter timorem verecundiæ. vnde Ecclesiastici 20. Est qui præ confusione perdit animam suam. Et sic dico, quòd peccatores diuersimodè perdunt animam suam &c.

Perducere.

Nota, quòd perducere idem est quod perfectè ducere, iuxta illud. 3. Regum, 8. Domum suam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum vsque perduxit. Et ideo vide supra vbi Ducere, & vbi Deducere, vbi factum est satis plenè.

Perfodere.

Nota, quòd perfodere idem est, quod perfectè fodere, seu etiam penetrando fodere. vide supra de Fodere.

Perforare. Perforamen.

A Cum perforare sit idem, quod foramen facere, notabo breuiter, quòd in scriptura reperitur perforatio scilicet prælatorum, deuotorum, tyrannorum, & demoniorum. Perforat enim prælatus malos castigando, perforat deuotus alta perscrutando, perforat tyrannus bonos molestando, perforat iniquus idest diabolus pœnis lacerando. ¶Prælatus enim impios perforat seuerè verberans, sicut Deuter. 15. & Exo. 21. præcipitur, quo dominus debebat aurem serui in ianua perforare, & sic eum videbatur seruituti perpetuæ subiugare. De proteruis etiam dicitur in figura Behemoth. Iob. 40. Pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis aurem eius. Loquitur enim metaphoricè, quia scilicet sicut mares bubali perforantur, vt intromisso circulo ad arare, seu opus facere constringantur; sic prælatus debet impios verberibus perforare, vt sub seruitute debitæ disciplinæ ipsos corrigere, & domare possit. ¶Item deuotus profunda perforat, cũ scilicet per considerationem cor suum, infernum, & paradisum scrutatur. Vnde in persona hominis deuoti, & meditatiui dr̃ Iob. 30. Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt, non dormiunt, scilicet varij cogitatus. ¶Item tyrannus pauperes perforat ipsos euiscerãs. Vnde tales figurantur in baculo arundineo Aegypti, cui si innixus fuerit homo, confringetur, & perforabit manum eius, sicut dicitur. 4. Reg. 18. & Esa. 36. Quia reuera si pauper diuiti, seu tiranno per fiduciam innititur, ipsum reperit nulla fidei soliditate fulcitum, quinimmo sæpe fit, quòd in ipsum conuersus, illum tyrannicè perforat, & eum lædit acriter, atque grauat. ¶Item diabolus damnatos perforat, ipsos dilacerans scilicet in inferno. Vnde de peccatoribus hostib. Christi, & demonibus ipsos punientibus in inferno potest dici illud Nu. 24. Deuorabunt gentes hostes illius, ossaque eorum confringent, & perforabunt sagittis, idest infernalibus punitionibus, atque pœnis. ¶His ergo præmissis, cum perforare idem sit, quòd foramen facere, vel intrare, notare possumus, quòd nos inuenimus in scriptura scilicet foramina

Regis,
Legis,
Mentis,
Mortis,
Hostis.

Prima sunt intranda cum deuotionẽ. Secunda palpanda cum discretione. Tertia tractanda seu mundanda cum contritione. Quarta sunt spectanda cum turbatione. Quinta sunt vitanda cum præuisione. ¶Primò ergo dicamus, quòd inuenimus foramina, quæ cum deuotione debemus intrare. Et ista pro certo sunt foramina vulnerũ regis Christi, lateris, manuum, atq; pedum, quæ scilicet vir deuotus per consideratione intrat, & ibidem se balneat, atque lauat, dum præ compasione lachrimat, & plorat. Ista enim sunt foramina Petræ. i. Christi, quia petra erat Christus, vbi scilicet columbæ. idest, animæ gemebundæ solent mentaliter nidificare, & ibidem contra accipitrem diabolum, & eius tentationes tutificè se saluare. Ad quod scilicet inuitat dominus Canticor. 2. dicens. Veni, surge amica mea, columba mea, in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ &c. Constat enim, ꝙ columba insectata ab accipitre fugit ad foramina columbaris. & etiam in foraminibus facit nidum suum. & istud est foramen acus. i. lãceæ, & clauorũ, quod scilicet camelus, qui se inclinat, quando debet onerari, idest vir deuotus facilius intrat, quam diues, sicut dicitur Matthei. 19. & Mar. 10. & Lucæ. 8. Hiere. 48. Columba nidificans in summo ore foraminis. Igitur ista sunt foramina regis, quæ cum deuotione debemus intrare. ¶Secundò dico, quòd inueniuntur foramina legis, quæ cum discretione debemus palpare. Nõne Apollo in foramine montis Parnasi in ciuitate Delphorum dabat responsa, & sua ibi vates inquirebant oracula? sicut dicit Iustinus. Et nonne etiam Sybilla in antro, seu in foramine terræ manebat, vbi responsa diuina inquirebat, & dabat? sicut ponit Virg. in Aeneid. Sic certè nos in foraminibus diuinæ legis & scriptura debemus studendo manere, & voluntatem dei fideique veritatem inquirere, & eam non solum retinere, inimmo & prædicando alijs declarare. Istud est enim foramen, quod distillat dulcem, & amaram aquam; sicut dicitur Iacob. 3. Ideo benè dicitur Esaiæ. 7. Venient inquit omnes, & requiescent in torrentibus vallium, & cauernis petrarum, & in omnibus frutectis, & in vniuersis foraminibus. Torrentes enim, qui transeunt signant legem antiquam, quæ transijt, cauernæ petrarũ signant sententias prophetarum. frutecta verò, quæ virent, legem designant euangelicam. Vniuersa autem foramina, vtriusque sententias

tentias significant. Ista sunt igitur foramina legis, quæ scilicet cum discretione debemus palpare contra hæreticos, qui scilicet ista foramina discretè non penetrant, inquãtùm scilicet ibidẽ deueniãt in errores. Constat enim, ꝙ in foraminibus, & cauernis terræ, vbi sunt plures viȩ, & diuerticula faciliter erratur propter loci obscuritatem, nisi homo deferat lumen clarũ. Sic verè cum in foraminibus, & occultis sententijs scripturarum magna sit profunditas, & obscuritas, & dictorum varietas, & diuersitas, quandoque fit, ꝙ illi, qui lumine intellectus, & discretionis carent, ibi per hæreses deficiunt, & oberrant, iuxta illud Ecclesi. 12. Ociosæ erunt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina. ¶Tertiò dico, quòd inueniuntur foramina mentis, quæ cum contritione debemus mundare. In foraminibus enim, & cauernis quandoque contrahuntur sordes, qua propter necesse est, quòd mundentur. Sic verè quia in foraminibus cordium nostrorum sæpe cõtrahuntur sordes & vitia, necesse est, quòd ipsa per contritionem intremus, & scrutatis diuerticulis vniuersis per confessionem mundemus. Et hoc est, quod consulitur Ezech. 8. vbi dicitur. Fili hominis fode parietem, & ecce foramen in pariete. sequitur. Et ingressus vidi, & ecce similitudo animalium, & reptiliũ abominatio &c. ¶Quartò dico, quòd inueniuntur foramina mortis, quæ cum turbatione, hoc est dictu, cum timore & formidatione debemus spectare. Consideratio enim mortis, & sepulchri, & purgatorij, quæ scilicet in terræ foraminibus continentur, multum facit ad salutem, exinde enim concipitur timor dei, & vitijs resilitur. Exemplo scilicet illorum animalium, quæ habitant in foraminibus terræ, sicut sunt cuniculi, qui scilicet ibidem fugiunt, & saluantur à facie venatorum. Quia scilicet homo venatus tentationum euadit, quando ad mortis, & putrefactionis suæ conditionem attendit, de qua dicitur Zachariæ. 14. Tabescet caro vniuscuiusq; stantis super pedes suos, & oculi eius tabescent in foraminibus suis, & lingua eorũ contabescet in ore suo. Constat enim, ꝙ in foraminæ mortis, caro, oculi, & lingua putrefiunt, & tabescunt. Vnde corpus humanum figuratur in lumbari Hiere. de quo dicitur Hiere. 13. Surgens vade ad Euphratem, & absconde lumbare in foramine, sequitur. Et ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset. ¶Quintò vero dico, ꝙ inueniunt̃ foramina hostis quæ cũ præuisione debemus vitare. Et ista sunt foramina, & cauernæ inferni, vbi scilicet hostis diabolus damnatos cruciat, atque punit, quæ certè nos debemus considerare, & ipsa fugere, & vitare, iuxta illud Esa. 11. Super foramine aspidis, & in cauernis reguli, qui ablactatus fuerit, manũ suam mittet. sequitur. Non nocebunt, & nõ occident. Quia reuera quando ablactatus, idest iustus, à latere deliciarum sublatus, manum suæ considerationis, & præuidentiæ super cauernam, & foramen inferni mittit, tunc aspis & regulus diabolus ipsum non inficit, neque lædit, sed ab ipso, præcauet, & euadit. Hæc igitur de diuersis foraminibus, & de perforare sufficiant.

A **Perfectio. Perfectus. Perficere.** Nota, ꝙ pfectio idem est, quòd completio, perfectum idem est, quod completum, perficere idem est, quod complere. Perfectum ergo dicitur illud, cui nihil deficit, & cui, quicquid est necessarium, supperit. Notemus ergo, quòd est quædam perfectio naturalis, quædam perfectio virtualis, quȩdam perfectio supernalis. ¶Prima est perfectio admirabilis, quia scilicet opera naturæ mirabiliter sunt perfecta. Omnibus enim perfectè cõsideratis, non est ibi aliquid superfluum, nec aliquid diminutum. psal. Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia. & Gen. 2. Perfecti sũt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum. ¶Secunda est perfectio appetibilis, & ista est perfectio, & complementum virtutum, qua debemus esse perfecti, & completi. Et de hoc dicitur Matt. 5. Perfecti estote, sicut pater vester cœlestis perfectus est. ¶Tertia est perfectio delectabilis, & ista est illa vltimata perfectio gaudiorum paradisi, quam habent illi, qui in cœlo sunt superius, scilicet beatitudo, de qua dicitur Iaco. 1. Omne datũ optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Dicamus ergo aliquid de perfectione morali, & virtuali, quæ generaliter continet, inquantum est possibile virtutum omnium complementum. Sicut enim domus tunc est perfecta, quando in omnibus suis partibus est completa, sic ille perfectus dicitur, qui in omnibus virtutibus cõsummatur. Quælibet enim virtus est pars perfectionis, quæ in simul aggregatæ hominem perfectum constituunt, & si aliqua deficiat, perfectus minimè potest dici. Sancti igitur perfecti fuerunt, quia omnes virtutes, & gratias habuerunt. Arbor. n. tunc perfecta dicitur, quando ex omnibus suis partibus constituitur, & quando ex radice, ligno, ramis, cortice, folijs, floribus, & fructibus consummatur. Si enim vnum istorum deficeret, arbor illa totali sua perfectione careret. Sic proculdubio illi dicuntur perfecti, qui more arboris sunt radice humilitatis fundati, cortice honestæ apparentiæ velati, ligno spei, & contemplationis erecti, ramis, & brachijs dilectionis dilatati, folijs sanæ locutionis & floribus bonæ affectionis ornati, & fructibus bonæ operationis multipliciter fœcundati. His enim habitis homo perfectus dicitur, & sine istis perfectus minimè nuncupatur. Ideo de quolibet sic perfecto dicitur Ecclesiastici. 31. Probatus est in illo, & perfectus inuentus est, & erit illi gloria æterna. vt ad quemlibet virum perfectum applicemus illud, quod de Noe fuit dictum Gen. 6. Noe vir iustus, atque perfectus in generationibus suis fuit. In quibus verbis ostenditur, quod ad morum perfectionem requiruntur multȩ virtutes, scilicet quia homo debet habere mentis tranquillitatem, & quietudinem, cordis stabilitatem, & fortitudinem, virtutum bonitatem & sanctitudinem, operum vbertatem & plenitudinem. Primũ probat nomen quietatiuũ. Noe, qui interpretatur requiescens. Sed secundum nomen roboratiuum. Vir inquit. Sed tertium nomen regulatiuum seu cumulatiuum, Iustus inquit, atq; perfectus. Quartum vero nomen fœcundatiuum, in generationibus suis inquit. Ergo charissimi si volumus esse perfecti, sint in nobis mentis tranquillitas, & quietudo, cordis stabilitas, & fortitudo, virtutum quantitas, & amplitudo, operum vbertas, & plenitudo. ¶Primò igitur si volumus esse perfecti, habeamus cordis tranquillitatem, & quietudinem. Noe inquit: B qui interpretatur requiescens. Primum enim fundamentum perfectionis est quies cordis, quæ. s. fit per firmam fixionem in deum. Prima enim pars perfectionis domus est fundamentum firmum, & quietum. Domus enim nunquam perficeretur, nisi in fundamento quieto, & solido locaretur. Et ideo, qui domũ cordis vult moribus perficere, & cõplere, debet ipsam, vt quiescat in deo, qui est fundamẽtũ immobile, collocare; quia sicut dicit Aug. Inquietum est cor meum bone Iesu, donec quiescat in te. Et est bona ratio, quia nihil est inuenire immobile, vel quietum, nisi solum deum. Iste enim teste Boethio, stans immobilis dat cuncta moueri. Et ideo cor humanũ quamdiu in alijs rebus quàm in deo est per amorem locatum, cum omnia alia sint mobilia & inquieta, necesse est, quòd ipsum cor sit similiter inquietum. Et istud videmus in auaris, & ambitiosis, & alijs bonorum temporalium dilectoribus, quorum cor nunquam in vno quiescit, quia aut auaritia inflammatur, aut inuidia stimulatur, aut tristitia conturbatur, aut timoribus fatigatur, aut erroribus obscuratur. Et breuiter talibus dicitur Micheæ. 7. Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem. Sed pro certo viri perfecti qui cor suum per amorem in deo fixerunt, ipsum ab omnibus motibus submouerunt, & perfectè in domino quieverunt. Gen. 8. Requieuit arca super montes. Delos enim dicitur esse insula, quæ primò fuit in mari mobilis, & erratica, non. n. erat coniuncta cum inferiori terra, sed suspensa in mari natabat, & se de loco ad locum continuè transferebat, veruntamen sicut Ouidius ponit in lib. Metamor. & Sene. in tragedia, primò Latona mater solis fingitur à poetis solem in ista insula genuisse, & ex tũc insulã primò stabilẽ, & immobilẽ effecisse. Qđ ꝓ tanto, secundũ Isidorũ fictũ fuit, quia ista insula prima post diluuiũ illustrata solis radijs fuit, ꝙ propter sol ibidem fingitur fuisse natus, pro eo, quòd primò ibidẽ est manifestatus. Re uera charissimi, quicquid sit de fictionibus poetarum, ista insula videtur significare cor humanũ, dr̃ ꝙ. s. nunq̃ in se est stabile vel quietum, quinimmo q̃diu est in maribus huius mũdi, semp est desiderijs, & cogitationib. fluctuosum, quia sicut dr̃ Proue. 19. Multæ cogitationes versantur in corde viri. Veruntamen quando Latona mater solis. i. Maria mater Iesu per suam intercessionem, & gratiam parit, & introducit istum solem iustitiæ Christum in ista insula cordis nostri, tunc verè quieta, & immobilis efficitur, & in solo deo per verum amorem quiescens à malorum desideriorũ fluctibus, & montibus liberatur. Eccl. 24. In oĩbus requiẽ quæsiui. q. d. & nõ inueni. & sequitur. In syon firmata sum. i. in deo. Et in ciuitate sanctificata similiter requieui. Vt sic breuiter mens humana in isto mari fluctuoso perfectè quietata, & firmata possit dicere illud Ezec. 27. Perfecti

fecti decoris ego sum, & in corde maris sita. Et ista quies, vt dictum est, ostenditur, cum dicitur Noe, quia Noe interpretatur requiescens. Iste.n. fuit ille, qui sęculo pereunte in arca quieuit & qui toto mundo per vitia corruente mentem suã in domino quietauit. vñ Gen.6. dicitur, ꝙ Noe inuenit gratiã corã oculis dñi. Sic.n. ostensum est, ꝙ nos debemus habere mẽtis tran-
C quillitatem, & quietudinẽ. ¶ Secundo dico, ꝙ ad perfectionem requiritur, ꝙ nos habeamus cordis strenuitatem, & fortitudinẽ. Vir inquit. Vir.n. dicitur à viribus, vel à virtute, quia propriè ille dicitur esse vir, qui est fortis, & vigorosus, perfectus, & virtuosus. Virilis.n. sexus multo est perfectior q̃ fœmininus. vnde secũdùm Oui. metamor lib. 12. fab. 4. legimus, ꝙ Cenis, alias Ceneus primò fuit fœmina valde pulchra, quam cũ deus Neptunus adamasset, obtinuit ab eo, ꝙ ipsam in virum mutaret. Videbat.n. mores fœmineos fragiles & inertes, ideo concupiuit vt in hominẽ mutaretur, ꝙ est factum, sicuti fingunt. De hyena aũt verũ est sicut dicit Plinius, ꝙ de fœmina in masculũ se mutat, sicut pluries suprà dixi. Sic reuera charissimi, homo qñ se cognoscit esse fœminã .i. personã fragilẽ, & defectuosam, summè debet concupiscere, vt in virum mutetur .i. in personã virilẽ, fortẽ, stabilẽ, & virtuosam. Mores.n. fœminei .i. vana & inertia, & illaudabilia opera sibi debent displicere, & mores viriles .i. bona, & virtuosa opera complacere. Iupiter enim .i. iuuans pater deus .s. quando tales diligit, ipsos de fœminis viros facit, ꝙ de imperfectis in perfectos, de debilibus in robustos, de peccatoribus in iustos conuertit. Et sic videbatur mutatus Apostolus cũ dicebat. 1. Corint. 13. Cũ venerit, inquit, qđ perfectũ est, euacuabit̃, ꝙ ex parte est. Et ostẽdit qũo. Cũ essem inquit paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. cum aũt factus sum vir, euacuaui, quæ erant paruuli. Simus ergo viri .i. virtuosi, vt .s. viriliter faciamus vtilia, & fortiter sustineamus difficilia. Vir inquit. Iacob. 3. In multis offendimus omnes, si quis autem in verbo non offenderit, hic perfectus est vir. Quod est contra multos, qui pro certo nunquam mutantur de fœmina in virum, sed magis de viro in fœminam, de bono in malum, de perfecto in imperfectũ quotidie conuertuntur, sicut de multis ecclesiasticis patet, qui ex gradu, & professione deberent esse viri perfecti, & virtuosi, qui tamen versi sunt in fœminas, inquantum fiunt vitiosi, debiles & defectuosi, molles, carnales, & deliciosi. Hiere. 21. Nouum fecit dñs super terram, fœmina circundabit virum. Sicut.n. fingit Ouid. lib. 2. fab. 5. Iupiter se in fœminam trãsfigurasse dicitur, vt puella Caligo ab ipso deciperetur. Sic tales mores fœmineos accipere dignoscũtur, vt mulieres, & vt delicias carnis facilius assequãtur. Hier. 50. Populus tuus mulieres in medio tui. Non sic charissimi, sed habeamus cordis strenuitatem & for-
D titudinem. vir inquit. ¶ Tertiò dico, ꝙ ad habendum perfectionem necesse est, ꝙ habeamus virtutum bonitatem, & sanctitatem, & hoc ostenditur, cum dr̃ Iustus, atque perfectus. Ista.n. duo vocabula signant cumulum, & aggregationem omnium virtutum, sicut supra de Iusto satis põt videri. Sicut.n. sunt multę creaturę, quæ respectu aliarum sunt valde perfectę, sicut sũt apes inter animalia, aquila inter volatilia, balena inter natatilia balsamus inter arbores, carbunculus inter lapides, sic verè inter hoĩes quidã sunt virtuosi prę cęteris, & perfecti, qa procul-dubio isti sunt apes mel conficiẽtes per deuotionem, aquilæ cibos suos condiuidentes per compassionem, balenæ odorẽ diffundentes per famosam conuersationem, balsamus liquorem distillantes per doctrinam, & prædicationem, sicut carbunculus odorẽ scintillantes per charitatem, & dilectionem. Et breuiter de talibus viris perfectis constat domus ecclesiæ triumphantis, & debet constare domus ecclesiæ militantis. Vnde dicitur. 3. Reg. 6. ꝙ de lapidibus dolatis atq; perfectis ædificata est domus dñi. Et bene dicit lapidibus, quia .s. viri perfecti, & sancti dicuntur lapides viui, sicut supra de Lapide potest videri. Sicut enim lapides generaliter sunt frigidi, & solidi, sicci, & ponderosi, steriles, & insęcundi: sic verè perfecti sunt frigidi, & stupidi per diuinum timorem, solidi per constantiæ vigorem, sicci per abstinẽtiæ vigorem, ponderosi per humilitatis amorẽ, steriles & insæcundi per paupertatis languorem. Et ideo cuilibet viro perfecto potest dici illud Ezech. 28 Tu cherub. plenus sapientia, & perfectus decore in delicijs paradisi dei fuisti, omnis lapis præciosus operimentum tuum, sardius, topasius, & iaspis, chrysolitus, & onyx, & berillus, saphirus, carbunculus, & smaragdus. In quibus verbis aduerte, quod perfectio morũ potest consistere in nouem virtutibus, quæ per istos nouem lapides designantur, scilicet

Vigor firmitatis,
Splendor honestatis,
Fulgor fidei & veritatis,
Item mœror compunctionis,
Timor damnationis,
Pallor abstinentiæ & macerationis,
Item dulcor iocunditatis,
Feruor inflammatiuus,
Humor fœcundatiuus.

Vigor firmitatis designatur p Sardium, qui est lapis faciẽs hominem audacẽ, & repellit timores, quia .s. virtus constantiæ & fortitudinis facit pericula non timere, sicut patuit in martyribus, quibus dictũ fuit Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Et quare? Certe quia sicut dicitur. 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. ¶ Splendor honestatis designatur per Topasium, qui omnium gemmarum superat claritatem, & aliorum lapidum fulgorem in se rapit, signãs virtutem honestatis, quæ in nobis præ alijs debet fulgere, & claritatem, & virtutem aliorum debet in se rapere, & repræsentare, vt sic cuilibet possit dici illud Ezec. 16. Perfecta eras in decore tuo. ¶ Nitor seu fulgor fidei & veritatis designatur per Iaspidem, qui dicitur oculos acuere, & incantationibus contraire. quia scilicet veritas fidei oculos intellectus acuit, & demonum incantationes, & deceptiones repellit. Vnde de perfectione ista dicitur. 1. Corint. 14. Sensibus aũt perfecti estote. ¶ Mœror compunctionis designatur per Chrysolitum, qui dicitur habere colorem maris, & repellit timores nocturnos, significans compunctionem, quæ maris idest amaritudinis habet colorem, & propter spem salutis repellit desperationis timorem, vt sic propter istam perfectionẽ dicat anima illud prædictum, Perfecti decoris ego sum in corde maris. Ezech. 27. ¶ Timor supernæ seu diuinæ damnationis significatur per Onycem, qui est lapis cuius aspectus facit oculos tremulos, significans maiestatem diuinam, quam pro certo, qui benè considerabit, timebit. Vnde de ista perfectione dicitur Iosuæ. 22. Timete dominũ, & seruite ei perfecto corde atque verissimo. ¶ Pallor abstinentię, & macerationis designatur per Berillum, qui est lapis pallidus, & quanto pallidior, tanto melior. Sic abstinentia facit hominem pallere, & carnis pulchritudinem, & lasciuiam amittere & cessare. Vnde de ista perfectione dicitur. 1. Pet. 1. Sobrij & perfecti state in illam, quæ nobis offertur, gratiam. ¶ Dulcor iocunditatis designatur per Sapphirum, qui est lapis lætificans. Vnde de tali perfectione dicitur. 2. Corint. 12. Gaudete, perfecti estote. ¶ Ardor inflammatiuus designatur per Carbunculum, qui de nocte videtur ardere sicut ignis, signans charitatem, quæ si perfecta est, magis feruet in nocte aduersitatis, quam in die prosperitatis. Vnde de ista perfectione dicitur Collo. 3. Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis. ¶ Humor fęcundatiuus designatur per Smaragdum, qui est lapis, qui dicitur augere opes, signans diuinam gratiam, quæ opes diuersarum virtutum solet accrescere, & augere. Vnde de tali perfectione potest exponi illud Prouerb. 4. Lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectũ diem. Ecce ergo charissimi quomodo omnis lapis preciosus est operimentum viri perfecti. Ideo breuiter benè potest dici illud de viro perfecto Ezech. 28. In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ. Patet ergo, quòd ad moralem perfectionẽ necesse est habere virtutum bonitatem, & sanctitudinem. Istud inquit atque perfectus. ¶ Quartò dico, ꝙ necesse est habere operum quantitatem E
& plenitudinem. In generationibus inquit suis. Res.n. perfecta dicitur, quæ potest generare fructum, qui suę competit speciei, sicut patet, quia nec arbor sterilis, nec animal sterile perfectũ est, quia caret virtute fructuũ productiua. Si ergo perfecti moraliter esse volumus, necesse est, quod fructus bonorum operũ producamus, vel generemus. In generationibus inquit suis. vnde Gen. 2. Igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. & sequitur. Hę sunt generationes cœli, & terræ. Et breuiter. Si perfectè generãdo bona opera volumus esse perfecti, nos debemus hr̃e scilicet perfectam.

Paupertatem,
Charitatem,
Puritatem,
Vnitatem,
Intentionem,
Affectionem,
Continuationem.

De paupertate dicitur Matth. 19. Si vis perfectus esse vade, & vẽde oĩa quę possides, & da pauperibus. De charitate dicitur illud prædictũ Coll. 3. Charitatem habete &c. De puritate dicitur Deut. 18. Perfectus eris, & absque macula. De vnitate dicitur. 1. Corint. 1. Sitis perfecti in eodem sensu. De intentione dicitur. 3. Reg. 5. Cor. Asa perfectum

fectum erat corā domino. De affectione dicitur in psal. Perfecit pedes meos tanquam ceruorū. de perfecta cōtinuatione dicitur ps. Perfice eam quā plantauit dextera tua. Vnde Zach. 4. Manus Zorobabel fundauerunt domum istā, & manus eius p̄ficient eā. Sic patet charissimi, ꝙ nos poterimus esse perfecti p̄ operum plenitudinem, per virtutum amplitudinem, per cordium fortitudinem, per mentium quietudinē. Noe ergo vir perfectus atq; iustus in generationibus suis fuit &c. vide supra de Iusto. & infra de Sancto: & supra de Noe.

A **Peregrinus. Peregrinari.** Nota, ꝙ peregrinatio nihil aliud est, quàm in aliena patria deambulatio. Peregrinus. n. est ille, qui in aliena patria commoratur, & ad patriam, de qua natus est, accedere satagit, & conatur. Et ideo breuiter loquendo peregrinus in scriptura sumitur in bono, & in malo. Vnde nota, ꝙ peregrinus signat in generali

Mortalem viatorem,	Primò ergo dico, quòd est
Sœculi contemptorem,	peregrinatio hominū viato
Cœli contemplatorem,	rum mortalium, & ista est
Inanem peccatorem,	peregrinatio, quā facit om-
Inferni possessorem.	nis homo in præsenti vita.

oēs. n. sumus hic peregrini, & hospites in hoc mundo. Sicut. n. peregrinus in sua peregrinatione nullam habet māsionem, & habitationem, quinimmo tendit ad suā, de qua natus est, regionem; sic ēt mortalis homo in hoc sęculo nō hēt locū, vbi possit diu habitare, sed ad locum, de quo natus est. i. ad terram de qua formatus est, quantum ad corpus, vel ad deum quantū ad animā, non cessat continuè properare. Teste. n. Apostolo Heb. 14. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futurā inquirim⁹. Ad modū n. peregrini non cessamus discurrere, & nunquā in eodem statu sistere, quousque ad domum æternitatis nostrę. s. ad terram paradisi valeamus finaliter peruenire, dicentes terræ cum Seneca in epitaphio. Namq; animā cœlo reddimus, ossa tibi. Et breuiter verū est, ꝙ dicit Apostolus. 2. Cor. 5. ꝙ quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a dn̄o. Et ideo dicit Sene. ꝙ natura dedit hic nobis nō habitandi domicilium, sed peregrinādi diuersoriū. Et ideo (inquit) vis nō timere mortem cum venerit tanquā migraturus habita. Exemplo illorū, de quibus dicit. 1. Parali. 29. Peregrini. n. sumus corā te. Ideo nobis loquitur scriptura. 1. Pet. 2. Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos &c. Vide eā supra, de Abstinere vbi ē prosecuta. Ista est
B ergo peregrinatio hoīm viatorū. ¶ Secūdò dico, ꝙ ē peregrinatio hoīm perfectorū, & ista peregrinatio nihil aliud est, quā vita ipsorū. Ipsi. n. in mūdo isto veniūt rectè ad modū peregrinorū, nihil. n. reputāt se hic hr̄e, sciunt. n. ꝙ ad istā patriā non sunt creati, sed ad aliā, sicut benè dicit Apostolus Heb. 11. Defuncti sunt nō acceptis repromissionibus, sed à lōge eas expectātes, salutantes, & cōfitentes, quia peregrini sunt & hospites super terram. Et possumus aduertere, ꝙ boni dicuntur peregrini in hoc mundo, quia. s. peregrini solent dum sunt in peregrinatione

Iter continuare,	Sic verè viri perfecti, & spiri-
Patriam affectare,	tuales in via ista iter cōtinuāt
Se parum onerare,	perseuerando, patriam affe-
Se parce recreare,	ctant desiderando, se parum
Plurima tolerare,	onerant mundi bona contem
Honores non procurare,	nendo, se parce recreant deli-
Signa plura portare.	cias non amādo, plurima tol-

lerant tribulationes sustinendo, honores non procurāt dignitates sęculi fugiendo, signa plura portant se virtutibus adornando. ¶ Dicamus ergo, si volumus esse boni peregrini, nos debemus iter bonæ vitæ continuare. Istud est. n. summè necessariū peregrinantibus. Si. n in quolibet pulchro prato sisterent, si in quolibet pulchro vmbraculo se arrestarent, si in quolibet pulchro hospitio remanerent, nunquam integram dietam facerēt & sic tarde ad terminum peruenirent. Sic verè charissimi nobis peregrinantibus in hoc mūdo summe necessarium est iter bonorum operū continuare, & in bono perseuerare, quia qui in quolibet mundo delectabili se per affectum & desideriū arrestaret, nunquā ad paradisi terminum perueniret. vnde Lucę. 15. Adolescens filius peregre profectus est Ruth. 1. Abijt homo ad Bethleem Iuda, vt peregrinaretur. Abire. n. est proficisci, & continuationem, & perseuerantiam itineris significat. ¶ Item debemus cœlestem patriam desiderare. Peregrinus. n. vbicunque vadit, semper habet oculum ad patriam suā. secundùm. n. iura vnicuiq; patria sua dulcissima seu ditissima est. Et quia ergo paradisus est patria nostra pro nobis facta, & nobis à deo ordinata, hinc est, ꝙ in ista peregrinatione manentes, illam debemus iugiter affectare, & oculū cordis illuc per desiderium vertere & mouere. Illa. n. quæ videt peregrinus in terra aliena, nō sunt sua, immo si ipsa vult habere, cū expensis & laborib. oportet ea comparare, & ideo de istis parū curat. illa vero, quæ patria habet, sua sunt, & ideo ipsa amplius diligit, & in illis semper oculū cordis infigit. Sic verè charissimi, bona huius mundi propriè nostra nō sunt, q̄a teste Apostolo. 1. Timo. 6. Nihil intulimus in hūc mundū. haud dubiū, q̄a nec auferre quid possumus. Ex quo patet, ꝙ ista nō sunt nostra, quæ necessariò remanēt alijs, & non nobis, quinimo proculdubio ista si concupiscunt, cū magnis expensis, & laborib. acquirūtur, q̄a. s. preciosæ merces virtutum p̄p ea habenda expenduntur, itaꝙ hō pauper & miserabilis inuenitur. Ista ergo contēnenda sunt, & non curāda. Bona vero paradisi, quæ propriè sunt nostra, & quæ semel habita nobis auferri nō poterūt quoquo modo, sunt cum oī diligentia affectanda. Quod benè figuratur Luc. 15. in filio prodigo, q accepta portione bonorū a patre peregrè profectus est, ibi tn̄ oīa bona sua dicitur expēdisse, & quousq; iterum ad patrem suum redijt, magnis miserijs languisse. Quia breuiter in ista peregrinatione portio bonorum gratuitorum & naturalium nobis à deo patre concessa expenditur, si bonorum terrenorum copia diligatur. Et ideo necesse est bona æterna solummodo diligere, & ad patrē nostrū deum cordialiter anhelare. Deus. n. tales peregrinos diligit, & eos in paradisi hospitio recipit & admittit. quod ostenditur Deut. 10. vbi dicitur, ꝙ dominus amat peregrinum, & dat ei victum, & vestitū. Vn̄ ēt ipse dominus pōt dicere illud Iob. 31. Foris non mansit peregrinus, ostium meū viatori patuit. Debemus ergo cœlestē patriā desiderare. vide supra de patria. ¶ Item debemus nos temporalib. C
non onerare. Peregrinus. n. minus portat de vestibus, & de rebus onerosis, quantum potest, portat. n. necessaria, nō superflua vt leuior, & expeditior possit esse. Sic verè nos debemus de vestibus & oneribus bonorū temporaliū minus quantum possumus, nos onerare, & nō ad superfluitatē, sed ad sufficientiā ipsam procurare & habere, ne forte nos possint in ista peregrinatione aut p̄ auaritiā calefacere, aut p̄ pigritiam aggrauare. vnde Eccl. 29. Minimum pro magno placeat tibi, & improperiū peregrinationis non audies. ¶ Item debemus nos mundi delicijs non impinguere. Peregrini. n. non multum vacant circa delicias procurandas, sperant. n. ꝙ quādo ad hospitium suum redierint, satis se poterunt recreare. Sic & nos abstinenter, & nō deliciosè debemus viuere, vt in hospitio paradisi possimus desiderium satiare. vide supra de abstinere in prædicta auctoritate. Obsecro vos &c. vnde. Eccl. 29. Melius est victus pauperis sub tegmine asserum, quam epulę splendidæ in peregre sine domicilio. ¶ Item debemus nos passos molestias nō conturbare, q̄a. s. peregrini multa habent sustinere, quæ nō sustinerēt, si essent ciues. Et ideo necesse est, ꝙ tales sint humiles, & patiētes. Et q̄uis dominus præcipiat Exodi. 23. Peregrino molestus nō eris hodie tamē peregrini, & extranei ab incolis molestātur. exemplo quorundam serpentum, qui sunt in Aphrica, qui ciues, & incolas lædere non solent, peregrinos autem solēt & aduenas trucidare; sic isti vnde Ecclesia. 16. Non pepercerunt peregrinationi illorum. Et ideo necesse est, quòd virtute patientiæ præceteris muniantur. Sic verè boni, cum in isto mundo hospites, & peregrini sint, multa a ciuibus huius mundi. s. a malis hominibus præiudicia sustinent, & in ipsis patiētiam multam habent, quia. s. boni & perfecti sunt hodie extranei fratribus suis, & peregrini filijs matris suæ, sicut dr̄. in psal. vnde Abrahę fuit dictum Gen. 15. Scito inquit, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent. Et in ps. dicitur. Aduena ego sum aput te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. ¶ Item debemus honores sęculi nō procurare. Peregrini. n. nō solēt, dū sunt in sua peregrinatione, domos, vel ædificia emere, honores, & iudicaturas accipere, sed & honores, & fauores nisi quantum pro transitu sufficit, non amare. Sic verè nec nos, qui in isto mundo non sumus diu mā suri, immo statim per mortem ad patriam transituri, mundi honores, & eminentias, mundi fauores, & amicitias, mundi gaudia, atq; lętitias, & mundi temporalia, seu diuitias nō debemus quærere, sed ipsa potius refutare. vnde Moysi dictū fuit Gen. 19. Vt aduena ingressus es. nunquid vt iudices? q.d. non decet nos, qui sumus aduenæ, & peregrini apud dominum, sicut omnes pr̄es nostri,) sicut dicitur in psa.) iudicaturas quærere, nec ad mūdi fastigia aspirare. Item debemus signa virtutū semper

portare

portare,quia.s.sicut peregrini soliti sunt portare certa signa pe
regrinationis,s.capellum,baculum,& peram,ita q; his visis be
ne cognoscunt,quòd peregrini sunt,& quòd ipsi nō sunt de ter
ra illa,sed potius aliena:sic verè charissimi nos debemus signa
virtutū,& gratiarū hr̄e,& capellū diuini timoris, perā diuini
amoris,baculum.i.memoriā diuini doloris, & memoriā cru-
cis dn̄i nobiscū portare,vt sic nō esse de isto mundo,sed de pa-
radiso nos possit quilibet reputare.Capellū.n. quòd super alia
vestimēta ponit̄ signat diuinū timorē,qa sicut dr̄ Eccle. 25.Ti-
mor dn̄i super oīa se superposuit.Pera,q̄ recepta seruat, signat
cordium amorē.vn̄ de Dauid dr̄.1.Re.17.quòd quinq; lapides
sumptos de flumine posuit in pera pastorali &c.Baculus verò,
qui innitentes sustentat,signat crucis cōpassionē,& dolorē Za-
ch.8.Viri baculus in manu eius.Vnde vxor Thobiæ dixit.Vt qd
misimus te peregrinari baculum senectutis nr̄æ? q.d.baculus ē
peregrinis necessarius.Et sic patet; quō viri perfecti dicunt̄ in
hoc sęculo peregrini, sicut etiam Paulus de beato Barnaba di-
cit.2.Cor.8. quòd ordinatus erat ab ecclesia comes peregrina-
tionis suæ.Et sic dico,quòd est quædā peregrinatio hoīum pfe-
D ctorū.¶ Tertiò dico,quòd est quædā peregrinatio hoīum deuo
torū,& ista est illa,qua viri cōtēplatiui mō p desideriū, contē-
plationē,& meditationē peregrinant̄ in cœlū. Isti sunt figurati
in Abrahā,qui lōgo tp̄e peregrinatus fuit in terra promissionis
anteq̄ sibi,vel suo semini traderet̄.Ideo sibi dictū fuit Gen. 17.
Dabo tibi & semini tuo terrā peregrinationis tuæ.Ad denotan
dū,quòd boni,q̄ mō in paradiso per cōtemplationē peregrinā
tur,finaliter ibi præsentialiter ditabunt̄.Gen. 28. Possideas ter-
rā peregrinationis tuæ.¶ Quartò vero dico,quòd est quædā pe-
regrinatio hominū peccatorum.Peccator.n.dr̄ peregrinus,nō
est.n.propriè ciuis ecclesiæ,quia nihil habet in hæreditate grāæ.
Et ideo peccatores dicunt̄ induti veste peregrina.Sopho.1. Vi-
sitabo super oēs,q̄ induti sunt veste peregrina.Vestis.n.peregri
na est peccatū,quòd facit hoīem a deo peregrinum. ¶ Quintò
est peregrinatio hoīum dānatorū,& de ista dicitur.2. Mach.9.
vbi narratur de nequissimo Anticho rege,quō peregre in mon
tibus miserabili obitu interijt.Et hoc de Peregrino sufficit vide
de aduena supra &c.

A **Pergere.** Cum pergere nihil aliud sit,quā de loco ad lo-
cum transire,vnūq; terminū relinquere, & ad
alium se transferre,possumus dicere,quòd pergere signat mo-
tū,& de re ad rē,de loco ad locū,de tp̄e ad tempus transitū,vel
profectū.Sic igitur notandū est,quòd moraliter loquendo nos
inuenimus vnum pergere,quod est

- Singulorum, — Pergunt enim cuncti naturaliter.
- Perfectorum, — Pergunt etiam iusti virtualiter.
- Iniustorum. — Pergūt insup stulti criminaliter.

Nam pergunt singuli naturæ motibus. Pergunt seduli virtu-
tum ritibus.Pergunt æmuli culparū gestibus. ¶ Dico ergo pri-
mò,quòd est vnū pergere,quod spectat ad cunctos, & istud p
certo est pergere naturę.Sicut.n.ille,qui corporaliter pergit,nū
quam in eodem loco sistit,sed continuo de loco ad locum trā-
sit, sic verè omnis,qui naturæ viribus regit̄, necesse est, quòd
de vno statu ad alium moueatur, & quòd de vna cōditione ad
aliam continuè transferatur,& sic naturaliter pergere compro
batur.Constat enim,quòd ex quo homo nascitur, ipse cōtinue
currit,& pergit,iuxta illud.1.Reg.24.Saul exurgens de spelun-
ca pergebat cepto itinere.de spelunca dico.i.de vtero matris.
Pergit enim homo continuè de iuuētute ad senectutē,de sani-
tate ad infirmitatem,de fortuna etiam ad infortunia, & finali-
ter de vita ad mortem.Sicut enim dicitur Iosuæ.17.Exitus eius
pergit ad mare,hoc ē dictu,ad amaritudinē mortis. vnde dicit
Sene.Putabas ne peruenire,nisi eo,quo semper ibas? Et certè il
lud pergere non debet homini displicere. Teste enim Sene. ea
conditione intrauimus,vt exiremus.Nemini enim debet displi
cere pergere ad propriam patriam,quando est in aliena,sic cer
tè nec nobis, qui hic in alieno viuimus, displicere debet si ad
patriam nostram,hoc est dictu,ad aliam vitam,per mortē per
gimus.vnde Ruth.1.Surrexit Noemi, vt in patriam pergeret.
B Istud est igitur vnum pergere,qđ spectat ad cunctos. ¶ Secun-
dò dico,quòd est vnū pergere,quod spectat ad iustos, & istud
certè nihil aliud est,quā motus,& profectus virtutis, quo scili-
cet homo pergit,& tendit de virtute in virtutem, quousque ip-
se videat deum deorum in syon. Nonne boni milites quando
bene sunt armati,& iam certi sunt de quotidiano stipendio, &
certissimè sperant de gloriosa victoria,& de solenni futuro lu-
cro,& præmio ad bellum celeriter,& fortiter pergunt, & ani-
mantur? Sic verè nos, qui iam recepimus stipendium gratiæ,
& certissimè speramus de præmio futuræ gloriæ, debemus
bonis virtutibus nos armare,& de bono in melius pergere, &
ambulare,& ad bellum contra spirituales hostes audacter, &
celeriter properare,quod scilicet nobis præcipitur Nu.32. Ex-
pediti pergite coram domino ad pugnam. Nos ergo debemus
dicere illud,quod ibidem dicitur.Nos autem armati,& accin-
cti pergemus ad præliū,& ibidem. Omnes expediti pergemus
ab bellum.Et sic certe deus dicet cuilibet sic pergenti illud. 1.
Re.14.Perge quo cupis,& ero tecum.Et nota,si vis, quòd iusti
pergunt,& proficiscuntur

- Ad sapientiæ fontem,
- Ad pœnitentię pontem,
- Ad confidentiæ montem,
- Ad resistentiæ martem,
- Ad influentiæ partem,
- Ad patientiæ mortem,
- Ad opulentiæ sortem,

Pergunt ergo iusti ad
fontem sapientię,hoc
est dictu,ad perscrutā
dum, & hauriendum
venas scientiæ, & do-
ctrinæ, de quo potest
intelligi illud Eccl. 1.
Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus.& de hoc ēt pōt di
ci illud Gen 25.Perrexit Sara,vt consuleret dominum. Scriptu
rę.n.studere,& intelligere,est dominum consulere. Item per-
gunt iusti ad pontem pœnitentiæ.vnde.3.Reg.19.Perrexit He-
lias per desertum viā vnius diei.Item pergunt iusti ad confidē-
tiæ montem.s.ad securitatē spei, de qua potest dici illud Ioan.
& Iesus autem perrexit ad montem oliueti. Item pergunt iusti
ad resistentiæ martem,hoc est dictu,ad constantiæ,& fortitudi-
nis virtutem,de quo dicitur Iob.39.Exultat audacter,in occur-
sum pergit armatis,contemnit pauorem,nec cedit gladio. Itē
pergunt iusti ad partem influentiæ, hoc est dictu,ad prædica-
tionis,& bonę doctrinę virtutem.vnde de Thobia dicitur Tho.
1.quòd ipse pergebat per omnes, qui erant in captiuitate, &
monita salutis dabat eis.Item pergunt iusti ad patientiæ mor-
tem.vnde de Thobia dicitur Tho.13.quòd cum bono perfectu
timoris dei perrexit in pace. Item pergunt iusti ad opulentiæ
sortem,s.ad paradisum,& vitam æternam.vn̄.Eccl.6.Quid ha-
bet amplius pauper,nisi vt pergat illuc,vbi est vita? Paradisus.
.n.est Hierusalem ciuitas opulenta, sicut dicitur Esaiæ. 33. ad
quam.s.iusti finaliter pergunt.vnde.1.Esdræ.8.Promouimus er
go pergemus in Hierusalē. & Tob.1. Fugiebat cōsortia hoīm,
& pergebat in Hierusalem.Et sic igitur dico, quòd ē vnum p-
gere,quod spectat ad iustos.quod est secundū principale.¶ Ter C
tiò dico,quòd est vnū pergere, quod spectat ad stultos,hoc est
dictu,peccatores impios,& ineptos. Mali enim semper mouē-
tur,& pergunt, & per constantiam de bono ad malum, de vi-
tio ad vitium,de mundi gaudio ad infernale tormentū discur-
runt,& nūquam in vno statu persistunt. similes illi muscæ, seu
vermi,qui dr̄ pyraulis,vel pyrotes,vel pyrausta, quæ dicitur in
igne viuere in medijs fornacibus metallorū, ignisq; ipsum so-
let reficere,& nutrire,quæ.s. semper cogitatione flāmarum so-
let,& continuè se mouere,& nunquam in eodem statu sistere,
vel manere,sicut dicit Plinius.Sic verè dico,quod quia mali in
ignibus cōcupiscentiarū viuunt,s.in concupiscentia deliciarū,
diuitiarum,& honorum,irarum,& inuidiarum, & dolorū, iō
semper sunt in pergendo,hoc est dictu,in se diuersimode mo-
uent de desiderio ad desideriū, de vitio ad vitiū discurrendo.
Flāmæ.n.concupiscentiarum ipsos sistere non permittunt, sed
ad motum perpetuum ipsos pellunt.2. Paralipo. 30. Cursores
pergebant velociter.Et nota quòd mali pergunt

- Ad pauperes delendum
- Ad vitia colendum,
- Ad mundana petendum,
- Ad inferna tenendum.

Pergunt dico ad pauperes,
vt ipsos prædētur, & sic fi-
gurantur in trecētis vulpib.
quę facibus ad caudas liga
tis perrexerūt in segetes Philistinorū,& eas cōbusserūt de istis
ergo vr̄ diabolus dicere illud Iosuæ.7.Pergant,& deleant ciui
tatē.Itē pergunt ad vitia,vt ipsa sectent̄.similes illis vaccis Phi-
listinorum,de quibus dr̄.1.Reg. 6. quòd gradiebantur pergen-
tes,& mugientes.Itē pergunt ad mūdana,vt ibi ditent̄, dicen-
tes scilicet illud Hier.42.Ad terram Aegypti pergemus.Itē per
gunt ad inferna,vt ibi grauentur,videlicet in damnatione æter
na,vnde de damnato dr̄ illud Eccle.6.Frustra.n. venit, & pgit
ad tenebras,& obliuione delebit̄ nomen eius.Patet ergo, quo-
modo est pergere stultorum,iustorum,atque cunctorum.Vide
supra vbi Ite, Currere,& infra vbi Transire, Tendere, Vadere,
& similibus.

Perhibere testimonium. Vide ƒ.vbi Testis, & Testimoniū.

Perire. Periculum. Nota, quòd cum inueniantur pericula temporalia, spiritualia,& æternalia, hinc est, ꝙ perire, quia a periculo dicitur, sumit multis modis. Perire ergo nihil aliud est, quàm destrui, deficere, adnihilari. Et ideo notandum, quòd sunt aliqua, quæ scilicet pereunt

Naturaliter,
Causaliter,
Temporaliter,
Spiritualiter,
Aeternaliter.

Primò igitur dico, ꝙ inuenitur periculum naturale, & istud est illud periculum, quod incurrũt generaliter omnes creaturæ, quę corruptibiles sunt, & maximè mundi bona, quæ necesse habent deficere, & perire, de quo dicitur in psal. Ipsi peribunt, tu aũt ꝑmanes, & oẽs sicut vestimentũ veterascent &c. Tu aũt idẽ ipse es, & anni tui nõ deficient. Eccle. 5. Diuitiæ cõseruatæ in malũ domini sui pereunt. Et ideo, quia ista peritura sunt, stultum est talia diligere, sed perenniter duratiua vtile est cordialiter anhelare. Diuites.n. non solent facere thesauros de pecunia parum duratura, & defectuosa, sed de rebus durabilibus, & perpetuis, quæ nec tempore corrumpunt, nec precio minuuntur, sicut est aurum, & argentum, & lapides preciosi. Cum igitur ista bona mundi peritura sint, nõ est bonum cor nostrum apponere, nec thesaurũ cordis nostri de bonis huius cumulare, quãquam enim videantur in vita ista aliquãtulum durare, in morte tñ necesse habent deficere, & cessare. Vnde ditissimæ quondam ciuitati, scilicet Babyloni, idest mundo, sub specie Babylonis, loquitur Ioan. Apoc. 18. Omnia præclara, & pinguia perierunt à te. Vnde nota, quòd necesse habent perire, & maximè in morte, scilicet mundi

Deliciæ,
Diuitiæ,
Scientiæ,
Lætitiæ.

De delicijs.n. dicetnr finaliter illud Ioelis. 1. Vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniã perijt ab ore vestro. De diuitijs dr̃ Amos. 3. Peribunt domus eburneę &c. & Ioelis. 1. dicitur. Vlulauerunt vinitores super frumẽto, vino, & oleo, quia perijt messis agri. De sciẽtijs verò dicitur Esaiæ. 29. Peribit sapientia à sapientibus, & intellectus prudentium abscondetur. De lętitijs etiam dicitur Ioelis. 1. Perierunt de domo dei nostri lætitia, & exultatio. Istud est periculum na-

B turale, quo.s. necesse est, ꝙ finaliter pereant mundi bona. ¶ Secũdò dico, ꝙ est periculum casuale, & istud est periculum, qđ omnibus hominib. occurrit, in quo multi, & multa diuersimode pereũt in hoc mũdo, & hoc est ignis, occisio, amissio, damnum, infirmitas, & etiam mors. Talibus.n. periculis subiacet humana cõditio, quia sicut communiter dicit, vbi homo, ibi periculum. Teste.n. Sene. in li. de prouidẽtia dei, & teste Ouid. in li. de fastis. Fata regunt homines, & homines non semetipsos. Per quæ quidem fata nihil aliud intelligendũ, quã occulta dei iudicia, quæ iustè quidem, sed occultè nos in diuersis incidere periculis ordinant, prouident, vel permittunt. Et inde est, ꝙ dicit Apostolus. 2. Corint. 11. Periculum in terra, periculum in mari &c. Multa.n. pericula incurrit homo casualiter; quia sicut nauis in mari nunquam est sine periculo, quia.s. semper habet timere aut incursus latronum, aut impulsus ventorum, aut occursus scopulorum, aut voraginem fluctuum, & abyssorum, & sic benè dicebat sapiens Eccl. 43. Qui nauigant mare, enarrent pericula eius. sic verè homo dum est in mari huius mundi, semper ẽ in aliquo periculo, ne aliquo casu fortuito pereat in hoc mundo. Sic benè dicit Apostulus. 2. Corint. 1. &. 11. vbi dicit, ꝙ ipse fuit in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum & sequitur. Nocte & die in profundo maris fui, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratrib. Et breuiter homo nõ põt vitare pericula casualia, quę.s. ab occulta dei prouidentia, vel ordinatiuè, vel permissiuè inferũtur. Sed de hoc vide supra de diuinis iudicijs. Quapropter quamuis homo pro posse suo ipsa præcauere debeat, vtile tamen est, ꝙ in domino sperans dispositioni ipsius se committat. Aues.n. vbi cibum appositum sumere credunt, periculum laquei aucupis inueniunt. Boues etiam, qui simpliciter herbas capere volunt, periculum illius vermis mortiferi, qui bruprestis dicitur ipsum comedendo incurrunt. Vrsi etiam, dum mel in arbore comedere intendunt, percussi malleo contra spem suam supra sudes acutas inferius corruũt atque cadunt. Et sic breuiter loquendo, & discurrendo, dum incautè circa cibos bonorum tẽporalium intendimus, multa damna, & pericula incurrimus, & quandoque miserabiliter deficimus, & perimus. Quia breuiter nullus est, qui possit omnibus fortunæ casibus obuiare, & omnia mundi pericula præcauere. & hoc est, quod dicit Sene. Non est delicata res viuere, longam viam ingressus es vitæ, & labores oportet. & sequitur. Præparet se animus contra omnia, & sciat venisse, vbi patiatur fulmẽ. & infra. Effugere ista nõ potes. contemnes aũt, si sæpe cogitaueris. Sic ergo patet, ꝙ est periculum casuale. ¶ Tertiò dico, ꝙ est periculum temporale, & C istud est periculum tormentorum, & pœnarum, quæ mali in mundo sustinent iustè, & boni sustinuerunt iniustè. Multi.n. sancti perierunt sine causa, sicut dicitur Ecc. 7. Iustus perijt in iustitia sua. Quòd maximè patet in martyribus, quibus dicit Iud. 5. Sponte obtulistis animas vr̃as periculo. & Hest. 4. Ingrediar ad regem tradens me morti, & periculo. Veruntamen istud periculum fuit temporale, non æternale. Quia.s. sicut granum in terra positum quamuis ad horam putrefiat, & pereat, istud tñ durat, immo ex tali periculo in melius se cõmutat sic boni quãuis in mundi tribulationibus perire superficialiter videantur, ipsi tñ in veritate non pereunt, nisi forte temporaliter, quia.s. æternaliter in melius commutantur, similes cuidam militi, de quo facit Ouidius mentionem, qui quotiens cadebat ad terrã, totiens nouas vires recuperabat, & semper fortior resurgebat, quia.s. viri iusti quamuis ad terram.i. ad statum infimum, & depressum, vel per mortem, vel per alia infortunia deprimuntur, ita ꝙ qñq; in aspectu hoĩum perire temporaliter æstimantur, ipsi tñ a deo ex hoc periculo liberant, & in paradisum transferuntur, & sic fortiores, & meliores resurgere dignoscuntur. vñ Deu. 20. Dominus contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos a periculo. Vnde in persona talium dicit Apostolus. 2. Corint. 4. Tribulationem patimur, sed non angustiamur; aporiamur, sed non destituimur; persecutionem patimur, sed non derelinquimur; deijcimur, sed nõ perimus. & Luc. 15. dr̃. Frater tuus mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Sic ergo patet, quòd est periculum temporale. ¶ Quartò dicò, quòd est pericu- D lũ spiritale, & istud est illud, qđ incurrit homo, qñ mortaliter peccat, & sic peccatũ mortale dr̃ periculũ, quia in ipso pereũt gratiæ, & virtutes, & propter ipsum pereunt homines in inferno. Nota, quòd sicut homines pereunt, & periclitantur, scilicet quandoque per

Occisionem,
Submersionem,
Suspensionem,
Famis vexationem,
Carnis turbationem.

Sic verè spiritualiter loquendo, homo spiritualiter perit, quando per inuidiam occiditur, luxuriam submergitur, superbiam suspenditur, famem auaritiæ cruciatur, dolorem tristitiæ cõturbatur. perit ergo homo gladio inuidiæ. & de hoc Matth. 26. dicitur. Qui acceperint gladium, gladio peribunt. Item perit homo submergio luxurię. Ezech. 26. Perijsti, qui habitas in mari. &c. 2. Esdræ. 4. Perierunt multi propter mulieres. Item perit suspendio superbiæ, & sic pereũt principes, & magnates. vnde Hiere. 4. Peribit cor regis, & principũ. Item perit homo fame auaritiæ. vnde. 1. Mach. 13. Multi ex eis fame perierunt. Et filius prodigus Lu. 15. dicebat. Ego autem fame pereo. Itẽ homo perit turbine tristitiæ, & iracundiæ. vnde. 1. Mach. 6. Ecce pereo tristitia magna in terra aliena. Ista sunt ergo pericula spiritualia, quæ summopere sunt vitanda. In mari.n. sunt multa periculorum genera, s. bitalassus, scylla, charybdis, syrtes, & rupes adamantinę, & immania mõstra, de quibus vide supra de Mari, vel in alijs titulis, vbi ponuntur. Sic in mundo sunt multa pericula vitiorum, à quibus homo debet, ne pereat, præcauere. Animalia.n. bruta docẽt nos pericula fugere, quia ipsa solent valde sagaciter declinare, sicut patet de castore, qui trũcãdo testiculos periculum captionis euadit, & de elephante, qui, vt euadat periculum, ebur dentium frangit. Ceruus etiam timens canum periculum, cum videt aliter non posse euadere, ad hominem, & ad eius adiutoriũ confugit. Et tortuca morsa à serpente propter veneni periculum origanum comedit, & de herba remedium sibi quærit. In quo quidem docẽt nos animalia, quòd pro posse debemus peccatorum pericula fugere, & occasiones istorum periculorum dimittere. et si periculũ peccati incurrimus, debemus pnię remediũ quærere, et pro auxilio habendo ad deũ fugere, et recurrere. exemplo apostolorũ Mat. 8. q timẽtes periculũ submersionis recurrerũt ad Christum, dicentes. Dñe salua nos, perimus. et Hester. 28. dicitur, quòd Hester regina pauẽs periculũ, quod imminebat, confugit ad dominum. Istud est ergo periculũ spiritale. ¶ Quintò dico, quòd ẽ periculũ æternale, et istud ẽ illud, E quod dãnati sustinẽt in inferno, de quibus in ps. dicit. Pericula

inferni innenerunt me. In isto enim periculo perit homo.s.

Per afflictionis mœrorem.
Per confessionis ruborem.
Per vexationis ardorem seu dolorem.

De mærore dicitur Sap.4. Erunt gemētes,& memoria eorũ peribit. De rubore talium dicitur in psal. Erubescant, & cōturbentur in sæculum sæculi,& confundantur,& pereant. De dolore etiam dicitur. 1.Corin.10. Murmurauerunt,& a serpentibus perierunt &c. Et hæc de perire & periculo sufficiant.

A **Permanere.** Nota,ꝙ pmanere idē est,quod perfectè manere,seu perseueranter manere. Sed quia supra de manere dictum est, & infra de perseuerantia dicetur,hinc est,ꝙ de permanere modicum est dicendum. Nota igitur breuiter, ꝙ nos debemus permanere, & perseuerare in bono:nullum enim opus est laudabile, nisi sit permansibile,& durabile. Et ideo corpora cœlestia, quæ sine corruptione in esse suo permanent, nobiliora, & meliora præ cæteris dici debent. Quod etiam de cæteris creaturis perpetuis dici potest, scilicet de lapidibus preciosis,& de fontibus,& fluminibus,& & alijs incorruptibilibus creaturis. Nos igitur si boni, & iusti esse volumus,& à deo electi,dilecti, & reputati, debemus esse in bono permanentes,& sine corruptione, & cessatione in incepto bono proposito persistentes. Vnde nota,quod nos debemus permanere scilicet

In perfecto amore.
In diuino timore.
In fidei feruore.
In virtutis vigore.
In doctrinæ fulgore.
In tribulationis labore.
In conuersationis decore.
In contemplationis splendore.

Permanere dico debemus in charitatis amore,quia.s.nos nō debemus esse falsi amici,sed firmi, perpetui,atq; veri, iuxta illud Sene. Sic diligamus, ac si desinere non liceat. Ecclesi.6. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi anima tua. Item permaneamus in diuinitatis timore, sicut de Thobia dicitur Thobię 2.ꝙ immobilis in dei timore permãsit. Itē pmaneamus in fidei,& veritatis feruore. Act.14. Exhortantes,vt permanerent in fide Col.1. Permanentes in fide fundati. Item permaneamus in firmitatis vigore. vnde de Caleph dicitur Ecclesi.46. quòd vsque in senectutem permansit illi virtus. Item permaneamus in verò sapientiæ fulgore 2. Timot.3. Permane in his,quæ didicisti. Item permaneamus in tribulationis labore, vt sic deus dicat nobis illud Lucæ 22. Vos estis, qui permansistis mecum in tribulationibus meis. Item permaneamus in cōuersationis decore. Vnde de Tobia dicitur Thob. 14.ꝙ oīs generatio eius in bona & sancta conuersatione permansit. Item permaneamus in contemplationis splendore. vnde in Ps. Permanebit cum sole & ante lunam, in generatione & generationem. ¶ Et nota si vis,ꝙ multi sunt, qui non habent permanentiam virtualem,quia.s.in bono minime perseuerãt, similes rebus, quæ componunt ex quatuor elementis, quæ.s. ratione qualitatum ibidem vnius contra alterã agentiũ, nunquam in eodem possunt permanere, sed de vna forma ad aliã necesse est ipsa continuè pertransire,sicut in quolibet mixto videmus. Sic verè moraliter loquēdo, quia nos componimur ex quatuor elementis,& qualitatibus contrarijs.i.ex quatuor affectionibus,quæ.s.sunt gaudiũ,spes,dolor,& timor: gaudium,& dolor sunt de præsentibus,spes verò,& timor de futuris; hinc est,ꝙ in nobis perfectam permanentiam nō habemus, immo in esse morali, & virtuoso parũ persistimus & permanemus, sed de vno statu ad aliũ pertransimus. Constat.n.ꝙ naturaliter
B loquendo,nihil est in mũdo permanēs,sed qcqd in eo est, totũ est fluidũ,& trãscurrēs. Ecc.2. Vidi in oībus vanitatē,& afflictionē animi,& nihil permanere sub sole. Et nota si vis,ꝙ peccatores nullam habent permanentiam,& potissime illi, qui

Immunda fœtent putredine:
Iniusta lædunt acredine:
Mundana florent imagine:
Fluida micant prurigine:
Non fida credunt certitudine:
Profunda latent voragine.

Dico ergo,ꝙ inconstantes, impermanētes, & imperseuerãtes sunt illi, qui immunda fœtent putredine, scilicet carnales & luxuriosi, de quibus dicit dominus Genes. 6. Non permanebit spiritus meus in homine &c.& Deutero. 21. Non pmanebit cadauer hominis in ligno. Item illi, qui iniusta lędũt acredine, sicut.scilicet iniqui, raptores & crudeles. Psal. Neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos. Item illi,qui mundana florēt imagine,hoc est dictu,vani,lasciui,& curiosi. vnde Iob 13. Homo natus de muliere breui viuens tēpore &c. qui quasi flos egreditur,& conteritur,& fugit velut vmbra, & nũquam in eodem statu permanet. Item illi, qui fluida micant prurigine,sicut sunt inconstantes,& falsi amici. vnde Eccle.6. Est amicus solo nomine,& est amicus socius mensæ,& non permanebit in die necessitatis. Item illi, qui non fida credunt certitudine,seu qui obscura vigent albugine.s.hæretici,de quibus dicitur Esa.7. Si non credideritis,non permanebitis. Et in secunda episto. Io. Qui non permanet in doctrina Christi, deum nō habet. Item illi,qui profunda latent voragine, illi.s.qui sunt spiritualiter mortui, & qui vitiorum voragine sunt sepulti. de quibus dr̄ Heb. 7. ꝙ plures facti sunt sacerdotes secundum legē, eo,ꝙ morte prohiberentur permanere. Mors enim peccati pmanere in statu virtutis & gratiæ non permittit. Hæc igitur de permanere sufficiant. Vide supra de Manere,& similibus.

Permittere. Nota,quòd permittere sumitur pro concedere,pati,dissimulare,tollerare, seu ēt pro non impedire. Sicut enim dicitur Act. 26. Paule permittitur tibi loqui pro temetipso. Et sic pōt dici,ꝙ est permissio diuina,& humana. Et sic nota,quòd est permissio A

Metuenda:
Facienda:
Fugienda.

Primò dico, quòd est pmissio metuēda,& est ista diuina permissio,quę nihil aliud est,quàm diuina patientia & sustinentia, qua scilicet deus quandoque mala fieri permittit, inquantum scilicet ipsa non impedit,aut auertit,sed dissimulat. quapropter iusti, qui hoc aduertunt,merito trepidant,& formidãt. Videmus enim, quòd deus quandoque permittit iustos tribulationes, & tentationes incurrere,& quandoque etiam cadere,& deficere; quapropter necesse est sua iudicia formidare, sicut Thobiæ.2. dicitur,quòd deus Thobiam excœcari permisit, vt exemplum patientiæ daretur posteris. Deus enim secundum sua occulta iudicia quandoque permittit fieri mala,sicut apparuit in tribulatione Iob,& Thobiæ. Quandoque etiam permittit fieri bona, sicut apparuit Matt. 8. de illo,quem dominus vocabat, qui cũ diceret. Permitte me prius sepelire patrem meum. non fuit auditus, quinimmo sibi dictum est. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Sicut etiam dicitur Lucæ 8. vbi dęmones rogabant Iesum, quòd permitteret illos intrare in porcos, & permisit.& tamen dicitur ibi,quòd statim grex porcorum fuit præcipitatus, & suffocatus in mari. Deus enim scit de malis tentationibus, & tribulationibus elicere bona, & de bonis elicere meliora. Sed de talibus diuinis permissionibus, & tot malorum dissimulationibus,suisque occultis iudicijs, causis, & rationibus nihil amplius ad præsens. vide supra Iudicijs. Ista est ergo permissio metuenda. ¶ Secundò dico, quòd est permissio B
facienda,& ista est illa,qua boni semper solent bona fieri permittere,et ipsa nunquam impedire, sed facientes pro viribus adiuuare,sicut de Paulo dicitur Actuum 27,quòd cēturio Paulum permisit Hadrumentinam ire. Quandoque etiam ad vitanda mala peiora, & ea causis necessarijs etiam à iustis mala fieri permittuntur, & bona etiam quandoque dimittuntur & impediuntnr. exemplo Moysi, qui libellum repudij in lege pmisit vxoribus dari,et hoc ne ipsas per maritos cōtingeret trucidari, sicut dicitur Matthæi 19. ¶ Tertiò dico, quòd est permissio fugienda, et ista est permissio mali, sicut est quando homo permittit scilicet

Animos furere.
Impios viuere.
Ignatos docere.

Animos dico furere per superbiam. Istud enim non est permittendum. Thobiæ 4. Superbiam in tuo sensu nũquam dominari permittas. Item impios viuere per improbam patientiã, sicut faciunt illi,qui muneribus,aut fauoribus allecti permittũt viuere maleficos,contra illud. Maleficos non patieris viuere. Vnde Deutero.20. præcipitur de illis impijs. Nullum omnino inquit pmittes viuere, sed interficies in ore gladij. Teste enim Senec, Genus misericordiæ est malos cito occidere. Item ignaros dicere, seu etiam præeminere per acceptionem personarum, et iniustitiam,contra quod Apostolus 1.Timo.2. Docere mulieri non permitto. Et hoc de Permittere sufficit. vide vbi Dimittere. Omittere. Committere. et vbi Pati. Dissimulare. et de similibus titulis

Perpetrare. Nota, quòd perpetrare idem est quod facere,vel patrare. Et quamuis patrare in scriptura accipiatur in bono, sicut quando dicitur Genes. 1. quòd requieuit dominus in die sabbathi ab omni opere,quod patrarat, perpetrare tamen semper sumitur in malo significato. A

cato. Et sic perpetrare idem est, quod aliquod malum cõmittere. Vnde Eccl. 8. Quia non profertur cito contra malos sententia, ideo filij hominum absque vllo timore perpetrant mala. Mala dico hæresis, & idololatriç, fœditatis, atque luxuriç, feritatis, atque sæuitiæ. Perpetrant dico mali hæresim, & idololatriam. Istud enim est summum facinus, quod possit homo cõmittere, istud enim est immediatè contra Deum. Deutero. 17. Quod si vir, aut mulier seruiant dijs alienis, aut solẽ, & lunam adorauerint, educes inquit virum, & mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrauerint, ad pórtam ciuitatis, & lapidibus obruentur. De tali perpetratione dicitur 4. Regum 17. & 18. quòd Samaritani, qui illuc adducti, & translati fuerãt per Chaldæos, iuxta consuetudinem suam pristinã perpetrabant, idola videlicet adorando. Item dico, quòd perpetrãt mali fœditatem atque luxuriam, sicut de filijs Beniamin dicitur, qui habitabant in Gabaa, qui scilicet luxuriando occiderant vxorem vitæ, vt dictum fuit Iudicum 20. Tradite homines de Gabaa, qui flagitium perpetrarunt. Item dico, quòd perpetrãt mali feritatem, atque sæuitiam, sicut Exodi 22. dicitur, quòd qui orto sole homicidium perpetrauit, & ipse morietur. Et sic igitur patet, quòd perpetrare vt communiter accipitur in malo.

A **Perpetuitas. Perpetuum.** Cum perpetuum dicatur, quod vltimo fine carebit, licet habuerit principium inceptiuum, & inde est, quòd facti fuerunt versus grammaticales, vbi dicitur. Aeternum sine principio sine fine manebit. Perpetuum cum principio, sed fine carebit. possumus dicere, quòd licet quandoque sumatur perpetuum pro æterno, per perpetuum potest omnis duratio seu perseuerantia denotari. Et sic dicam, quòd in scriptura vt communiter nunquam inuenimus perpetuitatem diuinam, sed humanam. vnde nota, ꝙ nos inuenimus vnum perpetuum quod

Iustos mensurat.
Stultos indurat.
Beatos procurat.
Damnatos immurat

Primò ergo dico, ꝙ est vnũ perpetuum, quod est iustorũ hic viuentium, & istud certè est perpetuitas, duratio, longæuitas, perseuerantia, & continuitas virtutum, quibus. s. vita ipsorum moralis sine fine, & termino peccati mortalis persistit, iuxta illud Sap. 5. Iusti autem in perpetuũ viuẽt, & apud dominũ est merces eorum. Animalia enim perpetuò viuerent, nisi ipsa mortis corruptio terminaret. Quia igitur iusti in perseuerãdo à morte culpæ per dei gratiam præseruantur, restat ꝙ viuere perpetuò comprobantur. De cælestibus enim, & de ordine rerum dicit Senec. in epistola, ꝙ licet de sui natura nõ sint perpetua, durant tamen, & perpetuantur manutenẽtia regentis. Sic verè est de virtuosis hominibus, de sui. n. natura non sunt in moribus perpetui, & impeccabiles, manutenẽtia tñ, & gratia dei perpetuantur, & in esse virtutum per perseuerantiã conseruãtur. Vnde ipse deus videtur dicere homini iusto, & prædestinato, & per ipsum vitæ perpetuç prçseruato illud Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui. Et aduerte, ꝙ corpora cœlestia sunt perpetua propter perfectionẽ suæ formæ, quæ replet omnes appetitus materiæ, & sic quia quælibet pars mixti cõtenta est forma sua, ideo ad corruptionem & maleficium nõ machinatur, & sic stare, & perseuerare, & ipsç partes, & etiam ipsum mixtum perpetuò cõprobantur, sicut philosophi dicũt. Qũo enim cœlũ deficeret, quod perpetuas partes habet? Sic verè dicam de iustis. Habẽt. n. formam perfectissimam. s. gratiam diuinam, quæ. s. partes morales ipsorũ, quæ sunt affectus cordiales, perfectus virtuales, effectus corporales spiritualiter satiat, & informat. Et ideo restat, ꝙ esse eorum virtuosum, & morale perpetuatur, & durat, & per peccata non corrumpitur, neque cessat. Partes enim ipsorum, quæ sunt virtutes theologicæ, cardinales, & morales, per diuinam gratiam informantur, & ideo apud ipsos perpetuò cõmorantur, & ipsos ẽt perpetuare noscuntur, & ad regnum perpetuum deducere cõprobantur. Ideo de tali gratia iustos perpetuante, & ad regnum perpetuũ deducẽte videtur dominus dicere illud Esa. 61. Fœdus perpetuũ feriam eis, misericordias Dauid fideles. Et nota, si vis, ꝙ viros perfectos perpetuant in bono videlicet

Sanctitatis cultus.
Claritatis vultus.
Honestatis gestus.
Charitatis æstus.
Firmitatis status.
Veritatis fatus.
Iustitiæ fructus.
Mœstitiæ luctus.
Fiduciæ ductus

Istç enim virtutes de sui natura sunt perpetuæ, & ideo ppetuant possidentem. Igitur dico, quòd ipsum facit perpetuũ perpetuus sanctitatis cultus, de quo. s. potest dici illud, qđ de lucerna tabernaculi dicit Exo. 27. Perpetuus erit cultus per successores eorum. Item ipsum facit perpetuum perpetuus claritatis vultus. hoc est dictu splendor, & claritas sapientiç ducit ad regnum perpetuũ. Sapien. 6. Diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Item ipsum perpetuat ppetuus honestatis gestus, & iste est, de quo dicitur Exodi 29. Erunt sacerdotes mei religione perpetua. Item ipsum perpetuat perpetuus charitatis æstus. Leuitico. 6. Ignis iste erit perpetuus. Et illud Hierem. 31. in charitate perpetua dilexi te. Item ipsum perpetuat perpetuus firmitatis status. Vnde 1. Paralipom. 17. Thronus eius firmus erit in perpetuum. Item ipsum perpetuat perpetuus veritatis fatus. Prouer. 13. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Item ipsum perpetuat perpetuus iustitiç fructus. Sapiẽ. 1. Iustitia perpetua, & immortalis. Et illud prçdictum. iusti autem in perpetuum viuent. Item istos perpetuat perpetuus mœstitiç luctus, scilicet perpetua contritio, & pœnitentia, de qua dicitur Leuitic. 16. Affligetis animas vestras religione perpetua. Item ipsos perpetuat perpetuus fiduciç ductus. hoc est dictu, spes futurorum solida, atque firma, de quo Esa. 26. Seruabis pacem, quia in te sperauimus. sperastis in domino in sçculis æternis, in domino deo forti in perpetuum. Ecce ergo quomodo virtutes, quç quãtũm in se est sunt perpetuç, pro eo scilicet quòd à deo, & a sede perpetua procedunt, hominẽ spiritualiter perpetuant, & conseruant. Sed pro certo charissimi hic possemus aduertere, quòd licet virtutes de se semper sint perpetuç, per accidens tamen fiunt temporales, & deciduç, quia. s. istç ab homine apostatante, & perseuerare nolente statim recedunt, & ab eo decidunt, seu cadũt, similes illi arbori, quæ dicitur viscus querci, quæ in arboribus pluribus solet nasci. Nam cum sedem propriam non habeat, necessariò alienam sedem inhabitat, quæ secundum Pli. lib. 16. c. 44. talis est conditionis, ꝙ si in arbore, quæ omni anno perdit folia, nascitur, ipsa ẽt folia sua, suamque speciẽ, & virorem cum ipsa sua sede & arbore omni anno perdere comprobatur. Si verò nascitur in arbore, quæ perpetuò folia sua seruat, etiam ipsa perpetuò apud eam viridis perseuerat. Sic verè dicam de virtutibus. istæ enim quandoque nascuntur & generantur in arboribus folia facilè perdentibus i. in personis leuibus, & inconstantibus, & virorem gratiæ facilè per peccatum amittentibus; quandoq; etiam generantur in illis, qui virorem gratiæ perpetuò seruant, & qui virtutem & perfectionem suam continuant & non vitant. Sic re vera fit, ꝙ isti frutices sic agnati. s. virtutes, cum cadentibus solent cadere, & cum stantibus stare, quia. s. si qui virorem gratiæ per peccatum perdunt, statim virtutes, quæ in eis habitabant, mortificantur, & virorem & efficaciam suam amittunt. Homine enim peccante mortaliter virtutem & efficaciam suam noscitur perdere, & ad acquisitionem paradisi gloriæ nil valere. sicut de fide dicitur, ꝙ fides sine operibus mortua est. Iac. 2. quia & virtutes & opera mortificantur, quãdo charitate & gratia non fauentur. Sed re vera si isti frutices. i. virtutes, in homine iusto & perfecto fuerint, qui. s. virorem gratiæ nunquã perdidit, sed in statu gratiæ semper sistit, sic & ipsç perpetuò in virore & efficacia sua noscuntur persistere, & apud istum perpetuò esse, & apud eundem perpetuò habitare. Istæ enim sicut dicitur Ezech. 1. Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant. quia scilicet teste Gregor. Qui rei labenti innititur, necesse est vt cum labente labatur. & per consequens qui innititur rei forti, solet astare iugiter ipsi stanti. Patet igitur quomodo iustus in præsenti spiritualiter ppetuatur, & quomodo ad finalẽ perpetuitatem gloriæ per dei gratiam destinatur. vt sic de quolibet iusto dicatur deo illud Iob 14. Roborasti eum paululum, vt in perpetuum pertransiret. Patet ergo, quòd est vnum perpetuum, quod est iustorum hic viuentium, & hoc est primũ principale. ¶ Secundò principaliter dico, ꝙ est vnum perpetuum, quod est stultorum hic peccãtium. Istud pro certo nihil aliud est, quàm induratio mentis, qua scilicet mali in vitijs perpetuantur, & ibidem perpetuò obstinantur. Cor enim istorum simile est cordi illius, qui veneno moritur, quod vt dicit Pli. in igne nunquam liquescit, aut comburitur, immo ibi perpetuo duraret si ibidem perpetuò teneretur, quinimmo sicut dicit Rasis in lib. de occultis virtutibus membrorum, si ibidem diutius detinetur, in lapidem cõmutatur. Sic verè dico, quòd multi sunt, qui postquam veneno peccati mortalis perierunt, B

nunquam

nunquam per contritionem vtuntur, quinimmo in tantam lapideam duritiem per obstinationem mutantur, quod in igne peccati perpetuò sine pœnitentia commorantur, ibique lapidificari dicuntur, inquantum nunquam ad bonum amplius molliuntur. Iob 41. Cor eius indurabitur quasi lapis. Hic posset applicari figura Leuiti. 25. vbi dominus prohibet in perpetuum vendi terram. vnde dicit. Terra inquit non vendetur in perpetuum, quia mea est. vnde omnis venditio tunc cum conditio-
A ne fiebat: quia .s. in anno iubileo ad pristinum dominum redire debebat. Istud tamē solū apud Israel tenebatur, quia apud gentiles terra perpetuò vendebatur. Moraliter loquendo, Israelitæ sunt boni, qui scilicet quamuis qñque hereditatem suā terram, & possessionē gratiæ, & gloriæ peccando perdere videantur, illud tamen semper faciunt cum certa conditione, .s. quod eam possint per pœnitentiam loco, & tempore rehabere. Iubileus enim annus requiei & remissionis, hoc est dictu, priuilegium pœnitentiæ reseruatur eisdem. In quo, & per quod ad restitutionem in integrum admitti possunt, & recuperare gratiam, & virtutes, quas visi fuerant perdidisse. Fidelibus.n. semper remanet spes veniæ, & remedium pœnitentiæ, sicut secunda tabula post naufragium, & sic non videntur in perpetuum perdere, quod peccando amiserunt. Dicunt enim illud psal. quòd misericors & miserator dominus, longanimis, & multum misericos non in perpetuum irascetur, neq; in æternum comminabitur. Sed re vera gentiles, idest mali, & desperati, & qui non sunt prædestinati ad vitam, hæreditatem istam gratiæ, & gloriæ reinuenire non quærunt, recuperare deperditam non sperant, nec cupiunt, seu volunt. Sic ergo terram, quę domini est, in perpetuum contra dei mandatum videntur vēdere, inquantum sine spe veniæ volunt perpetuò derelinquere. Quinimmo perpetuò vellent hic viuere, vt perpetuò possent peccare. Et istæ sunt plagæ perpetuæ, de quibus loquitur dominus in scriptura. Talibus enim videtur scriptura indignatiuè loqui Deuteronom. 28. Vbi dicitur. Augebit dominus plagas tuas. Sequitur, Plagas magnas, & perseuerantes, infirmitates pessimas, & perpetuas. Istud est ergo vnum perpetuum
C quod est stultorum hic peccantium. ¶ Tertiò principaliter dico, quod est vnum perpetuum, quod est beatorum, & lætantium, & istud nihil aliud est quàm vita æterna, & gloria perpetua, quę .s. in ipsis perpetuò nō cessabit, de qua canitur in ecclesia. Lux perpetua lucebit sanctis tuis domine, & æternitas temporum. alleluia. Isti enim videntur esse illi, de quibus dicit Solin. c. de Iudæa. quòd perpetua gens est, nam & si nullus nascatur ibidem, nunquam tamen deficit hominum multitudo. Et breuiter possum notare, quod isti sunt perpetuò

Satiati dulcore.	Sunt dico perpetuò fruentes. Hier. 52. Cibaria perpetua dabantur eis à rege. Itē sunt perpetuè gaudentes. vnde isti comparantur auibus in æstate, quæ scilicet tunc summè gaudēt, & can-
Iocundati canore.	
Illustrati splendore.	
Vegetati vigore.	
Fœderati amore.	
Sublimati honore.	
Prædotati valore.	

tāt. Esa. 18. vbi dicitur. Aestate perpetua erunt volucres super eum. i. super quemlibet beatum. Volucres dico, idest lætitia sempiterna erit super capita eorum, gaudium, & lætitiam, & exultationem obtinebunt. Item sunt perpetuò splendētes. vnde Dan. 12. dicitur, quod isti fulgebunt quasi splendor firmamenti, & quasi stellæ in perpetuas æternitates. Itē sunt perpetuò virētes. Vnde illud prædictum Sap. 5. Iusti autem in perpetuum viuent. Item sunt perpetuò amantes. Isti enim in perpetuum, & deum, & se diligunt, à deo etiam diliguntur. Vnde illud præ
B dictum Esa. 61. Fœdus perpetuum feriam eis. Item sunt perpetuò regnantes. Vnde de deo & de iustis dicitur Iob 36. quod reges in solio collocat in perpetuum. Item sunt perpetuò possidentes .s. hæreditatem, & diuitias sempiternas. Esa. 60. Iusti in perpetuum hæreditabunt terram. In cœlo enim, & non in terra sunt omnia perpetua. Quia re vera licet mali tunc videātur perpetuò, & durabiliter florere, ipsos tamen certum est aliqñ deficere & perire, sicut de illo gigante Pallante filio Euandri narrat Vincentius, cuius corpus tempore Henrici Imperatoris sanum & integrum fuit in monte terremotu scisso repertū, quod ad muros Romæ erectum, quorum altitudinem excedebat, finaliter vento, & pluuijs est consumptum, qui tamen eo quòd à tēpore mortis suæ durauerat amplius mille annis, videbatur perpetuò posse durare. In mundo igit nihil est perpetuum, sed quicquid ibi est, totum corruptibile est, seu vanū, in cœlo verò oīa sunt perpetua, permanentia, & æterna. Istud est igitur vnum perpetuum, quod est beatorum, & lætantium. D
¶ Quartò dico, quod est vnū perpetuum, quod est damnatorum pereuntium, apud quos pro certo est .s. perpetuus.

Dolor, & flebilitas:	De perpetuo dolore, & flebilitate videtur quilibet damnatus præ desperatione dicere
Squalor, & sterilitas:	
Stridor, & acerbitas:	

illud Hiere. 15. Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis. De perpetuo squalore, & sterilitate dicitur Hiere. 51. Domine tu locutus es contra locum istum, scilicet contra infernum. sequitur. vt sit perpetua solitudo. solitudo enim squalorem, & sterilitatem importat. De perpetuò stridore, tristitia, & acerbitate potest dici ipsis damnatis illud Micheæ 2. Tulistis laudem meam in perpetuum. surgite & ite, quia non habetis hic requiem. q. d. laudem, & lætitiam, requiē, & fiduciam non habetis; sed potius stridorem, desperationē, & tristitiam possidetis. Et hæc de perpetuitate tam in bono, quàm in malo significato sufficiant. Vide supra de Aeterno, & infra de Sempiterno &c.

Persecutio. Persequi.

A Nota, quòd persequi idem est, quod inuadere, tribulare, nocere, lædere, infestare &c. similia. Sumitur enim persequi vt communiter in malo significato. Et ideo nota, quòd est Persecutio

Pastoralis correctionis.	Primam infert prælatus malum agentibus. Secundam infert iustus pacem frangentibus. Tertiā infert mundus, seu tyrannus se
Virtualis repulsionis.	
Temporalis vexationis.	
Spiritalis tentationis.	
Corporalis infectionis.	
Aeternalis damnationis.	

contemnentibus. Quartam infert diabolus sibi credentibus. Quintam infert caro se diligentibus. Sextam verò infert deus se negligentibus. Prelati vexatio debet exerceri. Iusti correctio debet adhiberi. Mundi turbatio debet sustineri. Hostis tentatio debet præcaueri. Carnis infectio debet abhorreri. Dei percussio, siue dānatio debet pretimeri. Primò ergo dicamus, quòd prelatus persequitur malos per pastorales correctiones. Et sic dicebat Dauid, qui fuerat pastor, & erat rex, in psal. Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. Aues enim nobiles naturaliter persequuntur miluum, tanquam indignū suo cōsortio, qui .s. pullos deuorat innocentes. Sic verè prælati debent persequi malos subditos, qui .s. alios innocentes turbant & grauant. Vnde Dauid dicebat 1. Reg. 17. Veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum. Et breuiter dico, quod bonus prelatus impios, & tyrannos debet persequi, & iniustos iustè percutere & punire. Deut. 16. Iustè, quod iustum est, persequeris. Iustos ergo persequitur prelatus per pastorales correctiones. ¶ Secundò dico, quod iustus persequitur impios per virtuales repulsiones. Iustus enim debet incredulos, & hæreticos, impios etiam, & malefactores publicos persequi, & eisdem resistere, & opponi. Iudic. 7. Clamantes filij Israel persequebātur Madian. Et Leui. 26. Persequimini inimicos vestros. Ista est enim iusta persecutio, quia scilicet nos persequimur hostes publicos, qui scilicet nos tribulant sine causa. Iustus ergo persequitur impios per virtuales repulsiones seu oppositiones. ¶ Tertiò dico, quòd tyrannus, seu mundus persequitur nos per temporales tribulationes, & de hoc dicitur Ioann. 15. & sunt verba Christi discipulos alloquentis. Si inquit me persecuti sunt, & vos persequentur, non est inquit seruus maior domino suo. Psal. Persecutus est hominem inopem & mendicum. ¶ Quartò dico, quòd diabolus nos persequitur per spiritales, seu cordiales inspirationes, seu tentationes. Et de hoc Exodi. 15. Dixit inimicus, persequar, & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea. Et iterum in Psal. Persecutus est inimicus animā meā. ¶ Quintò dico, quòd caro nos persequitur per corporales delectationes. & de hoc Galath. 4. Ille, qui secundùm carnem natus est, persequebatur eum, qui secundùm spiritum natus fuit. ¶ Sextò dico, quod deus nos persequitur per finales, & æternales cōdēnationes. vnde in Psal. dicitur de peccatoribus damnatis. Ita persequeris eos, in tempestate tua ad nihilum rediges. De ista ergo sextuplici persecutione nihil ad presens, nisi aliquantulum de tertia. ¶ Et dicamus, B quod tēporalis persecutio, seu tribulatio est in patientia sustinenda, quia sicut videmus, quòd animalia siluestria sunt meliora & sapidiora, quādo à canibus fuerint diutissimè persecuta, & inde

Inde est, quòd illi, qui in domibus nutriunt ceruos, vel vrsos, vel alia animalia venatica, primò antequam ab eis comedantur, solent ea ex certa scientia canibus exponere, vt per huiusmodi persecutionem sapidiora inueniantur, ex timore enim animi, & ex ebullitione sanguinis, & ex calefactione motus, caro digeritur; & sic ad comedendum sapidior, & tenerior inuenitur; sic verè charissimi deus facit, quia omnes illos, quos in mensa paradisi sibi vult præsentari, & quos ipse vult comedere, idest per delectationem perpetuã sibi incorporare, prius solet canum & venatorum .i. mundi tyrannorum, & pessimorũ persecutionibus exponere, & ipsos diuersis mũdi tribulationibus lacessere. motus enim, & labor tribulationis, metus, & timor mundanæ desolutionis, ebullitio, & feruor dilectionis, & compassionis solent hominem coram deo aptiorem facere, & ipsum deo ad complacendum per virtutes, & gratias pręparare. Et breuiter benè dicit Apostolus 2. Timot. 3. ꝙ omnes, qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur. exemplo Apostoli, qui dicebat 1. Corin. 4. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. Patienter ergo sustineatur persecutio, & ideo quia talis persecutio nobis propter bonum nostrum solet infligi, hinc est, ꝙ à nobis debet in magna patientia tollerari. & hoc quia procul dubio signum est

- Paternæ dilectionis.
- Internæ purgationis.
- AEternæ saluationis.

Est dico signum dilectionis paternæ. Sicut .n. dicit sapiens, qui diligit filiũ, assiduat ei flagella. Illum enim pater videtur diligere, quẽ sibi similem cupit efficere, & in moribus suis & cõsimilibus edocere. Quia ergo Christus persecutiones mundi sustinuit, videtur, ꝙ omnes diligat, quos ad sustinendum similia ordinat, atq; eligit. Et inde est, ꝙ oẽs amicos suos Christus mundi persecutionibus voluit exponere, & eos pęnis & afflictionibus fatigare. Matt. 10. & 23. Persequenẽ vos de ciuitate in ciuitatẽ, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. ¶ Item dico, quòd est signum purgationis internę. Cõstat enim, quòd per persecutiones mundi purgantur interiora peccata. Serpens enim, de quo debet fieri tyriaca, diutissimè verberatur, vt per huiusmodi verberationẽ venenum ab eius corpore separetur. Sic verè mundi verbera, & persecutiones venenum peccati à nobis separant, atque mundant. Psa. Quoniam, quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorẽ vulnerum meorum addiderunt. ¶ Item signũ est saluationis ęternæ, quia sicut dicitur Matth. 5. Beati, qui persecutionem patiũtur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ, & cætera. Vide supra de pati, & de aduersitate, & infra de tribulatione.

A **Perseuerantia.** Nota, quòd perseuerantia teste Bernard. in quadam epistola, est vnica regis filia, virtutum finis, & consummatio meritorum, sine qua nemo videbit faciẽ patris. Et est perseuerare idem, quod perficere, vel cõplere. Quia breuiter nullus bonus actus, nulla bona virtus, nullus bonus fructus perficitur, aut cõpletur, nisi illi, vel illæ, quos, vel quas perseuerantia perficit. Perseuerantia enim est sicut anima rationalis in corpore, quæ quamuis veniat vltima, est tamen omnium virtutum, seu animarum præcedentium completiua. Anima enim vegetatiua, & anima sensitiua imperfectæ sunt naturæ, quinimmo per istas animas nunquam homo constitueretur, nisi vltimata perfectio per rationalem animam adderetur, & nisi, quod imperfectum fuerat, per ipsam vltimò compleretur. Sic verè cum in congerie morum plures virtutes conueniant, istud tamen verum est, ꝙ omnes imperfectæ inueniuntur, quandiu à perseuerantia, sicut à quadam rationali anima non complentur, & perficiuntur. Aliæ .n. virtutes quodammodo habent rationem præmissarum, ista habet rationem conclusionis. Aliæ se habent per modum viæ, ista se habet per modum termini, & vltimæ completionis. Aliæ per modum imperfecti, ista per modum perfectionis. Quid enim proficeret, si arbor fructum produceret, si fructus in arbore vsque ad maturitatem debitam non permaneret? Sic procul dubio parum homini proficit, si fructus bonæ operationis incipitur, nisi in homine per diuturnam perseuerantiam maturetur. Vnde dicit Gregor. in Moral. quòd incassum bonum agitur, si ante vitæ terminum deseratur. Vnde breuiter bona opera debent perseuerare nobiscum, & nos etiam cum ipsis. Nam sicut videmus, quòd arbor nunquam fructificaret, si in loco, vbi plantata est, non perseueraret, quia sicut dicit Seneca in prouerbijs. Non cõualescit planta, quæ sępe trãsfertur. sic homo, qui in deo per affectum, & desideriũ se plantauit, nisi ibi per gratiam perseueret, non potest fructum bonorum operũ producere, nec in fine æternæ gloriæ fructũ reportare. Quia sicut dicitur Io. 15. Sicut palmes non potest facere fructum, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. & ideo Moyses de seipso Deuteron. 9. dicit. Perseueraui in monte quadraginta diebus, ac noctibus. Vbi aduerte, ꝙ nos debemus perseuerare in moribus, & cum deo in triplici statu mundi. In mundo enim est multiplex status, s. Status

- Sublimitatis.
- Prosperitatis.
- Aduersitatis.

B Primus est status magnatum, & prelatorum, & iste significatur per montem. Secundus est status diuitum, & repletorum, & iste significatur per dies. Tertius est status pauperũ, & egenorum, & iste significatur p noctes. Sic ergo dico, ꝙ nos debemus in bono perseuerare, existendo in Sublimitatis celsitudine. perseueraui inquit in monte. Prosperitatis plenitudine, quadraginta inquit diebus. Aduersitatis mœstitudine, & quadraginta inquit noctibus. Dico ergo, ꝙ perseuerare debẽt illi in bono, qui sunt in status celsitudine, scilicet principes, iudices, & pręlati, qui quidem status per montem designatur. Perseueraui inquit in monte. quia. s. mons, qui est locus eminens, & sublimis, signat statum, & eminentiam superiorũ, iuxta illud Deuter. 28. Stabunt ad benedicendum super montẽ. Quia procul dubio illi, qui in tali monte dignitatum sunt eleuati, debent esse præ cæteris in perseuerantia bonorũ operum radicati. Constat enim, ꝙ turpius, & periculosius est in talibus, si deficiant, aut si cadant, cum vita eorum trahatur ab alijs in exemplum, quàm in alijs in gradibus minoribus constitutis. Quapropter isti summè debent cauere, ne virtute perseuerantiæ perditã à statu gratiæ cadant, & ne à perfectione status sui deficiant, aut desistant. Stellæ enim, quæ in alto sunt positæ, sunt summæ stabilitatis, nunquam enim inferius cadunt, immo sursum in firmamento perpetuò perseuerant. Et ideo stellæ à stando sunt dictæ secundùm Isidor. Arbor etiam quanto superius magis erigitur, tanto magis radix eius inferius profundatur, & sic per consequens stabilius infigitur, & plantatur. Castrum etiam in monte positum est, vt communiter stabilius, securius, & fortius, quàm in valle: arbores ẽt, quæ sunt cæteris altiores, sicut sunt cedri, cupressi, palmæ, abietes, atque pini, solent virorem suum numquam perdere, sed in virore foliorum semper perseuerare, & decorem suum perpetuò conseruare. In quibus omnibus procul dubio superiores instruũtur, ꝙ quanto in altiori gradu in ecclesia sunt locati, tãto plus, & profundius debent esse in fide, & in moribus per æternam perseuerantiam radicati. Et quanto sunt inter cæteros superiores, tanto in perseuerando in bono debent esse præ cæteris firmiores. Vnde de rege Salomone dicitur 1. Paralipomen. 28. Firmabo regnum eius, si perseuerauerit facere præceptum meum. Et procul dubio quando isti per gratiam cum domino perseuerant, regnum, & statum suum stabiliunt, & confirmãt; sicut de Petro, qui fert imaginem omnium prelatorũ, dicitur Act. 12. Petrus autem perseuerabat pulsans. Prælatus enim debet esse Petrus, dictus à petra propter constantiæ fortitudinẽ. Debet perseuerare, propter permanentiæ longitudinem. Debet pulsare, propter correctionis sollicitudinem. Et tamen ista sunt contra multos, qui quamuis sunt in dignitatis altitudine collocati, non tamen sunt in stabilitate perseuerantiæ confirmati, quinimmo, quod dolendum est, isti solent quandoque turpissimè cadere, & à soliditate perseuerantiæ vacillare. Res enim quæ sunt altæ, non semper sunt stabiliores, immo vt in pluribus sunt agiliores. Nam & arbores, quæ sunt in montibus, sunt ventis & turbinibus amplius agitatæ. Nubes, quæ altæ sunt, continuè sunt in motu. Stellæ etiam, quæ cometæ dicuntur, quamuis altæ superius situentur, ibi tamen perpetuò non morantur, immo infra breue tempus, aut consumi, & deficere, aut in pristinam materiam cadere certissimè comprobantur. Sic verè multi sunt, qui in virtute perseuerantiæ non sunt fixi, quinimmo quamuis in alto loco ecclesię scilicet in gradu prælationis collocentur, præ cæteris tamen ventis vanitatis, & inanis gloriæ agitantur, et à stabilitate boni propositi commouentur, sicut de multis patet, qui tot inuidijs, tot malitijs, tot rapinis, et molestijs sunt impulsi, quòd rectè non videtur prælati, vel ecclesiastici esse, sed in pristinam materiam videntur secedere, idest in conditiones hominum sęculariũ retroire. Et breuiter dico, quòd tales sunt nati de muliere,

liere, idest prælati creati à symonia, vel à carnali affectione, breui viuentes tẽpore, qui multis replentur miserijs, qui nunquam in eodem statu permanent. Iob 13. Nam si à deo, & dei ordinatione promoti essent, cum deo vtique per gratiam permansissent. Quia sicut dicitur Eccles. 3. Didici, quòd omnia opera, quæ fecit deus, perseuerent in ęternũ. Non sic ergo charissimi: sed pseuerent in bono illi, qui sunt in sublimitatis celsitudine. Perseueraui inquit in monte, hoc est dictu, perseuerauí in bono existens in prælatione. Vnde dominus videtur talibus dicere illud dictũ Moysi Exo. 24. Ascende ad me ad montem, & esto ibi. hoc est dictu, perseuera in bono ibi. ¶ Secundò
C dico, ꝙ in bono debent perseuerare illi, qui sunt in prosperitatis plenitudine, & hoc ostenditur cum dicitur. Quadraginta diebus. Dies enim in scriptura prosperitatem designat. Lucæ 19. Et quidem in hac die, quæ ad pacem tibi est. Numerus verò quadragenarius vitam præsentem signat. quia scilicet sicut filij Israel quadraginta annis in deserto fuerunt, & deinde terram promissionis intrauerunt, sic in deserto huius mundi per quadraginta annos, idest per spatium istius vitæ manemus, & tandem terram promissionis paradisi iuuante domino introibimus. Quadraginta igitur diebus. id est existendo in huius vitæ prosperitate, semper debemus in bono perseuerare, & nunquam propter mundi aspera debemus mentem nostram à domino elongare. Vnde Lucæ 1. dicitur. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Quod est contra multos, qui quandiu sunt in prosperitate, nunquam perseuerant in bonitate. Carbunculus enim, qui de nocte rutilat sicut ignis, de die dicitur pallescere. fons etiã in idumea esse dicitur, qui de nocte feruet, & de die infrigatur. Serpentes etiam de nocte parum, aut nihil nocent, de die calore stimulantur, & ad nocendum faciliter se inclinant. Sic verè charissimi dico, quòd dies splendor prosperitatis virtuti perseuerantiæ contrarius existit. Sæpe enim fit, quòd illi, qui in nocte aduersitatis sunt rutilantes per honestatem, feruent per charitatem, & ad nocendum alijs torpent per conscientiæ bonitatem, si ad diem prosperitatis venerint, statim cessant in bono perseuerare. Nam in eis pallor inhonestæ conuersationis introducitur, frigus indeuotionis intromittitur, venenum malitiæ eorum per calorem auaritiæ stimulatur, & sic homo diuersimodè ad nocendum alijs excitatur. Vnde de talibus diebus dicitur secundo. Timot. 3. In nouissimis diebus instabunt opera periculosa. Et Matth. 24. Nisi abbreuiati fuissent dies illi, nõ fieret salua omnis caro. Et benè abbreuiati, quia verè vtile est quandoque homini, ꝙ dies prosperitatis erga eum breuientur, quia pro certo prosperitas solet homines eneruare, & ipsos à perseuerantia impedire, & mutare. Est enim prosperitas, sicut ille locus Hiberniæ, in quo lignum positum in ferrum, & in lapidem mutatur. Est insuper sicut ille fons, qui ab Ouid. dicitur libro decimoquinto. fabul. 19. Salmacis, in quo omnis, qui balneatus fuerit, eneruatur & effœminatur, & à viri fortitudine commutatur totaliter, in mollitiem, & debilitatem fœmineam alteratur, ita quòd femiuir, seu femimasculus appellatur. Et inde est, quòd secundum fabulas poetarum primò hermaphroditus ibi factus fuisse dicitur, qui primò, vt aiunt, puer erat: sed dum in illo fonte se balnearet, & cuidam nymphæ in carnali copula cõtradiceret, illa nympha rogatu deorum fecit, quòd ipsa cum ipso puero vnum fuit, ita quòd (vt dicunt) duæ personæ in vnum confusæ fuerint, & de vtroque sexu aliquid retinuerunt, sed in neutro sexu perfectionẽ plenariam habuerunt. Istud à poetis fingitur pro eo, quòd in illo fonte omnis, qui se balneat, transmutatur. Re vera charissimi quicquid sit de fabula, istud tamen verum est, ꝙ mundi prosperitas videtur esse talis fons. Iste enim possessores suos eneruat, & effœminat, & virili perfectione perdita in mollitiem fœmineam, idest in conditionem inconstantem, & fragilem eos mutat. Quòd potissimè videtur in multis ecclesiasticis, qui pro certo videntur esse hermaphroditi, quia scilicet ratione gradus & status ipsi deberent esse viri, idest virtuosi & perfecti, & tamen ipsi ratione delicatæ conditionis fœmineæ, fœminei sunt effecti. Vtrumque enim sexum habent, quia isti sunt viri in naturali complexione, & sunt fœminæ in delicata conditione. Sunt viri loquendo naturaliter, & sunt fœminæ loquendo spiritualiter. Sunt viri ratione status, & sunt fœminæ ratione effectus, quia scilicet more fœminarum sunt imperseuerantes, & in bonis operibus inconstantes. Et sic de illis potest dici illud Gene. 1. Masculum, & fœminam creauit eos. Ecce ergo quomodo prosperitas tolli à talibus virtutem perseuerantiæ. Vnde Seneca loquens Lucilio dicit epistola 19. Tulit te longè à conspectu vitæ salubris rapida prosperitas. Ingeniosus inquit fuit vir ille, s. Męcenas, magnum exemplum eloquentiæ daturus, nisi ipsum prosperitas eneruasset. Non sic igitur charissimi, non decipiat nos mundi prosperitas, sed perseueremus in bono etiam existentes in prosperitatis plenitudine. Quadraginta inquit diebus &c. ¶ Ter-
D tiò simus in bono perseuerantes, & hoc in aduersitatis mœstitudine, & hoc ostendit per noctes. Quadraginta inquit noctibus. Numerus enim quadragenarius vt dictum est, signat vitam præsentem. Nox verò designat tribulationem, & aduersitatẽ, iuxta illud Iob 3. Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Et ideo quando dicit, quòd ipse perseuerauit cum domino quadraginta noctibus, bene innuit, quòd in omni aduersitate vitæ præsentis in bono perseuerare debemus. Sunt enim multi, qui benè perseuerant in prosperitate, sed nunquam in aduersitate, similes salicibus, quæ sunt arbores valde debiles, atque molles, quæ tamen in æstate virent, & florent, in hyeme autem arescunt, & deficiunt, atque pallent. Sic verè multi sunt, qui in æstate prosperitatis benè perseuerant, virent, & florent in virtutibus, & abundant, qui tamen in hyeme, idest in tempore aduersitatis a bonorum perseuerantia desistunt, & ab omni virore virtutum deficiunt, & arescunt; sicut sunt falsi amici, qui benè perseuerant cũ homine, dum prosperatur, ab ipso autem fugiunt, dum tribulatur. Figurati in Apostolis, qui cum Christo in cœna fuerunt, & statim passione adueniẽte ab ipso fugerunt, vel recesserunt. De quibus Eccl. 6. Est amicus socius mensæ, sed non permanebit in tempore necessitatis. Sed non debemus esse tales, quia. s. non solum in prosperitate, immo etiam in aduersitate perseuerare debemus, similes arboribus aromaticis, quæ virorem suum seruant in hyeme & æstate. Sicut enim arbestos lapis semel accensus nunquam amplius extinguitur nec de die, nec de nocte; sic nec iustus homo semel per gratiam illuminatus debet amplius deficere: sed in lumine spiritalis gratiæ perpetuò permanere. Eccl. 44. Cum semine eorum perseuerabũt bona. Noctibus inquit. vnde Lu. 21. dicitur de Christo, quòd noctibus exiens morabatur in monte, qui dicitur Oliueti. Et breuiter istud est verum, quòd in statu sublimitatis, & in statu prosperitatis, & in statu aduersitatis virtus perseuerantiæ est habenda, quia sicut dicit Bernar. in Epistola cap. 39. Perseuerantia est ductrix ad meritũ, mediatrix ad præmium, soror patientiæ, filia constantiæ, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, & propugnaculum sanctitatis. Tolle inquit perseuerantiam, & tunc nec fortitudo laudem, nec obsequium mercedem, nec beneficium gratiam obtinebit. Per hanc enim solam homo æternitati redditur, pugnator vincit, & victor etiam coronatur. quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et sic breuiter patet, quomodo virtus perseuerantiæ est habenda in triplici statu nostro, scilicet

In celsitudine sublimitatis.	Et hoc est, quod dicit
In plenitudine prosperitatis.	Apostolus Hæb. 12. In
In mœstitudine aduersitatis.	disciplina perseuera-

te. Et hæc de perseuerantia bona sufficiant. De perseuerantia verò in malo vide vbicunq; agitur de mala consuetudine.

Pertinere.

Nota, quòd pertinere in bono sumitur, & in malo. Et primò quidem in bono dico, quòd ad hominem pertinent A

Quædam naturaliter.	Prima sunt su-
Quædam temporaliter.	stinenda cum
Quædam spiritualiter.	patientia. Se-
Quædam æternaliter.	cunda sunt mi

nistranda cum moderantia. Tertia sunt conseruanda cum sapientia. Quarta sunt procuranda cum diligentia. Primò igitur dico, ꝙ pertinent ad hominem quædam, quę sunt naturalia, & ista pro certo sunt corporis necessitates. s. comedere, bibere, infirmari, sanari, viuere, mori, tristari, lætari, laborare, & aduersa sæculi tollerare. Ista. n. omnia pertinẽt ad nos, sicut quędam seruitutes, & tributa, quibus humana natura onerata est in hac vita. & ideo illa, quæ ad naturæ sustentationem pertinebant, excipiebantur in lege propter ineuitabilem necessitatem. Exodi 12. Die inquit septima nil operis facietis, exceptis his, quæ ad vescendum pertinent. Et pro certo pertinentia naturalis necessitatis præferenda est vniuersis. Vnde etiam discipuli Christi periclitantes in mari dicebant sibi Marc. 4. Magi-

Magiſter non ad te pertinet, quia perimus? Ideo reputabãtur crudeles, qui nihil ad vitam pertinẽs relinquebant: ſed omnia deuaſtabant. Iudic. 6. ſicut etiam de illis quinq; regibus dicitur Gen. 14. quòd ipſi tulerunt vniuerſa, quæ ad cibum pertinent. Pertinent igitur ad nos quędam, quæ ſunt naturalia. ¶Secun-
B dò dico, ꝙ pertinent ad nos quædam, quæ ſunt temporalia, & iſta ſunt noſtra negocia tam priuata, quàm publica, quæ certè quilibet debet iuſtè, diligenter, & debitè miniſtrare. De publicis patet Leu. 28. vbi dicitur, ꝙ oĩs poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet ſacerdotum. Et ſic dico, ꝙ ad prælatũ pertinet populum regere, pacem fouere, hoſtes arcere. ſuos inquit regere. ſicut. ſ. paſtor, ad quem pertinet regere gregem. quod eſt contra multos ſimiles mercenario, ſicut dicitur Io. 10. qui videns lupum venientẽ dimittit oues, & fugit, quia non pertinet ad eũ de ouibus. ¶Item pacem quærere. Vnde de Mardochæo dicitus Heſter 10. quòd ipſe fuit acceptabilis plebi fratrum ſuorum loquens, quæ ad pacem ſeminis ſui pertinent. ¶Item debet hoſtes arcere, ſcilicet contra tyrannos pugnãdo. Iſta enim ſunt prælia, quæ pertinẽt ad Mathathiam, ideſt ad principem, vel prælatum, contra Antiochum, ideſt tyrannum, de quibus fit mentio 1. Machab. 2. De malis tamen ſuperioribus, ad quos ſcilicet non videtur de domo eccleſiæ, vel patriæ ſibi commiſſæ aliquid pertinere, dicitur Iob 21. Quid enim ad eum pertinet de domo ſua? quaſi dicat, videtur ꝙ nihil. De rebus etiam priuatis, quæ ſcilicet ad nos pertinent, conſtat, ꝙ de ipſis debemus curare. exemplo. ſ. Iacob, de quo dicitur Gen. 32. c. ꝙ traductis omnibus quæ ad eum pertinebant, remanſit ſolus. & dicitur ibi, quomodo omnia ſua prudenter ordinauit propter timorem Eſau fratris ſui. Patet igitur, ꝙ ad nos pertinent quædã, quæ ſunt temporalia. ¶Tertiò dico, ꝙ ad nos pertinẽt quæ-
C dã, quæ ſunt ſpiritualia, quæ primò, & præcipuè ad ſacerdotes pertinent. Et aduerte, ꝙ ad nos ſpiritualiter pertinet ſcilicet

Deum orare.
Fidem ſeruare.
Noſtros iuuare.

Deum inquit orare. vnde cuilibet dicitur Exo. 4. & 18. Eſto tu populo in his, quæ ad Deũ pertinent. Item fidem ſeruare. Vnde Num. 18. Quæ ad cultum altaris pertinent, per ſacerdotes miniſtrabuntur. Vnde etiam de rege dicitur 1. Eſdrę 7. quòd ipſe ſcilicet præceperat, quòd, quicquid ad cultum Dei cœli pertinet, tribuatur. Item ſuos iuuare. vnde de Salomone dicitur, quòd ædificauit vicos, qui ad ſe pertinent. ¶Quartò verò dico, quòd ad nos pertinẽt quędam quæ ſunt æternalia. ſ. gloria paradiſi, & etiam ipſe deus, quæ ſcilicet ſunt hæreditas noſtra, quam ſcilicet ſummè debemus cauere, ne eam per peccatum perdamus. De Deo enim poteſt Chriſtianus dicere cuilibet infideli illud 2. Reg. 19. Magis ad me pertinet Dauid, quàm ad te. De animabus etiã, quæ ſunt in patria, & de gloria æterna poteſt dici illud Heſter 2. ꝙ quicquid poſtulabant ad ornatum pertinens, accipiebant. Sic ergo patet quomodo pertinere ſumitur in bono. ¶De his ve-
D ro, quæ ad malos pertinent ſcilicet de bonis terrenis, & etiam de animalibus ſuis, poſſumus dicere, ꝙ iſta omnia finaliter diſſipabuntur, & ad nihilum deducentur. In mũdo enim iſto omnia, quæ ad eos pertinẽt, valde ſunt in tuto, ſicut de Nabal fatuo dicitur 1. Reg. 25. ꝙ ſcilicet non perijt quicquam de cunctis, quæ ad eum pertinebant. Dauid tamen iratus contra eum dicit. Viuit dominus ſi reliquero de omnibus, quæ ad eũ pertinẽt vſq; mane mingentem ad parietem. De illis etiam, qui abſorpti ſunt à terra dicitur Nume. 16. Notũ facit dominus, qui ad eum pertineant. Sequitur. Nolite tangere, quæ ad eos pertinent. Et dicitur ibidem, ꝙ ipſi cũ ſuis rebus omnibus ſunt abſorpti. Sic ergo patet quomodo pretinere ſumitur in bono & in malo. Vide de pronominibus meus, tuus, ſuus, noſtra, ſua, veſtra, & vbi proprium, ſeu proprietas. Hæc omnia ad noſtrã pertinentiam ſpectant.

A **Pertranſire.** Nota, quòd pertranſire idem eſt, quod perfectè tranſire, id eſt vltra tranſire. Vnde breuiter nota, ꝙ pertrãſire nihil aliud eſt, quàm de vno termino ad alium perfectè ſe mouere. Et ideo homo poteſt dici pertranſiens, ſcilicet propter

Carnis fragilitatem.
Vitæ labilitatem.
Rerum mobilitatem.
Mortis neceſſitatem.
Morum mutabilitatem.
Locorum diuerſitatem.
Cordium peruerſitatem.
Inferni pœnalitatem.
Paradiſi fœlicitatem.

Facit ergo hominem pertranſire, & nunquam in eodem ſtatu perſiſtere carnis fragilitas. Pſal. Veruntamen in imagine pertranſibit homo, ſed & fruſtra conturbatur. Item vitæ labilitas, de qua Iob 30. dicitur. Velut nubes pertranſit ſalus mea. Item rerum mobilitas. Vnde in Pſalmiſt. Inter medium montium pertranſibunt aquæ. Item mortis neceſſitas. vnde Pſal. Spiritus pertranſibit in ipſo, & non ſubſiſtet, & nõ cognoſcet amplius locum ſuum. Item morum mutabilitas. Vnde in pſal. dicitur. Illic naues pertranſibunt. Item locorum diuerſitas. vnde in Pſal. Pertranſierunt de gẽte in gentẽ, & de regno ad populum alterum. Item cordium duritia, ſeu peruerſitas. vnde de paupere ſauciato dicitur Lucæ 10. c. ꝙ leuita vidẽs eum pertranſijt. Item inferni pœnalitas. vnde Pſal. Forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intollerabilem. Item paradiſi fœlicitas. Vnde de homine dicitur Iob 14. Roboraſti eum paululum, vt pꝑpetuò pertranſiret. Et breuiter, iſti ſunt tranſitus, & pertrãſitus boni & mali, quos inuenio in ſcriptura. Sed de iſtis vide magis plenè infra titulo de tranſire.

Peruerſitas. Nota, ꝙ peruerſitas idem eſt, quod per contrariũ verſio. Et ideo peruerſus homo idẽ eſt, qđ ex certa ſcientia malitioſus, obſtinatus, & iniquus. Vnde breuiter notãdũ, ꝙ inuenitur peruerſitas, & malignitas. A

In cognitione.
In intentione.
In affectione.
In locutione.
In operatione.
In obſtinatione.
In cogitatione.
In conuerſatione.
In ordinatione.
In æſtimatione.

Eſt dico peruerſa cognitio, ſeu itellectio. Vnde Deut. 32. Generatio praua, atq; peruerſa vtinã ſaperent, & intelligerent &c. Item eſt peruerſa intentio, & iſtã habent peruerſi, & malitioſi hypocritæ, & de hac Prouer. 17. Qui peruerſi cordis eſt, non inuenit bonum. Item eſt peruerſa affectio. Deuter. 32. Generatio enim peruerſa eſt, & infideles filij. Infidelitas enim nihil aliud eſt, quàm affectionis peruerſitas. Item peruerſa locutio. Prouerb. 2. Vt eruaris à via mala, & ab homine, qui peruerſa loquitur. Quia ſicut dicitur Prouerb. 10. Labia iuſti conſiderant placita, os impiorum peruerſa. Et Act. 20. Exurgent viri loquentes peruerſa. Item eſt peruerſa operatio, & iſta in ſcriptura intelligitur ſub nomine viæ. Viæ enim noſtræ ſunt operationes noſtræ, & de iſtis dicitur Prouerb. 2. Quorum viæ peruerſæ, & infames greſſus eorum. Item eſt peruerſa obſtinatio, de qua Eccleſiaſtes 1. Peruerſi difficilè corriguntur. Item eſt peruerſa cogitatio, de qua Sap. 1. Peruerſæ cogitationes ſeparant à deo. Item eſt peruerſa conuerſatio. vnde benè conuerſantibus dicitur Philip. 2. Inter quos lucetis ſicut luminaria in medio nationis prauæ, atque peruerſæ. Item eſt peruerſa ordinatio, & iudicatio. i. inter malos ſuperiores. Abac. 1. Propterea egredietur iudicium peruerſum. Item eſt peruerſa fides, & ęſtimatio. Lucæ 9. O generatio infidelis & peruerſa, vſquequo patiar vos? &c. vide ſupra de iniquo & impio.

Pes. Pedes. Cum pedes ſint in congerie membrorum corporis animalis ſicut finis & complemẽtum, ſicut baſis & fundamentum, ſicut axis & apodiamẽtum, ideo videntur habere diuerſa officia in corpore, & per conſequens videntur diuerſis, & varijs proprietatibus abundare; hinc eſt, quòd per pedes ſpiritualiter loquendo, ſicut diuerſimodè poſſunt ſumi, ſic multa & varia poſſunt deſignare, in bono ſcilicet, & in malo. Quia enim pes eſt pars corporis magis infima, magis vltima, in motu multum occupata, in actu multum onera, notare poſſumus, ꝙ pedes intelliguntur in bono ſignificato ſcilicet A

Affectus interiores,
Effectus poſteriores,
Subditi inferiores,
Perfecti ſolidiores.

Affectus enim ſunt pedes animę portatiui. Effectus ſunt pedes animæ complectiui. Subditi ſunt pedes infimi deiectiui. Perfecti ſunt pedes laborũ ſuſtentatiui. Inuenitur ergo in ſcriptura pes

Interioris affectionis,
Poſterioris finitionis,
Inferioris ſubiectionis,
Solidioris perfectionis.

Primò igitur dico, quòd in ſcriptura inuenitur pes interior, & iſte ſignat noſtram mobilem affectionẽ. Affectiones enim ſunt pedes animæ, qui ſcilicet de re ad rem, de cogitatione vel cognitione ad cogitationem, de deſiderio ad deſideriũ ipſum portant. Pes enim meus affectus meus, eo feror, quocũq; feror, dicit Augu.

Quia

Quia breuiter anima de dilectione vnius rei nunquam ad dilectionē alterius se moueret, nisi ipsam affectus animi illuc ꝑueheret, & deferret. Esa. 23. Ducent eū pedes sui longè ad peregrinādū. Et sicut videmus, ꝙ aliquæ sunt aues, q̄ pede vtuntur loco manus, sicut sunt porphyrio, & psitacus; sic verè multi sunt, quibus affectus pro operibus cōputantū: quia. s. cum manus nō habeant ad operandū. i. cū careant potentia operandi, ipsi tamen pedes habent. i. potentiam volandi, & affectandi, & quia talibus bona voluntas pro facto reputatur, idcirco vti pedibus loco manuum reputantur, quia sicut dicit August. super Psal. 57. Quicquid vis, & non potes, factum deus computat. Sicut. n. videmus, ꝙ aues non solum habent alas ad volandum, immo etiam habent pedes ad ambulandum: quia generaliter oīs auis habet duos pedes, sicut generaliter habet duas alas; sic procul dubio homo spiritalis nō solum debet habere alas contemplationis, immo ēt pedes amoris, & affectionis. Nā sicut per cōtemplationem superius tollitur, ita necesse est quòd per affectionem ad aliud gradiatur. Et ideo sicut homo duas debet habere alas contemplationis, vnam. s. qua contempletur bona paradisi, & aliam, qua meditetur tormenta inferni, sic procul dubio duos pedes duplicis affectionis debet habere, videlicet vnum quo feratur ad bona spiritualia, & moralia, alium vero, quo feratur ad petendum bona æternalia, & supernalia. Vnum etiam, quo diligat deum, aliū quo diligat proximum. Vnum insuper, quo contemnat mundum, aliū verò, quo diligat paradisum. Est. n. q̄dam species aquilarū, q̄ in aquis natat more auium fluuiorū, & ista vnū pedem habet clausum more anseris, vt ipso in aqua velut remige se possit dirigere, & aquā sicut cum pala retro spargendo post se pellere, aliū vero habet diuisum, & acutum more auis prædalis, vt sursum in aere possit prædam rapere, & raptam fortiter retinere. Sic verè homo spiritalis duos pedes. i. duplicem affectionē debet habere, vnū videlicet clausum, alterum apertū: quia procul dubio pes. i. affectio nr̄a, quo vti debemus in aqua huius fluxibilis vitæ, debet esse clausus per discretionem. vt. s. aquā bonorū tēporaliū repellens, & cōtēnens, ad anteriora. i. ad bona spiritualia, & moralia se per affectionē transferat, & cōuertat. Psal. In flumine ꝑtransibunt pede: dicēs cū apostolo illud Phili. 3. Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea verò, quę anteriora sunt, extendēs meipsum, destinatū persequor ad brauium. Pes vero affectionis, quo sursum in aere paradisi debem⁹ volare debet, esse apertus, & acutus, vt toto appetitu illa bona desideremus, ipsa per desideria capiamus, & ēt in memoria fortiter teneamus, quia sicut dicitur Matth. 11. Regnum cœlorū vim patitur, & violēti rapiunt illud. Isti sunt ergo pedes interiores, & de istis pedibus pōt dici illud, quod de sanctis animalibus dicitur Ezech. 1. ꝙ pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorū tanquā plāta pedis vituli. Quia. s. illi qui sancta animalia volūt esse, debēt habere pedes affectionum rectos per iustitiā, plantatos per constantiā, vitulinos per moderantiā, & prudentiam. Et sic quilibet talis poterit dicere de deo illud Ps. Perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me. In quibus verbis aduerte, quòd sicut pedes benè debent

Disponi naturaliter.
Cito debent moueri actualiter. Sic dico pro certo, ꝙ
Tutè debent locari corporaliter. pedes affectionum de
In se debent componi virtualiter. bent moraliter dispo-
ni. Perfecit inquit pe-
des meos. Agiliter exponi. Tanquam ceruorum. Sagaciter re-
poni, s. super excelsa. Stabiliter componi. Statuens me inquit

B Pedes disponit morum sanctitudo. Dico igitur,
Pedes exponit mentis promptitudo. ꝙ pedes af-
Pedes custodit spei certitudo. fectionū no-
Pedes roborat mentis fortitudo. strarum de-

bent disponi per moralem sanctitudinem: quod ostenditur in verbo perfecit. Perficere enim moraliter loqnendo, idem est quod complementum in re aliqua adhibere. Nam sicut tunc pedes sunt in se bene dispositi, & perfecti, quando habent omne illud, quod est necessarium ad eorum compositionē, & ad eorum ornatum, & adiacentem conditionem, sic verè affectiones nostræ tunc sunt perfectæ, quando virtutibus sunt ornatæ, & necessarijs cōditionibus præmunitæ. Et ideo possumus notare, ꝙ sicut ad perfectionem pedum naturalium & dispositionem requiritur, s. ꝙ lauentur, nudentur, vngātur, tegantur; sic proculdubio ad hoc, ꝙ pedes affectuum nostrorum sint bene perfecti, & dispositi, nos debemus ipsos,

Lauare per compunctionem. Dico ergo, quòd
Nudare per confessionem. pedes affectuum
Vngere per deuotionem. per compunctio-
Tegere per discretionem. nem debemus la-

uare. Pedes enim faciliter contrahunt puluerem, & fœtorem, lutum etiā, & immunditiam, & sudorē, & ideo sępe debent pedes lauari, vt possint ab oī immunditia purgari. Et inde est, ꝙ antiquitus statim, qn̄ hospites veniebāt, pro primo ferculo statim pedes eius lauabant; sicut de Abraham legimus Gen. 18. ꝙ angelos, quos homines credebat, primò ad lauādum pedes ante omnia inuitabat, dicens. Lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore. Et istud idem dicitur Loth eisdem angelis obtulisse, sicut dicitur Gen. 19. Sic procul dubio charissimi cū pedes affectionū nostrarū in se recipiant multas sordes. i. multas criminum corruptelas, necesse ēst, ꝙ per compunctionem, & lachrymarum irrigationē sæpe lauentur, vt ab omni immunditia emundentur. Cantic. 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Vnde Leuit. 1. figuraliter dicitur, quòd non solum caput hostiæ, & intestina, immo etiam pedes lauari debebāt. Qnia non solum caput intentionis, vel intestina delectationis, immo etiam pedes cordialis affectionis sunt lauādi, & ab omnibus vitijs expiandi. In signum cuius Christus pedes discipulorum suorum lauit, & eos ad lauandum alterutrum informauit, dicens Ioan. 13. Si ego laui pedes vestros dominus, & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Cameli enim valde teneros habent pedes, & ideo ne lædātur, solent calciari, & quando fatigati sunt, solent lauari. Debiles igitur affectiones nostras corio mortui animalis, de quo fiunt sotulares, idest mortis memoria, calciemus, & in aqua compunctionis ipsos lachrymabiliter balneemus. Vnde Gene. 24. dicitur quòd destrauit camelos, & dedit eis fœnum, & paleas, & aquam ad lauādum pedes camelorum, & virorum. Istos ergo pedes per compunctionem debemus lauare. Sicut enim dicitur 2. Reg. 19. Miphiboseth. qui illotis pedibus, & intonsa barba regi Dauid occurrit, medietatem hæreditatis suæ perdidit. Item dico, quòd istos pedes per confessionem debemus nudare. vnde 2. Regum 15. dicitur, quòd Dauid flens, & plorans cooperto capite, & nudis pedibus incedebat, quamuis nuditatem confessionis diabolus prohibeat, dicens Hierem. 2. Custodi pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Potissimè autem pedes affectuum nudare debemus ab amore terrenorum, iuxta mandatum Saluatoris dicentis Matth. 10. Excutite puluerem de pedibus vestris. Istos ergo pedes per confessionem debemus nudare. Item ipsos per deuotionem debemus vngere, seu linire, vt sic simus sicut Iob, qui dicebat Iob. 29. Lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Quod est contra multos, quorum pedes affectuum non vidētur per deuotionem vncti, sed magis per auaritiam inflammati, & combusti. Figurati in illa bestia Apocalip. 13. quę de abysso exiens, habebat pedes vrsi, qui est animal auidum & gulosum in tantum, quòd cibos, quos comedit, nulli condiuidere, immo solus vult eos consumere, & vorare, significans auaros, & gulosos, qui bona sua alijs non condiuidunt, sed ipsa soli deuorant, & consumunt. Pedes enim hominum sunt valde plani, pedes etiam benignorum animalium sunt valde recti, ita ꝙ isti pedes nihil possunt capere, & si aliquid acceperint, illud nequeunt retinere. Sed pro certo pedes ferarum, & auium rapacium sunt valde curui, & acuti, & ideo faciliter possunt aliquid capere, & firmiter, quod cœperint, retinere. Sic vere charissimi pedes affectionum sunt in hominibus. i. in personis rationabilibus plani, suaues, misericordes & benigni, in feris vero rapacibus idest ī personis rapacibus, crudelibus sunt curui, rapaces, tenaces, & acuti, & ideo boni, & perfecti viri bona aliena non rapiunt, illa vero, quæ habent, libenter alijs largiuntur, & condiuidunt. Mali vero alienum faciliter diripiunt, & illud, quod habent, ita tenent, quòd nulli aliquid partiuntur, aut distribuunt. Vnde de malis dicitur Threno. 1. Sordes eius, idest diuitiæ, in pedibus eius, idest in affectibus eius, nec recordata est finis sui. Et de auaris etiam dicitur Iob 18. Immisit in rete pedes suos, tenebantur plantę eius laqueo. Isti igitur non habent pedes nudos, sed inuolutos scilicet in amore terrenorum. vnde Iob 18. Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius, attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat illius costas. Non sic, sed vngantur pedes isti per compassionem. Vnde de bonis deuotis, & misericordibus dicitur Deuteron. decimotertio. Tingat in oleo pedem suum, ferrum, & æs calciamentum eius.

Pedes igitur affectuum per deuotionem, seu per compassionem debemus vngere. Item dico, quòd istos pedes per discretionem debemus tegere. Honesti enim viri diuites, & nobiles solēt calciare, & tegere pedes suos. Sic & nos debemus pedes affectionum tegere, & occultare, & ipsos calciamentis, quæ fiunt de pellibus animalium mortuorum, idest exemplis præcedentium sanctorum, & virorum perfectorum debemus per imitationem nobiliter calciare. Sed de istis calciamentis vide supra in titulo suo. vnde de Iudith dicitur Iudith 10. quòd ipsa induit sandalia pedibus suis. Et sic dico, ꝙ pedes affectuum

C nostrorum

Sint tecti.
Sint vncti.
Sint nudati.
Sint mundati.

Benè dico, ꝙ ipsi erunt pedes bene dispositi & perfecti. Perfecit inquit pedes meos. & istud est, quod petebat ipse Dauid in Psal. Perfice gressus meos in semitis tuis. Igitur dico, ꝙ pedes affectionum nostrarum debēt disponi ꝑ moralem sanctitudinem. Perfecit, inquit, pedes meos. ¶ Deinde dico, quòd isti pedes debent moueri per mentalem promptitudinem, & hoc ostenditur cum dicitur. Ceruorum. quia. s. sicut pedes ceruorum sunt valde leues, & agiles ad ambulādū; sic affectus nostri debent esse prompti, & mobiles ad obediendum, & ad benè operandum. Abacuch 3. Dominus fortitudo mea, & ponat pedes meos quasi ceruorum. Et istud est contra multos, qui habent pedes affectuum veloces ad malum, & nō ad bonum, quibus dicitur Prouer. 1. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem. Est etiam contra multos, qui ita pigri sunt, quòd ad nullum bonum opus volūt mouere, aut dirigere pedes suos, figurati in statua Nabuchodonosor, quæ pedes testeos, & ferreos, idest tardos, & immobiles dicitur habuisse Dan. 2. c. Vnde Sap. 15. Pedes eorum pigri ad ambulandum. Et in Psal. Pedes habent, & non ambulant.

D Non sic, sed debent moueri per mentalem promptitudinem. ¶ Denique dico, quòd isti pedes debent locari per vtilem certitudinem. Super excelsa, inquit. Quia. s. sicut homo benè cauet, vbi ponat pedem corporalem, quia. s. si pedem in aquam, vel in mare, vel super rē putridam poneret, in præcipitium statim iret, sic & nos summè cauere debemus, vbi situemus, & ponamus pedem spiritualem. s. affectum: quia scilicet si pes ille rebus mundi corruptibilibus innitatur, necesse est, quòd in varia crimina dilabat: Et ideo iste pes firmandus est super rebus perpetuis, atque firmis. i. super dei amore & cœlestium gaudiorum. Super excelsa inquit. Abacuch 3. Super excelsa deducet me victor &c. vnde in Psal. Statuisti in loco spacioso pedes meos. Quod est cōtra multos, qui nesciunt, vbi ponunt pedes affectuum suorum: quia. s. non attendunt, in quibus ponūt affectus, & desideria cordis sui; sicut potissimè sunt cœci peccatores, qui indebitè affectant, & desiderāt mundi bona, quibus dicitur Hier. 13. c. Date domino deo vestro gloriā antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes nostri ad montes caliginosos. Non sic, sed debent locari per vtilem certitudinem. ¶ Insuper dico, ꝙ isti pedes debent firmari per stabilē fortitudinē. Statuens inquit me. Pedes enim sustinent totū corpus, quapropter indigent, quòd sint stabiles, atque fortes, sunt enim corporis fundamenta. sic verè affectiones, cum sint fundamenta, & sustentamēta totius corporis moralis, idest totius congeriei morum, & virtutum, necesse est, ꝙ istæ in bono sint fortificatæ, & in bono proposito stabilitæ. Statuens inquit me. Ezech. 3. Ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos. & Ezechie. 2. Sta super pedes tuos, vt loquar ad te. Quod est contra multos, qui non habent pedes stabiles, immo claudos. Exemplo lupi, & vulpis, qui pedes dextros habent breuiores quàm sinistros. Vide supra de Dextra. Et ideo isti solent cōtinuè claudicare. sic etiam isti, figurati in filio Ionathæ, q erat debilis pedibus, sicut dicitur 2. Reg. 4. Non sic ergo charissimi: sed habeant isti pedes nostri fortitudinē, certitudinem, promptitudinem, & sanctitudinem. Et sic patet, quòd in scriptura inuenitur pes interior. Et hoc est primum principale. ¶ Secun-

E dò dico, quòd in scriptura inuenitur pes posterior, & sic ꝑ pedem in scriptura intelligitur virtus perseuerantiæ. Pes enim finis est, & complementum corporis, & perseuerātia finis est, & complementum operis. Nam sicut corpus sine pedibus est deforme; sic sine perseuerantia est opus enorme. Et ideo sicut aues fluuiales, quæ longum habent collum, habent generaliter longos pedes, sicut patet de ciconijs, gruibus & multis alijs, quod scilicet necessarium fuit, pro eo, quòd tales aues cum natare nesciant, & tamen pisces comedāt, in littoribus piscando per pedes, & rostra cibum quærant; sic verè istud verū est generaliter, ꝙ illi, qui longum collum habent, idest lōgam in se deliberationem, & longam ad deum orationem, habent vt communiter longos pedes. i. longam, & perseuerantem in suis operibus durationem. Collum enim, quod est mediū inter cor, & os, inter caput, & pectus, inter ventrem, & gulā virtutem deliberationis signat, quæ inter cor & cogitationem ex vna parte. & os & locutionem ex altera debet esse media. Collum etiam, quod caput sursum eleuat, orationē, & affectionē signat, quæ caput intentionis ad deum sursum leuat. Illi ergo, qui talia colla habent. i. qui altam ad deum orationem, vel lōgam in suis actibus deliberationem seruant, longos generaliter habent pedes. i. longam perseuerantiam, & continuationē, sicut de illis resuscitatis dicitur Ezech. 37. ca. ꝙ ingressus est in eos spiritus, & vixerunt, steteruntque super pedes suos. Stare enim super pedes, nihil aliud est, quàm in finalibus bonis operibus perseuerare, quia scilicet sicut pedibus sublatis totū corpus cadit; sic perseuerantia amota, omne bonum opus deficit. quod bene figuratum fuit Dan. 2. in illa statua, quę percussa in pedibus, fuit in omnibus alijs suis partib. diminuta. Quia s. quando pedes perseuerantiæ deficiunt, alia membra aliarū virtutum necessariò pereunt, atque cadunt. Et ideo Dauid in Psal. agebat gratias domino, ꝙ ipse eruerat oculos eius à lachrymis, & pedes eius à lapsu. Vt sic de qualibet bona anima, vel persona possit dici illud Ecclesi. 26. Columna aurea super bases argenteas, pedes firmi super plātas stabilis mulieris. Sic ergo patet, ꝙ in scriptura inuenitur pes posterior. ¶ Tertiò di- F
co, ꝙ in scriptura inuenitur pes inferior, & sic per pedem subditi inferiores, & pauperes designantur, quia sicut pedes sunt partes inferiores in corpore, quæ immediatè terram tangunt, & quæ in luto, & in alijs vilibus imponuntur, & terræ percussionibus, & ictibus exponuntur, & quamuis vilius teneantur, quàm aliæ corporis partes, ab ipsis tamen moles totius corporis sustinet; sic pro certo pauperes, & agricolę inferius in gradum & statum minimum sunt deiecti, & circa terram percutiendam & extollendam immediatius occupati, & vilius inter membra in ecclesia reputati. Et tamen istud est verum, quòd omnes alij homines sunt per iustos, & per eorum agriculturā & laborem temporaliter, & corporaliter sustentati. Isti sunt ergo pedes ecclesiæ. & pedes etiam Christi. figurati Apoc. 10. vbi dicitur, ꝙ Angelus habebat vnum pedem super mare, & alium super terram. Et sicut dicitur ibidem. Amictus erat nube, & iris erat in capite eius, & facies eius erat, vt sol, & pedes eius sicut columna ignis, & in manu sua habebat librum. Angelus enim iste est Christus mysticè. s. quātum ad corpus suū, quod est ecclesia. quia pro certo caput eius. i. prælati debent habere irim. i. arcum cœlestem perseuerantem, & iustitiam. Amictus eius, idest religiosi, debent habere nubem, idest castitatem, & munditiam. Manus eius. i. doctores & clerici debent habere librum, i. discretionem & scientiam. Pedes verò. i. pauperes & subditi debent esse columnæ per firmitatem & patiētiam. Ignis per charitatem & amicitiam. Pes eorum vnus super mare per asperitatem & pœnitentiam, pes vero alius super terram per laboriositatem & sustinentiam. Et ita videtur dominus dicere illud Luc. 24. Videte manus meas, & pedes meos. ¶ Circa quod nota, ꝙ deus vult, ꝙ nos istos pedes suos

Vngamus per consolatiuam compassionem.
Lauemus per puratiuam confessionem.
Osculemur per charitatiuam dilectionem.
Calciemus per informatiuam instructionem.

Pedes enim. i. subditos & pauperes vngit compassio consolatiua. vnde de Maria Magdalena dicitur Ioan. 12. ꝙ accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi, & vnxit pedes Iesu. Maria enim signat quemlibet virum pium, qui vnguento dulcis eleemosynæ & nutritionis, vnguento dulcis eloquentiæ & verbalis consolationis, vnguento etiam dulcis misericordię & cōpassionis, debet vngere pedes Iesu. i. Christi pauperes, & egenes. vnde Ioan. 11. Maria erat, quæ vnxit dominum vnguento, & extersit capillis suis pedes Iesu. Capilli enim bona temporalia designant. Item istos pedes lauat confessio depuratiua. quia. s. ad prælatos, & superiores pertinet pedes ecclesiæ. i. subditos à suis criminibus emundare. exemplo Christi, qui sicut dicitur Ioan. 13. mittens aquam in peluim lauit pedes discipulorum suorū. Item dico, ꝙ istos pedes osculatur dilectio charitatiua. vnde Luc. 7. dicitur, ꝙ Maria non cessauit osculari pe-
des

des Iesu. Item dico, ꝙ istos pedes calciat instructio informatiua, quia. s. spiritualia calciamenta pauperum sunt exempla, & documenta iustorum. Exo. 12. Calciamenta habebitis in pedibus. Et sic patet, ꝙ in scriptura inuenitur pes inferior. ¶Quartò principaliter dico, ꝙ in scriptura inuenitur pes solidior, & iste ꝑcul dubio significat viros perfectos, qui re vera sunt pes, & fundamentum totius ecclesiæ militantis, sicut de seipso dicebat Iob. 29. c. Oculus fui cæco, & pes claudo. Et nota, quòd in scriptura inueniuntur pedes

Aurei.
Ignei.
Aerei.
Marmorei.
Ligati.
Rigati.
Arctati.
Regulati.
Calciati.

Isti pedes procul dubio sunt viri sancti, qui sunt aurei per sapientiam. Ecclesi. 11. Aurum, & argentum est constitutio pedum. Item sunt ignei per amicitiam. Apocal. 10. Pedes eius velut columna ignis. Item sunt ærei per eloquentiam Apoc. 1. Pedes eius similes auricalcho. Item sunt marmorei per constantiã. vnde illud Ecc. 26. Columnæ marmoreæ &c. sicut supra. Item sunt ligati per obedientiam Psal. Humiliauerunt in compedibus pedes eius. Item sunt rigati ꝑ immunditiam. 1. Timo. 5. Si pedes sanctorum lauerit. Itē sunt arctati per pœnitentiam. Act. 16. Pedes eorum strinxit ligno. Item sunt regulati per iustitiam. Psal. Ab omni via mala prohibui pedes meos. Item sunt calciati per mortis memoriam. vnde Luc. 15. Date calciamenta in pedibus eius. Calciamenta enim quæ sunt de pellibus mortuorum animalium significant mortis memoriam. vel carnis mortificationem. Et sic ergo bene apparuit, quomodo in scriptura inueniuntur pedes solidio-
H res, inferiores, posteriores, & interiores. ¶In malo vero significato potest inueniri multiplex pes malus, scilicet

Pes elationis, & lasciuiæ.
Pes pręsumptionis, & superbiæ.
Pes turbationis, & discordiæ.
Pes deprecationis, & fallaciæ.
Pes inuasionis, & sæuitiæ.
Pes carnalitatis, & immunditiæ.
Pes mobilitatis, & inconstantiæ.
Pes cupiditatis, & auaritiæ.

Isti enim sunt pedes hominum peccatorum. Animalia enim nobilia, sicut sunt aues, & homines, duob. pedibus. i. duabus affectionibus sunt contenta, sicut superius est ostensum, animalia vero bruta ad minus quatuor habent pedes. Animalia etiam vilia & inertia, sicut sunt vermes, erucæ, & similia, non solum quatuor, immo multos & multiplices habent pedes. Ad denotandum, quòd mali, & peruersi innumerabiles habent malas affectiones, modo. s. ad vnum peccatum, modo ad aliud, nō aduertentes, ꝙ animal, qđ pectore & pedibus terrã tãgebat, & qđ multos pedes & multas alas habebat, in lege dicebatur immundũ, sacrificijs interdictũ, & ēt esui populi denegatum, sicut dr̄ Leui. 11. & Deute. 14. Quia verè charissimi illi, qui pectore. i. mente, & cogitatione, pedibus, idest amore, & affectione, terram. i. terrena tangunt & amplectuntur, & qui multis alis. i. multis elationibus, multis pedibus. i. multis malis affectionibus vtuntur, tales apud deũ immundi iudicantur, & apud homines inepti & inhabiles reputãtur. Isti enim habent pedem, vt dictum est, elationis & lasciuiæ. Esa. 3. ca. Filiæ inquit Syon eleuatæ sunt, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & pedibus suis composito gradu incedebant. Item habēt pedes præsumptionis & superbiæ, de quo in Psal. Non veniat mihi pes superbiæ. Item habent pedes turbationis & discordiæ, de quo Ezech. 32. Conturbas aquas pedibus tuis. Item habent pedem deceptionis & fallaciæ. Iob 31. Festinauit in dolo pes meus. Item habent pedem inuasionis & sæuitiæ. vnde Dan. 7. dicitur, ꝙ bestia quatuor dentes ferreos habebat, comedens & comminuens, & reliqua pedibus conculcans. Item habent pedem carnalitatis, & immunditiæ. Hier. 31. c. Viri perfecti tui demerserunt in cęno & lubrico pedes tuos. Item habent pedem mobilitatis & inconstantiæ. Hierc. 14. Dilexit mouere pedes suos, & domino placuit. Item habent pedem cupiditatis & auaritiæ, & de isto dicitur. Esaiæ 37. Siccauit vestigio pedis sui omnes riuos aggerum. Et sic igitur patet quomodo pes sumitur in scriptura tam in bono, quam in malo &c.

A **Pessimus.** Cum pessimus sit ille qui in summo gradu est malus, & sic illi dicũtur pessimi, qui magnis & maximis criminibus sunt repleti, ideo nota, ꝙ in scriptura dicuntur pessimi, scilicet

Homicidæ flagitiosi.
Sodomitæ luxuriosi.
Præsumentes ambitiosi.
Proditores malitiosi.

De flagitiosis & occisoribus dicitur Act. 19. ca. Insiliens homo in quo erat demonium pessimum, inualuit contra eos. De luxuriosis infectoribus dicitur Genes. 13 Viri sodomitæ pessimi erant, & peccatores nimis. de ambitiosis præsumptoribus dicitur Ezech. 38. c. Cogitabis cogitationem pessimam, & dices. Ascēdam ad terram absque muro. De malitiosis vero proditoribus dicitur prouerb. 6. vbi inter illa sex, quæ odit deus, numeratur cor machinans cogitationes pessimas. Iudas etiam in ecclesia dicitur mercator pessimus. Ezech. 11. Viri isti tractant consilium pessimum in vrbe hac. ¶Sed si adhuc velis aliquid dicere de pessimis, nota, B
ꝙ illud pessimũ dicitur, quod in summo gradu malum in suo genere reperitur, & sic dic, ꝙ est dare pessimitatem personarum, locorum, & rerum. Personarum dico, & sic dico, ꝙ pessimi dicuntur scilicet illi, qui

Sæuiunt crudeliter.
Rugiunt verbaliter.
Pruriunt carnaliter.
Ambiunt inaniter.
Rapiunt mordaciter.
Sentiunt fallaciter.
Discutiunt discorditer.
Consentiunt maligniter.
Esuriunt steriliter.
Cœcutiunt mentaliter.
Discutiunt venaliter.

Dicamus ergo, ꝙ pessimi reputari debent illi, qui crudeliter sæuiunt, sicut sunt homicidæ publici, potissimè qui sub colore guerrarum, & armorum crudelius sæuiunt in alios, quàm feræ bestiæ, vel leones, illi enim parcũt pueris, mulieribus, & prostratis, sed isti non. Vnde tales bestias, seu feras minatur dominus Ezech. 5. Mittam in vos famem, & bestias pessimas. Iã enim hodie proh dolor, videntur istæ minæ completæ, & iam verificatum illud Genes. 37. Fera pessima deuorauit filiũ meũ Ioseph. & illud Ezech. 30. Tradam terram in manus pessimorum. Ergo pessimi sunt illi, qui crudeliter sæuiunt. Item illi, qui verbaliter rugiunt, s. detractores, & susurrones. Draco enim pessimus dicitur eo, quòd flatum venenosum & corruptiuum emittit. sic ille, qui flatu verborum suorũ famam alienam corrumpit. vt de quolibet tali dicat homo illud 3. Reg. 2. Maledixit mihi maledictione pessima. Et 4. Reg. 17. Fecerunt verba pessima, irritantes dominum Quia sicut dicitur Eccles. 5. Denotatio pessima super bilinguem. Item pessimi sunt illi, qui carnaliter pruriunt, scilicet luxuriosi. Istud est enim vlcus pessimum, quod facit fœtere & putrescere carnem (Iob 1. Percussit Iob vlcere pessimo.) quando fit contra naturam. Illa enim est infirmitas pessima, de qua dicitur 2. Paralipo. 21. cap. Aegrotabis pessimo languore vteri. Item pessimi sunt illi, qui inaniter ambiunt. s. superbi, & elati, & dignitatum & mundi vanitatum cupidi. vnde Eccles. 4. Hæc est inquit vanitas, & afflictio pessima. Item illi, qui mordaciter rapiunt, sicut mali principes & prælati, maliq; iudices & balliui, qui non curant nisi subditos excoriare &c. vt sic subditi dicere possint domino illud Dan. 3. Tradidisti nos in manns inimicorum iniquorum, & pessimorum, & regi iniusto, & pessimo. ¶Item illi, qui fallaciter sentiunt, s. homines deceptores, & fraudulenti. Esa. 32. Fraudulenti vasa pessima sunt. Item illi, qui discorditer dissentiunt. s. brigosi, & litigiosi, qui inter se nunquam possunt habere pacem. Prouer. 24. Ne contendas cum pessimis, nec ęmuleris impios. Et isti sunt illi vicini de quibus dicitur Hiere. 12. Non est pax inquit vniuersæ carni. Sequitur. Hæc dicit dominus aduersum omnes vicinos meos pessimos. Isti etiam figurantur in illa ciuitate contradictoria & rebelli, de qua 1. Esdræ 4. dicitur, ꝙ iudæi venerũt in Hierusalem ciuitatem rebellem pessimam. Item illi, qui maligniter cōsentiunt. s. illi qui in malo sunt concordes, & vniti contra bonos, de quibus dicitur Prouer. 2. ꝙ ipsi relinquunt iter rectũ, & ambulant per vias tenebrosas, qui lętantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Item illi, qui steriliter, & mentaliter esuriunt, qui. s. satiari nequeunt bonis terrenis. s. auari. Vnde de auara acquisitione rerum dicitur Eccl. 1. ꝙ hanc occupationem pessimam dedit deus hominibus. Auaritia enim intelligitur per sagittas famis pessimas, de quibus fit mentio Ezec. 5. Fames enim est, quia insatiabiliter appetit, sagitta, quia stimulat atque pungit. Item illi pessimi sunt, qui mentaliter cęcutiunt. s. hæretici, qui morum, & fidei viam non vidēt clarè, de quibus dicitur Eccl. 10. Nouissimum oris illius error pessimus. Isti enim sunt, qui ambulant post prauitatem cordis sui pessimi. Hiere. 3. Item illi, qui

li,q veni aliter discutiunt scilicet causas,& iudicia,sicut.s.sunt mali iudices,& aduocati, qui.s.nihil faciunt nisi pecunia mediante,qui.s.sunt malorum consiliorum machinatores, & malitiarum,& fraudum inuentores.Istę enim sunt adinuentiones pessimæ,de quibus dicitur Deuter. 28. Perdet te dominus velociter propter adinuentiones tuas pessimas. vnde Prouerb.6. isti dicuntur habere cor machinans cogitationes pessimas.Et breuiter de istis pessimis dico , quòd ipsi in loco pessimo statuuntur,s.in mundo.de quo 4.Reg.2.dicitur, ꝙ aquæ huius ciuitatis pessimę sunt,& terra sterilis.Item termino pessimo concluduntur,s.mala morte.Ps.Mors peccatorũ pessima. Itẽ vulnere pessimo puniuntur,s.pœna ęterna.Hiere.30. Insanabilis est dolor tuus,pessima plaga tua.Et hæc de pessimitate sufficiant quo ad præsens,&c.

A **Persona.** Personarum acceptio.Nota,ꝙ persona dicitur quasi per se sonans, est enim persona idẽ quod indiuiduum,vel suppositum, & pro tanto per se sonare dicit, ꝙ natura,& species in confuso significare videntur. Quando verò natura ad personam, species ad indiuiduum aut suppositum,essentia vero ad esse seu ad existentiam contrahitur, tunc per se sonare,seque demonstrare,& ostendere,& clarius significare videtur.sed quia ista magis tangunt materiam theologicam,& philosophicam,quàm moralẽ,ideo nihil ad me.¶De hoc autem, ꝙ persona vt communiter accipitur pro homine, seu etiam pro statu certo ; sicut cum dicitur , quòd in mundo sunt diuersa genera personarum,s.iusti, impij, religiosi, clerici,prælati,subditi &c.visum est particulatim in titulis singulorum,& ideo transeo quo ad pręsens,maximè quia paucæ sunt authoritates secundùm istud significatum.De personarum autem acceptione , quæ ẽst materia multum prægnans , de qua multæ authoritates inueniuntur vocales , multa possent dici , sed supra in litera A.scripsi de hoc valde plenè , & etiã de hoc agitur in titulis valde multis.De hoc autem quòd personaliter oportet beneficijs seruire , vide vbicunque fit mentio de præsentia &c.

Personare. Vide infra vbi Sonare,sonus.

Perspicere. Infra vbi Respicere. & supra de Aspicere.

Persuadere. Vide vbi Monere. Inducere. Suadere.

Perterritus. Vide infra vbi Terror.

A **Peruenire.** Nota,ꝙ peruenire idem est , quod perfectè,seu completè venire , seu terminum , ad quem itur,attingere, vel ad finem viæ , seu terminum pertransire.Dicam ergo loquendo moraliter, quòd in bono significato reperitur in scriptura peruenire,quod est ad terminum

Conuersionis.	Igitur dicam , ꝙ isti perue-
Perfectionis.	niunt ad quadruplicem ter
Corruptionis.	minum, videlicet ad termi-
Saluationis.	num vitalis inceptus,mora

lis profectus,carnalis defectus,& finalis receptus. Primus est incipientium & inchoantium . Secundus est proficientium & gradientium.Tertius est hic militantium & morientium.Quartus verò est perficientium & triumphantium.¶Primò ergo dico,quòd iustus peruenit ad terminum conuersionis, & iste terminus nihil aliud est,quàm pœnitentia. Sicut enim videmus , ꝙ flumina nunquam cessant à fluxu & à motu , quoadvsq; perueniant ad mare,sic homo postquam se senserit esse in peccato,nunquam debet cessare,quoadvsq; perueniat ad amaritudinem pœnitentię. Viator enim non quiescit in via,sed tũc quiescit , quando peruenit ad hospitium , & quando redit ad proprium dominum & magistrum . sic verè peccator postquam à magistro suo Christo per peccatum recesserit,nunquam quiescit,quousq; ad hospitium pœnitentiæ peruenerit, & quousq; ad magistrum suum reuertitur,quẽ dimisit. Expone benè quomodo in peccato non est requies , & quomodo benè comparatur viæ seu peregrinationi , vbi sunt tot pericula & agentia. Ideo de tali peruentione potest dici illud Hiere.48.de planctu Iazer.Plorabo tibi vinea sabania,propagines tuæ transiuerunt mare vsq; ad mare Iazer peruenerunt. Iazer interpretaẽ adiutoriũ.vinea ergo est aĩa,q de se est nobilis & excelsa. propagines eius sunt interiores motus & affectiones.mare Iazer est pœnitentia , vbi.s.vera salus & adiutorium inuenit . Quia re vera ista vinea sabauia non debet cessare à planctu,quovsq; ad mare Iazer.i. vsque ad adiutorium amarę pœnitentiæ sit reuersa. Peruenerunt inquit ad mare.nam sicut dicitur Iudith 1.Holofernes confregit omnes ciuitates munitas,vsquequo perueniatur ad mare.Nihil enim ita est munitum , quin Holofernes,i. diabolus ipsum conterat,nisi homo ad mare pœnitentiæ perueniat & attingat.Primò ergo peruenit iustus ad terminũ conuersionis.¶Secũdò dico , ꝙ peruenit iustus ad terminum perfectionis. Sicut enim vas paulatim guttas retinendo crescit & B
peruenit ad plenum , homo per gradus ascendendo paulatim peruenit ad summum,arbor & fructus proficiẽdo & crescẽdo peruenit ad complementum, sic iustus de virtute in virtutem proficiendo , paulatim & finaliter peruenit ad perfectum . & sic cuilibet tali dicitur illud Dan.4. Magnificatus es , & inualuisti, & magnitudo tua creuit & peruenit vsque ad cœlum.i. vsque ad statum nobilem & perfectum.Quæ tamen sunt contra multos,qui nunquam perueniunt.s.ad terminos

Veræ iustitiæ.	Iustitiæ dico.vnde Roma.
Claræ scientiæ.	9.dicitur . Israel sectando
Tutæ constantiæ.	legem iustitiæ in legem iu

stitiæ non peruenit.Scientiæ etiam 2.Timoth.3.ca.Semper discentes,& nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Constantiæ autem.vnde de fortibus Dauid dicitur 2.Reg.33.ꝙ illi vsque ad tres fortes primos non peruenerant . Non sic iustus : sed peruenit ad terminum perfectionis.¶Tertiò dico,ꝙ peruenit iustus ad terminum solutionis,hoc est dictũ, ad terminum mortis,in quo.s.vitam mortuo receptam sicut quoddam debitum persoluimus,quando ad eum peruenimus.Omnes enim ad istum terminum peruenimus . exemplo lapidis de sursum iacti,qui.s.propria grauitate non cessat descendere,quousque ipsam contingit terram sicut suum finalem terminum inuenire, & ad eũ peruenire . Sic verè nos continuè à vita cadimus, & descendimus , quousque ad mortis terminũ perueniamus. vt de quolibet dicatur illud 2.Esdræ 1. Perueniens Hierosolymam,vita functus est. ¶Quartò verò dico , quòd peruenit iustus ad terminum saluationis , scilicet ad gloriam paradisi. Thob.5.Saluus perueniet filius noster.Et sic nota,quòd finaliter iustus peruenit ad

Deitatem per quam præmiatur.	Peruenit dico
Dignitatem,ad quam sublimatur.	ad summã di-
Aeternitatem,à qua conseruatur .	uinitatem , vt
Fraternitatem,in qua confirmatur.	præmietur, si-

cut.s.miles & operarius post laborem perueniunt ad illũ , qui persoluit stipendia. Dan.7.Filius hominis veniebat,s.de terra ad cœlum,& vsque ad antiquum dierum peruenit,& in conspectu illius obtulerunt eum idest in conspectu dei. Item peruenit beatus ad summam sublimitatem,vt honoretur,dicens, scilicet illud Dan.4. Ad honorem regni mei, decoremq; perueni,& optimates,& magistratus requisierunt me. hoc est dictu,angeli & sancti . Item peruenit beatus ad summam æternitatem,vt perpetuò cõseruetur,de quo potest dici illud Dan. 12.Beatus qui expectat,& peruenit ad dies mille. Millenarius enim vltra quem non est alius numerus , æternitatem signat. Et sic patet,quomodo peruenire sumitur in bono. ¶ In malo D
verò significato dic,quòd peccator dicitur peruenire,in quantum in malo perseuerando ad malum finem, ad malã conclusionem noscitur attingere,& malè se, & sua opera terminare. Vnde nota,quòd mali perueniunt, & attingunt ad

Altos dignitatum status.	Perueniũt ergo
Lætos voluptatum cultus.	mali.s in hoc mũ
Duros miserorum questus.	do ad altos digni
Diros tormentorum æstus.	tatum status . Io-

suæ 2.Peruenerunt ad montana,& manserunt ibi.Item ad lætos voluptatũ cultus.Vnde de persona voluptuosa,& cultu dicitur Ezech.16.Grandis effecta es,peruenisti ad mundum muliebrem , vbera tua intumuerunt,& eras nuda , & confusione plena.Item ad duros miserorum questus,sicut sunt tyrãni,qui de modico statu peruenerunt, & veniunt ad magnam nocendi & rapiendi potentiam,sicut de illo legitur 1.Mach.15. Peruenit Cendebius irritare plebem, & conculcare iudęam , captiuare populum,& interficere.Item finaliter ipsi perueniunt ad diros tormentorum æstus.s.ad ignem & æstum patriæ infernalis.vnde de Aethiopia patria feruida.i.de inferno & de nuncijs Nabuchodonosor.i.de peccatoribus nuncijs diaboli dicitur Iudicum 1.ꝙ ipsi peragrati sunt terrã,mandata ipsius exequendo,quousq; perueniatur ad montẽ Aethiopiæ. Ista igitur sufficiant de peruenire in bono,& in malo significato quantũ ad

ad personas. ¶ Sed verè quantũ ad res spirituales, quę.s.diuersimodè perueniũt ad diuersos, possumus notare, ꝙ est ꝑuentio s.quę fit ad deum; quę fit ad iustum, quę fit ad impium. Nam pro certo ad deum peruenit miserorũ feruẽs oratio, ad iustũ peruenit pręceptorum mouens indicio, ad impium peruenit tormentorũ grauãs afflictio. De miserorum feruenti oratione quomodo.s.perueniat ad deum, patet. 2. Paralip. 30. Peruenit oratio in habitaculum sanctum cœli. vnde Eccle. 21. Deprecatio pauperis ex ore vsque ad aures perueniet. De præceptorum vero monitione seu prędicatione, quomodo s.perueniãt ad iustum patet Ionę 1. quomodo verbum Ionę superuenit ad regem Niniue, & pœnitentiam egit &c. & Actuum. 1. Peruenit autem sermo ad aures ecclesię. De tormentorum autem crudeli afflictione, quomodo. s.finaliter peruenit ad impium, patet 1. Thessalonicen. 2. vbi dicitur. Peruenit ira dei super illos, & Hierem. 3. peruenit gladius vsq; ad animam. Vnde animę peccatrici dicitur Threnorum 4. Ad te quoq; perueniet calix, inebriaberis, atq; nudaberis. Hæc igitur de Peruenire sufficiant. vide supra de Aduenire. & infra de Venire & similibus.

A **Pestilentia. Pestis.** Nota, ꝙ pestilentia generatur ex aeris distemperantia seu corruptione, & accipitur pro culpa criminali, pro pœna temporali, & pro pœna æternali. Vnde breuiter nota, ꝙ in scriptura fit mentio de peste seu pestilentia.s.

Interiori.
Exteriori.
Posteriori.

Prima est pestis cordialium iniquitatum, & de ista dicitur Ezec. 7. Ira mea super populum eius, gladius foris, pestis, & fames intrinsecus. Secunda est pestis temporalium aduersitatum, & de ista dicitur Lucæ 21. Terremotus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames. Tertia est pestis infernalium pœnalitatum, & de ista dicitur Deuteronom. 28. Adiungat tibi dominus pestilentiam, donec consumat te. Omitto, quia paucæ sunt authoritates. Et de istis in locis varijs est tractatum supra & infra.

A **Petere.** Cum petere nihil aliud sit, quàm aliquid rogare, requirere, vel supplicare, possumus dicere, quòd in scriptura inuenitur multiplex petitio, s.petitio

Vana & frustratoria.
Mala & nocitoria.
Sancta & necessaria.

Prima est petitio hominum peccatorum, qui.s.in vanum petũt dominum, quia deus peccatores non audit. Io. 9. Et de ista dicitur Iacob. 4. Petitis, & non accipitis, eo ꝙ malè petatis. ¶ Secũda est petitio hominum infirmorum, qui s.petunt à deo bona temporalia, quæ tamen sibi sunt magis nocitura, quàm ꝓfutura. Et ista quandoque dantur homini in vindictam, sicut facit medicus, qui infirmo, de quo desperat, petenti vinum & carnes, solet ea sibi dare. Figurati in filijs Israel, de quibus dicitur in Psal. ꝙ petierunt escas animabus suis. & alibi. Petierunt, & venit coturnix &c. Et benè sequitur, ꝙ adhuc escæ erãt in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos. Isti petunt sicut Phaeton filius solis, qui puer, & ignarus petijt, ꝙ duceret currum patris, qui tamen propter huiusmodi petitionem fuit postea fulminatus, sicut dicit Ouid. lib. 2. fa. 1. Stulti enim ea quæ sibi sunt noxia cupiunt, sicut dicitur Prouerb. 1. Vnde talibus dicitur 1. Regum 12. Malè fecistis petentes vobis regem. ¶ Tertia est petitio hominum perfectorum, & ista est illa, quam faciunt illi, qui digni sunt aliquid petere, qui petunt rem, quam debẽt petere, & ab illo, à quo debẽt petere. Ista enim sunt tria necessaria in omni petitione.s.quis, quid, & à quo. Quis.s.gratus, & amicus, & non odiosus, nec inimicus. Quid.i.vt petat rẽ iustã, congruam, & honestam, & saluti suæ profuturã, non contrariam. A quo, vt.s.petat ab illo, qui potest dare, quod petitur.s.à deo, nõ ab hæreticis, sortilegis, vel hariolis, sicut faciebant, s.idololatræ, qui ab idolis poscebãt, & requirebant salutem, sicut dicitur Sap. 13. Pro sanitate infirmum deprecatur, pro vita mortuum rogat, & in adiutorium inutilem inuocat, & pro itinere petit ab illo, qui ambulare non potest. A deo autem, qui potest concedere, est auxilium petendũ, & ad ipsum super omnia recurrendum. Et ideo dicitur Esa. 7. Pete tibi signum à domino deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Sed breuiter vide supra ĩ titulo de Inuenire, vbi est illa authoritas. Quærite, & inuenietis, petite, & accipietis, pulsate, & aperietur vobis. Hoc solum possumus notare, quod à domino debemus petere.

Veniam, & redemptionem.
Gratiam & deuotionem.
Gloriam, & saluationem.
Viam, & directionem.
Vitam, & perfectionem.
Gaudium, & consolationem.
Spiritum, & donorum infusionem.
Cœlorũ pręmiũ, & laborũ quietationẽ.

Igitur petamus veniam, & de hoc potest dic illud Thob. 3. ca. Peto domine, vt de vinculo huius improperij absoluas. Item petamus gratiam. Zach. 10. Petite pluuiã à domino, & ipse faciet. Item petamus gloriam. Psal. Vnã petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini. Item petamus viam 1. Esdræ. 8. Prædicaui ieiunium, vt peteremus viã rectam à domino. Item petamus vitam, & maximè spiritualem, quam facit gratia, de qua in psal. Vitam petijt à te, & tribuisti ei domine &c. Item petamus gaudium. Io. 16. Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum plenum sit. Item petamus Spiritum sanctum, quia sicut dicitur Lucæ 11. Deus dabit spiritum bonum petentibus se. Item petamus cœli præmium. vnde Hester 5. Quid petis Hester regina? quæ est petitio tua? etiam si dimidium regni mei petieris, dabo tibi. Hæc ergo de petere sufficiant. vide supra de Orare. & infra de poscere, de Rogare, Precari, Preces &c. B

Petra. Cum de lapide sit supra dictum sufficienter in titulo suo, supra etiã de perfectione aliquid sit dictum de nouem lapidibus preciosis, qui in veste primi angeli ponebantur, hinc est, ꝙ de petra breuiter intẽdo pertransire. Notare ergo possumus, ꝙ petra tam in bono, q̃ in malo signat.s. A

Mundi tribulationem.
Culpæ indurationem.
Mortem & damnationem.
Mentis roborationem.
Carnis macerationem.
Christi deuotionem.

Primò ergo dicamus, ꝙ per petram designatur mundana tribulatio. vnde de Saul persequente Dauid dicitur 1. Reg. 24. Perrexit ad inuestigandum Dauid super petras abruptissimas. Petræ enim abruptissimæ, quæ valde sunt duræ, & asperæ, signant duritiem & asperitatem tribulationũm, & de ista dicitur Iudicum 7. Percussit orbem in petra Oreb. ¶ Secundò per petram significatur mentalis induratio, quia cor peccatoris est qñque durum, & obstinatum sicut petra. Petra enim de sui natura est dura & impenetrabilis, est sicca & inflexibilis, est frigida & immobilis, est grauis & depressibilis. Sic verè conscientia peccatorum dura est per obstinationem. Hiere. 5. Indurauerunt cor suum supra petram. Sicca per incompassionem, quia.s.citius frangitur, quàm ad misericordiam inclinetur. vnde Lucæ 8. dicitur, ꝙ semen cecidit supra petram, & exsiccatum est. Frigida est per indeuotionem. vnde Hierem. 18. Nunquid de petra agri deficiet nix libani? Grauis est etiam per pigritiæ deiectionem. Amos 6. Nunquid currere in petris possunt equi? q.d. nõ quia.i.petra.i.ponderositas pigritiæ impedit cursum boni operis, & virtutis obedientiæ. Mens ergo obstinata petra dicitur, quia.s.ad bonum difficiliter inclinatur. Veruntamen sicut petra in rupibus quandoque latissimè fundit aquã, quia.s.in interioribus petrę venis, & cauernis frigiditas petræ aerẽ inspissat, & in aqueam grossitiem immutat, & inde est, ꝙ multæ petræ sunt, quæ tempore nubiloso flere videntur, eo ꝙ per ipsarum frigiditatem aer contiguus in naturam aqueam diuertitur, & mutatur, sic vere charissimi quandoque fit, ꝙ dura, & petrea, & obstinata mens peccatorum lachrymas cõpunctionis emittit, & in personam lachrymantem, pœnitentem, & flebilem se conuertit. Psal. Conuertit petram in stagna aquarũ, & rupem in fontes aquarum. Quando enim aer conscientiæ tangit frigiditatem, & indeuotionem mentis, per ipsius considerationem solet conuerti in aquam per lachrymationem, & pietatem, & compassionem. quod in percussione petræ in deserto fuit figuratum. vide de hoc supra de Percutere. & supra de Lachrymis. Biblis enim secundum fabulas fingitur fuisse quædã puellam, quæ præ nimio amore fratris sui liquefacta est, & in fontem mutata. Quia verè homo quando fratrem suum Christũ rectè diligit, tunc per lachrymosam compunctionem, & per viscerosam compassionem in fontem lachrymarum, & misericordiæ se conuertit. Psal. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. & illud prædictũ. Conuertit petram in stagna aquarum &c. Per petram igitur signatur mentalis induratio. ¶ Tertiò dico, ꝙ per petram significatur inferni flagellatio. Petra enim quæ dura est & grauis, signat pœnam infernalem. Vnde etiam secũdùm poetas in inferno est vna pœna, quia vnus est ibi, qui dicitur Sisyphus, qui vnam maximam petram necesse habet portare super vnũ maximum. C

ximum montem,& ſtatim quando eſt ibi,ipſam iterum dimittit ruere ad pedem montis, & iterum ſurſum reportat, & ſic perpetuò nunquam ceſſat. Per quam quidem fictionē voluerunt poetæ deſignare perpetuitatem pœnæ infernalis, quæ ſcilicet continuè non facit niſi incipere,quia.ſ curriculum iſtius petræ.i.continuatio æternæ pœnæ nunquam terminatur, immo continuè renouatur.Eccleſi.18.c.Cum conſumauerit homo,tunc incipiet,& cum quieuerit,tunc operabitur.Et de tali petra poteſt exponi illud 2.Paralip.25.vbi dicitur, ꝙ decē milia virorum cœperunt filij Iuda,& adduxerunt ad præruptum cuiuſdā petræ, & præcipitauerunt eos de ſummo in præceps, qui vniuerſi crepuerūt.Iſta eſt ergo inferni flagellatio. ¶Quartò dico,ꝙ per petram intelligitur conſtantiæ roboratio. Petra enim inter cæteras partes terræ eſt ſolidior, & ideo petræ oſſa terræ antiquitus dicebantur,ſecundùm Iſidor. Et ideo per petram ſoliditas conſtantiæ deſignatur, per quam homo in bono propoſito radicatur.Pſal.Statuit ſupra petram pedes meos. In tali autem petra debemus eſſe fundati, ne forte impulſu tentationum ſimus à domino ſeparati. Eſaiæ 50.Poſui faciem meam vt petram duriſſimam, ſciens quoniam non confundar. Et ideo dominus dicit Matth.7.ꝙ domus ſupra petrā fundata non corruit, quia ipſam à ventorum flatibus, & à fluminum fluctibus petræ ſoliditas defenſauit. Nos igitur per conſtantiam ſimus petrei,& in petra firmæ conſtantiæ,& perſeuerantiæ ſimus fundati,quia dicitur Eccle.26. Fundamenta æterna ſupra petram ſolidam, mandata dei in corde mulieris ſanctæ.¶Quintò dico, ꝙ per petram deſignatur pœnitentiæ maceratio. Petra enim eſt grauis ad portandum, aſpera ad tangendum, vtilis ad ædificandum, & ad ſe a canibus defendendum.ſic pœnitentia quamuis ſit grauis, & ponderoſa,& ad ſuſtinendum difficilis, eſt tamen ad defenſionem contra diabolum valde vtilis,& ad manendum valde ſecura, & laudabilis. Et ideo dicitur in pſalmis Petra refugium herinacijs. Columbæ enim viſo accipitre,ad cauernas petrarum refugiūt, & ibi ab eius impetu ſe defendunt. Lepores etiam in petris habitāt & ibi ſecurius eſſe ſe putant.Nautæ etiam in mari quādo naufragantur, ſolent multum gaudere quando poſſunt ſupra aliquam petram ſolidam ſe recipere,& firmare. ſic verè chariſſimi ſi pericula maris huius mundi vitare voluerimus,& tentationes accipitris diaboli declinare: neceſſe eſt,ꝙ in petra pœnitentiæ ſedeamus.vnde de columba dr̄ Cant. 2. Veni columba mea in foraminibus petræ,in cauerna maceriȩ.Petra enim pœnitentiæ eneruat vitium carnalitatis,elicit fluuium lachrymoſitatis, infundit irriguum gratiæ,& bonitatis,adducit faſtigium gloriæ,& dignitatis, inſtituit gaudium ſpiritalis lætitiæ, & iucunditatis.Dico ergo,quòd petra pœnitentiæ abradit carnium voluptatem. vnde Exod. 4. dicitur, quòd Sophora tulit acutiſſimam petram, & circumcidit carnem præputij filij ſui. Item elicit fletuum vbertatem.vnde Deut.8.Eduxit riuulos de petra duriſſima.Item infundit gratiæ ſanctitatem ſeu ſanitatē. Iob 29.Petra ſundebat mihi riuos olei.Item adducit gloriȩ dignitatem.Pſal.In petra exaltaſti me.Item perficit æternæ lætitiæ iucunditatem.Pſal.De medio petrarum dabunt voces. Per petram ergo intelligitur pœnitentiæ maceratio. ¶Sextò dico, quòd per petram intelligitur Chriſti virtus & perfectio,& etiā cuiuſlibet viri iuſti virtus & cōditio.De Chriſto dicitur 1. Corinthi.10. Bibebant omnes de ſpirituali, conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. De viro etiam perfecto dicitur Matth. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Et ſic patet, quomodo petra in ſcriptura ſumitur multis modis. & hæc ſufficiant. vide ſupra de lapide per totum.

A **Petrus.** Cnm Petrus dicatur à petra, & ideo inde eſt, ꝙ Petrus idem eſt, quod firmus, poſſumus notare ꝙ per Petrum poteſt vir perfectus intelligi. Vnde breuiter loquendo dico, ꝙ Petrus interpretatur agnoſcens, diſcalcians, agnitus, & diſſoluens. Item Petrus dictus fuit à petra, dictus fuit cȩphas, quod eſt caput, dictus fuit Symon, quod eſt obediens,dictus fuit bariona,quod eſt filius columbæ,aut ſimplicitatis.Item primo fuit piſcator,tandem fuit Chriſti imitator, tandē populi prȩdicator,& finaliter totius eccleſiȩ imperator, & vltimò ſtrenuiſſimus triumphator.In quibus oībus chariſſimi poſſumus notare, ꝙ Petrus quatuor habet interpretationes,quatuor habet nominationes, quatuor habet ſtatuum diſtiuctiones. Et ſic per iſtas 12.conditiones poſſumus intelligere 12.viri iuſti perfectiones. Et ſic poſſumus notare, ꝙ Petrus eſt nomen ſagacitatis, atq; diſcretionis, quia Petrus interpretatur agnoſcens.nomen humilitatis, atque ſubiectionis, quia interpretatur diſcalcians.nomen famoſitatis, & reputationis, quia interpretatur agnitus.nomen vtilitatis,& liberationis, qa interpretatur diſſoluens.nomen ſublimitatis & contemplationis,quia dicitur cȩphas,quod eſt caput.nomen ſedulitatis, & obeditionis, quia dicilur Symon,qui interpretatur obediens. nomen ſimplicitatis atque deuotionis, quia dicitur bariona, quod interpretatur filius columbȩ. nomen ſtabilitatis, atque durationis,quia dicitur Petrus, ſ. à petra. nomen pœnalitatis, & occupationis,quia ſcilicet fuit piſcator. nomen conformitatis & imitationis,quia ſecutus fuit dominum. nomen authoritatis & iuriſdictionis,quia fuit prȩlatus,& paſtor. nomen fœlicitatis,atque ſaluationis,quia finaliter fuit ſaluatus. Iſtas.n.cōditiones duodecim,vel ꝓprietates habuit beatus Petrus, quas etiam debet habere quilibet eccleſiaſticus prælatus. Petrus.n. figuram geſſit omnium prælatorum, & ideo prælati, qui ſunt in eccleſia ipſius ſucceſſores,debent eſſe ejus ſequaces,& imitatores.¶Dico ergo primò,ꝙ iſte habuit ſagacitatem, atq; diſcretionem,quia.ſ. Petrus dicitur agnoſcēs. Prælatus enim debet agnoſcere,quid agendum,quid omittendum,quid credēdum, & à quo cauendum ſit. Debet etiam agnoſcere merita ſubditorum,vt ſcilicet ipſos poſſit vel repellere, vel promouere,ſecundùm ꝙ viderit optimum,iuxta illud Prouer.27. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, gregeſque tuos conſidera.& Eccle.7.Pecora tibi ſunt,attende illis, & ſi ſint tibi vtilia, perſeuerent tecum.Vnde de iſta perfecta notitia beati Petri dicitur Act. 12. ꝙ Petrus ad ſe reuerſus dixit. Nunc ſcio verè qa dominus miſit angelum &c.Scientia autem ipſius tunc perfectè apparuit, quando Petrus præ cæteris apoſtolis dominum recognouit, dicens Matth.16. Tu es Chriſtus filius Dei viui. ¶Secundò dico, ꝙ iſte habuit humilitatem, atq; ſubiectionē, quod oſtenditur,cnm Petrus interpretatur diſcalcians,quia.ſ. diſcalciare alium eſt officiū magnæ humilitatis.Et ideo quando diſcalcians dicitur,bene dico, ꝙ ipſius humilitas denotat̃. Humilitatem autem ſummam habebat Petrus Lucæ 15. vbi dicitur, ꝙ ipſe procidens ad genua Ieſu dicebat. Exi à me domine, quia homo peccator ſum. Iſte enim fuit diſcalcians.ſ. ſe & alios.Nam alios diſcalciauit corio carnalitatis per exempli & doctrinæ vtilitatem,ſeipſum verò diſcalciauit calciamēto mūdanæ temporalitatis per paupertatem, & humilitatem. Vnde de ipſo poteſt intelligi illud Eſaiæ 20.Ambulauit ſeruus meus Eſaias nudus,& diſcalciatus. habuit igitur iſte ſubiectionem,& humilitatem.Matth. 26. Petrus autem ſequebatur Ieſum.¶Tertiò dico,ꝙ iſte habuit reputationem, atq; famoſitatem, quod oſtenditur inquantū Petrus interpretatur agnitus. Summè enim neceſſarium eſt prælato, ꝙ fama ipſius ſit agnita,& vulgata, quia pro certo ipſe debet eſſe agnitus primò in ingreſſu per diligentem examinationē, ſecundò in progreſſu per bonæ famæ diuulgationem. Eſa.3. Agnitio vultus eius reſpondebit ei.vnde & Petro fuit dictum illud Lucæ 22.Nam & loquela tua manifeſtum te facit.¶Quartò dico, ꝙ iſte habuit compaſſionem,atque pietatem, quod oſtenditur in quantum Petrus interpretatur diſſoluens, quia ſcilicet prælatus debet diſſoluere cathenas compeditorum, & vincula captiuorum, iuxta illud Eſa.58.Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes.Dimitte eos,qui confracti ſunt,liberos, & omne onus dirumpe.Pietas enim valde neceſſaria eſt prȩlato in cuius ſignum ipſe Petrus dimiſſus fuit cadere, vt ex caſu ſuo cognita fragilitate propria diſceret alijs indulgere,ſicut dicit Grego.in homel.Vnde etiam de Petro legitur Act.3. ꝙ Petrus intuens in illum, qui claudus baiulabatur ex vtero matris ſuæ,dixit.Argentum,& aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti ſurge, & ambula. ¶Quintò dico, ꝙ iſte habuit contemplationē & ſubtilitatem, & hoc oſtenditur inquantum Petrus fuit dictus cœphas,quod interpretatur caput, quia.ſ.ſicut caput in corpore locum occupat altiorem,ita iſte per contemplationem ſtatum habuit celſiorem.vnde Actu. 10.dicitur, ꝙ Petrus aſcendit ad ſuperiora domus. Et ſicut caput ſolet omnia membra corporis regere, ita iſte factus fuit caput & prælatus eccleſiæ, vt poſſet cæteros gubernare.Vnde ſibi dixit Chriſtus Ioan.1. Tu vocaberis cœphas,quod interpretat̃ Petrus.¶Sextò dico, ꝙ iſte habuit obedientiam,& ſedulitatem, & hoc oſtenditur inquantum dictus fuit Symon,quod interpretatur obediens, vel audiens, quia.ſ. ad obediētem pertinet audire, & audita exequi,& adimplere. B

Marci 3. Imposuit Symoni nomen Petrus. Vnde de sedulitate sua dicitur Lucæ 24. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum. ¶ Septimò habuit deuotionem, & simplicitatẽ, quia dictus fuit bariona, quod interpretatur filius columbæ, vel filius simplicitatis. vnde Petro dictum fuit Matth. 16. Beatus es Symon bariona. &c. Vide etiam eam expositam supra de beatitudine &c. ¶ Octauò dico, quòd iste habuit deuotionem, & stabilitatẽ, quia. s. Petrus dicitur à petra, quia. s. iste Petrus post confirmationem spiritussancti in fide fuit solidus sicut petra. vnde Greg. in homelia dicit de Petro, & Petrus, qui ad vocem ancillæ Christum negauerat, post spiritus missionem quantæ stabilitatis, soliditatisque fuerit, audiamus &c. Iste enim fuit stabilis mala fortiter tolerando, stabilis bona audacter aggrediendo, stabilis in bono perseuerando, stabilis mala persequẽdo. Dico, quòd iste fuit stabilis mala tolerando. vnde Petrus fuit ille, qui dixit Lucæ 5. Domine per totam noctem laborauimus. Petrus etiam fuit ille, cui dictum fuit Io. 21. Petre cũ esses iunior, cingebas te & ambulabas, quo tu volebas, nunc autem cum senueris, cinget te alius, & ducet, quo tu non vis. Fuit ẽt stabilis in audaci bonorũ aggressione. vnde vox illa fuit Petri Christo Matth. 26. etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Et secundùm rei veritatem ita erat intentionis suæ, quãuis dei prouidentia disponente, vel permittente aliter fuit subsecutum. Stabilis insuper fuit in bono perseuerando. vnde Act. 12. dicitur, quòd Petrus perseuerabat pulsans. Item fuit stabilis mala persequendo, sicut dicitur Act. 3. & 4. Sic ergo patet, quòd iste habuit durationem, & stabilitatem. Nonò dico, ꝙ iste habuit tribulationem, atque paupertatem, & illud notatur in primo officio suo, quia. s. ipse primo fuit piscator, quod est officium pauperum, & laboriosum. Ipse pauper, & laboriosus fuit, & omnia bona temporalia amore domini dereliquit. vnde Matt. dicit, quòd Christus videns duos fratres in naui reficientes retia sua, Petrum, s. & Andream, vocauit eos dicens. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. at illi relictus retibus, & patre secuti sunt eum. s. dominũ. Retia enim, quæ ligant homines, signãt bona temporalia. Vnde etiam ipse Petrus dixit Christo Mat. 19. Ecce nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te. ¶ Decimò dico, quòd iste habuit imitationẽ, & cõformitatem. Legitur enim, Petrum secutum fuisse dominum non solum post ipsum corporaliter ambulando, immo etiã ei obediendo, ipsum imitando, & exẽplo eius prædicationis officiũ exercendo. Quod vtique debet facere quilibet prælatus, vt de ipso dicatur illud Marci 14. Petrus autem secutus est dñm. & Lucæ 22. dicitur, ꝙ Petrus sequebatur à longè. Et benè dicitur à longe, quia. s. impossibile est, ꝙ perfectè dominum sequamur. i. ex toto dominum imitemur. ¶ Vndecimò dico, ꝙ iste habuit iurisdictionem, & authoritatem, quia. s. ipse fuit pastor & prælatus ecclesiæ. Vnde iste est ille, cui dicit dominus Ioan. 21. Petre amas me? pasce oues meas. ¶ Duodecimò verò dico ꝙ iste habuit saluationem, & fœlicitatẽ. vnde Lucæ 9. & Matt. 17. dicitur, quòd Iesus assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem, & duxit ipsos in montem excelsum. i. in Paradisum. Et sequitur, quòd Petrus dixit. Bonum est nos hic esse. Et dicitur ibi, ꝙ dominus transfiguratus est ante eos. quia. s. tunc deus in sua perfecta substantia videbitur, quando in monte paradisi à sanctis intuebitur, & tenebitur. Et sic ergo patet de Petro, quomodo signat beatum, vel etiam quemlibet pastorem ecclesię, vel prælatum.

A **Phiala.** Vide supra in litera f. vbi tactum est.

Pietas. Cum de pietate supra in multis locis sit tractatũ, & maximè supra de Misericordia, vbi tetigi satis plenè, hoc solum nota, quòd triplex pietas est habenda, videlicet pietas

Parentibus.
Pauperibus.
Peccantibus.

Prima pertinet ad personas inferiores. Secunda pertinet ad diuites repletiores. Tertia pertinet ad magistros superiores. ¶ Primò igitur dico, quòd est q̃dam pietas erga genitores, & istam debet habere filij erga patres tam spirituales, q̃ carnales. Sicut enim dicit Solinus, mira est in ciconijs pietas erga parentes suos, quantum enim parẽtes ciconiarum filios suos nutriunt, dum sunt iuuenes, tãtum vice reciproca nutriũtur à iuuenibus, dum sunt senes. In quo procul dubio docet nos natura, ꝙ parentes nostros, & superiores prælatos, à quibus nutrimenta, & naturalia, & spiritualia recipimus, omni die, si nostri indiguerint, debemus fouere, & ipsis piè & misericorditer subuenire. vnde Ambr. super Beati immaculati. pulchrè loquitur de pietate dicens, ꝙ pietas amica est deo, nutrix parentum, stipendium filiorũ, tribunal iustorum, egenorum portus, miserorum suffragium, & indulgẽtia peccatorum. Vnum tamen est aduertendum, ꝙ secundũ Hieron. propter parentum pietatem non debemus facere iniquitatem. Vnde illi videntur errare, qui, vt parentes nutriant, & honorent, se solent à diuino cultu retrahere, & erga lucra temporalia immoderatè intendere, & vacare. Teste enim Augu. Diligendus est generator. sed præponendus est creator. vnde Hieron. ad Marcellum super illud verbum Matth. 8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. dicit sic. Ordinate in me charitatẽ. Rectus ordo est, vt primò diligatur deus, deinde parentes. sed si vtrunque seruari nequeat, odium in suos, pietas est in deum conferenda. Est igitur quędam pietas erga genitores. ¶ Secundò dico, ꝙ est quędam pietas erga pauperes, & ista est illa, qua homo tenetur fratri suo subuenire. Sicut enim arbores fructiferę, & vtiles solent habere multum de interiori medulla, sicut patet in ficu, & vinea, sic illi, qui apud deũ volunt esse fructuosi, debent esse valde pij, & medullosi, & erga pauperes viscerosi. Sicut eni arbores aromaticæ non solum nutriunt fructus, folia, & flores, immo etiam medicinales succos, lachrymas, & liquores; sic verè pij viri, & misericordes nõ solùm portant fructus bonæ operationis, folia bonæ locutionis, flores bonæ conuersationis; immo ẽt ipsi portãt, & fundunt succũ deuotionis, & liquorem pietatis, & compassionis, quibus. s. pauperes, & egeni sanãtur, & spiritualiter, & temporaliter recreantur. Pietas enim, vt dicit Apostolus 1. Timot. 4. ad omnia vtilis est. quamuis multi sint, qui secundùm Apostolum 2. Timot. 3. speciem pietatis habent, ipsam tamen operibus negant. sicut patet de multis vsurarijs, & auaris, qui sub specie pietatis pauperibus solent aliquid commodare, vt ipsos tempore carestiæ possint exhæredare. ¶ Tertiò dico, quòd est quedã pietas erga peccatores, & istã debent habere superiores iudices, & prælati, qui piè debent peccatoribus compati, & subuenire, & eis, si patiatur iustitia, indulgere. Sed de hoc vide supra de Iustitia & Misericordia. Vnde breuiter Augustin. in sermone dicit, quòd apud Deum nec pietas sine iustitia, & sine pietate iustitia nõ habetur, & sine bonitate æquitas, & sine æquitate bonitas non tenetur. Nam æquitas sine bonitate sæuitia est, & iustitia sine pietate crudelitas est. Et ideo monet Apostolus Tit. 2. Sobriè & iustè & piè viuamus &c. Omitto, quia paucæ sunt authoritates vocales, & supra in locis varijs multa dixi.

Pigritia. Nota, quòd pigritia, seu accidia nihil aliud est, quàm languor, seu torpor animi impediẽs exequi bonum opus. vnde & Grego. in homel. dicit, quòd accidia est de virtutum laudabili exercitio vtriusque hominis languida deiectio. Et inde est, quòd ad detestationem pigritiæ possumus notare, quòd pigritia, seu accidia solet A

Comitari cordium timorem.
Eneruare membrorum vigorem.
Excitare mentium feruorem.
Extirpare virtutum valorem.

Primò igitur dico, quòd pigritia cordiũ timorem solet comitari. Homo enim piger nunquam est audax, sed magis timidus. vnde Prouerb. 21. dicitur. Dixit piger, leo est in via, in medio platearũ occidendus sum. Timet enim sustinere terribilia, & aggredi difficilia. Prouerb. 18. Pigrum dijcit timor. Frigus enim generat paucitatem motus. Vnde videmus, quòd serpens in hyeme vix se potest mouere ex frigore, aqua fluxibilis, & mobilis solet gelari. Et sic frigus, & quies pigritiæ, & torporis se cõcomitant, et alterum ab altero generatur. Quia pro certo tandiu homo à labore bonorum operũ retardatur, quãdiu frigore. i. alicuius difficultatis timore coarctatur. vnde Prouerb. 20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, et non dabitur ei. ¶ Secundò dico, quòd pigritia membrorum solet vigorem eneruare. Piger enim est propriè sicut infirmus, dormiens, seu mortuus, qui, s. membrorum suorum vsum non habent, inquantum nullum opus peragunt, aut exercent. Vnde pigri videntur mandragorã bibisse, quia. s. pigritia more mãdragoræ videtur suos discipulos indormire, et sopire, et membrorum vigorem, et fortitudinem eneruare. Ideo pigro dicitur Prouerb. 6. Vsquequo piger dormis? Dormire enim propriè videntur, inquantum in nullo bono opere exercentur. vnde Prouerb. 26. dicitur, quòd piger abscondit manũ sub asella sua, et laborat, si ad os suum eas conuerterit. ¶ Tertiò dico, quòd pigritia feruorẽ mentiũ, vel vitium. i. vitiorũ solet excitare, Pigritia enim solet multa mala desideria generare, et B

tenta-

tentationes varias excitare, sicut patet de Dauid, qui ociosus in domo sua Bethsabeę concupiuit, & occasione ipsius adulterium, proditionem, & homicidium commisit. vnde Prou. 21. Desideria occidunt pigrum. & Prouer. 13. dicitur. Vult, & non vult piger. Et breuiter, sicut dicitur Prouerb. 26. sicut ostium vertitur in cardine; sic piger in lecto suo. quia. s. sicut ostiū de latere in latus vertit; sic piger de vno malo desiderio ad aliud deducitur. Canis enim antiquus quandoque incurrit podagram, & tunc non potest currere, immo solet muscarum impugnationes varias incurrere, & latrando super firmarium residere. sic verè homines illi, qui podagrā pigritiæ patiūtur, muscis diuersorum desideriorum, & affectionum, & latratu malorum verborum, & detractionum præ cæteris infestantur. Ideo breuiter de punctionibus malorū desideriorum, quas sustinēt isti pigri dicitur Prou. 24. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ. & Proue. 15. dicitur, quòd iter pigrorum quasi sepes spinarum. Pigritia ergo mentium feruorem solet excitare. ¶ Quartò dico, quòd pigritia virtutum valorem solet extirpare. Sicut enim vinea, quæ non colitur, sterilescere comprobatur; sic homo, qui per pigritiam incultus efficitur, à fructu bonorum operum denudatur. Camelus. n. inter cætera animalia dicitur pati podagram, & tamen iste est, qui inter alia animalia rarissimos habet pilos. Ad denotandum, q̄ illi, qui podagra pigritię sunt detenti, & vinculis accidiæ sunt ligati (de quibus dicitur Sap. 15. Pedes eorum pigri sunt ad ambulandum) tales dico pilis virtutum, & gratiarum præ cęteris sunt nudati. vnde Prou. 21. dicit. Omnis piger semper in egestate erit. Pigri. n. nudi, & egeni sunt quantū ad virtutum abundantiam: pauperes vero erunt in futuro per æternæ gloriæ indigentiam, & carentiam, quia breuiter sicut dicit Bern. in sermone, ociositas est mater nugarum, nouerca virtutum, virium suffocatrix, superbię nutrix, gehennæ procuratrix. Sic ergo patet, quomodo vitium accidiæ, & pigritiæ est damnosum. Sed vide supra de Labore, de Motu, de Exercitio, & infra de quiete, & de Tarditate, & supra de Dormire. & infra de Sōno, & alijs titulis similibus &c.

A **Pignus.** Cum pignus sit illud, quod creditori à debitore pro debito vsque ad solutionem assignatur, videtur, quòd obses in personis, & pignus in rebus pro eodem supponant. Et sic nota, quòd est pignus supernale, quod est diligēter custodiendum. Pignus internale, quod est libenter cuique tradendum, seu quod est vigilanter expediendum. pignus ęternale, quod est ardenter recipiēdum. ¶ Primò igitur dico, quòd est pignus preciosum, quod debemus cum diligentia custodire: istud autē est Christus dei filius, seu etiam spiritu sanctus, aut gratia diuina, quæ scilicet nobis tradita sunt, & concessa sicut pignus, obses, & arra hæreditatis æternæ nobis à deo patre promissæ. Constat enim, quod dei filius in carnem veniens se dedit nobis obsidē, atque pignus pro promisso nobis facto: de cœlesti gloria adimplendo (sicut filius Antiochi regis olim Romæ fuit obses. 1. Mach. 1.) & à nobis discedens, loco sui spiritum sanctū pro pignore nobis misit, & suā gratiā, & sacramēta pro pignore quotidie nobis mittit. vnde 2. Corin. 1. Signauit inquit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Veruntamen sic est, quod pignus receptum à creditore optimè seruari debet, quia si forsitan perderetur illud, quod restitui debet & pro pignore datum est, nequaquam amplius redderetur. sic verè si gratiam dei, & spiritum sanctum nobis traditum, & commissum, impignoratum, & datum diligenter non seruauerimus, sed ipsum per peccatum mortale perdiderimus, gloriam paradisi, cuius arrę sunt, amittemus. Si verò ista pignora vsque ad mortem seruauerimus, tunc sine difficultate hæreditatem nostram (sicut dictum est) acquiremus, ita quòd nobis poterit dici illud Ephe. 1. Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, & in laudem gloriæ ipsius. Istud est igitur pignus virtuosum, quod tu debes cum diligentia custodire. ¶ Secundò dico, quòd

B inuenitur pignus speciosum, q̄ tu debes cum vigilantia expedire, & istud pro certo nihil aliud est, q̄ aīa, quā. s. cum hæreditate paradisi sibi debita nos diabolo impignoram⁹, obligam⁹, & incarceramus, qn̄ mortaliter peccam⁹. Et certe istud pignus perpetuò perdimus, nisi per pęnitentiā redimamus, vt sic possimus dicere diabolo, apud quem obligatum est pignus, illud Deute. 24. Non auferes loco pignoris viduæ vestimeutum. Et ibidem. Non accipies loco pignoris superiorem, & inferiorem molā &c. Superior enim mola est anima, inferior est corpus, vestimentum viduæ est gratia, quæ. s. diabolo sunt interdicēdæ, & ab eo, si impignorata sunt, per pœnitentiā auferenda. Istud est igitur pignus speciosum &c. ¶ Tertiò dico, quòd inuenitur pignus anxiosum, quod tu debes cum dulci venia relargiri. Et ista certe sunt pignora temporalia, quæ. s. raptores, & vsurarij plus debito, & nimis acriter à pauperibus recipiunt, inquātum pro debitis ipsos exhæredant, & confundunt. Vult ergo deus, quòd pignora pauperum iniustè non accipiantur, & et si iustè capta fuerint, quòd misericorditer pauperibus dimittantur. Vnde ibidem Deut. 24. Si pauper est (inquit) non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddas ei ante solis occasum; vt dormiens in vestimento suo benedicat tibi. vnde Ezec. 18. dicitur de illo, qui pignus debitori reddiderit, & non tenuerit, quòd, s. vita viuet, & non morietur. De impio vero pauperem contristante, rapinas rapiente, & pignus non restituente, dicitur ibidem, quòd morte morietur, & quòd sanguis eius super ipsum erit. Sufficit, quia paucæ sunt auctoritates. vide supra vbi Obligatio.

Pingere. Pictura. Quasi nullæ sunt auctoritates. Vide vbi Pulchritudo, & vbi Varietas.

Pilatus. Cum Pilatus fuerit ille præses, seu prætor Romanus, sub cuius dominio Christus docuit, & prædicauit, Christus captus est, & tolerauit, Christus occisus est, & expirauit, possum dicere, quòd per Pilatum designantur tyranni, peruersi quoque iudices, & balliui, sub quorum scilicet dominio Christus. i. personæ innocentes indebitè molestātur. A Vnde nota q̄ iusti tam ab istis, quam sub istis

Fallaciter accusantur:
Procaciter diffamantur:
Debiliter defenduntur:
Scurriliter illuduntur:
Subtiliter inquiruntur:
Crudeliter flagellantur:
Finaliter trucidantur.

Ista omnia possunt dici de malis iudicibus, & tyrannis, qui scilicet malos amant, & eis fauores impendunt. vnde Luc. 24. facti sunt amici Herodes, & Pilatus. & Marci. 15. dicitur, quòd Pilatus volens satisfacere populo tradidit eis Iesum &c. Sub illis verò iusti fallaciter accusantur, sicut sub Pilato Christus est accusatus. Quamuis. n. Pilatus sentiret ob inuidiam Christum accusatum, nec vllam in eo mortis causam inueniret, quia tamen principes sacerdotum, & scribæ constanter, immo nequiter accusauerunt eū morti fuerat adiudicatus, sicut dicitur Lucę 23. Item sub illis, & ab illis procaciter diffamantur. Matt. 9. Diffamauerunt eū per totā terram, & Prouer. 14. Ambulans recto itinere, & timēs deū, despicitur ab eo, qui infami graditur via. Item bonos grauiter, nec debitè defendunt. Ficte. n. defendebat Pilatus Iesum, quando dicebat Matt. 27. Quem vultis de duobus dimitti? &c. Itē iustos derident, & turpiter illudunt. Tales. n. vilipendunt, & illudūt homines virtuosos, sicut de Pilato legitur, quod ipse derisoriè Iesum vocabat regem. Io. 19. Scripsit autem titulum Pilatus. Iesus Nazarenus Rex Iudeorum. Item vt illis possint nocere, subtiliter inquirunt, sicut Iudaica rabies cōtra Christum occasionem quærens, interrogabant eum; Matt. 12. dicentes. Si licet sabbatis curare? sequitur. Vt eum accusarent supple, interrogabāt. & Matt. 26. Princeps sacerdotum, & seniores populi consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent. Item pauperes spoliant, & grauiter offendunt. vnde Ioan. 19. dicitur, quòd Pilatus Iesum nudauit, flagellauit, & spinis coronauit. Item vltimò illos miserabiliter perimunt, sicut dicitur. 2. Regum. 4. Homines impij interfecerunt virū innoxium. Si vis vlterius Pilato cōparare tyrannos, & principes, & officiales iniquos, vide vbi Iudex, Iudicium, Rex, Tyrannus &c.

Pilus. Nota, quòd pili nascuntur à carne, et de superfluo A alimenti dati sunt nobis à natura, s.

In necessarium tegumentum.
In multiuarium vestimentum:
In voluntarium ornamentum:
In emissarium purgamentum:
¶ Primos pilos debemus texere:
Secundos pilos debemus tendere:
Tertios pilos debemus pectere:
Quartos pilos debemus radere.

Primi pili sunt virtutes, q̄bus à frigore defendimur. Secundi pili sunt virtutes, q̄bus ad pauperes extendimur. Tertij pili sunt cōuersatio, qua ne vilescamus tegimur. Quarti vero pili sunt vitia, q̄, ne fœteamus, abradimus. ¶ Dicā ergo primò, q̄d in scriptura reperiuntur pili existentiæ virtualis. Pili enim qui corpus defendūt à frigore, et à puluere, et à vento, ipsumque tenent

tenent calidum,& securum,& ab interiori corporis nascũtur & prodeant,sunt virtutes,quæ.s.animam à periculis,& nocumentis exterioribus,& interioribus protegunt, ipsámque per charitatem calefaciunt,& à corpore.i.ab interiori mẽte, & ex pectore exeunt & procedunt, & frigus indeuotionis tollunt, vt scilicet homo virtuosus figuretur in Helia,& in Ioanne Baptista,necnon & in tabernaculo fœderis.de Helia enim legitur quòd ipse fuit homo pilosus.4.Reg.1.Vir pilosus occurrit nobis,zona pellicea accinctus renibus. de Ioanne vero dicitur. Matth.3.ꝙ Ioann.habebat vestimentum de pilis camelorum, viuebatq; melle,& locustis,& in deserto degebat.De tabernaculo autem fœderis, in quo latuerunt sacramenta legis diuinæ,scilicet cãdelabrum,velum,altare thymiamatis,arca, propitiatorium,cherubin,manna,virga,& tabulę,legitur Exo.36. quòd opertum fuit de vndecim sagis confectis de pilis caprarum. Ad denotandum,quod illi,qui volũt esse Helias, regum malignorum.idest quorumlibet iniquorum correctiui, Ioannes in quo est gratia, idest diuinæ gratiæ contentiui, & verbi dei prædicatiui, tabernaculum fœderis, idest sui cum deo fœderatiui & coniunctiui, & secretorum & sacramentorum diuinorum conseruatiui, necesse habent esse pilosi.i.pilis virtutum contecti,& virtuosa cõtinentia circumcincti.Gen.37.Nosti,ꝙ Esau frater meus homo pilosus sit.Potissimè autẽ isti pili debẽt virtutem pœnitentiæ denotare.Ista est pilositas,quę melius defendit ab indeuotionis frigore, & quæ melius calefacit per contritionem, & charitatem interius in pectore munit. Quod certè satis figuratur in hoc,quia Helias, & Ioannes, & tabernaculum in deserto manserunt,& etiã tegumenta de pellibus & de pilis camelorum & caprarum habuerunt,vt supra visum est. Deserta enim,quę sunt nuda,sterilia,& arida,& pili camelorum,& caprarum,qui sunt asperi,& squalidi,asperitatẽ pœnitentiæ, & squalorem, & ruditatem exterioris apparentiæ signant, quibus pro certo sancti viri se contegunt atq; velant.Exo.25.Hæc sunt,quę accipere debetis.sequitur. Pilos caprarum.Et sic isti sunt pili,quibus mediantibus Daniel dracone occidit;sicut dr̃ Dan.14.quia.s.mediãtibus pilis pœnitentiæ draco diabolus,seu caro occiditur, & ciuitas animæ à spirituali idololatria liberatur.Patet igitur,quòd sunt pili existentiæ virtualis.¶Secundò dico, ꝙ inueniuntur pili opulentiæ tẽporalis.Pili enim exterius apparent,& nascuntur ex superfluo alimenti,& ex ipsis fiunt panni ad varia vestimenti. Isti igitur diuitias exteriores & temporales designant, quę.s.non sunt de necessitate naturę,sed magis de supfluo reputatę,& sicut quędam extrinseca vestimenta debent per eleemosynam extendi, & pauperibus explicari.vnde Nu.8.pręcipitur Nazarenis, qui sancti reputabantur,ꝙ radant oẽs pilos carnis suę.Radi.n.dñr tales pili,& potissimẽ de affectu mentis,quia reuera Esau, qui erat pilosus, legitur malus homo fuisse, & benedictionẽ amisisse.Gen.27.Iac.ẽt,quia pilos in manibus habuit,alius, quàm erat,creditus fuit,sicut dicitur ibidem.Quia re vera illi,qui vestiti sunt diuitiarũ pilis, vt communiter priuantur benedictione sua.i.ęternis,& cęlestibus bonis. Tales ẽt difficiie recognoscuntur,quia alij,quàm sint ab hominibus reputantur. Diuitęs vero iudicantur ex diuitijs,non ex personis;ex vestibus, nõ ex corporibus; ex mũdi fauoribus, nõ ex insufficientiarũ suarum labguoribus. Ad hoc facit illud Sene. in episto. Qui vult inquam cognoscere hominem, ponat.i.seponat fallacia fortunæ indicia,nudum nullum respiciat &c. Vnde de tali pilositate dicitur Gen.27.Pater inquit nõ cognouit Iacob,quia pilosę manus maioris fratris similitudinem prætendebant.q.d. Ille, qui minor est reputatur maior, qui imperfectus est,reputatur perfectus, qui indoctus est,reputatur doctus; dum tamen diuitiarum pilis fuerit coopertus, seu carnalis affectionis pellib. circumcinctus.Isti autem pilosi figurantur in quibusdam monstris,quæ pilosa dicuntur,quæ etiam Fauni,& Siluani appellãtur,qui ẽt propriè non homines,sed demones sunt,quia nõ rẽ, sed effigiem humanã prætendunt,quos etiam antiqui errores gentilium deos siluarum,& montium crediderunt, sicut dicit Isido.8.lib.etymo.& gl.Esaiæ.13.& 34. Ego autem istos credo esse quosdam spiritus inferiores aerea corpora habẽtes, ratione præstantes, & hæc nihil aliud esse, quàm demones humanam effigiem prætendentes.quia re vera charissimi, tales pilosi.i.tales diuitijs adornati,vix possent cognosci,quid sunt, quia licet homines esse videantur,demones tamen esse probantur, inquantum demonum crudelitate & conditionibus vtuntur, & inquantum aerea vanitate, & superbia cõponuntur, atque vanis lætitijs extolluntur.vnde Esa.13.de Babylone.i.de mundo dicitur sic,quod requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus,& habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi.& Esa.34.dicitur,ꝙ occurrẽt ibi demonia, onocentaurus pilosus & clamabunt alter ad alterum.Pone, si vis, multa de inhumanitate diuitum,& compara eos onocentauris,draconibus,& struthionibus.Patet ergo,ꝙ inueniuntur pili opulentiæ temporalis. ¶Tertiò dico,ꝙ inueniuntur pili apparentiæ externalis.Pili enim,qui extra carnem apparent, exteriorẽ cõuersatiõnẽ,& apparentiã significant, quæ reuera est pectinanda, & ab omnibus inhonestatis fæcibus mundanda, & ab hypocrisis vermibus præseruãda.Et nota, ꝙ sicut aliqua animalia habẽt pilos suaues,aliqua asperos, aliqua pũgitiuos, aliqua in colores varios se mutantes,sicut patet de oue,porco, & hericio,sic vere homines aliqui sunt, quorũ cõuersatio dulcis est,suanis,& benigna,& in loquendo,& in operãdo. Vnde cuilibet dulci,& pio homini potest dici illud Ezech.16. Verba tua intumuerunt,& pilus tuus germinauit. ita quòd alij ꝑ boni exempli assumptionẽ inde possunt sibi facere vestimenta. Alij autem habent conuersationem asperam,& seueram, scilicet austerè videndo,& seuerè alios corrigendo, ita quòd tales possunt dicere illud Iob 4. Inhorruerunt pili carnis meæ. Alij vero habent conuersationem pungitiuam multipliciter, & lęsiuam,scilicet alios mordendo,& eis detrahendo,ipsosq; lædendo,rapiendo,& depredando,similes porco spinoso,quẽ Solinus vocat histricem,qui pilos habet acutissimos, ita quòd iaculatione voluntaria ipsos emittendo circuniacentes lędit, vulnerat,atq; pungit.Sic isti voluntariè alios pungũt,& detrahẽdo ipsos vulnerãt,atq; lædunt.Isti similes sunt militibus Romanis, qui plerunq; lædendo aduersarios pilis vtebanẽ, sicut in multis locis ponit Titus Liuius.Dardos enim,& tela, & paruas lanceas pilos vocat, vel etiam maiores sagittas. Vnde de detractoribus dicitur in Psal. quòd subito sagittabunt, & non timebunt,firmauerunt sibi sermonem nequam. Alij desuper habẽt pilos.i.conuersatiõnẽ mutabilem, et multipliciter suijpsius variatiuam, sicut sunt hypocritæ,et adulatores, qui pilos conuersationis secundum diuersitatẽ personarũ, temporũ, et locorum variant,atq; mutant.Similes tharãdo animali æthiopico,de quo dicit Plin.lib.8.c.34.quòd ad similitudinem coloris rei obiectæ colorem suũ mutat. Et est mirabile inquit Plin. colorem corporis tam subito mutari, sed mirabilius colorem villi.i.pili.Expone de hypocritis,et adulatoribus, quorum villus, et pilus.i.exterior conuersatio vario modo mutantur. Isti figurantur in leprosis,qui secundùm doctrinam antiquam legis in hoc cognoscebantur,ꝙ pili eorum in colorem candidũ vertebantur,sicut dicitur Leuit.13. Quia reuera ille spiritualiter est leprosus,et malus,qui per hypocrisim de nigro in albũ, et de malo in bonum subito solum quo ad apparẽtiam fit mutatus.vnde Leuit.13.in principio dicitur, ꝙ cum sacerdos videbat pilos in album mutatos, ipsum tanquam suspectum de lepra separare debebat.De istis ergo potest dici illud 1.Re.19. quòd.s.Michol pellem pilosam caprarũ posuit super caput statuæ in lecto Dauid.Expone sicut alibi.Patet igitur, quòd inueniuntur pili apparentiæ exterioris.¶Quartò dico, quòd inueniũtur pili pestilentiæ criminalis,et isti pro certo sunt pili, qui naturaliter oriuntur a carne.i.a carnali mente.s. inanes affectiones,et vitia,et pro certo tales sunt pili radendi, et per confessionem a mentibus auellendi.Ezec.5.Sume tibi gladiũ acutum radẽtem pilos,et duces per caput,et barbam. Vnde leproso quando debebat mundari.i. post curam mundus reputari, sic pręcipitur Leuit.14. Radet inquit omnes pilos corporis et lauabitur aqua,et purgatus ĩgredietur castra.Pilos inquit corporis.i.peccata sua radet per contritionẽ et confessionem. Lauabitur inquit aqua per lachrymationem, et cõpunctionem, et sic certè purgatus scilicet peruenit ad remissionem,et ingredi poterit castra cœli per finalem saluationem.Et sic igitur patet,ꝙ pili quatuor modis signant,videlicet Culpas deteriores. Mores exteriores. Opes inferiores. Vires seu virtutes ĩteriores, et vtiliores etc.sufficit. Vide vbi Capillus.

Pincerna.

Nota ꝙ pincerna est ille,qui administrat vinum. Vide vbi vinum, et vbi minister.

Pinguis. Pinguedo.

Nota, quòd pinguedo tam in bono,quàm in malo multipliciter sumitur in scriptura.Est.n.pinguedo virtuosa, et pinguedo vitiosa,pinguedo bona, et pinguedo mala.Est dico pinguedo bona, et ista est pinguedo gratiæ,et virtutis, et perfectionis.

ctionis,quæ mentem ſpũaliter reficit,& impinguat.Et ſic illi dicuntur pingues,qui gratijs,& virtutibus ſunt inſignes,de quibus dicitur Rom.11.Socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es.In quibus verbis notatur, quòd ſicut pinguedo ſolet vnire, nutrire,mollire,linire,ſic gratia ſolet vnire per ſupernam dilectionem. Socius inquit ſolet nutrire per internam deuotionẽ. Radicis inquit.Solet mollire per ſupernam compaſſionẽ.Pinguedinis inquit.Solet linire per æternam ſaluationem . Oliuæ inquit factus es'. ¶Primò ergo dico,ꝙ pinguedo gratiæ vnit & ligat per dilectionem.Socius inquit. Pinguedo enim de ſui natura eſt viſcoſa,& glutinoſa,faciẽs res diuerſas inuicem adhærere. Pinguedo etiam nutrimentum eſt ignis , ſicut patet in oleo,lampade,& candela.ſic verè diuina gratia nutrimentũ eſt, & corda ſolet per amorem inflammare,& ipſa per concordiã conglutinare,& inuicem ſociare.Et de hoc Ezec.27.Negociator tuus in vino pingui,in lanis coloris optimi.Lanæ enim,de quibus fiunt veſtes, ſunt corporis calefactiuæ.Vinũ,quod cor lætificat & inflammat,ſignat charitatem,quæ ſcilicet homines inuicem ſociat,atque ligat,& in alterutrum per amorem inflãmat.Socius inquit.Apoc. 1. Ego Ioannes frater veſter ſocius , & particeps in tribulatione,& regno. Hic tamen aduertẽdum eſt,quòd duplex inuenitur in animalibus pinguedo , quædam aerea,& ſanguinea , quædam phlegmatica , & aquea. Prima eſt illa,de qua dictum eſt;ſecunda vero,quæ eſt aquea,non eſt talis,quia iſta nec ligat,nec inflammat,ſicut eſt pinguedo porci,quæ non poſſet nutrire ignem , nec in lampade,nec in candela. Sic verè cum ſpiritualiter duplex ſit pinguedo amicitiæ , vna charitatis,alia carnalitatis,vna virorum perfectorum,alia porcorum & peccatorum,iſtud verum eſt, quòd illa ignẽ charitatis nutrit,iſta vero ipſum deſtruit,& extinguit,quia pro certo pinguedo carnalitatis, & porcina nunquam eſt cauſa perfectæ charitatis,& ſalubris amicitiæ, ſed magis totius contrarietatis & diſcordiæ;quia ſicut patet hodie illi,qui diuitijs & delitijs ſunt pinguiores,ſunt ad diſcordiã & odiũ prõptiores. Deuter.32. Incraſſatus eſt dilectus,& recalcitrauit,incraſſatus,impinguatus,dilatatus, dereliquit deũ factorem ſuũ &c. Et in pſ. dicitur.Tauri pingues obſederũt me.Non ſic pinguedo gratię non,quia pro certo iſta,vt dictũ eſt, viuit, & ligat per dilectio-
B nem.¶Secundò dico,quòd iſta nutrit, & rigat per deuotionẽ , quod oſtenditur in verbo radix,quæ arborem nutrit & portat, & reſpectu aliarum partium arboris multum habet de pinguedine, & humore.Roman.11.Non tu radicem portas,ſed radix te.Ezech.31. Flumina eius manabant in circuitu radicũ eius. ſignificans pinguedinem gratiæ,quę per deuotionem ſolet hominem ſpiritualiter nutrire, & ipſum ne in peccatum corruat ſuſtinere.Pinguedo enim bona , & aerea corpus nutrit , ſic & deuotio animam . Quia verè anima, quæ per deuotionem nõ reficitur,per peccatum faciliter deſiccatur.Deuotio.n.eſt quidam panis ſpiritualiter nutritiuus.Eſa.30. Panis frugum terræ erit vberrimus,& pinguis.& Gen. 49. Afer pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus.Quamuis multi ſint, qui alia pinguedine ſe nutriunt , & impinguant , ſcilicet pinguedine mũdanæ proſperitatis,quia ſcilicet diabolus illos ad modum carnificis modo per mundi proſperitatem impinguat , & reficit, quos in macello inferni occidere intendit.Thob. 8. Duas vero vaccas pingues occidi fecit.Mali.n.dñr duo non vnum, propter diſcordiæ diuiſionẽ,dñr vaccæ in fœminino gñe,pp incõſtantiæ imperfectionẽ,dñr pingues , pp tẽporalium poſſeſſionẽ,dñr occidi, propter finalem & infernalem damnationem, res.n.pingues ſolẽt faciliter ſupernatare,ſolent faciliter deflue re, & liqueſcere,ſolent ẽt igni pabulũ miniſtrare. ſic verè illi, qui per mundi proſperitatẽ ſunt pingues , volunt ſupernatare per ſuperbiam , quia.ſ.tales ſemper volunt alijs ſe præferre,& ſuppeditare,& alijs iniuriã inferre.Amos. 4. Audite verbũ domini vaccæ pingues,quæ eſtis in monte Samariæ, quæ calumniã facitis egenis . Et ideo finaliter tales ſic pingues per mortẽ defluent,& marceſcent,& igni infernali alimentum perpetuũ miniſtrabunt. vnde de damnatione talium dicitur Eſa.34.Inebriabitur terra eorum ſanguine , & humus eorum adipe pinguium.& conuertentur torrẽtes eius in picem, & humus eius in ſulphur , & erit terra eius in picem ardentem nocte & die , non extinguetur in ſempiternum. Non igitur nutriamur tali pinguedine,ſed habeamus pinguedinem gratiæ,quia pro certo iſta nutrit & rigat per deuotionẽ.Radicis inquit.¶Tertiò dico,quòd iſta mollit, & humectat per compaſſionem . Pinguis inquit.Sicut enim pellis bene vncta ſolet eſſe mollior,& tenerior, ſic ille, qui pinguedine gratiæ inungitur mollis , & tener per compaſſionem,& pietatem ad alios inuenitur . Pinguedo enim temperat ſiccitatem , & pietas alleuiat inopum paupertatem.Hiere. 31. Inebriabo animas ſacerdotum pinguedine . Ideo cuilibet viro pio poteſt dici illud Gen.27. In pinguedine terræ, & in rore cœli deſuper erit benedictio tua.Et iſtud contra multos,qui non impinguantur ſpiritualiter per compaſſionem , ſed magis corporaliter per gulę ingluuiem & refectionem. Figurati in Agag rege Amalech,qui pinguiſſimus & tremens oblatus Samueli , & ab eo interfectus eſt , ſic dicitur 1. Reg.15.quia ſcilicet illi à Deo finaliter interficientur, qui carnali pinguedine per gulæ gaſtrimargiam vltra debitũ imbuũtur,quia ſicut dicitur Eſaiæ.1. Deus adipem pinguium noluit , immo talem pinguedinem auibus infernalibus in fine deuorandum exponit.Zach.11.Carnes pinguium ccmedetis. Non ſic ergo,ſed habeamus pinguedinẽ gratiæ,quia iſta mollit , & humectat per compaſſionem.¶Quartò dico,quòd iſta linit & delectat per ſaluationẽ; quod oſtenditur in verbo oliuæ , quia ſcilicet oliua infirmos vngẽs , pauperes ſatians,& virorem ꝑpetuo ſeruans,æternam ſalutem ſignat, quæ voluptate æterna animas delectat,recreat,& ſatiat,& virorem æterni decoris ꝑpetuò ſecum portat.vnde Iudicum.9.dicitur, quòd oliua dixit aliis arboribus . Nunquid poſſum deſerere pinguedinẽ meã , qua & dij vtuntur & homines ? Vnde breuiter de pinguedine cœleſtis gloriæ dicitur in Pſal.Pingueſcent ſpecioſa deſerti,& exultatione colles accingentur. & de ſanctis dicitur Ezec. 34. In paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael. vide ſupra de Adipe & Carne & Oleo &c.De pinguedine verò in malo ſignificato omitto,quia ſatis dictum eſt inuehendo.

Piſces.

Nota breuiter , ꝙ piſces diuerſimode ſignificant in ſcriptura,ſignificant enim viros

Perfectos,& virtuoſos:
Infectos,& vitioſos :
Fragiles,& fluxuoſos :
Flebiles & luctuoſos.

Primi habent mentalem deuotionem.Secundi habent carnalem infectionem . Tertij habent mortalem conditionem . Quarti vero habent pœnalem compunctionem.¶Primò ergo dicamus, quòd piſces ſignificant viros perfectos,& virtuoſos . Sicut enim piſces originaliter ex aqua procreantur,ab aqua naturaliter nutriuntur , ſub aqua corporaliter cõmorantur ; ſic verè viri perfecti ex aqua deuotionis, & gratiæ ſunt geniti ſpiritualiter , aqua piæ compaſſionis ſunt nutriti,in aqua vero lachrymoſæ compunctionis ſunt, quamdiu viuunt,in hoc ſæculo hoſpitati. Deus enim legitur piſces , & aues ex aqua produxiſſe , & partim leuaſſe in aere , partim gurgiti dimiſiſſe.Ad denotandum,quòd aues ideſt Angeli; piſces ideſt homines lachrymoſi,humoroſi,compaſſiui,& deuoti,ex aqua.i.ex ſola dei gratia in ſpirituali eſſe conſtituuntur, & ab ipſa ſpiritualiter nutriuntur . Sicut enim piſcis ſine aqua non poteſt viuere, ſic nec homo ſine deuotione poteſt in ſtatu perfectionis,& gratiæ permanere.Eſa. 50. Computreſcent piſces ſine aqua, & morientur in ſiti . Aqua enim eſt vita piſciũ, & humor deuotionis eſt vita,& reſpiraculum perfectorũ . vnde Ezech.47. Erunt piſces multi ſatis poſtquam venerint illuc aquæ iſtæ,& ſanabuntur,& viuent omnia.Aduerte ergo,quòd piſces naturaliter ſunt

Aqueæ complexionis,
Vigilis conditionis,
Communis habitationis.

Sic verè viri perfecti ſunt aqueæ complexionis per gratiarũ irrigationem,quia.ſ.iſti(vt viſum eſt)aquis deuotionis,compaſſionis,& cõpunctionis cõtinuè ſunt irrigati. & potiſſimè aquis compunctionis,quæ ſunt aquæ amaræ,quia.ſ.ſicut maior pars piſcium habitat in aqua maris,ſic maior pars hominum perfectorum habitat in aqua amaræ compunctionis . Piſces.n.fluminum ſignant homines delicioſos , & iſti non ſunt à deo accepti,immo ſicut dicitur Exo.7.Piſces,qui ſunt in flumine,morientur.Piſces vero,qui ſunt in mari, ſignant homines cõpunctos,& deuotos, & iſti ſunt deo ſpiritualiter ſubditi , & ſubiecti,de quibus dr̃ Gen. 1. Faciamus hominem.i. Chriſtum qui præſit piſcibus maris. Vnum tñ aduerte hic , ꝙ apud marinos homines eſt expertum , ꝙ piſcis extractus de aqua citius corrumpitur prope mare, quàm longe à mari. Sic verè illi.piſces i.illæ perſonæ, quæ ſunt prope mare.i. prope ſtatum pœnitentiæ,& cõpunctionis,ſicut ſunt religioſi,& eccleſiaſtici,ſi aqua compunctionis , & deuotionis eis deficiat , citius & vilius per peccata putreſcunt, quàm illi,qui ſunt longe à mari.i.quã ſæculares,qui ſunt à ſtatu pœnitentiæ remoti. Quia breniter , pe-

iores sunt hodie mali ecclesiastici, quàm mali laici, mali re-
gulares, quàm mali seculares, mali superiores, quàm mali infe
riores. quia breuiter vt dictum est Esaiæ 50. Computrescent pi
B sces sine aqua. Isti igitur sunt aquei per gratiarum irrigationẽ.
¶ Deinde dico, ꝙ isti sunt vigiles per prudentiã, & discretionẽ.
Pisces enim raro dormiunt, & quando dormiũt, facillimè ex-
citantur, raro etiam quiescunt, immo quasi cõtinuè per aquæ
spatium agitãtur. Et hoc certè quia apertis oculis dormire, cũ
non habeant palpebras, comprobantur. Sic verè viri perfecti,
& deuoti non solent esse per obliuionem, & per ignorantiam
somnolenti, sed per solicitudinem, & prudentiam vigiles & di
screti. Apoca. 3. Esto vigilans &c. Faciliter enim. s. modico im-
pulsu diuinæ inspirationis, vel prædicationis, ad bonum debẽt
excitari, & ad circumquaque se mouendum per bona opera
agitari. Psal. Volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant
semitas maris. Isti enim dicuntur volucres cœli a volatu con-
templationis, & à lympitudine claræ deuotionis, cognitionis,
& discretionis. Dicuntur pisces maris, & ab amaritudine con
tritionis. Dicuntur etiam per ambulare à motu bonæ opera-
tionis. Aliqui enim pisces maximè sunt astutiæ, & cautelæ,
sicut Plinius exemplificat de Escaro ab esca, quam solus inter
pisces ruminat, dictus, qui sentiens se captum in sportula pisca
toris non erumpit à fronte, vt exeat, sed paulatim cum cauda
orificium sportulæ laxat. De Mugili etiam dicit idem, ꝙ maxi-
mam astutiam habet ad præcauẽda retia. Sentiens enim retia
ita fortiter resilit, ꝙ volare celeriter videtur. Sic verè & nos di-
screti, & cauti debemus esse ad exeunda & ad præcauenda re-
tia vitiorum. Nos enim à fronte nõ possumus erumpere, quia
s. impossibile est, ꝙ homo per suam naturalem fortitudinẽ se
possit à peccato liberare, & ideo cautè debet caudã, id est mor-
tis memoriam adiungere, & paulatim retroire, & tandem for-
titer resilire. Quia breuiter tanta est vis, & clausura malæ con-
suetudinis in peccato, ꝙ per violentiam non dimittitur, immo
necesse est, ꝙ per prudentiam exeatur. Ideo de prudentia taliũ
dicitur Iob 12. Interroga iumenta, & docebunt te, volatilia, &
indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabũt
ea pisces maris. q. d. ꝙ per exempla rerum naturalium ostendi
tur, quàm discretè in naturalibus sit agendum. Isti ergo sunt vi
C giles per prudentiam. ¶ Denique dico, ꝙ isti sunt communes
per concordiam, & dilectionem. sicut enim patet, omnes pi-
sces sunt generaliter in aqua, vnicam enim habitationem ha-
bent, scilicet in aqua, quod tamen in auibus non est, quia s.
quædam in rupibus, quædam in arboribus, quædam in cauer-
nis morantur. Sic verè charissimi viri perfecti debent in vnum
per concordiã morari, & nunquã alter ab altero per odium, &
iniuriam separari. Oseæ 4. Pisces maris cõgregabuntur. Pisces
enim timentes cocodrilũ solent post cœtum congregationem
facere, vt ab eo defendantur. sic & nos post Christum congre-
gari per concordiã, & sibi nos committere per fiduciam debe
mus, vt cocodrili. i. diaboli effugere tentationes, & insidias va-
leamus. vnde Sopho. 1. Congregans congregabo omnia à fa-
cie terræ, dicit dominus congregans hominem & pecus con-
gregans, volatile cœli & pisces maris. Et ideo in refectione
quinque milium duo pisces fuisse perhibẽtur, quia. s. dualitas
charitatem signat, & amorem. & inde est quòd Petrus in rete
suo multitudinem piscium copiosam leuauit. s. centum quin-
quaginta tres, sicut dicitur Ioan. 21. Quia pro certo viri iusti
sub numero centenario continentur propter legis impletio-
nem, quia. s. iste numerus consistit ex denario decies ducto, de-
narius autẽ decem mandata legis designat. Item in quinqua-
genario, qui est numerus remissionis, propter peccatorum re-
demptionem. Item in trinario, propter fidei trinitatis cognitio-
nem. In rete Petri, quod est ecclesia; constituuntur, & ibi per
vnitatem, & concordiam congregantur. Et ideo Matth. 13. dr̃,
ꝙ regnum cœlorum, quod est ecclesia, simile est sagenæ mis-
sæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Finaliter
autem isti pisces ad littus iudicij deducentur, vbi bonis reten-
tis, mali in infernũ forinsecus expellentur. Sic ergo patet, quo
modo viri perfecti dicuntur pisces & ratione dilectionis, & ra
tione discretionis, & ratione deuotionis. Et istud est primum
principale. Significãt ergo pisces viros perfectos, & virtuosos.
D ¶ Secũdò principaliter dico, ꝙ significant viros infectos, & vi-
tiosos. Mare enim fluctuosum, & instabile signat statum huius
mundi, qui est status penitus sine statu, quia. s. nunquam stat in
eodem. Pisces verò istius maris sunt peccatores, qui in aqua a-
mara bonorũ temporaliũ delectãtur. Sicut enim pisces in ma-
ri sine duce, & principe vagantur, & ille, qui minor est, & infir-
mior, à maiore deuorat̃, quia generaliter pisces minores sunt
cibus, & præda maiorũ; sic procul dubio in mari huius mun-
di pisces. i. peccatores sine lege, & regula diuagant̃, & si regẽ,
& principẽ non haberẽt, certè maiora peccata facerent quam-
uis deũ, & prælatos contẽnant, & ideo nunquã ipsorũ legibus
sese supponãt. Dicũt. n. illud Oseę 10. Ecce deũ non timemus,
& rex quid faciet nobis? Et iõ pro certo illi, qui inter alios sunt
maiores, & potiores, deuorãt alios minores, & inferiores. Illi
ẽt, qui alios minores aliquando deuorant, sicut officiales, &
balliui vsurarij, à maioribus se. s. à principibus, & tyrãnis post-
modũ deuorantur. Esa. 33. Væ qui prædaris, nonne & ipse præ
daberis? Ideo dr̃ Aba. 1. Quare non respicis cõtemptores, &
taces deuorante impio iustiorem se? & facies hominis velut
pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducẽ. Nota ergo, ꝙ
piscis signat peccatorem propter quatuor, videlicet propter
Mollitiem carnalitatis.
Ingluuiem voracitatis.
Acutiem mordacitatis.
Perniciem cupiditatis.
Pisces enim sunt mol-
les, & fluxibiles, & in
aqua continuè cõmo-
rãtes. Sic carnales mol
les sunt, & deliciosi, & in aqua deliciarum cõtinuè assueti. Vn-
de illud Exo. 7. Pisces, qui sunt in flumine, moriẽtur. Itẽ pisces
sunt auidi, & voraces. Sic auari, & ambitiosi sunt figurati in pi
sce qui deuorauit Ionã. Ionæ 2. Præparauit dñs piscem gran-
dem, & deuorauit Ionam, Ionas. n. interpretatur colũba, quia
s. tales deuorant simplices, pauperes, & columbinos. Item pi-
sces sunt insidiosi, atque mordaces, quia etiam sunt multa ge-
nera piscium, quæ plures ordines dentium habent in ore. Et ta
les sunt detractores, & verbosi figurati in illo pisce, qui Tho-
biam iuuenem voluit deuorare, corrodere pariter, & morde-
re. Vnde ipse dixit Thobiæ 6. Domine, inuadit me. quia. s. detra
ctores solent alios rodere, inuadere verbaliter, & nocere. Isti
enim sunt pisces, quos diabolus piscatur per linguam. Sapien-
tiæ 19. vbi dicitur, ꝙ pro piscibus eructauit fluuius ranarum
multitudinem. Ranæ autem loquaces significant detractores.
Item pisces quandoque sunt venenosi, & inutiles. Nam vt di-
cit Seneca in lib. de naturalibus quæstionibus, pisces in occul-
tis terrarum & aquarum latebris enutriti propter defectũ pu-
ri aeris, & luminis fiunt aliquotiens venenosi. Vnde narrat, ꝙ
cum rupto latere cuiusdam montis fluuius de interioribus ter
ræ subito erumperet, pisces per maximos secum traxit, qui
quia in cauernis terræ, vbi erat lucis absentia, fuerant enutriti,
ideo ita venenosi fuerunt, ꝙ comesti multos homines occide-
runt. Tales procul dubio sunt cupidi, & auari, qui in profun-
dis cauernis terræ. i. in profundo maris amore bonorum tem-
poralium per auaritiã sunt inclusi, vbi lux diuinæ gratiæ nun-
quam lucet, quia verè tales sunt apud deum inutiles, & perni-
ciosi, & suis comestoribus. i. suis imitatoribus venenosi. Ideo
præcipitur Deute. 4. ꝙ filij Israel non faciant sibi sculptam si-
militudinem masculi. vel feminæ &c. siue piscium, qui sub ter
ra in aqua morantur. Isti. n. sunt pisces serpentini. Vnde Lu. 11.
Pro pisce serpentem dabit. Et ideo breuiter sicut mali pisces
non comeduntur, immo canibus, & lupis proijciũtur, quia. s.
secundùm Plinium lupus libẽter pisces comedit, & nõ solum
pisces, immo etiam piscatores, & retia transglutit; sic verè isti
pisces peccatores in mensa regis æterni non ponentur, sed ex-
tra paradisum in infernum proijcientur, vbi à lupis. i. à demo-
nibus comedentur. Vnde Ezech. 29 loquens deus diabolo sub
figura draconis dixit. Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti. dra
co magne, qui cubas in medio fluminũ, qui dicis, meus est flu
uius, & ego feci memetipsum. & ponam frænum in maxillis
tuis, & cõglutinabo pisces fluminum tuorum squammis tuis,
& extrahã te de medio fluminum tuorum, & vniuersi pisces
tui squammis tuis adhærebunt, & proijciam te in desertum, &
omnes pisces fluminis tui super faciem terræ cades &c. Dra-
co enim iste est malitiosus diabolus, qui in flumine huius mũ-
di dominatur, ita ꝙ ei pisces. i. peccatores adhęrẽt per peccatũ
& conglutinantur. quia pro certo & draco, & pisces sui, idest
diabolus & mebra sua finaliter in die iudicij de flumine mun
di expellentur, & in desertum inferni proijcientur, vbi cadent
per damnationẽ, & perpetuò morient̃. Et sic ergo patet, ꝙ rõ-
ne cupiditatis, mordacitatis, voracitatis, & carnalitatis, pisces
significãt viros ĩfectos, & vitiosos. ¶ Tertiò dico, ꝙ pisces signi-
ficãt viros mortales, & fluxuosos: pisces. n. valde sunt debilis
cõplexionis, & quasi continuè sunt in motu. sic homines. Vn-
de eis dicitur 1. Corin. 15. Non omnis caro eadẽ caro, sed alia

quidem hominum,alia piſcium.¶Quartò quidem dico,ꝙ piſces ſignificant viros pœnitentes,& luctuoſos. Sed de hoc ſatis dictum eſt ſupra &c.

Piſcina. Nota,ꝙ piſcina eſt congregatio aquarum artificialiter facta ad adaquandum,& mundificãdũ, ſeu lauandum,ad refrigerandum, & delectandum. Et ſecundùm hoc dico, quòd in ſcriptura reperitur piſcina ſuperior, piſcina inferior, piſcina veterior.¶Prima eſt ſcriptura, vel ſapientia,qua docti potantur,& iſta eſt piſcina Syloe, quæ interpretatur miſſus. Sicut enim dicitur Io.5. Angelus deſceudens ibidem mouebat aquam, & de multis languentibus intrabat vnus,& ſanabatur. Quia re vera cum multi langueant circa piſcinam diuinæ ſcripturæ,nullus per veram intelligentiam poteſt curari, niſi angelus domini moueat aquam, ideſt aperiat ſibi viam,& tunc non omnes,ſed vnus de multis curatur, inquantum verus intellectus paucis, non omnibus reuelatur. Et iſta pro certo eſt piſcina ſuperior de qua dicitur 4.Regum 18. Cum aſcendiſſent Hieruſalem,ſteterunt iuxta aquęductum piſcinæ ſuperioris.¶Secunda piſcina eſt lotura vel pœnitentia, qua iuſti mundantur,& iſta eſt piſcina Eſebon, qui interpretatur cingulum triſtitiæ, vel cogitatio mœroris, de qua dicitur ſponſæ Chriſti,ideſt animæ pœnitenti Canti.7. Oculi tui ſicut piſcinæ in Eſebon. Et iſta eſt piſcina inferior, quia ſcilicet hic inferius ſummè indigemus iſta piſcina, vt lauemur in ipſa.Vnde Eſaiæ 22. Congregaſtis aquas piſcinæ inferioris. Aquas inquit,ſcilicet lachrymarum.¶ Tertia piſcina eſt iactura, vel peſtilentia,qua mali lætantur,hoc eſt dictu,proſperitatis temporalis, in qua ſcilicet ſe refrigerant omnes mali, quamuis ſit periculoſa, & mala, figurata in piſcina Ebron, qui interpretatur tranſiens, aut tranſcendens, aut tranſgrediens, quia ſcilicet iſta cito tranſit, ſed quandiu durat, metas omnis temperamenti tranſcendit. vñ de impijs illis qui interfecerunt Isboſeth in lecto ſuo, dicitur 2.Regum quarto.quòd truncatis pedibus, & manibus interfecti ſunt, & ſuſpenſi ſuper piſcinam in Ebron. Et iſta eſt piſcina veterior, ſeu exterior,de qua dicitur Eſaiæ 22. Lacum feciſtis inter duos muros, & lacum piſcinæ veteris.

A **Placare.Placabilis.** Cum placare nihil aliud ſit, quàm aliquem de iracundia ad tranquillam pacem animi reducere, poſſumus notare, ꝙ in ſcriptura reperitur Placatio

Summè procuranda.
Citò maturanda.
Cautè formidanda.
Sanctè refutanda.

Prima eſt,qua placatur Deus iuſto pœnitenti. Secũda eſt,qua placatur iuſtus in ſe delinquenti. Tertia eſt,qua placatur mundus ipſum diligenti. Quarta verò eſt, qua placatur malus.ſ.diabolus ipſum adorãti.¶Primò ergo dicam,ꝙ inuenitur placatio ſummè procurãda, & iſta eſt placatio dei irati. quando enim propter peccata noſtra nobis eſt iratus, ſummè ꝓ certo debemus laborare ad eum placandum,& ad pacem, & miſericordiam reducendũ. Leo enim iratus ſine miſericordia deuorat,& occidit, placatus verò nõ vulnerat,neq; lædit.ſic verè deus facit. Ira enim eius, & indignatio ſummè eſt timenda; mortẽ enim æternam ſine remedio introducit; ſi verò placatus fuerit,parcit.Proue. 16. Indignatio regis nũcij mortis, & vir ſapiens placabit eũ. In hilaritate vultus regis, vita, & clementia eius quaſi imber ſerotinus. Et nota ſi vis, quòd deus placatur ſcilicet Doloribus, & pœnitentijs: Sermonibus, & eloquentijs: Muneribus, & beneficijs: Fœderibus, & ſacrificijs.¶Dicam ergo, quòd deus placatur pœnitẽtis veris doloribus. Conſtat enim, quòd homo ab ira ſua frangitur, & placatur, quando videt, quòd ille, qui offendit de offenſa veraciter contriſtatur.Sic verè deus placabilis efficitur, quando videbit, quòd homo pœnitens lamentatur, ad modum, ſcilicet aeris ventis, & turbinibus commoti, & conturbati, qui tunc videlicet ſerenatur, quando pluuijs abundantibus irrigatur. Vnde Eſa.19.In die illa percutiet dominus AEgyptum plaga (ſupple contritionis) & placabit eum, & reuertentur ad domum, & placabitur eis. Duo enim placant deum offenſum.ſ.dolor & pœnitentis, & pœna, & ſatisfactio ſuſtinentis.Quia.ſ.tunc homo neceſſariò cum Deo placatur, quando videt, ꝙ pro culpa pœna inflicta in patientia ſuſtinetur.Pœnarum igitur, & tribulationum inflictio,cordis etiam dolor, & contritio, & debitæ pœnitentiæ ſatisfactio deum placant. De leopardo enim furente pro præda amiſſa legitur, ꝙ quando videt ſanguinem tunc placatur. Vnde poſt inflictas tribulationes filijs Iſrael dñs dixit Hier.42. Hæc inqt dicit dominus.Si quiſcentes manſeritis in terra hæc, ædificabo vos,& non deſtruam,placabo vos,& non euellam. Iam enim placatus ſum ſuper malo,quod feci vobis.Patet igitur,ꝙ placator deus pœnitentis veris doloribus.¶Deinde dico,ꝙ placatur deus deprecantis pijs ſermonibus, ſeu deuotis precibus.Etiam de leone legitur, ꝙ expertum eſt ad eum peruenire preces; ſicut de muliere getula patet, quam leo famelicus inuenit, quæ teſte Plinio,ſui liberationem precibus impetrauit, ſicut ſupra poſui vbi leo. Etiam nos nunc videmus ꝙ homines irati precibus delinquentium, & precibus etiam amicorum ſolent placari,& à rigore, quem cõceperant refrenari.Sic deus & precibus noſtris, & precibus etiã amicorum noſtrorum,ſ.ſanctorum, & etiam iuſtorum pro nobis intercedentium placatur, & rigore ſeueritatis, & iuſtitiæ refrenatur. B
Vnde de Phinees ſacerdote orante.ſ.pro populo, qui occidebatur,& propter peccatum ſcorti actualiter comburebatur,dicitur Num.25.& in Pſal.ꝙ ſtetit Phinees,& placauit, & ceſſauit quaſſatio. & etiam de Moyſe dicitur Eccle. 45. ꝙ in verbis ſuis monſtra placauit.Vnde Exo.32.dicitur, ꝙ cum dominus decreuiſſet propter idololatriam populum Iſrael deſtruere, orante Moyſe remiſſum eſt ei. Vnde ibidem dicitur, ꝙ placatus eſt dominus, ne faceret malum,quod locutus fuerat. Placatur igitur deus deprecantis pijs ſermonibus.¶Denique dico, ꝙ deus placatur offerentis iuſtis muneribus, & potiſſimè quando quis offert eccleſiæ pro diuino officio faciendo, ſeu etiam pauperibus,& indigentibus nutriendis.Talia enim munera deum placant,quia ſicut legitur. Etiam munera deos vincunt. Vnde Geneſ. 32.Placabo eum muneribus, quæ præcedunt & ſic videbo faciem eius.vnde Gen.43.Deferte inquit viro munera.Sequitur. Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem.¶Inſuper dico,ꝙ placatur deus obſequẽtis ſacris fœderibus, ſcilicet debitis ſacrificijs, & hoſtijs. Sacrificium enim altaris,& alia ſacramẽta eccleſiæ inſtituta fuerunt quaſi per modum cuiuſdam fœderis, atque pacti inter deũ,& homines initi,& contracti,ad deũ tractãdum & reconciliandum; quia certè ſit iuſta deo dignè offerimus,ipſum nobis,& alijs complacamus.Quis enim magis placatur,quàm ille cui proprius filius pro ſatisfactione offertur? Romani.n. tũc ſummè Philippum Regem Macedonię placauerunt,& ſibi placatum contra Antiochum adiunxerunt & colligauerũt, quando Demetrium filium ſuum, quem Romæ tenebant obſidem,eidem obtulerunt,& ſibi liberum reddiderunt,ſicut ponit Titus Liuius de Bello Macedoniæ. Sic re vera dico,ꝙ tunc deum patrem ſummè placamus, quando Chriſtum ipſius filium ſibi in ſacramento altaris dignè, & deuotè offerimus, & ſacramus, ipſumque liberum ſibi reddimus, quando peccati ſeruitute noſtrorum quoque fœcibus vitiorum ipſum nullatenus maculamus.vnde de iſto ſacrificio in ſpecie panis ſumpto poteſt dici illud Exodi 29.Panes quoque, qui ſunt in caniſtro, comedent,vt ſit placabile ſacrificium,& ſanctificentur offerẽtium manus. Vnde Leuit.1.dicitur. Maſculum immaculatum offeret ad placandum ſibi dominum.Romani enim conſules, & prætores nunquam ibant ad prouincias ſibi commiſſas, niſi ante omnia ſuas augurationes facerent, & niſi primitus dijs ſuis ſacrificarent, vt ſic eos in prælijs, & factis bellicis placatos haberent.Vnde apud Titum Liuium dicitur,quòd quidam prætor dato quòd bellum eſſet paratum, & de victoria ſperaretur, quia tamen recordatus eſt non ritè inauguratus fuiſſe, ſeu deos placauiſſe,Romam iterum redijt, & rem vſq; ad reditum ſuum in eodem ſtatu dimiſit. Timebit enim vinci exercitum Romanum ſe duce, quia non videbatur eidem ſe ritè deos placauiſſe. Si igitur paganis vanè credentibus fuit erga deos ſuos,immò potius erga demones tanta fides,quòd his nõ placatis bella committere non auderent, quid debent facere Chriſtiani,qui certa & vera fide fruuntur? certè dico, ꝙ ſummè debent facere,& curare, ꝙ deum ſuum in omnibus factis ſuis propitium habeant,& placatum, dicentes ſcilicet illud 2. Paralip.18.Dij regum Syriæ auxiliantur eis,quos ego placabo hoſtijs,& aderunt mihi.Sic tamẽ intelligendo, quòd per deos intelligant deum verum,beatos quoq; angelos atque ſanctos. Patet ergo,quòd deus placatur.

Obſequentis ſacris fœderibus.
Offerentis iuſtis muneribus.
Supplicantis pijs ſermonibus.
Pœnitentis veris doloribus.

C Et ſic patet,quòd quædam eſt placatio ſummè ꝓcuranda, vt ſic ſcilicet

scilicet dicamus deo illud Danie. 9. Placere domine, & fac. ¶ Secundò principaliter dico, quòd est quædam placatio cito maturanda, seu acceleranda, & ista est illa, quam nos in offensis nostris debemus habere, inquantum scilicet his, qui nos læserunt, nos debemus faciliter reconciliare, & placabiles, atque propitios exhibere. Prouerbior. 15. Lingua placabilis lignum vitæ. Et ibidem. Vota iustorum placabilia. Pone, quomodo leo placatur piis, & prostratis, & cætera. ¶ Tertiò verò principaliter dico, quòd est quædam placatio cautè formidanda, & ista est illa, qua mundus per prosperitatem se suis ostendit pacificum, & placatum. Sicut enim mare placatum solet quandoque sequi sæua tempestas, sic verè sæpe fit, quòd mundanæ prosperitatis placationem tribulationum turbines consequuntur. sapiens ergo talem placationem debet timere, & ipsius fraudes, & pericula præcauere. similis Saul, de quo dicitur 1. Regum 19. quòd placatus voce Ionathæ iurauit, quòd Dauid non occideretur, & ad tempus pepercit sibi, & tamen cito post ipsum voluit lancea perforare. Hæc est igitur placatio cautè formidanda, seu etiam euitanda. ¶ Quartò verò dico, quòd est placatio sanctè refutanda, & ista est illa, quam magici, & idololatræ faciunt, demones sibi conciliando, & per inuocationes, & sacrificia placando, & attrahendo, quæ certè placatio est abominanda, & à fidelibus refutanda. Proditor enim, & inimicus non veraciter placatur, quinimmo quamuis se placatum ostendat, & fingat, si tamen quandoque locum inuenerit, iram & odium manifestat. Sic verè diabolus talibus, quibus se modo placatum fingit, inuento loco opportunò, scilicet post mortem, iratum & non verè fuisse placatum ostendit. Benè ergo consulitur Ecclesiast. 12. Non credas inimico tuo in æternum. oculis suis lachrymabitur inimicus, & si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine. Talis igitur placatio merito prohibetur, iuxta illud 1. Machab. 1. Prohibent placationes, & sacrificia &c. Patet ergo quomodo in scriptura inuenitur quadruplex placare. Vide de Pacificare concordia &c.

A **Placere.** Cum omnia, quæ placent alicui, sibi placeant aut quia sunt vtilia, aut quia sunt delectabilia, aut quia sunt honorabilia, cum nihil sit appetibile, vel placidum, nisi sub ratione boni, & quia omne bonum in ista triplici differentia consistit, hinc est, quòd deo solummodo placent boni, qui scilicet in se sunt vtiles, delectabiles, & honesti, & nobis etiam placere tantummodo debent bona illa scilicet quæ sunt delectabilia, vtilia & honesta, sicut sunt bona spiritualia, & æterna. Dicamus igitur, quòd in scriptura inuenitur multiplex placere, videlicet Placere

Gloriosum.
Amorosum.
Virtuosum.
Vitiosum.

Primum est, quo placemus deitati. Secundũ est, quo placemus fraternitati. Tertium est, quo placent nobis bona. Quartum est, quo nobis placent vana. ¶ De placentia diuina, & gloriosa dicitur in psal. Placebo domino in regione viuorum. De placentia fraterna, & amorosa dicitur 1. Corinth. 10. Ego omnibus ꝑ omnia placeo. De placẽtia virtuosa dicitur Dan. 3. Placuit mihi prædicare signa dei, quia magna sunt, & miracula eius, quia fortia. De placentia vero vitiosa dicitur in psal. Dominus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent. Et Matth. 14. Saltauit filia Herodiadis, & placuit Herodi. De duplici ergo placentia bona. s. & mala, laudabili, & damnabili, virtuosa, & vitiosa aliquid breuiter est dicendum. ¶ Dicamus ergo, ꝙ est placentia laudabilis, & meritoria, & ista est illa, qua homo ditatꝰ gratiis & virtutibus, deo & hominibus sit placidus & acceptus. Sicut enim videmus, illa naturaliter sibi inuicem magis placẽt, quæ inter se similitudinem magnam habent. Et inde est, ꝙ pater filium sibi similem magis diligit, & minus similem magis odit. Vnde etiã de Narcisso legimus in Ouid. lib. 3. fab. 6. ꝙ imago sua, quam in fonte videbat, quæ sibi erat simillima, in tantũ sibi placuit, ꝙ præ amore ipsius mortuus fuit. Sic verè deus, & sancti viri illos diligũt, & sibi placidiores sunt, qui per gratias & virtutes eis similes fiũt. Illi enim deo, & sanctis viris noscuntur placere, in quibus vident per sanctam conuersationẽ suam similitudinẽ, & virtutum suarũ imaginem relucere. Et ideo de Samuele dicitur 1. Reg. 2. ꝙ puer Samuel proficiebat atq; crescebat, & placebat tã deo, quàm hominibus. In quibus verbis ostenditur ꝙ sensibiliter illa sunt magis placida. s. quæ sunt

Formosiora. Puer.
Famosiora. Samuel.
Vtiliora. Proficiebat.
Viuaciora. Crescebat
Acceptiora. Placebat &c.

Et illi si quinque rationibus dico, ꝙ viri iusti deo solent placere, quia pro certo isti sunt formosi per conscientiæ synceritatem. Sunt famosi per redolentiæ suauitatem. Sunt fructuosi per clementiæ vtilitatem. Sunt spatiosi per perseuerantiæ longanimitatem. Sunt gratiosi propter apparentiæ formositatem. Sic ergo dico, ꝙ deo possumus placere propter conscientiam formosam. Puer. Propter redolentiam famosam. Samuel, idest nominatus Propter influentiam fructuosam. Proficiebat. Propter permanentiam virtuosam. Crescebat. Propter apparentiam gratiosam. Placebat tam deo, quàm hominibus. ¶ Primò igitur dico, ꝙ illi, qui deo volunt placere, debent habere conscientiam formosam. Puer inquit. Formositas enim faciei magis placet, quàm cuiuscunque alterius membri. Quia quãuis alia membra essent pulchra, si tamen facies esset notabiliter deformis, nũquam esset homo placidus, neque gradus. Sic verè ad hoc, ꝙ simus deo placidi, necesse est, ꝙ facies cordis & conscientiæ nostræ sit decora, & per abstersionẽ omnis maculæ peccati munda, nitida, & formosa, quia alias nunquã aliquis deo placeret, si faciem suæ conscientiæ aliqua enormis peccatorum macula defœdaret. Ideo sicut mulier est solicita quomodo placeat viro, & inde est, ꝙ faciẽ suam solet frequenter lauare, pingere, seu vngere, & ornare, sic proculdubio homo debet esse solicitus quomodo placeat deo, propter qđ debet faciem cordis sui per compunctionem lauare, & per virtutes pingere, & ornare. Figura Hester 5. vbi dicitur, ꝙ Hester regina ornauit se regalibus vestimentis, vt ingrederetur ad regẽ. Et dicitur ibi, ꝙ cum vidisset rex Hester reginã, placuit in oculis eius. Et ista placentia ostenditur cum dicitur puer. Pueri .n. magis sunt grati & placidi, quia. s. sunt

Reuerentes, & timorosi.
Innocentes, & amorosi.
Iuuenes, & gratiosi.
Humiles, & obsequiosi.

Sunt dico timorosi & reuerẽtes. Inter omnes enim virtutes vna de magis placentibus est timor, reuerentia, & verecundia. Heb. 12. Placentes seruiamus ei cum metu, & reuerentia. Item sunt læti, amorosi, & innocentes. Vnde de Phinees filio Eleazari dicitur Ecclesiast. 45. ꝙ in alacritate animæ suæ placuit deo. Itẽ sunt noui, & iuniores, quia scilicet res nouæ, & iuuenes magis solent placere. Sic illi deo placent, qui continuè per gratiam iuuenescunt, & per virtutum merita renouantur. Romano. 12. Renouamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit voluntas dei beneplacens, & perfecta. Item sunt obsequiosi, & humiliores, & isti sunt, de quibus dicitur Iudith 9. quod mansuetorũ, & humilium deo placet deprecatio. Pueri ergo sunt. Puer inquit. De quo Oseæ 11. Puer Israel, & dilexi eum. In cuius exemplum deus pater de puero suo filio suo Christo dixit Matth. 3. & 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Isti ergo habent conscientiam formosam. ¶ Secundò dico, quòd illi placent deo, qui habent redolentiam famosam. Sicut enim inter species aromaticas illa placentior est, quæ est odorosior, sic inter homines ille est laudabilior, qui odore bonæ famæ est respersior, quod ostenditur cum dicitur Samuel, quod interpretatur nominatus. Quia melius est nomen bonum, quàm vnguenta preciosa. Ecclesiastic. 7. Vnde 1. Regum 13. dicitur quòd rex Saul expectauit iuxta placitum Samuelis. Vnde in Psalm. de viris famosis dicitur, quòd honorabile nomen eorum coram deo. Et iterum in psal. Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam placuisti in eis. Placent ergo tibi illi, qui habent redolentiam famosam. Samuel. Quia scilicet fœdus fœtor infamis vitæ non est acceptus, nec placidus coram domino. Apibus non placent loca fœtida, & immunda. Flores etiam fœtidos non frequentant, sed fugiunt, & euitant, quia verè viri infames non debent bonis placere, immo debent eos vitare, fugere, & horrere. Prouerbio. 4. Ne delecteris in viis, & semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. ¶ Tertiò dico, quòd illi placent deo, qui habent influentiam fructuosam. Proficiebat inquit. inter omnia enim genera rerũ illud, quod est magis vtile, & proficiens, debet esse similiter magis placẽs. Et ideo herbæ medicinales, & virtuosæ, arbores domesticæ, & fructuosæ, pecudes fœcundæ, & copiosæ solent dominis suis magis placere, pro eo quòd in ipsis possunt lucrum, fructum, & commodum inuenire. Sic verè charissimi illi homines deo placent, qui fructũ bonorũ operũ ei portant, & q sibi, deo, ecclesiæ, & pauperibus proficiunt, & laborãt. Proficiebat inquit.

Vnde de Isaac dicitur Genes. 26. quòd ipse ibat proficiens, atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est. Proficere enim debemus nobis, iustitiam seruando, reipublicæ, subditos gubernando, pauperibus, elemosynas erogando. Ista enim tria summè deo placent, scilicet Iustitiæ rectitudo. Præsidentiæ sanctitudo. Misericordiæ plenitudo. Iustitiæ enim rectitudo placet sibi. Vnde Ecclesiast. 44. secundùm aliam literam dicitur. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo, & inuentus est iustus. Item præsidentiæ sanctitudo debet placere, quia verè valde est ille commendandus, qui vtiliter regit rempublicam, & qui pro vtilitate publica laborat. Vnde 1. Machabæorum 14. dicitur de Symone, quòd quæsiuit bona gentis suæ, & placuit illis potestas eius. Item misericordiæ plenitudo placet deo, quia scilicet super omnia opera virtuosa misericordia summè placet. Vnde secundùm aliquos misericordes nunquam condemnabuntur. vnde, Misericordiam volui, & non sacrificium, dicitur Oseæ 6. Et Hierem. 9. Facere misericordiam, iudicium, & iustitiam, hæc placent mihi, dicit dominus. Placent igitur deo illi, qui habent influentiam
D fructuosam. Proficiebat inquit. illi scilicet, qui sibi, & aliis sciunt proficere verbo, opere, & doctrina. ¶ Quartò sibi placent illi, qui habent efficaciam vigorosam, vel qui habent permanentiam virtuosam. Illi scilicet, qui semper crescunt in bono, & qui vitam gratiæ in se habent. Crescebat inquit. Mortuus enim crescere non potest, sic nec peccator vsque ad perfectionem perseuerare. Ideo dicit Dauid. Placebo domino in regione viuorum. Iustorum enim semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectionem. Vide eam supra de accrescere. Animalia enim adhuc crescentia, & iuuenia magis sunt placida, quàm illa, quæ iam senescendo deficiunt, & decrescunt. Sic verè illi deo, & hominibus sunt placidi, & accepti, qui in bono sunt perseuerantes, & crescentes, dicentes illud Ioan. 8. Ego, quod placitum est illi, facio semper. Non sic illi, qui à bono sunt deficientes, & decrescentes. Vnde Hebr. 10. dicitur de homine à iustitia cessante, & decrescente. Si se subtraxerit, non placebit animæ meæ. ¶ Quintò autem dico, quòd placidi sunt illi, qui habent apparentiam gratiosam. Placebit inquit tam deo, quàm hominibus. Honesta enim apparentia est illa virtus, per quam puer omnibus placet. Deuteronom. 33. Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis. Homo enim debet cauere, vt taliter, & tam honestè se habeat, quòd deo, & hominibus dignè placeat. De deo enim dicitur Coloss. 1. Ambuletis dignè, deo super omnia placentes. De hominibus dicitur Romanorum 10. Vnusquisque proximo suo placeat in bonum. Et breuiter notare possumus, quòd ad placendum tam deo, quàm hominibus necessaria est

Fidelitas in credendo.
Sagacitas in discernendo.
Iocunditas in deo laudando.
Benignitas in miserando.

¶De fide enim, & credulitate dicitur Hebr. 11. quòd sine fide impossibile est placere deo. De prudentia, & sagacitate dicitur Eccl. 20. Homo prudens placebit magnatibus. De lætitia verò, & spirituali iucunditate dicitur Ecclesi. 9. Comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia deo placent opera tua. De misericordia verò, & benignitate dicitur Prouer. 21. Facere misericordiã, & iudicium magis placet deo, quàm victimæ. Et sic igitur si homo ista omnia habuerit, procul dubio deo, & hominibus complacebit. Ita quòd sibi poterit dici illud 1. Reg. 18. Ecce places regi, & omnes serui eius diligũt te. Et ita deus ipsum cum inimicis pacificabit, à periculis saluificabit. Cum cœli beatis glorificabit. Vnde Prouerb. 16. Cum placuerint deo viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Dico etiam, quòd ipsos à periculis tutificabit 2. Reg. 22. Liberauit me, quia placui ei. Et Ecclesiast. 7. Inueni mulierem morte amariorem, qui placet deo, effugiet eam. Dico et, quòd ipsos in paradiso glorificabit. Vnde Lucæ 12. Nolite timere pusillus grex, quia placuit patri vestro dare vobis regnũ. Et sic igitur patet, quomodo multis modis possumus placere deo, & quomodo potest exinde magna vtilitas prouenire. Habeamus ergo, vt ei placeamus scilicet

Gratiosam apparentiam.
Virtuosam existentiam.
Viscerosam influentiam.
Famosam redolentiam.
Formosam conscientiam.

¶De superbis tumentibus dicitur Iudith. 9. Supbi à principio nõ placuerũt tibi. De carnalibus luxuriosis dici

¶Notare ergo vlterius potes, quòd peccatores non placent, & potissime scilicet

Superbè præsumentes.
Carnaliter viuentes.
Mobiliter vagantes.
Hostiliter nocentes.

tur Roma. 8. quòd qui in carne sunt, deo placere non possunt. De instabilibus, & vagabundis dicitur Hiere. 14. quòd populus dilexit mouere pedes, & domino non placuit. De hostilibus persecutoribus, & aduersariis dicitur 1. Thessalon. 2. Deo non placent, & cũctis hominibus aduersantur. Et sic ergo placere sumitur in bono. ¶Sed adhuc dico, quòd placere sumitur in malo, & fit, quãdo homini placent vitia, & peccata, vel mundi bona, & similia. Sicut enim B
porcis magis placent stercora, quàm lapides preciosi, puero magis placet pomum, quàm castrum; asino magis placent cardones, quàm capones; sic pro certo fatuis mũdanis magis placet temporalia, quàm æterna; magis placet peccata, quàm merita; magis nociua, quàm vtilia; magis amara, quàm delectabilia. Istis videtur dictum illud Eccles. 19. Minimum pro magno placet tibi. Et ideo Eccles. 8. dr. Cum fatuis consilium non habeas, non enim poterunt diligere, nisi quæ eis placent. Vnde nota, quòd hominibus malis placent scilicet

Bonorum persecutiones.
Malorum garrulationes.
Verborum adulationes.

Persecutiones dico. vnde Actuum 12. dicitur, quòd Herodes videns, quia placeret Iudæis apposuit, vt apprehenderet & Petrum. Garrulationes etiam, & de filia Herodiadis saltante dicitur Matt. 14. quòd ipsa placuit Herodi, & simul discumbentibus. Adulationes insuper. Vnde Esa. 30. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel. Et in psal. dicitur de adulatoribus. Hæc via illorum, scandalum ipsis, & postea in ore suo complacebunt. Et breuiter istud est verum, quòd plus placent hodie mali, quàm boni, adulatores, quàm veridici; fallaces, quàm veraces; garrulatores, quàm prædicatores. & ideo Apostolus Gal. 1. dicebat. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et sic ergo patet, quòd placere sumitur multis modis. Sed vide supra de amare, de diligere, de nolle, & infra de Velle &c.

Plaga. Cum plaga nihil aliud sit, quàm læsio propriè loquẽdo, seu nocumentum in corpore aĩalis cum diuisione A
carnis, in scriptura autem accipitur magis largè. sumitur. n.

Pro terræ regione.
Pro carnis læsione.
Pro pœnæ inflictione.
Pro culpæ infectione.

Plagæ autẽ signant terrarũ fines & regiones. Vñ Ezech. 7. Finis venit super quatuor plagas terræ. Item signant carniũ læsiones, & sic sumitur Lucæ 10. vbi dicitur, quòd latrones plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Et 2. Paral. 22. dicitur de rege Israel, quòd multas acceperat in certamine plagas. Item signant pœnarum inflictiones, & sic sumitur Hierem. 14. Contrita est virgo filia populi mei plaga pessima vehementer. Itẽ signant culparũ infectiones, & sic sumitur spiritualiter loquẽdo Leuit. 13. vbi dicitur. Plaga lepræ orta est in cicatrice. ¶Dicamus ergo de plaga aliquid inquantum sumitur pro læsione & tribulatione, & sic possumus notare, quòd inueniuntur plagæ.

Cum reuerentia venerandæ.
Cum patientia tollerandæ.
Cum diligentia euitandæ.
Cum tremulentia formidandæ.

¶Primò ergo dico, quòd sunt plagæ venerandæ cum reuerẽtia, & istæ sunt quinque plagæ, quas Christus pro nobis in Cruce sustinuit. Figuratæ per foramina petræ in quibus columba, id est deuota anima requiescit. Canti. 5. Figuratæ etiam in quinque lapidibus lympidissimis de torrente, quibus Dauid armatum Goliam, idest diabolum superauit 1. Reg. 17. Figuratæ etiam in quinque panibus, quibus dominus in deserto turbam famelicam recreauit. Matth. 14. & Lucæ 9. Quia re vera istæ quinque plagæ sunt deuotis, & compassiuis foramina ad habitandum, lapides ad propugnandum, panes ad reficiendum, & satiandum. Et de istis plagis in speciali fit mentio in scriptura Zachariæ 13. Quid sunt istæ plagæ in manibus tuis? His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Sed de istis vide infra de Vulnere. Istæ sunt ergo plagæ venerandæ cum B
reuerentia. ¶Secundò dico, quòd sunt plagæ tollerandæ cum patientia, & sic plagæ significant læsionem, & tribulationem pœnitentiæ, & etiam mundi tribulationem. Sicut enim medicus aliquando plagat infirmum, vt sanetur, sic deus plagas

plagas tribulationum immittit, & sacerdos plagam pœnitentiæ iniungit, & prælatus plagam correctionis infligit, vt homo ab infirmitate peccati sanetur, & ad sanitatem gratiæ reducatur. Et sic loquitur scriptura, vbi dicitur Esaiæ 19. ꝙ dominus percutiet Aegyptum plaga, & sanabit eam. Et Esa. 30. dicitur. Percussuram plagæ eius sanabit. Tales enim plagæ in patientia sustinendæ sunt, quæ ad bonum nostrum fiunt. Quia vt cõmuniter deus nobis immittit plagas huiusmodi vel ad nostrã purgationem, vel ad nostram probationem, exemplo Thobiæ, de quo dicitur Thobiæ 2. quòd ipse non est contristatus contra dominum, quia plaga cœcitatis euenit ei. Et sic ergo patet, quòd sunt plagæ tollerandæ cum patientia. Quod est contra illos, qui in plagis à deo immissis patientiam non habent, immo turbantur, murmurant, & desperant. Dicunt .n. illud Hierem. 15. Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis? Et tales non habentes patientiam in istis plagis, non sanantur, sed in malum potius indurantur. Vnde eis dicitur illud Hieremiæ 10. Insanabilis est dolor tuus, pessima plaga tua. Medicina enim non prodest nisi ipsam recipienti. Sic nec talis plaga nisi ipsam in patientia sustinenti. Exemplo Apostoli, qui fuerat in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, sicut dicitur 2. Corinthiorum 6. dicens. In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, & cætera. Quia breuiter in omnibus malis, quæ in hoc sæculo sustinemus, cuiuscunque conditionis existant, necesse est, quòd patientiam ha-
C beamus. Sunt ergo istæ plagæ in patientia tollerandæ. ¶ Tertiò dico, quòd sunt aliquæ, quæ sunt cum diligentia euitandæ, & istæ sunt plagæ vitiorum, quibus anima à diabolo plagatur. Quia sicut plagæ sunt causæ perditionis sanguinis, attenuationis virtutis, & introductionis mortis, sic peccatum sanguinẽ, id est gratiam facit perdere, virtutem resistendi facit amittere, & mortem inferni facit incurrere. Vnde Eccle. 21. Quasi romphea bis acuta omnis iniquitas, plagæ eius non est sanitas. Et Apocal. 15. dicitur, ꝙ Angeli septem habebant plagas septem nouissimas. Isti enim septem Angeli significant vniuersitatem Angelorum malorum, qui pro certo plagas septem .i. vniuersitatem vitiorum, & maximè septem vitia capitalia peccatoribus infigunt. Istæ enim septem plagæ sunt plaga

Tumoris, & superbiæ.
Doloris, & inuidiæ.
Fœtoris, & luxuriæ.
Furoris, & iracundiæ.
Ardoris, & auaritiæ.
Torporis, & desidiæ.
Mœroris, & tristitiæ.

De plaga tumoris dicitur Esa. 1. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circũligata, nec curata medicamine. Et ista plaga fuit percussus Ozias rex Israel, qui præsumpsit offerre deo incensum, vsus officio sacerdotis, propter quod percussus fuit plaga sicut dicitur 2. Paralipom. 26. De plaga doloris, & inuidiæ dicitur Hieremiæ 15. Factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis. Et ista est illa inuisibilis plaga, qua percussit dominus Antiochum 2. Machab. 9. quia scilicet inuidia inuisibiliter latet in corde. De plaga fœtoris & luxuriæ dicitur 1. Machab. 14. ꝙ contaminabant omnia, quæ in circuitu sanctorum fuerunt, & inferebant plagam magnam castitati. Et ista est plaga lepræ, de qua totiens fit mentio in scriptura Leuitic. 13. De plaga furoris & iracundiæ, dicitur Nume. 17. scilicet, quòd egressa est ira, & plaga desæuit. De plaga ardoris & auaritiæ dicitur Leuit. 13. Plaga combustionis est. Et Esa. 16. dicitur. His, qui litãtur sup muros cocti lateris, loquimini plagas suas &c. De plaga torporis seu languoris & desidiæ dicitur Hierem. 6. Iniquitas, & vastitas audietur in ea, infirmitas, & plaga. De plaga verò mœroris, & tristitiæ dicitur Eccles. 25. Omnis plaga tristitia cordis. Istæ ergo sunt plagæ vitiorum, quibus diabolus plagat, & vulnerat peccatores. Et ideo consulitur Apocalip. 18. de Babylone, idest de mundo. Ne, inquit, sitis participes deliciarum eius, & de plagis eius ne accipiatis. Et causa redditur Esaiæ 1. vbi dicitur, quòd liuor, & vulnus, & plaga tumens, & cætera. sicut supra. Et sic dico, quòd istæ sunt plagæ cum di-
D ligentia vitandæ. ¶ Quartò dico, quòd sunt plagæ, cum vigilantia formidandæ, & istę sunt plagę damnationis æternæ, de qua dicitur Apocal. 18. vbi de damnatione mulieris meretricis, id est animæ peccatricis, dicitur, quòd vna die venerunt plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & ignis. Vnde cuilibet damnato potest dominus dicere illud Hierem. 30. Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli. Peccatores enim, qui modò nolunt sustinere plagas correctionis, ibi sustinebunt plagas æternæ tribulationis, quia secundũm quòd infinitas peccatorum maior fuerit, erit & plagator vitiorum seuerior, quia sicut dicitur Deuteronom. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Et sic igitur patet, quòd in scriptura inueniuntur diuersæ plagæ &c. Vide infra de Vulnere.

Plangere. Planctus.

A Cum plangere nihil aliud fit nisi dolor cordis, per vocem exterius declaratus, possumus breuiter notáre, ꝙ multa genera planctuum in scriptura inuenimus. Notemus ergo, ꝙ homo plangit, & luget multis ex causis, videlicet ex causa

Doloris & contritionis.
Dulcoris & compassionis.
Feruoris & affectionis.
Timoris & damnationis.

¶ Primus est planctus dolentiũ, pœnitentium. Secundus est plãctus misericordium condolentium. Tertius est planctus affectantium contemplantium. Quartus est planctus desperantium. ¶ Primò ergo dico, quòd est planctus virorum pœnitentium, quia pro certo illi, qui perfectè sunt pęnitentes, plangunt, & dolent scilicet

De peccatis commissis.
De virtutibus amissis.
De demonibus admissis.
Et de bonis operibus prætermissis.

B Et sic videtur loqui Hest. 4. vbi dicitur, ꝙ erat planctus magnus apud Iudæos, ieiunium, & vlulatus, & fletus. ¶ Vbi aduerte, ꝙ pœnitentium planctus debet fieri cum cordis perturbatione. Planctus inquit magnus. Cum oris reseratione. Apud Iudæos, inquit, qui interpretantur confitentes

Cum carnis maceratione. Ieiunium inquit.
Cum vocis desolatione. Vlulatus inquit.
Cum vultus madefactione. Fletus inquit.

¶ Debet dico fieri cum cordis perturbatione, & hoc ostenditur in vocabulo plãctus, qui de sui natura signat dolorem cordis. Quia .s. homo nunquam perfectè pęnitet, nisi qui amarè de peccatis dolet, de quo Hierem. 6. Filia populi mei accingere cilicio, & conspargere cinere, luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum. Et Ioelis 2. dicitur. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra. Item debet fieri cum oris reseratione. Apud Iudæos inquit. Iudæi enim interpretantur cõfitentes, quia scilicet oris confessio est necessaria ad salutem. Vnde 1. Macha. 2. dicitur, ꝙ cum vidisset mala, quæ fiebant in Iudæa & Hierusalem, scidit Mathias & filii eius vestes, & planxerunt valde. Item debet fieri cum carnis maceratione, quod signatur in ieiunio. Vnde 2. Regum 1. dicitur, ꝙ Dauid, & viri eius planxerunt, fleuerũt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam. Item debet fieri cum vocis desolatione, & hoc ostenditur cum dicitur. Vlulatus. Vnde Micheæ 1. Super hoc plangam, & vlulabo, vadam spoliatus, & nudus. Item debet fieri cum vultus madefactione, & irrigatione, quod notatur cum dicitur fletus, quia sicut dicitur Esa. 22. Vocauit dominus ad planctum, & ad fletum, & ad caluitium & ad cingulum sacci. Et sic charissimi si iste planctus habuerit istas quinque conditiones, dico, ꝙ iste planctus erit virorũ pęnitentium. Et pro certo talis planctus est habendus à tribus statibus ecclesiæ, scilicet

A virginibus.
A coniugibus.
A continentibus.

De virginibus dicitur Ioelis. 1. Plange quasi virgo accincta sacco. De coniugibus dicitur Amos 5. Vocate agricolam ad luctum, & ad fletum eos, qui sciunt plangere. De continentibus verò dicitur Ioelis 1. Accingite vos, & plangite sacerdotes, & vlulate ministri altaris. Et proculdubio iste est planctus frequentandus, quia pro certo iste conuertitur in gaudium sempiternum, iuxta illud psal. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. Sic igitur patet, ꝙ est planctus virorum pęnitentium. ¶ Secundò dico, ꝙ est planctus virorum condolentiũ
C seu compatientium. Boni enim sæpe plangunt, & plorant ex aliorum miseria & dolore, sicut dicitur 1. Reg. 28. Mortuus est Samuel, planxitque eum omnis Israel. ¶ Et nota, ꝙ nos debemus plangere compatiendo scilicet

Christi vulneribus.
Fratrum sceleribus.
Nostris doloribus.
Aliorum meroribus.

¶ Compatiamur ergo Christi vulneribus. vnde in persona Christi crucifixi dicitur Zachariæ 12. Aspicient ad me

me quæ confixerunt, plangent eum quasi vnigenitum, & dolebũt super eum. Item compatiamur fratrum sceleribus, quia verè pij viri, & compatientes summè debent plangere, & dolere de obstinatione peccatorum, & de amissione gratiarum & animarum. Sic compatiebatur propheta Amos 5. Audite verbum, qđ ego leuo super vos, planctũ domus Israel. Et Eze. 19. dicitur. Accipe planctum super filijs principum. Et Ezech. 32. Planget eum super Aegyptum. Item compatiamur nostris doloribus. Dolores enim, & miseriæ, quibus est humana natura subiecta, nos excitat ad plangendum. Vnde Iob dicebat Iob. 10. Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam. Itẽ plangamus pro aliorum mœroribus, quia pro certo nos debemus plangere super miserijs proximorum, & maximè in morte amicorum. exemplo Dauid, qui fecit specialem planctum, quasi carmẽ lugubre super mortem Saul, & Ionathæ. 2. Reg. 1. Exemplo etiam Ezechielis, qui fecit planctus speciales super infortunijs Tyri, Sidonis, & Aegypti, sicut dicitur Ezech. 26. 27. & 28. Vnde Ezech. 27. dicitur. Plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo, & assument super te carmen lugubre, & plangent te. Et sic patet, quòd est planctus virorum
D condolentium, & miserantium. ¶ Tertiò dico, quòd est planctus virorum contemplantium, & affectantium. Viri enim deuoti, & contemplatiui plangunt præ desiderio patriæ, de prolongatione miseriæ & laboris, & præsentis tribulationis & angustiæ. Præ desiderio patriæ plangebat Dauid cum dicebat. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Syon. Vnde Esaiæ 32. Plangite super regione desiderabili, super vinea fertili. De incolatu miseriæ plangebat ille, qui dicebat. Heu mihi domine, quia incolatus meus prolongatus est. Et de hoc Hiere. 49. dicitur Plangite & circuite per sepes, de afflictione verò præsentis angustiæ potest dici illud prædictum Iob 10. Dimitte me &c. Et 1. Machab. 1. dicitur, quòd Antiochus fecit cedes hominum, & factus est planctus magnus Israel. Iste est ergo planctus virorum contemplãtium &c. ¶ Quartò verò dico, quòd est plãctus virorum desperantium. & iste est planctus hominum damnatorum, qui plangunt continuè in inferno. Et isti sunt de quibus dicitur Apoca. 1. quòd plangent se super eum omnes tribus terræ. & Amos. 8. vbi loquitur dominus viris impijs, dicitur sic. Conuertam solemnitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum. Et sic breuiter patet quomodo plangere sumitur multis modis. Vide supra de Lachrymis, de Fletu, de Dolere, & de Lugere, & infra de Plorare.

A
Planus. Planities.

Nota, quòd planities vt communiter sumitur in bono, scilicet pro fidelitate, benignitate, charitate, & quacunque facilitate. Vel etiam in malo pro mũdi prosperitate. Nota verò, quòd omnis planities terminatur ad aliquid asperum, & difficile, scilicet ad mare, vel ad flumina, vel ad rupes. Omitto nomen, quia authoritates sunt paucæ. Vide in titulis synonimis. Vel si vis, dic, quòd illud planum dicitur, in quo nullum obstaculum, nulla asperitas, nullus angulus, aut gibbositas inuenitur. Et sic nota, quòd in scriptura inuenitur seu reperitur scilicet Planities in

Cordibus
Gestibus.
Actibus.
Fatubus.
Statubus.

¶ Planities cordium est illa, qua fideles, & iusti sine malitia, & sine fraude in cogitationibus, & affectionibus sunt plani; planta enim pedis, per quam in scriptura significatur affectio, dicitur secundùm Isido. quasi plana, pilos enim & alias asperitates, & rugositates non gignit. Iosuæ 4. Incedebant per plana, atque campestria. ¶ Planities gestuum est illa, qua homines mansueti se ostendunt lenes, benignos, & planos. Piper enim à natura est planum & album, per ignem tamen, qui pro fugãdis serpentibus apponitur, angulosum efficitur, & rugosum. Sic homo naturaliter est in moribus mansuetus & planus, iuxta illud Esaiæ 42. Transite transite præparate viam, planum facite iter, & eligite lapides. Veruntamẽ multi sunt, qui per ignẽ concupiscentiæ fiunt malitiosi, fallaces, & rugosi, qui alias debuerãt esse plani, & potius de asperitate in planitiem commutari. Exemplo scilicet illius montis Epopontis, qui in quodam terremotu erumpente flamma de ipso, in planitiem est redactus, sicut dicit Plinius lib. 2. quia scilicet terremotu tribulationum mediante, flamma contritionis, & dilectionis deberẽ à nobis erumpere, & omnem tumorem arrogantiæ in planitiẽ commutare. Esaiæ 40. Erunt praua in directa, & aspera in vias planas. ¶ Planities actuum est illa, qua prudentes planè, & modestè, non impetuosè, non subitò faciunt facta sua, vt sic homo planus & modestus dicere videatur illud Hieremiæ 10. B
Ego autem dixi, planè hæc infirmitas mea est, & portabo illam. Sequitur. Scio domine, quia nõ est hominis via eius &c. ¶ Planities fatuum, id est locutionum, & affatuum, est illa, qua viri simplices, & fideles, & plani, etiam in verbis plani, & sine duplicitate & falsitate loquuntur, illa etiam, qua planare, & elucidare verba scripturæ noscuntur. Quod est contra quosdam philosophos, & doctores, qui non planè, sed obscurissimè scripserunt. Vnde Deuteronom. 27. Scribe super lapides verba legis planè & lucidè. vt sic fiat, quod scriptum est. Esaiæ 32. Cor stultorum intelliget sapientiam, & sciẽtiam, & lingua balborum velociter loquetur, & planè. ¶ Planities statuum est illa, in qua sine offendiculo, vel impedimento in planitiem, prosperitatis homines conuersantur. Hic tamen aduerte, ꝙ ibi de planitie status agitur, nos possumus reperire tres status qui p planitiem demonstrantur, scilicet Diuitum, Pauperum, & Beatorum. ¶ Diuitum dico, qui scilicet nunc sunt in plano, & sine offendiculo fortunæ, de quibus dicitur Iosuæ 11. ꝙ ipsi habitabunt in montibus, & in planitie, idest in honoribus, & diuitiis. Aduerte tamen, quòd ciuitates sitæ in plano loco facilius capiuntur, quàm aliæ. Sic tales in planitie prosperitatis siti, facilius diabolo subiugantur, & ruinis infortuniorum subdũtur. vnde de Sedechia rege Israel dicitur 4. Regum 25. quòd rex Babylonis comprehendit eum in planitie Hierico. Vt sic de finali infortunio talium dicatur illud Ezech. 47. Aquæ istæ, quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare. Expone. Ista etiam omnia possunt dici de planitie hypocrisis, quia scilicet omnes qui fictè sunt dulces & plani exterius, sunt omni bono vacui interius. Similes calamo, seu cannæ, quæ exterius valde est plana, intus tamen omni bono est inanis, & vacua. vnde Zacha. 4. dicitur cuilibet tali interius superbo, exterius plano. Quis tu mons magne contra Zorobabel in planum? Ista est igitur planities diuitũ, & superborum. Item est planities pauperum & miserorum. Planities enim licet sit à ventis liberior, & fructibus opulentior, est tamẽ inferior, & depressior, sic status pauperum respectu diuitum &c. Vnde de planitie paupertatis dici potest illud Deuteronom. 3. Tribus inquit Ruben & Gad dedi planitiem solitudinis. Item est planities sanctorum & beatorum, scilicet gloria paradisi, quæ scilicet plana est, & quieta, non aspera, nec deserta. Vnde de animabus beatis potest dici illud Esa. 49. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascuæ eorum, non esurient, neque sitient &c.

Plantare. Plantatio.

Cum plantatio propriè ptineat ad arbores, transfertur tamen quandoque ad alias res, quia breuiter omnis res dicitur esse plantata, quæ est in terra profundata, & radicata. Accipitur autem plantatio in bono, & in malo. Vnde cum plantatio dicat mihi rei firmitatem, & immobilitatem, possumus notare, quòd plantare signat A

Gratiæ stabilitatem.
Gloriæ æternitatem.
Malorum proteruitatem.
Bonorum prosperitatem.

¶ Plantati enim dicuntur, scilicet illi, q sunt firmi in gratiæ statu. Illi, qui sũt fixi in gloriæ statu. Hi, qui sunt profundi in culparum meatu. Hi, qui sunt abundi in gazarum ornatu. Dico ergo, quòd quidam sunt plantati, & radicati per gratiam, & stabilitatem, & isti sunt viri perfecti, qui sunt stabiliti in bono. Vnde de hoc dicitur 2. Reg. 7. Ponam locum populo meo Israel, plantabo eum, & habitabo cum eo. Item sunt quidam plantati per gloriam, & æternitatem, & isti sunt sancti, qui rectè plantati dicuntur, eo quòd in æterna gloria immobiliter radicantur. psalm. Plantati in domo domini, in atriis domus &c. Item sunt quidam plantati per malitiam, & proteruitatem, & isti sunt obstinati in malo, qui in sua malitia sunt firmati. Et de hoc põt dici illud. psal. Quorum filii sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Item sunt quidam plantati per opulentiam & prosperitatem, & isti sunt mundi diuites, qui in mundi prosperis sunt plantati, & firmati, ita quòd in præsenti à nullo vento tribulationum mouentur, sed magis mundi fluctibus fœcundantur. Et de hoc dicitur Hieremiæ 12. Quare inquit via impiorum prosperatur, benè est omnibus, qui malè agunt, & præuaricantur?

transplantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum. Isti enim ad praesens videntur esse benè plantati, sed in fine erunt auulsi, & eradicati. Quia pro certo illi, qui modò in mundi prosperis videntur hominibus valde firmi, erunt in morte, & in iudicio valde infirmi, & eorum prosperitas, quae modò videtur hominibus bene plantata, subito erit euulsa, & penitus dissipata, quia sicut dicitur Matth. 15. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicauit. Isti enim sunt sicut rami liliorum, qui in vasis terreis in aqua ponuntur, ita quòd ibi plantati videntur, eo quòd ad tempus florere noscuntur. Veruntamen talis plantatio non est firma, quia faciliter euellitur, & siccatur, & à sua florenti pulchritudine spoliatur. Sic verè mundi diuites non in terra firma diuini amoris, sed in aqua fluxibili bonorum terrenorum sunt plantati, & floribus mundanae gloriae quãdoque temporaliter adornati. Ista tamen plantatio non perseuerat, immo faciliter perit, siccatur euellitur, atque cessat. Vnde de talibus dicit dominus Hier. 45. Ecce, quos aedificaui, ego destruo, &, quos ego plantaui, ego
B auello. ¶ Sed quia scriptura vt in pluribus tantummodo facit mentionem de bona, & de morali plantatione, inquantũ scilicet signat virtutem constantiae, quae homines in fide & moribus stabilit, atque plantat, de ista aliquid amplius est dicendũ. Dicamus igitur, ꝙ arbor ad hoc, ꝙ benè, & firmiter consistat, & ꝙ insuper humorem ad sui nutrimentum attrahat, & educat, necesse est, ꝙ profundè figatur, & plãtetur. Sic verè ad hoc ꝙ homo spiritualiter sit plantatus, & in fide, & in moribus stabilitus, necesse est, ꝙ profundè figatur per humilem subiectionem, cum terra .i. cum deo & proximo adhaereat per charitatem & dilectionem, & ab eo humorem, & nutrimentum gratiae sumat. & attrahat per orationem, & deuotionem. Si ista.n. habuerit, ipse poterat esse plantatus, & in fide; & moribus radicatus. Et ideo de viris iustis dicit Apostolus 1. Corin. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Et ita possumus exponere de quolibet viro iusto illud Ezech. 17. Plantabo illud, & erumpet in germẽ, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam. Vbi aduerte, ꝙ sicut arbor bene radicata, & in bona terra plantata, & fundata solet

Inferius profundari.
Interius vegetari.
Exterius foecundari.
Superius augmentari.

Sic vir iustus inferius profundatur, ꝑ iferni meditationem. Interius vegetatur, per gratiae acquisitionem. Exterius foecundatur, per operum generationem. Superius augmentatur, ꝑ virtutum cumulationem. ¶ Probat profunditatem actus plantationis. Plantabo inquit. Probat humiditatem virtus productionis. Erumpit inquit in germen. Probat plenitudinem fructus refectionis. Faciet in quit fructum. Probat magnitudinem virtus perfectionis. Et erit inquit in cedrum magnam. ¶ Primò igitur dicamus, quòd illi, qui bene in fide, id est in moribus sunt plantati, inferius profundantur per inferni meditationem quod ostenditur in verbo. Plantabo. Plantare enim nihil aliud est, quàm radicem arboris inferius sub terra profundare. Et inde est, quòd illa pars corporis, quae est inferior caeteris, est terrae propinquior, & adhaerentior. Secundum fabulas etiam poetarum, Proserpina filia deae Cereris dicitur à Plutone deo inferni rapta, & ab ipso per sex menses occultata, & cum ipso in inferno matrimonialiter copulata. Quod pro tanto fictum est quia radices arborum & herbarum, quae nomine Cereris continentur, inferius solent plantari, & seminari, & vsquequo seminata nascãtur, à terrae visceribus occultari, & quasi inferius inferni numinibus maritari. In quibus possumus instrui & doceri, quòd radix cordis nostri debet profundari sub terra per mortis, & inferni meditationem, & ibi ab inferno rapi, & cum eo maritari per iugem ipsius considerationem, & praeuisionẽ. Plantabo inquit. psalmus. Plantasti radices eius, & impleuit terram. Terra enim, in qua continetur infernus, & ad quam mors omnia viuentia deducet, magis est fundata, est firmius plantata, est stabilius radicatam, quàm quodcunque aliud elementum. ista enim rarissimè mouetur, alia verò elementa continuè agitantur. Ideo de terra dicitur in psalm. Fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in saeculum saeculi. Si verè charissimi illi, qui ad modum terrae sunt inferiores per humilitatem, & qui in medio sui scilicet in corde infernum, & mortem continent per considerationis profunditatem, tales dico sunt prae caeteris plantati, & in fide, & moribus radicati. Plantabo inquit. vnde deus pater loquens Christo dicit sic Esa. 51. Sub vmbra manus meae protexi te, vt plantes coelos, & fundes terram. Viri enim perfecti dicuntur coeli, propter sublimitatem contemplationis, & dicuntur terra, propter infirmitatem mortis, & inferni considerationis. Isti igitur sunt plantati, quia profundantur per inferni meditationem.
¶ Secundò sunt plantati, quia vegetantur per gratiae irrigatio- C
nem. Et hoc ostenditur cum dicitur. Erumpet in germen. Sicut enim arbor ex abundantia interioris humoris solet erumpere, & germina, flores, & folia procreare, sic proculdubio ex abundantia gratiae homo solet in bona opera erumpere, & se germen bonae affectionis, flores honestae conuersationis, & folia bonae locutionis proferre. Et ideo sicut agricolae summè solen cauere, quòd plantent arbores in terra bona & humorosa, vt intus continuè vegetentur, & ut ad productionem fructuum disponantur, sic verè charissimi multùm cauendum est, quòd homo in terra bona ecclesiae, & societatis bonae se collocet atque plantet, vt inde humorem gratiarum attrahat, quem in germen, & flores conuertat. Vnde de vinea dicitur Ezec. 17. Palmites suos extendit ad illam, vt irrigaret eam de areolis germinis sui; quae in terra bona super aquas multas plantata est. Et est aduertendum, quòd ad plantandum arbores multa sunt attendenda, videlicet

Tempus.
Locus.
Modus.

Tempus dico, quia in vere debent fieri plantationes, non in aestate, nec in autumno, nec in hyeme. Tunc enim tanta est siccitas, & aurae inaequalitas, & frigiditas, quòd noua plantula in suo tenero, & pauco humore faciliter siccaretur, aut turbaretur. Itẽ locus, quia .s. terra debet esse proportionabiliter humida, seu sicca, sicut de oliua dicitur, ꝙ ipsa vult plantari in loco soli exposito, temperato, & non nimis humido neque sicco. Item modus, quia .s. profundè debent plantari, fimus quandoque ad radicem debet imponi, & etiam aliarum arborum vicinia, & propinquitas debet aliquotiens procurari. Aliquae enim sunt arbores, quae aliis iuxta se plantatis proficiunt. De oliuis enim dicitur, ꝙ malogranata eis conferunt, si iuxta eas sint plantata. Palma etiam mascula palmam foemellam iuxta se plantatam solet reficere, & eam per suam influentiam foecundare. Sic vere charissimi dico, ꝙ ad hoc, ꝙ homo in fide & in gratia plantetur, & radicetur, necessaria sũt plura, scilicet tempus, quia scilicet in vere iuuentutis, non in autumno, vel hyeme senectutis, nec feruore aestatis, idest temporalis prosperitatis debet ad deum conuerti. Tunc enim siccitas indeuotionis abundat, quae humorem gratiae destruit, & deficcat. psalm. Quorum filii sicut nouellae plantationes in iuuentute sua. ¶ Item requiritur locus, quia scilicet homo debet quaerere locum, idest gradum, & statum opportunum, qui nõ sit nimis pinguis per affluentiam prosperitatis, nec nimis siccus per macilentiam paupertatis, sed temperatus per sufficiẽtiam necessitatis, & soli idest Christo expositus per feruorem deuotionis, & per amicitiã charitatis. Vel per locum possum intelligere paradisum, vbi per deuotionem debemus plantari, iuxta illud Ezech. 17. In monte sublimi Israel plantabo eam. Et illud Ecclesiast. 24. Quasi plantatio rosae in hierico. ¶ Item requiritur modus, quia verè ista plantatio debet fieri iuxta arbores proficientes, idest in societate bonarum personarum, qui verbo & exemplo iuxta se plantatis proficiunt, ipsosque foecundant bonis operibus, & perfundunt. vñ Apostolus dicebat 1. Corinthio. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Apollo enim bonos socios potest significare, qui alios doctrinis, exemplis, & beneficiis solent rigare & vegetare. Quia pro certo charissimi illi, qui debitè sunt plantati (sicut dictum est) vegetantur per gratiae irrigationem. Erumpet inquit in germen. ¶ Tertiò dico, quòd tales foecundantur
per operum procreationem, & hoc ostenditur cum dicitur. Fa D
ciet fructum. Quia sicut arbor bene plantata solet fructificare, si verò bene plantata & radicata non sit, nunquam vt communiter fructum facit, sic uerè homo, qui benè in fide, & moribus est plantatus, & per amorem, & deuotionem in domino radicatus fructum bonorum operum producit. Si verò benè plantatus non fuerit, fructum bonorum operum non habebit. Ideo de viro perfecto dicitur in psal. quòd ipse erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. De male verò plantatis dicitur Sopho. 1. Plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. Quia breuiter, semen, quod supra petrã cecidit, radices non habuit, & ideo fructus aliquos non produxit, sicut dr̃ Lu-

cæ 8. Quia procul dubio illi, qui radicaliter non plantantur, nunquam bonis operibus fœcundantur, &c. Vide supra de Fructu. Isti ergo exterius fœcundantur per operum procreationem. ¶Quartò dico, ꝙ tales qui in deuotione per amorem & desiderium sunt plantati, superius eleuantur per virtutum cumulationem, quod ostenditur cum dicitur. Erit in cedrum magnam. Arbor enim benè & profundè radicata, & plantata, solet melius crescere & proficere, & in altum & grossum se amplius augmẽtare. Sic illi, qui modis prædictis stabiliter plãtantur, & virtutibus, & moribus augmentantur, vsque ad perfectionem, & complementum more arborum crescũt, perueniunt, & ducuntur. Cedrum inquit magnam. psal. Saturabuntur ligna campi & cedri libani, quas plantauit, illic pasceres nidificabunt. Et si vis videre, quomodo per cedrum perfectio morum notatur, vide supra de cedro, quia breuiter sicut dicitur Eccles. 50. Corona fratrum quasi plantatio cedri. Et nota hic, si vis, quòd in bono à deo radicantur, & plantantur multa genera personarum, videlicet

Fluidè miserantes.	Fluidè miserantes significantur per paradisum voluptatis, in quo inueniebant om
Floridè conuersantes.	
Prouidè consolantes.	
Lympidè contemplantes.	

nia genera bonorum fructuum, quia. s. viri pii semper sunt parati alios pascere, & nutrire, & ideo deus solet eos in bono plãtare, & confirmare. Et de hoc dicitur Gene. 2. Plantauerat dominus deus paradisum voluptatis à principio &c. Floridè conuersantes significantur vel per hortum, qui diuersos flores solet habere, vel per rosam, quæ suaues odores solet fragare, de quibus dicitur Eccles. 24. quòd ipsi sunt quasi plantatio rosæ in gierico, & quasi hortus plantationum. Prouidè consolantes signantur per vineas, quia. s. isti vinum consolationis, quod lætificat cor hominis, solent alijs fundere, & ipsos à tristitijs subleuare. Et de plantatione talium dicitur Lucæ 20. Homo quidam plantauit vineam. & de Noe dicitur Genes. 9. ꝙ cœpit vir agricola esse, & plantauit vineam &c. Lympidæ cõteplantes significantur per cedrum, quia sicut dictum est: Corona fratrum quasi plantatio cedri in monte libani. Eccl. 50. Sic igitur patet, quomodo illi, qui in fide, & moribus sunt plantati, solent augmentari, fœcundari, vegetari, profundari &c.

A **Platea.** Cum plateæ sint loca villarum, vel ciuitatum, domibus, vel alijs rebus, & impedimentis vacua, ad spatium ordinata, vel ad congregationem hominum ordinata, notãdum, quòd generaliter per plateas possunt intelligi status hominum huius mundi. Sunt enim plura genera spiritualium ciuitatum, sicut superius est ostensum, & ita per consequens sunt plura genera platearum. Platea enim est locus publicus, & communis, & ideo bene per plateam status, & communis modus hominum poterit denotari. Notemus igitur, ꝙ secundum ꝙ est multiplex status hominum. s. status ecclesiæ militantis, triumphantis, mundi & inferni, secundùm hoc possunt quatuor plateæ reperiri, videlicet platea

Ad lucrandum.	¶Et sic dico, ꝙ est platea Fructuosa. Gaudiosa. Laboriosa. Periculosa. Prima platea ẽ status spiritalis. Secũda est status supernalis. Ter
Ad ludendum.	
Ad luctandum.	
Ad lædendum.	
¶In plateis enim	
Mercatores lucrantur.	
Spatiantes iocantur.	
Duellantes luctantur.	
Delinquentes truncantur.	

tia est status mundialis. ¶Quarta est status infernalis. ¶Dicamus ergo primò, ꝙ est quædam platea spiritalis & fructuosa, & ista nihil aliud est, quàm status ecclesiæ, vel religionis. Ista est ergo platea ad lucrandum, quia. s. in ciuitatibus solent esse plateæ magnæ, & latæ, vbi merces venduntur, & vbi homines lucrantur, & vbi necessaria hominibus inueniuntur. Talis platea proculdubio est ecclesia, vel religio, ibi enim homines lucrantur & acquirunt merita, & virtutes. Ibi enim inueniuntur & venduntur omnia necessaria ad salutem, videlicet Merces

Sacramentorum	Vnde Iudicum 19. Vidit senex sedentem cum
Documentorum.	
Bonorum exemplorum.	

sarcinis in plateis ciuitatis. Et Apocalip. 21. dicitur ꝙ plateæ ciuitatis aurum erant mundum. Sicut enim in plateis non solũ concurrit diuersitas mercium, immo etiam diuersitas & multitudo hominum, sic pro certo in platea religionis & ecclesiæ non solum inuenitur multiplex mercimonium bonorum operum, & virtutum, immo etiam ibi est multitudo bonorum hominum, & sanctorum 2. Paralipomen. 29. Adduxit sacerdotes & leuitas, & congregauit in plateam. Notemus ergo ad commendationem istius plateæ, quia pro certo ista platea est locus

Amoris & dilectionis.	Dico, ꝙ ista platea est locus dilectionis, & amoris. Ibi enim abundant viri charitatiui, dei & proximi dilectiui, dicẽtes illud Can
Humoris & deuotionis.	
Honoris & prælationis.	
Dulcoris & erogationis.	
Clamoris & prædicationis.	
Splendoris & eruditionis.	

tic. 3. Per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea. Item est locus deuotionis, & feruoris, & de hac dicitur Eccl. 24. Iuxta aquas in plateis quasi cinamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Item est locus prælationis & honoris. Iob 29. In plateis parabant cathedram mihi. Item est locus erogationis & dulcoris, quia scilicet ibi sunt viri misericordes, & compassiui, qui alijs erogant bona sua, iuxta illud Prouer. 5. Deriuẽtur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide. Et hoc est, quod figuratur Lucæ 14. vbi dominus præcipit procuratori suo, quòd in plateas & vicos ciuitatis exeat, & quòd pauperes, quos in vico inuenerit, ad conuiuium introducat. Item est locus pdicationis & clamoris, quia scilicet in ista platea Christus docuit & prædicauit, & alios prædicaturos instituit, & ordinauit. Prouerb. 1. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam. Lucæ 13. In plateis nostris docuisti. Item est locus discretionis & splendoris, quia scilicet ibi sunt viri lympidi, & discreti, clari, prudentes, & illuminati. Et isti intelliguntur per senes, qui sunt naturaliter prudentiores, de quibus dicitur 1. Machabeorum 14. Seniores in plateis sedebant. Istæ sunt ergo plateæ, vel ecclesiæ, vel religiones, in quibus videlicet omnia bona, & omnes boni habitant, & abundant. Quamuis proculdubio in multis videtur contrarium hodie, quia non sunt ibi nec boni, nec bona, immo potius ibi & mali, & mala, idest peccatores, & peccata. vnde Hieremiæ 7. dicitur. Nonne vides, quid isti faciant in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem? Filij colligunt ligna, & patres succedunt ignem, mulieres conspergunt adipem ad faciendum placentas. Vide eam supra titulo de ciuitate. Et breuiter, quod dolendum est, plus est hodie in istis plateis, idest in stãtibus ecclesiasticis de malo, quàm de bono, de vitio, quàm de merito, de nefario, quàm de iusto. Et hoc est, quod dicitur Esaiæ 59. Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit, & corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuionem, &, qui recessit à malo, prædæ patuit. Antiquitus enim (sicut dicitur Actuum 5.) in plateis ponebantur infirmi vt sanarentur, hodie verò si in istis plateis sint aliqui infirmi, debiles, & pauperes, & egeni, ab aliis non sanantur, nec iuuãtur, immo potius condemnantur, & vilipenduntur, sicut de Helia & Enoch dicitur Apocali. 11. quòd corpora eorum iacebunt in platea ciuitatis magnæ. Et quare hæc charissimi? quia pro certo in istis plateis non abundant hodie viri senes, idest viri prudentes, & perfecti, sed potius viri iuuenes, & imprudentes, fatui, & lasciui, sicut patuit Zachar. 8. vbi dicitur, quòd plateæ ciuitatis implebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis. De diabolo etiam dicitur Ezech. 26. vbi propheta loquens ciuitati Hierusalem de Nabuchodonor dicit. Vngulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas. Equi enim significant viros carnales, & impudicos. Hierem. 5. Equi amatores in fœminas. Non sic charissimi, non, sed sint in ista platea uiri boni, & opera bona, quia pro certo sicut dictum est, ista est platea spiritalis, & fructuosa &c. ¶Sed secundo dico, B ꝙ est quædam platea supernalis, & gaudiosa, & ista est platea ciuitatis nouæ Hierusalem, scilicet paradisi, quia scilicet sicut in magnis ciuitatibus sunt plateæ deputatæ ad spatiandum, & solatiandum, vbi scilicet homines post laborẽ durum, & diurnum in sero solent spatiari, vbi in tempore pentecostes homines solent chorizare, ubi etiam quasi omni die iuuenes, & virgines solent ludere, & cantare, sic verè charissimi deus fecit nobis unam plateam iucundissimam in paradiso, ubi scilicet sancti & iusti in sero mortis (finitis diei vitæ præsentis laboribus) solatiantur, & spatiantur, & ubi tam angeli, quàm homines cantant, lætantur, & iucũdantur, & per dei laudem, & gratiarum actionem in dei auribus modulantur. Vnde de istis plateis dicitur Tho. 13. Ex lapide candido & mundo plateæ eius ster-

ſternentur, per vicos eius alleluia cantabitur &c. Et aduerte, ꝙ iſta platea eſt ſcilicet Locus

Tutus ad habitandum.
Gratus ad frequentandum.
Altus ad honorandum.
Clarus ad delectandum.
Purus ad ſpatiandum.
Plenus ad recreandum.

¶ Eſt dico locus tutus ad habitandum. Et ideo dicitur Zacha. 8. ꝙ adhuc habitabunt ſenes, & anus in plateis Hieruſalē. Et hoc quia ſicut dicitur in pſal. Non eſt ruina maceriæ, neque tranſitus, neque clamor in plateis eorum. Item eſt locus gratus ad frequentandū. Ideo Tho. 13. dicitur. Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius ſternentur. Et ideo 1. Eſd. 10. dr̄. Sedit populus in platea. Item eſt locus altus ad honorandum, quia ſicut dicitur Heſter 6. Homo, quem rex honorare voluerit, debet indui veſtibus regiis, & imponi ſuper equū, qui de ſella regis eſt, & accipere regiū diadema, & primus de regis principibus, & tyrannis teneat equum eius, & per plateam ciuitati incedens clamet, & dicat. Sic honorabitur quem rex voluerit honorari. Homo enim iſte ſignat quemlibet beatum, quem pro certo rex paradiſi honorat ſic, quia ſibi donat veſtes, ideſt dotes fœlicitatis. Equum, id eſt corpus agilis immortalitatis. Diadema honoris, & ſublimitatis, & primus principum, ſ. Michael, ipſum deducit per plateas illius opulentiſsimæ ciuitatis. De iſto ēt honore pōt dici illud prædictum Iob 29. In platea parabant cathedram mihi. Item dico, ꝙ iſta platea eſt locus clarus ad delectandum. Vñ Apoc. 22. dicitur, qđ Angelus oſtēdit ei flumen aquæ viuæ, ſplēdidum tanquam cryſtallum, procedentem de ſede dei viui & agni in medio plateæ eius. Fluuius enim iſte ſignat ſplēdorem æternæ gloriæ, qui beatos delectat in medio paradiſi. Item dico, quòd eſt locus purus ad ſpatiādum, quia ſicut dicitur Apoca. 21. Plateæ ciuitatis aurum mundum. Item eſt locus plenus ad recreandum, quia ſcilicet ibi ſunt fructus, & deliciæ omnium voluptatum. Apoc. 22. In medio plateæ eius ex vtraque parte fluminis lignū vitæ, afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem gentium. Quia proculdubio in platea paradiſi lignum vitæ, ſcilicet Chriſtus profert per menſes ſingulos fructuum ſuum, & folia eius ad ſanitatem gentiū. i. continuè influit recreationem gloriæ paradiſi, qua ſcilicet animas reficit, atque paſcit. Iſti autem fructus duodecim eſſe dicuntur, pro eo quòd ſecūdum Ber. in ſermone, vbi exponit coronam ſtellarum duodecim, ibi ſunt duodecim gaudia. Et hoc, quia ibi eſt memoria ſine obliuione. Ratio ſine deuiatione. Voluntas ſine perturbatione. Impaſsibilitas ſine corruptione. Claritas ſine obfuſcatione. Agilitas ſine retardatione. Subtilitas ſine obuiatione. Charitas ſine ſimulatione. Quia ſcilicet ibi diligit homo proximum in omni veritate diligentem ſe, ſicut diligit ſeipſum. Videt proximum in omni veritate diligentem ſe ſicut diligit ſeipſum. Diligit deum perfectè pluſquā ſeipſum. Propter deū tantummodo perfectè diligit ſemetipſum. Videt deum diligētem ſe plus quam ipſemet diligat ſemetipſum. Ecce ergo quomodo duodecim fructus portat in iſta platea lignum vitæ. Et ideo breuiter iſtam plateam debemus diligere, & appetere, & ipſam per deuotionem inhabitare. Gene. 19. In platea manebimus. Iſta eſt ergo platea ſupernalis, & gaudioſa.

C ¶ Tertiò dico, ꝙ eſt platea mundialis, & vitioſa, & iſta nihil aliud eſt, quàm ipſe mundus, vel ſtatus hominum mundanorum. In plateis. n. aggregantur fœces, & luta. In plateis etiam lites, & duella fiūt & exercentur. Et in plateis fraudes, & mendacia committuntur. Sic pro certo platea huius mundi eſt locus litium, duelli, luctus, & laboris, fœcium, & immunditiæ, & horroris, & fraudum, & malitiæ, & liuoris. Sicut enim dicitur in pſal. Non defecit de plateis eius vſura & dolus. quia pro certo breuiter loquendo, iſta platea eſt Locus

Erroris & deuiationis.
Terroris & impugnationis.
Mœroris & deſolationis.
Fętoris & inquinationis.

Quod ſit locus erroris patet Eccle. 9. Ne oberraueris īplateis. Item ꝙ ſit locus terroris, patet Ezech. 28. vbi dicitur. Immittam ei peſtilentiam, & ſanguinem in plateis eius. Item quòd ſit locus męroris, patet Eccl. 12. Circuibunt in plateis plangentes. Item ꝙ ſit locus fœtoris, patet Ezech. 16. Feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis. Iſta eſt ergo platea mundialis, & vitioſa. ¶ Quartò dico, ꝙ eſt quædam platea infernalis, & doloroſa, & iſta eſt ipſe infernus. Sicut enim in ciuitatibus ſunt quandoque aliquæ plateæ, vbi malefactores puniuntur, & decapitantur, vel rotantur, ſic infernus. Vnde nota, quòd infernus eſt platea

Mortis & damnationis.
Caſus & eliſionis.
Contemptus & obliuionis.
Remorſus & deſperationis.

Quod ibi ſit locus mortis & damnationis, patet Tho. 2. vbi nunciatū eſt Thobiæ iugulatū quempiam in platea iacere. Item ꝙ ibi eſt locus caſus, & eliſionis patet Hiere. 50. vbi dicitur cadent iuuenes eius in plateis. Item ꝙ ſit locus obliuionis, patet, quia ex quo homo venit illuc, amplius nō cognoſcitur, immo in obliuionem ponitur. Et de hoc Thren. 4. dicitur. Denigratæ ſunt facies eius ſuper carbones, non ſunt agniti in plateis. Item quòd ſit locus deſperationis & maledictionis, patet Amos. 5. vbi dicitur, quòd in omnibus plateis & in cunctis, quæ foris ſunt, dicetur ve ve. Et ſic ergo patet quomodo quadruplex eſt platea, ſcilicet Infernalis, Mundialis, Beatifica, & Eccleſiaſtica &c. Vide ſupra de loco, & de aliis materiis ſimilibus.

Plauſtrum. Plauſtra ſunt quadrigæ quattuor rotarū, quæ quandoque fiunt ad onera portandum, quandoque ad actus bellicos exequendū, ſicut ſunt plauſtra ferrea, ſeu ferrata, de quibus fit totiens mentio in ſcriptura, quæ etiam alio modo carpenta dicuntur. In regione .n. Paleſtinæ, & Syriæ taliū plauſtrorum frequens in prælijs erat vſus. Vnde Titus Liuius de bello Macedonico, vbi agit de prælio Antiochi regis Syriæ contra Romanos, ponit, quòd Antiochus habuit plurimos tales currus falcibus vndique communitos, quos etiam falcatos currus appellat, & modum etiam, quo facti fuerunt, aſsignat. Sed de his omnibus tranſeo, vide vbi Currus, & vbi fit mentio de quadriga. A

Plebs. Nota, ꝙ inter plebem, & populum fuit antiquitus apud romanos talis differentia, quia populus Romanus omnes romanos homines, paruos ſcilicet & magnos, patres & plebem, magiſtratus, & ſubditos, & ignobiles continebat. Plebs autem romana inferiores ſolum, ruſticos ſcilicet artifices, & agricolas, mercatoreſque, & ignobiles deſignabat. De altercationibus autem plebis, & patrū, & quomodo plebs finaliter obtinuit, quòd ad adminiſtrationem reipublicæ, & ad conſulatus, prætoratus, & alios magiſtratus admitterentur, legatis Titum Liuiū. & inuenietis hęc, & infinita alia de plebeis & qualiter virtus populum ruſticū nō abhorruerit, ſed in pluribus plebeis emicuit, qui tam prudenter, & ſtrenuè ſicut quicunque patres pernobiles, aliquando rempublicam gubernauerunt De his tamen nihil ad præſens ad me. Ad moralem igitur intelligentiam properabo. Notabo igitur, quòd in ſcriptura reperitur videlicet Plebs diuina, quæ eſt nobilium perfectorum. Plebs humana, quæ eſt humiliū ſubditorum. Plebs mundana, quæ eſt flebilium, peccatorū. Et ſic verè dico, quòd nos inuenimus Plebē virtuoſam & inclytam. Plebem luctuoſam & ſubditam. Plebem fluctuoſam & perditam. ¶ Dico ergo primò, quòd in ſcriptura reperitur plebs inclyta hominum perfectorum. Viri enim perfecti & iuſti, plebs diuina dicuntur, pro eo quòd domino deuotius obſequuntur, & ꝙ ipſi ſubduntur ſpecialiter, & deducuntur. Potiſsimè autem per iſtam plebem poſſunt intelligi boni religioſi, & clerici in ciuitate eccleſiæ cōgregati, & diuinis ſeruitiis mancipati. De qua plebe dicitur Luc. 1. quòd Ioannes Chriſtum præceſsit in ſpiritu & virtute Heliæ. Sequitur. Parare domino plebem perfectam. Igitur de plebe ſpirituali & diuina, ideſt de communi congregatione iuſtorum notemus, quòd hæc eſt Plebs A

Humiliter domino ſubiecta.
Dociliter à deo directa.
Mentaliter ad deum erecta.
Viriliter à deo protecta.
Perenniter gaudio confecta.
Solenniter honore prouecta.
Totaliter à culpis eiecta.
Vocaliter laudibus adiecta.
Vtiliter in pace collecta.
Nobiliter gloria perfecta.

¶ Dicamus ergo, ꝙ plebs iuſtorū eſt, & erit domino ſubiecta humiliter. 3. Eſdræ. 4. Oīs plebs, & virtutes regē obaudiuit. Itē à deo directa dociliter, quia ſcilicet deus docet & dirigit plebem ſuam, quia ſicut dicitur Eccleſiaſtici 37. Vir ſapiens plebem ſuam erudit. Et Lucæ 1. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſsionem peccatorum eorum. Item iſta eſt plebs ad deum erecta mentaliter, ſ. ipſum deuote orando. pſal. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Item iſta eſt plebs à deo protecta viriliter. pſal. Dominus fortitudo plebis ſuæ, & protector ſaluationum. Item iſta eſt plebs gaudio confecta perenniter. Pſalm.

Plebs

plebs tua lætabitur in te. Et Roma. 15. Lætamini gentes cum plebe eius. Item ista est plebs honore prouecta, seu per deum electa solenniter, quia scilicet de plebe iustorum debent eligi princeps, & prælati. psal. Exaltaui electum de plebe mea. Et Exod. 18. Prouide tibi de omni plebe viros potentes timentes deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue eos tribunos, & centuriones &c. Item est ista plebs à culpis eiecta, seu purgata totaliter, quia scilicet deus oẽs culpas ipsorum remittit. Psalm. Remisisti iniquitatem plebis tuæ, & operuisti omnia peccata eorum. Item est ista plebs laudibus adiecta vocaliter, quia scilicet ista semper vacat laudibus diuinis. Lucæ 18. Omnis plebs, vt vidit, dedit laudem deo. Item est ista plebs in pace collecta vtiliter. psal. Loquetur pacem in plebem suam. Item ista est plebs in gloria perfecta nobiliter, quia scilicet sicut dicitur Luc. 2. Deus dat, & administrat lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Israel. Patet ergo, ꝙ talis gens potest dici plebs inclyta hominum perfectorum.

B ¶Secũdò dico, quòd est plebs subdita hominum deiectorũ, seu pauperum miserorum. Isti enim possunt dici lepusculus. i. plebs inualida, in petra, idest in paupertate, & duritia faciens lectum suum, sicut dicitur Prouerb. 30. Et nota, ꝙ plebs pauperum & simplicium à tyrannis solet deglutiri. A prouectis dẽt erudiri. A diuitibus dẽt enutriri. A domino solet exaudiri. ¶ Simplices enim plebei à crudelibus deglutiuntur, seu concutiuntur. Vnde isti sunt, de quibus dicitur in psal. Qui deuorant plebem meam sicut cibum panis. Quorum scilicet typum tenebat ille Cendebeus, de quo dicitur. 1. Macha. 15. ꝙ ipse cepit irritare plebem, & conculcare Iudæam. Item isti à prudentibus erudiuntur. Prudentes enim, & docti viri tenentur plebem, & simplices erudire. Vnde Act. 5. Stantes loquimini in templo plebi. Et Actuum 13. Si quis est in vobis sermo exhortationis, ad plebem dicite. Item isti à potentibus enutriuntur, idest enutriri debent scilicet per elemosynas. Vnde Actuũ. 10. dicitur de Cornelio centurione, ꝙ ipse erat vir religiosus, ac timens deum, faciens elemosynas multas plebi. Item isti à deo, seu à numinibus suscipiuntur. quia scilicet plebei & pauperes à deo, & à sanctis fouentur, & sustinentur, & à periculis, liberantur, & finaliter ad cœlestia subleuantur. psal. Non repellet dominus plebem suam, & hæreditatem suam non derelinquet. Et cũ conuerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel. Roma. 11. Non repulit dominus plebem suam, immo visitabit, & faciet redemptionẽ plebis suæ. Luc. 1. Patet ergo, quòd est plebs subdita hominum miserorum.

C ¶Tertiò dico, quòd est plebs perdita hominum peccatorum, & isti pro certo nõ sunt plebs domini, sed diaboli. vnde dominus dicit peccatoribus illud Roma. 9. Non plebs mea vos. Et nota, ꝙ plebs malorum faciliter ad malum concitatur. Crudeliter bonis aduersatur. Procaciter pauperes aspernatur Finaliter in pœnis desoluatur. ¶Dico igitur, quòd plebs malorum concitatur ad malum valde faciliter. vnde Actuum 6. dicitur, quòd surrexerunt quidam, & commouerunt plebem & seniores in Stephanum, & rapientes eum adduxerunt in conciliũ. Item talis plebs aduersatur bonis crudeliter, & maximè pauperibus. vnde de Apostolis dicitur Act. 16. quòd concurrit plebs aduersus eos. Sequitur. Et, cum plagas multas imposuissent, miserunt eos in carcerem. Item talis plebs aspernatur iustos procaciter, quia pro certo sicut Dauid dicit in psalm. de se ipso. Boni sunt opprobrium hominum, & abiectio plebis. Desoluatur pœnis finaliter, scilicet in inferno. Vnde 1. Reg. 6. dicitur, quòd dominus percussit quinquaginta millia plebis. Et sic ergo patet, quòd in scriptura reperitur plebs perdita, quam deus confundit. Plebs subdita, quam mundus obtundit. Plebs inclyta, quam deus custodit, seu ꝓfundit, scilicet omni bono. Sufficit. Vide infra vbi populus.

Plenitudo.

Sunt valde paucæ auctoritates. Et ideo vide infra de Repletus, & infra de Replere, & supra de Adimplere, & de Implere.

Plorare.

Quia supra dicta sunt multa de lachrymis, de fletu, de luctu, & de planctu, quæ omnia pertinent ad plorare, breuiter notandum est, quòd homo quandoque plorat

Ex contritionis dolore.
Ex dilectionis ardore.
Ex compassionis dulcore.
Ex deuotionis feruore.
Ex desolationis mœrore.
Ex simulationis pallore.
Ex desperationis horrore.

¶ Dico ergo, quòd homo debet plorare ex dolore contritionis, & sic plorant pœnitentes. Vnde Hierem. 48. Contrita est Moab, per ascensum Luith plorãs ascendet. Vnde de desolatione ciuitatis Tyri dicitur Ezech. 27. Plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo. quia scilicet quando videmus ciuitatem animæ nostræ esse ꝑ vitia desolatam, ipsam debemus plorare, & per contritionem & amaritudinem lamẽtare. Item dico, quòd homo plorat ex dilectionis ardore. Et sic Dauid, & Ionathas, qui se super amorem mulierum amabant, quando ab inuicem recesserunt, dicuntur præ amore fleuisse, sicut habetur. 1. Re. 20. Et sicut etiã dicitur Tho. 8. quòd Raguel ósculatus est Thobiam iuniorem, & misit se cum lachrymis super collum ei plorans. Item plorat homo ex dulcore cõpassionis. Homo enim naturaliter est animal flebile, & non tantum in suis, immo etiam in alienis miseriis solet plorare, de quo Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Et Ecclesiastici. 38. dicitur. Fili super mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare. Ista vero compassio summè debet esse pro morte Christi. Quia etiam canis, & equus pro morte domini sui plorare dicuntur, & signa compassionis, canis vlulando, & equus pedibus percutiendo, aliquando ostendere cõprobantur. Sic & nos debemus imitari exempla Mariæ, de qua dicitur Ioan. 11. ꝙ ipsa vadit ad monumentum, vt ploret. Item plorat homo ex feruore deuotionis. Nubes enim calore resoluta pluuiã emittit. sic homo ex feruore deuotionis solutus lachrymas effundit. psal. Ploremus coram domino, qui fecit nos, quia ipse est dominus deus noster, nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Deuoti enim plorant pro paradisi dilatione. pro pręsentis miseriæ prolongatione, pro diuinæ offensæ tam erga se, quam erga alios turbatione. Et sic plorabant illi, de quibus dicitur Ioel. 2. Inter vestibulum & altare plorabant sacerdotes ministri domini, dicentes, Parce domine, parce populo tuo. Item plorat homo ex mœrore desolationis, & sic plorat puer, quando nascitur, præsentiens miseriam, ad quam intrat. Sap. 7. Primam vocem emisi plorans. Sic etiam plorant homines de miseriis & desolationibus huius mundi. Vnde Christus dicit Apostolis Ioan. 16. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Item plorat homo ex liuoris simulatione. Et sic plorant hypocritæ proditores, & falsi amici, qui fingunt se plorantes, vel pro pœnitẽtia & humilitate, vel præ passione & pietate. Sic etiam plorabat ille Ismael vt deciperet alios, & occideret, quod & fecit. Hie. 41. Egressus Ismael in occursum eorũ incedens & plorãs ibat. Item plorat homo ex desperationis horrore, & sic perpetuò plorant damnati. & de hoc dicitur Iacobi 5. Agite nunc diuites, plorates & vlulate in miseriis vestris, quæ euenĩẽt uobis. Et sic patet quomodo plorare cõtingit homini multis modis. Vide supra in titulis prænotatis &c.

Pluere. Pluuia.

A Nota, quòd pluuia est impressio frigida, & humida, sursum in medio aeris intrinsecus generata, primo in nubem ex loci frigiditate coagulata, & tandem per actionem caloris in pluuiam resoluta. Et possumus notare, ꝙ pluuia secũdùm suas varias proprietates potest significare varia, & diuersa, in bono scilicet & in malo. Et ideo possumus notare, quòd inuenitur scilicet

	Superior		Mirabilis.
Pluuia	Interior	quæ est	Laudabilis.
	Exterior		Tristàbilis.
	Inferior		Damnabilis.

Prima pluuia est valde gloriosa
Secunda pluuia est valde virtuosa.
Tertia pluuia est valde vitiosa.
Quarta pluuia est valde dolorosa.

Pluuia gloriosa signat diuinę personæ incarnationem, & de ista dicitur in psal. Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Pluuia virtuosa seu fructuosa signat diuinæ gratiæ irrigationẽ, & de ista dicitur Deut. 11. quod deus dabit pluuiam terræ vestræ temporaneam, & serotinam. Pluuia vitiosa signat mundanæ gloriæ fœcundationem, & de hac dicitur Ecclesiastici. 40. Substantiæ iniustorum quasi fluuius siccabuntur, & sicut tonitruũ magnum in pluuia personabunt. Pluuia vero dolorosa signat mundi & inferni tribulationem, & de hac dicitur in psal. Posuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorũ. De ista ergo pluuia quadruplici aliquid est dicẽdum. ¶ Dico ergo primò, quòd est pluuia superior, & mirabilis. Sicut enim videmus

mus, quòd pluuia à superioribus deriuatur, in nubibus generatur, cum terra incorporatur, & sic terra per ipsam rigatur, & multipliciter fœcundatur, & aeris siccitas per ipsius irriguum temperatur, sic verè filius dei desursum à patre luminum noscitur descendisse, de nubibus, idest de virginis matris puris visceribus quantum ad humanitatem suum principium assumpsisse, cum terra, idest cum humana natura per incarnationem incorporatus fuisse, & ipsam mirabiliter doctrinis, & gratiis irrigasse, & vbertate bonorum operum fęcundasse. Et hoc est, quod dicitur Esa. 45. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Sicut enim finxerunt fabulæ poetarum, cũ Iupiter summus deorũ amaret quãdam virginem. s. Danaem filia Regis Acrisũ, sibiq; non cõmodè posset loqui, cũ in quadam turri clausa strictissimè seruaretur, mutauit se Iupiter in pluuiam auream, & desuper tectum turris stillauit in gremium virginis, & eam impregnauit, & Perseum militem fortissimũ in ea generauit, qui postea Gorgonem serpẽtem, qui commutabat homines in lapides, occidit, & de marina belua Andromadam puellam morti condemnatam strenuissimè liberauit. Sic verè charissimi non loquendo fabulariter, sed spiritualiter. Iupiter, qui interpretatur iuuãs pater. i. dei filius, qui est deus deorum, & rex magnus super omnes deos, Danaem virginem filię regis Acrisij. i. Mariam virginem de genere Dauid regis summè dilexit, & vt ei se posset coniungere, in pluuiam auream se mutauit, inquantum. s. per beatam incarnationem in gremium virgini sine virili semine ad modũ pluuiæ distillauit. Et sic de ista pluuia. s. persona filij Dei nondum incarnata, & de ista virgine, idest de Dei filio, & de Maria natus fuit Perseus miles strenuus, ipsemet Dei filius incarnatus, qui tandem in prælio crucis Gorgonem serpentem antiquum .i. Luciferum, qui homines conuertebat in lapides, inquantum scilicet ipsos faciebat duros, & indeuotos, & in suis malitijs obstinatos, vicit, & superauit, & virginem Andromadam. i. humanam naturam morti perpetuæ condemnatam à maris belua i. à potestate dæmonum liberauit. Et ideo breuiter de tam mirabili pluuia admiratiue loquitur scriptura Iob. 38. dicens sic. Quis dedit, inquit, vehementissimo imbri cursum, vt plueret super terram, absq; homine in deserto, vbi nullus mortalium comoratur, vt impleret in viã, & desolatam, & produceret herbas virentes? Quis est pluuiæ pater, & quis genuit stillas roris? Ac si diceret. Omnia ista sunt valde mirabilia, quia proculdubio mirabile fuit, quomodo iste imber vltra cursum communis naturæ pluit, & descendit super terram, idest super virginem, absque homine, idest absque viri semine, quæ quidem virgo fuit quoddam desertum incultum, & a nullo mortalium penetratum. Et quomodo sic descendendo, inuiam & desolatam. s. humanam naturam, donis & gratijs impleuit, & herbis virentibus, idest bonis operibus fœcundauit. Quis est ergo pluuiæ pater, &c. q. d. difficile est credere, difficilius intelligere, difficillimum est perfectè cognoscere. Patet ergo, quòd est plu-
B uia superior, quæ est mirabilis. ¶ Secundò dico, quòd est pluuia inferior, quæ est laudabilis. Et ita per pluuiam possunt intelligi omnes virtutes, & gratiæ, quæ mentem habent spiritualiter irrigare. Sicut enim pluuia venit à superiori, sic pro certo diuina gratia; quia sicut dicitur Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est discendens à patre luminum. Et ideo breuiter de pluuia diuinæ gratiæ potest exponi illud Ezech. 1. vbi dicitur, quòd ipse vidit quasi speciem ignis splendentis. & quasi aspectum arcus, cum fuerit in nube in die pluuiæ. Vnde nota, quòd per istas quatuor proprietates pluuiæ materialis potest quadruplex pluuia spiritalis designari. Pluuia ergo habet scilicet

Fęces emundare.
Aerem serenare.
Aridam humectare.
Sterilia fœcundare.

Sic verè diuina gratia, vel etiã ipse Deus emũdat, & purificat per pluuiam compunctionis. Ignis. Serenat, & clarificat per pluuiam discretionis. Splendentis. Humectat, & mollificat per pluuiam compassionis. Arcus. Fœcundat, & rotificat per pluuiam deuotionis Nube. Probat compunctionem ardor depuratiuus. Ignis inquit, qui scilicet purgat metalla. Probat discretionem fulgor illustratiuus. Splendentis inquit. Probat compassionem rigor cõplicatiuus. Arcus inquit, qui. s. cum corda flectitur. Probat deuotionẽ humor irrigatiuus. Nubes, quæ. s. refrigerat, & terram fœcundat. Igitur dico, quòd inuenitur pluuia

Mundificatrix.
Clarificatrix.
Mollificatrix.
Rorificatrix.

Dico ergo, quod est pluuia compunctionis mundificatricis. Et ista notatur per ignẽ, qa scilicet feruens compunctio, & pluuia lachrymarum mundificat corda, & peccata consumit, sicut ignis consumit rubiginem, & purgat metalla. Nam sicut pluuia tollit fœces, & plateas mundat, sic pluuia lachrymarum conscientiam purificat, & fœces peccatorum lauat. Ideo de isto igne, & ista pluuia põt exponi in bono illud psal. Posuit pluuias eorum in grandinem, ignem comburẽtẽ in terra ipsorum. Ignis enim feruens compunctionis pater est pluuiæ lachrymarum. Dicunt enim philosophi, quod quando calor ignis, & solis inuenit superius nubem humidam compactam, & opacam suis radiis fortiter resistentem, & ibi in medio interstitio aeris ex loci frigiditate gelatam, & compactam, solet in ipsam fortiter agere, & erga eam calorem maximum generare, & sic illa nubes in aquam resoluitur, & conuersa in pluuiam ad terram fœcũdandam inferius distillatur. Et inde est, quòd post magnum & subitaneum calorem grandis pluuia sequitur, & quod etiam post nimiam adustionem ipsa pluuia quandoque rubea efficitur, & ita sanguis pluere à simplicibus æstimatur. Sic vero spiritualiter loquendo nubes. i. voluntas & cõscientia peccatoris est quandoque multum humida per carnalitatem, multum compacta per proteruitatem, multum opaca per ignorantiam obscuritatem, & multum resistens calori solis. i. inspirationi dei per obstinationis duritiam & soliditatẽ. Veruntamen quandoque fit, quod sol iustitiæ veniens, vbi fortius obstaculum inuenit, ibi fortius imprimit radios gratię suæ per bonam inspirationem, & ibi fortiorem calorem generat per feruentem contritionem, & sic nubem istam dissoluit, & liquefacit per flebilem compunctionem, & pluuiam spiritalem emittit per fletum & lachrymationem, & ita terra. i. anima quæ primo fuerat inanis & vacua, fœcundatur per virtutum cumulationem. Et ita videtur loqui de pluuia Iob 5. vbi dicitur, quòd deus dat pluuiam super facie terræ, & irrigat aquis vniuersa. Qui põnit humiles in sublimi, & merentes erigit sospitate. Ista autem pluuia quandoque efficitur sanguinea, inquantum ipsam comitatur verecundia rubea, atque rosea. Luc. 22. Factus est sudor eius, quasi guttæ sanguinis. Ista est ergo pluuia compunctionis mundificatricis. ¶ Deinde dico, quod est pluuia discretionis illuminatricis, & hoc notatur, cum dicitur. Splendentis. C
Quia sicut pluuia solet aerem serenum & clarum reddere, solet etiam ventos sedare, pisces impinguare, & siccam complexionem adiuuare, sicut dicit Constantinus, sic verè pluuia scientiæ, & instructionis aerem conscientiæ auditorum illuminat & serenat, ventos superbię & elationis eliminat atque sedat, pisces idest simplices per gratias & virtutes impinguat, & siccos, dissolutos, indeuotos, desolatos, & desperatos adiuuat, & confortat. Et de tali pluuia doctricis illuminationis dicitur Deut. 32. Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquiũ meum. Et Ezech. 1. dicitur, quòd in nube erat splendor in circuitu. Per nubem vero potest irriguum scientiæ denotari, quæ splendentem efficit mentem nostram. Iuxta illud psal. Educẽs nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit. Qui producit ventos de thesauris suis. Nubes enim sunt doctores, & prædicatores, qui proculdubio pluuiam doctrinæ, & scientiæ nobis emittunt, & ventos superbiæ de thesauris conscientiarum fugant, eiiciunt, & expellunt, quamuis hodie videatur dixisse dominus de ecclesia, quod Esa. 5. dicit de vinea sua. Non putabitur, non fodietur, & ascendent super eam vepres, & spinę, & nubibus mandabo desuper, ne pluant super eam imbrẽ. Quia proculdubio hodie in vinea ecclesiæ non est, qui putet per debitam correctionem, non est qui fodiat terram carnis suæ per pœnitentiam & afflictionẽ, non est ibi nubes, idest doctor vel prædicator, qui pluat per doctrinam & eruditionem. Et ideo pro certo ista vinea est hodie vepribus & spinis. i. malis sollicitudinibus & peccatis plena & occupata. 3. Reg. 17. Siccatus est torrens, non enim pluerat dominus super terram. Sic ego patet, quòd est pluuia instructionis illuminatricis. ¶ Deniq; dico, quòd est pluuia compassionis mollificatricis. Pluuia enim quæ terram, quam irrigat, facit mollem, signat virtutem pietatis & compassionis, quę mentem facit teneram, mitem, & alienis miseriis facile penetrabilem, atque mollem, quod ostenditur in nomine arcus cœlestis, quod est signum futuræ pluuiæ & fœderis inter deum, & terram, & quod habet figuram curuam, concauã, & plicatam. Quia pro certo pietatis compassio pluuiam elemosynarum, & beneficiorum distillat, deum cum

homine

homine, & hominem cum Deo cõcordat, & confœderat, & ad subueniendum alijs misericorditer se applicat, & inclinat. Arcus inquit. Et ideo Gen. 9. dicitur. Arcum meum ponam in nubibus. Et ideo Ecclesiast. 36. dicitur. Speciosa est misericordia Dei in tempore tribulationis, sicut pluuia in tempore siccitatis. Ista est illa pluuia, de qua dicitur Matth. 5. ꝙ pater solem suum facit oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Et de istis etiam dicitur Ezech. 34. Pluuiæ benedictionis erunt. Ista est ergo pluuia compassionis mollificatricis.

D ¶Insuper dico, quòd est pluuia deuotioniss refrigeratricis, & hoc ostenditur cum dicitur. In nube. Quia scilicet sicut nubes ardorẽ temporis refrigerat, siccitatem aeris temperat, & pluuia terram, quã tangit, rorificat, & fœcundat: sic verè deuotio, quæ more pluuiæ nobis a superiori mittitur, solet ardorem tẽtationis refrigerare, siccitatem indeuotionis habet tollere, & temperare, & terram, id est animam donis, & gratijs fœcundare. Ideo de tali pluuia, & de ista nube dicitur Ecclesiastici. 12. Reuertatur nubes post pluuiam. Ista est enim pluuia de cœlo veniens. Vnde dicitur Deutero. 11. Terra, ad quam ingrediemini possidendam, de cœlo expectat pluuiam. Et nota, quòd ista pluuia Nutrit, Delectat, Fœcundat. Nutrit dico, vitam gratiæ continuando & augmentando. Et de hoc Esaiæ 44. dicitur Plãtauit pinum, quam pluuia nutriuit. Item delectat cœlestia gustando, & saporando. psal. Pluit illis manna ad manducandũ. Item fœcundat fructus bonorum operum in anima producẽdo, & sanctos homines in ecclesia generando, & constituẽdo. Nam tempore pluuioso generantur, & multiplicantur apes, & econtra tempore sicco propter defectum humoris minuuntur. Herbæ etiam tempus pluuiosum diligunt, & in pluuioso tempore magis crescunt. Quia pro certo pluuia deuotionis, & gratiæ quando in ecclesia vel in religione abundat, apes idest viros perfectos multiplicat, & herbas idest virtutes, & bona opera generat, & augmentat. 2. Reg. 23. Pluuijs generatur herba. Et ista multiplicatio apum per istam pluuiam idest ista productio virorum perfectorum per deuotionem, figurata fuit in fabulis poetarum. Sicut enim dicunt fabulæ poetarum, post diluuium cum pauci essent homines super terram, deus misit quandam pluuiam in terram, de qua natus fuit quidam populus qui dictus fuit populus Curretum, qui pro tanto dicuntur de pluuia nati, quia in quadam summa sterilitate de fungis terræ seu de clossellis, qui de quadam pluuia prouenerunt, fuerunt nutriti, & à famis, & à mortis periculo liberati. Quia proculdubio charissimi pluuia deuotionis in ecclesia nouos populos instituit, & ibi Curetas, idest homines suæ salutis curam habentes nutrit, generat, & producit. Vnde de virtute generatiua, & productiua istius pluuiæ dicitur Leuit. 26. Si ambulaueritis in mandatis meis, dabo vobis pluuias tẽporibus suis. Sed proculdubio multi sunt similes terræ Aegypti, in qua nunquã cadit pluuia, quia scilicet aqua Nili singulis annis redundantis irrigat totam terram. Sic verè multi sunt, qui pluuia cœlestis deuotionis, & gratiæ nunquam irrigantur, sed aqua fluminis terrestris, idest affluentia mundanæ prosperitatis tantummodo humectantur. Et in istis verificatur illa maledictio, qua maledixit Dauid montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniat super vos. Et sic patet, quòd quadruplex est bona pluuia scilicet Pluuia deuotionis. Compassionis. Instructionis. & Compunctionis. Sic ergo patet, quòd est quædam pluuia inferior,

E seu interior, quæ est laudabilis. ¶Tertio dico, quòd est quædam pluuia exterior, quæ est damnabilis. Et ista pluuia quatuor signat, scilicet

- Temporalem prosperitatem.
- Mundialem aduersitatem.
- Criminalem iniquitatem.
- Infernalem pęnalitatem.

¶Prima est pluuia fulminea.
Secunda est pluuia grandinea.
Tertia est pluuia sulphurea.
Quarta est pluuia fulgurea.

Prima ergo est pluuia prosperitatis, quæ est fulminea. Pluuia enim temperata est vtilis, sed pro certo quando est excessiua, & impetuosa, ita quod ad modũ fluminis impetuosè descendit, & maximè si nimis diu perseueret, tunc mirabiliter est nociua. Tunc enim solet flores, & fructus in arboribus corrumpere, & peiorare. Quia etiam de vite, & oliua certum est, quòd si fructus earum maturescat in tempore pluuioso, & vinum, & oleum minus valent, & facillimè corrumpuntur. Item solet semina suffocare, fructus corrumpere, & peiorare. Item solet aliquos pisces excæcare, & aliquos penitus occidere, & necare, & in frumento herbas superuacuas generare. Nã vt dicit Arist. est quidam piscis, qui dicitur purpura, qui si pluuiam gustauerit, moritur ipsa die. Sic verè est pluuia mundanæ prosperitatis, quæ scilicet consistit in diuitiis, deliciis, honoribus, & mundanis scientiis, quia verè ista si nimis abundauerit, solet in anima multa mala generare. Ista enim semina bonarum cogitationum suffocat, fructus bonorum operum corrumpit vel deteriorat, oculos sanę discretionis excęcat, herbas vitiorum & malorum desideriorum generat, & ipsam gustantes, i. in ipsa se delectantes occidit spiritualiter, & vita gratiæ destituit, atque priuat. Et ideo de tali fulminea, & impetuosa pluuia dicitur Matth. 7. Descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum illã, & cecidit. Ista est illa pluuia, qua tẽpore diluuii submersa est omnis caro sicut dr̃ Gen. 8. Et cum qua etiam hodie diabolus submergit multa genera peccatorum. Et ideo benè consulitur. 3. Reg. 18. Descẽde, ne te occupet pluuia. Ista est pluuia prosperitatis, quæ est fulminea. ¶Secunda est pluuia aduersitatis, quæ est grandinea & de ista dicitur Exod. 9. En pluam hac ipsa hora cras grandinem multam nimis. ¶Tertia est pluuia, iniquitatis, quæ est sulphurea, quia scilicet peccatum ad modum pluuiæ sulphureæ ardet per concupiscentiam, & fętet per infamiam. Et ideo Gene. 19. dicitur, quòd dominus pluit super Sodomã, & Gomorram ignem, & sulphur. ¶Quarta est pluuia, quæ est æternæ pęnalitatis, quæ est fulgurea, quia sicut dicitur in psal. Fulgura in pluuiã fecit. Vnde de damnatione Gog dicit dominus Ezech. 38. Ignem, & sulphur pluam super eum, & super populos multos, qui cum eo sunt. Et sic ergo patet, quomodo diuersa sunt genera pluuiarum tam in bono, quam in malo.

Plumbum.

Nota, ꝙ plumbum est metallum cæteris metallis vilioris reputationis. Ceteris grauioris inclinationis. Ceteris promptioris inquinationis. Istud enim parum valet, & modicum ascendit, imum locum tenet, & infimè descendit, manus fędat, & tangẽtem offendit. Igitur per plumbum possunt intelligi omnes peccatores. de quibus potest dici illud Ezec. 22. Omnes isti æs, & stamnum, & ferrũ, & plumbum in medio fornacis. s. consumpti sunt. quasi dicat, modicæ sunt virtutis ad risistendum tribulationibus, & peccatis. Item ad peccatum, & ad infernum faciliter ruunt, & id grauiter inclinatur. Exo. 15. Descenderunt in profundum, quasi lapis, & quasi plumbum in aquis vehementibus. Item alios se contingentes. hoc est dictu, socios, & vicinos fędant, ita quòd ipsorũm dictis, & exemplis ipsi inunguntur, & maculantur. Zacha. 5. Misit massam plumbeam in os amphoræ. Vel si vis per plumbum, quod est nigrum, infectiuum, cõsumptibile, & deorsum cadens, & tendens, intellige corpus humanum vile, putridum, corruptibile, & facile corruens ad mortem. Vel, si vis, tale est peccatum, quia. s. est inficiens, deorsum cadens, & parũ valens. Eccl. 22. Super plumbum quid grauabitur? Vel. si vis, per plumbum intellige diuitias, quę grauant, fędant, & cito depereunt, atque cessant. Vnde de diuitiis Tyri dicitur Ezech. 27. Argento inquit, & plumbo repleuerunt nundinas tuas &c. Vel si vis, dic, ꝙ plumbum signat pauperes humiles, qui sunt locũ infimum quęrentes, & parum inter alios reputati, & tamẽ multum aliis proficiẽtes. Plumbum enim in fornace cum aliis metallis, argento. s. & auro ponitur, & dum istud igne consumitur aliud à consumptione seruatur. Sic sunt pauperes. Isti enim in loco, & statu inferiori ponuntur, parum apud alios reputãtur, & igni tribulationũ pro aliis opponuntur, & exponuntur. Nu. 31. Ferrum, stamnum, & plumbum igne purgabitur &c. A

Plures. Plurimus.

Nota, quòd est pluralitas scilicet A

- Laudanda.
- Vitanda.
- Horrenda.
- Petenda.
- Frequentanda.
- Detestanda.
- Expectanda.
- Sustinenda.
- Dimittenda.
- Exequenda.
- Obsequenda.
- Diligenda.

Prima est pluralitas meritorum & de hac Gene. 33. Habeo plurima frater mi. Et Prouerb. 14. Vbi plurimæ sunt segetes, manifesta est fortitudo bouis. Secunda est pluralitas vitiorum Eccl. 47. Plurima redũdauerunt pc̃tã ipsorum. Tertia est pluralitas tormentorũ Ezec. 11. Plurimos occidisti in vrbe hac. Quarta est pluralitas gaudiorum. Luc. 7. Quis ergo eum. s. deum plus diligit? existimo ꝙ is cui plus donauit. Quinta est pluralitas hominum perfectorum. Hebr. 7. Plures facti sunt sacerdotes.

Sexta est pluralitas hominum peccatorum, & de hac Exo. 23. Non acquiescas plurimorum snīæ, vt à recto deuies. Septima est pluralitas temporalium bonorum, & de hac dicitur Exod. 36. Plus offert populus, quā necesse sit. Et Prouerb. 19. Diuitiæ addunt amicos plurimos. Octaua est pluralitas temporalium malorum. 1. Corint. 15. Plus omnibus laboraui. Nona est pluralitas sæcularium negociorum, & de ista dicitur Iaco. 3. Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis, & Marthæ dicitur Luc. 10. Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima &c. Et Naum. 3. dicitur. Plures fecisti negociationes tuas, quam stellæ sunt cœli. Decima est pluralitas virtualium actuum, & operū, & factorum, & de hac Ioan. 15. In hoc clarificatus est pater meus, vt fructū plurimū afferatis. Vndecima est pluralitas nos protegentium Angelorum, & de hac. 2. Pera. 32. Multo enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo. Duodecima pluralitas est humilium seruitorum. Matth. 21. Plurima autē turba strauerunt vestimenta sua in via. Et sic breuiter dico, ꝙ pluralitas sumitur multis modis, quod longum esset prosequi, & ideo omitto gratia breuitatis. Vide supra de Magis, & Multitudine.

A Plus. Plusquam.

Nota, ꝙ plus, & plusquā signāt quandam excellētiam, & superabundantiam eminentem, siue bona fuerit, siue mala. Igitur notemus, quòd ista nomina plus, & plusquam referri possunt ad omnia genera personarum, videlicet Ad eum. Ad iustum. Ad impium. Primò ergo dico, ꝙ ista dictio neutraliter sumpta referri potest ad deum creatorem. Deus enim in omnibus habet plus, & plusquam, excellit, & abundat in omnibus bonis; abundat enim.

In scientia summè relucente.
In clementia cunctis succurrente.
In sapientia omnia regente.
In patientia omnia ferente.
In amicitia omnia fouente.

Iste ergo plus habet cæteris de scientia. vñ Ecci. 24. Oculi domini plus multo lucidiores super solem sunt. Item plus habet cęteris de clementia. vnde ipse est, qui dicit Oseæ. 6. Misericordiam volo & non sacrificium, & scientiam dei, plusquam holocausta. Itē plus habet cæteris de sapientia. Vnde de Christo dicitur Matt. 12. Ecce plusquam Salomon hic. Item plus habet cæteris de patientia, seu modestia. Vnde Matt. 12. de eo dicitur. Ecce plusquam Ionas Ionas enim interpretatur columba, quæ scilicet auis est patiens, & benigna. Item plus habet ceteris de amicitia. Ipse enim plus ceteris amat, & plus etiam vult amari. Vnde ipse dicit Matth. 10. Qui amat patrem suū, & matrem plusquam me, non est me dignus. Igitur plus, & plusquam refertur ad deum creatorem.

B ¶ Secundò dico, quòd referri potest ad iustum viatorem. Iusti enim habent suam excellentiam, & suum plus, quia scilicet in virtutibus, & bonis operibus solēt plus cæteris abundare. Istis enim dicitur Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Arbor enim, quæ profundius plantatur, & quæ melius colitur, & purgatur suo plus proficit possessori, eo scilicet, quia plus abūdare fructibus comprobatur. Sic verè quia iusti sunt profundius in fide, & in moribus radicati, & ab omni superfluo per pœnitentiam, & temperantiam plus purgati, sunt bonis fructibus, s. virtutibus, & operibus præ cæteris plus repleti. Vñ Christus summus agricola dixit Ioan. 15. Oēm palmitem in me nō ferentem fructum tollet eum, & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. De isto plus, & de ista morali abundantia, & opulentia possumus notare, quòd iusti Plus habent

Sapientiæ resplendentis.
Reuerentię metuentis.
Amicitiæ diligentis.
Affluentiæ se præbentis.
Subiacentiæ se spernentis.

¶ Iusti ergo plus habēt cæteris de splēdore, qui mētes dirigit, hoc ē dictu de sapiētia Dan. 2. Sapientia, inquit, in me est plusquam in cunctis viuentibus. Istud est enim vnum plus, quod summè est appetendum quia sicut dicitur Ecclesiastici. 7. Hoc autem plus habet eruditio, & sapientia, ꝙ vitam tribuit possessori suo. Item plus habēt ceteris de timore, qui mentes corrigit, similes scilicet illi, de quo dicitur Neæmiæ. 7. ꝙ Ananias erat quasi vir verax, & timens deum plus cæteris videbatur. Istud est enim vnum plus, quo corrigitur mēs humana, scilicet timor dei, quia sicut dicitur Prouerb. 17. Plus proficit correctio blanda apud prudentem, quam centū plagæ apud stultum. item Iusti habent plus amoris, qui mentes erigit, scilicet in proximum, & Deum. Vnde dominus facit quæstionem de illo, cui paterfamilias plus donauit, qui scilicet ipsum merito plus diligit. Luc. 7. Quis ergo, inquit eum plus diligit? Existimo, quia is, cui plus donauit. Et reuera deum plus tenemur diligere, à quo scimus nos, & plura recepturos, & recepisse. Dat enim multis gratiam in pręsenti, & gloriam in futuro. Plus donat etiam diuitibus, quàm pauperibus &c. Et ideo ipsum plus diligere tenentur, quamuis ipse de multis possit dicere illud. 2. Corint. 12. Licet plus vos diligens minus diligar. Ioannes. 21. Symon Ioannis diligis me plus his? &c. Item iusti plus habent dulcoris, licet misericordiæ, qui sua porrigunt indigenti. Vnde de isto plus dicitur illud Exod. 36. Plus offert populus, quam necesse sit. Vnde de vidua paupere duo æra minuta offerente, & mittente in gazophilacium dicitur Lucę. 21. quòd vidua hæc plus omnibus misit. Item iusti plus habent pudoris, qui sese negligunt, quia scilicet iusti per virtutem humilitatis plus contemnunt seipsos quam alios, sicut Apostolus de seipso dicebat. 2. Corinth. 11. Vt minus sapiens dico plus ego. Et Dauid etiam de seipso dicebat 2. Regum 6. cap. Vilior, inquit, fiam plus quàm factus sum, & ero humilis in oculis meis. Patet ergo, quòd est vnū plus, quod pertinet ad iustum viatorem.

¶ Tertiò dico, quòd in scriptura inuenitur vnum plus, quod pertinet ad vanum peccatorem. C

Mali enim quanto plus viuunt, tanto plus peccant. Vnde beatus Bernardus, in meditationibus suis dicit. Cur, inquit, tanto desiderio appetimus vitam istam, in qua quanto plus viuimus, tanto plus peccamus? Sunt enim mali similes leenæ, quæ quanto plus viuit, tanto plus sterilescit. Sic isti, quāto plus viuunt, tanto plus infæcundi, & steriles fiunt. Notabis igitur de malis, quòd impius

Plus quærit sapere, quàm deceat.
Plus cupit capere, quàm habeat.
Plus solet spernere, quàm debeat.
Plus solet ruere, quam vigeat.
Plus vult præsumere, quàm valeat.
Plus solet putrescere, quàm soleat.
Plus solet cadere, quàm redeat.

Dico, ꝙ impius plus quærit sapere, quàm deceat. Et tamen Ecclesiastici. 8. dicitur, quòd quanto plus laborauerit ad quærendum scilicet secreta Dei, tanto minus inueniet. Ideo bene dicit Apostolus ad Rom inos. 12. Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem & Ecclesiast. 7. Non plus sapias, q̄ necesse est. Item plus cupit capere, q̄ habeat. Nunquam. n. satiatur bonis mundi, semper. n. vellet hr̄e plus, similis hydropico, qui quanto plus bibit, semper plus sitit, & igni ē, qui quanto plus de lignis recipit, tāto plus crescit. Vñ de illis operariis, qui non contenti denario diurno, pro quo conuenerant, dr̄ Matth. 20. ꝙ arbitrati sunt, ꝙ plus essent accepturi. Et tñ isti deberent attēdere ad illos, qui colligebant manna, quorum illi, qui plus receperant, non plus habuerunt, q̄ alii, sicut dr̄ Exod. 16. quia scilicet in morte diuites, qui modò vñr plus ceteris colligere, nō plus aliis secum portabūt. Vnde ibidem. Nec, qui plus colligit, habuit amplius. Item malus plus solet spernere, q̄ debeat, scilicet deum, & iudicia sua. Vnde de Hierusalem dicit dñs, ꝙ ipsa contempsit iudicia mea vt plus esset impia, q̄ gentes. Ezech. 5. Item iste plus solet, ruere, seu deficere, quàm vigeat. Vnde iste est ille, de quo Ecclesiastici. 11. dicitur. Est homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate. Item iste plus vult præsumere, quàm valeat. Vnde Esa. 16. Audiuimus superbiam Moab, superb. est valde superbia eius arrogantia & indignatio eius plusquā fortitudo eius. Item plus vult putrescere, q̄ soleat. s. per peccatum luxuriæ. Vnde de meretrice Ooliba dicitur figuraliter Ezech. 23. ꝙ ipsa insaniuit libidine plusquā soror sua, & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ ad Assyriorum filios præbuit impudēter. Item iste plus solent cadere, quàm redeat, scilicet per damnationem æternam. Vnde damnati possunt dicere illud Daniel. 3. Diminuti sumus quam omnes gentes. Sic ergo patet, quomodo plus diuersimode sumitur in scriptura, scilicet quātum spectat ad malum impiè viuentem, ad iustum debitè agentem, ad deum æternè manentè. Sufficiat. Vide de magis, & de Amplius.

Potius. Poculum. Pollex. A

De potius, poculum, & pollex paucæ sunt auctoritates, & ideo non prosequor. hoc solum aduerte, quòd potius accipitur pro magis, plus vel amplius, vel etiam quandoque pro melius, conuenientius. Potius enim & melior idem sunt. Vide ergo ibi. Poculum autem vas est, quòd

quòd miniſtrat vinum illi, qui potat. Vide de potu,& potare. Pollex autem groſsior,fortior, & breuior digitus eſt, qui ſit in manu. Vide ergo de manu.

Pollicere. Pollicitus.

Nota, quod polliceri idẽ eſt,ꝙ promittere cũ certitudine,vel cum pacto.

A Eſt enim pollicitus idem, quod firmiter aliquid paciſcens, aut promittens, ſicut benè ſupponitur Deut.1.vbi dicitur.Non uidebit quiſpiam &c.terram bonam, quam ſub iuramento pollicitus ſum patribus veſtris. Notabis ergo,quòd triplex eſt pollicitatio,ſcilicet

Promerenda.	Prima dei.	Deus .n. pollicet̃ bona.
Adimplenda.	Scd̃a iuſti.	Iuſtus vera.
Præcauenda.	Tertia impij.	Impius falſa.

¶ Primò igitur dicamus, quòd eſt pollicitatio dei, quæ eſt promerenda. Conſtat enim quòd deus promiſit, & pollicitus fuit ſuis fidelibus omne bonum. Vnde nota, quòd ipſe pollicitus eſt nobis videlicet

Aequitatis ducem.	Pollicitus dico fuit humano generi ducẽ totius æquitatis, ſ.ſeipsũ,qui ſe ꝓmiſit ad nos venturum,
Veritatis lucem.	
Tranquillitatis pacem.	
Hæreditatis vicem.	
Sublimitatis arcem.	

& nobiſcum habitaturum in carne virginis glorioſę. Et de hoc poteſt exponi illud.2. Paralip. 6.ca. Dominus pollicitus eſt,vt habitaret in caligine,ideſt in vtero virginali. Nubes enim, & caligo in circuitu eius. Item pollicitus eſt lucem totius veritatis,ſcilicet certitudinem fidei,quam homini releuauit. Gal.3. pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidẽ. Item pollicitus eſt pacem tranquillitatis. Vnde Ioſuæ 22. Dedit dominus pacem ſicut pollicitus eſt. Item pollicetur deus vicem ęternæ hęreditatis, ſcilicet terram promiſsionis paradiſi. Deuteron.31. Introduces filios Iſrael in terram, quam pollicitus es. Item pollicetur arcem ſupernæ ſublimitatis,ſeu dignitatis,& auctoritatis,ſcilicet regnum,& gloriam paradiſi.2.Paral.7. Suſcitabo thronum regni tui ſicut pollicitus ſum. vt & ſibi dicat quilibet illud Ioſuæ.14. Da ergo mihi montem iſtum,ſicut pollicitus es. Iſta eſt ergo pollicitatio dei,quæ eſt promerenda. Quia ſcilicet deus iſta nobis pollicetur ſub conditione, ſi ſcilicet debito modo nos habuerimus erga ipſum, ſi non offenderimus per peccatum, quia ſcilicet tunc pollicitationem huiuſmodi perderemus.Vnde Hebre.4. Timeamus ergo fratres, ne forte relicta pollicitatione introeundo in requiem eius exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe. ¶ Secundò dico, quòd eſt pollicitatio

B adimplenda,& iſta pro certo eſt illa, quam nos facimus deo, & proximo. Quicquid enim polliciti ſumus deo,fidem ipſius ſuſcipiendo ex voto ſibi nos obligando,& demonibus,mundo & vitiis renunciando, & in religione etiam forſitan profitendo,& quicquid etiam proximis noſtris pollicemur,alter alteri pacta iurando,nos pro certo debemus implere, & ſine fraude facere,& tenere.Num.32.Quod,polliciti eſtis, implete. Vnde Salomoni dictum fuit.2.Parali. 2.cap.Triticum, & hordeum, & oleum & vinum,quod pollicitus es, mitte ſeruis tuis. Iſta eſt ergo pollicitatio, quæ eſt adimplenda, ſcilicet omnis illa, quæ de ſe eſt licita,& honeſta.¶ Tertiò dico,qnòd eſt pollicitatio præcauenda,ſcilicet omnis illa,quæ de ſe eſt illicita, & iniuſta,ſicut fuit illa,quam fecit Herodes filiæ Matth.14. vbi dicitur,quòd cum iuramento pollicitus eſt ei dare, quæcunque poſtulaſſet. Ipſa vero poſtulauit caput Ioannis Baptiſtæ. Fatua enim pollicitatio,ſed impiiſsima fuit redditio. Sicut etiam de Iepte legimus, qui propter fatuum votum filiam deo ſacrificauit,& tamen miſera filia voluntariè mortem ſuſtinens, dixit ei.Iudic.11.Fac inquit,mihi quodcunque pollicitus es. Talia ergo promiſſa nõ ſunt facienda,&,ſi facta fuerint,non ſunt tenenda.Non enim tenetur homo implere tales pollicitationes, quando ſcilicet ſunt contra deum,& contra bonos mores. Fatui ſunt ergo,qui in honeſta, & illicita aliis pollicentur, & iurant,ſicut de raptore dicitur Iob.17.quòd cor eorum lõge factum eſt à diſciplina.Sequitur. Prædam pollicetur ſociis, &c. Et ſic igitur patet,quomodo in ſcriptura reperitur pollicitatio præcauenda,adimplenda, & promerenda.ſufficiat. Vide ſupra vbi Iurameutum, vbi pactum, ſeu paciſci, & ubi promittere &c.

Polluere.

A Nota,quòd pollutio idem eſt, quod immunditia. Et ideo ille ſpiritualiter eſt pollutus, qui diuerſis vitiis eſt imbutus. ¶ Vnde poſſumus notare, ꝙ in ſcriptura inuenitur pollutio,& immunditia

In eccleſia exterius.	Et ſic dico,ꝙ eſt pollutio exterior, & pudoroſa,iterior,& vitioſa,poſterior ſeu inferior & doloroſa.
In anima interius.	
Et in inferno inferius.	

De exteriori dicitur in pſalm. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum. De interiori dicitur Leuit. 20.cap. Non polluatis animas veſtras. De inferiori dicitur cuilibet damnato illud Amos.7. Tu in terra polluta morieris. Et Ezec.4. dicitur.Comedent filii Iſrael panem ſuum pollutum in terra aliena &c. Dicamus igitur aliquid de duabus primis, videlicet de pollutione eccleſiarum,& de pollutione perſonarum. ¶ Primò quidem dico, quod eccleſia polluitur per ſcelera ſuorum ſeruitorum,ſicut enim videmus qđ ſtabula animaliũ,& equorũ,in quibus ſunt ſcilicet aſsidue,viuunt & comedunt,& dormiunt,valde ſunt fœtida & immunda,non quidem ex ſe, nec ex ſui natura,ſed pro eo quòd ipſa animalia, quæ impinguantur,& ſtabulantur ibidem, polluunt ea,in quantum ibi proiiciunt fœces ſuas,ſic verè chariſsimi,ſtabulum eccleſiæ(quæ ẽt à Chriſto ſtabulum dicitur, & prælati eius ſtabularii nuncupãtur.Luoæ.10.) quamuis ex ſui natura ſit purum, & mundum, quia tamen mali eccleſiaſtici,qui ibi ſtabulantur,& impinguãtur,ibi hodie proiiciunt multiplices fœces vitiorum, & peccatorum,quæ ſcilicet ibi faciunt & committunt, hinc eſt, quòd hodie iſtud ſtabulum multipliciter eſt pollutum, & multis immunditiis inquinatum.pſal. Polluerunt tabernaculum nominis tui.Et ideo ſicut taxus dimittit domum, & cauernam ſuam quando videt eam à vulpe ſtercorizatam, & pollutam,ſic hodie deus in multis videtur ſuam eccleſiam deſerere, pro eo ꝙ videt eam per malitiam vulpis diaboli tot,& tantis pollutionibus plenam eſſe. Ipſe enim deus facit hodie ſecundum legem quam ipſe tulit. Prohibuit enim in lege, ne aliquid immundũ tangeretur.Num.19. Quicunque tetigit humanæ animæ morticinium,polluetur. Et ratio eſt,ſicut ibidem dicitur. Quicquid tetigerit immundus,immundum faciet. Cum ergo ipſe ſit mũdiſsimus,& videat totum ſtatum eccleſiaſticum,vt in pluribus pollutum,& immundum,hinc eſt, quòd ipſum hodie non dignatur tangere, nec ſibi per amorem adiungere, immo videtur ipſum totaliter abhorrere. Ideo ciuitati eccleſiæ ipſis eccleſiaſticis in figura Hieruſalem, & poſſeſſorũ ſuorum loquitur dominus Ezech.22. Pupillum inquit, & viduam contriſtauerunt apud te. ſanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbata mea polluiſtis. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem & ſuper montes comederunt in te. Sequitur. Vnuſquiſque in vxorem proximi ſui operatus eſt abominationem, & ſocer nurum polluit &c. Munera acceperunt in te, vſuram,& ſuperabundantiam &c. Ecce chariſsimi quot genera pollutionum ſunt hodie in eccleſia ſancta dei. Ibi enim ſunt ſicut patet,ſcilicet Pollutiones incompaſsionis,quia ibi pupillus & vidua contriſtantur. Item pollutio indeuotionis,quia ibi ſabbata & ſanctuaria non coluntur. Item pollutio detractionis,quia ibi alter de alterius negotiis obloquitur. Item pollutio carnalis infectionis, quia ibi adulteram adulter, & ſocer nurum polluit. Symoniæ, & ambitionis, quia ibi munera acceperunt in te. Item pollutio auaritiæ & extortionis, quia ibi eſt vſura &c. Et ideo breuiter poſſumus notare, quòd mali eccleſiaſtici hodie polluunt eccleſiam propter

Carnalem infectionem.	Eccleſia.n. ſpiritualiter ẽ polluta iſtis qnque vitiis.ſ.carnali infectione. vnde cuilibet carnali eccleſia-
Munerum acceptionem.	
Maiorum adulationem.	
Indignorum exaltationem.	
Negotiorum occupationem.	

ſtico dr̃ illud Hier. 3. Polluiſti terram in fornicatione tua. Itẽ munerum acceptione. Ezec.20. Nomen ſanctum meum polluiſtis in muneribus veſtris. Item ſuperiorum adulatione,quia ſcilicet hodie illi,qui melius ſciunt adulari, ſunt ſuperioribus magis chari. & iſta pollutio ſignificatur per idola, quia ſicut antiquitus terra, & templum erant polluta, quando ibi idola colebantur,ſicut de ciuitate Hieruſalem dicitur Ezec. 22. Qđ fecit idola contra ſemetipſam, vt pollueretur, ſic verè hodie eccleſia eſt tota polluta, pro eo quòd idolis, ideſt inſufficientibus prælatis ibidem thurificatur, & adulatur. contra illud, ꝙ ſcribitur ibidẽ. In idolis Aegypti nolite pollui. Item polluitur indignorum promotione. Ezec.28. Inducam ſuper te alienos, & polluent decorem tuum. Itẽ polluitur negociorum occupatione.vnde Ezec. 28. In multitudine iniquitatũ negociationũ tuarum polluiſti ſanctificationem tuam. Quia pro certo hodie

Eccleſia, & eccleſiaſtici intantum occupantur in negotijs tẽporalibus, & ſecularibus, quòd hodie tota ſanctificatio ſua eſt
B polluta. Et ſic breuiter patet, quòd etiam polluitur per ſcelera ſuorum ſeruitorum. ¶ Secundo dico, quòd mali polluũtur per ſcelera multorum vitiorum. Nota, quòd homo ſecundùm legem antiquam literaliter, & ſecundum nouam ſpiritualiter polluitur ſcilicet

Ex malorum coniunctione.	Prima eſt pollutio malæ
Ex humorum effuſione.	ſocietatis, quia.ſ.antiqui
Ex ciborum comeſtione.	tus quicunque tangebat
Ex verborum prolatione.	aliqđ reptile, vel aliquẽ
Ex operum impletione.	mortuum, polluebatur,

ſicut dicitur Leui. 11. & Num. 19. In quo ſignabatur, quòd ille, qui reptilia & mortuos.i.viros peccatores, & infames tãgit ipſorum.ſ.ſocietatem ſectãdo, exinde facile polluitur, ipſorũ mala imitãdo, & ſe eis conformando. Ideo præcipitur Eſa. 52. Pollutum nolli tangere. ¶ Secunda eſt pollutio vilis carnalitatis. Sicut enim dicitur Nume. 5. Ille, qui ſemine fluebat, pollutus erat; Sic luxurioſi. vnde Threno. 1. Facta eſt Hieruſalem quaſi polluta menſtruis. ¶ Tertia eſt pollutio vilis guloſitatis. Leuit. 19. Si quis poſt biduum comederit, ſanctum domini polluit. Et ideo de Daniele legitur Dan. 1. quòd ipſe propoſuit in corde ſuo ne ipſe pollueretur de menſa regis. ¶ Quarta eſt pollutio vanæ loquacitatis, & de hac Eſa. 6. Vir pollutus labijs ego ſum. ¶ Quinta vero eſt pollutio grauis iniqtatis. Vnde Eſa. 59. Manus veſtræ pollutæ ſunt ſanguine. Et ſic ergo patet, quo modo diuerſimode polluitur eccleſia, & perſonæ &c. Vide ſupra de immunditia, & de macula.

A **Pomum.** Cum poma generaliter ſumantur pro quibuſcunque arborum fructibus, teſtis tamen aut duros cortices non habentibus, quia.ſ.fructus cum teſta dura, non poma, ſed potius nuces dicuntur, poſſumus moraliter dicere, ꝙ ſecundùm diuerſitatem pomorum, ſeu etiam viridariorum varia genera ſunt pomorum. ¶ Dicam ergo, ꝙ res inuenimus poma

Interiora.	Prima ſunt domeſtica, quæ ſunt perfe-
Deteriora.	ctorum. Secunda terreſtria, q̃ ſunt pec
Exteriora.	catorũ. Tertia ſilueſtria, q̃ ſunt munda-
Superiora.	norum. Quarta ſunt cęleſtia quæ ſunt

beatorũ. ¶ Primò ergo dico, ꝙ ſunt quædam poma interiora, quæ ſunt hominum perfectorum, & iſta pro certo ſunt interiores gratiæ, & virtutes, quæ in viridario cordis, & in arbore bonæ voluntatis naſcuntur, quæ bonæ famæ fundunt odorem, & per bona exempla, bonæq; doctrinæ verba alij de eis nutriuntur. Leuit. 19. Quinto anno comedetis fructus congregantes poma. Et ſi vis, pone, qđ multa ſunt genera pomorũ, ſ.rubea, aurea, viridia, candida, ſeu niuea, matura, dura, mollia, aſpera, dulcia &c. Sic verè dico, ꝙ varia ſunt genera virtutũ, ſ.rubea, hæc eſt charitas; aurea, hæc eſt honeſtas; viridia, hæc eſt innocentiæ puritas, niuea, hæc eſt caſtitas; matura, hæc eſt temperantia; dura, hęc eſt pœnitentia; mollia, hęc eſt benignitas & modeſtia; aſpera, hęc eſt iuſtitia; dulcis, hęc eſt miſericordia, & ſic de alijs. Talia ergo poma debẽt viridaria cordiũ noſtrorũ portare, & ipſa deo tanquã iſtius viridarij dño reſeruare, dicentes ſcilicet ſibi illud Cant. 5. Veniat dilectus meus in hortũ ſuum; vt comedat fructus pomorum ſuorum. Vt & ipſe dicat illud, quod ſequitur c. 6. Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem, ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica. Deus.n. libenter ſolet deſcendere gratiam infundendo in hortũ cordis humani, & in vineam floridam cõſcientiæ viri iuſti, vt ſ.germinibus bonarum cogitationum, & pomis virtutum & operationum ſpiritualiter delectetur. Et ſic congratulãdo dicat illud Oſee 9. Inueni Iſrael quaſi poma ficulneæ. Et ſi vis, nota, ꝙ quilibet noſtrum debet talia poma virtutum ex ſe producere, deo aſcribere, bonis diffundere. In ſe dico producere. Leuit. 26. Terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur. Quod tamen eſt contra malos, qui ſcilicet non proferunt poma bonorum operum, & virtutum. Vnde ibidem dicitur. Non gignet terra, nec arbores poma præbebunt. Item deo aſcribere, quia reuera nullum bonum proferimus, quin à deo procedat. Leuit. 27. Omnes decimæ de pomis arborum domini ſunt. vt ſcilicet quilibet dicat ſibi illud Cantico. 7. Omnia poma mea noua, & vetera ſeruaui tibi. Item bonis diſtribuere, & diffundere, ſcilicet alios per bona exempla pomis noſtris nutriendo, & odorem bonæ famæ alijs diffundendo, vt de nobis dicatur illud Iob 9. c. Tranſierunt quaſi naues poma portantes. quæ.ſ.odorem poſt ſe relinquunt. vnde & nobis dicatur illud Cantic. 4. Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Patet ergo, quod ſunt quędam poma interiora, quæ ſunt hominum perfectorum. ¶ Secundò dico, quòd ſunt B. quædam poma deteriora, quæ ſunt hominum peccatorum, & iſta pro certo nihil aliud ſunt, niſi mala opera, & peccata, quæ certè ſunt poma putrida, & corrupta, porcis, id eſt demonibus ſatis apta, nec à bonis manducari.i.in exemplum ſumi digna, de quibus dicitur Leuit. 19. Poma, quæ germinant, ſupple corruptionem immunda erũt vobis, nec edetis ex eis. ¶ Tertiò dico, quòd ſunt poma exteriora, quæ ſunt hominum mundanorum. Et iſta nihil aliud ſunt, quam diuitię, quas ſcilicet mundi diuites, & potentes in huius mundi pomerio abundanter ꝓducunt, de quibus in Pſal. Poſuerunt hieruſalẽ in pomorum cuſtodiam. Quæ potiſſime poſſunt dici de eccleſiaſticis diuitibus. Talia tamen poma parum durant. Vnde cuilibet diuiti poterit dici illud in morte, quod dictum fuit ditiſſimæ Babyloni. Omnia poma tua deſiderabilia animæ tuæ receſſerunt à te. Apocalyp. 18. Quia ſcilicet tunc verificabitur illud Exodi 10. Deuorata eſt herba terræ, & quicquid pomorũ in arboribus fuit. Pomerium, ſeu viridarium, in quo iſta poma creſcunt, eſt illud, in quo Suſanna fuit fraudulenter accuſata, & morti fuiſſet adiudicata, niſi Daniel remediũ poſuiſſet, vt ſcribitur Danie. 13. Quia reuera illi, qui in iſto mundi pomerio ſe delectãt, & balneant, pericula fraudum, & malorum hominum ſæpe reportant, morſque perpetua cuilibet tali per falſos iudices demones infligitur, niſi puer Daniel, i. Chriſtus miſericorditer ſubueniat, aut tueatur. Sic ergo patet de pomis diuitiarum, ꝙ ſunt poma exteriorum hominum mundanorum. Vnum tamẽ volo hic addere, quia in Tito Liuio in geſtis Romanorum ab origine vrbis, fit mentio de pomerio, & extra pomeriũ, & quia pauci intelligunt, quid hoc eſt dictu, ſciendum, quòd in vrbe interius prope ædificia in circuitu murorum erat arctum ſpatium de muris ad ædificia, & etiam extra muros in circuitu, in quibus non licebat aliquid ædificare, ad finem quòd intra muros & extra eſſet liber aditus hominum bellatorum pro cuſtodia ciuitatis. Illud ergo ſpatium quod erat intra ciuitatem, vocabatur pomerium. Extrinſecum vero dicebatur extra pomerium, ſicut patet per Titum Liuium, vbi agitur de materijs curſorum. Sed de iſtis nihil ad præſens. Quarto dico, quòd ſunt quædam poma ſuperiora, & iſta ſunt gaudia paradiſi, quæ in ipſo deo creſcunt, & de quibus ipſi beati viuunt. vnde Deu. 33. de talibus pomis dicitur ſic. De pomis cœli, & ex rore cœli de pomis fructuum ſolis, & lunæ, de pomis collium æternorum. ſcilicet erit benedictio Ioſeph. Hæc ergo de quadruplici pomo ſufficiant.

Pondus. Cum pondus ſit qualitas rei, virtute cuius vnaquæque tendit naturaliter ad centrum, poſſumus notare, ꝙ pondus poteſt ſignificare illam perfectionem & virtutem, per quam anima ſpiritualiter inclinatur, & tendit in deum, quia.ſ.deus eſt propriè centrũ ſuum. Notandum eſt ergo, ꝙ pondus ſignificat ſcilicet

Prudentiæ maturitatem.	¶ Primò ergo dico,
Iuſtitiæ æqualitatem.	ꝙ ſignat prudentiæ
Gratiæ vtilitatem.	maturitatẽ, quia.ſ.ſi-
Gloriæ immenſitatem.	cut res põderoſa nõ

facile mouetur, & in loco, in quo eſt, ſtabilius perſeuerat, ſic vir prudens, ponderoſus eſt, & maturus, & in geſtu & in actu. Non enim cito mouetur per leuitatem, immo tardè, & deliberatè operatur per prudentiæ maturitatem, & magis eſt ſtabilis per conſtantiæ firmitatem. Vnde de deo dicitur Eſa. 40. quod ipſe appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere mõtes. Tres enim digiti ſunt tres virtutes, quæ ponderoſam prudẽtiã comitantur, videlicet, Deliberatio in inchoando. Honeſtatis, & geſtus maturitas in exequẽdo. Cõſtantia vero & ſtabilitas in perſeuerando. Aurum enim, quod eſt metallum præ cæteris lucidum, & in ſplendore, & valore alijs prælatum, eſt præ metallis alijs ponderoſum. 1. Paralip. 28. Aurum in pondere per ſingula. Leones etiam, qui ſunt animalia nobiliſſima, elephantes, qui ſunt animalia maxima, boues, qui ſunt animalia vtiliſſima, grauiter & ponderoſe ſolent incedere, & ex maturitate inceſſus ſolent quandam auctoritatem, & excellentiam deſignare. In quibus quidem notatur, quòd homo quanto eſt clarior per ſcientiam, quanto nobilior per generis excellentiam, quanto maior per dignitatis eminentiam,

& quanto vtilior per virtutum efficaciam, tanto pro certo debet in suis actibus ponderosior esse, honestius & ponderosius corporaliter incedere & magis pōderosè, & deliberatè in suis actibus procedere, & maturus, & prudens in omnibus apparere. Et sic homo erit de illis, de quibus dicitur Exo. 25. c. Omne pondus candelabri talentum auri purissimi. Et Sap. 11. Omnia fecisti in pondere, numero, & mensura. Istud est ergo pondus prudentiæ, & maturitatis.

B ¶ Secundò dico, quòd est pondus iustitiæ, & equalitatis. Sicut enim videmus, quòd pōdus est illud, per quod omnia adequantur, & librantur, & per quod scitur valor, & quantitas rerum: sic iustitia est illa, per quam omnia proportionantur, & adequātur, & per quam valor, & bonitas hominum examinatur, cognoscitur, & pōderatur. Ideo præcipitur Leuit. 19. Nolite facere iniustum quid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Quod est contra multos, qui habent vnam iustitiam pro se, aliam pro vicinis suis, vnam pro amicis, aliam pro inimicis, vnam pubicè, aliā ocultè. Et tales sunt falsi iudices, & falsi hypocritæ, quibus dicitur Prouerb. 20. Abominatio est deo pondus, & pōdus. ¶ Tertiò dico, quòd est pondus gratiæ, & humilitatis. Gratia enim, & charitas sunt pondus animæ, quo spiritualiter fertur in deum. Humilitas vero est pondus spirituale, quod hominem non sinit volare per presumptionem, immo ipsum facit inferius descēdere per suiipsius deiectionē. Apes enim portantes mel magis sunt ponderosæ, & ideo bassius volant. Balsamus etiam est liquor nobilissimus, preciosissimus, & ponderosissimus, & ideo in aquā positus contra naturam aliorum liquorum ad fundum descēdit. Lignum etiam hebenum valde preciosum, propter sui pondus ad fundum dignoscitur descēdere. Et lignum aloes quāto magis est preciosum & bonum, tanto plus dicitur ponderare. Idem est de zinzibere, de cassia fistula, & de semine verū inuenitur, quia scilicet quanto sunt ponderosiora, tanto in suo genere sunt meliora. Pondus enim humorem interiorem attestatur, & ideo illa, quæ magis ponderāt, amplius reputantur. Sic procul dubio charissimi quanto homo plus habet de pondere humilitatis, & quanto in aquis prosperitatis positus libentius ad inferiora per sui contemptum descēdit, tanto apud deum, & homines reputatur in omnibus melior. Talis enim ponderositas plenitudinem mellis, & humoris diuinæ gratiæ signat, & signum est, quòd qui magis per humilitatem ponderat, in humore diuinæ gratiæ plus abundat. De tali ergo pondere potest dici illud Prouerb. 10. pondus æquum voluntas Dei. Et Ezec. 4. Cibus tuus, quo vesceris, erit in pondere. Gratia. n. est cibus aīæ, pondus vero humilitas, quia tunc cibus in pondere comeditur, quando gratia cum humilitate habetur. Istud est ergo pondus gratiæ, & humilitatis. ¶ Quartò dico, quòd pondus gloriæ, & fælicitatis. Pondus enim signat quandoque quantitatem, & immensitatem. Vnde tunc dicitur, quòd res multum ponderat, quando multum valet. Vnde de immensitate Romani Imperij dicebat Ouid. Quæritur in terra qui tantæ pondera molis Sustineat, tantoque queat succedere regi. Aeterna ergo gloria, & æternum imperium pondus habere dicitur, eo quòd omnibus rebus alijs præponderat, & præfertur. Et sic loquitur Apostolus dicens. 2. Corint. 4. quòd præsens, momentanea, & leuis tribulatio in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Et sic ergo patet, quòd quadruplex est bonum pondus, s. gloriæ, gratiæ, iustitiæ, & prudentiæ.

C ¶ Item dico, ꝙ in malo significato est quadruplex generaliter malum pondus, scilicet pondus

Stipendiorum temporalium:	Primum est dimittendum.
Negociorum sæcularium:	Secundum est fugiendum.
Flagitiorum criminalium:	Tertium est expellendum.
Suppliciorum corporalium.	Quartum est perferēdum.

¶ Dico, ꝙ est pondus temporalium stipendiorum. Bona enim mundi ponderosa sunt, & grauia, & de rebus pōderosis, & grauibus aggregata, quia. s. aut de terræ fructibus, aut metallis, & ideo ista suo pondere solent possessores & dilectores suos deprimere, & aggrauare, & à bonis operibus retardare. Et ideo ista sunt pondera, seu onera dimittēda. exēplo cerui, qui pressus pondere cornuum ipsa omni anno dimittit. Figurati in Dauid. 1. Reg. 17. qui pressus pondere armorum Saul, ipsa portare liberè non potuit, & ideo ipsa exuit, & dimisit. Et sic loquitur Esaiæ 46 Onera vestra graui pondere intabuerunt, nō potuerunt saluare portantem. ¶ Item dico, quòd est pondus sæcularium negociorum. Istud est enim vnū pondus graue, & difficile ad portandum. Et ideo de isto se volebat Moyses excutere cūm dicebat Num. 11. Cur imposuisti pondus vniuersi populi super me? Istud est pondus, quod pueros. i. sufficiētes, & simplices facit cadere in peccatum. Istud pondus videtur figuratum in fabulis poetarum in quodam, de quo sit mētio in Ouidio lib. 12. fab. 4. qui vocabatur Cenis, vel Ceneus, qui ex fœmina in virum conuersus est. Neptunus enim deus maris, qui abstulit virginitatem suam, mutauerat eam de fœmina in virum. & dederat sibi tale donum, quòd nullo ferro poterat penetrari, quare cum idem Cenis quadam die haberet bellū in quibusdam nuptijs contra centauros, qui erant gigantes, & erant medij equi, & medij homines, & nullo modo possent eum ferro lædere, iuerunt dicti gigantes ad siluas, & ad rupes circuniacentes, & cōgesserunt omnia super eum, ita ꝙ non remansit in patria silua, arbor, nemus, seu lignum, quod super ipsum non fuerit aggregatum. Et ideo tantum pondus ferre non sustinēs ipse Cenis fuit necessario suffocatus, & sic ipsum pondus oppressit, & occidit, quē ferrum occidere nō potuit. Sic verè charissimi sæpe fit, quòd Neptunus rector maris. i. mundi, scilicet deus mutat hominem de fœmina in virum. i. de viro imperfecto in perfectum, & de peccatore in iustum, tā tāq; sibi dat fortitudinem, & virtutem, quòd nullum ferrum, nulla pœna, nulla tribulatio potest eum superare. Iob 41. Reputabit quasi paleas ferrum, in stipulam ei versi sunt lapides fundę. Et ideo cētauri. i. demones, qui sunt equi per superbiam, & elationem, & homines per scientiam, & rationem, contra istos nō pñt viribus præualere. Hier. 1. Præliabuntur aduersum te, & præualere non poterunt. Sed quid? pro certo isti gigantes imponunt sibi infinita pondera mundanorum negociorum, procurant sibi officia, dignitates, beneficia, & intantum negocijs opprimunt, quòd oblito deo, ipsum ad mundum per sollicitudinem conuertunt, & ita ipsum in peccatū deijciunt, & prosternunt. Figura est de statua Nabuchodonosor, de qua Dan. 2. dicitur, ꝙ habebat caput aureum, pectus argentum, ventrem ęreum, pedem ferreum, pro eo quòd in vltima sui parte ad modū ferri cuncta superabat, & domabat. Et tñ dicitur ibidem, quòd lapis de monte cecidit, qui statuam confregit, & oppressit, quia breuiter sæpe fit, quòd ille, qui à diabolo non vincitur, pressus mundi negocijs superatur. Ideo tales dicunt illud Iob 31. Pondus eius ferre non potui. Istud est ergo pondus sæcularium negotiorum. ¶ Tertiò dico, quòd est pondus criminalium flagitiorum, & maximè sunt tria vitia ponderosa, scilicet mala consuetudo, auaritia, & accidia. Ista enim aggrauant hominē inferius ad terrena, & ipsum impediunt, ne ad bona opera sursum moueatur. Et ideo consulit Apostolus Heb. 12. Deponētes omne pondus, & circunstans nos peccatum. ¶ Quartò dico, ꝙ est pondus corporalium suppliciorum, & de isto dicitur Matthęi 20. Pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus &c. vide supra de Onere, & grauitate &c.

Ponere.

Nota, quòd ponere idem est, quod aliquid in aliquo loco cum diligentia collocare. Ponere enim, & proijcere differunt, quia res de qua non curatur, sine deliberatione in loco proijcitur, quando vero res diligitur, & amatur, tunc ponitur & locatur prudentur, & deliberatè in loco suo. Ponitur ēt ponere pro ordinare, pro cōstituere, & pro fundare. Cum ergo hic intendamus loqui de ponere spirituali, quo scilicet homo vel in loco, vel in statu laudabili, vel vituperabili à deo collocatur, notādum, ꝙ deus rectè facit de hominibus in hoc mundo sicut artifex de lapidibus in ædificio. Artifex. n. lapides, & ligna sua nō omnes ponit in vno loco, sed in diuersis, quia scilicet diuersimode disponuntur, locantur atque ponuntur. Et inde est, ꝙ quidam ponūtur in alto, quidam in infimo, quidam exterius, quidam interius, quidam in loco honorabili, quidā in loco vituperabili. Sic reuera deus diuersimode homines ponit, ipsosq; in diuersis locis, & statibus secundum sua merita statuit, situat, collocat & disponit.

Quosdam enim ponit in dolore,	Vnde membris corporis diuersimode dispositis in corpore, & locatis dicitur 1. Corinth. 12. cap. quòd deus posuit membra vnumquodq; eorum in corpore, sicut voluit. Breuiter ergo possum notare, quòd homines diuersimode ponuntur & constituuntur, videlicet quidam in penitentiæ
Quosdam in mœrore,	
Quosdam in tristitia,	
Quosdam in affluentia,	
Quosdam in dignitate,	
Quosdam in iocunditate,	
Quosdam in diligentia,	
Quosdam in eloquentia,	
Quosdam in inferno,	
Quosdam in Paradiso.	

nitētiæ aſperitate, quidam in patientiæ ſoliditate, quidā in indigentiæ calamitate, quidā in affluentiæ pſperitate, q̄dā in eminētiæ ſublimitate, quidā in cōfidentiæ ſecuritate, q̄dā in diligentiæ ſedulitate, quidā in eloquētiæ vtilitate, q̄dā in

B peſtilentiæ acerbitate, quidā in cæli fælicitate. ¶ Dico ergo ꝙ boni q̄nq; ponunt̄ in aſperitate pn̄iæ, ſicut ſunt viri pæni tentes, de quib. in p̄s. dr̄. Ponā in mari manū eius, & in flumi nib. dexterā eius. Mare. n. ſignat amaritudinē cōtritionis, in qua hō debet poni, iuxta illud Hier. 31. Statue tibi ſpeculā, pone tibi amaritudines, dirige greſſus tuos in via, qua ambulaſti. Flumina vero ſignāt redundātiā lachrymationis, in qua debet pænitēs balneari. ¶ Itē quidā ponunt̄ in ſolidita te patiētiæ, & iſti fuerūt martyres dei. Eſa. 54. Ponā iaſpidē propugnacula tua, quia. ſ. ꝓpugnacula eccleſiæ ſunt marty res, qui dicūt in perſona Eſa. illud Eſa. 50. Poſui faciē meam vt petrā duriſſimā, ſciens, q̄m non confundar. ¶ Itē quidam ponuntur in calamitate indigentiæ, & iſti ſunt pauperes, & egeni. vnde Soph. 2. Ponent ſpecioſam in ſolitudinē. ¶ Item quidam ponuntur in proſperitate affluentiæ, & ſic ponunt̄ mundi diuites, de quibus dr̄ Eccleſ. 10. Vidiſti ſtultū poſitū in dignitate ſublimi. ¶ Itē quidā ponunt̄ in ſublimitate p̄ſidentiæ, & tales ſunt boni p̄lati, de quibus dr̄ Iob 5. q̄d deus ponit humiles in ſublimi. ¶ Itē quidā ponuntur in ſecuritate confidentiæ, & iſti ſunt illi, qui totaliter ſperāt in deo de quibus dr̄ in p̄s. Ponant in deo ſpem ſuā, & mandata eius ex quirāt. Et ſic volebat poni, qui dicebat Iob 17. c. Libera me dn̄e, & pone me iuxta te, & cuiuſuis man⁹ pugnet cōtra me. q. d. nullus pōt conualere contra illos, qui ſpe, & confidētia ſunt poſiti iuxta deū. ¶ Itē quidā ponuntur in ſedulitate di ligentiæ, & ſic poſiti ſunt apoſtoli, & p̄dicatores de quibus dr̄ Io. 14. Poſui vos, vt eatis, & fructū afferatis, & fructus ve ſter maneat. ¶ Itē quidam ponuntur in venuſtate eloquentiæ, & ſic ponūtur doctores, & prædicatores. Eſa. 49. Poſuit os meum dominus quaſi gladiū acutum. Item quidam ponuntur in acerbitate peſtilentiæ, & iſti ſunt damnati, de qui bus dicitur in p̄s. Tanquā oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Item quidā ponunt̄ in fælicitate cæli gloriæ, & de hoc dicitur in p̄s. Poſuit animā meā ad vitā, & non dedit in cōmotionē pedes meos. & Gene. 2. dr̄, ꝙ plantauerat dn̄s deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hoīem, quē formauerat. Iſta ſufficiāt de ponere, q̄a multa alia poſſent dici, ſed verbū eſt valde gn̄rale, & iō ſignificatū ſuū variat ſm materiā illorū, quib. adiungit̄. Hæc ſufficiant de ponere, q̄n ponit̄ ꝓ ordinare, conſtituere, vel locare &c.

A **Pontifex.** Nota, ꝙ pōtifex idē eſt, ꝙ antiſtes, p̄ſul, ſeu epiſcopus. Et dr̄ pontifex quaſi pontē faciens. Dicitur antiſtes, quaſi ante alios ſtans. Dr̄ p̄ſul, quaſi ſolio noſtro præſidens, vel quaſi prælalijs ſtans, vel quaſi p̄ alijs ſedens, vel præ alijs ſaltans. Dicitur epiſcopus, ab epi ꝙ eſt ſupra, & ſcopin quod eſt ſpeculari vel intēdere, quaſi ſuperintendens. Et ſic videtur chariſſimi, quod in iſtis quaſi quatuor nominibus quadruplex epiſcoporum proprietas denotatur, quia proculdubio iſti debent eſſe

Diligentes in operando.
Eminentes in imperando.
Præcedentes in laborando.
Sapientes in contemplando.

Dico, ꝙ debent eſſe diligentes in operando, quod nota tur in nomine pontifex, quī dicitur quaſi pontis artifex, quia. ſ. iſti debent eſſe artifices laborioſi, induſtrioſi, & curioſi ad faciendum ſibi, & ſubditis ſuis pontē virtutū, per quē tutè tranſeant. violentā ripariam huius mundi. Vndē de pōtifice dicit Hiero. ſup illud Apoſtoli. Qui epiſcopatū deſiderat &c. ꝙ tāta debet eſſe cōuerſatio pōtificis, ꝙ heſtus, or natus, & affatus totū ſit eruditio ſubditorū. Origenes ēt dicit ſup Leu. 6. ꝙ duo debēt eſſe pōtificis o pa &c. Itē debent eſſe eminētes in īperando, & iſtud notat̄ in noie antiſtes, q̄ dr̄ quaſi ante alios ſtans, quia. ſ. p̄latus in dignitate & honore alios antecedit, ipſe. n. permanet cū ſole, & anlunam. i. cū deo, & ante ſubditos. De paſtore ēt dr̄ Io. 10. quod ante oues vadit, & ſequunt̄ eū. & 2. Para. 23. dr̄ ꝙ fecerunt leuitæ & vniuerſus iuda oīa, q̄ p̄ceperat Ioiada pontifex. ¶ Itē debēt eſſe p̄cedētes in laborādo, & hoc oñdit̄ in noīe p̄ſulis, q̄ dr̄ quaſi præ alijs ſaltans, quia. ſ. ad prælatum pertinet alios per bona exēpla p̄cedere, & p̄ alijs anteire, & præ alijs ꝓ bona opera antecurrere, & ſaltare. vnde Greg. in paſtorali dicit, ꝙ in tm̄ debet actionē populi præcedere actio preſulis, quantum diſtare ſolet à gregē vita paſtoris. Et idē in morali 24. dicit, ꝙ ille nō debet ducatū populi ſuſcipere, qui bene viuendo neſcit ante alios anteire. ¶ Itē debēt eſſe ſapientes in contēplando, & hoc oñdit̄ in noīe epiſcopi, quia epiſcopus dr̄ ab epi, ꝙ eſt ſupra & ſcopin ꝙ eſt intēdere ſeu ſpeculari, q̄a. ſ. iſti debēt eſſe ſupra in cæleſtib. ſpeculantes, & ibi cōtinue per deſideriū intēdentes. Nā vt dicit Chryſo. ſup illud Aſcendit Ieſus in montē. nemo pōt in terra ſtare, & de mōte loqui vbi ſtas, inde loquere, aut vn̄ loqueris, ibi ſta. In cælo ergo cōſiſte, ſi de illo loqueris. Et breuiter iuxta verbū apoſtoli Heb. 7. Talis dicebat, vt in nobis eſſet pōtifex, innocēs, impollutus, & ſegregatus à pc̄torib. & excelſior cęlis factus. In quib. verbis deſcribit̄ pōtifex quātū ad quatuor virtutes, q̄ ſibi debent principalr̄ ineſſe. Iſte enim debet eſſe. ſ.

Dulciſſimus mediator.
Mundiſſimus conuerſator.
Doctiſſimus elongator.
Altiſſimus contemplator.

Iſte mediare debet dulciſſime, quia debet eſſe pontifex. i. pōtē B faciens, qui. ſ. cōtrarias ripas iū git. Conuerſari debet mundiſſimè, quia debet eſſe innocēs, & impollutus &c. Elōgari debet cautiſsime, q̄a debet ſegregari. Cōtēplari debet altiſſime, q̄a debet eſſe excelſior cælis. Et ſic dico, ꝙ iſte debet eē

Mediator omnis diuerſitatis.
Abdicator omnis iniquitatis.
Deteſtator prauæ ſocietatis.
Cōtēplator ſummæ fælicitatis.

¶ Primo ergo dico, ꝙ pontifex debet eſſe mediator oīs diuerſitatis. Et iſtud intelligit̄, cū dr̄ Pōtifex. i. pōtē faciens, quia. ſ. pōtifex debet de ſeipſo pōtē facere. Nā ſicut pons eſt illud, ꝙ ſolet duas ripas, ſeu duo littora cōiūgere, & iter duo mediū eſſe, & cōem participationē vnius cū altero facere, & viā tuā ſup fluuiū miniſtrare; ſic p̄latus iter deū & populū debet eſſe medius, apud deū pro populo intercedēdo, & apud populū pro deo, & ꝓ diuina iuſtitia allegando. Mediator. n. q̄n loquit̄ vni parti, ſꝑ debet allegare excuſationē, vel iuſtitiā alterius partis, & econuerſo q̄n loquitur alteri parti. Sic vere p̄latus, q̄ eſt inter deū & populū mediator, quādo deo loquit̄ in orōne, ſꝑ debet populi cām, & in firmā fragilitate p̄tendere; q̄n vero populo loquit̄ in prædicatione, ſꝑ debet cām dei. i. eius offenſam, & eius iuſtitiā allegare, & ꝑ ipſam ēt correctionē apud eos exēplr̄ demonſtrare. exēplo Moyſi, de quo dicit Greg. 20. li. Moral. ꝙ poſt adorationē vituli cōflatilis, ipſe fuit vtrobiq; legatus fortis & admirabilis mediator. Quia vere cām populi apud deū precib. cām vero dei apud populū gladijs allegauit. Sed de mediatore vide ſupra de medio. Et ſi ſic fecerit, iſta duo littora cōtraria. ſ. deū, & populū cōiūgit, & per amorē inuicē colligabit, ita ꝙ eo mediāte alter alteri cōicabit, & participabit, & populus ad deū trāſibit, & tranſmeabit, & hui⁹ pōtis auxilio ſe ſaluabit. Iſte. n. debet eſſe ſimilis iridi, qui arc⁹ eſt medius inter cælū, & terrā, & vtrūq; tāgit. Et iō Iris nun cia Iunonis fingit̄, eo ꝙ p̄ Iridē Iunonis. i. aeris diſpoſitio nobis oſtendit̄, inquātū per ipſam nobis futura pluuia deſignat̄. Quia pro certo prælatus, qui inter deū, & ſubditos eſt medius debet Iunonis. i. dei nūcius eſſe, & nobis pluuiā ſuę gratiæ apportare, & volūtatē ipſius alijs intimare, & ad modū iridis debet varijs colorib. bonæ cōuerſationis nitorib. interius, & exterius ſe veſtire. Leu, 8. Veſtiuit pōtificē ſubucula. Iſte eſt ergo mediator. Pontifex inquit. Et ſic loquitur Apoſtolus Heb. 5. vbi dicit, ꝙ oīs pōtifex ex hoīb. aſſumpt⁹ pro hoīb. cōſtituit̄ in his, q̄ ſunt apud deū. Vbi nota, ꝙ talis mediator ſeu pontifex debet habere ſplēdorem magnæ diſcretionis, quia debet eſſe aſſumptus ab hoībus. i. ex perſonis per humilitatē mortalib. & per ſagacitatē rationalibus. Hō. n. eſt animal rationale mortale. Itē amorem debet habere magnæ dilectionis, quia pro hoībus conſtituit̄, quia. ſ. ipſe debet habere curā de ouib. ſuis. Itē feruorē magnæ de uotionis. In his, inquit, qui ſunt ad deum. Iſte ergo debet eſſe (vt viſum eſt) mediator oīs. diuerſitatis, quia. ſ. ipſe debet diuerſitatem, quæ eſt inter deum, & populum tollere, & ēt ſi quæ ſunt diuerſitates inter ſubditos, ipſas debet pro viribus concordare. ¶ Secūdo dico, ꝙ iſte debet eſſe abdicator C oīs iniquitatis, quod oſtenditur cum dicitur Innocens & impollutus. Quia ipſe debet eſſe innocens in corde, & impollutus in corpore. Innocēs per iuſtitiā, impollutus per mundi tiā. Innocēs quantū ad proximū, impollutus quantū ad ſe ipſum. pſal. Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano aīam ſuā, nec iurauit in dolo proximū ſuū, hic

accipiet benedictionẽ a dño. Inter apes illæ duæ sunt reges
& maiores sunt cæteris innocẽtiores, & mitiores. Inter aĩa
lia ẽt elephantes, q̃ cæteris aĩantib. sunt maiores sunt cæte-
ris castiores. Ad denotandũ ꝙ episcopi, & p̃lati, qui sunt re
ges, & maximi in honore debent esse innocentes, & mites
neminẽ lædendo, & impolluti munde, & caste viuendo. Sed
vide supra de Innocẽtia, & Mũditia. Et iõ de episcopo dicit
apostolus. 1. Tim. 3. ꝙ oportet episcopũ esse irreprehẽsibilẽ,
vnius vxoris virũ, sobriũ, ornatũ, prudentẽ, pudicũ, hospita
lẽ, doctorẽ, non vinolẽtũ, nõ ꝑcussorẽ, sed modestũ, non liti
giosum, nõ cupidũ. Ecce charissimi quales cõditiões debet
habere põtifex, vel episcopus. Et ẜm hoc ꝑꝑ istã expositio-
nẽ loquebat̃ apostolus ibidẽ cũ dicebat. Qui episcopatũ de
siderat, bonũ opus desiderat. ꝙ exponẽs Aug. 9. de ciu. di-
cit, ꝙ episcopus nomẽ est oneris, nõ honoris. Intelligat igĩt
seipsum episcopũ nõ esse, qui p̃esse didicerit, nõ ꝓdesse. De
bet igĩt esse põtifex abdicator oĩs iniquitatis Heb. 2. Miseri
cors, & fidelis põtifex ad deũ. ¶ Tertio dico, ꝙ pontifex de
D bet esse detestator prauæ societatis. Segregatus, inq̃t, à pec-
catorib. Super oĩa. n. debet p̃latus cauere, ne frequentet cõ-
sortia malorũ, & malignorũ. Aries. n. qui est dux gregis, qui
ẽt duob. cornib. est armatus, libentius frequentat societatẽ
antiquarũ ouiũ q̃ agnorũ. Ad denotandum, ꝙ prælatus qui
est gregis dñici rex, & ductor, & q duob. cornib. i. vtriusq;
testi scia debet esse armatus, (ꝙ ẽt duo cornua mitrę episco
palis designare noscunt̃) talis dico aries vel prælatus debet
frequentare societatẽ senũ, & prudẽtiũ antiquorũ, nõ agno
rũ. i. iuuenũ carnaliũ, & imprudentium lasciuorũ. Segrega-
tus inquit à pctõribus. vñ Paulus apostolus vocat se segre-
gatũ, dicẽs ad Ro. 1. Paulus seruus Iesu Christi vocatus apo
stolus segregtus &c. & Actuũ. 13. Segregate mihi Barnabã,
& Paulum. Quia breuiter ad prælatũ pertinet, ꝙ sit à pctõri
bus, & adulatorib. segregatus, & iustis, & prudẽtib. sociatus
Leu. 16. Nullus sit in tabernaculo, qñ pontifex ingredit̃ san-
ctuariũ. Nullus supple pctõr, quia pro certo prælatus debet
dicere illud psal. Non habitabit in medio domus meæ, qui
facit superbiã. qui loquit̃ iniqua, nõ direxit in cõspectu ocu
lorũ meorũ &c. Et istud procul dubio est hodie contra mul
tos pontifices, & prælatos, qui reuera magis diligunt secum
in societate sua adulatores, q̃ oratores, exactores, q̃ prędica
tores, detractores, q̃ legũ, vel canonũ ꝓfessores. Vide ꝓ deo
qualẽ familiã, quales cõsiliarios, quales officiales tenẽt ho-
die multi moderni põtifices. Pro certo si bene attẽdas, tu ĩ
uenies, ꝙ colligerũt põtifices, & pharisei consiliũ, vt Iesum
tenerẽt & occiderẽt. Io. 11. q. a. s. isti bene volũt habere ma-
gnũ cõsiliũ & magnũ cõsiliatorũ collegiũ, sed hoc ꝓ certo
nõ ad populũ debite regẽdũ, sed ad exactiões, & fraudẽ, &
malitiã meditandũ. Ezec. 11. Fili hoĩs, viri isti cogitant ini-
quitatẽ, & tractãt consiliũ pessimũ in vrbe hac. Non sic er-
go charissimi, sed sit prælatus detestator prauæ societatis.
¶ Quarto dico, ꝙ prælatus debet esse cõtẽplator summæ fæ
E licitatis, & hoc oñditur cum dr̃ Excelsior cælis factus. quia.
s. prælatus debet per contemplationẽ cælestium supra cælũ
mẽtal̃r habitare, & nõ terrena, sed cælestia diligere, & ama
2. Para. 1. Postula, ꝙ vis, vt faciā tibi. Igitur postulemus pietatem & remissionē. Ista.n. debet esse prima & principalis petitio nostra, Iudith. 8. Pœniteamus, & indulgentiam eius cū lachrimis postulemus, humiliemus sibi animas nostras &c. Vt sic simus de illis, de quibus dr̄. 2. Mach. 8. ꝙ obsecratione facta cōiter ab oībus misericordē dominum postulabāt, vt in finē seruis suis reconciliaretur. ¶ Itē postulemus claritatē, & cognitionem, hoc est dictū, sapientiā & scientiā veritatis, de qua dr̄ Iac. 1. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat oībus affluenter, & non improperat, postulet aūt in fide, nihil hæsitans &c. Et bene dicit affluenter, quia, s. vt cōiter ipse consueuit plura dare, quā postuletur, sicut in Salomone petiuit, cui dictum est 3. Reg. 3. Postula, qđ vis, vt dem tibi. Ipse vero non diuitias, nec honores, sed sapientiā postulauit. Et placuit, inquit, dn̄o, ꝙ rem hmōi postulasset. Dixitq; ei. Quia postulasti verbum hoc, nec petisti diuitias &c. sed postulasti sapientiā &c. ecce feci tibi iuxta sermones tuos, & dedit tibi cor sapiens &c. Sed & hęc, q̄ nō postulasti, dedi tibi, diuitias. s. & gloriā &c. vt sic de cognitione veræ sapientiæ, & sciētiæ dicatur cuilibet illud Col. 1. Postulantes, vt implemini cognitione voluntatis eius. Postulemus igitur claritatē, & cognitionē. ¶ Item postulemus honestatem & perfectionem, seu honestam, & perfectā conuersationē. Vnde Hest. 1. Quicquid postulabant puellæ ad ornatū pertinēs, accipiebant. ¶ Itē postulemus humilitatē, seu paruitatē, & subiectionē. exemplo. s. Susannæ, q̄ cum lachrimis postulauit à dn̄o filium, & dedit ei. Filius.n. qui naturaliter subiectus est patri, virtutem humilitatis, & subiectionis signat. ¶ Item postulemus vnitatē, & coniunctionem, seu ēt pacem & concordē conuersationē. vnde 1. Para. 18. Misit Thou rex Emath. ad regem Dauid, Aduram filiū suum, vt postularet ab eo pacem. Vnde Act. 12. Persuaso blasto postulabat pacē. ¶ Item postulemus securitatē, & saluationem animarum nostrarum exemplo, s. regni Hester, sicut dicitur Hester 5. postulauit à rege saluationē, & liberationem animæ suæ, & suorum, & destructionem Aman inimici sui, & omnium Iudæorum. Pro qua inquit re postulas Hester &c. sequitur cap. 6. Si placet regi &c. dona mihi animā meā, & populū meum &c. ¶ Item postulemus auxilium, & defensionē. Iudic. 6. Clamauit Israel ad dominū, postulans auxilium cōtra Madianitas. ¶ Item postulemus pręsidium, & prælationem, s. vt possimus prodesse, non præesse. Exemplo, s. Romanorum, inter quos, vt communiter non dabatur alicui magistratus nisi postulāti. vnde secundum Titum Liuium. in die comitiorum quando, s. eligebantur magistratus, veniebant illi, qui se reputabāt honorabiliores. Ideo dominus cuilibet digno dicit illud psal. Postula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatē tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Vt & sic quilibet talis dicat dn̄o illud. Gen. 30. Si feceris, quæ postulo, iterum pascam pecora tua. ¶ Itē postulemus immunitatem, & redemptionē hoc est dictū, libertatem à vitijs. 1. Reg. 11. Postulauit Ionathas à rege, vt immunem faceret Iudeam. ¶ Itē postulemus hæreditatem & possessionem, s. gloriæ paradisi. Vnde de filiabus Salphaat, quæ petebant hæreditatem in medio fratrum

suorum

suorum dr Num.28. Iustam rem postulant filiæ Salphaat. Ista
B est ergo postulatio hominum iustorum. ¶Scdo vero dico, ꝙ est postulatio hominum stultorum.s. mundanorum. Isti.n. sunt similes pueris, & infirmis, & fatuis, qui.s. libētius petūt, & postulant nociua, quam proficua, & superflua, q̃ necessaria, quia.s. isti libentius postulare vellent temporalia, quàm æterna, terrena, quàm spiritualia, delectabilia quamuis nociua & mala, quàm aspera quamuis vtilia atque bona. tales.n. videmus intentos ad postulandum.s.

Scientias seculares.
Diuitias temporales.
Eminentias populares.
Delitias corporales.
Vel aliter.
Doctas sophisticationes.
Altas prælationes.
Latas possessiones.
Gratas epulationes.

Dicamus ergo talib. illud Gen.33. Augere dotē, munera postulate, libēs tribuā quæ petieritis. Contra eos, qui omni studio, & diligentia doctas sophisticationes sciētias videlicet seculares postulant scrutantur, & discutiunt, dr Hiere. 10. Iuxta viam gentium nolite discere. subditur ratio. Quia leges populorum vanæ sunt. Idipsum confirmatur Sap.24. Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei. De alta p̄latione, quam.s. fatui tam pro se quàm pro alijs postulant, dr 3. Reg.2. Quare, inquit, postulas Abysac Sunanimitem Adoniæ? postula ei, & regnum. & Act.13. Postulauerūt regem, & dedit illis Saul. De lata vero possessione, & diuitiarū postulatione dr Iud. 8. Vnam inquit Gedeon petitionē postulo à vobis, Date mihi inaures de præda vestra. Inaures.n. vt cōiter de auro erant. Fuerant aūt mille septingenti auri sicli. De lauta aūt epulatione dicitur Sapi.19. ꝙ filij Israel in deserto postulauerunt escas epulationis. Hæc est igitur postulatio hoīum hominum stultorum. ¶Tertiò dico, ꝙ est postulatio hoīum
C prauorum, seu iniquorum, qui.s. petunt, & postulant crudelia, & iniqua, mortem, s. & rapinā, proditionem, & miseriam vicinorum. Vnde nota, ꝙ mali postulant.s. crudeles iustorū afflictiones, improbas donorum acceptiones, iniustas temporum dilationes. De crudelitate personali patet de illis pessimis Iudæis, quia sicut dr Luc.22. instabant postulantes, vt Christus crucifigeretur. & Actu.25. dr quòd illi mali principes sacerdotum postulabāt aduersus Paulum damnationē. De acceptione aūt munerali patet de iudicib. & principib. qui iniustè postulant alienum, de quibus dr Micheæ.7. princeps postulat, & iudex in reddendo est. De dilatione ēt temporali, qua.s. mali differunt solutiones solariorum pauperibus debitorum, dicitur Eccl.29. In tempore redditionis postulabit tēpus, & loquetur verba tædij. Hæc igitur de postulatione sufficiant. De postulatione vero secūdum intellectū iurium inquantum sumitur pro assumptione alicuius qui eligi non potest ad aliquam prælaturam, seu inquantum postulatio sumitur pro aduocatione, nihil ad præsens.

A **Potus. Potare.** Nota, ꝙ potus multipliciter sumitur in scriptura tam in bono, quam malo. Primò igitur dico, ꝙ inuenitur in bono potus

Refrigeratiuus.
Inebriatiuus.
Tristificatiuus.
Letificatiuus.

Potus refrigeratiuus est potus gratię, & deuotionis, iste.n. refrigerat ardores tentationū. Et ideo viri deuoti cum isto potu refrigerant sitim suam. psal. Potabunt oēs bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua. Thobiæ ēt.12. dr. ꝙ angelus dixit. Ego cibo & potu, qui ab oībus videri nō pōt, vtor. De isto potu loquitur hymnus dicēs. Sic potusq; noster sit fides læti bibamus sobria spūs. & Apostolus.1. Cor.12. dicit, Vno spū potati sumus. ¶Potus inebriatiuus, est potus doctrinæ, & instructiouis, & de isto dr Eccl.15. Cibauit illum dñs pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illū. Iste est.n. potus, quem pastores.i. prælati, & prædicatores solent quibus.i. simplicib. ministrare. Gen.29. Date potum oib. &c. Differentia tn̄ est in istis potib. quia.s. inuenitur potus lactis, potus vini, & potus aquæ. Potus lacte⁹ est doctrina simplex, quæ pueris.i. rudib. & simplicib. est necessaria, de qua.1. Corin.3. Lac vobis potum dedi, non escam. Potus vineus est doctrina profunda, & alta, quæ.s. viris prouectis & in fide & moribus eruditis est magis congrua, de qua Eccl.21. Exultatio animæ, & corporis vinum moderatè potatum. Potus vero aqueus est doctrina communis, & manifesta, de qua Marci.9. Quisquis potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ, nō perdet mercedem suam. ¶Potus tristificatiuus est potus pœnitentiæ, & amarę cōpunctionis, de quo.s. viri pœnitentes inebriatur, de quo dr in psal. Potasti nos vino cōpunctionis. Et alibi. Cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. ¶Potus lætificatiuus est potus gloriæ, & saluationis, de quo dr in psal. Torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ. Isto.n. potu potantur beati in mensa regis ęterni. 3. Reg.10. Omnia vasa, quibus potabat rex Salomon, erant aurea. Ille.n. potus dr aureus, quia sicut aurum splendet, non corrumpitur, & præ metallis omnibus magis valet, sic potus æternæ gloriæ splendet splendore veræ cognitionis, incorruptibilis manet vigore æternæ durationis, super omnia valet complemento omnis, & immensæ perfectionis. Istud igitur est poculum ambrosiæ, quo secundum fabulas poetarum, dij antiquitus vtebantur. Figurati in poculis aureis, quibus bibebant cōuiuæ in conuiuio Assueri, sicut dr Hest.1. & de hoc Esaiæ.49. Miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Et sic potus sumitur multipliciter in bono. ¶Secundò dico, B
ꝙ potus potest accipi multipliciter in scriptura in malo. Inuenitur.n. potus

Gulositatis.
Iniquitatis.
Prosperitatis.
Aduersitatis.

Primus est potus laxatiuus. Scd'us est potus turbatiuus. Terti⁹ ē potus effęminatiu⁹. Quartus vero est potus venenatiuus. Dico ergo, ꝙ est potus gulositatis, qui est laxatiuus, qui pro certo illi, qui excessiuis potib. inebriantur, ad oīa mala desideria, & opera laxantur. Figurati in Sedechia rege iuda, qui excęcatus, & ductus in babylonē, cū sumpsisset poculum laxatiuum (quia.s. Chaldæi miscuerant in potu eius medicinā laxatiuā) ignominiose corā oībus est laxatus, sicut dicit magister in histo. schol. Et sicut ēt minat Abacuc propheta dicens Abacuc. 2. Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians eum, vt aspiciat nuditatē eius, quia videlicet potus excessiuus solet hoīem ad oīa mala laxare, & ipsum inebriare, & nuditatem secretorū alijs reuelare. nullū.n. secretum, vbi regnat ebrietas, sicut dr Prou.31. Et ideo tales potatores maledicūtur Esa.5. Væ qui mane cōsurgitis ad miscendā ebrietatē, & ad potandum vsque ad vesperā, vt vino æstuetis. Sed de isto potu vide supra de Ebrietate. Iste est ergo potus gulositatis, qui est laxatiuus. ¶Deinde dico, quòd ē potus iniquitatis, qui est turbatiuus. Sunt aliqui potus & aliqua vina, quæ statim peruertunt cerebrū, & imaginationem turbant, ita ꝙ homo vsum rōnis amittit, titubando ēt incedit, balbutiendo loquitur, & illa, q̃ vidit, obliuioni tradit. Sic verè est potus pc̄ti & iniquitatis, quia.s. diabolus dum replet, & inebriat pc̄tores, rectæ rationis tollit iudiciū, rectę operationis turbat incessum, recti sermonis tollit eloquium Vnde de potu peccati dr.1. Pet.4. ꝙ peccatores ambulauerūt in luxurijs & potationib, & in illicitis idolorum cultibus. Potus.n. iste est, sicut potus cuiusdā fluminis, qui dr Lyncestius, qui potatores suos facit ebrios sicut vinum, ipsosq; statim efficit sitibundos, sicut dicit Ouid. li. meta.15. fab.22. Rectè talis fluuius est pc̄tm̄, statim.n. q̄n p̄ delectationē & consensum potatur, rō ebria efficitur, & voluntas per mala desideria titubat & mouetur. Iste est.n. potus, quem mulier diabolica habebat in manu ad inebriandū oēm terram, sicut dr Apoc.17. quia diabolus sicut dr Apoc.14. Vino fornicationis suę potauit oēs gentes. Iste est ergo potus iniquitatis, qui est turbatiuus. ¶ Denique dico, ꝙ est potus prosperitatis, qui est induratiuus. Vt.n. dicit Oui. lib. 15.17. est quidam fluuius apud Cyconas, qui potatus facit viscera lapidea, loca etiā, vbi pertransit facit, marmorea. Idē etiam dicit de lacu, qui dicitur Aethiopes aliàs de lacu quodam Ethiopię, si quis ex eo potauerit, aut furit aut patitur mirū grauitate soporē. Dicit insuper idem, ꝙ si quis de fonte Clitorio portauerit, vinum, ex tunc odiet, & horrebit. Sic vere charissimi facit vinū & potus mundanę prosperitatis, iste.n. suos potatores, & amatores facit habere viscera lapidea per duritiā incompassionis, sicut patet de auaris & parcis diuitib. Facit ēt eos furere cōtra alios per feruorē superbię & elationis. Facit insuper eos dormire p̄ torporē pigritię & p̄ defectū bonę operationis. Facit nihilominus vinum deuotionis. & diuinę grę abhorrere, per fastidiū malitiæ & obstinationis. Iste est ergo potus, de quo dicitur Abac.2. ꝙ vinum

vinum potantem ſe decipit.De iſto potu dr̃ Heſt.1.ꝙ Aſſue
rus poſt nimiam potationẽ incaluit,& voluit videre reginã
vxorem ſuam, quia.ſ.tales tali potu proſperitatis feruentes,
ad vxores ſunt potius,& ad libidinem anhelantes.Hie.61.In
calore eorum ponam potus eorum. Iſte eſt ergo potus pro
ſperitatis,qui eſt conſopitiuus . ¶ Quartò dico,ꝙ eſt potus
aduerſitatis,qui eſt veneratiuus.Pœna etenim æterna eſt po
tus felleus,qui damnatos venenat & occidit.vnde Hier.8.&
9.Ecce ego cibabo populum iſtum abſynthio,& potum da-
bo eis aquã fellis.Et ſic ergo patet,qũo potꝰ diuerſimode ſu
mitur.Sed vide ſupra de Bibere,& de Aqua , & de fluminib.

A Potentia. Poteſtas:

Cũ poteſtas nihil aliud
ſit,quàm fortitudo cor-
poralis,vel quam gradus,& eminentia ſęcularis , poſſumus
notare,quòd tam in bono ſignificato,quam in malo in ſcri-
ptura inuenitur poteſtas

Diuina.
Humana.
Mundana.
Angelica.
Diabolica.

Poteſtas diuina eſt admirabilis, quia
ſicut dr̃ Dan.7.Poteſtas eius poteſtas
æterna , quæ non auferetur, & regnũ
eius,quod non corrũpetur. Poteſtas
humana eſt defectibilis.Eccl.10.Om
nis potentatus breuis vita. Poteſtas mundana eſt deteſtabi-
lis,& de hac dicitur Apoc.9.Poteſtas eorum nocere homini
bus menſibus quinque. Poteſtas angelica eſt honorabilis ,
& de iſta dicitur Col.2.ꝙ Chriſtus eſt caput omnis principa
tus , & poteſtatis. Poteſtas diabolica eſt formidabilis , &
hoc quia ſicut dicitur Iob.41. Nõ eſt poteſtas ſuper terram,
quæ comparetur ei,quia factus eſt,vt nullum timeret. ¶ Di-
camus ergo primò,ꝙ eſt poteſtas diuina, quæ eſt admirabi-
lis.iſta.n.admirabilis dicitur,ſ.quia

Loco non coarctatur.
Termino non limitatur
Tempore non immutatur.
Opere non fatigatur.

Dico,ꝙ loco non coarcta
tur, quia ſicut dr̃ Matt.28.
Data eſt mihi oĩs poteſtas
in cœlo,& in terra. Termi
no etiã non limitatur,quia ſicut dr̃ Zach.9.Loquetur pacem
gentibus,& poteſtas eius à mari. Tp̃e etiam nõ antiquatur,
quia ſicut dicitur Dan.7.Poteſtas eius ptãs æterna. Labore
non fatigatur,quia ſicut dr̃ in pſal.Ipſe fecit potentiã in bra
chio ſuo,diſperſit ſuperbos &c.Ipſe igitur eſt potẽs,& ideo
iſte eſt timendus,amandus, honorandus, & frequentandus.
Milites.n.in exercitu de potentiori faciunt ſibi ducem,apes
in alueari potentiorem,& maiorem eligunt ſibi regem,cer-
ui ẽt tranſituri fluuiũ,potentiorẽ, & fortiorem cõſtituunt ſi
bi regem,& illum ſequuntur,elephantes inſuper forti & po
tenti arbori,qñ dormiunt,innituntur. Sic & nos chariſſimi,
qui ſumus in alueari eccleſiæ, & in militia huius vitæ,vt flu-
uium huius mũdi periculoſum,& rapidũ tutè trãſeãmus, &
finaliter in patria dormiamus,neceſſe habemus fortẽ ducto
rẽ,& rectorẽ,i.Deũ , eligere,quẽ per imitationẽ ſequamur,
cui per deuotionẽ innitamur, & à quo per ſuæ gratiæ collo
cationem à noſtris aduerſarijs defendamur . Iſte.n.eſt ſolus
potens nos eripere,& ſaluare,& nos in tentationib. & tribu
lationib.adiuuare.Et ideo potẽtiã ſuam deſiderabat Dauid
in pſal.Dicens.Excita potentiã tuã,& veni.Et ideo breuiter
de ptãte dei dicitur Sap.7.vbi de ſapientia increata loquens
dicit ſic.Cum ſit,inquit,vna oĩa põt , & permanens in ſe oĩa
innouat.Vbi aduerte,ꝙ Dei potentia cõmendatur à mirabi
li ſingularitate, q̃a vna.A notabili generalitate,quia oĩa po
teſt. A durabili immobilitate , q̃a in ſe permanet. A lauda-
B bili liberalitate,quia omnia innouat. ¶ Dico ergo,ꝙ iſta po
tẽtia habet ſingularitatem valde mirabilem.Cum ſit inquit
vna.Iſta.n.eſt vna,i.ſingularis,& ſola,quia,ſ.ab iſta dependẽt
oẽs aliæ poteſtates,ſicut ab vno principio ſingulari. Eccl.1.
Vnus eſt altiſſimus creator omnium , omnipotens, & me-
tuendus nimis . Vnitas.n.eſt principium omnium numero-
rum , ſic Dei poteſtas eſt principium omnium poteſtatum.
Ro.13.Nõ eſt poteſtas niſi à Deo. Quia pro certo nulla alia
poteſtas ſufficit ſine iſta.Quia ſicut puer non põt aliquid fa-
cere ſine ptãte nutricis,ſic nec homo ſine poteſtate Dei. vn-
de Io.15.Sine me nihil poteſtis facere. Et ideo illi fatui ſunt,
qui præſumunt ſine auxilio diuino ſe peccato reſiſtere,& in
ſtatu gratiæ ſe poſſe conſiſtere,& mundi tribulationib.& tẽ
tationibus contraire.Quia ſicut puer poteſtati propriæ reli
ctus,& nutricis protectione priuatus,ſtatim ſolet cadere,ſic
homo ſuæ,& non diuinæ poteſtati innitens , ſtatim in pecca
tum labitur,& ſtatim à factione, & proſecutione bonorum
operum impeditur. Ioan. 3. Nemo poteſt hæc ſigna face-
re,quæ tu facis,niſi fuerit Deus cum eo.Martyres ergo tor-
mentis,& tentationib.præualuerunt,quia ſecum Dei poten
tiam habuerunt.Regis.n.poteſtas , & ſaluo gardia in regno
Franciæ ibi timetur,& ideo illi,qui poteſtate propria ſe non
poſſunt defendere , ſolent ad poteſtatẽ regiam recurrere,&
auxilio regis ſe iuuare . In natura etiã inuenitur,ꝙ piſces in
mari videntes piſces venenoſos,& immanes ſe deuorare vo
lentes,ſicut ſunt mulones,& crocodili, & ꝙ poteſtati eorũ
ex ſe non poſſunt reſiſtere, ſolent cetum ſequi,& eius pote-
ſtati ſe cõmittere,& ſic cum ceti poteſtate , & auxilio ſolent
ſe à piſcibus venenoſis ſaluare . Sic verè chariſſimi cum nos
ſimus ita fragiles,& impotentes,ꝙ malitijs piſcium veneno
ſorum,i.demonum,per ptãtem propriam non poſſumus ob
uiare,neceſſe eſt , qđ ad ceti,& ad regis i. ad Dei potentiam
recurramus,vt per eius potentiam aduerſariorum malitijs,
& violentijs obuiemus. Vnde Luc.9.Dedit eis poteſtatẽ ſup
omnia demonia,& vt languores curarẽt. Dico igitur,ꝙ iſta
poteſtas diuina habet ſingularitatem valde mirabilem . Cũ
ſit inquit vna. ¶ Deinde dico, ꝙ iſta potentia habet genera- C
litatem valde notabilem,& hoc oſtenditur cum dicitur.Oĩa
poteſt. Qui.n.omne dicit,nihil excipit.Marc.14. Pater,om-
nia poſſibilia ſunt tibi.Iſte.n.Poteſt.

Bonos adiuuare,
Malos refrenare,
Mala temperare,
Culpas expiare,
Pœnas intentare.

Poteſt dico bonos adiuuare,
quia ſicut dicitur Hebr.2. Iſte
potens eſt his,qui tentãtur,au
xiliari.Et ipſe, teſte Apoſto.1.
Corin.10. Non permittet vos
tentari ſuper id, quod poteſtis. Poteſt etiam malos refrena
re,quia ſicut dicitur Eccl.10.poteſtas hoĩs in manu eius.Po
teſt inſuper mala mitigare,quia ſicut dicitur in pſal. Tu do-
minaris poteſtati maris,motũ aũt fluctuum eius tu mitigas.
Poteſt nihilominus culpas expiare.Mat.8.Dñe,ſi vis,potes,
me mundare . Põt ſuper omnia pęnam peccatorib.intẽtare,
quia ſicut dicitur Matt.10.Iſte eſt,qui poteſt corpus,& ani-
mam perdere in gehennam. Habet ergo iſta poteſtas gene-
ralitatẽ valde notabilẽ.Iob.42.Scio,quia oĩa potes,& nulla
te latet cogitatio.¶ Denique dico,ꝙ iſta habet durabilitatẽ
interminabilem.In ſe,inquit,permanens.Permanentia.n.du
rabilitatem,& perſeuerantiã ſignat.pſal.Ipſi peribunt.tu aũt
permanens. Et illud. Poteſtas eius poteſtas æterna. Dan.7.
Inſuper dico,ꝙ iſta poteſtas habet liberalitatem inæſtimabi
lem,quia.ſ.iſta omnia innouat. Virtus.n.& potentia cœli,&
ſolis habet oĩ anno omnia innouare , & illabendo omnib.
terrarũ & arborũ interiorib.fructus, & flores , & folia ſolet
mirabiliter renouare . Sic potentia Dei in peccatore qñ ip-
ſum per gratiam ſubintrat, procul dubio à primis malis cõ
ſuetudinibus eũ innouat,& immutat.Et iſte eſt vnus de acti
bus in quo magis apparet omnipotentia Dei.ſ.in conuerſio
ne,& in mutatione humanæ voluntatis in peccatore.Maior
.n.potentia eſt agere in repugnãs,q̃ in obediens.Et ideo ma
ior potentia miſericordiæ diuinæ fuit cõuertere Paulum ſæ
uientem ,quam Petrum obedientem. Sicut.n.dicitur Sapiẽ.
16.Iſte eſt,qui vitæ,& mortis habet ptãtem.& Ro.9.dicitur,
quod ipſe eſt ſicut figulus.qui de eodẽ luto põt facere vas in
honorem,& vas in cõtumeliam. Iſte igitur ex ſua gratia po
teſt omnia innouare.Omnia,inquit innouat.Eccle.36.Inno-
ua ſigna , immuta mirabilia . Et aduerte hic.quod ſua pote-
ſtas & bonitas ſummè apparet in poteſtate,& virtute , quã
alijs noſcitur contuliſſe.Maius eſt.n.dare poteſtatem facien
di,q̃ poſſe facere.Magnes.n.non ſolum põt trahere ferrum,
imo & ipſi ferro tracto dat poteſtatẽ trahendi poſt ſe aliud
ferrum, ſicut ad ſenſum patet , ꝙ magnes non ſolum trahit
primam acum quam tãgit, imo etiam illa acus trahit aliã &
alia aliã &c.Sic vere dico,quod Dei poteſtas non ſolũ appa
ruit in proprijs operibus imo apparuit in ptãte,quam cõica
uit hominib.Sicut.n.dicitur Eccl.17. Deus dedit hoĩbus po
teſtatem eorum,quæ ſunt ſuper terram.Et ideo nota, quod
Deus dedit ſanctis poteſtatem infirmos curandi . Demones
fugandi.Beſtias calcandi. Deum diligendi ſeu Deo ſuccedẽ
di.Dico infirmos curandi.Mar.3.Dedit illis poteſtatem cu-
randi infirmitates.Dico etiam demones fugandi.Matth.10.
Dabat illis ptãtem ſpirituum immundorum.Beſtias inſuper
calcandi. Luc.10.dedit illis poteſtatem calcandi ſup ſerpen-

tes,&

tes,& scorpiones.Deū nihilominus diligendi, quia sicut dr̃ Ioā.1. Dedit eis potestaté filios Dei fieri,his,qui credunt in nomine eius.Et sic igitur patet charissimi,ꝙ Dei potétia est liberalis.Est æternalis. Est generalis. Est singularis. Et sic de
m potestate illa diuina sufficit.¶Scdò dico,ꝙ inuenitur potentia humana,& ista etiā accipitur in bono,& in malo.In bono.n.est homo potens, qñ homo bonus, & perfectus habet potestatem,& virtutem spiritualem faciendo bona sustinédi mala,& resistendi contra vitia,& peccata.Et sic dico,ꝙ sicut homo temporaliter,& corporaliter fit potens Rône

Iuuamenti exterioris,
Fundamenti inferioris,
Fulcimenti superioris,
Armamenti vtilioris.

Sic spiritualiter homo efficitur potens, qñ habet bonum exterius iuuamentū.i. bonos amicos spūales,ipsum suis orationib.adiuuantes.psal.Posui adiutorium in potente.Esto.18. Prouide de omni plebe viros potentes.Item fit potens,qñ habet bonū inferius fundamétum.Homo.n.potétior est in forti equo,quā in debili.Sic homo innitens in bono fundamento humilitatis est potétior. Humilitas.n.est equus spiritualis, qui sessoré suum facit potentem,& forté.1.Pet.5.Humiliamini sub potéti manu Dei, vt vos exaltet in tpe tribulationis.Item fit,potens qñ habet bonum superius fulcimentum.Et sic dr̃ potés ille,qui est cū, potenti dño.Sic spiritualiter ille,qui fulcitur, & sustinetur à Deo.Ro.12.Non est potestas nisi à Deo.Item dicitur potés, qñ habet virtutum vtile ornamentū.Eph.6. Induite vos armaturā Dei,vt possitis stare &c.¶Sed adhuc dico,ꝙ potétia humana sumitur in malo, & sic illi dicuntur potentes, qui sunt diuites,atque fortes. Gen.6.isti sunt potentes à sæculo viri famosi.Ista aūt potentia.s.maiestas, & dominatio sæcularis primò habuit originē a violentia, & à fortitudine corporali.Illi.n.qui primò fortes,& potentes corpore fuerunt, sicut fuerunt gigantes,alios debiliores oppresserunt.& sibi subiugauerunt,& potestati suæ submiserunt, & ex tunc sup ipsos potestatem,& dñium habuerunt, sicut de Nembroth gigante legitur,ꝙ ipse cepit esse potens in terra.erat.n.venator robustissimus corā dño,hoc est dictū,ꝙ ipse erat oppressor hominū.De mundi ergo malis, potentib.& diuitib.notandum est,ꝙ isti sunt Pauperū oppressores.Superni cōtemptores. Præsentis affluentiæ possessores. Futuræ pestilentiæ successores.¶Sunt dico pauperum oppressores. Vnde Dauid in persona pauperū dicebat in psal.Synagoga potétium quæsierunt animā meā & Iac.2.Nonne diuites per potentiā opprimunt vos?& ideo Eccl.4.docet sapiens.Nolite resistere contra faciem potétis.Ipsi figurantur in Doeth Idumeo, qui erat potentissimus pastorum Saul,qui tñ sacerdotes dñi interfecit.Quia verè sæpe fit,ꝙ illi,q inter pastores.inter iudices,principes,& prælatos sunt potentiores,sunt contra sacerdotes dñi,i.contra bonos,simplices,& subditos nequiores.Vnde malis pastorib.dr̃ Eze.34.Cum austeritate,& potentia imperabitis eis,& dispersæ sunt oues meæ. Potétia.n. sine iustitia nihil est,quam rapina.Ité dico,ꝙ isti sunt Dei,& superni contemptores. Exemplum habemus de Nicanore. 2.Mach.15.qui dicebat.Si est potens in cęlo,qui præcepit obseruare diem sabbati,& ego potens sum super terrā,qui impero sumi arma.Ité isti sunt mūdanæ gloriæ possessores. Isti .n.gloriantur, & exaltātur,honorantur,& prosperant.Quia sicut dr̃ Prou.19.Multi colunt personā potentis &c.Isti figurantur Apo.9.vbi dicitur,ꝙ de fumo putei exierūt locustę, & data est eis potestas,sicut habent ptatem scorpiones. Fumus.n.signat mundi prosperitatem, quæ faciliter deperit sicut fumus. Locustæ istæ,quæ herbas virentes corrodunt,significant mundi potentes,& diuites,& maximè nobiles.Isti .n.in fumo mundanæ prosperitatis sunt,vbi alios more scorpionum pungunt,& vbi bona pauperum more locustarum corrodunt.Ioel.1.Vastitas à potente venit. Item erunt inferni miseriæ successores,qa sicut dr̃ Sap.5.Malignitas euertet sedes potentium. Et Sap.6.dr̃,ꝙ potentes potenter tor-
E menta patiuntur.¶Sed si vis aliquid ponere de impotentia, possumus notare,ꝙ est impotentia, quæ cunctis inest naturaliter.Iustis inest virtualiter.Malis inest criminaliter. Sanctis inest supernaliter.Prauis inest infernaliter.¶Igitur dico, ꝙ est impotentia cunctorum,quæ est naturatis. Et ista est illa,quia.s.mortem non possumus vitare,qua volūtati Dei nō possumus obuiare,nec ipsius iustitiam possumus declinare, nec ipsius sapientiam inuestigare,nec ipsius mirabilia opera excogitare.Quod.n.mors non possit vitari,patet Iob.14.vbi de homine dr̃.Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.& Iob.19.Semitam meam circunsepsit,& transire non possum.Item ꝙ Dei potentiæ non possit resisti, ne c ipsius infinitas cōprehendi,patet.3.Reg.8.vbi Deo dicit Salomon. Cœli cęlorum te capere non possunt,& Hest.13.Dñe in ditione tua cuncta sunt posita,& non est,qui tuæ possit resistere voluntati. Item ꝙ ipsius iustitia non possit declinari, patet Iob.9.vbi dr̃ de deo.Deus cuius iræ resistere nemo potest.Et c.10.Non est,qui de manu tua possit eruere.Item ꝙ ipsius sapteutia non possit inuestigari patet in psal.vbi dr̃. Mirabilis facta est scientia tua ex me confortata est, & non potero ad eam.Vnde 3. Re.8.Non poterant sacerdotes stare,& ministrare pp nebulā. Item ꝙ mirabilitas operum suorū nō possit cognosci,& perscrutari,patet Eccle.1.vbi dr̃.Cunctæ res difficiles,non pōt eas homo explicare sermone.& Eccl. 8.Intellexi,quod omnium operum dei nullam possit homo inuenire rationem.Et Baruc.3. Non est, qui possit scire vias eius.Ista ergo in potentia cunctorum,q̃ est naturalis. Ité est impotentia iustorum,quę est virtualis.Et ista est illa, qua iusti ita sunt radicati, & firmati in gratia, ꝙ peccare non possunt.Narrat Rasis in li.de occultis virtutib. membrorū animalium,ꝙ Alex.portabat secum vnum lapidem preciosum, qui habebat summam potentiam contra venena, tonitrua, & fulmina,dabat ét victoriā contra hostes.Qui.n.(vt ait)illum lapidem super se portabat,mori veneno nō poterat. Veruntamen(vt ait)sic semel contigit,ꝙ Alexāder deposita veste se balnearet in Eufrate,& tunc serpens illum lapidé subripiens expuit ipsum in fluuio,inuidens.s.Alexandro,ꝙ haberet gemmam,quæ haberet tantam potétiam in venena sicq; finaliter factum est,ꝙ Alex.veneno mortuus est.Qui tñ veneno mori potuisset,si bene lapidé seruauisset.Quid dicam de Marsis populis,de quibus dicit Pli.li.28.c.3. quòd à venenosis animalibus lędi non poterant,quinimo cantus eorum serpentes audientes terrebant? Et re uera talis impotentia virtualis inest quibuslibet hominib. perfectis,& iustis.Portant.n.lapidem preciosissimum,s. diuinā gratiam semper secum, quo,s.secum manente nunquam possunt mori per venenum mortalium,nec etiam tonitruo diuini iudicij terrentur, nec fulmine damnationis æternæ pereunt in æternum, imo contra demones, & vitia habent victoriam & triumphum,in tantum,ꝙ eorum cantus.i.ipsorum orationes serpentibus,i. demonibus sunt terror.Et breuiter de tali impotentia peccandi potest dici illud.1.Io.3.Non potest peccare, qui ex Deo natus est.caueant tñ tales, ne istum sacrum lapinem diuinæ gratiæ per serpentis diaboli inuidiam perdant, quia.s.tunc,& temporaliter & æternaliter à veneno diaboli lædi possent.Dictum.n.fuit per Apostolum.Actu.27.Nisi in naui manseritis,vos salui fieri non potestis. Apud iustos ergo aquæ multæ non possunt extinguere charitatem,sicut dr̃ Can.8.Nec Ioseph se potuit à fletu visis fratribus abstinere. Nec filij Israel potuerunt abominationes Aegyptiorum domino immolare,sicut dicitur Gen. 45.& 8. Ista est ergo impotentia iustorum,quæ est virtualis. Item est impotétia malorum,quæ est criminalis. Nullus est.n.ita fortis, & potens quin per infirmitatem possit fieri impotens. Sic verè isti,qui per fidem,& innocentiam poterant in bono esse potétes,per infirmitates vitiorum,quas contrahunt,fiunt totaliter impotentes.Igitur notabis,ꝙ mali non possunt

Sursum scandere.
Clarè cernere.
Firmi persistere.
In pace viuere.
Templum struere.
Iram vincere.
Verbis parcere.
Se corrigere.
Requiescere.
Iustè agere.
Bona discere.
Sua pandere.
Alta visere.
Se defendere.
Somnum fugere.

Ista sunt.n.viginti impossibilia,quæ.s.mali quàm diu mali sunt, facere non possunt.Et hoc quia per peccatum benè operandi potentia se priuauerunt. Dicam ergo,ꝙ isti non possunt sursum scādere p cęlestiū affectionem.Exo.19.Non poterat vulgus ascendere in montem.& Iosuæ.16. Non poterimus ad mōtana ascédere.Item non possunt clarè cernere per veram fidé, cognitionem,discretioné, seu con-

Fructus reddere.	Contemplationem.
Se subijcere.	Vnde Gen. 27. dr de
Grata facere.	Isaac, q caligauerat
Laudes canere.	oculi eius, & videre
Cœlos quærere.	non poterat. & 3. Re.

14. dr, q Achias non poterat videre, quia caligauerunt oculi eius. Item isti non possunt firmi persistere per constantiã, fortitudinem, & in bono durationem. Exo. 9. Nec poterant malefici stare coram Moyse. psal. Confringam illos, nec poterunt stare cadent subtus pedes meos. Item non possunt in pace viuere per cõcordiam, & pacificam vnionem. Vnde de fratrib. Ioseph insidiosis dicitur Gen. 37. q ipsi oderant Ioseph, nec poterant sibi quicquam pacificè loqui. Item isti nõ possunt templum struere. s. in corde suo per orationem, & deuotionẽ. 1. Paral. 22. Non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me. Itẽ isti non possunt iram vincere per patientiam, & debitam tolleratione. Vnde Iudith. 3. de Holoferne dr, q ferocitatem pectoris eius mitigare non potuerunt. Item ipsi non possunt verbis parcere p loquelæ moderationem. Vnde Prouerb. 25. Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Item isti nõ possunt se corrigere per culparum dimissionem, & emendationem. Eccle. 7. Inueni, inquit, quòd nemo possit corrigere, quẽ Deus despexit. Item isti non possunt requiescere per tranquillitatem, & sublatam negociorum turbationem. Vnde Esa. 57. Impij sicut mare feruens, quod quiescere non valet. Et Hiere. 49. Turbati sunt in mari, præ sollicitudine quiescere non potuerunt. Item isti non possunt iustè agere sui & aliorum debitũ regimen, & correctionem. Vnde Baruch 6. de idolis dr. Falsa sunt, & non possunt loqui. Et Luc. 1. dr, q Zacharias egressus de oraculo non poterat loqui. Item isti non possunt bona discere per prælatorum, & doctorum prædicationem. Ioan. 16. Habeo vobis multa dicere, sed non potestis portare. Item isti non possunt sua pandere, seu porrigere per eleemosynam, & compassionem. Vnde Baruch. 6. dicitur de falsis dijs, quòd diuitias dare non possunt. Item isti nõ possunt alta visere, seu se erigere per terrenorum detestationem, & supernorum desiderium, & volitionem. Vnde Lucæ 13. dicitur de muliere, quæ habebat spiritum infirmitatis, q erat inclinata, nec poterat omnino sursum respicere. Itẽ isti non possunt se defendere per periculorum euitationem, & hostium superationem. Vnde Thre. 1. Infirmata est virtus mea, dedit me dominus in manum, de qua non potero surgere. Sicut. n. dicitur de mundi diuitib. Soph. 1. Argentum eorum, & aurum non poterat liberare eos. Itẽ isti non possunt somnum fugere per bonam vigiliam, & occupationem. Vnde Matt. 27. dicitur. Symon dormis, non potuisti vna hora vigilare mecum? Item isti non possunt fructus reddere per bonã & vtilem operationem. Ioan. 15. Sicut palmes non potest facere fructum, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me mãseritis. Item isti non possunt se subijcere per humilitatem, & seruitij exhibitionem. Vnde Luc. 16. & Matt. 6. dicitur, q nemo potest duobus dominis seruire. Et Ro. 8. dicitur Sapientia carnis inimica est. Deo, legi. n. iustitiæ nõ est subiecta, nec enim potest. Item isti non possunt grata facere per diuinæ voluntatis complacẽtiam. Rom. 8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Item isti non possunt lætè canere per diuinæ laudis exultationem, seu iubilationem. Apoc. 14. Nemo poterat dicere canticum, nisi illa quadragintaquatuor milia, &c. Item isti non possunt cœlum rapere, seu quærere, vel acquirere per æternam beatificationẽ, patet 1. Corinthiorum 15. Caro, & sanguis regnum dei possidere non possunt, nec corruptio incorruptelã possidebit. Vnde Ioan. 3. dicitur, quòd nisi quis natus fuerit denuo, non potest introire in regnum Dei. Sic ergo patet, quomodo est dare impotentiam infernalem. Supernalem. Criminalem. Virtualẽ & naturalem. ¶ Nota, quòd secundum diuisionem in principio huius tituli factam, adhuc singulariter esset dicendum de potentia mundana, angelica, diabolica, sed licet ista membra sub his nominibus author non deduxerit, satis tamẽ expressè sub alijs vocabulis explicauit. Vnde ad ea redeunda indice monstrabo. De potentia mundana habes supra eodẽ tit §. Sed adhuc dico, q potentia humana sumit in malo. De potentia angelica vide in. §. Itẽ est impotẽtia iustorum, quæ est virtualis. De potẽtia verò diabolica nota. §. Item est impotentia malorum, quæ est criminalis. Sufficit ergo, quod dictum est de Potentia. Posse. Potestate, & Impotentia &c.

Prauus. Prauitas.

A Cum prauitas, iniquitas, malum, peccatum, & similia idem significare videantur, satis mihi videtur in diuersis titulis esse factum, nisi plures inuenirentur de prauitate authoritates vocales. Nos igitur notemus breuiter transeundo, quod prauus idem est, quod peccator, & q praua, inutilia, nociua, nihil sunt alia, q̃ peccata, vel etiam bona temporalia, vel tormenta. Tormenta. n. peccata, peccatores, demones, possunt dici praua simpliciter, & per se. Mundi verò bona, societates malorum praua dicuntur per accidens, & nõ per se, eo scilicet, quòd mali, peccati, seu tormenti causa, seu occasio possunt esse. Prauus ergo idem est, quod peccator ex toto perfidus, & corruptus. Vnde generationi, & cõmunitati talium dicitur Deuteron. 32. Generatio praua, atque peruersa, hæccine reddis domino, popule stulte & insipiens? Vnde nota, q generatio talium praua dr, quia q̃cq̃d habet in moribus, totum prauũ, & impium comprobatur. Habent enim isti mali, seu praui scilicet prauitatem

Cordis, dum praua machinantur.	Primò igitur
Oris, dum praua protestantur.	dico, q praui
Manus, dum malum operantur.	sunt, quia ha-
Gressus, dum malè prosequuntur.	bent prauas co

gitationes, seu machinationes. Mẽbra, n. exteriora infirma sunt, qñ interiora, & principalia. s. cor, hepar, & cerebrũ corrupta sunt. Sicut etiam videmus, q in arbore fructus vermiculosi, & corrupti efficiuntur, & cadunt qñ à radice corrupta procedũt, sic verè cum cor, & cogitatio, morũ & actuũ sint radices, necesse est, q si ista interius sint corrupta, q̃ sunt exterius sint, & inepta, quia pro certo si quis in corde malas habeat affectiones, necesse est, q prauas sentiat passiones. Omnia. n. alia sequuntur cor, quod si bonũ fuerit, bona sunt quæ ab ipso procedũt. Si prauum fuerit, peruersa sunt, Hie. 9. Non audierunt vocem meam. & non ambulauerũt in ea, & abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim. Prauitas aũt ista consistit in quadam profunditate inscrutabili, in quadam peruersitate incorrigibili, in quadam venenositate intollerabili, & detestabili. De prauitate profunditatis, quę non cognoscitur, patet Hie. 17. Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Istud propriè est de multis, qui ita cauti, & inuoluti sunt, q corda eorũ cognosci non possunt, imo nescitur, quid diligunt, aut intendunt. De peruersitate verò obstinata, & incorrigibili patet de multis, qui. s. voluntariè mali sunt, & ita in sua malitia delectati, q nunquàm amplius fieri boni volunt, dicentes illud Deut. 29. Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei. Et Hier. 18. Desperauimus, post cogitationes nostras ibimus, & vnusquisq; prauitatem cordis sui mali faciemus. De venenositate autem detestabili. s. de malitiæ iniquitate, quam. s. quidam habere se gloriantur, dicentes. s. illud Hiere. 23. Pax erit vobis, & omni, qui ambulat in prauitate cordis sui. dr Proue. 11. Abominabile dño cor prauum, voluntas eius in eo, qui simpliciter ambulat. Constat. n. q illa, quæ fiunt ex certa scientia, & malitia, magis displicent Deo, q̃ illa, q̃ fiũt ex passione, & quadam impotentia, & ideo ille Deo summè displicere dr, qui malitiosè, & voluntariè praua machinari ꝓbatur. Vnde de prauo, & malitioso dr Prouerbio. 6. quòd ipse est homo apostata, vir inutilis, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum. Sequitur. Sex sunt quæ odit Deus &c. & post. Cor machinans cogitationes pessimas. Et re vera tales sunt etiam ab hoĩbus euitandi, & summopere fugiendi, iuxta illud psal. Non adhæsit mihi cor prauum, detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar. Et merito, quia sicut dr. Ecclesiastici. 36. Cor prauum, dabit tristitiam. Praui ergo dicuntur illi, qui habẽt prauas cogitationes. ¶ Secundò praui dici possunt hi q habent prauas prolocutiones. Sicut. n. prauitas seu non sanitas porci cognoscitur in ore, sic prauitas hominis in verbo. B
Ideò sapiens consulit Prouerbiorum 4. dicens. Remoue à te os prauum, & detrahentia labia longè fac à te. Remoue inquit à te, & non solum à persona & à cõditione tua, immo etiam à te, id est à tua societate, quia scilicet non solum praua & detractoria verba debemus ab ore nostro fugare,

sed etiam detractores & alios praua libenter loquentes debemus fugere, & odire. Vnde sapiētia Dei dicit Prou. 13. Arrogantiā, & superbiā, & viam prauā, & os bilingue ego detestor. Constat. n. ꝙ verba praua non solū detestabilia sunt iustis imo etiā ipsi Deo. Vnde Iob. 14. dictum fuit ipsi Iob. Nūquid grande est, vt consoletur te Deus? sed verba tua praua hoc prohibent. Et meritò, quia, s. in verbis diuinis nunquam aliqua prauitas, sed semꝑ oīs bonitas inuenitur. vnde Prou. 7. Iusti sunt oēs sermones mei, non est in eis prauum quid, neq; peruersum. Praui sunt ergo hi, qui habent prauas prolocutiones. ¶ Tertio praui sunt hi, qui habent prauas operationes, sicut. s. sunt illi, qui praua ordinant, & discutiūt. Qui prauè donant, & alliciunt. Qui prauè lædunt, & percutiunt. De prauis prælatis ordinatorib. dr̄ 2. Mach. 4. ꝙ ciuiū destituens intra praua sanciebat instituta. De prauis vero munerū collatorib. & maiorū corruptoribus, & allectorib. potest dici illud Eccl. 35. Noli offerre munera praua. De prauis aliorum molestatorib. inuasorib. potest dici illud psal. Patres eorum conuersi sunt in arcum prauum. Arcus. n. à longè percutit, quia, vbi zelus & contentio ibi inconstantia & omne opus prauum. Iac. 3. Praui ergo sunt hi, qui habent prauas operationes. ¶ Quartò praui sunt hi, qui habent prauas ꝓsecutiones. Prauos. n. gressus, prauas vias, praua itinera. i. prauas persecutiones, & negotia habent praui, de quibus dr̄. Eccl. 2. Vę his, qui perdiderūt sustinentiam, qui dereliquerunt inter rectum, & diuerterunt in vias prauas. Et Prou. 28. dr̄, ꝙ melior est pauper ambulās in simplicitate sua, q̄ diues prauus in itinerib. suis. Patet ergo quomodo isti praui sunt, qui. s. habēt prauos gressus, prauos actus, prauos affectus, & prauos etiā cogitat⁹. Tales ergo sunt de illa. s. praua generatione, de qua consulitur Actu. 2. Saluamini à generatione praua. Et Phili. 2. Sitis, inquit sine querela, & simplices filij Dei sine reprehēsione, in medio nationis prauæ, atque peruersæ &c. Ista igitur de prauitate morali sufficiant.

A **Præ.** Nota, ꝙ præ quandoq; sumitur pro vltra, seu ꝓ super, seu pro ꝑꝑ, seu pro ante, seu pro valde. Pro super dico, sicut cum dr̄. Deus noster præ oībus dijs, i. super & & ante oēs Deos. Qn̄que sumitur pro ꝑꝑ, sicut cum dr̄ in psal. Præ fulgore in conspectu eius nubes trāsierunt, &c. Pręfulgore, inquit, i. propter fulgorem. ¶ Item pro ante, sicut cū dr̄ præcedere, pro antecedere, seu ante alios incedere. ¶ Itē pro valde, sicut cum dr̄, præpotens vel præclarus. & sic ergo dicam, ꝙ præ quandoque signat excellentiam, & prærogatiuam. Quandoque verò causam rationalem, & constitutiuam. Siue igitur præ sumatur prærogatiuè seu causatiuè, dico, quòd vtroque modo in bono sumitur, & in malo. Vnde notemus, ꝙ ista dictio præ quandoque refertur ad Deum, quandoque refertur ad iustum, quandoque refertur ad impium. ¶ Primò ergo dicamus, quòd refertur ad Deum. Con-
B stat. n. quòd Deus habet suum præ idest suam excellentiam singularem, qua scilicet pręomnibus, id est super omnes ipse præualet, & præcellit. Vnde nota, quòd Deus, seu etiam Christus præcellit omnes.

Honore potenti.
Decore decenti.
Dulcore patenti.
Splendore nitenti.

Constat. n. ꝙ Deus præcellit omnia in potentiæ celsitudine. In decentiæ pulchritudine. In clemētię plenitudine. In scientiæ, seu redolentiæ magnitudine. Habet. n. Christus vnum præ, quod est potentiæ, & celsitudinis infinitæ. Vnde pater de ipso legitur in psal. dixisse. Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ. Item habet vnum præ, i. vnam prærogatiuam, quòd est decentiæ & pulchritudinis infinitæ. Vnde sibi dicitur in psal. Speciosus forma præ filijs hominū, diffusa est gratia in labijs tuis. Item habet vnum præ clementiæ, & mititudinis delinitæ. Ideo dr̄ in psal. Vnxit te Deus oleo letitiæ præ consortibus tuis. Itē vnum præ, i. vnam prærogatiuam redolentiæ, & sanctitudinis exquisitæ, hoc est dictu, boni nominis, & bonæ famæ. Vnde de ipso dicitur Hebr. 1. quòd ipse fuit tanto melior angelis effectus, quanto præ illis differentius nomen hęreditauit. Sic ergo patet, ista dictio præ refertur ad Deum. ¶ Secundò dico, ꝙ quandoque refertur ad iustum. Accipiatur. n. præ sine causaliter, siue pręcellenter, dico quòd benè potest referri ad iustum. Habet. n. iustus multiplex præ, i. multiplicē causam, faciendi bonum, & consequendi gloriam æternā. s. Præ stupore, quo contemplando Deum admiratur. Præ liquore, quo degustando intus delectatur. Præ feruore, quo diligendo intus inflammatur. Præ dulcore, quo congaudendo piè lachrimatur. Præ dolore, quo pęnitēdo corde conturbatur. Præ squalore, quo abstiuendo caro maceratur. Præ valore, quē acquirendo summè gratulatur. Præ splendore, quē possidēdo sursum consolatur. ¶ Dico ergo, quòd iusti habent C
præ stuporis ad miratiui, & hoc est, quando contemplando diuinā maiestatem mirantur, dicentes. s. ipsi Deo illud Hest. 15. Conturbatum est, inquit, cor meum præ timore gloriæ tuæ, valde enim admirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarū. Sicut etiam apparuit in regina Saba, de qua dr̄ 2. Paral. 9. ꝙ nō habebat vltra spiritum præ stupore. Itē iusti habent vnum præ liquoris delectatiui, dū multitudinis beneficiorū à deo acceptorū memores in dei bonitate delectātur. Vel dum fonte gratiæ diuinæ irrigati spiritualiter exultant, & consolantur. Itē iusti habent vnum præ ardoris inflāmatiui. Habent. n. virtutē feruidæ charitatis: Exēplo. s. Iacob qui seruiens Laban pro Rachele. s. septem annis, videbantur sibi dies pauci præ amoris magnitudine. Rachel. n. est vita ęterna, pro qua. s. iusti seruiūt Christo, & hoc. s. septem annis id est toto tempore vitę huius, ꝙ septē dierū curriculo mēsuratur. Item iusti habēt vnum prædulcoris lachrymatiui, s. pietatis & compassionis virtutē, quæ faciliter lachrymatur. Exemplo scilicet Thobię & vxoris suæ, qui osculātes filium suum cœperunt flere præ gaudio. Item habent vnum præ doloris conturbatiui. i. virtutem pœnitentiæ, dicentes. s. illud Threno. 2. Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea. Item habent vnum præ squaloris maceratiui, s. abstinentiam à cibis, de qua tamen dicitur contrarium miraculosè factum Danie. 2. vbi dicitur, quòd vultus puerorum abstinentium apparuerunt corpulentiores, & meliores præ omnib. pueris, quæ vescebātur cibo regio. Item habent vnum pręvaloris infinitiui. s. diuinam gratiam, de qua dicitur Matth. 13. quòd simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa, q̄ habet, & emit agrū illum. Item habent vel saltem finaliter habebunt vnum præ splendoris consolatiui, s. gloriam paradisi, de qua Esa. 65. Ecce serui mei laudabunt pręexultatione cordis, & vos clamabitis prędolore cordis, & pręcōtritione spiritus vlulabitis. Sic igitur patet, qūo iusti habent multiplex pręvel, ꝓpter, i. multiplicē causam iustitiæ. qua sunt iusti. Igitur patet quòd præ quandoque spectat ad iustum. ¶ Tertiò stico, ꝙ pręquāndoque spectan ad impium. Mali. n. habēt suum præ & suum propter, hoc est dictu, suam malam causam faciēdi malum. Vnde nota, quòd isti præ

Fragilitate fiunt fluidi.
Cupiditate fiunt aridi.
Ebrietate fiunt stolidi.
Diuersitate solent diuidi,
Temporalitate fiunt tepidi.
Anxietate fiunt torpidi.
Timiditate fiunt stupidi.
Tenuitate fiunt squalidi.
Calamitate fiunt horridi.

Dico igitur, ꝙ mali habent vnum præ, i. vnam causam fragilitatis, ex quo sequitur inconstantia. s. exemplo illius reginæ, de qua dicitur Hester 15. quòd pręnimia teneritudine corpus suum ferre non sustinebat. Item habent vnum pręcupiditatis, ex quo sequitur turbulentia. Vnde Iob. 30. Ossa, inquit, mea aruerunt præ caumate, versa est in luctum cithara mea; & cāticum meum in vocem flentium. Cauma. n. ardor, & feruor auaritiæ, ariditatem & maciem, luctum etiam & tristitiam introducit, & citharam & gaudium vilipendit. Itē habent vnum præ ebrietatis, ex quo sequitur ignorantia. Vnde Esa. 28. Hi quoque pręvino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sequitur. Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino. Item habent vnum præ diuersitatis, ex quo sequitur dissonantia seu discordia. Zacha. 8 Neque introeunti, neque exeunti erat pax pręribulatione. Hiere. 49. Turbati sunt in mari, præ sollicitudine quiescere non potuerunt. Item habent vnum præ temporalitatis. s. negociationum & occupationum mundi, ex quo sequitur impotentia. Pluribus. n. intentus minor est ad singula sensus. Vnde Lucæ. 5. dicitur, quòd illi non poterant inferre paralyticū ante sensum, vt sanaretur, præ turba, & propter hoc necesse fuit ascendere super tectum. Turba enim negociorum impedit

impedit, ne spiritus imbecillis ante Iesum poni possit, sicut etiã de Zacheo dr̃ Luc. 19. ꝙ ipse quærebat Iesum videre, q̃s esset, & non poterat præ turba, eo ꝙ statura pusillus esset. Item habent vnum præ anxietatis, ex quo sequitur somnolentia, sicut de Apostolis dr̃ Luc. 21. ꝙ Iesus inuenit eos dormientes præ tristitia. Item habent vnum præ timiditatis, ex quo sequitur turbulentia, sicut dr̃ Matth. 28. quòd præ timore eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Itẽ habent vnum præ tenuitatis, seu spiritualis paupertatis, ex quo sequitur indigentia. Hie. 14. Erunt proiecti in vijs Hierusalem præ fame. Item habent, vel ẽt habebunt, i. post mortem in inferno vnum prę calamitatis, seu etiam aduersitatis, ex quo sequitur pestilentia damnationis æternæ. Vnde ipsis põt dici illud prædictum Esa. 65. Vos clamabitis præ dolore cordis & præ contritione spiritus vlulabitis. & Sapi. 5. Intra se pœnitẽtiam agentes, & prę angustia spiritus gemẽtes &c. Hæc sufficiant de præ. vide de Propter.

A **Præbere.** Nota, ꝙ Prębere. Dare, Pręstare, & similia idẽ significant, vt in plurib. sed quia multa dicta sunt, aut dicentur in titulis prælibatis, volo hic breuiter pertransire. Nota ergo, ꝙ nos inuenimus præbere Dei, iusti, & impij. ¶ Primo igitur dicamus de Deo. Iste. n. est, qui præbet omnia bona bonis, & omnia mala malis. Præbet enim scilicet

Constantiam militantibus.
Concordiam se metuentibus.
Sapientiam se diligentibus.
Suam gratiam se prosequentibus.

Præbet dico in se credentib. cõstantiam. Vnde 2. Paral. 16. dr̃, ꝙ Deus præbet fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. Item præbet se metuentibus concordiam. vnde 2. Paral. 10. dicitur de illo regẽ Iosaphat, qui timebat dñm, ꝙ quieuit regnum Iosaphat, & præbuit ei dñs pacem per circuitum. Item præbet se diligentib. sapientiam. vnde Eccl. 1. de sapientia & disciplina dicitur, ꝙ Deus prębet illam diligentibus se. Item præbet se prosequentibus suam gratiam, quia. s. sicut dicitur Act. 1. Ipse præbuit seipsum viuum post mortem' suam, per dies quadraginta apparens discipulis. Dies. n. quadraginta significant pœnitentiæ tempus, in quo . s. Deus per gratiam apparet, & se suis fidelibus per gratiam viuum præbet. istud est igitur vnum præbere, ꝙ facit Deus. Vnum tamen aduerte, ꝙ sicut Deus prębet hominibus se, & sua, ita etiam ipse vult, & petit, quòd nos sibi similiter nos & nostra præbeamus. Donatio. n. inter virum & vxorem reciproca debet esse, nec debet ab vna parte plꝰ q̃ ab altera claudicare secundùm iura. Si igitur sponsus Christus bona sua spiritualia, & æterna dat, & præbet suæ sponsæ animæ christianæ, necesse & iustum est, quòd econuerso ipsa sponsa sibi donet, & præbeat bona sua. Petit ergo Deus, quòd homo præbeat sibi scilicet

Cor ad consentiendum.
Os ad pronunciandum.
Caput ad subijciendum.
Aures ad obediendum.
Manus ad perficiendum.

Item præbeamus sibi cor nostrũ ad mandatis eius consentiẽdũ. Prou. 23. Fili mi, præbe mihi cor tuum. Et 1. Paral. 22. dicit̃ sic. Præbete corda vestra & animas vestras, & quæratis dñm. Item præbeamus sibi ora nostra ad laudes ipsius pronunciandum, seu ad ipsum spiritualiter osculãdũ. Vnde pater dicebat filio Genes. 27. Da mihi osculum fili mi. Item præbeamus sibi capita nostra ad nos sibi subijciendũ, iuxta illud Eccl. 4. Magnati humilia caput tuum. Itẽ præbeamus sibi aures nostras ad suis legib. obediendum, & ad ipsas audiendum, & faciendum. Iob 6. Præbete aurem. & audite. Et concorda, vt volueris. Est igitur vnum præbere, ꝙ vult Deus, & quod facit Deus. ¶ Secundò dico, ꝙ est vnũ prębe-
B re, quod facit iustus. Iustus. n. præbet.

Vestimentum frigescentibus.
Alimentum famescentibus.
Documentum ignorantibus.
Iuuamentum patientibus.

Prębet dico nudis, & frigescentibus indumentum Tho. 1. Nudis vestimenta prębebat. Item præbet famescentibus alimentum. Iudic. 19. Ego præbeo, quæ necessaria sunt. Sequitur. introduxit eũ in hospitium, & pabulum hominis præbuit. Itẽ præbet ignorãtibus documentum. Gen. 47. Præbe semina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem. Item prębet patientib. seu indigentibus iuuamentum. s. contra multos malos 1. Paral. 12. Prębuerunt auxiliũ Dauid aduersum latrũculos. Hoc est ergo vnũ præbere, quod facit iustus. ¶ Tertiò dico, ꝙ est vnũ pbere, quod facit stultus. Stulti. n. hñt vnũ præbere.

Crudelitatis & violentiæ.
Proteruitatis & insolentiæ.
Iniquitatis & iniustitiæ.
Carnalitatis & immunditiæ.

Mali. n. præbent quædam munera crudelitatis. Exo. 5. præbuistis gladium, vt occiderent nos. Item præbent quædam munera proteruitatis, sicut de obstinatis & proteruis dicitur 2. Paral. 29. ꝙ auerterunt facies & præbuerunt dorsa. Item præbent quædam munera iniquitatis. vnde 2. Para. 19. dr̃. Impio præbetis auxilium. Item præbent munera carnalitatis. Vnde de illa meretrice dr̃ Ezec. 24. ꝙ fornicationem Assyrijs præbuit impudenter. Hæc ergo sufficiant, quia nihil prosequor gratia breuitatis, & quia etiam supra de dare, & in alijs similibus titulis dictum est.

Præcellere. Nota, ꝙ præcellere idẽ est, quod valde excellere. Et nota, quòd de excel- A
lentia multa possent dici, sed nullæ sunt authoritates. vide ergo vbi melius, & vbi bonitas, valor, eminentia, prærogatiua, & similia.

Preces. Precari. Cũ preces precis. oratio, supplicatio, deprecatio idẽ sint, & supra & infra in titulo de Exaudire, Clamare, Vox, Sonꝰ, & similib. de precibus sic satis dictum, hinc est, ꝙ de precib. vocaliter loquendo intendo breuiter pertransire. Dicam ergo ꝙ in bono significato in scriptura reperiuntur preces.

Deuotorum.
Miserorum.
Iniquorum.

Primæ preces sunt faciendę. Secundę preces sunt audiẽdę. Tertiæ preces sunt repellẽdæ. ¶ His pmissis dicamus aliquid de precibus, quas nos mortales debemus facere dño Deo nostro. Constat. n. ꝙ illud, qđ homo se videt per virtutem & potentiam obtinere non posse, per humilitatem & preces obtinere conatur, sicut exemplariter videmus de catulis animalium, & pullis ouium, qui famescẽtes & prouidere sibi de necessarijs non valentes sed impotẽtes, in suis nidulis sunt vagientes, latratu, balatu, mugitu pariter & garritu apud matrẽ suam clamant, & vt necessaria obtineant, suis modulis & precibus ipsam pulsant. Sic verè nos cum oĩo impotentes simus, nec aliquid à nobis tãquã ex nobis facere possimus, & maximè quantum ad bona spiritualia & æterna obtinenda, ad mala & peccata vitanda, & tribulamina tolerãda, necesse est, ꝙ pulsemus matrẽ pcibus. pulsemus ad ostium inuitantis amici, vt quod virtute nõ valemus, precib. obtinere possumus, iuxta illud 1. Mach. 6. Clamauerunt ad regem cum precib. dicentes. Demus dextras Iudæis, & faciamus cum illis pacem &c. Dextras. n. offerre, est pacem precib. postulare. Vt sic homo faciat, quod præcipitur Eccl. 17. vbi dicitur. Precare ante faciem domini, & minue offendicula. Vbi aduerte, ꝙ in precibus Deo faciendis tria debent attendi, videlicet vnum quod

Impedit & repellit.
Præualet & excellit.
Admonet & impellit.

Repellens & impediens debemus repellere. Excellens & expediẽs debemus quærere. Impellens & erudiens debemus cernere. Igit̃ pellamus culpam & peccatũ. Quæramus domini primatũ. Cernamus scripturæ mandatũ. ¶ Dicã ergo, ꝙ si preces nr̃as B volumus exaudiri, nos debemus expellere impediẽs pc̃tm̃. Minue, inquit offendicula. Nos debemꝰ requirere expediẽs oblatũ. s. ipsum Deum, & nõ alium. Ante faciem dñi, inquit. Nos debemus attendere vrgens mandatum, quod. s. est imperatiuum, & impulsiuũ. Precare. inquit. ¶ Dico ergo, ꝙ oẽ peccatum debes tollere. Et hoc ostenditur cum dr̃. Minue offendicula. Constat aũt. quod preces inimici non benè recipiuntur, imo sicut dicit Greg. Cum is displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati aius ad deteriora prouocatur. Si quis filium alicuius occideret, & post tenens gladiũ cum quo ipsum occiderat, patrẽ precari vellet, ipsũ certè magis offenderet, & qđ pcaretur, nullatenus obtineret. Cũ igitur peccator Dei inimicus existat, sicut ille, qui ipsius filiã & hæredem, videlicet aĩam propriã moraliter peccãdo necauit, non dubiũ, ꝙ q̃ diu gladium cum quo eam occidit. s. peccatũ secũ habuerit, Deũ pulsare precib. frustra q̃rit, nec ab ipso impetrat, qđ oñdit. Ante oĩa ergo peccator debet pecti gladium à se alienare, & vitiorum offendicula minuere per pœnitẽtiã & purgare. Tũc. n. preces melius audiuntur, quãdo

dò esse mundè & sine offendiculo cōprobantur. Iob.16.Cū haberem mundas ad Deum præces &c. Minue ergo offendicula. Exemplo apostoli, qui dicebat Act.24. Stude sine offendiculo conscienliam habere, quia sicut dr Hier.4. Si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. Patet ergo, ꝙ omne peccatum debet tollere. ¶ Secundò dico, quòd C si preces tuas volueris acceptari, expediens oblatum debes quęrere, ante faciē domini, in quit. q.d. dominus, & nō alius est præcandus, cum propriè loquendo ipse solus iuuare possit, vt, s. dicamus illud 2. Reg.14. Precor domine, vt transferas iniquitatem serui tui. Vide supra de pręcari, in illa authoritate Tho.8. Deprecemur dominum hodie, & cras. ¶ Tertio dico, si preces tuas volueris acceptari, quòd cogens mādatum debet attendere, quia, s. imperatiuè loquendo scriptura dicit, precare. Actuum 8. Precamini vos ad dominum. Et nota, si vis, quòd preces nostræ ad dominum debēt esse prostratæ, & effusæ, & ex gratia & non ex debito requisitę. Prostratæ Deo. s. per humilitatem; quia. s. nullus est ita ferus, & magnus, quin seipsum debeat domino prosternere, & ipsius misericordiam precibus flagitare. Hierem.38. Prostraui ego preçes meas coram rege. Exemplo, s. leonis, de quo dicit Pli. quòd licet sit animal ferocissimum; in necessitate tamen inuentus est ad hominem recurrere, & ab ipso auxilium postulare. Vnde narrat, quòd in Aphrica leo habens in pede stipitem, seu spinā, quā amouere nequierat, propter quod pes eius fuerat putrefactus, obuiauit homini in deserto, qui timens statim ascendit arborem, leo autem ad arboris radicē veniens, & vultum blandientem, & non furentem prætendens, pedem suum homini ostendebat, & quodam susurro satis pio hominis beneficium, & adiutorium suo modo precabatur, & quærebat, quod perpendens homo descendit, & stipitem remouit. Leo verò gratabundus recedens, pellem preciosam extranei animalis suo medico, quasi pro satisfactione apportauit. Mirum inquit, Plin. qua ratione sciuerit leo hominem medicas habuisse manus, sed vis malorum oīa experiri cogit. Nullus ergo sit ita ferus, quin se coram Deo dignetur humiliare; infirmitates passionum & vitiorū eidē demonstrare, & ab ipso remedium implorare. Vnde Eccles. 50. Pręparauerūt & ceciderunt ante faciem suam super terram adorare dominum Deum suum, & dare preces omnipotenti Deo excelso. Quæ tñ sunt contra multos superbos, qui .s. non dignantur dominum precari, nec ab ipso auxilium in suis necessitatib. obsecrare, similes illi Leuiathan de quo dr Iob.40, Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? q.d. non dignaretur. Sint ergo prostratę per humilitatem. Item sint pręces effusę per multiplicitatem, & continuitatem. Vnde Iudith 6. Vnanimes preces suas dño effuderunt. Item debent esse non ex debito, sed ex gratia requisitę, sicut, s. faciebant illi Dan.9. qui dicebant. Neq;.n. in iustificationib. nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuā, sed in miserationibus tuis multis. Sic ergo patet, ꝙ fundendo preces nos debemus attendere ad mandatū imperatiuū, vt obediamus, precare inquit. Ad primatum protestatiuū, vt solus quęratur ante faciem domini, inquit. Ad reatum maculatiuū, vt prorsus tollatur. Minue inquit, offendicula. Sufficit ergo. Vide de exaudire, & de precari &c.

A **Præcingere Succingere.** Cingere, cingulum. Cum homo se cingendo, aut præcingendo vestimenta sua cōgreget, & coniungat, & totū corpus suum arceat, & restringat, vel ēt celaturā seu arma, vel ornamenta in cingulis suis sibi cōpleat & assumat, vr̄ moraliter loquendo, ꝙ cinctio, seu p̄cinctio possunt omnem virtutem superfluitates vitiorum & temporalium restringētem, seu ēt honestates & virtutes circa hominem aggregantem, spiritualiter designare, iuxta illud Esa, 11. Erit iustitia cingulū lumborum eius, & fides cinctoriū renum eius. ¶ Sic igitur nota, ꝙ homo multis causis & modis præcingitur, videlicet, vt sit flebilis ad lamētandū. Mobilis ad obtemperandum. Agilis ad ministrandum. Stabilis ad propugnandum. Sterilis ad manducandum. Docilis ad moderandū. Virilis ad superandum, s. carnem. Nobilis ad fœderandum. Habilis ad separandum seu ornandum. Sic ergo dicam, quòd moraliter loquendo, iustum pręcingit mobilitas pœnitentiæ. Mobilitas audientiæ seu obedientiæ. Sedulitas diligentiæ. Stabilitas existentiæ. Asperitas abstinentiæ. Modalitas temperantiæ, Synceritas continentiæ. Integritas amicitiæ. Nobilitas apparentiæ. Et sic verè dicā, quòd discurrendo per illas causas spiritualis præcinctionis, pœnitentia portat ciliciū; vt culpas defleat. Audientia seu obedientia mouet vestigium, vt cito pateat. Diligentia facit seruitium, vt bonis faueat. Permanentia suffert duellum, vt mala subeat, Abstinentia tollit edulium, ne ventrē impleat. Temperantia tractat consilium, vt luxus caueat. Continētia suffert martyrium, vt carnem arceat. Amicitia ligat coniugium, vt simul maneat. Apparentia ornat hospitium, vt bonis placeat. ¶ Igitur charissimi præcingamur cingulo pœnitentiæ, vt culpas defleamus. Pœnitentia n. est illud cilicium, B quo antiquitus sancti patres se solebant p̄cingere, qn̄ habebant flendi materiam & dolendi. vnde iudith 4. Induerunt se sacerdotes cilicijs, & infantes prostrauerunt contra faciē templi dñi, & altare dñi cooperuerūt cilicio. Est & cingulus sacci, de quo Esa 22. Vocauit dñs ad fletum, & luctum. Sequitur. Et ad cingulum sacci. Item præcingamur cingulo diligētię, vt bonis seruiamus, seu ministremus. Luc.17. Præcingere, & ministra mihi. Et Luc.12. Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Item præcingamur cingulo obedientiæ, vt bonis pareamus in omnib. licitis & honestis. Thb.5. Inuenit iuuenem pręcinctum & paratum ad ambulandum. Vnde Petro angelum secuturo dictum fuit. Act. 12. Surge Petre, præcinge, & calcia te. Et Ioan. 21. dictum est sibi Petre cū eras iunior, cingebas te, & ibas, quo volebas, nunc autem alius cinget te, & ducet, quo tu non vis. Leui.8. Astringens cingulo aptauit rationale Luc.12. Sint lumbi vestri pręcincti, & lucernę ardentes in manibus vestris. Itē cingamur cingulo constantię, vt in bonis operibus permaneamus. in psal. Fiat illi, s. virtus constantię, sicut Zona qua semper pręcingitur. Semper.n. denotat perseuerantię rationem. Item cingamur cingulo abstinentię, ne carnem nimia cura & delicijs foueamus. Ioann.13. Linteo erat pręcinctus. Linteum.n. quod ex lineis & tenuibus filijs contegitur, tenuitatem victus signat. Item cingamur cingulo tēperantiæ, vt luxum, i. superfluitatem magnificentię in operibus nostris caueamus. Psal. Pręcinxit se virtute. supple temperantię. Item præcingamur cingulo cōtinentię, vt mundi fulgeamus. vt. s. dicat quilibet illud psal. Deus qui pręcinxit me virtute ad bellum (supple contra carnē) & posui immaculatam viam meam. Ista est autem propriè præcinctio lumborum seu renum, de qua dicitur Ephe.6. State succincti lumbos vestros. Gregorius verò dicit, ꝙ tunc lumbos pręcingimus, cum carnis luxuriam per continentiā coarctamus. Istud est autem cingulum byssinum, quo. s. sacerdotes mandabantur præcingi. Exod.39. vbi Deus præcipit, quòd Aaron, s. ecclesiasticis fierent fęminalia linea, & cingulum de bisso retorta. Lineū .n. & byssus, quæ candida sunt. munditiam carnis designant, quam præcipuę nos ecclesiastici tenemur habere. Exodi. 29. Cinges baltheo Aaron & filios eius. Item præcingamur cingulo amicitiæ, vt intus ardeamus. Charitas.n. cingitur & stringit. De quo Apocalipsis dr̄, quòd filius hominis erat præcinctus ad mamillas Zona aurea. Et Apoc.15. dicitur, ꝙ illi septem Angeli, qui erant induti lapide candido, erant p̄cincti circa pectus Zonis aureis. Item præcingamur cingulo honestæ apparentiæ, & quo placeamus. Ezech.16. Cinxit te bysso, calciaui te hyacintho, vnxit te oleo, vestiui te discoloribus, indui te vestibus subtilibus, ornaui te ornamento. Et breuiter, de homine sic virtutibus præcincto potest dici illud Esa.5. Non dormitabit, neque dormiet, neque soluetur cingulum renum eius. Et ista est pręcinctio bona. De malis verò notabis, quòd ipsos cingit & stringit parcitas & auaritia, feritas & iracundia, calamitas atque tristitia, vt sic de peccatore dicatur illud psal. Fiat illi, sicut vestimētum, quo operitur, & sicut Zona, qua semper præcingitur. Vt & sic dicat peccator, & maximè damnatus, illud Iob 19. Afflixit me, & flagellis suis me cinxit. Sequitur. Expoliauit me gloria mea, abstulit coronam de capite meo, destruxit me vndiq;, & pereo, & cætera. Vide ibi, & cætera. Vide supra satis plenè vbi Accingere.

Præscindere. Vide infra de scindere.

Præcipitatio. Nota, ꝙ p̄cipitatio nihil aliud est q̄ de alto i imū lubrica deiectio.

Et

Et sic dico, quod semper accipi consueuit in malo, quia, s. semper signat subitam deiectionem de alto in bassum, de summo ad imū, & de supercilio in profundū descensionem. Igitur moraliter loquendo, dico, quòd est triplex prędicatio, s.

Temporalis.	Prima est miseriæ præsentis.
Spiritualis.	Secunda est culpæ latentis.
Infernalis.	Tertia est pœnæ sequentis.

Præcipitatur.n. diues veniens ad paupertatē. Iustus corruēs ad prauitatē. Impius defluēs ad vilitatē. ¶ Primò ergo dico, quod est præcipitatio, quæ fit à fortuna, & ista nihil aliud est, quàm præcipitatio subita, quam qñq; incurrūt diuites, & potētes, subito per infortunia corruentes, & ad paupertatē, & infortunium descendētes. Caprea, n. vt dicit Plinius, qñq; à venatore taliter coarctatur, quod ab altitudine rupis in infimū pcipitatur. Verū tñ quia fortissima habet cornua, qñque fit, quod desuper cadens non moritur, sed saluat. Sic verè sæpe cōtingit, quod aliqui alti & magni cōtra eos venante fortuna præcipitantur, & deijciuntur à gloria status sui. Constat. n. sæpe, quod fortuna multos erigit, & sublimat, vt tandē ad præcipitiū & infortuniū ipsos deducat. Sic vident velle fecisse illi Luc. 4. qui duxerunt Christū ad supciliū montis, vt pcipitarent eum, ille tñ transiens per medium illorū ibat. Veruntamen tales sic pcipitati fortia capita bonarū mentium, fortibus cornibus, i. constantia, & virtutib. communita debent habere, per quæ possunt à morte culpæ, & pœnæ, & à desperationis periculo se saluare. Fortis. n. homo etsi ab alto deijcitur, virtus tñ mētis in ipso pp hoc non cassatur, imo certè tales debent se cōuertere ad dñm, & dicere illud Iob 10. Manus tuæ dñe fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu, & sic repente pcipitas me, memento quæso &c. Ista igitur est præcipitatio, quę fit à fortuna. ¶ Secundò dico, quod est pręcipitatio, quā facit homo, quæ fit à gratia. A statu. n. gratiæ pręcipitatur homo, qñ de arca virtutum aliquo casu corruit in peccatū. Dicit. n. Plin. quòd aquila in montibus pugnat aliquoties cōtra ceruum. Volutat. n. se in arena, & tunc alas suas verberans coram ceruo, oculos ipsius implet arena, ita quod visum ad tēpus perdit, quod perpendens aquila, solet rostro & vngulis illū pungere, & sic facit eum, cum se regere nesciat, de alto præcipitare, & sic mortuum ceruum solet aquila deuorare. Sic verè, diabolus in oculos cordis ceruorum cornutorum, i. hominum virtuosorum, arenam diuitiarum per affectionē taliter immittit, quod visum discretionis penitus eis tollit, & sic ab arce virtutum ipsos in peccatum præcipitat, eosque deuorat, & confundit. Vnde diabolus vr̄ dicere de talib. illud Esa. 19. Dirumpetur spiritus Aegypti, & consilium eius præcipitabo. Et sic de demonib. tentantibus & præcipitantib. & diuitias præ oculis mentis in istis præcipitatis offerentibus, potest dici illud Esaia. 9. Et erunt, qui beatificant populum istum, seducentes, & qui beatificantur, præcipitati. Et aduerte, quód plura sunt, quæ præcipitant hominem à virtute, videlicet

Iactantia, quæ vane gloriatur.	De iactantia pōt
Discordia, quę pati aduersatur.	dici illud Eccl. 10.
Malitia, quæ mala machinatur.	Labia insipientis,
Superbia, quę nimis sublimatur.	præcipitabūt eū.

De discordia dr̄ in psal. Præcipita dñe, & diuide linguas eorum, qm̄ vidi iniquitatē, & cōtradictionē in ciuitate. De malitia verò dr̄ Iob. 18. Arctabuntur gressus virtutis eius, & pcipitabit eum consiliū suum. De superbia aūt potest dici illud Thre. 2. Præcipitauit Israel, pcipitauit oīa mœnia eius. Mœnia. n. altitudinē superbiæ significant, vt de superbis dicatur illud 2. Paral. 25. Pręcipitauerūt eos de summo in pręceps, & oēs crepuerunt. Ista est ergo præcipitatio, quæ fit à gratia. Tertia est præcipitatio, quæ fit ab hac vita, & ista pro certo est illa, qua peccator de vita ista & de mundo. i. mundi opulētia præcipitatur in mortem æternā, figuratus in impia regina Iezabel. quæ contra legem diuinam pro cultu idolorum pugnauerat, & prophetas dñi occiderat, & tandē oculos suos depinxerat, & se superfluē ornauerat. Quæ tñ per Iehu regem Israel fuit à summo deorsum præcipitata, & cōtinuo à canibus deuorata. Quia re vera illi, qui idola, idest vitia colunt, & frequentant, qui prophetas, i. iustos & maximè religiosos, & clericos spernunt & impugnant, qui per lasciuiam, & luxuriam vultus suos pingunt & adornant, à rege Israel Christo deorsum in infernum præcipitantur, vbi s. à canibus. i. à demonibus deuorantur. Thren. 2. Pręcipitauit dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob, destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, deiecit de cœlo in terram, & polluit regnum & principes eius. Et nota, si vis, quod in infernum præcipitantur hi, qui Fœtent carnali fęce. Torpent desidiosa fauce. Sedent in status arce. Splendent gazarum luce. ¶ Præcipitantur, dico, luxuriosi carne fœtentes, figurati, s. in porcis, de quibus dicitur Matt. 8. quod postquā mali gni spiritus intrauerant in eos, totus grex ipsorum abijt per præceps in mare. Et Marci 5. quòd totus grex porcorum prę cipitatus est in mare. Porcus autem immundum animal, luxuriosos signat. Item præcipitantur desidiosi mente torpentes, seu faucibus hiantes, quod est signum torporis. vnde Eccles. 30. Filius remissius euadet præceps. Item præcipitantur ambitiosi altè sedentes. vnde de cedris. i. de altis & eminentibus & superbis dicitur Hier. 22. Succident electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignem. Item præcipitātur pecuniosi gazis pollentes. i. mali diuites, figurati in Leuiathan, qui interpretatur admittendum, quia isti vsque ad summum sunt additi & repleti. De quo dr̄ Iob. 40. quòd spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur &c. sufficit. Si tamen in bono significato velis præcipitationem accipere, nota, quòd bona est quandoque præcipitatio temporalis, & hæc est paupertas, seu aduersitas, & spiritualis, quæ nihil est aliud quam humilitas. Bonum est. n. de alto diuitiarū, & eminentiarum ad imum paupertatis deijci, & de elatione præsumptionis & superbiæ ad profundum humilitatis præcipitari. Exemplo ibicis, quod est animal agillimum, quod ad euadendum pericula venatorum solet se de altissimis rupibus præcipitare, & se sine periculo super caput & cornua quæ habet fortissima recipere, & sic venatorum & canum periculum euitare. Sic verè multi fuerunt, qui de altis statibus ad infirmos se voluntariè præcipitauerunt, mundum & ipsius alta dominia reliquerunt, religionem sumpserunt, & in religione vixerunt, & sic venatorem inferni & tētationum eius periculum euaserunt, sicut de illo strenuo viro dicitur 2. Machab. 14. quòd ipse pręcipitauit semetipsum viriliter. Et sic patet, quod præcipitatio in malo sumitur, & in bono. Vide de Cadere. Ruere. Deijcere &c.

Præcedere.

A Cum præcedere nihil aliud sit, quam anteire. Præcedere. n. idem est, quod præ alijs incedere. Et pertinet præcedere proprie ad Christum, & ad viros ecclesiasticos, & prælatos. Isti. n. pręcedere debēt alios quadrupliciter ex quadruplici causa vel ratione. Pręcedit. n. homo aliquando sicut prælatus, alte præsidendo. præcursor, viam ostendendo. Minister, ita faciendo. Defensor, hostes repellendo. Istis enim quattuor modis debent prælati & clerici alios anteire, & ipsos præcedere, & ante eos pertransire. ¶ Primò ergo dico, quòd isti præcedunt eos, eis prę sidendo singulariter, quia. s. prælati pręcedunt alios gradu & dignitate. Ecclesiastici vero alios debent præcedere perfectione & bonitate. Corpora enim cœlestia præcedunt inferiora in situ, quia sunt altiora, & in lumine, quia sunt clariora, & imperfectione, quia sunt durabiliora. Et ideo prælati possunt dicere cuilibet subdito illud Genes. 41. Vno tantum regni solio te præcedam. Er Genes. 33. Præcedat dominus meus seruum suum, & ego paulatim sequar vestigia eius. Ecclesiastici etiam debent in bonis moribus præcedere sęculares, quia sicut dicitur Eccl. 2. Vidi, quòd tantum præcederet sapientia stultitiam, quantū differt lux à tenebris. ¶ Secundò dico, quòd isti præcedere debent eos, viam ostendēdo exemplariter. Sicut. n. de elephante dr̄, quod inueniēs hominem errantem in nemore, ponit se in via recta ante eum, vt sic eum præcedendo viam rectam ostendat, sic ecclesiastici plati & perfecti debent erroneos & inscios per bona exēpla & opera præcedere, & in recto salutis itinere se ponere, vt sic per eorum exempla ipsi possint ad viam rectitudinis peruenire. Exod. 23. Mittam Angelum meum, qui præcedat te. Sicut enim patet ex scriptura, tria præcedebant filios Israel in deserto, Angelus, columna nubis, & Arca fœderis. Ad denotandum, quòd isti in deserto huius mundi ex gradu & officio habent alios exemplariter præcedere, & viam salutis eis ostendere. Debent ergo procul dubio esse angeli, per perfectionis sublimitatem. Et nubes, per doctrinæ & sapientiæ stillicidam humiditatem. Esse arca fœderis, per deuo-

deuotionis & munditiæ sanctitatem. Angeli.n. debent esse cœlestia contemplando. Vnde ibidem Exo.23.dr. Præcedat te Angelus meus. Nubes, pluuiam doctrinæ alijs diffundēdo Exo.13. Præcedebat eos ad ostendendū viā per diem in columna nubis. Arca fœderis, sanctè & deuotè viuendo, & se Deo spiritualiter dedicando. Num.10. Arca fœderis dñi p̄cedit eos. Isti ergo præcedunt alios, viā ostendendo exemplariter. ¶Tertiò dico, q̄ isti debent præcedere subditos, & B alios simplices, iter faciendo ministerialiter. Prelati.n. sunt ministri & serui aliorū. Et ideo sicut ministri solent dñm p̄cedere, & ei viā facere, & domū parare, iuxta illud 2.Re.15. Pedites p̄cedebant regem.) in exercitu ēt apum sunt q̄dam, quæ regem suum præcedunt vbicunq; vadit armato aculeo, (iuxta illud Iosuæ 6. Omnis exercitus præcedebant armat⁹) & inde est, q̄ beatus Ioan. præcursor dñi dr̄, quia ante dñm præcessit, & idem viam in eremo præparauit, sic verè prælati & ecclesiastici debent dños suos, hoc est dictu, subditos, q̄ bus ipsi seruiunt, vt dictum est, in oī periculo p̄cedere, viam eundi ad par adisum eis facere, hostes & offendicula, i. hæreticos, & tyrannos necnon peccata & vitia, repellere, & locum & mansionem in cœlo eis pro virib. præparare. Et ideo de tali processione famulatiua pōt dici illud Prou.15. Gloriam præcedit humilitas. quia magna est humilitas prælatorum, q̄n præcedunt alios vt ministri. Isto etiam genere p̄cessionis debemus ēt nos præcedere magistros nostros, dños, & prælatos. Exemplo apostolorū, de quibus dr̄ Matth.14. q̄ ipse iussit eos ascēdere in nauiculam, & p̄cedere eū trās fretum. Præcedamus ergo, sicut dictum est, iter faciendo ministerialiter. ¶Quartò dico, q̄ prælati, & ecclesiastici debēt alios præcedere, hostes repellendo virtualiter. Sicut.n. aper solet filios suos præcedere, & pro ipsis lupis se opponere, & ipsos pro viribus defensare. sic & prælati debent pro subditis se opponere, exemplo bonorum militum qui populum q̄nque solent præcedere, & ex cordis audacia bellū gerere. & aduersarijs se præofferre, & sequentem populum defendere & iuuare 2.Mach.11. Apparuit præcedēs eos eques in veste candida. Sic ēt Christus nos dr̄ præcessisse. s. iuuādo & defendendo. Vnde Deut.4.dr̄, q̄ præcedēs nos in virtute sua magna, eduxit nos de Aegypto. Et sic igitur patet, q̄uo præcedere debemus alios quadrupliciter. s. Ad illos defendendum. Ad eis ministrandum. Ad viam demonstrādum. & Ad C ipsis etiam imperandum. ¶In malo verò pōt dici de præcedere, q̄ homo quandoque præcedit ex superbia & ambitione. Sunt.n. aliqui equi superbi, q̄ omnes alios volunt præcedere, & dolent si alium viderint præcedentem, ipsumque si possunt inquietant, atque mordent, & isti vt cōiter sunt inquieti. Sic verè multi sunt in sęculo & in claustro, q̄ ita sunt superbi & præsumptuosi, q̄ in statu omnes alios volunt pręcedere, & dolent, si quem viderint se anteire, itā q̄ non cessant præcessores suos litibus inquiete, vel valde detractionibus lacerare. Et isti procul dubio sunt vt communiter illi q̄ cæteris minus valent, quia. s. illi, qui sunt insufficientiores, volunt multo maiores esse alijs melioribus & sufficientibus 2.Reg.15. Pedites præcedebant regem. psalm. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu omnes inimicos suos. Superbi.n. & ambitiosi dicuntur ignis, quia scilicet more ignis sursum ascendunt, alios per superbiam præcedere cupiendo, & alios inflammant lædendo & infestando. & & hæc de præcedere sufficiant. Vide vbicunque agitur de Ante & Præ.

A Præcipere. Præceptum.

Cum pręcipere p̄tineat ad superiorē, obedire vero ad inferiorē, possumus notare, q̄ in scriptura fit mentio de pręceptis bonis & malis. est.n.

Pręceptum tenendum.
Pręceptum vitandum.
Pręceptum vtile.
Pręceptum damnabile.
Pręceptum virtuosum.
Pręceptum vitiosum.

¶Pręcepta enim quę Deus mādat & pręcipit, sunt, bona & vtilia. Pręcepta autem mundi, carnis & diaboli, sunt mala & damnabilia. Deus.n. pręcepit declinare à malo, & facere bonum, isti aūt pręcipiunt declinare à bono & facere malum. Et ideo sanctus ille Machabęus sciens diuersitatem istorum duorum pręceptorum, dicebat 2.Machab.7. Non obedio pręcepto regis. s. diaboli vel mundi, sed pręcepto legis. Breuiter ergo possumus dicere, q̄ pręcepta diuina sunt complenda, & facienda, & nobis custodieda, & inuio labiliter obseruanda. psa. Pręceptū posuit, & nō pręteribit. Veruntamen quia supra de mandato aliquid est dictū, ideo modò breuius est transeundū. Notare ergo possumus, q̄ sicut prudens pater dat pręcepta suo filio prędilecto, quorum aliqua sunt à malo retrahētia, & aliqua ad bonū allicietia, (iuxta illud Prou.6. Conserua fili pręcepta patris tui.) sic Deus in scriptura dedit pręcepta sua hominibus vt ipsos ad bonum attrahat & cōuertat, & à malo retrahat & diuertat. Deut.4. Custodi pręcepta mea, atque mandata, quę ego tibi pręcipio hodie. Nam sicut infirmus custodiens mādata medici, solet sanari, sic hō custodiens pręcepta Dei solet à culpa sanari, & in bono reseruari. Sicut.n. dr̄ Proue.13. Qui timet pręceptum, in pace versabitur. Et Eccl.8. Qui custodit pręceptum, non experitur quicquam mali. ¶Nota ergo, q̄ B Deus pręcipit homini pręcepta valde bona & vtilia tā affirmatiua, quàm prohibitiua. Pręcipit.n. Deus generaliter nouem genera pręceptorum, videlicet pręcepta.

Correctionis.
Compassionis.
Discretionis.
Deuotionis.
Paupertatis.
Charitatis.
Humilitatis.
Serenitatis.
Sobrietatis.

¶Dico ergo, q̄ sunt pręcepta correctionis, & sic De⁹ ordinat punitionem malorum, & castigationem & afflictionem bonorum. vnde 2.Reg.16. dr̄, q̄ Deus pręceperat Semey, q̄ ipse conuitiaretur Dauid. Et Ionę 4. dr̄, q̄ Deus pręcepit vento calido & vrenti, & percussit sol super caput Ionę, & ęstuabat. Item dico, q̄ sunt præcepta cōpassionis. Præcepit.n. misereri peccatorib. & nutrimenta dari pauperib. De peccatoribus patet exemplo Dauid, qui præcepit Ioab, vt seruaret sibi puerum Absolon, qui tn̄ erat impius, & peccator 2.Reg.18. De pauperib. vero dr̄ 3.Reg.17. q̄ Deus præcepit coruis .i. diuitibus, vt pascerent Helia. Item dico, q̄ sunt præcepta discretionis. Præcipit.n. q̄ simus discreti, vigiles, & circūspecti. Mar.13. Ianitori præcepit, vt vigilet. Et 1.Mach.12. Præcepit Ionathas suis vigilare. Itē dico, q̄ sunt præcepta deuotionis, quia sicut dr̄ 2.Paral.33. rex præcepit Iudæ, vt seruiret dño Deo Israel. Et 2.Paral.14. Præcepit Iudę, vt quæreret dñm. Et 1.Paral.22.cap. Præcepit, vt ædificarem domum dñi. Item dico, q̄ sunt præcepta paupertatis. Et sic dñs præcepit Apostolis regulam Euangelicam, de qua Mar.16. Præcepit eis, ne quid tolerent in via, s. neque pecuniam, neque Zonam, neque calciamenta. Item sunt præcepta charitatis. Ioan.15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. Et ibidem. Si pręcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Item sunt præcepta humilitatis, de quo Marc.8. Pręcepit turbæ discumbere super terram. Et 1.Timo.6.cap. Pręcipe diuitibus huius sęculi, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum. Item sunt præcepta strenuitatis 2.Machabæorum 14. Præcepit Iudas armatos esse in locis opportunis. Item sunt præcepta sobrietatis. Genes.3. Cur pręcepit vobis Deus, vt non comedatis ex omni ligno? Exemplo Rechabitarum, qui ex præcepto patris non biberunt vinū. Hierem.35. Firmauerunt sibi filij Ionadab filij Rechab præceptum patris sui. Ista sunt ergo præcepta bona, quæ. s. sunt cordis illuminatiua. Sunt pacis generatiua. Sunt mali exterminatiua. Præcepta ergo ista solent cordis oculos illuminare. Præceptum domini lucidum, illuminans oculos. psalm. 18. Item solent pacis fœdera conciliare, quia sicut dicitur Prouerbiorum 13. Qui præceptum timet, in pace versabitur. Item solent cuncta noxia exterminare, quia sicut dicitur Ecclesiast. 8. capitu. Qui custodit præceptum, non experietur quicquam mali. Ista igitur præcepta teneamus, & totis viribus impleamus, vt simus sicut ille, de quo dicitur Ecclesi.45. quòd dedit illis Deus cor ad præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ &c. Vide supra de mandato, & de mandare. Sufficit.

Precium. A

Cum preciū nihil aliud sit, quàm salariū, merces, retributio, seu præmiū, quod alicui datur pro aliqua re, vel pro aliquo seruitio vel labore, possumus notare, quòd in scriptura inuenitur precium

Soluendum.
Emendum.

¶Primò ergo dico, q̄ est precium soluendum, & istud est preciū bonorum

Spernendum. Habendum. Promerendum. norum operum, quod nos debemus Deo soluere, vt sibi de beneficijs nobis factis & faciendis possimus satisfacere. Et de hoc dicitur Eccle. 20. Est, qui multa redimat modico precio, quia. s. precium operum & virtutũ quasi nihil est respectu rei appreciatę, i. respectu beneficiorũ diuinorũ. Istud etiam precium soluendum signat bona temporalia, quæ pauperib. debemus, de quo Act. 4. c. dr̃, ꝙ fideles vendebant oĩa bona sua, & afferebant precium, & ponebant ante pedes apostolorum. Et istud ẽt pòt significare precium, quod debetur illis, qui pro nobis aliquid operantur, quod. s. statim debemus eis soluere, & non eorũ salariũ retinere. vnde Deut. 24. Non negabis mercedẽ indigẽtis & pauperis fratris tui, & aduenæ, sed eadẽ die redde ei preciũ laboris sui. Et sic est igitur precium soluendum. ¶ Secundò dico, ꝙ est dare precium emendum, & istud est pciũ impreciabile gloriæ paradisi, quod à nobis debet emi p opera virtuosa. Deus. n. volẽs habere opera bona nostra, affectus, & actus constituit nobis mercedẽ & preciũ gloriæ paradisi, & ẽt semetipsum. Istud est. n. preciũ incorporabile, de quo dr̃ Iob. 28. Nescit homo pcium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Fatui tñ de isto precio non curãt, quia sicut dominus in psal. dixit precium meum cogitauerunt repellere. ¶ Tertiò dico, ꝙ est precium spernendum, & istud est preciũ bonorum tẽporaliũ & deliciarum corporalium. Diabolus . n. offert istud precium peccatorib. pro animabus suis. Exemplo Achab, qui Naboth pro vinea sua habenda argenti precium offerebat. Et istud precium debemus repellere, iuxta illud Numeri 35. Non recipietis precium ab eo qui reus est sanguinis, s. à diabolo. Istud precium debent potissimè refutare prælati, quia. s. non licet eis accipere precium pro beneficio conferendo, non. n. licet mittere in corbonam, quia precium sanguinis est. ¶ Quartò dico, ꝙ est precium habendũ, & istud est precium gratiæ & virtutum & meritorum. Si. n. istud precium abundanter habuerimus, gloriã æternã, mercari, & emere poterimus, & etiam animam nostrã de mortis & damnationis periculo redimemus Prouerb. 11. Substãtia hoĩs erit auri precium. ¶ Quintò dico, ꝙ est precium promerendum, & istud est precium redemptionis nostræ, s. ipse Christus qui fuit precium animarum, de quo dr̃ 1. Corin. 6. Empti estis. n. precio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro. Istud precium apportauit pius mercator spiritussanctus de thesauro cœlesti ad nundinas mundi huius, vt cum ipso animas mercarentur, & captiuos redimeret de inferno. Ideo de anima dicitur Prouerb. 31. Procul à finibus terræ precium eius &c. Vide supra de mercede, & infra de præmio.

A **Preciosus.** Nota ꝙ preciosum dicit à precio, quia illa res dicitur preciosa, quę caro precio comparatur, vel quæ ad magnum precium æstimatur. Et sic breuiter possumus dicere, quòd multa sunt, quę dominus reputat preciosa, videlicet

Animæ conditionem.
Iustorum perfectionem.
Virtutum collectionem.
Cœlestem possessionem.

Dico animæ conditionẽ. Inter theiauros enim summi regis nihil est preciosius aĩa christiana, quod benè apparuit, quia pro ipsa perdita redimenda filiũ proprium dedit morti 1. Pet. 1. Nõ corruptibilib. auro, vel argento, sed pcioso sanguine quasi agni incontaminati Christi Iesu redẽpti estis. Et ideo de pciositate aĩæ dr̃ prou. 6. ꝙ mulier preciosam aĩam viri rapit. Itẽ dico, ꝙ preciosam reputat iustorum perfectionem. Nihil. n. apud Deum preciosius viro iusto, iuxta illud Esa. 13. pciosior erit vir auro, & homo mundo obryso. Et potissimè isti in morte sunt preciosi, quia sicut mare euomit lapides preciosos, ita ꝙ in arena inueniuntur, & cum diligentia recepti in thesauris principũ reconduntur, sic mũdus viros iustos reijcit, & contemnit ipsos tñ Deus in arena mortis recolligit, & in thesauro paradisi reponit. psalm. Preciosa in conspectu dñi mors sanctorũ eius. Dico ergo, ꝙ Deus preciosam reputat iustorum perfectionẽ. vnde isti viri figurantur in vasis preciosis domus Dei, i. ecclesiæ, quæ tñ Nabuchodonosor, i. diabolus, per pcĩn qñ pòt de domo Dei subripit & furatur, sicut de ipso dr̃ 2. Para. 36. ꝙ ipse asportauit secum in Babylonem preciosissima vasa domus dñi. Itẽ dico, ꝙ Deus preciosam reputat virtutũ collectionẽ. Et ideo virtutes in aĩa sunt sicut preciosi lapides in thesauro. vnde viri iusti figurãtur in illis camelis, qui portabãt aromata, gemmasq; pciosas, quas regina Sabba, i. ecclesia in societate sua legit habuisse, sicut dicitur 3. Reg. 10. Istæ etiam virtutes figurantur in duodecim lapidib. preciosis, qui erant in fundamento templi, de q̃bus tñ aliquantulum dictum est supra titulo de porta. Figurantur etiam in nouem preciosis lapidibus, qui erant in prĩmi angeli vestimento, de quibus dixi supra titulo de perfectione. Supra etiã de lapide poteris multum videre de istis lapidib. preciosis. vnde etiam de viro iusto dr̃ in psal. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. Inter istas autem virtutes tres sunt, quæ dicuntur principaliter preciosæ, videlicet

Fidei certitudo.
Clementiæ plenitudo.
Sapientiæ lympitudo.

¶ De fide. n. dr̃ 1 Pet. 1. Probatio fidei vestræ multo pciosior sit auro, quod per ignem probatur. De clementia dr̃ Io. 12 ꝙ Maria habebat libram vnguenti nardi pistici preciosi. De sapientia vero dicitur Prou. 3. ꝙ preciosior est sapientia cunctis opibus. Patet ergo ꝙ Deus reputat preciosam virtutũ collectionem. Multi tamen sunt similes porcis, qui plus diligunt stercora, q̃ lapides preciosos. sic isti plus diligunt vitia, quàm virtutes, temporalia quàm ęterna, de quibus. Threnor. 1. Dederunt quæque preciosa pro cibo &c. Item dico, ꝙ Deus preciosam reputat cœlestem possessionẽ, de qua Ia co. 5. dr̃, ꝙ agricola expectat fructum preciosum &c. Paradisus. n. figuratur in templo Salomonis, quod præciosis lapidibus, i. gaudijs incomparabilibus erat statutum sicut dr̃ 2. Paral. 3. Et sic patet, quomodo in bono significato quatuor sunt pręcipuè preciosa. ¶ In malo autem significato preciosa dicuntur bona temporalia, quia ista non sunt preciosa verè, sed æstimatiuè. Mali. n. æstimant præciosa bona mundi, s. Diuitias, Delicias, & Honores. Vnde nota, ꝙ mali quærunt & diligunt preciositatem

Diuitiarum.
Deliciarum.
Eminentiarum.

Dico preciositatem diuitiarum. Et sic dicitur Prou. 1. in persona malorum & raptorum. Omnem preciosam substantiam inuenimus, implebimus domos nostras spolijs. De preciositate aũt deliciarum dr̃ in persona malorum. Sap. 2. Vino, & vnguentis preciosis impleamus nos &c. De preciositate aũt mundi eminentiarum dr̃ Apo. 27. quod mulier, quæ equitabat bestiam coccineã, erat circũdata purpura & coccino deaurata auro & lapide precioso &c. Vide vbicunque agitur de prędictis.

Præcipuum. Illud dr̃ esse pcipuũ, qđ est in suo genere summè bonũ. multa possemus dicere, nisi authoritates deficerent. Vide ergo vbi bonũ, Melius, Optimum, & de similib. Et si vis allega Sene. qui facit li. 3. de naturalib. quæstionib. multas questiones, quid sit præcipuum. Et rñdet de precipuitate virtutum, & morum &c. trãseo gracia breuitatis. A

Præclarus. Cum sit dare scilicet claritatem A

Excellentiæ virtualis.	Virtuales errores corrigit.
Sapientiæ litteralis.	Litteralis deuios dirigit.
Efficacię naturalis.	Naturalis animos erigit.
Opulentiæ temporalis.	Temporalis lędit, & abigit.
Eminentiæ supernalis.	Supernalis trahit & colligit.

¶ Igiẽ dico, ꝙ est pclaritas virtualis excellẽtiæ, q̃ errores solet corrigere. Claritas. n. tenebras fugat, & virtutes fugãt vitia, vt sic dicat q̃libet illud ps. Hæreditas mea pclara ẽ mihi. Hereditas dico virtutũ. Itẽ est pclaritas litteralis sapię, q̃ deuios solet dirigere. Claritas. n. solis dirigit viatores. sic sapia vel doctrina. ps. Calix meus inebriãs q̃ pclarus est. Calix. n. iste diuinã scripturã signat. Itẽ ẽ pclaritas naturalis efficacię, q̃ aĩos solet erigere. s. ad suĩ speculationẽ. Opera. n. Dei pclara sunt & solẽnia, sicut de mari dr̃ Eccl. 43. ꝙ illic sunt pclara & mirabilia opera. Itẽ est præclaritas tpalis opulentiæ, q̃ fatuos solet decipere, seu q̃ subito solet deficere. Et ista est præclaritas generis, muneris & honoris, quæ. s. oĩa similia sunt claritati corruscationis, quę valde cito transit, & tamen visum grauat & lædit. Vnde dominus comminatur ciuitati tyri de Babylonijs, dicens. Vastabunt, inquit opes tuas,

diripient negotiationes tuas destruent muros tuos, domus tuas præclaras subuertent. Ezec. 26. Vnde et de diuitib. peccatoribus, qui modo præclari sunt dicitur Ezec. 31. Egregia atque preclara ligna in libano vniuersa, quæ irrigabatur aquis, descenderunt cum eo, i. cum lucifero ad infernum, ad interfectos gladio. Item est præclaritas supernalis eminentiæ, i. gloriæ paradisi, quæ deuotos, seu beatos solet colligere seu allicere. Claritas enim consolatur & allicit intuentes. Sic ibi vbi est summa consolatio, de qua Hieremiæ. 3. Quomodo, inquit, tribuam tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram, exercitum gentium? Sufficit. Vide supra vbi Claritas.

Præco. Nota, quod præco est ille, qui clamat & præconizat mandata principum seu regum, significans s. prædicatorem, qui mandata Dei hominibus præconizat. Vide supra vbi Clamare. Annunciare, & infra vbi prædicator, quia authoritates desunt.

Præcurrere. Vide supra de Currere. Ira. Ambulare.

A **Præcordia.** Nihil aliud sunt, quam intima secreta cordis. Vide de corde.

Præda. Cum præda sit illud, quod ab aliquo rapitur violenter, possumus notare, quod in scriptura inuenitur multiplex præda, tam in bono significato, quam in malo. ¶ Nota ergo, quod est dare prædam

Prudentis prædicatoris.
Dei triumphatoris.
Hominis comprehensoris.

¶ Primo ergo dico, quod est præda, quam prædatur homo prædicator. Et ista nihil aliud est, quam anima christiana, quam prædicator clamando, sibilando, & latrando. i. arguendo, obsecrando, increpando, à diabolo subripit, & prædatur. Dic si vis, quod prædicatur æquiparatur auibus nobilibus, & prædalibus, quæ sunt claræ visu, agiles volatu, plumis indutæ, corpore macilentæ &c. Vide supra titu. de Aue. Ideo de prædicatore pôt exponi illud Eze. 19. Leo factus est, & didicit capere prędam. Et Hier. 4. dr. Ascendit leo de cubili suo, prędo gentium se leuauit. Et sic tam de prælatis quam de prædicatoribus potest dici illud 1. Reg. 27. Dauid & viri eius agebant prædam. Ista est ergo præda, quam prædatur homo prædicator. ¶ Secundo dico, quod est præda, quam prædatur Christus triumphator, & ista signat animas, quæ primo fuerunt prędę demonum, postmodum in passione factæ sunt præda Christi, quando. s. Christus ipsas de diabolo rapuit, & saluauit. Et de hoc dicitur Iob. 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebam prædam. ¶ Tertio dico, quod prædatur iustus comprehensor, & ista est præda bonorum æternorum, quam beati prædari dicuntur, inquantum quasi per violentiam, quam. s. inferunt sibijpsis & supra conditionem humanam, æternam gloriam assequuntur. Teste. n. dño Matt. 11. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et de ista præda dicitur Esa. 9. Exultant victores capta prędam, quando diuidunt spolia. Et sic præda signat in bono. ¶ In malo vero significato dico, quod triplex est generaliter mala præda, videlicet

Præda bonorum temporalium.
B Præda bonorum virtualium.
Præda bonorum naturalium.

¶ Prima est præda diuitiarum, quam prædantur tyranni per extortionem. Isti. n. sunt sicut leones, & alia animalia crudelia, quæ non viuunt nisi de præda: vnde. Naum. 2. dicitur, quod leo cœpit sufficienter catulis suis, & necauit leenis suis, & impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina. q. d. Isti leones non solum prædantur pro se, immo etiam pro catulis & leenis. i. pro vxoribus & filijs suis nutriendis & ditandis. Iob 24. Vigilantes ad prædam præparant panem liberis. Et sicut videmus, quod aialia mitia, & innocentia sunt præda animalium crudelium, sic hodie simplices & innocentes sunt præda crudelium tyrannorum. Esa. 59. Facta est veritas in obliuionem, & qui recessit à malo, prædæ patuit. ¶ Secunda est præda virtutum & gratiarum, quam à nobis prædantur diaboli per deceptionem. Vnde de demonib. virtutes & gratias deprędantib. pôt dici illud Iud. 9. quod ipsi exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntib. ¶ Tertia vero est præda spirituum & animarum, quam predantur demones per damnationem. vnde Esa. 10. dr iniustitiam scripserunt, vt essent viduæ præda ipsorum. Viduæ. n. sunt animæ peccatrices, quæ à viro suo legitimo Christo sunt viduatæ, quæ proculdubio demonibus dantur in prædam, & infernalibus hostibus in rapinam. Vnde quilibet damnatus potest de demonibus dicere illud psal. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis. Et sic ergo patet, quod præda sumitur in bono & in malo. Sed de hoc vide plenius infra titulo de rapina.

Prædestinatio. Cum materia predestinationis diuine sit altissima, ita quod habito respectu ad iustitiam communem, metas nostri humani intellectus excedere comprobatur, multa & ardua dici de hac possent, si materia moralis per cuius semitas nostra procedit & incedit intentio, ad tam altum negocium pertineret. Quia tamen ista materia scientialis est potius, quam moralis, quia etiam paucissimæ sunt authoritates, quia insuper in locis pluribus de prædestinatione incidenter facimus mentionem, ideo materiam istam intactam dimittimus quoad præsens, nolentes, s. in messem alienam ponere falcem nostram, nec corpus Christi tangere præsumentes, cum nec sudarium aut sepulchrum tangere digni simus. Vide tabulam huius operis. A

Prædicare Prædicatio Prædicator. A Nota, quod prædicare idem est, quod aliquid publice dicere, vel narrare. Et est proprie prædicatio idem, quod alterius manifesta cômendatio, vel instructio. Quod. n. prædicare idem sit, quod laudare, vel commendare, patet Can. 6. vbi dicitur, quod videntes sponsam filię syon, beatissimam prędicauerunt, & reginæ laudauerunt eam. ¶ Item quod idem sit, quod instruere, patet Matth. 14. Cœpit Iesus prędicare, & dicere. Penitentiam agite &c. Quocunque ergo modo accipiatur, dico, quod prædicare est officium, in quo prædicator generaliter loquendo debet esse

Nescius humanæ prauitatis.
Conscius diuinæ voluntatis.
Nuncius supernę maiestatis.

Primum debet esse quantum ad morum perfectionem. Secundum quantum ad sensus discretionem, Tertium quantum ad officij côditionem. ¶ Primo ergo dico, quod prædicator debet esse nescius humanæ prauitatis, quia videlicet ad prædicatorem pertinet, quod primo & principaliter sit bonus & iustus, & à prauitate morum totaliter alienus, quia sicut dicit Greg. in hom. Cuius vita respicitur, restat, vt eius prædicatio contenatur. Teste et psalmist. Peccatori aut dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum, tu vero odisti disciplinam? &c. Breuiter. n. loquendo, magis monet prædicatoris bona vita, quam bona doctrina. Et ideo sicut aues prædales, quæ aucupantur alias aues, sicut accipitres, qui ab accipiendo dicuntur, sunt ab alijs auibus, quas accipiunt, differentes, quia. s. istæ sunt aio audaciores, volatu agiliores, visu clariores, carne macilêtiores, & plumis et pleniores, sic procul dubio prædicatores, quos Deus ad capiendum peccatores destinauit, sicut dictum fuit. Ex nunc eris hoies capiens Luc. 5. & Matt. 4. debet esse audaces aio, quia. s. non debent timere dicere veritatem. quinimo sicut accipiter longe se maiores aues solet inuadere, sic prædicator longe se potentiores debet audacter arguere, & corrigere, iuxta illud Hier. 1. Loquere ad eos oia, quę pręcipio tibi, & ne formides à facie ipsorum. Qd est contra illos, qui non audent diuites corrigere, vel arguere, sed qui potius solent ipsos in suis sermonib. blandiendo decipere, & palpare. Matt. 11. Ecce qui mollibus vestiutur, in domibus regum sunt. Figurati 3. Reg. 22. vbi de falsis prophetis dr. Ecce sermones oium prophetarum bona regi vno ore prędicat. ¶ Itê ibi debent esse agiles, quia isti debêt esse seduli, & veloces ad volandum, i. ad discurrendum, & ad prędicationis officium exercendum. Esa. 60. Qui sunt isti, qui vt nubes volât, & quasi columbę &c. sicut dr. 2 Paral. 30. quod perrexerunt cursores cum epistolis ex regis imperio prędicantes, filij Israel reuertimini ad dnm. Agilis. n. debet esse prędicator, non tardus, nec somnolentus. figuratus in Angelo Apocalip. 13. vbi dicitur. Vidi angelum Dei fortem volantem per medium cœli, magna voce clamantem. & ideo prędicatori dicitur Ionę tertio. Vade in Niniuem ciuitatem magnam, & prędica in ea. ¶ Item isti debent esse visu clariores, & carne macilentiores, & pennis etiam fœcundiores, quia scilicet tales debent habere Visum clarum per altam contemplationem. Carnem macram per abstinentię maceratio-

nem-

nē.Plumas virtutū multas per sciām & spūalē conuersatio nē.Sicut.n.tympanū humidū & pingue non bene sonat, sic pdicator pinguis & delitiosus nūquā pōt bene pdicare. De bet.n.in se ondere exēplariter illud,ꝙ alijs pdicat verbalr quia ſm Greg.18.moral.& in pastorali.Lex pdicatorib. posita est,viuendo illuminent,quos loquendo docent. Nam loquentis auctoritas perdit̄,qñ vox opere non iuuat̄, versus. Dogma tuū sordet,cū te tua culpa remordet.versus.Turpe est doctori cū culpa redarguit ipsum.Et iō de beato Ioāne legimus,ꝙ ipse dū pniām pdicauit in deserto personalr habitauit.Marc.1.Erat Ioannes in deserto pdicans baptismū pniæ.Ad denotandū,ꝙ illi,qui volunt alijs prædicare debent primo in deserto pniæ,& abstinentiæ macerari. Et sic breuiter dico,ꝙ ad prædicatorem pertinet,ꝙ sit sanctus,& iustus,& ꝙ,sicut dictū est,ipse sit nescius humanæ prauitatis.

B ¶Scd̄o dico,ꝙ necesse est,ꝙ ipse sit cōscius diuinæ volūtatis.Et inde est,ꝙ pdicator debet esse vir literatus, in scripturis eruditus,& in illis,q̄ dei sunt bene placita, informatus.Quālr.n.orator ex parte magistri sui aliqd diceret,si voluntatē ipsius ignoraret?Et iō pdicator ante oīa debet scire,studere & addiscere,q̄ sit voluntas dei bene placens,& pfecta.Rom.12.Vt tādē ipse alios doceat,& vt ea faciat, atq; cōpleat,q̄ doceat ps.Doce me facere voluntatē tuā, quia deus meus es tu.Et iō dicit Aug.lib.de doctrina. Sit quisq; prius orator,& post esse poterit prædicator.Et iō sicut ille qui bene vult scire voluntatē alicuius,necesse est, vel quod cū ipso personalr loquat̄,vel quod in literis eius voluntatē ipsius cōplectat̄,sic vere ad hoc,quod voluntatem domini sciamus,necesse est,quod per contemplationem eius secretarij simus,& ꝙ cū ipso per orationē loquamur,ipsum per speculationem mentalr videamus, & quod insuper literis eius.s.sacræ scripturæ cum diligentia studeamus.Et hoc est quod dicit Dauid in psal.Mihi autem adhærere deo bonū est,& ponere in domino deo spem meam, vt annunciē oēs prædicationes tuas in portis filiæ syon. Sit igitur prædicator conscius diuinæ voluntatis.

C ¶Tertio dico,quod ipse debet esse nuncius supernæ maiestatis.Ista.n.se habent per ordinē,quod.s.prædicator primo sit in se & iustus & sanctus, secundo quod diuinæ voluntatis sit conscius;tertio qđ loquendo alijs supernæ maiestatis sit nuncius.Esa.53. Quam pulchri super montes pedes annunciantis & pdicantis salutē.Vide supra de Annunciare,& de nūcio. Aquila.n. ſm fabulas fingitur esse nuncius Iouis,per quā.s.ipse Iupiter fulmina sua mittit in terram.Est autem aquila terribiliter reboans,atq; clamans,intantum quod alias aues audiētes dr̄ deterrere,ita etiam quod aues aliæ prædales clamoris sui timore dn̄r à præda illa die quiescere & cessare. Sicut procul dubio charissimi,aquila spiritalis,s.prædicator, qui summi Iouis dei deorum idest Christi est nuncius spiritualis,qui.s. fulmina sua,i.rigorem suæ iustitiæ alijs nunciat,atq; portat debet habere vocem,& locutionem terribilem,& sonorā, vt.s.aues prædales.i.peccatores terreantur,& à malis operibus arceātur.Et ideo de tali aquila dicitur Apoc. 8.c.Audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli dicentis voce magna.Væ væ væ habitantibus super terram. Prædicatori etiam dr̄ Oseæ.8.In guttere tuo sit tuba quasi aquila super domum domini.Et ideo breuiter cuilibet prædicatori dicitur.2.Tim.4.Prædica verbū insta oportune,importunè.In quibus verbis aduerte,quod iste nescius,iste cōscius,iste nuncius scilicet prædicator, debet nunciando & docendo facere tria scilicet,

Vtiliter docere.
Suauiter monere.
Seueriter vrgere.

¶Primum probatur per doctrinæ synceritatem Prædica, inqt, verbum. Secundum probatur p verborum benignitatē. Insta,inquit,oportune.Tertiū vero probatur per verborum asperitatē.Importune,inquit. Ista enim tria debet habere prædicator,s.vtilem locutionē, q̄ debet prædicare verbum dei,non aliud. Et quidem id mature per suauem monitionem,quia.s.interdum debet instare oportune,i.benigniter.Aspere per correctionem, quia

D s.interdum debet instare importune.i.seueriter & austerè. ¶Dico ergo quod ad prædicatores pertinet vtiliter docere.Prædica verbum,inquit.q.d.iste non debet prædicare illa,q̄ pertinent ad amorem mundi, vel ad similia, sed verbū dei,quod solummodo pertinet ad salutē.Seminator.n.non debet seminare in agro suo malum semen,sed melius,quod potest,quia.s.de malo semine semp p sequitur malus fructus, & de bono non sp sequitur bonus,quia sicut dicitur Luc.8. in parabola seminantis,semen quamuis bonum,multis potest accidentibus impediri.Sic vere prædicator semper debet semen bonum,& bonæ doctrinæ in agro.i.in corde audientium seminare,quia sicut ibidem dicitur.Semen est verbum dei.quia.s.ex mala doctrina semper vt communiter sequitur malus actus,ex bono vero ēt cū difficultate sequit̄ bonum opus.Verbum enim dei prædicandum est & docendū.Exemplo Apostolorum,qui sicut dicitur Act. 4. Loquebantur verbum cum fiducia.Et Act.13.dicit̄,quod verbum dei disseminabant.Isti ergo debent vtiliter docere.Prædica inquit,verbum.Vnde nota,quod ad vtiliter docendum & prædicandum necesse est,quod prædicatio nostra sit.s.

Dei potentiæ commendatiua.
Carnis lasciuiæ maceratiua.
Dei clementiæ declaratiua.
Cælestis curiæ collaudatiua.

¶Debet ergo tendere pdicatio ad diuinæ potētiæ cōmendationem. Et de hoc Dan.3.Placuit ergo prædicare signa eius,quia magna sunt,& mirabilia eius,quia fortia.Itē debet tendere ad carnis macerationem.2.Paral. Prædicauit ieiunium in vniuerso Iuda.Item debet tendere ad clemētię prouocationē. Esa.61.Vt prædicarem captiuis indulgentia,& clausis apertionem.Item debet tendere ad gloriæ inuitationem. vnde Luc.9.Misit illos prædicare regnum dei.Et sic ergo dicam quod prædicator debet vtiliter docere.¶Deinde dico, qđ ad pdicatorē pertinet suauiter monere.Insta, inquit oportune.Prædicator.n.debet sūmē cauere,ꝙ oportune loquatur,i.dulciter suauiter,& mature.Apes.n. q̄ sunt aīalia valde fæcunda,& quæ ſm Plinium castra sua nimia prole replent,mel solent ex floribus conficere.Columba etiā melle cibata solet alias columbas & columbare domini sui attrahere,& dulcedine mellis,qđ habet in ore,alias mirabiliter delectare panthera insuper dulcedine anhelitus sui alia aīalia attrahit.Et fasten piscis marinus alias fastem auctore Iorath aqua in ore ipsius dulcescente,alios pisces decipit, ipsosq; ad se attrahens in ore suo recipit & trāsglutit. Sic p culdubio charissimi prædicator debet in ore suauitatē verborū habere,& cū oportuna discretione debet alijs aquā diuinorū eloquiorum diffundere,& sic poterit alios ad veritatis semitā attrahere,& reducere,& ipsos spūalr comedere,& sibi p amorē & charitatem incorporare & spiritaliter intimare,vt sic quilibet sic conuersus possit dicere illud ps.Quā dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.Insta,inqt opportune.Ecclesiastici. 8. Omni negocio tempus est,& oportunitas.Et sic similis erit Orpheo filio solis,de quo dicunt fabulę,quod in cithara ita dulciter modulabat̄,ꝙ & saxa & arbores ad melodiam eius currebant, & aures suas canticis inclinabant.vnde etiā narrat Ouidius ꝙ cum quadam die citharizaret in quodam loco plenissimo,vbi nullæ penitus erant arbores,statim ad sonitū citharæ suæ arbores de circunuicinis montibus cōcurrerūt, & circa ipsum siluam maximā effecerunt.Quod pro tanto fingitur,quia ſm Isid.Orpheus dulcedine verborum suorum hoīes feroces,& siluestres ad communē habitationē attraxit,& ipsos à siluestritate ad ciuilitatē retraxit.Et ideo poetica scīa seu snīa ipsum attraxisse siluas illas finxit. Re uera charissimi,talis Orpheus est pdicator,q solis iustitiæ.i.Chri debet esse filius specialis.Iste.n.debet citharizare p suauem monitionem & inductionem,& sic poterit siluas & lapides remollire & delectare per compunctionem & contritionē, & ipsos ad campum ecclesię attrahere & reducere per perfectam conuersionem,& per diuinæ gratiæ acquisitionem Talis ergo prædicator debet dicere illud Prou.8.O viri, ad os clamito,& vox mea ad filios hominum. Audite me,qm̄ de rebus magnis locuturus sum.Aperi tur labia mea,vt recta prædicet,veritatem meditabitur guttur meum.Ecce ergo quam suauiter debet psallere iste Orpheus.Opportune, inquit. Quia pro certo opportune,i.discrete debet loqui s. vt secundum loca & tempora, causas & personas ordinet verba sua.vñ dicit Greg.in pastorali,& 30. moral.Sicut inquit longe.Greg.nazāzenus docuit, pdicator debet verba singula singulis coaptare.Quia quæ alijs officiunt alijs pficiunt,& herbæ,quæ hæc animalia nutriunt,hæc occidūt, &

leus

leuis sibilus equos mitigat canes instigat; & panis, qui vitā vegetat paruulū necat. Opportune ergo Prouer. 15. Sermo opportunus, optimus. Prædicatori ēt pōt dici illud ps. Tu das escā illorū in tpe opportuno. Patet ergo, ꝙ pdicator debet suauiter monere. ¶ Deniq; dico, ꝙ ipse debet vrgere
E seueriter. Insta, inquit importune. Quia videlicet pdicator nō solū debet sua monitione auditores mulcere, immo ēt debet loco, & tpe acriter reprehendere & importune, & cū violentia duros & obstinatos instruere & docere. Canis. n. per iportunitatē clamorū suorū cōpellit bestiā in domo latentē fugere, & exire. Canis ēt latratu suo solet lupi insidias declarare, & pdatorē dñi sui solet morsu & latratu aliquotiēs reuelare. Sic ,pcul dubio canis. i. bonus pdicator debet importune qnq; clamare & pdicare, vt sic quasi violenter de cauerna cordis humani bestiam. i. diabolū extrahat, & lupi ,pditoris diaboli insidias & pditiā doceat, vt qlibet eius nocumēta fugiat & pcaueat. Et breuiter istud est verū, ꝙ non solū oportet canē, i. prædicatorem labere dulciter & oportune monendo, imo ēt necesse est eum latrare & mordere importune corrigendo, & exhortando. Importune, inquit, vñ de hoc pōt dici illud Eccle. 22. Musica in luctu, importuna narratio. pdicatio. n. dr musica in luctu, qa sicut musica habet lætitiā, luctus vero habet tristitiā, sic pdicatio habet lætitiā, inquantū excitat ad æternā cōsolationē habet ēt tristitiā, inquantū cōminat æternā desolationē. Ea le vel elcare. n. est qd'dā aīal indicū habens duo cornua. Ista tñ cornua sunt mobilia, quia in bello vnū cornu solet acuere, & aliud solet remittere, & sic vicissim & alternatim suis cornib. pugnare, & nunc vno, nunc alio dimicare. Sic vere charissimi prædicator debet habere duo cornua, i. duplicē artē & sciam pdicandi. s. benigā monitionē, & asperā correctionē, iuxta illud. 2. Timo. 4. Argue obsecra, increpa. Ista tamen debent esse mobilia & alternabilia, quia videlicet aliquando debet vti cornu dulcis monitionis. s. virtutes commendando, dei misericordiam collaudando, & ad cœlestē gloriam inuitando. Aliquando debet vti cornu correctionis, scilicet

Peccata vituperando.
Dei iustitiam allegando.
Et æternam miseriam comminando.

¶ Et tali modo prædicabat Ionas, q dicebat Ionę. 3. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Sic loquitur Hie. Exponens illud Eccl. 12. Verba sapiētum quasi stimuli &c. Verba, inquit, sapientum debent pungere, non palpare, & contra vitia non molliter procedere, sed austere. Et sic igitur patet qūo prædicator debet seruire arcere vel vrgere, suauiter monere. vtiliter docere. Prædica, inquit verbū, insta opportune, importune. Et hæc de prędicatore sufficiāt. Vide supra de docere, de correctione, & de Loqui, de Anūciare, de Nunciare, de Narrare, & de Lingua & in alijs titulis similib. & infra de verbo, & si vis aliquid inuehere cōtra malos prædicatores. vide vbicunq; agitur de hypocrytis, qui. s. vnum habent in ore, & aliud in corde, vnū in verbo, & aliud in facto, vnum apparenter, & aliud existenter &cę.

A **Prædicere.** Nota, ꝙ prædicere idē est, quod rem antequā veniat pronosticare, aut dicere. Et sic dico, ꝙ prædicere quandoq; sumitur pro bono pdicatore, qui prædicit pęnas cōminando. Pro summo dñatore, qui prædicit multa reuelādo Pro vano diuinatore q prædicit falsa prædicando. Pro certo prophetatore, q prædicit vera publicando. ¶ Dico, quod est vnum pdicere boni prædicatoris, quia. s. alliciendo & comminando ipse debet hominib. pdicere gaudia paradisi, & tormenta inferni, & terrores iudicij &c. Vt sic dicat alijs illud Deu. 8. Si oblitus dñi dei tui secutus fuerit deos alienos, ex nunc prædico tibi, ꝙ omnino dispereas. Itē dico, quod est vnum prædicere summi dominatoris, s. dei, qui. s. ,pphetas dixit, & prædixit, quæ futura fuerunt, & erunt, sicut dicit ille Act. 1. Viri fratres, oportet impleri scripturam, quā prædixit spiritus sanctus per os Dauid. Item est vnum prædicere vani diuinatoris, q. s. per reuelationes malorum spirituum vel malorum sortilegiorū m aliquando vera aliquando falsa prænosticāt de futuro, qui. s. non debent audiri. vnde Deut. 13. Si surrexerit in medio tui propheta, seu qui somnium vidisse dicat & prædixerit portentum & signum, quod euenerit. Sequitur. Non audies verba illius ,ppheta aut somniatoris, qa tētat vos dñs de' vester. Multa posset dici, sed vide vbi pdicator, & infra vbi ,ppheta, & supra. vbi dicere, & annūciare &cæt.

Præesse. Nota, ꝙ pręesse idem est, quod superesse. Et A quia infra intendo satis plene de super, & de sursum dicere, ideo supsedeo quo ad præsens. Hoc ergo solum notandum est, ꝙ præesse est officiū damnationis, iurisdictionis, & prælatiōis. Et iō de Adam, qui fuit prælatus rerum dr Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris, volatilib. cœli, & bestijs terræ. Verūtamen aduerte, quod sunt, qui pręsunt

Vti iter & sapienter.
Crudeliter & imprudenter.
Flebiliter & negligenter.

¶ Primi sunt prælati diligētes, & de istis dicitur Sap. 6. c. Diligite lumen sapientiæ omnes, qui præestis populis. Et. 1. Timo. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt. ¶ Secundi sunt tyranni præsidentes, & de istis dicitur Ruth. 1. Qū iudices præerant, facta est fames in terra. Quia regnantib. impijs, ruinæ hominum. Prou. 28. Fames. n. & paupertas solet abundare in terra crudelium tyrannorum, & aliorum iudicum impiorum. Oia n. solent sibi rapere, & alijs nihil dimittere, contra illud 1. Mac 5. Præestote populo & nolite bellum committere aduersus gentes. Ad istos. n. pertinet contra gentes. i. contra subditos pauperes bellum rapinarum non committere, sed in iustitia & iudicio populum gubernare. Esa. 32. Ecce in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt, ¶ Tertij vero sunt pastores insipientes, illi s. qui ita male & ita negligenter psunt, ꝙ exinde acquirunt æternam damnationem. Vnde sapiē. 6. Iudicium durissimū fiet his, qui præsunt &c. Vide vbicunque agitur de prælato.

Præferre. Cum præferre idem sit, ꝙ præponere, p- A eligere, seu præ alijs eligere, possent pludici de bona vel mala prælatione, quia bonum est bona mala, & vtilia inutilib. anteferre. Malū vero est mala bonis, & vtilib. inutilia præponere vel præferre sicut faciunt illi, qui præferunt tēporalia æternis, & in officijs malos bonis. De his tamē omnib. nihil ad præsens, quia auctoritates nō sunt Vide infra de præponere, & de prælatis, & supra vbi melius & vbi eligere.

Præfectus. Præfici. Cum pfectus sit ille, qui A præ alijs est effectus, vtpote quia is in gradu & officio est prælatus, & inde est, qd' apud Romanos illi, qui primo vocati fuerunt prætores qñ scilicet respublica per consules regebatur, tandem tempore imperatorū sunt vocati præsides, vel præfecti; dicamus ergo, quod per præfectos possunt denotari officiales, iudices, & prælati, siue boni fuerunt, siue mali. &c. Et sic nota, ꝙ est dare præfectum

Virtuosum & laudabilem.
Vitiosum & inutilem.
Gloriosum & notabilem.

Primus est bonus Pręlatus, quem deus præficit. Secundus iudex elatus, quē fauor efficit. Tertius Chri ducatus, qui nunquā deficit. ¶ Primo ergo dico, quod est præfectura laudabilis & virtuosa. Et ista est pręfectura boni iudicis principis, vel prælati, qui. s. a deo constitutus & ,pmotus se solet bene regere, & cōmissum sibi officium iustē & laudabiliter exercere. Exemplo. s. Danielis, de quo dicitur Dan. 2. quod cū rex probasset ipsum virum sapientē, & doctum, & dei specialē amicū, extulit eum in sublime & dedit sibi munera multa & magna, & constituit eum præfectum magistratuum sup oēs sapientes Babylonis. Sic. n. debent homines a superioribus pfici, & in sublime prouehi & extolli, videlicet ratione virtutis, & nō fauore generis, muneris, vel mundanæ cuiuslibet seruitutis. Vt sic de tali præfecto intelligi possit illud, quod consuluit Ioseph Pharaoni, dicēs Gen. 41. Nunc ergo prouideat rex virum sapientem & industriosum, & pficiat eū terræ Aegypti. Qd' tamen est contra multos superiores qui. s. hodie in præfecturis suis non pficiunt viros sapientes & idustriosos, sed potius adulatores, symoniacos, cōsanguineos, & nepotulos, sicut habemus. 4. Reg. 25. qd' Godoliam qui interpretatur magnificans dominū, hoc est adulator, q magistrū suū scit magnificare & laudare, pfecit Nabuzarda reliquiis Israel. Nō sic ergo, sed sapiētes & idustrij pficiant, quia iste est præfectura laudabilis & virtuosa. ¶ Secūdo di- B co, ꝙ est præfectura damnabilis, & vitiosa, & ista est præfectura malorum iudicū, officialium, balliuorum, seu ēt crudelium

delium prælatorũ, quia. s. à malis superioribus promouent, vt malis ipsorũ rapinis & exactiõib. nutriant. Mali. n. supiores nunquã suis præfecturis, & officiis volũt ponere nisi tales, qui subditos possint rodere, & lucrũ ad hospitiũ reportare. vñ. 3. Reg. 4. dr, ꝙ Salomon habebat duodecim pfectos sup oẽm Israel, qui pbebãt annonã regi & domui eius. Isti sunt figurati per pfectos operũ Pharaonis, qui populũ Israel affligebant, & aías eorum ad amaritudinẽ duris operib. perducebant, sicut dr Exo. 5. Vñ ibidẽ dr, ꝙ pfecti operum egressi ad populũ instabant dicentes, Colligite &c. Et breuiter dico, ꝙ tales mali pfecti, qui. s. populũ grauant, vt sibi & magistris suis lucrũ reportent, solent à magistris suis honorari, & ẽt familiariter cõuiuari, sed finalr ipsi solẽt in inferno crudelr trucidari; honorari dico, sicut de Godolia legit Hier. 40. quod rex Babylonis præfecit eũ reliquijs Israel. Sicut ẽt Hest. 1. dr, quod Assuerus fecit grãde cõuiuiũ oibus præfectis prouinciarũ &c. Trucidari ẽt sicut de illo præfecto Babylonico Godolia legit Hie. 41. ꝙ ipsum Ismael interfecit. Igitur dico, ꝙ ista est pfectura damnabilis, & C vitiosa. ¶ Tertio vero dico, ꝙ est pfectura notabilis & gloriosa. Et ista est illa, qua. s. deus pfecit Angelos regimini inferiorũ tã regnorũ, quã personarũ, sicut de pfectura, quam dedit eis dñs super regna, apparet Dan. 10. vbi alius Angelus dicebat sic. Princeps regni Persarũ restitit mihi &c. Vnus n. bonus Angelus vocauit aliũ principẽ regni Persarũ. De præfectura aũt Persarũ, ꝙ. s. quilibet habeat bonũ angelum præfectũ cordi suo patet Mat. 18. vbi Christus dixit de pueris ꝙ Angeli eorum sp vident faciem patris. Quomodo igitur isti regant nos, & rempublicã nostrã, & quomodo inter se ẽm ordinationẽ diuinam dissentiant, aut concordent nõ est nostrum mõ videre, veniet autem tempus in quo qualr ordines illarum præfecturarũ & tota natura rerum ipsorũ ministerio gubernat, iuuante domino cognoscemus. Vt sic de talibus rerum præfectis dicat illud, 1. Paral. 27. Præfecti qui ministrabant regi, iuxta turmas suas ingredientes p singulos mẽses singuli perant. Hæc igit de præfecto, & pfectura sufficiũt. Vide de rege, principe, ministro, & similib. &cę.

A **Præfinitus** Nota, ꝙ præfinitum dicitur illud, qđ fuit ante dispositũ, & statutũ, & qualiter fieri debeat ordinatũ. Cum igitur sint paucissimę aucto ritates, notabo breuiter, quod est quædam præfinitio

Præsentium negociorum.
Prudentium consiliorum.
Sequentium iudiciorum.
Primam facit occulta dei prouidentia.
Secundam facit discreta iusti sapientia.
Tertiam facit æterna dei præpotentia.

¶ Primo ergo dico, ꝙ est quædã præfinitio occultæ dei prouidentiæ quo ad negocia, quæ sunt in præsenti. Et circa hoc possemus aduertere, quod omnia facta mundi licet videantur à causa, aut à libero arbitrio prouenientia, habent tamen suum terminum præfinitum & suum tempus ab occulta dei prouidentia ordinatum. Quod non solum vr verum in vita humana, & certitudine mortis & alijs rebus naturalibus, immo etiam in euentibus fortunæ, sicut est in duratione regnorum, in exaltatiõe malorũ, in tribulatione bõnorũ, in sterilitate vel opulentia terrenorum, & alijs euentib. temporalib. Omnia enim suum certũ finem & suã durationẽ præfinitam habent, & omnia ab occulta dei prouidẽtia depẽdent. vt sic quilibet nostrũ in hac vita sit sicut hæres paruulus, q nõ differt à seruo, qui. s. nihil facit proprie libere, q a sub tutoribus & actorib. est vsq; ad præfinitum tempus à patre sicut dicit Apostolus Gal. 4. Vita. n. & fortuna nostra habet suam præfinitionem, quia sicut dr Dan. 11. In tempore præfinito præliabitur cõtra eũ (idest contra hominẽ) rex Austri, & veniet quasi tempestas contra illum rex Aquilonis. i. mors. De tribulationib. etiã mundi, ꝙ habeant suum terminum præfinitum, patet ibidẽ s. Dan. 11. vbi dicitur. De eruditis ruent, vt conflentur & eligantur & dealbentur vsq; ad tempus præfinitum. De nequitijs vero impiorum, quod sub quadã præfinitione consistãt, patet Lu. 22. vbi de impio Iuda dicitur. Filius quidem hois vadit sicut diffinitum est de eo. Istam autem præfinitionem occultæ dei prouidentiæ intellexerunt quidam philosophi nimis stricte, qui dixerunt. quod omnia quæ eueniũt, de necessitate euenirent, quam veniendi necessitatem vocauerũt fatum, quod dixerunt esse legem rerum impossibiliter alr se habentiũ. Alij autem, s. poetæ, illam intellexerunt nimis large, qui. s. fata dixerunt esse tria, s. tres deas, vel tres sorores, quarum potentia deos ligabat & homines, quia. s. quicquid ordinabant, necessario stabat, ita quod illud nulla cuiuscunq; dei potentia aliqualiter immutabat, sicut patet in Ouidio libro de Transformatis in infinitis locis. Catholici autem alium modum ponunt, dicentes, s. quod licet in reb. à parte dei ordinatis possit esse necessitas, semper tamen à parte hoĩs est libertas. Sed qũo necessitas, & libertas simul stant, non pertinet ad hanc moralem materiam, quã prosequor in præsenti. Patet igit quod est præfinitio occultæ dei prouidentiæ quo ad negotia, quæ sunt in præsenti. ¶ Secundo dico, quod est præfinitio districtæ iusti sapientiæ quo ad consilia, q sunt in pendenti. B Constat. n. quod viri prudentes præsumunt & ordinant fata, ita quod apud ipsos nihil a casu prouenit aut fortuna. De quo 1. Reg. 30. Factũ est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & pfinitũ in Israel, & quasi lex vsq; ad diem hanc. ¶ Tertio vero dico, quod est pfinitio æternæ dei præpotẽtiæ quo ad iudicia; q sunt in sequẽti. Cõstat. n. quod tempora futuri iudicij sunt à deo pfinita, in quibus, i. pręfinita, & præordinata sunt punitiones malorũ & retributiones iustorum. Tunc. n. finis omnis iniquitatis erit, sicut dicitur. Eze. 21. Impiorũ, inquit, quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinitæ. vnde etiam ibidem execrando impio dicitur sic. Tu ergo pphane impie dux Israel cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita. Et tunc etiã venit quies & gaudium perpetuæ fœlicitatis, s. quo ad iustos. Vnde Dan. 12. Tu aũt ad tempus præfinitum, & requiesces, & stabis in sorte tua in fine dierum. Et hæc de pręfinitione sufficiant, quia in locis multis est tractatum, & hic auctoritates sunt quasi nullæ.

Prægnities. De pgnitie poterãt multa dici, sed auctoritates valde paucę sunt hoc solũ nota, ꝙ moralr loquẽdo, triplex iuenit pgnities, videlicet A

Virtualis.
Criminalis.
Et temporalis.

Iusti. n. impregnantur spũalr virtutib. Mali autem impręgnant criminalr scelerib. Mundani vero imprægnant tẽporaliter munerib. ¶ Primo ergo dico, quod est prægnities cõmendabilis, & ista est per quã quis per bonũ propositum & per diuinæ inspirationis arcanum bonis cogitationib. desiderijs, & volitionibus à deo impregnatur, per præuẽtionẽ boni seminis hoc est diuinæ gratiæ, vel etiã verbi dei fœtu boni propositi fęcũdatur, sicut. n. ponit Plinius, in aliquibus regionibus æquę impregnantur vento. De colũbis ẽt dr, ꝙ impregnantur osculo. Sic vere dicam, quod vento i. spiritusancti spiraculo & boni doctoris verbo, & charitatiuo osculo sæpe contingit spiritualiter hominem impræġnari, & gratijs & virtutibus fœcundari ex quibus scilicet solent boni fætus. scilicet bona opa parturiri. 1. Regum. 4. vox Phynees prægnans erat. Aduerte tamen, qđ dicit Dioscorides de lapide, qui dicitur pyonites. Ait enim, ꝙ hic lapis ab alio lapide sibi simili mirabiliter imprægnatur, quẽ certo tempore parturit. Dicit etiam, quod iste lapis mulieres prægnantes iuuat. Sic vere dicam, quod illi, qui diuinitus imprægnantur & pariunt sicut fuit Paulus & alij sancti, & etiam doctores boni, quos scilicet deus impręgnat p gratias & scias, quas ẽt prædicando parturiunt & emittunt, solent mulieribus prægnantibus. i. simplicibus bono proposito nouiter imprægnantis opitulari & proficere, inquantum s. per prædicationem suam isti solent simplices in bono firmare, & ne scandalo aliquo vel malo exẽplo seu dicto abortiatur, in bonis morib confirmare. Oues. n. prægnantes qñque ex timore horrendi tonitrui abortiunt. Sic simplices, & nouitij nouo bono proposito imprægnati, faciliter tonitruo tentationis deficerent, & istum fetum conceptum scilicet bonum propositum mortuum eijcerent, nisi ipsos boni doctores & prædicatores firmarent, & a periculo custodirent. Ideo de Ioseph legitur, quod ipse Mariam vxorem suam spiritu sancto impręgnatam diligenter custodiebat, & ei seruiebat, sicut legitur Luc. 2. ꝙ ipse iuit, vt proficisceretur in ciuitatẽ suam cũ Maria desponsata vxore prægnante &c. Hęc est ergo pgnities commendabilis. ¶ Secundo dico, ꝙ est pręgnities vitiorum, quę. s. mali in tanta quantitate, concipitur & pręgnantes & inflati fiunt, ita quod iniquitatẽ & mala opera parturiunt, & emittunt. De talib. autem B

malis

malis prægnantibus videtur dictũ diabolo illud,qđ dictum
fuit Azaeli.4.Reg.8.Paruulos eorũ allides, & pgnantes di-
uides.quia.ſ.diabolus finaľr tales prægnantes pctõres ſolet
per parturitiones & ſollicitudines negociorũ diuidere , &
eos in inferno crudeliter trucidare.Similis.ſ.lupo,qui pgnã
tes mulieres ſolet libentius occidere,& fætus eorũ teneros
manducare,ſicut de Aman legitur Amos.1. ꝙ.ſ.ipſe diſſecu
erit pgnantes Galaad ad dilatandũ terminũ ſuũ.Hic poſſes
ponere qũo portenta,fauni,incubi,ſatyri etiã,& ſiluani,qui
ſunt genera demoniorũ,inuenti ſunt qñq; mulieres impræ
gnaſſe,& fętus peſtiferos generaſſe,ſicut de populo humo
rũ legitur primitus à demonib.generato , & etiam de Merli
no.Quia re uera demones qñq; cum mulierib.i.cũ ſimplici
bus per tentationes coeũt,& ſic eos diuerſis vitijs impgnã
tes,malos fætus malorum operũ parturire faciũt.Iſta eſt igi
C tur prægnities deteſtabilis.¶Tertio dico,ꝙ eſt pgnities de
ſperabilis,& iſta eſt illa,qua quis diuitijs impgnat̃ , q̃.ſ. ſunt
ſibi aliquotiens cã mortis.Mulieres.n.pgnantes.qñ ſunt ni-
mis ſtrictæ,& fętus eſt nimis groſſus,faciľr moriunt̃ in par-
tu.Sic vere qñ quis eſt ſupra modũ diuitijs impgnatus, ſi tñ
p auaritiã nimis eſt ſtrictus,mors certe ſequit̃ ſempiterna.
Vñ bene põt dici illud Mat.24.Mar.13.Luc.21. Vę aũt præ
gnantib.& nutrientib.in die illa.vñ.4.Reg.15.dr̃, ꝙ Mana-
hen rex Iſrael percuſſit Tapſam,quia noluerant aperire ſi-
bi,& interfecit oẽs pgnantes eius & ſcidit eas.Quia .ſ.Chri
ſtus rex Iſrael prægnantes diuites, qui.ſ.nolunt aperire do-
mos & horrea ſua pauperib.immo ſibi in pſona pauperũ,
eleemoſynas largiendo,finaliter per damnationem interfi-
ciet,& bona eorum ſcindet diuidet & diſperget.Sic igitur
patet qũo eſt prægnities Deſperabilis Deteſtabilis, & Cõ-
mendabilis.Sufficit.Vide vbi Concipere,& vbi Parere,Par
turire &cę.

A **Præire.** Cum pire,Præcedere, Anteire , multimode
poſſint dici,quia tñ paucæ ſunt auctoritates
decreui breuiter pertranſire.Notabo igitur, quod eſt dare
præire,quod fit

Exemplariter.
Magiſtraliter.
Miniſtraliter.
Deſignaliter.
Virtualiter.
Naturaliter.
Temporaliter.¶Præit enim.
Exemplar exemplatum.
Magiſter magiſtratum.
Famulus famulatum.
Signum ante ſignatum.
Virtus ante peccatum.
Cauſa ante cauſatum.
Senex ante nouatum.
Miles ante ſenatum ideſt.
ante exercitum congregatum.

¶Dicamus ergo ꝙ cum
præire & antecedere per
tineat ad prælatos,& etiã
ad viros iuſtos,nobiles,&
perfectos,ipſi debẽt alios
multipliciter antecedere
videlicet, Exẽplariter viã
oſtendendo.Magiſtraliter
ipſos gubernando Doctri
naliter ipſos erigendo,
vel Miniſtraliter ipſis
ſeruiendo.Virtualiter ip-
ſos defendendo. Militaľr
hoſtes explorando.¶Pri-
mo ergo alijs omiſſis, di-
co,qđ iuſtus , & maxime
prælatus,præire debet viam oſtendens exemplariter,ſicut
ſ.de ſtella,quæ Magos duxit ad Chriſtum,legitur Mat.2.Et
ecce ſtella,quam viderant in oriente,antecedebat eos vſq;
dũ veniens ſtaret ſupra,vbi erat puer.Multis.n.radijs. i.mul
tis virtutibus debet rutilare,vt.ſ.varijs varia dantes exem-
pla virtutum,poſſint viam rectam eundi ad deum omnibus
dare.Eccleſiaſtici.32.Ante grandinẽ præijbit coruſcatio.vt
de tali dicatur illud Eccleſiaſtici.4.Suſcipit exquirentes ſe,
& præibit in via iuſtitiæ.Quod tamen eſt contra malos du-
ctores,qui per mala verba & exempla ducunt illos ad infer
num,ſimiles proditoribus,qui quandoq; ſe ſimulãt eſſe bo
nos,bonam viam oſtendere promittentes,qui tamen eos p
eundo ducũt eos ad latrones. Similes ẽt latronum principi
bus,qui.ſ.ad homicidia & prædas alios antecedunt,ſicut de
Iuda proditore dicitur Luc.22.quod ipſe antecedebat eos,
ſ.iudæos,ad dominum capiẽdum.Anteibit ergo iuſtus viã
oſtendendo exemplariter.¶Secundo dico,quod anteit iu-
E ſtus ſuos dirigens magiſtraliter;& maxime quando eſt præ
latus,quia.ſ.iſte debet alios anteire.ſ. de docendo regẽdo,
& corrigendo,& in loco ſuo quemlibet ordinando, vt ſic
prælato dicatur illud Exod.17.Antecede populum,& ſume
tecum de ſenioribus Iſrael , & virgam cum qua percuſſiſti
fluuium tolles in manu tua.Ad bonum enim anteceſſorem
pertinet,ꝙ ſecum alios regendo ſenes,& prudẽtes habeat
&,ꝙ virgam correctionis & iuſtitię pro petra oreb,i.pro du
ris peccatorib.corrigendis aliqualiter non dimittat:figura
tus.ſ.in arca fęderis,de qua.ſ.filijs Iſrael tranſituris Iordanẽ
dicitur Ioſuæ.3.c.Arca fœderis antecedet vos.Compara,ſi
vis,prælato arcam fęderis,quæ habebat manna,virgam, &
tabulas &c.Tertio dico,quod anteit iuſtos ſuos erigens do
ctrinaliter.Tubicinatores.n.pręcurſores,& exploratores ſo
lent præcedere exercitum.Tubicinatores , vt corda homi-
num & equorum animent,& erigant ad pugnãdum.Explo
ratores autem,vt hoſtium fraudes & vires ſuis moneant ad
cauendum.Sic vere debent facere prædicatores. Hoſtiũ.n.
noſtrorum.ſ.demonum & vitiorum,debẽt vires & fraudes
inquirere,& oſtendere,& ad eas præcauendum , & contra
eas viriliter propugnandum debent eos turbicinaliter præ
monere.Vnde Mar.11.ca.Qui præibant & ſequebantur,cla-
mabant Oſanna:ſcilicet alter alterũ admonendo. Vt ſic de
bono doctore,& prædicatore dicat populus illud Sap.7.Lę
tatus ſum,quoniam antecedebat me ipſa ſapientia.Et vene
runt mihi omnia bona pariter cum illa.&c.O quam neceſ-
ſarij ſunt in exercitu fidelium tales boni exemplatores,& p
dicatores,& populi,quẽ præcedent contra futura pericula
con monitores.Similes.n.ſunt quibuſdam auibus,quæ ma-
re frequentant,quæ.ſ.fluctus maris veniẽtis antecedunt,ita
quod mare proximo venturum aut rediturum ſuo aduẽtu
oſtendunt.Sic iſti ſpirituales exploratores pro certo debẽt
facere,quia futuri maris,i.futuræ amaritudinis mortis iudi
cij & inferni , debent eſſe ſua anteceſſione pręmonitiui &
hominibus declaratiui , vt de ipſis futuri iudicii terrorem
præeuntibus poſſit dici illud Lucę.1. Tu puer propheta al
tiſſimi vocaberis,pręibis enim ante faciem domini parare
vias eis.Non ne dominia faciunt pręire nũtios ſuos qui ſci
licet hoſpitia & neceſſaria eis parant , ne forte quando ve-
nerint,cuncta inueniant imparata?Sic Chriſtus pręmittit p
dicatores,vt ſic talis prædicator dicat illud Gen.45.Pręmi
ſit me deus vt reſeruemini.Anteit ergo iuſtus ſuos erigens
doctrinaľr.¶Quarto dico,ꝙ pit vel anteit iuſtus ſuis ſeruiẽs
liberaľr.Mos.n.eſt in Romana curia,qđ ſeruitores pręeunt
& antecedunt dños ſuos.Sic vere cum nos ſimus alter alte-
rius ſerui,dico,ꝙ alterutri ſeruiendo & miniſtrãdo nos de-
bemus alter alterũ antecedere.1.Reg.17.Armiger eius an-
tecedebat eũ.¶Quinto vero dico,ꝙ præit iuſt⁹ ſuos defen-
dens virtuaľr.Nonne boni milites alios debiliores ſolẽt pi
re,& pro alijs defendendis periculis ſe pofferre?Sic re uera
iuſti & cõſtantes,& maxime boni pſidentes,alios in pericu
lo peunt,& pænis & tribulationibus ſe offerentes,ipſos pro
uiribus defendunt,hoſtibus animę & fidei,ſ. demonibus &
hæreticis ſe opponunt,ſicut ad literã fecerunt martyres , q
pro fide defendẽda pire ad certamina maluerũt, ſicut de il-
lo Eleazaro dr̃.2.Mac.6.quod glorioſam mortem pluſquã
odibilem vitam eligens voluntarie præibat ad ſupplicium.
Vt de talibus dicat̃ illud.1.Mac.6.Sagittarij pręibant exer-
citum.Hæc igitur ſufficiant de anteire & antecedere & pi-
re.Vide ſupra de præcedere,& ſimilibus.

Prælatus. Cũ prælatus dicat̃ quaſi præ alijs eleua- A
tus,vel latus,notabis,ꝙ in omni cõitate
neceſſe eſt habere prælatum,qui,ſcilicet cunctis

Præſideat eminenter.
Præualeat excellenter.
Prouideat diligenter.
Edoceat ſapienter.
Coerceat euidenter.
Suſtineat patienter.
Promoueat competenter.
Congaudeat arridenter.
Condoleat incidenter.

Iſtæ ergo ſunt nouem condi-
tiones boni prælati,per quas.
ſ.debet cõem omnib. exhibe
re,& quia reipublicæ præpo-
nitur , de vtilitate communi
magis,quam propria cogita-
re.Bona enim naturæ omni-
bus generaliter ſunt conceſ-
ſa,& nulli ſpecialiter attribu-
ta,ſicut patet de cœlo , aere,aqua igne , & ſimilibus . Ca-
put etiam in corpore non ad vnum , vel duo membra gu-
bernanda conſtitutum eſt , ſed generaliter ad omnia vel
ad multa . Sic vere prælatus omnibus ſe debet cognoſce-
re ordinatum eſſe communem , & non iſti vel alteri
ſpecialem . Omnibus enim omnia factus ſum , in-
quit apoſtolus vt omnes lucrifacerem . 1. Corinthio.6.
Nõ q̃rens,inquit,quod mihi vtile eſt, ſed quod multorum.
1.Cor.10.Quia ſecundum rei veritatem iſte, debet omni-
bus

bus ostendere se publicum & cōem, & non in aliquo partialem. Iste enim est communis.

B Fons. Mons. Lex. Rex. Lux. Dux. Regula. Formula. Cordula. Virgula. Ferula.

Dico cōis fons, in quo abluamus fæces vitiorum. Cōis pons, in quo transeamus fluct⁹ aduersorū. Cōis mons, in quo colligamus flores exēplorū. Cōis lex, in qua videamus metas mandatorū. Cōis rex, sub quo vincamus vires malignorum Cōis lux p quā videamus clausa secretorū. Cōis dux, sub quo caueamus dāna nociuorū. Cōis regula, vt cōponamus motus aiorū. Cōis formula, i qua capiam⁹ mores antiquorū. Cōis chordula, cū qua coniungamus corda diuersorū. Cōis virgula, cū qua feriamus excessus paruulorū. Cōis ferula cū qua corrigamus actus peruersorum. Hæc omnia possunt applicari ad bonū platū, & multiplr dilatari. Quia ẽm rei veritatē iste debet esse cōis, & publicus vniuersis Sicut. s. exēplificat dñs de lucerna, q̄ nō ponit sub modio, sed sup candelabrū, vt luceat oib. qui in domo sunt. Matth. 1. Primo igitur his prætermissis, dicamus sicut in principio tetigimus, qđ bonus prælatus debet eminenter cunctis præsidere. Prælatus. n. debet ī statu & dignitate, in gradu & maiestate, in gestu & grauitate se præferre, & ostendere potentiorē, vt scilicet à subdito honoretur & timeat. Nimia. n. familiaritas parit contemptum. Ideo dicit Apostolus Timot. 1. Tim. 4. Nemo adolescentiam tuam contemnat. Leo. n. qui animalium rex dicitur, vultum habet ferum, collum erectum. aspectum toruū sonum terribilem, & clamorosum. Ad denotādū, q̄ princeps & prælatus debet se ferū, & iustitiosum prætēdere erectus & autēticus incedere, seu vere [& autenticè loqui & aspicere, vt. s. à malo possit alios coercere. Vñ Hugo de claustro animæ dicit, quod prælatus debet subditos pcellere tribus modis. s. dignitate, ptāte, & officio. Exēplo. s. Christi, qui fuit sacerdos, rex, & minister. Dignitati. n. debetur reuerentia. Potestati obedientia. Officio cura & diligentia. Debet ergo prælatus cunctis eminenter præsidere.

C ¶ Secundo dico, quod prælatus debet excellenter cunctis eminere, s. in moribus & virtutibus. Exemplo. s. corporum superiorum, quæ sicut alijs eminent & præcellunt in situ, sic & in virtutibus, & in motu, & in splendoribus & in actu. In prælatis. n. & superioribus præ ceteris eminere debet.

Scientiæ lympida claritas. Iustitiæ solida æquitas. Clementiæ rorida bonitas.

Præcellat igitur alios in scientiæ claritate. Caput enim præcellit membra in sensibus, sol stellas in splendoribus, aquila aues in claris visibus. Cū ergo prælatus sit caput & sol & aquila nuncupatus, inquantū super mēbra, stellas, & volucres, i. super subditos est præfectus & ad ipsorum regimen ordinatus, necesse est, q̄ sensibus sapientiæ splendoribus scientiæ, visibus intelligentiæ sit ornatus. exemplo. s. antiquorum regum, qui philosophiæ studuerunt, secū philosophos sapientissimos habuerunt, quos summe honorauerūt, & quib. plurimū crediderūt, sicut de Ptolemeo rege Aegypti patet, q. s. septuaginta interpretes de populo Iudæorum habuit & scriptura sacram transferri fecit, propter qđ meritum cētū milium Iudæorū in regno suo captiuorum libertati dedit, sicut ponit historia tripertita. Patet etiam in Alexandro ab Alexandro calistone rerū naturas inuestigāt, & (sicut dicit Alexander nequam alias neKam) in vase vitreo se in maris profunda mitti fecit, & à grifis in aera subleuari &c. Patuit ēt in Nerone, qui Senecā habuit magistrū. In Traiano, qui habuit Pliniū & Plutarchum. Finaliter ēt patuit in Carolo magno, qui viros scientificos sūmè dilexit, & magistrum Alcuinum, specialiter habuit, studium de Roma Parrisijs transtulit, tabulas semper secum portauit, & sæpe scripsit & dictauit. De Iulio Cesare quid dicā, qui magnus fuit philosophus? Nā Kalēdarium & computum ipse cōposuil. Sic ergo principes sæculares scientijs vacauerunt, quid debent facere principes ecclesiastici vel plati? Ipsi certe debēt p̄ cæteris vacare sapietię & doctrinæ. Vnde Ambrosius in suo pastorali dicit sic. Polleat, inquit, platus sapientia & doctrina, vt non solum subditos doceat, sed ēt hereses cōterat & repellat. Qui aūt talis non est, ad sacerdotium non accedat, vt vsurpare locū alterius non presūmat. Præcellat ergo platus in sciæ claritate. Itē pcedat alios in iustitiæ ęquitate. De rigore. n. & rectitudine iustitiæ quā debet habere iudex platus, vel priceps, possunt multa allegari. Cōstat. n. q̄ arbores, q̄ sunt altiores, vt cōiter rectiores. Patet in abietib. & q̄rcub. respū salicū & pomorū. Radij ēt, qui ab altiori loco veniunt, à sole. s. vel à stellis, rectissimi sunt, & super obiectū corpus directe veniunt & descendūt. Sic vere altæ arbores & sublimes. s. alti plati vel principes, recti & iusti p̄ cæteris debēt esse, & ad vnā partē vel aliā se nō flectere, sed sine acceptione psonarū, aut munerū iuste, seu æqualr se habere. Istud aūt potissime reperitur in radijs cælestib. s. in illis platis qui de sursum à sole iustitiæ Christo mittunt & promouent, quia. s. tales iusti, & recti p̄ cæteris cōprobant. Pone si vis exēplū de iustitia Traiani imperatoris qūo descēdit de equo pro facienda iustitia mulierculæ iudiciū postulāti. Iustus. n. debet esse proprijs legib. se subijciēdo alienū nō auferendo, vnicuiq; q̄ suū est tribuendo, iuste iudicando, neminē grauando, & ad oēs æqualr sine acceptione se habendo, & sic eidē dici potest illud Pla. Iustus es dñe, & rectū iudiciū tuū. Et pone, si vis, qūo nō est bonū, q̄ principi vel plato totū liceat quicquid vult. Et iō Romani nullū perpetuū officiū habuerunt, sed vt plurimū oīa erant annalia. Senat⁹ ēt ordinabat illud, quod consul, prætor, vel dictator facturus erat. Et si quid iniquum videbatur, ad populū appellatio fiebat, vt apparet per decursum Titi liuij. Vñ ēt aliqui fuerunt principes gentiles, qui aliquos institqerunt, qui eis contradicerent in agendis, sicut de Theopōpo Spartanorū rege narrat Valerius li. 4. ca. 1. Cui cū vxor diceret ipsum id egisse, vt filijs suis minorē relinqueret ptātē, rñdit. Minorē inquit, relinquā, sed diuturniorem. Ea. n. tuta est potentia q̄ virib. suis modū imponit. Præcellat ergo prælatus subditos in iustitiæ æquitate. Itē præcellat princeps subditos in clementiæ bonitate seu pietate. Nonne leo rex aīaliū parcit p̄stratis, mulierib. & paruulis, sicut dicit Pli. & Solinus, Rex ēt apum aculeo caret, ad instruendū, s. humanam naturam, quod principes & prælati clementer debent parcere delinquentibus, & benignos se ostendere pænitentibus. Pręlatus. n. non debet esse vindicatiuus, sed potius irę vindictę tēperatiuus. Exemplo Traiani imperatoris, qui in toto curriculo imperij sui vnicū senatorē, cui. s. parcere nephas erat, cum tñ multotiēs in ipsum plurimi deliquissent. Sed in ista materia vide multa & pulchra exempla de clementia principis in communiloquio valensis, vbi ponit exemplum de Pompeio, qui regem Armeniæ Tigranē infestissimum, quē bello ceperat, genua coram eo flectētem & coronam de capite deponētem leuauit, & iuxta se sedere fecit, & diadema reponi mandauit, & tandem compositis negotijs inter eos ad pristinum gradū restituit, æque pulchrum esse iudicans vincere reges, & facere. vt ponit Vale. li. 5. c. 1. De Tito etiā imperatore ponitur, q̄ conuictos contra se de cōiuratione nō puniuit, sed eis indulsit, & in pristinā recipit amicitiam. Bene ergo dicit Sen. q̄ nobile genus sit vindictę, ignoscere. ad ista tria sciam iustitiam, & clementiam principis vel prælati satis illa figura sæpe posita de arca testi, in qua repositæ fuerunt lex diuina, virga Aaron, quæ floruerat, & manna cibus dulcissimus, qui de cælo ceciderat. Arca. n. prælatus est, in quo pro certo debent reponi & esse tabulæ doctrinæ & sciæ. Virga rigoris & iustitiæ, & manna dulcoris & clementiæ. vnde Bernar. in quadam epistola loquens prælato dicit sic, misisti, inquit, manum ad aratrū, opus est fortitudinis & constantiæ. Speculator factus es, opus est sciæ & prudentię. Debitor sapientibus & insipientib. factus es, opus est temperantiæ. Et super Cantica dicit Bern. Discite vos subditorū matres esse, non dominos, discite non metui sed amari, sit ī vobis materna pietas, & paterna seueritas, suspēdite verbera &c. Sic igit patet, qūo platus in clementiæ bonitate, in iustitiæ ęquitate, in sciæ claritate debet excellenter eminere. Et hoc est ẽm principalr. ¶ Tertio principaliter dico, quod D prælatus debet diligenter cunctis prouidere. Aequaliter. n. debet esse sibi cura de omnibus. Sap. 6. ca. Vniuersis. n. sicut decet & sicut indigent debet prælatus de temporalibus, & spiritualibus prouidere. vnde Hest. 16. Prouidendum est paci omnium prouinciarum. sic quilibet prelatus subdito suo dicat illud Ruth. 3. Quærā tibi requiē, & puidebo, vt bene sit tibi. De prouidentia vero eleemosynæ & distributionis qua prælatus bonus prouidet misero & indigenti, vide vbi

Elemosyna,& vbi dare,&c.Debet ergo diligẽter cũctis ꝓuidere.¶Quarto dico,ꝙ prælatus debet sapienter cunctos edocere.f.instruendo,& ꝑdicando, & saluti necessaria declarando.vñ illud Mat.28.Ite docete oẽs gentes,baptizantes eos &c.Vide de prædicare,& docere.Vñ Hier.ſup illud 1.Tim.3.Qui episcopatũ &c.dicit sic.ꝙ.f.tãta debet esse cõuersatio ꝑlati,vt gestus,ornatus & affatus ipsius sit eruditio subditorum.Quod tamen est contra multos, qui bene docent verbis,non exẽplis,de quib.dr̃ Rom 2.Qui aliũ doces, teipsum non doces,qui ꝑdicas non furandũ,furaris.¶Quinto debet ꝑlatus ꝑpotenter cunctos coercere.f.à malo ꝓ correctionẽ seuerã,quia.f. iuxta doctrinã sapienti Sap. 1. Probata virtus corripit insipiẽtẽ &c.Vide supra vbi Correctio.

¶Sexto dico,ꝙ ꝑlatus debet patienter omnes sustinere.Debet.n.habere virtutes patientiæ modestæ, & temperantiæ, quibus.f.supportet onera subditorum,& quibus dissimulet & sustineat onerosos,iuxta illud.1.Thes.5.c.Rogamus vos fratres corripite inquietos,consolamini pusillanimes,suscipite infirmos,patientes estote ad omnes.¶Septimo dico,ꝙ prælatus debet competere omnes promouere.f. secundum exigentiam meritorum,& sicut locus & tempus se offerũt opportuna omni acceptione personarum & munerũ resecata.Vñ Lu.6.Benefacite,& mutuum date,nihil indesperantes.Vide de promotione.¶Octauo dico,quod prælatus debet arridenter cunctis congaudere,vt.f.gaudeat cum gaudentibus,fleat cum flentibus,iuxta illud 1.Thess. 5. Semper gaudete,sine intermissione orate in oib.grãtias agite.¶Nono dico,quod prælatus debet incidere, cunctis condolere. Siue.n.spiritualiter siue temporaliter viderit aliquẽ errare, hoc est siue succumbat vitijs,siue delinquat in morib.debet ei pia affectione cõpati,& affectionẽ consilio, & opere contestari,sicut ad põtifices,i.prælatos dicitur Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus,pro hominibus constituitur,vt condolere possit his,qui ignorant & erãt.Ista omnia possent multũ dilatari,sed auctoritates vocales desunt & de omnibus tactum est in suis titulis.Vide ergo de ꝑlato vbi Magister,Maior,Præfectus,Præpositus,Pastor,Rex,Rector,Dux,Sacerdos,Superior,& certa similia. De malis autem prælatis varia possent dici,f.de ipsorum ambitione ꝑsonarum & munerum acceptione,indignorum promotione,carnali affectiõe,iustitiæ subuersione,carnali cõuersatione.Multa & plurima iam sunt dicta,vide in titulis ꝑlibatis.

A **Prælium**: Nota,ꝙ prælium sumitur pro discordia & rebellione,ꝓ pugna & inuasione, pro bello & contradictione.Et ideo breuiter est notandum,qđ in scriptura inuenitur prælium.

Virtuosum.	Primo dico,quod est prælium virtuosum,qđ est bellũ moralis strẽuitatis. Et isto prælio præliantur iusti cõtra vitia, & peccata.Sicut enim mustella solet ꝑliari contra serpentes,& maxime cõtra
Fructuosum.	
Vitiosum.	
Dolorosum.	
Luctuosum.	

basiliscum,cum ruta fuerit armata,sic iusti contra serpẽtes & hostes spirituales,f.contra carnem,& mundum,& demonia præliantur.3.Reg.15.Fuit prælium inter Abiam & Hieroboam.Abias.n.erat cultor dei,Hieroboam vero erat cultor idolorum,& vitulorum.Quia pro certo cultores dei .f. viri iusti,debent semper habere prælium,repugnantiam,& contrarietatem cum cultoribus demonum & vitiorum.qa sicut dicitur Ecclesiastic.33.Contra bonum malum est, & contra vitam mors est &c.vñ Apoc.12.dr̃,quod factum est prælium magnum in cælo.Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone.Et aduerte,quod sicut in prælio corporali necessaria sunt scilicet

Armorum adiutorium.	Sic in prælio spirituali necesse est , ꝙ habeat armatura virtutum &
Bellorum artificium.	
Ductorum magisterium.	

perfectionis.3.Reg.22.Sume arma & ingredere præliũ. Itẽ necesse est,quod habeatur ars bellã di,i.virtus prudentię & discretionis psal.Qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum.Item necesse est,quod habeatur ductor bonus,i.auxilium diuinę protectionis.psal.Si exurgat aduersum me prelium,in hoc ego sperabo.Et merito,quia sicut alibi in psalm.dr̃.Ipse est dominus fortis & potens,dñs potens in prælio.Istud est ergo prælium virtuosum, qđ est

B moralis perfectionis.¶Secundo dico,quod est pręliũ fructuosum,quod est humanæ redemptionis. Et istud est ꝑliũ crucis,in quo pro nobis dominus contra diabolum dimicauit,& nos de potẽte eius eripuit,& redemit, de quo põt dici in persona Christi illud Dan.10.nunc reuertar,vt prælier aduersus principem regni Persarum.¶Tertio dico,qđ est præliũ vitiosum,quod est peruersæ tentationis:Et istud prælium quo mundus,caro,& demonia per diuersas tentationes diuersã mouẽt prælia,iuxta illud 2.Reg.21. Factum est prælium Philistinorum contra Israel . Exercitus enim hostium spiritualium distinctus est generaliter in tres partes iuxta illud. 1.Regũ.13.Egressi sunt de castris Philistijm ad præliandum tres cunei.Primus.n.hostis est caro, q̃ quotidie luctatur nobiscum per vitium carnalitatis , & de hoc Esa.18.Iuuenes eorum confodientur gladio in prælio. Secundus hostis est mundus,qui quotidie contra nos præliat ꝑ vitium cupiditatis.vnde Esa.7.Ascendit rex Rasin in hierusalem ad præliandum contra eam.Rasim enim interpretatur varietas aut pictura,significans mundum, qui non est existens neque verus,sed magis varius atq; pictus. Tertius hostis est diabolus,& iste præliatur contra nos per vitium superbiæ & vanitatis.Vnde de demonibus potest dici illud Hie.37.Redibunt Chaldęi,& pręliabuntur contra ciuitatẽ istam.Caldęi.n.interpretatur quasi demones, quasi mamillę,quasi feræ.Ad denotandum, quod demones primo sunt mamillæ sub specie boni homines lactando,deinde sunt feręad æternam mortem homines trahẽdo.Et ideo isti figurantur in illis locustis,quæ ascenderunt de puteo abyssi,q in caudis habebant aculeum,de quibus dicitur Apoc. 9.qđ ipse vidit similitudinem locustarum similium equis paratis ad præliũ.Istæ.n.locustæ sunt demones,qui de puteo abyssi ad nos veniunt,similes equis,per superbiam & elationem, & in cauda.i.in fine portãtes aculeum per æternam damnationem.Equus.n.animal est superbum. Isti ergo ad præliãdum contra nos sunt parati,& ad tentandum continue occupati.Ioelis 2.Quasi equites current,& quasi populus fortis præparatus ad prælium .¶Quarto dico,quod est ꝑlium dolorosum,quod est prelium mũdanę seu humanę vexationis,& istud est prælium tribulationum,quo.f.mali non cessant contra alios præliari vel per corporalem inuasionem, vel per rapinæ exactionem,vel per verborum detractionẽ. Præliantur dico contra alios per corporum inuasionẽ,sicut faciunt homicidæ & seditiosi. Et de hoc dr̃ Luc.21.Cũ audieritis prælia & seditiones,nolite terreri.Item per rapinę exactionem:& de hoc dr̃.1.Mach.1.de Alexandro,quod ipse constituit ꝑlia multa, & obtinuit munitiones omniũ, & accepit spolia multitudinis gentium.Itẽ per inuidiam & detractionẽ.Et sic de detractione dicitur Apoc.12. quod draco iratus abijt facere prelium cũ reliquijs de semine mulieris.Detractores.n.præliantur contra alios,ipsos impie diffamando,& sunt in causa,quod alij inter se præliant litigando & discordando.Apoc.16.Spiritus demoniorũ in spẽ ranarum ab ore bestiæ exeuntes,ꝓcedunt ad reges terræ,cõgrare eos ad preliũ.Ranæ.n.loquaces detractores signãt q a bestia.i.à diabolo missi & destinati,alios ad ꝑliandũ incitant & inuitant.Istud est ꝑlium dolorosum,quod est humanę vexationis.¶Quinto dico,quod est prelium luctuosum perpetuæ damnationis. Et istud est præliũ illud , quo deus in die iudicij ꝑliabit cõtra malos,ipsos.f.gladio suæ duræ sñiæ feriendo,& eos igne perpetuo concremando . Et de hoc dicitur Zach.14.Egredietur dominus,& præliabit contra gentes.Et sic igitur patet charissimi, quomodo inuenit quintuplex prælium in scriptura,f.luctuosum , dolorosum vitiosum,fructuosum,virtuosũ &c. Vide infra de pugnare & similibus &c.

Premere.Comprimere. Deprimere. Pressura. A Cũ pressura fiat loquendo literaliter ab aliquo graui pondere desuper existente,& subiectam materiam obruente, & grauiter conculcante,& ipsam inferius per violentiam detinẽte,possum breuiter notare,quod est dare pressuram

Iusti.	Prima pressura est virtualis & facienda.
Stulti.	Secunda est criminalis & fugienda.
Mundi.	Tertia est pressura temporalis & sustinenda.
Inferni.	Quarta est pressura æternalis & metuenda.

¶Primo ergo dico,quod esse dare pressurã iustorum , qua depri-

deprimunt luxus superfluos,& ista est illa qua iusti ꝑmunt cōprimunt,reprimunt & deprimunt vanos aspectus. Esa.5. Oculi sublimiũ deprimentur.Vanos afflatus,de quo Prou. 17.dr̄,ꝙ stultus,si tacuerit sapiens putabitur,& si cōpresserit labia sua,intelligens erit.¶Scđo dico,quod est dare pressurã stultorũ,q̄ deprimit actus ꝓficuos. Et ista est pressura pc̄ti,qua.s.mali & stulti diuersimode sunt depressi, iuxta illud.2.Reg.16. Ecce ꝑmũt te malitia, qm̄ vir sanguinum es. Diabolus.n.est sicut crudelis tyrannus,qui.s. diuersis seruitutibus vitiorũ populũ suũ premit Exẽplo.s.Pharaonis,qui filios Israel quãdiu fuerunt in sua ptãte,in operibus luti palearũ & lateris grauauit multipliciter & oppressit, sicut dr̄ Exo.1.Vnde ibidem dicitur,quod Aegyptij ad amaritudinem perducebant animas eorum operibus duris luti & lateris,omniq; famulatu,quo in terræ operibus premebãtur. Et si vis nota ꝙ actore diabolo premit istos

Auaritiæ fames.
Somnolentiæ moles.
Vinolentiæ labes.
Ignorantiæ nubes.

¶ Dico ergo primo ꝙ est prioritas admiranda, & ista est illa qua Deus dr̄ primus, quia. s. prioritas Dei perfectior est & mirabilior & potentior vniuersis. Iste.n.est primus tempore, natura & ordine. Primus dico tempore, quia. s. iste est & fuit ab æterno, antequam. s. aliquid crearetur. Et de hoc Esa.41. Primus & nouissimus ego sum. Primus ēt natura, quia. s. iste est creator, qui naturaliter prior est creatura. Iste.n.est pater, qui naturaliter prior est genitura. Iste est simplex, qui naturaliter prior est composito. Iste est disponēs qui naturaliter prior est disposito. Et ideo de tali primitate dr̄ Esa.41. Primus ad syon dicet. ecce assum. Primus insuper dr̄ ordine, quia. s. iste est sicut vnitas, quæ in ordine numerorū ponitur prima. Iste est sicut cœlum, quod in ordine corporum ponitur primū. Iste est sicut prælatus, qui in ordine subditorum dicitur primus. Et sic potest de Deo dici illud Iudic.10. Qui primus ceperit dimicare, erit dux belli. Teste.n. Salomone Ecc.1. Prior omnium creata est sapientia. Et ideo de sapientia diuina dr̄ Sap.7. quod luci comparata inuenitur prior. Vbi aduerte ꝙ Deus dicitur primus tanquam doctor subtilissimus, ductor robustissimus, prætor sublimissimus. Probat doctoratum luminis claritas, quia luci cōparatur. Probat ducturatum numinis firmitas, quia inuenitur. Probat prętoratum culminis dignitas, quia prior. ¶ Dico ergo ꝙ Deus primus est, quia doctor, qui. s. primus inter discipulos reputat, & in scholis primum occupat locum. Et hoc ostenditur cum comparatur luci, quia lux est prima forma inter formas corporales & prima omnium dicitur esse creata sicut dicitur Gen.1. Sicut.n. nihil potest illuminari sine luce, sic nec aliquis potest perfectè in fide & moribus instrui, nisi prius venerit ad ipsum ille qui est lux vera qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Io.1. Vnde de prioritate diuinæ sapientiæ dicitur prouerb.3. quòd primi & purissimi fructus eius præciosior est cunctis opibus. Itē Deus potest dici primus, quia ductor. Inuenitur inquit. Sicut.n. dux est primus in exercitu in dignitate, sic primus etiam debet esse in virtute & strenuitate. Quia. s. primus debet contra aduersarios currere, & pro defendendis alijs primus se debet hostibus opponere, & primus aduersarijs obuiare. Sic Deus sicut dux strenuus, & fortis alios primus duxit, primus contra diabolū se opposuit, primus ad paradisum ducatum præbuit, primus ad auxiliādum inuenitur, primus si deuote inuocatus fuerit, ad succurrēndum homini pręsentatur. Et hoc ostenditur cum dr̄ Inuenitur. Quia. s. dux exercitus & ad resistendum & ad adiuuandum debet prior alijs inueniri. Ipse.n.est fundamentū exercitus, & ideo quamuis cōtingat ædificium exercitus cadere & dissolui, iste tn̄ tanquam solidum firmamentū debet immobilis inueniri. Apoc.21. Fundamentum primū iaspis Vide supra de Inuenire. ¶ Itē Deus debet dici primus, quia prætor, quia. s. sicut pretor, iudex vel prælatus est alijs prior in gradu, debet ēt esse alijs prior in oī bono actu, sic Deus. Quod etiā ostenditur in verbo Prior, quia pro certo iste est prior in donis, maior in imperio, sicut de Rubē dr̄ Gen.49. Et ideo sicut videmus ꝙ subditi solent ad primos & principales ciuitatis in necæssitate recurrere, & ab eis auxiliū implorare, in illis ēt quæ ordinate procedunt, semper secunda sequuntur prima sicut patet de gruibus qn̄ volant, de apib. qn̄ locum mutant, de elephantib. quando ambulant & de ceruis quando fluuium transnatant (in istis.n.omnib. illi qui sunt primi in dignitate, s. duces in gruibus, reges in apibus, antiquiores in elephantibus, fortiores in ceruis, solent primi incedere, & alij solent eos sequi, & post eos ambulare, iuxta illud Ezec.10. Vbicunque declinabant quæ prima ierant, sequebantur &c.) sic vere charissimi, nos qui in ecclesia sumus vltimi & secundi, debemus ad Deum & ad sanctos qui sunt primi & principales, recurrere & refugere, eorum vestigia sequi & imitari, & ad eorum auxilium per orationis suffragium peruenire. Vnde Ose.2. Reuertar ad virum meū priorem. Iste.n.est prior in cōuentu ecclesiæ, iuxta illud Io. 1. Ante me factus est, qui prior me erat. Istud tamen est contra multos, qui pro certe non sequuntur primum, sed vltimum, non Deum, sed mundum, non bonum, sed malum, nō æterna, sed externa, non superiora, sed inferiora. Hebræ.10. Aufert primum vt sequēs statuat. Isti potissime sunt mali religiosi, qui Christum primū regem & dn̄m suum quē profitendo sibi desponsant, postmodum derelinquunt, & ad amorem temporalium se conuertunt. Similes apibus, q̄ dicuntur quandoq; regem suum primum dimittere, & regi alteri adhærere, figurati in Iacob, de quo dicitur Gen. 29. ꝙ cum esset de-

set desponsatus Lyę, tandem desponsauit se Racheli. Et sicut dr̄ ibidem amorem sequentis priori prætulit. Quia vere qđ dolendum est, isti Deum, qui primus est, cui se deuouerunt per indeuotionem deserunt, & alteri regi, s. mundo vel diabolo se coniungunt, & Lyæ fœcundæ. i. religioni vel ecclesię quam primo desponsauerunt, Rachelem pulchram. i. mundi prosperitatē præferunt & præponunt. Apo. 2. Habeo aduersum te pauca, quia charitatem tuam primā reliquisti, i. Deū, quia Deus charitas est &c. Non sic charissimi, sed diligamus & quæramus prima & superiora, non infima & inferiora iuxta verbū Augusti. dicentis lib. de vera religione. Nō summa quæramus in infimis, ne cum in nouissimis prima quærimus à primis inter nouissima numeremur. Et sic patet quō Deus dr̄ primus, & quomodo ipse primo & ante oīa est diligēdus, exemplo apum, quæ primo & ante oīa ædificant domum regi. Et hoc est primum principale. Ista est ergo prioritas ad-
C miranda. ¶ Scđo dico ꝙ est qđam prioritas honorāda, & ista est illa qua prælatus vel vir iustus dicitur primus. Sicut. n. in omni genere rerum est vnum primū, à quo alia dependēt sicut est cor inter membra, sol inter stellas, aquila inter aues, leo inter bestias, sic procul dubio inter homines necessaria est dare ꝙ sint aliqui primi, qui alijs p̄sideant, atque regant. Et isti pro certo debent esse sicut cor vitam gratiæ alijs infundendo, sicut sol, lumen doctrinæ alijs communicando, sicut aquilæ, cœlestia contemplando & speculando, sicut leo, audacter malos inuadendo, & bonos viriliter defendendo. Et sic de quolibet tali poterit dici illud Ezec. 1. Animal primum simile leoni. Vbi ostenditur quód sicut ille qui vadit primus debet esse.

Agilior ad præcurrendum,	Sic vere prælatus
Sagacior ad præcauendum.	vel vir iustus dēt
Potentior ad defendendum,	agiliter pręcurrere

re bona faciendo. Aīal. Sagaciter pręcedere, mala præcauendo. Primum. Viriliter defendere, hostes repellendo, quia, s. iste debet esse similis leoni. Et sic breuiter possumus dicere ꝙ ille qui est primus, debet esse melior, quia aīal. i. res aīata. Doctior, quia primū. Fortior, quia similis leoni. ¶ Dicamus ergo ꝙ ille qui est inter ceteros primus & in gradu & in statu, debet esse melior per promptitudinē bene operandi, qđ ostenditur cū dr̄ animal. Aīal. n. & arbor differunt, quia quāuis vtrunq; viuat, aīal tn̄ motum habet voluntariū, quia nō est affixum terræ sicut arbor, quæ terræ immobiliter adhæret, imo de sui natura pōt se voluntariè mouere, currere pariter atq; stare, & qđ plus est, audire & videre, odorare, gustare, tangere & sentire. Sic procul dubio prælatus vel vir ꝑfectus & peccator valde inter se differunt, peccator. n. est sicut arbor, q̄ ad modum trunci, terræ. i. bonis terrenis ꝑ auaritiā adhæret. Non. n. se mouet voluntariè, quia. s. tales nō habent liberam voluntatem, sed potius radicatā & infixā terrę. i. bonis tpalib. agitatam. Rom. 8. Vanitati subiecta est creatura non volens. Vir vero iustus est sicut aīal, quia. s. iste debet liberè, & voluntariè per bonam operationē se mouere. psal. Voluntariè sacrificabo tibi. Per obedientiam audire, ꝑ discretionem videre, per deuotionem gustare, per contēplationē odorare per cōpassionē sentire. Et sic figurabitur in illis aīalibus Ezec. 1. & 10. q̄ erant plena oculis ante & retro. ecce discretio. Quæ non reuertebantur cū ambularēt. ecce boni propositi inuariabilis perfectio. Habebant pennas extentas desuper. ecce contēplatio & deuotio. Habebāt pedes rectos. ecce cursus boni operis executio. Et ad quē locū ambulabat primū aīal, sequebantur alia. ecce veræ obedientiæ subiectio. Et sic ergo patet qđ ille q̄ est primus, debet habere promptitudinē bene operandi, quia. s. debet esse aīal. i. res aīata, mobilis atque leuis, de quo. 1. Cor. 11. Prius qđ aīale est. Qn̄. n. plures simul currunt ille qui est primus, debet alijs citius currere, quia alias posset alios sequentes in suis cursibus impedire. Sic vere charissimi cum omnes curramus per bona opera, & per spem & desideriū ad propositum nobis certamen in stadio vitæ huius (sicut dicitur. 1. Corin. 9. Oēs quidē currunt, sed vnus accipit brauiū) ideo ille q̄ est primus inter nos. s. ille qui professione vel plationē est prior, debet citius & velocius per bona opera currere, & viā alijs sequentib. per bona exempla ministrare, quia alias posset alijs scandalū gn̄are, & ruinæ materiā ministrare, & de hoc dicit Io. 20. Currebant duo simul, & ille alius discipulus præcurrit citius Petro & venit prior ad monumentū. Quia breuiter isti dicunt alijs ꝑcurrere primi ad bona oꝑa manū ponere, primi onera penitentiæ subire, primi ad monumentum vbi positū fuerat corpus Iesu. i. ad paradisum per bona oꝑa currere & venire 2. Reg. 18. Cōtēplor cursum prioris velut cursum Achimaas filij Sadoch. Patet igitur ꝙ isti primi. s. ꝑlati & viri perfecti debent esse meliores & agiliores per prōptitudinē bene operandi. Nu. 10. Mouerunt castra primi filij Iuda. ¶ Itē debēt esse doctiores & prudentiores per rectitudinē bene gubernandi, & istud notatur in verbo Primū. q̄a ad litterā ille qui vadit primus, & qui alijs ducatū præbet, debet habere, s. visum clariorē, motū maturiorē, & sensum D
prudentiorem. Et hoc innuit saluator, qui dicit Matth. 15. ꝙ si cæcus cæco ducatū præbeat, ambo in foueā cadunt. Quia igitur isti qui in ecclesia sunt priores, aliorū sunt doctores, rectores & præcursores, necesse est ꝙ per discretionē & prudentiam clare videant, vt tute alios dirigant atque regant, quia sicut dicit Gilibertus, ridiculosa res est aut magis periculosa, speculator cęcus, doctor inscius, præcursor claudus, ꝑlatus negligens, preco mutus. Corpora. n. q̄ sunt in natura priora, sunt cæteris clariora quod patet in elementis, quia ignis q̄ est primū elementū ceteris est purius. clarius. & lympidius. Patet etiā in mēbris, quia. s. oculi qui primi in primo membro, s. in capite sunt locati, sunt membris ceteris clariores, ad denotandum ꝙ isti qui in naturæ ordine & in ecclesię corpore sunt priores, debent esse per prudentiam clariores, & per innocentiam puriores, & ad regendum alios doctiores. Exemplo elephantum inter quos ille qui est antiquior, dicitur incedere prior. Figurati. Gen. 43. vbi in mensa Ioseph fratres sui sederunt priores s̄m quod erant in ætate prouectiores. Ad denotandum quòd antiqui. i. viri sapientes & maturi debent in mensa & in grege ecclesię primi esse, vt sciant se alios gubernare. Vnde de quolibet tali dicatur illud Luc. 9. Propheta vnus de prioribus surrexit. Et nota ꝙ ad istum primum, s. ad doctum prædicatorem, clericum vel prælatum, pertinet scilicet

Sanctissimè conuersari.	Dico ꝙ debent san-
Humillimè dominari.	ctissime conuersari.
Benigniter exhortari.	vnde Nume. 3. San-
Seueriter indignari.	ctificaui mihi quic-

quid primū nascitur in Israel. Item debent humillime dn̄ari. Matt. 20. Erunt primi nouissimi & nouissimi primi, & illud. Marc. 10. Quicunque inter vos voluerit primus esse, erit vester seruus. Itē debet benigniter exhortari. 2. Mach. 11. ipse Machabeus 1. sumptis armis ceteros hortatus est. Itē debēt seueriter indignari, s. contra malos. Apoc. 8. Primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando ignis mixta sanguine. Et sic bene dico ꝙ isti qui sunt primi ecclesiastici & prælati debēt esse doctiores & prudentiores per rectitudinē bene gubernandi. ¶ Itē debet esse firmiores & audaciores per fortitudinē bene propugnādi, qđ ostēditur cū dr̄ Simile leoni. Quia E
sicut dr̄, inter milites qui sunt in exercitu, ille q̄ vadit prior, debet esse audacior, quia. s. si cōtingeret ipsum fugere, posset oī exercitui occasio periculi esse. Sic in exercitu ecclesiæ illi qui sunt primi, debent esse fortes & strenui. & ad resistendū malis, & ad inuadendū & corrigendū malos esse audaces pariter atque firmi. Simile inquit leoni. Dan. 7. Bestia prima similis leoni &c. vide supra de Leone. Istam audaciam habuit beatus Stephanus, qui primus fuit in ordine martyrum, & ideo audaciter ad modū leonis in alios prosilijt, & pro defensione fidei primus tyrannis se opposuit, & primus in eos debacchauit, vt de eo exponatur illud Esa. 41. Primus ad Syō dicet ecce assum. Iste. n. videns syon. i. ecclesiā depressam, & à iudæis nequiter vilipensam, primus dixit sibi. Ecce assum. i. præsto sum ad tui adiutoriū & tutelā. similis ceruo fortiori, qui primus dr̄ fluuiū transfretare, & alijs viā per fluuiū demonstrare, & ne alij timeāt, solet eos primus antecedere & præire, ita ꝙ alijs suis clunib. innitentes, solēt post ipsum facilius trasmeare. Sic iste sicut ceteris fortior primus flumen mortis pro dn̄o transiuit, quia s̄m Aug. mortē quā pro nobis saluator sustinuit, iste primus reddidit saluatori. Primus iter eundi ad cęlū per martyriū alijs ostēdit. Primus infidelibus pro fide se opposuit. Primus alijs sequacib. exēplū martyrij declarauit, & subeundi martyriū post ipsū primus audaciā ministrauit. Figuratus in Simone machabęo, de quo dr̄ 1. Macha.

Mach.16.φ videns populum trepidare ad transfretandũ torrentē, transfretauit primus, & viderunt eũ viri, & transierũt post eum. Et sic etiā charissimi debet facere bonus prælatus quia in oibus ecclesiæ subditorum aduersitatib. debet primum defensorem se exhibere, & primus aduersitatum iacula sustinere, & primus tyrannis se opponere, iuxta illud sæpe dictum. Esa.41. Primus ad syon dicet, ecce assum &c. vbi nota quòd iste debet, s.

Exemplariter informare.	Primum probat dictio
Virtualiter prædicare.	præābulatiua. Primus.
Personaliter visitare.	Sed ∫m dictio præno-

minatiua. Dicet. Et tertium dictio repræsentatiua. Ecce assum. Sic ergo patet q̃ illi qui sunt in ecclesia primi vel in mundo, debent esse audaciores ad propugnandum, prudentiores ad gubernandũ, agiliores ad operadũ. Et ista est scda prioritas, quæ est honoranda. ¶ Tertio dico quod est quædā
F prioritas quæ est affectanda, & ista est prioritas bonorũ spiritualiũ diuinorũ & ęternalium & supernorũ. Bona.n. spiritualia & ęterna. hoc est dictu bona gratiæ & gloriæ sunt, prima & principaliora, & ideo primo principaliter sunt affectāda, & à deuotis cordib. inquirenda. Gratia.n. dr̃ stola prima. Luc.15. Cito proferte stolā primam. Gloria vero dr̃ resurrectio prima. Apo.20. Beatus & sanctus qui habet partē in resurrectione prima. Arbor.n. quæ plures profert fructus facit primos vt cōiter meliores, sicut patet de thure & de mirrha quæ primum gummi distillat valde melius quam ∫m. quod bene innuitur Cant.5. vbi dicitur. Labia mea nihil lauerunt myrrham primam. Sic vere cum Deus producat duo genera fructuum, s. primos & secundos, primos dico qui signant bona spiritualia & æterna, secundos vero, qui signant bona temporalia, & terrena, procul dubio primi sunt alijs meliores, & cordi deuoto vtiliores & suauiores. 2. Petri 2. Posteriora deteriora priorib. Vnde sapiens Prou.3. volens cōmēdare sapientiā dicit sic. Melior est acquisitio eius acquisitione auri & argēti, primi & purissimi fruct⁹ eius & aduerte φ inter primos fructus gratiarũ & virtutum isti præcipuè nominantur, scilicet

Pœnitentiæ asperitas.	De prioritate pœnitentiæ
Sapientiæ subtilitas.	dr̃ Cantic.4. vbi myrrha &
Eloquentiæ suauitas.	aloe quę sunt fructus ama-
Redolentię famositas.	rissimi, cōputantur cum vn
Amicitiæ charitas.	guentis primis. Et iō Can.
Efficaciæ probitas.	5. pœnitētia dicitur mirrha

prima. De prioritate sapientiæ dicitur Thre.4. Filij syon incliti eius amicti auro primo. Per aurum.n. sapientia disignatur. De prioritate doctrinæ & eloquentiæ dicitur Eccl.32. Loquere tu maior natu: decet.n. te primũ verbum: de prioritate famosæ redolentiæ dicitur Ezech.27. Negociatores tui cũ & vniuersis aromatibus primis. De prioritate amicitię dicitur Matth.22. Diliges dñm Deum tuum &c. hoc est maximũ & primum mandatum. Alterum autem simile est huic. Diliges proximum sicut te ipsum. De prioritate vero bonorum operum efficaciæ dicitur Apoc.2. Memor esto vnde excideris, & prima opera fac. Ista est ergo prioritas affectāda, s. bona & dona gratię & gloriæ. Et ideo Apostolus dicebat Phil.3. Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero q̃ priora sunt
G extendēs me ipsum, destinatũ persequor ad brauiũ. ¶ Quarto dico φ est quædam prioritas detestanda, & ista est prioritas vitæ præsentis, & bonorum huius mũdi, & mundanæ dignitatis & potestatis. Ista.n. tria dicuntur prima, quia primo veniunt dum viuimus in hoc mundo. Alia vero postmodũ venient in futuro, quia tũc erit nouissimus error peior priore Matth.27. Duo.n. sunt genera arborum, quædam quæ primo proferunt fructus acres, veruntamen finaliter fiunt dulces, & ita facit generaliter omnis arbor. Veruntamen sunt quædam aliæ arbores quæ primo fructus dulces faciunt, sed finaliter ex decoctione nimia acres fiunt, sicut in myrabolanis potest dulcicide apparare. Sic vere charissimi in mundo sunt duo genera arborum, i. hominum. s. boni & mali. Sed ꝓcul dubio boni in mundo isto habent primo fructus acres & amaros, veruntamen postmodum fiunt dulces, quia. s. bona opera & virtutes primo sunt acria & amara & difficilia, finaliter tamen qñ sunt assueta, fiunt facilia, & vltimo in paradiso conuertentur in valde dulcia, quia sicut dicitur Hebr. 12. Disciplina in præsenti non videtur esse gaudij, sed mærorís, postea vero fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet. Mali vero ecōuerso primo habent fructus dulces in mũdo. s. mundi prospera & mala opera. Ista.n. malis sunt dulcia & delectabilia. Iob.21. Dulces fuit glareis coccyti. verũtamen finaliter in inferno valde fient acria, tristia & amara. Et istis proprie pōt dici illud Ioā.2. Homo bonũ vinum primo ponit, post cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Isti sunt illi qui comedunt panē suum primum, quia procul dubio sicut dr̃ Luc.11. Fiunt nouissima hominis illius peiora priorib. Sed potissime de proprietate superbiæ aliquid est dicendum. Ista.n. super oēs alias est detestanda. Superbi.n. semper volunt esse primi ab omnib. nominati, primo & principaliter honorati, i. primis dignitatib. collocati. Isti.n. sicut dr̃ Matt.23. ca. amāt primas cathedras in synagogis, primos recubitus in cęnis, salutationes in foro, & vocari ab hoībus rabi. Per primos igitur possum intelligere superbos & malos diuites & tyrannos, qui. s. vt in plurib. primas & magnas occupāt dignitates. Isti.n. sunt ceteris deteriores. Sicut.n. cōiter dr̃ primus fœtus catulorum quos pariunt porcæ vel caniculę, nunquam veniunt ad bonum. Inter planetas etiā hoc est verum φ Saturnus qui est prior, ceteris est deterior. Sic procul dubio illi quos mundus vel diabolus primos constituit & magistros. Et istud bene apparuit in primo Angelo & in primo homine, qui ambo plus quā ceteri deliquerunt de quo Esa.43. Pater tuus primus peccauit. & 1. Macha.7. Contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus in prælio. Et ideo breuiter nota quod isti primi sunt hodie priores oībus multiplici ex cā, videlicet q̃a sunt gulosi voratores, crudeles exactores bonorũ turbatores, seculi dilectores, patrię grauatores. Quod sint gulosi voratores, patet Mar.6. vbi dr̃ φ Herodes facit cęnam magnā principib. & tribunis & primis galileæ. Item φ sint crudeles exactores, patet Hiere.50. vbi dñs loquens de populo suo dixit. Primus comedit eum rex assur, iste vltimus exossauit eum. Item φ sint bonorũ turbatores, patet actu.25. vbi dicitur quòd assurrexerunt primi iudæorum aduersus Paulum. Item φ sint seculi dilectores, patet. 1. Corint.15. Primus homo de terra terrenus. Item φ sint patriæ grauatores, patet Apoc.16. vbi dicitur φ primus angelus effudit phialam in terram, & factum est vulnus sæuum & pessimum. Et sic igitur patet φ quadruplex inuenitur prioritas, s. detestanda, affectanda, honoranda & admiranda &c. Sufficit.

Primum. Cum primum sit aduerbium temporis videtur quod in bono significato possit accipi & in malo. Breuiter igitur dico quòd primum & ante omnia ista sunt facienda quæ sequuntur, iuxta illud Lucæ. 21. Oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis, videlicet quia primum A

A criminibus sumus purgandi.	Dico ergo φ si volum⁹
In virtutibus sumus plantandi.	esse amici Dei, primum
In cęlestibus sumus locandi.	sumus purgandi à scele
Tempestatibus sumus pulsandi.	ribus, & sic dicit Matt.
Pijs actibus sumus dotandi.	7. Eijce primũ trabē de
Sanis moribus sumus probandi.	oculo. & Matt.13. Colli
Pacis legibus sumus arctandi.	gite primũ Zizania &c.
Verbis pluribus sumis firmandi.	Item primũ sumus plan

tandi in virtutib. Vnde de bona arbore dicitur Iob.14. φ ad odorē aquæ germinabit, & faciet comam quasi cũ primum plantatũ est. Itē primũ sumus locandi in cęlestib. per desiderium & affectum. vnde Lu.12. & Matt.6. Primum quęrite regnũ Dei. Item primũ sumus pulsandi tempestatib. seu duris ictibus. s. tribulationum. Vnde ēt de Christo fuit dictum Lu. 17. φ primũ oportet illũ pati multa & reprobari. Itē primũ sumus dotandi pijs actibus. i. operib. pietatis. Isti.n. primum sunt & ante oīa procurandi. vnde Helia dicebat mulieri sareptanæ. 3. Reg.17. Fac mihi primum subcinericium panē, tibi autem & filio tuo facies postea. Et ille ēt dicebat domino Luc. 9. Permitte m e primum ire & sepelire patrem meum. Dare.n. panem & sepelire mortuum, sunt opera pietatis. Itē primum sumus probandi sanis moribus, s. antequam promoueamur ad magna. vnde 1. Timo.3. dicitur. Probētur primum, & sic ministrent. Item primum sumus dotandi seu ēt arctandi pacis legibus, quia, s. ante omnia nos debemus quærere & procurare charitatem & pacem. Lucæ.10. In quancunque domum intraueritis, primũ dicite, pax huic domui,

& si ibi fuerit filius pacis, requiescet pax vestra super eum. & Deu. 20. dicitur sic. Si quã accesseris ad expugnandum ciuitatem offerres primum ei pacẽ. Itẽ primum sumus firmãdi verbis plurib. s. per bonam prædicationem & doctrinam. vnde Actu. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei &c. Ista possent dilatari, & multa alia addi, sed transeo. vide vbi Primus & Prior & Ante &c.

A **Primitiæ. Primitiua.** Nota quod primitiua & primitiæ erant certa portio fructuum & ciborum quæ in lege pcipiebãtur poni ad partem, & in vsus sacerdotum vel pauperum separari, Dicitur n. Nume. 5. ꝙ omnes primitiæ ad sacerdotẽ pertinent. & Deut. 18. Dabunt sacerdoti primitias frumenti vini & olei. De hostijs quæ immolabantur, dexter armus & primitiæ sacerdotib. debebãtur, Leui. 7. Armus quoque dexter cedit in primitias. & Neem. 10. dicitur. Primitias ciborũ &c. Igitur accedamus ad mores, & dicamus ꝙ per primitias q̃ de præcipua parte fructuum sacrificiorum dabãtur, possunt intelligi, s. primitiuæ.

Cogitationes. Delectationes. Operationes. Quia. s. quicquid primo facimus & habemus, quicquid boni sapimus & valemus, quicquid sancti dicimus aut studemus, totũ tenemur Deo offerre oĩa sibi attribuendo, & sacerdotes eius, hoc est dictu, ipsius Angelos exinde spiritualiter nutriendo & delectando. Nota ergo qđ est dare primitias corporales. primitias tpales, & primitias spũales. Primitiæ corporales sunt primitiæ vitæ & iuuentutis, quæ, s. Deo debent offerri inquantũ ab ipsa iuuenili ætate Dei debemus officio mancipari. Figurati in innocentib. qui antequã mundi malitia inquinarentur, Deo fuerũt per martiriũ dedicati. vnde Apo. 14. Hi empti sunt de terra primitię Deo & agno, hi sunt qui cum mulierib. non sunt coinquinati &c. In quibus verbis certe notatur ꝙ illi qui se in religiõne diuino seruitio volunt dedicare, debẽt pro certo à iuuenili ætate se dño primitias consecrare, & antequã carnis & B mundi fœdentur vitijs, se Dei vsib. mancipare. Exo. 13. Quicquid primitiuum est, consecrabis dño. ¶ Primitiæ tẽporales sunt primitiæ rerũ & facultatis, quia re vera de fructib. & ꝓuentibus nostris nos debemus portionẽ debitã separare, & Deo in ecclesiam partem offerre, partẽ vero pauperib. erogare. Deut. 12. Primitias nõ tardes offerre, & Prou. 3. Honora dñm de tua suba & de primitijs frugũ tuarũ da pauperib. & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt &c. Quia pro certo illi qui decimas & primitias fideliter & integre soluũt, bonis terreuis amplius exuberant & affluunt. Illi vero qui hmõi primitias & debita nõ soluũt sed subtrahunt, vt cõiter pauperes & sine sufficientia viuũt. Ad quod, s. facit illud. 2. Para. 31. Ex quo ceperunt offerri primitiæ, comedimus, saturati sumus, & remiserũt plurima, eo quod benedixerit dñus populo suo. Hæ sunt ergo primitiæ tpales &c. ¶ Primitiæ spũales sunt primitiæ cordis & voluntatis, & isti ꝓ certo sunt interiores cogitatus & affectiones, & ẽt mores operationes, nosq; toti & nr̃æ cõditiones, quę, s. oĩa debem⁹ Deo offerre, & nos sibi tanq̃ speciales, primitias immolare. 2. Thes. 2. Elegit vos Deus primitias in salutẽ. & Ro. 8. Nosipsi primitias salutis habẽtes, intra nos gemimus, adoptionẽ filiorũ Dei expectãtes. Sed re vera hodie quã plurimum põt dici illud Dan. 3. Non est inquit in tpe hoc princeps & propheta & dux, neq; holocaustũ, neq; sacrificiũ, neque incẽsum, neq; locus primitiarũ corã te. Quia re vera hodie deficiunt primitiæ bonæ affectionis, incensum orõnis, sacrificiũ spũs cõtribulati & contritionis, holocaustũ totũ cõbustũ feruentis dilectionis, dux & princeps iustitiæ & discretionis, & propheta sapiẽtiæ & cõtemplationis. Quia re uera iã vr̃ posse dici de multis qđ de Esau dr̃ Hebr. 12. s. quod ꝑ vnã escã ipse vendidit primitiua sua. Quia. s. ꝑ escã bonorũ terrenorũ multi vendũt primitiua virtutũ & meritorum, & perdunt ius primitiarũ. i. cœlestiũ præmiorum, ita vt talib. possit dici illud Mala. 3. In primitijs & penuria vos maledicti estis. Non sic boni & iusti, quia re uera ipsi offerunt Deo primitias bonorum operũ & virtutum, & etiã loco primitiarum ipsi offerunt semetipsos. vnde 1. Corint. 15. Primitiæ Christus, deinde hi qui sunt Christi. Vt sic ipsi finaliter possint esse de illis de quib. dr̃ Heb. 12. Accessisti inquit ad syon, montẽ & ciuitatem Dei viuentis, hierusalem, ecclesiam cœlestem primitiuorum, qui scripti sunt in cœlis. Sic igitur patet quomodo offerri debent Deo primitiæ, s. spirituales, temporales, & corporales &c.

Primogenitus Nota ꝙ primogenitus in scriptura sumitur trib. modis. Est. n. primogenitus Gloriosus, Virtuosus, Vitiosus. Primus est Dei filius primogenitus æternaliter. Secundus est homo sobrius primogenitus virtualiter. Tertius est diues impius primogenitus tpaliter. Prius est primogenitus in trinitate. Secũdus est primogenitus in bonitate. Tertius est primogenitus in prauitate. ¶ Primo igitur dico qđ est quędã primogenitura superior & ętemalis, & ista est illa qua Dei filius dr̃ primogenitus Dei patris, quantũ ad diuinitatẽ, & primogenitus virginis matris quantũ ad humanitatẽ. Et aduerte ꝙ primum põt dici duobus modis, quia q̃nque primũ dr̃ illud ante quod nihil pręcedit. Et sic iste dicitur primogenitus & à parte patris, & à parte matris. A parte dico patris, quia pater nullum habuit filium nisi istum, quia sicut dicitur Esai. 43. Ante me non est formatus Deus, & post me nõ erit, & in ps. Et ego primogenitũ ponã illũ, excelsum præ regib. terræ. A parte ẽt matris, quia. s. istum nullus pręcesserat, & ideo primogenitus põt dici. Vnde de virgine dr̃ Matt. 1. quod peperit filiũ suũ primogenitũ, & vocauit nomẽ eius Iesum. A parte ẽt ecclesię dr̃ primogenitus oĩum filiorũ Dei spũalium. Et ideo iste vocat Apostolos fratres suos, quia sicut dr̃ Ro. 8. Ipse est primogenitus in multis fratrib. Notandum ergo quod iste primogenitus est Venerandus, Admirandus Deplorandus, Honorandus. Venerandus dico ꝑꝑ nobilitatem ęternę generationis. De qua generatione dicitur Eccl. 24. & loquit ipse Dei filius, qui est sapientia patris, dicens. Ego ex ore altissimi prodij, primogenita ante oẽm creaturã. Admirandus ꝑꝑ nouitatẽ humanæ incarnationis. Et de hoc dr̃ Heb. 2. Introduxit primogenitũ in orbem terrarum. Deplorandus ꝑꝑ acerbitatem mortalis tribulationis. Et de hoc dicitur Zach. 12. Dolebunt super eum vt dolere solet in morte primogeniti. Iste est. n. primogenitus frater noster, quẽ pater voluit mortẽ subire pro peccatis nr̃orũ. Figuratus in rege Moab, qui filium suum vnigenitum, obtulit holocaustum super murum, sicut dicitur 4. Reg. 2. Honorandus propter auctoritatem supernæ dominationis, quia. s. iste est primogenitus frater noster, qui hæreditatem paradisi possidet pleno iure, de quo Apoc. 1. Primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. Ista est ergo primogenitura superior & æternalis. ¶ Secundo dico ꝙ est primogenitura inferior & virtualis. Et sic B quilibet vir iustus dicitur primogenitus, quia vt cõiter primogenitus diligitur plus à patre, vltimo vero genitus diligitur plus à matre. Sic vere pater noster Deus plus diligit primogenitos, i. iustos & bonos, mater vero, s. caro vel mundus, plus diligit vltimogenitos, i. malos Et ideo Deus de bonis & iustis filijs suis primogenitis põt dicere illud Gen. 49. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea. Et aduerte ꝙ illi qui sunt Deo primogeniti, scilicet viri iusti seu etiam ptælati, debent esse

Prudentiæ splendore dotati. Potentiæ honore ditati. Constantiæ vigore firmati. Isti. n. debent habere. s. splẽdoris lympitudinem, quia debent esse ruben, qui interpretatur vidẽs per mediũ. Honoris celsitudinẽ, quia dicuntur primogenitus. Vigoris firmitudinẽ, quia dicuntur fortitudo mea. Primogenitus. n. debet esse prudentior, nobilior, audacior. Sic isti debent esse in sensu prudentiores, quia ruben. In morib. nobiliores, quia primogeniti. In viribus potentiores, quia fortitudo. ¶ Dicamus ergo quod viri iusti seu pręlati debent esse in sensib. prudentiores, quia. s. debent esse ruben, i. videns per medium, quia. s. isti debẽt videre per medium cuiuslibet rei vel negocij, per subtilẽ meditationem, vel per medium, i. per ipsum cor nostrum quod est in medio, per ipsius considerationem & examinationẽ, similes lynci, q̃ vltra medium parietem solet videre. Primogenitus. n. de sui natura debet esse prudentior, quia & magis antiquus, & quia curis amplioribus oneratus. Sicut. n. dicitur Iob. 12. In antiquis est sapientia. Et teste sapiente. Proue 9. Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Et ideo ad istos primogenitos pertinet ꝙ sint sapientiores, vt. s. hæreditatem ecclesiæ possint melius regere, & domum domini gubernare & æterna & quęcunque ad salutem

lutem pertinẽt,ſubtilius diſcernere & videre. Ruben inqt,i. videns per medium.Deut.33.Viuat ruben,& non moriatur. Vt de tali primogenito dicatur illud Exo. 4. Primogenitus

C meus Iſrael.Iſrael interpretatur videns Deum.Patet ergo ꝙ iſti dñt eſſe ĩ ſenſu diſcretiores.Rubẽ inqt.¶Deinde dico ꝙ iſti debent eſſe in morib.nobiliores,quod ẽt notatur in verbo primogenitus.Primogenitus.n.reputatur magis nobilis alijs.& merito,quia magis eſt immediate propinquus paternæ nobilitati,ſuccedit ẽt in nobiliorib.feudis in aliquib.terris.Sic iſti in morib.debent eſſe nobiliores, cum ſm rei veritatẽ Deo patri ſint & gradu & ſtatu propinquiores,& ipſius in nobiliorib.feudis,i. in bonis eccleſiaſticis & ĩ diuinis ſcripturis,& finaliter in perpetuis bonis & donis ſint ſpecialiſſimi ſucceſſores.Vt ſic quilibet talis poſſit dicere Deo illud ꝙ Iacob volens reportare benedictionẽ dixit Iſaac patri ſuo Ge.27.Ego ſum primogenitus tuus Eſau.Aduerte tñ hic ꝙ (ſicut dicitur Gen.25.)Eſau qui erat primogenitus Iſaac,& qui per conſequens ſibi principaliter debebat ſuccedere, & terrã promiſſionis iure hæreditario poſſidere,ius primogenituræ ſuæ amiſit,& frater ſecũdogenitus,primogenitus eſt putatus ipſe vero de hæreditate terræ promiſſionis nil penitus reportauit. Sic vere cũ Deꝰ habeat duo genera filiorũ,ſ. primogenitos & ſecundogenitus, hoc eſt dictu,eccleſiaſticos & ſeculares,ita ꝙ iſti primogenit. debeãt ſibi in hereditate terræ promiſſionis,i.in nobis æternæ gloriæ principaliter ſuccedere,ſic tñ fit hodie ꝙ tales primogeniti ita ſe regũt ꝙ ius primogenituræ ſuæ ſecundogenitis,i.ſimplicib.ſecularibus dimittunt, ipſi vero primogenita ſua vendũt totaliter atque perdunt.Et ſic fit ꝙ illi qui erãt in iure ſucceſſionis poſteriores,ſunt hodie primogeniti & priores. Iſti vero q̃ principaliter ſuccedere debuerunt,ius ſuccedẽdi pp eorum demerita amiſerũt.& ſic fiunt primi nouiſſimi,& nouiſſimi primi.Iuxta illud Aug.dicentis quod ſimplices & idiotæ rapiũt cœlos & nos cum literis noſtris mergimur in profundum. Quia ſicut dicitur ad Heb.12. Eſau propter vnam eſcã vendidit primogenita ſua.Non ſic chariſſimi, ſed ſimus veri primogeniti,ſic.ſ.ꝙ ſimus in morib.nobiliores.¶Denique dico ꝙ illi qui volunt eſſe veri Dei primogeniti, debent eſſe in viribus conſtantiores,quod oſtenditur cum dr̃. Tu fortitudo mea. Sicut.n.primogenitus qui in hereditate habet ſuccedere,debet eſſe fortis & ſtrenuus vt iura hæreditatis melius valeat defenſare,ſic viri eccleſiaſtici & prælati debent eſſe conſtantes & fortes, vt ad defenſionem hæreditatis eccleſiæ ſint potentes.Iuxta illud Luc.11. & Mat.12. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum,in pace ſunt oĩa quę poſſidet.Vt & de quolibet tali dicatur illud Deu.33.Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius & quaſi cornua rhinocerontis cornua illiꝰ. Compara ſi vis conſtantiam prælatorum eccleſiaſticorum & fortitudinem fortium audaciæ rhinocerontis &c. Sed ꝓ certo de multis videtur hodie impletũ illud Exo.13.Primogenitum aſini mutabis oue.Quia vere multi qui debent eſſe ſicut primogeniti aſinorum,hoc eſt dictu,fortes,conſtantes & laborioſi,ipſi tñ mutantur in oues, quia ſunt fragiles,debiles & defectuoſi.Et ſic poteſt dici illud pſal.ꝙ diabolus ꝑcuſſit primogenita ægypti.percuſſit dico,i.mutauit, ab homine vſque ad pecus,i.de hominibus facit pecudes, de fortibus fecit debiles,de audacibus fecit imbecilles,& de aſinis fecit oues. Non ſic igitur chariſſimi, ſed ſimus veri primogeniti Dei,ſcilicet

Conſtantiores in viribus.
Nobiliores in moribus.
Prudentiores in ſenſibus.

¶Et ſic erimus de illis primogenitis quos deus ſibi ſpecialiter dedicauit,& quos Deus ad ſuum ſacrificiũ conſecrauit & ordinauit,dicens Num.3. Meum eſt omne primogeni

D tum. Et ſic patet quod eſt quædã primogenitura inferior & virtualis.Et hoc eſt ſm principale. ¶Tertio principaliter dico ꝙ eſt quædam primogenitura exterior & temporalis. Et ſic dico ꝙ diabolus dicitur primogenitus.Iſtum.n.Deus primo genuit & creauit,quia ſic dicitur Iob.60. Ipſe eſt principium viarum Dei.Iſte eſt.n.ille frater noſter primogenitus, de quo dicitur Iob 1.quòd dum filij Iob comederent & biberẽt in domo fratris ſui primogeniti, irruit ventus validus à regione deſerti,qui domum ſubuertit,& filios Iob occidit. In quo notatur ꝙ illi qui in domo diaboli, hoc eſt dictu, in mundi delicijs & conuiuijs,proſperitatib. & conſolationib. ſatiantur,dum nõ aduertunt,ventus mortis irruit ſuper eos, & ipſos temporaliter & ſpiritualiter & etiã æternaliter deſtruit & occidit. Iſte eſt aman primogenitus regis Dauid,q̃ fuit nequiſſimus, qui thamar ſororem ſuam,i. animam per peccatũ corrupit,quapropter ab Abſalone,i. à Chriſto fuit poſtmodum occiſus,ſicut dr̃.2.Reg.13. Item quilibet diues peccator põt dici primogenitus,quia.ſ.ſicut canicula & porca primogenitis porrigunt primas mamillas,ipſoſque ad cubile primos reportant, ipſiſq; vberiorem lactis abundantiã adminiſtrant,ſic mundus primogenitis ſuis,ſ.diuitib.& potẽtibus ſolet pinguiora beneficia porrigere,& lactis mundanę proſperitatis vberiorẽ abundantiã diſtillare.Gen.48.Hic eſt primogenitus,pone dexteram tuam ſuper eum. Dextera.n. mundi proſperitatem deſignat.Sed ſicut dicitur Ge.38.Fuit primogenitus Iudæ nequam corã dño,& percuſſit eum ſup̱ demerita ſua.Sic quia tales primogeniti ſuper ceteris vt cõiter ſunt nequiores,ideo a deo percutiunẽ,& inferni miſerijs condemnantur.Figurati in primogenitis Aegyptiorũ,quos vna nocte deus legitur percuſſiſſe,& per malos Angelos occidiſſe.Exo.11.Vnde in pſal.Percuſſit omne primogenitũ in terra Aegypti, primitias oĩs laboris eorum in tabernaculis cham. Et ſic igitur patet quomodo triplex eſt primogenitura,videlicet Mala & vitioſa.Bona & virtuoſa.Summa & glorioſa &c.vide ſupra de Primo.

Princeps.

Nota ꝙ princeps dr̃ quaſi primũ caput, A vel princeps dr̃ quaſi primo incipiẽs,vel princeps dicitur quaſi primo capiens.Et ſic dico ꝙ generaliter princeps ſignificant illos qui in altis dignitatib. ſunt conſtituti,& qui alijs dominanẽ & principantur.Iſti.n.ſunt aliorum prima & principalia capita per iuriſdictionem.Et nota ꝙ principes primo debẽt incipere opera bona,per boni exẽpli exhibitionem.Primo debent capere & apprehendere cęli munera per cœleſtis gloriæ acquiſitionem.Et de hoc.1.Para.11.Qui percuſſerit iebuzeũ,primus erit princeps & dux. ¶Notemus ergo quod in ſcriptura fit mentio de principibus bonis & malis, de principatibus eorundem. Inuenitur enim principatus

Inſuperabilis.
Innumerabilis.
Recommendabilis.
Reprehenſibilis.
Formidabilis.

¶Primus eſt principatus dñi dominorum.Secũdus eſt principatus cohortis Angelorum. Tertius eſt principatus bonorum prælatorum.Quartus eſt principatus malorũ tyrannorum.Quintus eſt principatus demoniorũ malignorũ. ¶Primo ergo dico ꝙ eſt principatus inſuperabilis,& iſte eſt principatus Chriſti,qui princeps dr̃ regũ terræ.Apoc.1.Iſtũ.n.ſicut dicitur in pſal. Conſtituit Deus pater dominum domus ſuę,& principem omnis poſſeſſionis ſuæ, Iſte.n.in exercitu eccleſiæ cõtra diabolum dimicauit princeps & dux.Primus.n.cõtra diabolum dimicauit,primus ipſum cepit & ſuperauit,primus pro eccleſia ſe morti oppoſuit,& primus ipſam de mortis periculo liberauit,& primus pacem eccleſiæ reformauit.& ideo de ipſo dicitur Eſa.9.Factus eſt principatus ſuper humerum eius,& vocabitur nomen eius,admirabilis cõſiliarius,Deus fortis,pater futuri ſeculi,princeps pacis.Iſte aũt eſt ille princeps qui dicitur ſediſſe in porta clauſa.i.in vtero virginali,de qua Eze.44. Hæc porta erit clauſa principi princeps ipſe ſedebit in ea. Iſte eſt igitur principatus inſuperabilis. ¶Secũdo dico ꝙ eſt principatus innumerabilis,& iſte eſt principatus angelicus, quia.ſ.angeli dicuntur principes. Sicut.n.rex habet principes ſuos per quos ſolet regnum regere,per quos ſolet hoſtes lędere, per quos ſolet iura reddere, & per quos ſolet iuſtitiam facere.ſic Deus in regno vniuerſi habet ſuos principes qui immediate ei ſubſunt,angelos,qui ſunt ſicut lictores circa regẽ,parati ad ſua beneplacita exequenda. Et ideo per iſtos mundus regitur, Dei iudicia exequuntur, hoſtes,ſ.demones, ne plus debito noceant reprimuntur,mali puniuntur, boni promouentur, & caſus fortunæ ſiue aduerſi ſiue proſperi per eos perficiuntur & complentur. Et de iſtis dicitur in pſa.Princeps populorum congregati ſunt cum Deo Abrahã.Et bene dicit populorum, quia ſicut reges habẽt diuerſos principes q̃ diſtinctis populis in regionib. principantur, ſic in diuerſis regnis & regionib.diuerſos Angelos poſuit principes & rectores, quia ſicut dicũt ſancti,& fides tenet,ſingulis perſonis ſinguli

angeli

angeli deputantur,& iterũ ſingulis regioib. in terris ſingulis ſunt angeli deputati & principes ordinati iuxta illud Eccle. 17. In vnam quamque gentem præpoſuit rectorẽ. Et hoc bene innuitur Dan. 10. vbi Angel⁹ Gabriel dixit Danieli de Angelo principe regni perſarum. Princeps regni perſarũ reſtitit mihi viginti & vno diebus,& ecce Michael vnus de principibus primus venit in adiutoriũ meũ Dan. 12. ẽt dr̃. Danieli. Conſurgit Michael princeps &c. Et Ioſuæ. 5. ẽt vnus angelus cũ diceretur ſibi, noſter es an aduerſariorũ? rñdit, nequaquã, ſed ſum princeps exercitus dñi. Iſte eſt igitur principatus innumerabilis. ¶ Tertio dico quod eſt principatus valde laudabilis. Et iſte eſt principatus bonorũ prælatorũ, pdicatorum,& iuſtorũ. Iſti. n. dicũtur principes ſpũales, quia. ſ. iſti ſunt qui ſub rege regũ principaliter militãtes, alijs ſpũaliter principantur. Et ideo de bonis principib. & prælatis põt exponi illud 2. Reg. 23. Dauid ſedẽs in cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres. In quibus verbis oſtenduntur quaſi oẽs conditiones quas debent habere boni principes & prælati. debent. n. habere fortem ſtabilitatẽ, ne ſuperentur, quia debẽt eſſe dauid, i. manu fortis. Cordis tranquillitatẽ ne perturbentur, quia debent eſſe ſedens, i. tranquillus. Status auctoritatẽ vt formidentur, quia debent eſſe in cathedra. i. in eminẽtia ſtatus. Status ſubtilitatẽ ne fraudent, quia ſapientiſſimus. Mentis ſtrenuitatẽ vt imitentur, quia princeps. i. primo incipiens. Bonã ſocietatẽ vt conſolentur, quia debent eſſe inter tres, i. non ſolus. ¶ Iſtæ. n. ſunt ſex generales cõditiones quas debẽt habere principes & prælati. Quia pro certo iſti debẽt eſſe potentes ad propugnandum, quod oſtenditur cum dr̃ Dauid, qui interpretatur manu fortis, quia. ſ. ad principẽ populi pertinet ꝙ ſit alijs fortior & ſtabilior, vt. ſ. contra aduerſarios & impios & ſpirituales & temporales præualeat, ne ab eis ſuperetur, ſed vt magis eis in manu potenti & extẽto brachio dominetur,& vt ipſis mediãte iuſtitia principetur, iuxta illud. 1. Mac. 2. c. Iudas Machabæus fortis virib. à iuuentute ſua ſit vobis princeps. Dauid ergo manu fortis. vnde Eze. 34. Seruus meus Dauid in medio princeps eorum. Caput. n. plus habet de oſſibus q̃ quodcunque aliud membrũ. Murena etiã caput habet quaſi immortale, percuſſa. n. in capite, vix cum baculo occiditur, in cauda vero virga modica faciliter enecatur. Leo. n. qui eſt caput & princeps animaliũ, ceteris eſt fortior. Et aries qui eſt dux gregis, ceteris omnib. eſt potentior. Sic procul dubio chariſſimi, principes,& prælati qui ſunt duces, principes, & capita & capitanei aliorũ, debent eſſe magis oſſei atq; fortes, & ad reſiſtendum malis hominibus & inimicis temporalib. & ſpiritualib. magis conſtantes, ſolidi & potentes. Dauid inquit. 1. Reg. 13. Conuenerunt ad Dauid,& factus eſt, eorum princeps. Iſtud tamẽ hodie eſt contra multos principes & eccleſiaſticos & mundanos, qui. ſ. nihil habent fortitudinis, nec ſpũalis, nec corporalis, nec tpalis. Et ideo inimicis aię, hoſtib. fidei & eccleſiæ aduerſarijs, ſubditorum & patriæ inuaſorib. vt deberent nõ obuiant nec reſiſtunt, ſed eis potius cedunt & ſuccumbunt. De iſtis ergo dr̃ Eſa. 3. Dabo pueros principes eorum,& effeminati dominabuntur eis. Non ſic chariſſimi, ſed ſint iſti principes ad propugnãdum. Dauid inquit. Vide ſupra de Dauid ſi vis. ¶ Deinde dico ꝙ iſti debent eſſe modeſti ad expectandum, quòd oſtenditur cum dr̃. Sedens. Sedere. n. tranquillitatem animi & quietem mentis deſignat, quod ſumme pertinet ad principem vel prælatum. Quia procul dubio iſte non debet eſſe mobilis, nec currens, ſed potius tranquillus, modeſtus, deliberans, patiens,& expectans. Nõ. n. debet ſtatim ad iracundiam prorumpere, nec præcipitanter aliquid facere, nec indeliberate aliquid credere vel audire, ſed ſolum in tranquillitate animi debet ſedere, & in virtute patientiæ & modeſtiæ reſidere. Sedens inquit. Apoc. 4. ca. Ecce in cęlo ſedes poſita erat,& ſuper ſedem ſedens. Et 4. Reg. 9. Ecce principes exercitus ſedebant. Quod eſt contra multos qui valde ſunt pręcipites & motiui in tantum quòd vel adulationib. citius mouentur & liniuntur, aut detractionib. faciliter cõmouentur, aut iniurijs ad vindictam indeliberate vltra, quam deceat excitantur. Caput. n. inter cetera membra valde eſt mobile, & valde ad diuerſas partes mutabile & vertibile, Sic malus princeps, capitaneus vel prælatus ſolet vltra quã debeat pręcipitanter ſe mouere. Et de hoc dicitur Prouerb. 28. Leo rugiens & vrſus eſuriens princeps impius. Non ſic ergo, ſed ſint modeſti ad expectandum. Sedens inquit. ¶ Denique dico ꝙ oportet ꝙ ſint ſublimes ad imperandũ. In cathedra inquit. Ad principem. n. pertinet quod nõ exhibeat ſe nimis humilẽ neque vilem, ne forte à ſubditis contemnatur, quia. ſ. nimia familiaritas parit contemptum. Cõtẽptus. n. principis vel prælati dat ſubditis audaciam delinquendi. Aquila. n. & leo ſolent alijs animalib. inferre quendam timorem & terrorem. Sunt etiã animalia quodammodo ſolitaria, gregem & communitatem fugientia. Ad denotãdum quod illi qui ſunt reges, principes & prælati, non debent eſſe ſubditis nimis ſociales ſeu familiares, ſed magis ſolitarij & aliqualiter ſingulares. Ex hoc. n. ſubditi magis timent & reuerẽtur,& à malis operib. retardantur. Vnde. Hiere. 30. Princeps de medio eorum producetur. q. d. Princeps non debet eſſe inter alios, ſed ſuper alios, quod oſtenditur cum dr̃. In cathedra. Cathedra. n. locus eſt ſuperioritatis, auctoritatis & ſingularitatis. Vnde ſcribitur Ezec. 28. In cathedra Dei ſedi,& in corde maris. Sint igitur ſublimes ad imperandum. Cathedra inquit. Aduerte tamen quod cathedra non ſolum ſignificat ſtatus ſublimitatem, imo etiam deſignat iuſtitiæ & iudicij æquitatem, quę ſummè pertinent ad principes, iudices & prælatos, iuxta illud Eccl. 7. Noli quęrere ab homine ducatum, nec à rege cathedrã honoris. Noli quęrere fieri iudex, niſi poſſis virtute irrumpere omnẽ iniquitatem. Quod vtiq; eſt hodie contra multos, qui pro certo non ſedent in cathedra iuſtitiæ, ſed peſtilentiæ, non in cathedra honoris, ſed furoris, non in cathedra ęquitatis, ſed rapinæ & iniqtatis. Ezechi. 22. Principes eius in medio eius quaſi lupi rapientes pdam. Non ſic ergo, ſed ſint ſublimes ad imperandũ, ſeu ẽt iuſti ad iudicandũ ſeu ad gubernandũ. Cathedra inquit. ¶ Inſuper dico quod oportet quod iſti ſint ſagaces ad meditandũ. Sapientiſſimus inquit. Sapiẽtia. n. & prudentia talib. ſummẽ eſt neceſſaria,& pro ſe & pro patria,& pro ſubditis & pro re publica gubernãdis, iuxta illud Eſa. 42. Non vocabitur vltra is qui inſipiẽs eſt, princeps. Res. n. quæ alijs ſunt prælatę ſunt vt cõiter clariores. Patet in ſole & ſtellis, q̃ cunctis generabilib. præferuntur. Patet in aquila regina auium, q̃ viſu lympidiſſimo ſolem intueri dr̃. Et patet de leone rege aialium, qui apertis oculis dormire & requieſcere cõprobatur. Sic vere illi qui aliorũ ſunt reges principes & prælati, debẽt claritate & lumine ſciẽtiæ præ ceteris illuſtrari. Subtiliter. n. debẽt in negocijs videre, & quamuis in mundi proſperitate dormiant, ſemper tñ debent oculos cordis per diſcretionẽ apertos habere,& vbi homines nõ ſperãt ſemper debẽt in arduis cogitare. Can. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Eſai. 32. Princeps vero ea quæ digna ſunt principe cogitabit. Sapientiſſimus inquit. Eccl. 9. In manu artificis opera laudabuntur, ſic & principes populi in ſapientia ſermonis ſui. Igitur ſint prudentes ſeu ſagaces ad gubernandũ. ¶ Iterum dico quòd iſti debent ad inchoandum,& hoc oſtenditur cum dr̃ princeps, i. primo incipiens, quia. ſ. tales debẽnt primo incipere bona opera & difficilia, vt ſint alijs in exemplum. Grues. n. ſolent inter ſe ducẽ eligere, qui primo ſolet de terra ſurgere, primus ante alias incedere,& viæ ducatum primus alijs demonſtrare. Sic pro certo ad iuſtos duces & principes mundi & eccleſiæ pertinet quod primi de terra, i. de corpore pigritiæ ſurgant. Primi per volatum bonorum operum in hoſtes animę, patriæ & eccleſiæ proſiliant,& primi ducatum vię ad paradiſum alijs præoſtẽdant. Dan. 10. Ecce Michael vnus de principibus primis. Figurati in Iuda, de quo dr̃. 1. Mach. 16. quod primus transfretauit fluuium ad aduerſarios expugnãdos,& alij poſt ipſum. 1. Paral. 11. cap. Qui percuſſerit iebuzeum primus, erit princeps & dux. Debent ergo eſſe audaces ad inchoandum. Princeps inquit. ¶ Rurſum dico ꝙ iſti debent eſſe aſſociati ad conſultandum, quod oſtenditur cũ dr̃. Inter tres, quia. ſ. ad prælatum & ad principem pertinet ꝙ ſit bene aſſociatus,& quod credat conſilio ſapientũ. Act. 5. Princeps ſacerdotum & qui cum eo erant, conuocauerũt conſilium. Non. n. debet proprio capiti credere, nec ſoli opinioni aſſentire, nec in ſuo ſenſu plus debito abũdare, ſed potius debet intereſſe, i. inter bonos conſiliatores, fideles & iuſtos, trinitatis & fidei profeſſores debet perſonaliter reſidere. Quia ſicut dicit Chriſtus Matt. 18. Vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum. Quod eſt cõtra multos, qui ita ſunt fatui & obſtinati, quòd nulli

nulli volũt credere nisi sibi,nolunt secum habere bonos cõsultores,sed potius viros impios & raptores,Esa.j.Principes tui infideles,socij furum,omnes diligunt munera &c.Nõ sic ergo,sed sicut visum est habeant p̄lati & principes Discretã societatẽ.Audacem strenuitatẽ. Sagacẽ subtilitatem.Excelsam auctoritatem.Tranquillam maturitatem. Constantem stabilitatem.Et ista de bono principe sufficiant.Iste est ergo

F principatus valde laudabilis.¶Quartò principaliter dico ꝙ est quidam principatus valde damnabilis, & iste est principatus crudelium tyrannorum,& vt communiter modernorum secularium dominorum,& quod peius est, multorum iniquorum ecclesiæ prælatorum. ¶Vnde nota quòd isti sunt vt communiter

Carnis delitijs impinguati.
Duris sæuitijs effrenati.
Vanis lætitijs occupati.
Blandis eloquijs delectati.
Malis familijs conuallati.
Malis consilijs gubernati.
mortis supplicijs reseruati.
Verbi blanditijs oblectati.

¶ Dicamus igitur ꝙ mũdi principes carnis delicijs impinguãtur.Magis.n.vacant delicijs quã prælijs,plus gaudent de potibus q̃ de ensibus,plus delectantur in conuiuijs q̃ in bellorũ exercitijs.Et de hoc Eccl.10.Ve terræ cuius rex puer est,& cuius principes mane comedunt.Isti duris sæuitijs effrenantur.Isti .n.præ ceteris hominibus sunt crudeles,magis præcipites ad vindictam & etiam ad rapinam,similes draconi, qui elephãtem naturaliter persequitur & odit, & contra eum præliat, vt ardor sui pectoris ipsius sanguine frigido & melancholico temperetur.Sic vere dracones.i.tyranni principes, naturaliter habent odio elephantes,i.simplices subditos & innocentes,& ideo vt ardor rapinæ & auaritiæ suæ possit eorum sanguine.i.temporali substantia saturari vel satiari, non cessant contra ipsos cõtrouersijs & exactionib.præliari, & eos quantum possunt,prædicto sanguine pauperare,vt sic dicãt pauperes illud psalmus. Principes persecuti sunt me gratis. veruntamen sicut draco bibens sanguinẽ elephantis,& compellens ipsum deficere & cadere solet quandoque sub ipso inuolui & suffocari, & sic cum moriente pariter solet mori, sic procul dubio principes tyranni dum elephantes,i.subditos, sanguine bonorum temporalium euacuant per rapinã, ipsosque ad terram,i.inferius ad statum paupertatis compellunt cadere & venire,constat ꝙ in hoc ipsi prosternunt & deijciunt semetipsos,quia.s. paupertas subditorum est paupertas principis, & econuerso diuitiæ subditorum sunt diuitiæ dominorum.Princeps.n. vt communiter nunquam põt esse diues si subditi sunt pauperes,quinimo dum subditi pauperescunt,principes necessario rugiunt & famescunt. Et ideo dr̃ prouer.20.Leo rugiens & vrsus esuriens princeps impius super populum pauperem. Sic ergo dico ꝙ isti sunt magnis seuitijs inflammati.Item dico ꝙ isti sunt vanis lætitijs occupati.Principes.n.moderni non curant nisi de lætitijs & consolationib.huius mundi. Volunt.n.habere cantores,cãtatrices,ioculatores & ioculatrices.In bonis volunt ducere dies suos,& in puncto ad inferos peruenire. Ideo de istis dicitur in psal.Præuenerunt principes coiuncti psallentib.in medio iuuencularum tympanistriarum. Item isti sunt blandis eloquijs delectati.Isti.n.hodie nõ diligunt nisi adulatores,nolunt.n.habere aliquem correctorẽ,sed magis amant quẽcũqua verbosum adulatorem & deceptorem.Vnde Heste.16. Aures principum sunt simplices.Et ideo dr̃ de adulatoribus Oseæ.7.In malitia sua lætificauerunt regem,& in mendacijs suis principem.Itẽ isti sunt malis familijs conuallati.Nõ curant.n.hodie principes habere in familia sua nisi illos qui sine conscientia emendas exigunt, & qui extortiones in subditos facere sciũt.Aranea.n.multos pedes habet diuersos & inæquales,quibus mediantib.fila nectit,quibus muscas inuoluit & capit,& sic earum sanguinem euacuat atque bibit.Sic vere aranea,i.venenosus & malus princeps,multos habet pedes,i.multos familiares & sequaces diuersos, & in diuersis officijs consistentes. istis aũt mediantib. muscas,i.pauperes deprædatur,& earum sanguine satiatur. De hoc dr̃ Prouer. 29.Princeps qui libenter audit verba mendacij,omnes ministros habebit impios.Item dico ꝙ isti sunt malis consilijs gubernati. Isti.n.hodie non credunt consilijs bonorum sed malorum,s. fallacium aduocatorum & suorũ crudelium balliuorum.oĩa.n.consilia eorum sunt ad extortionem pecuniarum,& ad grauamina subditorũ.Et ideo dr̃ in psal.Dñs dissipat cõsilia principium, reprobat aũt cogitationes populorum.Item dico ꝙ isti sunt mortis supplicijs reseruati,quia,s. tales qui non cessant alios lædere & grauare, necesse habebunt mortis æternę supplicium sustinere.Isti.n,qui dati sunt subditis in exemplum & tñ ꝑ ꝑ sua mala exempla sunt alijs cã ruinæ,debent merito pęnas præ ceteris sustinere.Ideo de principibus qui dederant malum exemplum alijs. dr̃ Num. 25.Tolle cunctos principes populi,& suspende eos cõtra solem in patibulis.Et ideo in psal.dr̃ ꝙ effusa est contentio super principes,& errare fecit eos in inuio,& non in via.Istud potissime fiet post mortem, qñ ponentur principes nr̃i sicut oreb & zeb & zabee & salmana,qui.s.fuerunt principes qui Dei populum vexauerunt, & ideo mortis supplicium subierunt psal. Conturbati sunt principes edom,robustos moab obtinuit pauor.Et sic igitur patet qũo est quidã principatus valde damnabilis &c.¶Quintò principaliter dico ꝙ est quidã principatus valde terribilis,& iste est principatus demonum, qui modo in mundo & in mundanis, in inferno ẽt & damnatis principari dicũtur.Io.14. Venit.n.princeps huius mundi,& in me non habet quicquã.Et Ioã. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Principatus tñ diaboli non durabit nisi vsque ad iudicium,sicut vr̃ velle apostolus.1. Cor. 15.cap.vbi dicit ꝙ tunc euacuabit omnem principatũ. Qđ exponentes sancti dicunt ꝙ principatus demonum quẽ habent super animas,cessabit in iudicio, quia tunc ipsi demones cum animabus damnatis igne perpetuo cremabuntur. Esai. 22. Cuncti principes tui fugerunt simul durèque ligati sunt.Sic igitur potest apparere quòd inuenitur principatus quintuplex.s.Terribilis. Dammabilis Laudabilis,Innumerabilis,& insuperabilis.Et hæc sufficiunt de principatu. Vide in alijs titulis, vbi in locis infinitis inuenies de principibus & prælatis. G

Principium.

A Nota cũ principia sint illæ partes rerũ & dictionũ à quibus fines & conclusiones,necnon effectus & opiniones producuntur,valde debent cauere homo quod principiũ eligit & intendit, vel à quo principio incipit vel procedit. Ex bonis.n.principijs bonæ conclusiones sequuntur.Et ex bonis causis boni effectus producuntur. Ex malis vero causis & principijs mali sequuntur fines & decisiones. Igitur quicquid facimus,incipiamus à bono principio. ¶Nota ergo quòd inuenitur triplex bonum principium,& triplex malum, Bonum.n.est .s.Principium

Aeternum,		Dei bonitatem & conditionẽ
Internum,	quod signat	Cordis puritatẽ & intentionẽ.
Externum,		Vitæ bonitatẽ & perfectionẽ.

¶Primum est principium creatiuum, quia producit naturã & rerum veritates.Secundum est principium inceptiuũ, q̃ incipit gratiã & operum bonitates. Tertium est principium effectiuum,quia inducit gloriã cœli & oẽm fœlicitatẽ.¶ Dico ergo ꝙ est principium æternum omnium productiuum. Et istud principium est Deus,in quo & à quo,per quẽ,& ad quẽ sunt oĩa.Et ideo ipsemet dicit.Apo.1.Ego sum alpha & omega,principiũ & finis.Iste ẽ.n.principiũ rerũ,q̃a in principio creauit Deus cœlũ & terrã. Gen.1.Iste debet etiã esse principiũ nostrorũ actuũ.Io.8.Ego principiũ,qui & loquor vobis. Qui.n.in actib.suis non habet Deum pro principio, nunquã põt ad finẽ debitũ peruenire.Et ideo dr̃ Apo.3.Hęc dicit amen,qui est principiũ creaturæ Dei. Itẽ est principiũ internum operum inceptiuum vel directiuũ,& istud est principium bonę intentionis,quia.s.bona intẽtio debet esse principium actuum & operum humanorum. Sicut.n.principiata oĩa sapiunt naturam sui principij,sic oĩa opera sapiunt naturam suæ intentionis à qua producuntur.Iob.28.Habet argentum venarum suarum principia. Et de isto consulitur. Exo.12.Mensis iste vobis principium mensium, erit primus in mensibus anni. Itẽ est principiũ externum gloriæ inductiuum, & istud est principium bonæ vitæ, à quo.s.producitur & sequitur conclusio gloriæ paradisi. Quia sicut dr̃ Gene.2. Plantauit dominus Deus paradisum voluptatis à principio, supple bonæ vitæ in præsenti,ad quod sequitur in futuro plãtatio paradisi. Et sic inuenitur principium bonum. ¶Sed adhuc dico quod inuenitur principium malum. Et sic dico ꝙ B

quidam

quidam incipiunt à principio, scilicet
Carnis infectionis.
Hostilis suggestionis.
Mundanæ possessionis.
Iniquæ defectionis.
¶ Quidam ergo incipiūt à carnis infectione, & isti sunt illi quibus caro & sanguis reuelat omnia quæcunq; agunt. Numeri. 24. Principium gentiū Amalech, cuius extrema perdētur. Amalech. n. lambens sanguinem interpretatur, & signat carnem, quæ in sanguinibus delectatur. Item quidam incipiūt ab hostis inspiratione. Et de hoc dr̄ Gen. 10. Fuit principium regni eius Babylon. i. diabolus. Item quidam incipiunt à mundana prosperitate. Et de hoc Prouerb. 20. Hæreditas ad quā festinat in principio, in nouissimo benedictione carebit. Itē alij incipiūt à peccati peruersitate. Esa. 63. Facti sumus sicut in principio qn̄ non dominareris nr̄i. Et sic patet qd' est quadruplex malū principiū, & triplex bonū. Multa possent exēpla applicari de principio, & maximè de illis quorū principijs finis non concordat, sicut sunt hypocritæ, falsi amici, diuites &c. sed in suis titulis dictum est. Et similiter de illis q̄ in principio sunt mali, & in fine boni, vide supra de Conuersione, & similiter de illis qui non respiciunt suum originale principium, s. carnis vel generis vilitatem &c. Omisi. n. ista omnia, quia paucæ sunt authoritates.

A **Prior. Prius.** Cum prior sit ille qui alios præcedit ætate, ordine, vel virtute, possumus dicere ꝙ sicut prius in titulo de Primus visum est, multiplex est prioritas, videlicet.

Admirabilis.	Nam priora Dei opera debent admirarī.
Honorabilis.	Iusti onera debent venerari.
Detestabilis.	Nostra scelera debent detestari.
Reparabilis.	Mentis vulnera debent reparari.
Non amabilis.	Rerum munera debent non amari.
Supportabilis.	Mundi pondera debent supportari.
Imitabilis.	Sancta funera debent imitari.

¶ Dicam ergo ꝙ est prioritas Dei, quæ est admirāda, sed de hoc dic sicut supra, vbi primus, Paragropho primo. Hoc solum dico ꝙ Deus prius, s. ante incarnationē nobis erat ignotus, postea tñ factus est mirabiliter nobis not⁹. vnde optimè potuit figurari 2 Macha. 1. vbi dicitur ꝙ tempus affuit ꝙ sol refulsit qui prius erat in nubilo, & accēsus est ignis magnus, ita vt oēs mirarentur. Sol. n. iste Dei filius, prius. s. ante incarnationē nobis latebat in nubilo, inquantum visibiliter non erat notus, finaliter, tñ nobis splēduit & refulsit, qn̄ in carne visibiliter fuit natus. Ista ē ergo prioritas Dei, hoc est dictu, ipsius excellens, dignitas & maiestas, quæ. s. est admiranda. Habuit. n. vnum prius dominationis, hoc est dictu, diuinæ conditionis, vnum prius incarnationis, vnum prius passionis, vnum prius resurrectionis, vnum prius ascensionis. De ipsius priori & æterna diuina conditione dicitur Io. 1. Qui post me venit, ante me factus est, quia prior me erat. De incarnatione dicitur Luc. 2. quòd Symeon responsum acceperat non visurum se mortem, nisi prius videret Christum dominum, s. in carne. De passione dicitur 1. Corinth. 15. Non viuificatur nisi prius moriatur. De resurrectione autē dicitur Lucæ 9. Propheta vnus de prioribus surrexit. De ascensione autem dicitur Actu. 1. Primum quidem sermonem feci &c. vsque assumptus est. De ipsius verò nobis ostensa dilectione dicitur 1. Ioann. 4. Nos ergo diligamus eum, quoniam ipse prior dilexit nos. Hæc est igitur prioritas Dei, quæ est admiranda.

B ¶ Secundò dico ꝙ est prioritas iusti, quæ est honoranda. Iustus. n. potest dici scilicet.
Prior in vigore.
Prior in valore.
Prior in honore.
Prior dico in vigore aduersa tollerās, sicut de illo fortiori dicitur qui non potest domum fortis armati diripere, nisi prius fortem abducat. Vt sic sit de illis de quibus dicitur Iudicum 20. ꝙ qui prius simulauerunt fugam, versa facie fortius resistebant. Item prior in valore multis ꝓponderans. In valore. n. virtutum & meritorum iusti præponderāt vniuersis ad Thess. 4. Qui in Christo sunt, resurgent primi, vt sic bonitas & sapientia iusti comparetur luci. Sap. 7. Luci comparata inuenitur prior. Item prior in honore cæteris imperans, vt sit prior in donis, maior in Imperio Gene. 49. Multa possent hic dici, sed transeo, quia satis est supra dictum, vbi primus. hoc solum nota, ꝙ iustus seu perfectus debet prius

Se accusare.
Se macerare.
Obtemperare.
Accelerare.
Hostes grauare.
Verba formare.
Mentem mundare.
Pacem ligare.
Facta tractare.
Verbis cessare.
¶ Igitur prior se accusat culpā cōfitēdo. Vnde Prouerbio. 18. Iustus prior accusator est sui. Itē prior se macerat cibis abstinendo. Eccl. 31. Super mēsam magnam sedisti, non aperies super illam faucem tuam, prior ne extendas manum tuam, nec priot poscas bibere. Et ibidem. Cessa prior causa disciplinæ. Item prior obtemperat maiori parendo. 1. Mach. 2. Princeps & maximus es &c. Accede prior, & fac iussum regis. Itē prior accelerat bonū faciendo. Quilibet. n. debet velle esse prior ad faciendum bonum, nec debet alter alterum expectare. Quia. s. sicut dr̄ Io. 5. Ille qui prior intrabat in piscinā, sanus fiebat. nocuit. n. differre paratis. Vnde Eccl, 31. Præcurre prior in domum tuam, & illic aduoca ipsum. Quilibet. n. licet tarde incipiat, debet tñ postquam inceperit, taliter accelerare & ꝓcurrere, ꝙ si fieri possit, prior alijs possit esse. Sunt. n. in aliquibus partibus quædam nuces quæ alijs iuxta cōem morem follientib. & fructus producentib. fictæ solent vsque ad vigiliam sancti Ioānis Baptistæ penitus remanere. sed re vera in nocte præcursoris istæ siue mirabiliter siue naturaliter nescio, solent folia & fructus producere, & se alijs priorib. cōparare. Quia verè quāuis homo diu permaneat in siccitate & sterilitate, debet tñ tanto feruore ad dn̄m se conuertere, ꝙ alios ipsum præcedentes possit attingere & si possit, ipsis in virtutib. prior esse. Exemplo. s. Ioānis, qui præcucurrit citius Petro, & ideo venit prior ad monumentū, sicut dr̄ Io. 20. Quia re vera feruēs acceleratio est sæpissime aliorum præuētio, & in meritis anticipatio. Igitur iustus prior acceleret bona faciendo. Itē prior se præparet hostes inuadendo. Audaces. n. fortuna solet adiuuare, & illos qui prius alios inuadunt, multotiēs releuare. vude de Iuda Machabæo dixerunt inimici 1. Macha. 5. c. Si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum. Ita aūt fuit, quia Iudas torrentem transiuit, & alios superauit. Item prior verba sonet fidē edocendo, vt sit de illis de quibus dr̄ Eccl. 36. Locuti sunt in nomine tuo prophetę priores. Itē prior se emūdet culpā confitendo. Matt. 22. Munda prius quod intus est calicis & parapsydis &c. vt fiat id quod foris est mundū. Itē prior pacificet se reconciliando. Matt. 5. Si offers munus tuū ad altare, & frater tuus habet aliquid aduersum te, vade pri⁹ reconciliari fratri tuo, & veniens offeres munus tuum. Item prior facta tractet prudenter agendo: prius. n. & ante omnia consilia in negocijs sunt habenda, sicut Lucæ 14. dicitur de volente ædificare turrim, ꝙ prius sedēs computat si habeat sumptus qui sunt necessarij ad perficiendū &c. Itē prior loqui cesset verba moderando 1. Corint. 14. Si aliquid sedenti reuelatum fuerit, prior taceat. Iustus igitur in his omnibus prior & alijs virtutibus præeminētior debet esse, & sic prioritatem virtuosam & honorabilem poterit obtinere, ita ꝙ nullus alius sibi poterit comparari. Daniel. 11. Nō erit priori simile nouissimum. est igitur prioritas iusti, quæ est honoranda. ¶ Tertio dicō ꝙ est prioritas peccati, quæ est detestāda. Priora enim peccata nostra, & prior etiam mala vita nostra semper debent videri, & totis viribus præcaueri & abominari, etiam & horreri, insuper emundari & deleri. Si quis enim à leone morsus esset, semper viso leone timeret, & primum morsum etiam abhorreret, & sanitatem pro viribus impetraret. Bene ergo dicitur Esaiæ 46. Redite præuaricatores ad cor, recordamini prioris seculi. Istud tamen pro posse impedit diabolus. Non vult enim quòd priora pericula videamus. ad finem quòd ibi faciliter incidamus, dicens scilicet Esaiæ 43. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Et quòd nunquam à peccatis prioribus recedamus, sed semper in deterius procedamus, iuxta illud Lucæ 11. Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Et Matthæ. 27. Erit nouissimus error peior priore. Nota etiam hic quòd prioritas detestanda est illa qua quidam per fatuam audaciam & præsumptionem priores se offerunt periculis, & etiam omnibus vitijs & peccatis, & quibus dicitur Hieremiæ. 11. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores. C

res. ita vt quilibet talis dicere posit illud 1. Timoth. 1. prius blasphemus fuit & persecutor. Vnde de falso amico dicitur Ecclesia. 12. Si occurrerint tibi mala, inuenies eum illic priore. Non sic charissimi, sed priora vitia detestemur, & priorẽ vitã in melius emendemus, vt sic de nobis dicatur illud Esa. 35. In cubilibus in quibus draconẽ prius habitabunt, orietũ viror iũci & calami. Similes scilicet illi lapidi qui dicitur no fet, qui inuenitur in capite buffonis, cui tamen summè valet contra venena, vbi scilicet forma buffonis dicitur apparere. Quia scilicet illi qui de corpore buffonis diaboli per pœnitentiã extrahuntur, quandoque summẽ valent contra venenum peccati. Exemplo scilicet pauli & c. imaginem tamẽ buffonis, idest priora peccata semper per memoriam secum debet habere. ¶ Quarto dico quod est prioritas innocentiæ quę est reparãda. Virtutes enim quas perdidimus, sunt recuperandę, & anima quæ vulnerata est, reparanda, imo certè virtus & gratia amplior quam amissa, fuerat procurãda est. Ad hoc. n. tendit tota potentia medicorum, vt. s. prior sanitas recuperetur, & maior ẽt & firmior procuretur. vt sic iubileus prioris restitutionis ad nos redeat, sicut de hæreditate aliena dr̃ Leui. 27. q. s. in anno iubeleo reuertebaẽ ad priorem dominum et sic aĩæ ad pristinam innocentiam redeũti dicat dñs illud Esa. 1. Restituã iudices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. q. d. Iudicium iustitiã, cõsilium & prudẽtiam restituam tibi sicut prius. Quia. s. bonus pęnitens debet fortior, & virtutibus & innocentia maior q̃ prior fuerat reuenire. Iob 32. Placatum reddet habitaculũ iustitiæ. Pone de Antheo rege, qui prostratus ab Herculẽ, sp fortior quam prius fuerat resurgebat, vt & sic tali penitenti ad ampliorem gratiam redeunti dicatur illud Apo. 2. Noui opera tua & charitatem, & fidem & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima plura priorib Ruth. 3. Benedicta filia tu à dño, quæ priorem misericordiam posteriori superasti. Patet ergo quod est prioritas innocentiæ, quæ est reparanda. ¶ Quinto dico quod est prioritas mundi gloriæ, quæ non est amanda. Bona. n. mundi dicuntur priora, bona paradisi posteriora. Et re uera priores fœtus animalium vt communiter non sunt ita perfecti sicut secundi. Igitur q a ista priora vana sunt ipsa dimittamus, & ad posteriora paradisi bona curramus. Nonne scriptum est Exod. 33. quod dñs faciem suam Moysi non ostendit, sed posteriora sua ostendere repromisit? Facies. n. ista anteriora & priora mundi bona signat, posterioritas vero, sequentia paradisi bona designat. illa ergo debemus contemnere, ista vero diligere, quęrere & amare. Exemplo. s. Iacob, qui Lippam vxorem quæ prior fuę rat sibi vxor, contemnens secundam quæ pulchra erat, dilexit. Dt sicut dr̃ Gene. 29. Amorem sequentis priori prætulit. Sicut etiam dicitur 1. Cor. 15. Prius quod animale est, deinde q spirituale est. Talis. n. prioritas mundanæ gloriæ finaliter cedit ad nihilum, quia. s. exinde sequitur penuria infernalis. Exemplum de diuite in inferno sepulto. Luc. 16. Et 1. Re. 2. Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. Vt sic illi q̃ modo in mundi magnificentia sunt priores, figurentur in septem vaccis pinguibus pharaonis, tandẽ per vaccas tenues deuoratis, de quibus dicitur Gen. 41. qđ rem pulchritudinem deuorauerunt, & tamẽ deuoratis prioribus nullum saturitatis dedere vestigiũ. Ista est igitur prioritas non amanda. ¶ Sexto dico quod est quædam prioritas tolleranda vel supportanda. Et ista nihil aliud est quam status mundi tribulationum & pressurarum, miseriarum & tribulationum quæ prius in hac vita veniunt, & subsequenter alia bona & prospera succedũt. Hyems. n. prior accedit quã ęstas, & tribulatio prius venit quam fęlicitas. Mala ergo ista quæ prius veniunt, in patientia tollerentur, vt finaliter æternam gloriam consequamur, per quã omnis præcedens pestilentia obliuioni tradatur. Vt & sic de gloria dicaẽ illud Esa. 65. Obliuioni datæ sunt angustiæ priores, & abscõditæ sunt ab oculis vestris. Sequitur. Et non erunt in memoria priora, sed exultabitur & gaudebitis vsque in sempiternum. Ista est ergo quędã prioritas tollerãda. ¶ Septimo dico q est quędã prioritas imitanda, & ista est virtus & bonitas sanctorũ patrum, qui prius & ante nos præcesserunt, qui. s. sunt imitãdi, & per moralem similitudinẽ subsequendi. Vt sic signentur in illis rotis Ezec. 1. vbi dicitur. Vna erat similitudo ipsarũ quatuor, & ad quẽ locum declinabaẽ quæ prima erat, sequebantur & c.] Vnde quilibet bonus imitator de tali prioritate potest dicere illud Phil. 3. Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ priora sunt extendens meipsum destinatum prosequor ad brauium. Hæc est ergo prioritas imitanda, & etiam vt dictum est tolleranda, non amanda, reparanda, detestãda, veneranda, & admiranda. Et hæc de prior & prius sufficiãt. Vide vbi ante. Præire. & vbi Primus.

Priusquam. Cum priusquã sicut & antequam denotet mihi quãdã pambulam tẽporis anticipationem, quãdã præcessionem status & perfectionis, & gradus pręlationẽ, notabo quod priusquã potest de Deo, iusto, & impio referri. ¶ Primo igitur dico q ad Deum spectat vnum priusquam. A

Aeternæ durationis.
Paternæ prouisionis.
Internę cognitionis.
Supernæ prouisionis.

De æterna duratione patet, quia constat q Deus semper est & fuit æternaliter. Et de isto priusqnam loquitur Dauid in psal. dicens Deo sic. Priusquã montes fierent, aut formaretur terra & orbis, a seculo & vsque in seculum tu es Deus. De paterna prouisione patet, q a constat q Deus priusquam quicquam faceret à principio, sicut sagax pater in testamento suæ immutabilis prouisionis & ordinationis bonos futuros filios pdestinauit ad gloriã, malos verò reprobauit & destinauit ad mortẽ. Vnde ipse in persona bonorum loquitur, dicens. Hier. 1. Priusquam te formarem in vtero, noui te, & antequã exires de ventre, sanctificaui te & c. De malorum aũt prędestinatione seu reprobatione dr̃ in psal. Fiant sicut fęnũ tectorũ, quod priusquam euellatur, exaruit. s. in mẽte diuina per reprobationẽ. De interna cognitione qua. s. ipse nouit oĩa priusquã fiant, dicit ipse dñs Io. 14. Et nunc dixi vobis priusquã fiat vt cum factum fuerit, credatis & c. De superna verò perfectione, dominatione & prælatione dr̃ Ioã. 17. Clarifica me pater claritate quã habui priusquam mundus fieret. Priusquã igitur refertur ad Deũ. B
¶ Secundò dico q priusquam refertur ad iustũ. Constat. n. q vir sapiens & perfectus debet multos bonos priusquam. i. multas bonas anticipationes habere, & alios in bonis actib. anteire. Et sic dico q iusti habent vnum priusquam

Veræ confessionis.
Piæ petitionis.
Doctæ discretionis.

De flebili confessione dr̃ in psal. vbi. s. Dauid vr̃ cõfiteri. Priusquã humiliarer, ego deliqui. De humili petitione, qua. s. homo petit priusquã moriaẽ sibi peccata dimitti, dr̃ in ps. Remitte mihi, vt refrigerer priusquã abeã & amplius nõ ero. De vtili vero discretione, quã. s. homo debet habere sapienter agendo, alios arguẽdo, debite r̃ndendo, sapiẽter inquã agendo, dr̃ Eccl. 51. priusquã oberrarẽ, quæsiui sapientiã. Palam alios ẽt arguendo. Eccl. 11. Priusquã interroges, ne vituperes quẽquã, & cum interrogaueris, corripe iustẽ. Debitè insuper respondendo. Vnde Eccl. 1. Priusquã audias, ne respondeas verbum. Sicut. n. dr̃ Prou. 18. c. Qui prius respondet quàm audiat, stultum se demonstrat, & confusione dignum. Priusquam ergo pertinet ad iustum. ¶ Tertio ẽt dico q priusquam etiam pertinet ad stultum. Constat. n. q stulti & peccatores habent multos malos priusquam. i. multas anticipationes & præcipitationes. s. priusquam

Fallacis amicitiæ.
Furentis iracundiæ.
Crudelis violentiæ.
Finalis pestilentiæ.

Falsi. n. amici solent ante tẽpus suos dimittere, sicut de petro legitur Mar. 14. c. q. s. priusquã gallus cantaret bis, dñm denegaret. vnde Matt. 26. c. Priusquã gallus cantet, ter me negabis. Mali iracũdi solent ante tempus animo furere. Vnde in psal. dr̃ sic. Priusquã intelligerent spinæ vestræ ramnum, sicut viuẽtis sic in ira absorbet eos. Crudeles impij solent ante tẽpus bonos affligere. sicut Act. 23. Patet de illis q̃ sficebant. Nos vero priusquã appropiet, parati sumus interficere eum. s. Paulum. Sed omnes peruersi solent ante tẽpus mortem incurrere. Vnde in psal. dicitur quòd isti sunt sicut fęnum tectorũ, quod priusquam euellatur exaruit. Et hęc de priusquam sufficiant. Vide vbi prius, ante, antequam & c.

Pristinus. Cum pristinus nihil aliud sit quàm quod prior, præcedens seu antiquus, notabo q nos inuenimus pristinam A

Innocentiam & perfectionem.
Iniustitiam & corruptionem.
Amicitiam & dilectionem.

¶ Igitur dico q est dare pristinam innocẽtiam,

tiam, quæ est reparanda. Serpens.n. transeundo per arctum foramen & deponendo pellem antiquā, & aquila balneando se in fonte viuo, solent reparare & recuperare pristinam iuuentutem, & pristinam fortitudinem & virtutem. Sic verè nos qui sentimus nos in vitijs antiquatos, debemus pellē veterem, hominē veterem, malam conuersationem veterē, trāseundo per arctam pœnitentiam, & in fonte lachrymarum nos balneando deponere, vt sic possimus pristinam iuuentutis innocentiam reparare, & pristinam virtutum fortitudinē rehabere. Vnde Ephes.4. Deponite vos s̄m pristinam cōuersationem veterem hominem qui corrumpitur, & renouamini spiritus mentis vestrę &c. Talem aūt pristinā renouationem desiderabat Iob cū dicebat Iob 29. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos, s̄m dies quibus Deus custodiebat me qñ splēdebat lucerna eius super caput meū, sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, qñ secreto Deus erat in tabernaculo meo, qñ lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei? &c. Expone. Et re vera homo qui qñque fuit iustus, innocens & deuotus, qñ videt se vitijs inuolutū, valde debet innocentiam pristinam quam sentit perditā dolere, & pristinum secretum diuinæ visitationis & consolationis, pristinum butyrum dulcedinis & deuotionis, pristinum oleum pietatis & compassionis, pristinam lucernam sapientiæ & discretionis plangere & lugere, & ad ipsa pro viribus reuenire. Igitur dico ꝙ talis pristina conditio & perfectio recuperatur scilicet per

Diuinam miserationem.
Deuotam stipulationem.
Legalem ordinationem.
Pœnarum tollerationem.

Facit ergo ad hoc diuina miseratio. Sine gratia.n. Dei hō à peccato nunquam conuertitur, nec pristina eius perfectio reformatur. Quod satis figurat Gen.40. vbi dr̄ carcerato pincernę. Tres adhuc dies sunt post quos recordabit̄ pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum. Pharao.n. rex est Deus, qui.s. post tres dies.i. post tres partes pœnitentiæ de hoīe recordatur, ita ꝙ cum in gradum pristinæ, imo qñque maioris virtutis & innocentiæ restituere comprobatur. Fugura etiā est ad hoc de tēplo dñi quod prius fuerat per Chaldęos destructum, tandem tñ per filios Israel reparatum, de quo dr̄ 2. Para.14. ꝙ suscitauerunt domum dñi in pristinum statum. Facit igitur ad istam reparationē innocentiæ & virtutum, diuinæ gratiæ miseratio. Itē facit ad hoc deuota veniæ supplicatio seu deprecatio. Et sic videbatur Sanson à dño postulare, dicens.s. Iudi.16. Domine Deus meus restitue mihi nunc pristinam fortitudinē. Item facit ad hoc legis dominicæ constitutio. Lex.n. diuina, est ꝙ peccator per pęnitentiam ad pristinam gratiam reuertatur. Figura etiā ad hoc Leuit.25. vbi dr̄ ꝙ ois hæreditas vendita, in iubileo reuertebatur ad pristinum possessorem. Sic vere gratia perdita suo pristino possessori restituitur qñ iubileus remissionis & pœnitentiæ comitatur. Vnde ibidem dr̄ sic. Reuertetur homo ad possessionē suam, & vnusquisque redibit ad familiam pristinam, quia iubileus quinquagesimus est annus. Sequitur. In ipso.n. omnis venditio redit ad dūm & possessorem pristinum. Item facit ad hoc tribulationum tolleratio. vnde Heb.10. Rememoramini pristinos dies, quibus illuminati certamē magnum sustinuistis passionum. Patet ergo ꝙ est dare pristinam innocētiam, quæ est commendanda. ¶ Secundo dico ꝙ est dare pristinam iniustitiam, quæ est emendanda. Constat.n. ꝙ pristinę iniquitates sunt relinquendæ, & per pœnitentiam emendandæ. vnde Eccl.21. bene consulitur peccatori, dicendo sic. De pristinis deprecare vt tibi remittantur. Quod tamen est contra multos in suis iniquitatibus obstinatos, & pristinis vitijs induratos, qui.s. pristina vitia volunt vsque ad mortem in se remanere. Vnde de necessitate tyri dicitur Esa.23. Nunquid non hæc vestra est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? Et de samaritanis etiam dicitur 4. Regū.17. ꝙ.s. idololatrando iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. Est igitur dare pristinam iniustitiam, quæ est emendanda. ¶ Tertio dico ꝙ est dare pristinam iniustitiam, quę est renouanda seu etiam reseruāda. Deus.n. semper est paratus recordari pristini fœderis quod pepigit cum humano genere in vtero virginali, & etiam quod quotidie nobiscum pascitur in lauachro baptismali, sicut ipsemet dicit Leui.36. Recordabor fœderis mei pristini quando eduxi eos de terra Aegypti, vt essem Deus eorum. Nos igitur cum Deo, etiā cū proximis amicitias pristinas renouemus, & nos ipsi per charitatis fœdera colligemus 1. Machab.12. Misimus ad Romanos, renouare amicitiam & societatem pristinam. Patet ergo ꝙ est dare pristinam amicitiam & societatem, & iniustitiam, & innocētiam. Et hæc sufficiant. Vide vbi antiquitas, & vbi Primus, prior &c.

B

Priuare. Priuatus.

De priuato inquantum accipitur pro singulari & nō publico, inquantum distinguitur respublica & priuata, nullę prorsus sunt authoritates. Sed de priuare inquantum sumit̄ pro spoliare, demere vel auferre multa ꝓcul dubio possent dici, sed paucæ sunt authoritates. hoc solum dic quòd sicut vasallus propter delicta quandoque priuari potest feudo, sic verè homo propter delicta quę committit contra Dei volūtatem, priuari meretur omni solatio atque bono. Et sic nota quòd peccatores priuati sunt. A

Omni veritate.
Vitæ voluptate.
Fidęi claritate.
Spei securitate.
Rerum fertilitate.
Honoris dignitate.

Mali igitur priuantur veritate bonę locutionis 1. Timo.6. veritate inquit priuati sunt, existimantes questum esse piętatem. Item priuatur voluptate sanctæ deuotionis.s. vita gratiæ & gloriæ, sicut 2. Mach.4. dr̄ ꝙ rex iussit sacrilegum vita priuari. Item priuantur claritate certæ cognitionis, sicut de struthione dr̄ Iob.39. ꝙ duratur ad filios suos quasi non sint sui, Priuauit.n. eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam. Item priuantur securitate firmæ tuitionis, s. firmitate stabilitatis & spei. Vnde 2. Mach.3. Per diuinam inquit virtutem iacebat mutus, omni spe & salute priuatus. Item priuantur fertilitate huius possessionis. s. bonis istis terrenis, pro q̄bus laborare non cessant Eccl.28. Lingua tertia mulieres viratas deiecit, & priuauit eas laboribus suis. Item priuantur sublimitate altæ prælationis, s. honore gloriæ paradisi. Num. 23. Decreueram magnificè honorare te, sed dominus priuauit te. ¶ De bonis verò non sic, quia pro certo isti non priuātur bonis terrenis, quin semper vt communiter satis habeāt ad necessitatem, iuxta illud Iob 21. Vacca peperit, & non est priuata fœtu suo. Nec priuantur etiam finaliter bonis æternis, sicut enim dicitur in psalm. Non priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia, domine Deus virtutum, beatus homo qui sperat in te. Vide vbi Spoliare, Nudare, Auferre, & similia &c.

Pro.

Cum pro diuersimodè in scriptura sumatur, videlicet causatiuè, sicut Eccl.4. Vsque ad mortem certa pro iustitia. Itē defensiuè, sicut cum dr̄ 2. Reg.10. Esto vir robustus, & pugnemus pro populo nostro. Item substitutiuè, sicut cum dr̄ 2. Regum.18. Quis mihi tribuat vt ego moriar pro te? Item obiectiuè, sicut cum dr̄ Iob 42. Iob autē seruus meus orabit pro vobis. Item compensatiuè, sicut cum dicit̄ Deut.18. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Item satisfactiuè sicut dicitur Ephes.5. quòd Christus tradidit semetipsum oblationem pro nobis. Vr̄ ꝙ pro denotet mihi officiū procuratoris, intercessoris, ꝓpugnatoris, aduocati, vel adoratoris. Sic igitur notabimus ꝙ pro refertur ad Deum, ad iustum, ad miserum. ¶ Primo igitur dicamus ꝙ pro quandoq; dicitur de Deo. Deus.n. est vnum pro.i. vnus A

Compensator & præmiator.
Propugnator & defensator.
Mediator & procurator.

Iste.n. pro meritis soluit munificè. Iste etiam pro afflictis certat tutificè. Iste insuper pro perditis tractat mirificè. ¶ Dicam ergo quòd Christus est pro meritis munificus compensator. Mercatores.n. non faciunt nisi pro rebus res alias dare, & vnum pro altero commutare. Sic Deus sicut optimus & valde magnificus mercator cōmutat negocia miro modo. Dat enim magna pro modicis, præmia pro meritis, cœlestia pro terrenis. Iste est enim qui dicit animæ beatæ illud Esaiæ 60. Suges inquit lac gentium, & mamilla regum lactaberis, & scies quia ego dominus saluans te, redemptor tuus fortis Iacob. Pro ære afferam aurū, & pro ferro afferam argentum, pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum. Constat enim quòd Deus animam mamilla regum idest ministerio sanctorum & angelorum nutrit & lactat, ipsamq; redimit & saluat, maxima pro modicis sibi do-

nat.Exemplo.ſ.arboris ſeu vitis,quę.ſ.ꝑ paruis laborib.quos
homo circa illas impẽdit,fructus vberes ſibi reddit.Quia.ſ.
pro laborib. mundanarum tribulationẽ, Chriſtus affert &
confert fructus æternarũ conſolationum,dicens.ſ.illud Eſa.
61.Spiritus dñi ſuper me,eo quod vnxerit me. Ad annunciã
dum manſuetis miſit me, & vt mederer contritos corde.Se
quitur.Et darem coronam pro cinere, oleum gaudij pro lu
ctu,pallium laudis pro ſpiritu mœroris.Patet ergo ꝙ Chri-
B ſtus eſt pro meritis munificus compenſator. ¶ Deinde dico
ꝙ ipſe eſt pro afflictis tutificus propugnator. Animalia.n.ꝑ
ſuis catulis defendendis ſolent pugnare. Paſtores pro ouib.
contra lupos ſolent certare, & dux pro ſuo populo contra
aduerſarios dimicare. Cum igitur Chriſtus Deus noſter ſit
omniũ pater & dux & paſtor, reſtat quod ipſe pro nobis in
tribulationib.& tentationib.noſtris pugnat, & pro defenſio
ne noſtra ſe noſtris hoſtib.opponit,& contra eos militat at-
que certat,& de ipſis miſericorditer victorizat.Io.10. Aĩam
meã ponã pro ouibus meis.vt ſic dicamus illud 2.Para.32.c.
Nobiſcum dominus Deus noſter, qui auxiliator eſt noſter,
pugnatque pro nobis.vnde Iudith.5. c. Deus eorum pro eis
pugnauit,& vicit.Et Neem.4. Deus noſter pugnabit pro no
bis,& noſipſi faciemus opus. Eſt igitur tutificus propugna-
tor pro afflictis.¶ Denique dico ꝙ ipſe eſt pro delictis ſaluifi
cus mediator.Conſtat.n.ꝙ Chriſtus fuit & eſt pro humano
genere mediator ad Deum patrem.ſ.pro nobis

Deprecando.
Allegando.
Satiſdando.

Ipſe.n.pro nobis exorat humili-
ter. vt ipſe dixit Petro Lucæ 22.
Ego rogaui pro te vt nõ deficiat
fides tua.Et Io.17.Ego pro eis rogo,non pro mundo,ſed ꝑ
his quos dediſti mihi,& non pro his tm̃.ſ.& pro his qui cre
dituri ſunt per verbũ eorum Item ipſe pro nobis allegat ſub
tiliter.Iſte eſt.n.aduocatus noſter apud patrẽ.ſ.cui poſſumus
dicere verbũ illud Eſa.38.Dñe vim patior, reſpõde pro me.
Et Ro.8.dr̃ ipſe ſpũs poſtulat pro nobis. Poſtulare.n. idẽ eſt
quod aduocare.Item ipſe pro nobis ſatiſdat benigniter.Sa-
tiſdedit.n.ſeu ſatisfecit pro redemptione noſtra mirabili mo
do.ſ.ſeipſum pro nobis morti exponendo,& proprium ſan-
guinẽ effundendo.vnde Matt. 26. Hic eſt.n.ſanguis meus,q.
pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorũ.Et ad Ephe.
5.dicitur ꝙ ipſe tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem
& hoſtiam.Patet igitur ꝙ Chriſtus eſt pro nobis

Saluificus mediator.
Tutificus propugnator.
Munificus præmiator.

Et hoc eſt primum prin-
cipale. Et ſic igitur dico
ꝙ hæc dictio pro referẽ
ad Deum. ¶ Secundo principaliter dico ꝙ iſta ꝓpoſitio pro
aliqñ refertur ad iuſtum. Vir.n.perfectus & iuſtus ſicut bo-
nus ſeruitor & venerator, bonus adiutor & propugnator,
bonus procurator & exorator,ſolet certarę & laborare pro
Deo,pro proximo,pro ſeipſo. Dico pro Deo, quia re vera
pro diuinis cogitare non ceſſat,videlicet

Pro ipſo zelando fideliter.
Huic regratiando veraciter.
Ipſum deprecando ſuppliciter.
Ipſum honorando cordialiter.
Pro ipſo pauendo,ſeu ipſum
honorando mentaliter.

Dico pro ipſo zelando
ſicut.ſ.de phynees dicĩ
Nu. 25. ꝙ zelo zelatus
eſt pro Deo ſuo, & ex-
pauit ſcelus filiorũ Iſ-
rael.Iſtud.n.ſumme ſpe
ctat ad quemlibet Chriſtianum.ſ.zelare pro fide & pro ho-
nore diuino 4.Reg.10. Veni mecum,& vide zelum meũ pro
domino.Verba ſunt Iehu regis,qui zelo legis domũ Achab,
filios & genus,nec non & Ochozię fratres occidit, Ieſabelẽ
interfecit,& prophetas Baal exterminauit, ſicut dr̃ ibidem.
Item huic regratiando,ſ.pro benefactis ſuis Deut.9 Benedi
cas domino Deo tuo pro terra optima quam dedit tibi. Itẽ
ipſum deprecando,vt.ſ.ſibi dicere poſſint alij illud Heſt.15.
Inuocat inquit dominum,& loquere regi pro nobis,& libe
ra nos à morte.Et Hie.17. Ora pro nobis dominum Deũ no
ſtrum.Etiam & pro peccatis ſuis debet orare,quia ſicut dici
tur Eccl.4.Qui diligit Deum exorabit pro peccatis ſuis.Itẽ
ipſum honorando ſeu pro honore ipſius paueſcendo, vnde
de Heli dicitur 1.Reg.4.quòd cor eius pauens erat pro arca
domini,quæ.ſ.capta fuerit à Philiſtéis. Iuſtus igitur laborat
pro Deo.Item iuſtus laborat, cogitat & ſtat pro proximo.
Et hoc certe pro ipſo

Viriliter militando.
Legaliter iudicando.
Liberaliter erogando.
Salutariter liberando.
Supernaliter orando.

¶ Dicam igitur ꝙ
iuſtus pro ꝓximo
militat virili-
ter. Vnde ipſe
dicit 1.Paral.
19.Cõfortare & agamus viriliter pro populo noſtro,& pro
vrbibus Dei noſtri.Et 2.Reg.10.Eſto vir robuſtus,& pugne
mus pro populo noſtro.Item pro ipſo iudicat legaliter. Ac
cipit.n.(ſicut dicitur Sap.5.) Pro galea iudiciũ certum,& iu
dicat ꝙ non occidantur patres pro filijs,nec filij pro patrib.
ſed vnuſquiſq; pro pctõ ſuo morietur,ſicut dr̃ Exo. 23. & 4.
Reg.14.Vnde bono iudici dr̃ Deut.19. Non miſereberis in-
quit eius,ſed animam pro aĩa,oculũ pro oculo,pedẽ pro pe-
de exiges.Itẽ pro ipſo erogat liberaliter, quia ſicut dr̃ Cant.
8.Si dederit homo oẽm ſubſtantiã domus ſuæ pro dilectio-
ne,quaſi nihil deſpicit eam. Itẽ pro ipſo liberando certat ſa-
lutariter.Quia.ſ.ſicut dr̃ prouer.11. Iuſtus de anguſtia libe-
ratus eſt,& tradetur impius pro eo.Et Prouer.21.dicitur ꝙ
pro iuſto datur impius, & pro recto iniquus.Item pro ipſo
precatur & orat ſupernaliter,ſ.ad Deum & ad ſanctos,vt ſic
aliꝰ dicat ſibi illud 3.Reg. 13.c. Deprecare faciẽ domini Dei
tui,& ora pro mę.Et Iob.42.c. Iob autem ſeruus meus ora-
bit pro vobis.Iaco.5.Orate pro inuicem,vt ſaluemini. Cer-
tat ergo iuſtus pro proximo. Item iuſtus certat & cogitat
pro ſeipſo.Et hoc certè pro

Conſtantia.
Iuſtitia.
Pœnitentia.
Sapientia.
Temperantia.
Patientia.
Vera eloquentia.
Verbi moderantia.

Laborat igitur pro con-
ſtantia vt fortis vigeat,vt
.ſ. ſit ſicut Aioth. ille de
quo dicitur Iud.3. ꝙ ipſe
vtraque manu vtebatur
pro dextera,qui.ſ. Eglon
regem Moab interfecit.
Item pro iuſtitia,vt recta
compleat. Vnde Eccl. 4. Pro iuſtitia agonizare pro aĩa tua,
& vſque ad mortem certa pro iuſtitia. Item pro pœnitẽtia
vt carnem arceat,de quo dicitur Prouer. 27. Anima eſuriẽs
etiam amarum pro dulci ſumet.Item pro ſapientia, vt men
te ſplendeat,dicens.ſ.Sap.7.Super ſalutem & ſpeciem dilexi
illam,& propoſui pro luce debere illam, quoniam inextin-
guibile eſt lumen illius. Item pro temperantia vt Deo pla-
ceat.vnde Eccl.29.Minimum pro magno placeat tibi. Item
pro patientia ne ira ferueat,iuxta illud Rom. 12. Nulli ma-
lum pro malo reddentes,Sequitur. Non voſmetipſos defen
dentes chariſſimi,ſed date locum iræ.Item pro vera eloquẽ
tia vt ipſam habeat.vnde Eccl.4.Pro anima tua non confun
daris dicere verum.Item pro verbi moderantia,vt multum
taceat.vnde Eccl.32.c.Audi tacens ſimul & quærens, & pro
reuerentia accedet tibi bona gratia. Sic ergo patet quomo- D
do iſta dictio pro refertur ad iuſtum.¶ Dico tertio principa
liter quòd pro, quandoque refertur ad ipſum ſeu ſtultum.
Conſtat.n.quòd impij habent ſuum pro,i.ſuam cauſam,me
diationem,compenſationem & commutationem.Vnde no-
ta ꝙ iſti habent multiplex malum pro.i.multiplicem malam
cauſam,mediationem,compenſationem & commutationẽ,
quibus,ſ.ipſi dant bona pro malis,mala pro bonis,certa pro
falſis, animam pro peccatis, cœleſtia pro terrenis. O dicit
Chriſtus Matth.16. Quam commutationẽ dabit homo pro
anima ſua?q.d.nulla competens commutatio poteſt eſſe, &
tamẽ miſeri peccatores hoc faciũt, qui.ſ.ſicut dicitur Thre.
1.dederunt quæque præcioſa pro cibo ad refocillandũ ani-
mam. Quicquid.n.habẽt precioſum & ſanctum.ſ.gratias &
virtutes,& bona etiam paradiſi,ipſi dant & perdunt pro mo
dico diuitiarum & deliciarum cibo pro anima, i. pro vita
ſua miſera recreanda.ſicut.n.vſurarius dat famelicis paupe-
ribus parua pro magnis, vina & blada corrupta pro groſſis
debitis, & pro ſuis principalibus hæreditatib. atque bonis,
ſic verè diabolus mala pro bonis ſolet talibus dare, & ſic ſo
let eos ad paupertatem inferni deducere, & hæreditate pa-
radiſi priuare,vt ſic dicat peccator tali commutatione dece
ptus illud pſal.Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilita
tem animæ meæ. Dolenter ergo deberet conqueri pecca-
tor videns pro pecunia vſuraria.i. pro bonis terrenis(inſtar
.ſ.Eſau pro lenticulis)ſua primogenita,hoc eſt dictu, gratiã
atque gloriam perdidiſſe, & dicere lamentando illud quod
dicebat vxor Thobiæ, Thob. 5. O inquit vtinam nunquam
fuiſſet pecunia iſta pro qua miſiſti peregrinari filiũ noſtrũ,
lumen oculorũ noſtrorum,baculũ ſenectutis noſtræ. Filius
enim

enim noster interior est affectus, qui re vera lumē est mētis nrę,& baculus senectutis dum per gratiā est nobiscū. Sed ad peregrinandū per pc̄m̄ mittitur, qn̄ pro mundi pecunia.i.ꝑ bonis huius seculi, vel ēt pro pecunia diabolica.i.pro pc̄tis à grā limitib. elongatur. De tali ergo pro.i. de tali mala cōpensatione & commutatione dr̄ Micheæ 6. Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo? Primogenitū inquit i.aīam, aīum vel affectum.q.d. nō debeo. Quod est cōtra illos infideles patres, qui.s. filios suos pro pecunia solent dare, & ad participādum præcium ipsos quanquam naturaliter sint liberi, cum modica pecunia commutare, & alienis iurib. subiugare. Sic isti animas &c. Et si vis nota ꝙ isti habent in præsenti seculo multiplex malum pro, s. vnum pro

Elationis & superbiæ.
Obliuionis, non notitiæ.
Proditionis & fallaciæ.
Delectationis & complacentiæ.

Ex pro superbiæ elationis sequit̄ casus & deiectio. vnde 1. Re. 15. dictum fuit Sauli sic. Pro eo inquit ꝙ abiecisti sermonē dn̄i, abiecit te Deus ne sis rex. Ex pro ingratę obliuionis sequit̄ strages & perditio. Deus.n. valde odit vitiū ingratitudinis, & maximè qn̄ homo nō solū nō reddit pro bonis bona, imo etiā infert pro bonis mala, sicut in psalm. dr̄. Qui tribuūt mala pro bonis detrahebāt mihi. Ideo bene dr̄ Pro. 17. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. Ex pro fallacis ꝓditionis sequitur murmur & detractio. Psal. pro eo vt me diligerent detrahebāt mihi, ego aūt orabā. Ex pro terrenæ possessionis seu etiā mundanæ delectationis sequitur infernus & damnatio. vnde Esa. 3. dr̄ sic. Et erit inquit pro suaui odore fętor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali ciliciū &c. Et breuiter peccatores qui tā inutiles permutationes faciunt, possunt dicere illud 2. Mach. 7. Nos.n. pro peccatis nostris hæc patimur. Sic igit̄ patet quō ex ista mala causa pro sequitur multimodus malus finis, & quō mali habent inter se cōmutationes varias valde malas. ¶ Et si vis etiam potes dicere ꝙ per pro, in malo significato potest intelligi peccator, mundus vel diabolus, qui.s. est malus mediator, falsus procurator, durus præmiator. Quia.s. isti pro bonis reddūt mala, pro suauibus aspera, pro magnis parua pro peccatis tormenta &c. allega vt prius. Sufficit. Patet igitur quòd pro refertur ad impium, ad iustum, & ad Deum &c.

A **Probare. Probatus.** Cum probare nihil aliud sit q̄ aliquid experiri, mentaliter tentare, vel aliquid per facti euidentiā manifestare, ad finē vt eius conditio possit melius apparere, possumus dicere ꝙ Deus probat hoīes diuersimodè in hoc mundo. Sicut.n. aurifaber probat metalla, & q̄ bona & legitima inuenit solet emere, tenere & admittere, quę verò mala inuenerit, solet penitus refutare, sic Deus probat & bonos & malos in mūdo, vt finaliter bonos ī paradiso recipiat, malos verò in infernū pellat & deijciat. Et de hoc dr̄ in psal. Dn̄e probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionē meam & resurrectionem meam. Notare ergo possumus ꝙ Deus probat, & homo probatur. Et ideo dico ꝙ est probatio

Diuina.
Humana.
Mundana.

In omni.n. probatione necessarius est probator, locus probationis, & probatus. In probatione ergo nostra Deus est probator vel per se vel per subiectā creaturā, mundus est locus probationis, homo vero est illud quod probatur. Dicamus ergo ꝙ mundus est locus spiritalis probationis. Sicut.n. milites

Probantur in stadio.
Scholares probantur in studio.
Doctores probantur auditorio.
Metalla probantur in conflatorio.

Sic pro certo boni probantur in huius mundi spatiatorio. Mundus.n. est sicut fornax in qua Deus probat illos quos sibi vult specialiter retinere. Sicut.n. Papa ꝓbat & examinat hoīem clericū vt beneficietur, iudex probat & examinat accusatū, vt absolutus & innocens declaretur, hō probat equum vt ematur & retineatur, campsor probat denariū, vt eius bonitas ostendatur sic verè Deus probat in isto seculo virum iustum, vt ipsum innocētem faciat, vt beneficium paradisi sibi conferat, vt ipsum sibi perpetuo retineat, & vt bonitatem ipsius declaret oībus & ostendat. Iuxta illud 1. Tim. 3. Probētur primum, & sic ministrent. Sic fuit probatus Iob & Thobias, quia sicut dr̄ Eccl. 2. In igne probatur aurum & argētum, sic & hoīes receptibiles in camino humiliationis. Et ideo breuiter de quolibet probato vel probando pōt exponi illud Gen. 27. Accede ad me vt tāgam te, & probē vtrū sis primogenitus meus. Vbi aduerte ꝙ Deus antequā hoī cōferat prębendā, non parisiensem, sed paradisi, probat ipsum aliquotiens tribus modis, s̄m ꝙ trium hostium impugnationibus ipsum aliqn̄ submittit. Aliquotiens.n. probatur homo à carne per prosperitatis delectationem. Aliqn̄ probatur à mūdo per aduersitatis desolationem. Aliqn̄ probatur ab hoste per iniquitatis instigationē. Successus attractiuus probat consolationē prosperitatis. Accede ad me inquit. Cōtractus afflictiuus probat desolationem aduersitatis. Vt tangā te inquit. Processus probatiuus probat instigationē iniquitatis. Vt probem te &c. Ista ergo sunt tria genera probationū in quibus probatur homo, videlicet

In carnis prospera successione.
In mundi aspera afflictione.
In hostis temera tentatione.

Dicamus igitur ꝙ hō probatur in successione consolatiua. Et hoc ostenditur cum dr̄. Accede ad me, istud verbum Accede ad me, est vocabulum attractiuū, lenitiuum, blanditiuum, vocatiuū, & prosperæ successionis designatiuum, quia videlicet illos qui modo sunt in prosperitate, videtur Deus vocare ad se, inquantum.s. ipsis solet applaudere & blandiri, iuxta illud Hest. 15. Accede huc, & tange sceptrum. Et Matt. 25. Accedens qui quinque talenta acceperat &c. Ista est.n. vna fortis proba.s. mundi prosperitas. In ista.n. proba non stat metallum nisi solidū. Sicut.n. metallum sic probatur, quia si purum fuerit, idē pondus reddit dū ex igne & fornace trahitur quod habuit antequam in ignē & fornacē mittebatur. sic vir iustus eiusdem est conditionis dum in prosperis eleuatur, & dum in aduersis deprimitur & calcatur. Probatur ēt sicut balsamum, quod si verum fuerit & purum & in aqua ponatur, statim petit fundum, si verò sophisticatū fuerit & impurū, tunc non descendit, imo sursum enatat & supereminet & ascendit. Sic verè homo bonus in aqua prosperitatis positus non euanescit, nec sursum in superbiā erigitur, sed magis per timorem in seipsum colligit̄, & per humilitatem & mortis & inferni considerationē inferius descendere consueuit. Econtra vero illi qui impuri sunt atq; mali, si cū aqua prosperitatis per cōplacentiā miscētur, sursum in superficiē per superbiā leuātur. Istud figuratur Iudi. 7. vbi dr̄ ꝙ Deus volens probare qui erant illi, qui contra Madian debebant & poterāt pręualere, dixit Gedeoni. Duc eos ad aquas, & ibi probabo eos. Et dr̄ ibi ꝙ modus probę fuit talis, quia illi qui quasi aquas contemnendo ipsas solum manu lambuerunt, nec ad eas se inclinauerunt fuerunt ad p̄lium acceptati. Illi verò qui ad aquam genua flexerunt, & q̄ signum nimiæ affectionis ad eam ostenderunt, fuerunt à pręlio reprobati. Et tn̄ dr̄ ibi ꝙ multo plures fuerunt flexo poplite bibentes, q̄ manu solummodo aquam tangentes. Et sic plures fuerūt à prælio repudiati quàm recepti. Sic verè charissimi, Deus in aqua mundanæ prosperitatis qn̄que probat hoīes in hoc mundo. Proba tn̄ talis est, quia pro certo illi qui sunt acceptabiles atque boni, & ad præualendum cōtra Madian.i. diabolum ordinati, solum aquam superficialiter tangunt, & cum manu.i. solum ad necessitatem eā recipiunt atque bibunt, ibique genua cordis non inclinant, nec ꝑ affectum nimium se immergunt. Iuxta illud psal. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Illi tn̄ qui à Deo sunt reprobabiles atque mali, flexis genib.i. toto cordis appetitu ad istam aquam se inclinant, & non solum ad necessitatē, imo etiam ad superfluitatem ibi se recreant & delectant. Ezec 47. Traduxit me per aquam vsque ad renes.i. vsque ad cōplacentiā. Et ideo de ista proba dr̄ in psa. Exaudiui te in abscondito tēpestatis, probaui te apud aquam contradictionis. Et dicitur prosperitas aqua contradictionis, pro eo ꝙ causa est multarum contradictionū. Et dicitur absconditum tēpestatis, pro eo ꝙ causa est tēporaliū & æternalium aduersitatum. Patet ergo ꝙ homo probatur in successione consolatiua. Accede huc inquit. ¶ Deinde dico ꝙ probatur in afflictione desolatiua.i. in mundi aduersitate, quæ ostenditur cum dicitur. Vt tangam te. Tangere.n. signat aliquam violentiam corporalem. Ex tactu.n. imprimitur maior dolor quàm ex actu cuiuscunq; alterius sensus. Et ideo sicut medicus tangendo membrum. probat infirmi complexionem, sicut ignis tangēdo argen-

gentum probat ipsius perfectioné, sicut lapis tangendo aurum probat ipsius conditioné, sic vere Deus tangendo, corrigendo, igniendo, & tribulãdo hoiem, cognoscit & probat eius virtuté vel defectioné. Ideo Iob qui multis tribulationibus fuit probatus, dicit de seipso. Iob 23. Probabit me quasi aurum quod per igné transit. Et ideo de tactu tribulationis suæ legitur dixisse diabolus. Iob 1. Extende paululum manũ tuã, & tange cuncta quæ possidet, nisi in facié benedixerit tibi. Aurum n. purum & impurum sic probatur. Quia si fuerit purũ, in igne positũ non fumat, non euaporat, percussum non sonat, non minoratur, sed purgatur, & melius quam ante perseuerat. Si auté impurum & mixtũ fuerit, tũc in igne fumat & minoratur & euaporat, percussum sonat & à pôdere recto & colore deuiat & discordat. Sic pro certo illi qui puri sunt & iusti, si in igne tribulationis ponũtur, vel si diuersis afflictionib. feriuntur, non fumant per superbiam & indignationé, non sonant per impatientiam & detractioné non minorantur per iniustitiam & desperationé. Illi vero qui iniusti sunt & iniqui, in pondere virtutis minorantur, & ꝑ impatientiam obloquuntur, & per indignationé fumant, superbiunt & rixantur. Ideo de bonis dr̃ in psal. Probasti cor meũ & visitasti nocte, igne me examinasti, & nõ est inuenta in me iniquitas. Isti sunt sicut thus & resina alba, q̃ ita sunt in colore similia, ꝙ nisi probentur, nõ cognoscuntur. Veruntamen in igne posita resina fętet & dissoluitur, thus vero fragrat & accenditur. Sic vere mali quãdoque sunt bonis similes in colore conuersationis, sicut sunt hypocritę. istos tñ ꝓbat ignis tribulationum, quia in isto igne thus. i. vir iustus redolet ꝑ famosam patientiã, & accenditur per charitaté. Resina vero .i. vir malus & hypocrita, in isto igne fętet per infamem desistentiã & dissoluitur per imbecillitaté. Ideo de bonis & malis dr̃ Sap. 11. Hos n. tanquam pater monés probasti, illos vero tanquam durus rex interrogans condemnasti. Ideo Eccl. 27. dr̃ quod vasa figuli probat fornax. Isti ergo probantur in

D tribulatione desolatiua. ¶ Denique dico quod quidam probantur in tentatione instigatiua, & hoc ostenditur cum dr̃. Vt probem te, s. per suggestioné & tẽtationem hostis. Quia .s. sicut ferrum quandoque tingitur in colorem auri probatũ & cognoscitur per præsentiam adamantis, quia. s. ferrum statim sequitur adamãtem, aurum aũt non, sic homo peccator & hypocrita quandoque tingitur & induitur colore viri iusti, adamas tñ. i. durus & obstinatus diabolus veritatẽ probat, quia. s. ferrum. i. peccator statim ipsius tentationibus & suggestionib. attrahitur, aurũ vero. i. vir iustus & perfectus, huiusmodi impulsionibus non mouetur. Eccle. 31. Ignis probat ferrum durum. Tentatio n. diaboli dicitur ignis, quia, s. ad modum ignis solet per mala desideria inflammare, & ad finem per tormenta infernalia solét hominem penitus deuorare. De tali ergo proba quam sustinent iusti, dicitur Thob. 12. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt probatio tentaret te. Sic ergo patet quomodo Deus probat homines diuersimodè, quosdam in tentationibus, quosdam in tribulationibus, quosdam vero in prosperis successionibus. Et ideo breuiter de istis probis concluditur Iacobi 1. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. quam repromisit Deus diligẽtibus se. Ista est

E ergo probatio diuina. ¶ Secundo dico quod inuenitur probatio humana. Et sic dico quod homo debet probare, discernere & tentare illa quæ sunt sibi bona, honesta & vtilia, & illa facere & tenere. Iuxta illud Rom. 2. Probas vtiliora instructus per legem. Notemus ergo ꝙ nos debemus probare,

Verborum veritatem.
Cordium qualitatem.
Rerum diuersitatem.
Diuinam voluntatem.
Supernam pietatem.
Virium quantitatem.
Operum bonitatem

¶ Probemus igitur verborũ veritaté, quia, s. non oportet statim credere quod audit, sed narrata prius cogitare & videre 1. Io. 4. Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus an ex Deo sint. Item probemus cordium qualitatem 2. Corint. 13. Vosmetipsos probate si estis in fide. Item probemus rerũ diuersitatem, s. quæ nobis sunt vtiles & quæ non. vnde 1. Thessa. 5. Omnia probate, quod bonum est tenete. Item probemus diuinam voluntatem. Rom. 12. Probetis quæ sit voluntas Dei beneplacens & perfecta. Item probemus supernam pietatem Malach. 3. Probate me dicit dominus si non apperuero vobis cataractos cœli. Item probemus nostrarum virium 1. Corint. 11. Probet autem seipsum homo. Item probemus operum nostrorum bonitatem. Galathas 6. Probet autem vnusquisque opus suum. Et sic patet quod est quædam probatio humana. ¶ Tertiò dico quod est probatio mundana, & ista est illa qua quis etiam temporaliter debet probari antequam eidem aliquid cõmittatur & maximè antequam ad status eminentiam assumatur. primo. Timothe. 3. Probentur primum, & sic ministrent. Sed de illa vide vbi de probatione agitur in titulis multis &c.

Procedere.

A Nota quod procedere aliquando sumitur pro exire vel emanare, aliquando pro progredi & pro transire, aliquãdo pro tractare & ordinare, & sic est processus.

Aeternalis & emanatiuus.
Moralis & frequentatiuus.
Causalis & operatiuus.
Temporalis & antiquitatiuus.

¶ Processus æternalis est in trinitate. Et iste est ille quo filius procedit à patre per generationem, de quo Io. 8. Ego ex Deo processi & veni. Et ille quo spiritussanctus procedit & emanat à patre & filio ꝑ communem inspirationem, de quo Ioann. 5. Mittam vobis spiritum veritatis, qui à patre procedit. ¶ Processus moralis est in voluntate. Voluntas n. procedit continue & proficiscitur & transit vel de bono in melius, vel de malo in peius. Exéplo lunæ, quæ continuè procedit vel ad crementum vel ad decrementum. Et ideo de bono processu & profectu dicitur in psal. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, ꝓcede, & regna. Et de isto vide supra vbi crescere, vbi inuenies illam authoritatem diuisam & prosecutam. Prouer. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem. De malo verò processu in morib. potest dici illud quod de semei dicitur 2. Regũ. 16. Procedebat egrediens, & male dicebat. ¶ Processus causalis est in operũ qualitate, & iste est ille processus quo à nobis procedunt bona vel mala. Bona n. procedunt à bonis. Luc. 4. Mirabantur oẽs in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius. Mala autem procedunt à malis, quia sicut dr̃ Eccl. 42. De vestimentis procedit tinea, sic a muliere iniquitas viri. Et Marci 7. dicitur ꝙ quæ de homine procedunt, hæc sunt quæ coinquinant hominem. ¶ Processus temporalis est in rerum diuturnitate. Tempus enim continuè procedit. Cum enim tempus sit mẽsura motus; (4. Physicorum) hinc est quòd omnia quæ motui & transformationi subiacent, temporaliter procedunt & senescunt, sicut de Zacharia & Elisabeth dicitur Lucæ 1. quod processerunt ambo in diebus suis. ¶ Si tamen vltra hęc velis aliquid dicere de processu virtuoso, quo. s. de virtute, proceditur in virtutem qua Deus deorum in syon videatur, notabis & dices quod processus seu profectus in bonum valde est necessarius in hac vita, quia sine processu nunquam potest finis aut terminus attingi quinimo si à processu desistitur, quasi necessario retroitur. Illa enim quæ de sui natura sunt mobilia, nunquam possunt in vno statu sistere, quinimmo nisi procedunt vlterius, necesse habent vt communiter retroire. Sic re vera cum homo labilis sit naturæ, sic fit quod nisi semper vlterius procedat in bonum, necesse habet affectibus vel actibus faciliter se vertere ad aliquod inutile seu vanum. Exemplo scilicet magnæ rotæ, quę quando cum impetu voluitur, si steterit statim eodem impetu non ad oppositum inclinatur. Procedat igitur iustus, nec cesset à bono opere, si tamen vult in contrarium non abire. In causis enim ciuilibus nunquam ad summam attingitur, nec etiam causæ victoria reportatur, nisi prius legitimè procedatur. Constat enim, quod propter defectum boni processus multæ causæ quæ alias bonæ fuerint, amittuntur. Et ideo bene dicitur primo Regum 19. Surge & procede, & alloquens satisfac seruis tuis. In quibus verbis ostenditur quòd ad bonum processum faciendum plurima requiruntur. Oportet enim.

Dimittere quod officit.
Admittere quod proficit.
Adiungere quod allicit.
Porrigere quod sufficit.

¶ Igitur dimittamus pondus corporeum quod nimis onerat. Surge inquit. Admittamus motũ pectoreũ quo virtus ꝓperat.

Procede.Adiungamus verbum ſonoreum,quod mẽtes vulnerat.Alloquens.Porrigamus panem idoneũ,qui famem ſuperat.Satisfac inquit ſeruis tuis.Proceſſus.n.virtuoſus conſiſtit in dimiſſione letalis preſſuræ.In cõmotione mentalis naturæ.In oratione ſupernæ præturæ.In nutritione pauperum iacturæ.¶Iſti.n.ſunt quatuor boni proceſſus. Dimittere mũdum impedientẽ.Surge dimittẽdo.ſ.corruptionẽ.Admittere actum expedientem.Procede,ad vlteriorem.ſ.perfectionem.Requirere Deum proficientem. Alloquens.ſ.dñm per orationẽ.Requirere plebem deficientem.Satisfac ſeruis tuis .ſ.per elemoſynarum largitionem & nutritionẽ.¶Primo ergo dico ꝙ ſi bene volumus in bono ꝓficiſci & procedere, neceſſe eſt ꝙ dimittamus pondus corporeum,hoc eſt dictũ, curam temporalium & carnalium negociorum,quod oſtenditur cum dř.Surge,i.ſurſum te erige, quod.ſ.non poteſt bene fieri niſi prius pondus aggrauans dimittatur. Sed de hoc vide plene de Exurgere,de Conſurgere,& Surgere.Pone tñ figuram de Dauid,qui oneratus armis ſaulis non potuit incedere contra Philiſteum,ſicut dř 1. Reg. 17. ſed poſtquam ipſum onus depoſuit & dimiſit, tunc fundam manu tulit, & proceſſit aduerſus philiſteum, & eum in funda & lapide ſuperauit &c.Expone bene de quinque lapidib.ſicut alibi. Vnde Ezec.42.Deponent inquit veſtimenta in quib. miniſtrãt, & veſtientur alijs,& ſic procedent.Surge inquit. Act.12.Surge petre,quia ceciderunt cathenæ de manib.tuis. O q̃ ſunt hodie plures qui preſſi pondere negociorum temporalium nec ſurgere nec procedere poſſunt. Diabolus.n.eſt ſicut ille peſſimus Antiochus,de quo dř 1.Machab.15.ꝙ ipſe concluſit triphonem ne procederet.Non ſic,ſed ſi volumus bene ꝓ
C cedere,dimittamus pondus corporeum. ¶Secundò ſi volumus bene procedere,impellamus motum pectoreum. Procede inquit,i.procul incedere,quia.ſ.motus corporeos,ſ.bonos affectus & deſideria debemus procul,ſ.vſque ad paradiſum impellere, & illic mentaliter intendere & incedere, ſi volumus de virtute in virtutem bene procedere. Procede inquit,i.procul incede,vſque in paradiſum,ſ. pſalm. Specie tua & pulchritudine tua,intẽde proſpere,procede,& regna. Ibi.n.debet eſſe proceſſus noſter, quia ſicut dicitur Prouer. 4.Iuſtorum ſemita quaſi lux &c. ſicut ſupra. Et nota ſi vis ꝙ nos debemus facere proceſſum.

Fortem & bellicoſum.
Conſtantem & virtuoſum.
Sapientem & ſerioſum.
Diligentem & curioſum.
Exultantem & gaudioſum.
Rutilantem & luminoſum.
Honorantem & amoroſum.
Humectantem & viſceroſum.
Triumphantem & glorioſum.

¶ Iſti ſunt igitur certi gradus quibus aſcẽditur & procedit ad terminum gloriæ ſempiternæ. Et primo quidẽ per gradum potentẽ & bellicoſum .ſ.per gradum fortitudinis,quo.ſ.nos debemus contra ſpirituales & temporales hoſtes,demones,hæreticos, vitia & tyrannos bellare.Vnde Hier.46.Præparate ſcutum & clypeũ, & procedite ad bellum,ſtate in galeis,polite lanceas,induite vos loricis.Sequitur.Exultate in currib.& procedant fortes.¶Item proceditur per gradum conſtantẽ & virtuoſum. Non.n.ſufficit ꝙ homo ſit audax & fortis ad inuadendum,niſi etiam ſit conſtans ad perſeuerandum.& permanendũ.Vnde 1.Mach.3. Proceſſerũt vt irent cum vniuerſa virtute ſua. & 2.Paral.18.dicitur ꝙ proceſſit ſpiritus,& manſit corã domino. ¶ Item proceditur per gradum prudentem & ſerioſum.In omni.n.materia proceſſus qui ſit per viam ſapientiæ & prudentiæ,optimus eſt. Vnde de Ezechia rege Iuda dř 4. Regũ.18. ꝙ ipſe adhæſit domino, & non receſſit à veſtigijs eius,& erat Deus cum eo,& in cunctis ad quæ procedebat, ſapienter agebat. ¶ Item proceditur per gradum diligẽtem & curioſum.In omni.n.materia proceſſus diligens commẽdatur.Vnde in pſal.dř.Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo,exultauit vt gigas ad currendam viam. Curſus.n. diligentiam ſignificat.Item proceditur per gradum exultantem & gaudioſum.Gaudium.n.in ſpiritu ſancto eſt vnus gradus ad procedendum in cœlum 1.Macha.9. Ecce inquit apparatus multus,& ſponſus proceſſit, & amici eius cum tympanis & muſicis. ¶ Item proceditur per gradum rutilantem & luminoſum. Lux enim fidei & ſcientię optimi ſunt gradus ad bene procedendum in virtutib. Vnde illud Prou. 4.Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit & creſcit. Vnde etiam de ſpiritu veritatis qui à patre procedit,dicitur Io.15.ꝙ ipſe vos docebit omnia.¶Item proceditur per gradum honorantem & amoroſum,ſ.per viam charitatis, quia .ſ.boni procedunt dignis obuiam ad eos honorandum,ſicut Ioan.12.dicitur de Chriſto ꝙ pueri hebræorum acceperunt ramos oliuarum, & proceſſerunt obuiam ei. Iob etiam de ſeipſo 29.cap.dicit ſic. Quando inquit procedebam ad portas ciuitatis,& in plateis parabant cathedras mihi. ¶Itẽ proceditur per gradum irrigantem & viſceroſum,ſ.per viã clementiæ & pietatis.Vnde vir pius eſt ille fluuius irrigans pauperes,de quo Apo.22.Oſtẽdit mihi angelus fluuium aquæ viuæ,ſplendidum tanquam cryſtallum, procedentem de ſede Dei.¶Item proceditur per gradum ſeu etiam ad gradũ eminentem ſeu etiam triumphantem & glorioſum,ſ. ad gloriã paradiſi,& ad Deum faciliter ſpeculandum.vnde Io.5.Procedent qui bona fecerunt,in reſurrectionem vitæ. Vt ſic de quolibet beato dicatur illud Iudith 16. Erat autem diebus feſtis procedens cum magna gloria. Et ſic patet quomodo ad procedendum,i. procul vſque ad paradiſum incedendũ, neceſſe eſt quod nos impellamus motum pectoreum.Proce D
de inquit.¶Tertiò ſi volumus bene procedere,adiungamus verbum ſonoreum,ſeu requiramus regem ſydereum. Alloquens inquit.Allocutio.n.& oratio & deprecatio ad Deum multum eſt neceſſaria in proceſſu virtuoſo. In proceſſibus .n.ciuilibus valde eſt vtile alloqui curialiter iudicem,& gratiam eius pro viribus impetrare. Sic verè cũ in proceſſu ſeu profectu virtutum Deus ſit iudex noſter, coram quo,ſ.procedere nos oportet, certè neceſſe eſt vt ipſum deuotis orationibus laudibus & gratiarum actionibus alloquamur, ad finem ꝙ eius gratiam & miſericordiam conſequamur, & ꝙ pro nobis diffinitiuã ſententiam aſſequamur. Vt ſic homo de allocutione diuinæ ſapientiæ dicat illud Sap.8. Sciens inquit quoniam communicabit mecum de bonis, & erit allocutio cogitationis & tœdij mei,habebo pp hanc claritatem ad turbas.Vt ſic homo ſit de illis de quibus dicitur 2. Mach. 10. Deprecabatur inquit dominum caput terra aſpergẽtes, lumbos præcincti cilicijs ,ad altaris crepidinem prouoluti, vt ſibi fieret propitius.Sequitur. Poſt orationem longius de ciuitate procedẽtes.Pone hic ſi vis quomodo cautus aduerſarius timens ꝙ altera pars bene procedat & ꝙ gratiam iudicis habens ſententiam obtineat, ſummè cauet ꝙ in procedendo poſſit errare, vel ꝙ excommunicationis ſententiam poſſit incurrere, vt ſic allocutionẽ & gratiam iudicis poſſit perdere,& proceſſus ipſius nullus eſſe.Sic verè diabolus aduerſarius noſter inuidens bonis noſtris proceſſibus,& timẽs ꝙ per finalem ſententiam præbendam ſeu hæreditatẽ paradiſi obtineamus, ſolet procurare per tẽtationẽ ꝙ illegitimè procedamus,ſ.alias quàm deceat operantes,& ꝙ per peccatum mortale excommunicationem ſpiritalẽ,ſ.ſeparationẽ à Deo & à ſtatu gratiæ incurramus, vt ſic proceſſum virtutũ, ſi quem antea fecimus,amittamus,dicẽs,ſ.cuilibet illud Iob 38.Vſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Non ſic ergo,ſed ſi volumus bene procedere, adeamus ſeu requiramus regem ſydereũ. Alloquens inquit.¶Quartò dico ꝙ ſi volumus bene procedere,porrigamus panem idoneum,ſ.elemoſynam pauperi-
bus & egenis,quod oſtenditur cum dř. Satisfac ſeruis tuis. E
Satisfac inquit,ſ.indigentiæ miſerorum, vt ſic talis pius homo taliter ad opera pietatis procedens, figuretur in illo flumine quod procedebat de ſede Dei.Apoc.22.& in illa puella de qua dicitur Actuum 12. quòd Petro pulſante ad ianuã proceſſit puella ad videndum. Pulſante enim paupere & elemoſynam poſtulante,ſtatim debet fluuius & puella,ideſt vir dulcis & miſericors procedere,& gratiam, veniam, miſericordiam & eleemoſynam diſpenſare.Satisfac inquit ſeruis tuis. Vnde primo Petri 3. Parati ſemper ad ſatisfactionem omni petenti vos.Et ſi vis, potes hic dicere quomodo valde bonũ eſt homini qui longum iter habet facere, quòd in via & etiam in termino multos habeat amicos. Sic verè valde tutius in longa via paradiſi procedimus,ſi hic per elemoſynas pauperes, & illic Deum & ſanctos per orationes amicos noſtros facimus. Dicamus ergo de homine pio ad pauperes illud quod de Chriſto dicitur Matthæ. quarto quòd procedens vidit duos fratres, & vocauit eos. Hic

posses ponere quô nauta in mari ne procedat ad portũ,cursor in terra ne attingat ad terminum, tigris in nemore,s.cũ speculis ne inueniat suum catulum, a processu diuersimode retardantur &c.vide supra de Currere,Ire,Via,Iter & similibus,vbi multa inuenies,Patet igitur ꝙ ad bonum & virtuosum processum quatuor principaliter valent,s.

F Compassionis affectus.
Orationis afflatus.
Affectionis conatus.
Corruptionis contemptus.

¶Et hæc sufficiant de processu vtili & virtuoso. Sed si vis dic aliquid de processu flebili & vitioso. Mali.n. semper procedunt in vitijs,quia.s.quanto plus viuunt,tanto peiores fiunt,Eccl. 20. Est processio in malis viro indisciplinato.Et sic nota ꝙ mali procedunt.s.

Ad mundi gaudia.
Ad carnis prandia.
Ad litis odia.
Ad iræ studia.
Ad mortis tœdia.

Procedunt dico ad lętitias mundiales. figurati ,s.in filiab. Sylo,quas videntes filij Beniamin ad ducendos choros ex more procedere rapuerunt.Iudicũ 21.Vt cõiter.n.extrema gaudij luctus occupat,& qui procedit ad gaudia, faciliter venit ad lites & iurgia.Item procedunt mali ad spurcitias corporales.Vnde de illis qui erant in arce Hierusalem,dr̃ 1.Mach. 14.ꝙ illi qui de ea procedebant, contaminabant oĩa in circuitu sanctorũ.Item procedunt mali ad discordias, figurati ,s.Apoc.16.in illis tribus spiritibus immundis qui procedũt ad reges totius terræ congregare eos ad prælium. Itẽ mali procedunt ad iracundias cordiales, figurati.s.in illa vipera de qua dr̃ Act.28.ꝙ cum processisset à calore arripuit manũ Pauli.Calore.n.iracundiæ succensi, solent alios lædere sine causa.Itẽ procedunt mali ad pestilentias infernales,figurati ,s.in Onia.2.Machab.4.qui proditiosè inductus de asylo ꝓcedere,statim fuit per Andronicũ interfectus. Quia re vera cum peccando quis de asylo,i.de templo gratiæ procedit & exit,Andronicus diabolus ipsum finaliter per dãnationẽ decidit'. Similis illi principi odioso Apollonio, de quo dr̃ 2. Mach.5.ꝙ oẽs illos qui ad spectaculũ processerant, trucidauit'. Quia ꝓ certo illi q̃ ad mundi vitia,solatia,spectacula & ludibria procedere non verentur, à diabolo finaliter occiduntur.Iste est ergo malus processus,quẽ faciunt mali.¶Sed

G si vis dic adhuc ꝙ non solum mali procedunt male,imo etiã quandoque à malis procedunt mala, videlicet

Fumus superbiæ.
Ignis seuitiæ.
Fœtor luxuriæ.
Sulphur infamiæ.

Fumus dico quem uentus dispergit. Vnde de superbo dr̃ Io.41. De naribus eius procedit fumus.Item inde procedit ignis seuitiæ seu ẽt iracundiæ,quem furor inuergit Iob.41. De ore eius lampades procedunt quasi tedæ ignis accensæ. Et de locustis dr̃ Apoc.9.ꝙ de ore ipsarum procedit ignis. Item inde procedit fœtor luxuriæ quæ carnem aspergit.Marc.7.Quæ de homine procedunt,sunt illa quæ coinquinant hoĩem.Item inde procedit sulphur infamiæ quam nullus abstergit. Vnde Apoc.9.dr̃.De ore equorum procedit ignis, & fumus,& sulphur.Equi.n.sunt carnales hoĩes,quia sicut dr̃ Esa. 31. Equi eorum caro.De quorum pro certo ore procedit ignis detractionis & inuidiæ.Fumus elationis & stultitiæ, & sulphur,i. fœtor infectionis & infamiæ. Vnde ibidem dr̃ quòd tertia pars hominum occisa est de igne fumo & sulphure quæ procedunt de ore ipsorum. Ista sunt ergo mala quæ procedunt à malis. ¶ Notabis tamen ꝙ à bonis & potissimè à prælatis debent procedere, scilicet

Verba certæ prolocutionis.
Vita sanctę conuersationis.
Clamor altæ prædicationis.
Rigor duræ castigationis.
Vigor tutæ dominationis.

¶ De prolocutione veridica dicitur in psal. Quæ procedũt de labijs meis, non faciam irrita. De conuersatione sanctifica dr̃ Prouerb. 4.Omni custodia serua cor tuum, quoniam ab ipso est vita. De prædicatione altidica dr̃ Apoc.4.ꝙ de throno procedũt fulgura & voces & tonitrua. De castigatione iuridica dr̃ Apoc.19.ꝙ de ore ipsius procedebat gladius ex vtraque parte acutus.Et sequitur ibidem ꝙ omnes illi qui acceperũt characterem bestiæ,occisi sunt gladio qui procedit de ore ipsi᷑. De dominatione etiam tutifica dicitur Exo. 30. ꝙ de altari cornua procedent.Altara.n.est prælatus de quo.s.debẽt procedere cornua potentiæ rigorosæ. Et sic patet ꝙ à iusto & maximè à prælato debent procedere

Veridica prolocutio.
Sanctifica conuersatio.
Altidica prædicatio.
Iuridica castigatio.
Fortifica dominatio.

Et hæc de procedere sufficiãt. Vide infra vbi profiscisci, & supra vbi Ire,ambulare,Currere,Transire,&,similia significantia motum

Procella.

Nota ꝙ procella idem est quod tẽpestas. A Est.n.procella idẽ quod ventus vehemens grandinibus & pluuijs intermixtus.Est igitur & communiter procella triplex,s.procella

Latentis tentationis.
Præsentis vexationis.
Sequentis damnationis.

¶De tentatione patet, quia ipsa vtitur diabolus ad animarum subuersionẽ vento vehementis superbię,igne inflammantis auaritiæ, pluuia lubricãtis luxuriæ tonitrua stupefacientis discordiæ. Ita breuiter dico ꝙ de procella tẽtationũ dr̃ in psal.ꝙ ignis,grando,nix glacies,& spiritus procellarum,pars calicis eorum.Tutẽ est igitur & sapienter per huius mundi pelagus nauigandum,ne forte procella tẽtationis nauẽ nostrã possit destruere vel cassare. Eccl.33.Sapiens non odit mãdata & iustitias,& non illidetur quasi in procella nauis.¶De mundi tribulatione & vexatione patet. Ista.n. est quædã procella quæ status obruit miserorum, de qua.s. dr̃ Matt.4.Facta est procella magna venti,& fluctus mittebat in.nouem.Et nota si vis ꝙ procella mundi tribulationum.

Certa lege à Deo regulatur.
Certo puncto à Deo terminatur.
Certo modo à Deo temperatur.
Certis horis à Deo augmentatur.

¶ Dicam ergo ꝙ procella tribulationis ĩ certa lege solet ordinari. Deus.n.ordinauit modum & regulam talium procellarum,vt.s.sæuire nequeant,nisi quantũ fuerit ordinatũ. Vnde Iob.28.dr̃ ꝙ Deus ponebat pluuijs legem & viam procellis sonãtib.Et ideo in psal.dicitur.Ignis grando,nix glacies, spũs procellarũ,q̃ faciũt verbũ eius.Item ista procella certo pũcto solet terminari.Deus.n.non solũ tribulationib.posuit legem quantum actualiter possunt seuire,imo ẽt præfixit eis terminũ quãtum tpaliter possint durare.Vnde in psal.Dixit, & stetit spiritus procellæ.Itẽ ista procella certo modo solet mitigari.Habet.n.Deus modos suos quibus nunc vni,nunc alteri lenit mũdi mala.ps.Statuit procellã eius in aurã,& siluerunt fructus eius. Itẽ ista procella certis horis solet augmentari. Constat.n.ꝙ.ſm dispositionem dispensationis suæ Deus qñque tribulationes augmentat non solum cõtra malos,imo & cõtra bonos.De malis.n.dr̃ Hie.30.Procella ruẽs in capite impiorũ cõquiescet. De bonis ẽt dr̃ Luc.8. ꝙ Christo & discipulis eius nauigãtib.Christus obdormiuit.& descendit procella venti in stagnum,& cõpellebãtur fluctib.& periclitabãtur. Et tñ dicitur ibidem ꝙ discipuli excitauerũt eum,dicentes. Perimus. Qui surgens increpauit ventum & tempestatem,& facta est tanquillitas.Sępe.n.accidit ꝙ Deus fit tanquam dormiens per dissimulationem,amicosque procellis & tempestatib. iactari & quasi periclitari permittit ꝑ fortem tribulationẽ. verum si deuotis precib.excitatur,solet misericorditer euigelare,& tribulationes increpans mitigare.Ista ergo dicta sint de ista procella,s. de mundi tribulatione. De æterna vero damnatione patet.Ista est.n.procella qua naues.i.animæ impiorum,in mari.i. in æterna amaritudine submerguntur.vnde de damnatis dicit dominus Ezec. 13.Erit inquit imber inundans, & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem. Et in canonica Iudę dicitur ꝙ istis.s.peccatorib damnatis procella tenebrarum in ęternum conseruata est.Hęc igitur de procella infernali.temporali, spirituali seu criminali sufficiant. Vide vbi Ventus,Tempestas &c.

Procidere.

Cum procidere idẽ sit quod protinus seu propere cadere, seu ad terrã inclinari,aut orando seu reuerentiam exhibendo genu flectere, possumus dicere ꝙ procidere à parte procidentis est officiũ humilitatis & reuerentiæ. A parte præsidentis.s.coram quo prociditur,est officium nobilitatis & excellẽtiæ. A parte vero finis seu cõsequentis est officium vtilitatis & complacentiæ qua.s.acquiritur procidendo. Dicam ergo quod nos inuenimus procedere,quod est

Deuo

Deuotorum christianorum.
Afflictorum vel subditorum.
Peruersorum hæreticorum.
Perditorum adulatorum.

Deuoti procidunt ante dñm, ipsū adorādo. Sub diti procidūt ante platū ipsum honorando. Hæretici procidunt ante diabolū idololatrando. Peruersi procidunt ante tyrannum ei adulando. ¶Primo igitur dicā qđ est procidere flebilis deuotionis, & istud est quādo iusti deuote procidunt aut flectunt genua coram deo, dicendo. s. illud psal. Venite adoremus & procidamus ante deum, ploremus coram domino, qui fecit nos &c. Et si vis dic quod procidere debemus ante deum, videlicet Ipsum

Laudando & adorando.
Placando & dulcorādo.
Precando & implorando.

¶Procidat igitur iustus corā deo ipsum laudās honorabilr sicut. s. de malis dr̄ Mat. 2. qđ procidentes adorauerunt puerū &c. Et Apo. 4. Procidebāt 24. seniores ante sedentē in throno, & adorabāt viuentē in secula seculorū, & mittebāt coronas suas ante thronū. Itē pstus coram domino ipsum placans amicabiliter seu dulcorabiliter, sicut de Abigail volente placare Dauid dr̄ 1. Reg. 25. qđ ipsa procidit corā Dauid, & adorauit. De Hester et dr̄ Hester. 8. qđ volens Assuerū placare, procidit ad pedes regis, fleuitq́;. Itē procidat iustus coram deo ipsum rogans implorabiliter. s. pro venia obtinenda vel gratia īpetranda. Exemplo. s. illius de quo Luc. 5 dr̄ ꝙ plenus lepra, procidit in faciem suam ante Iesum, dicēs. Dñe si vis, potes me mundare. Et in psal. dr̄ ꝙ coram illo procident æthiopes, & inimici eius terram lingent. Aethiopes. n. nigri, sunt pctōres, q. s. corā deo debent procidere pro venia & gratia iplorāda. Vñ Mar. 5 dr̄ ꝙ archisynagogus pcidit ad pedes Iesu, s. depcans pro filia sua suscitanda. Istud est igitur procidere flebilis deuotionis. ¶Secundo dico quod est procidere humilis
B subiectionis, quo. s. homines procidunt & flectunt genua coram maiorib. ipsis. s. humiliter seruiendo, & eos honorādo quod. s. in scriptura vituperatur, cum secundum diuersitatē status & meriti homines honorari iubeātur, sicut de custode carceris dicitur Act. 16. quod tremefact' cecidit Paulo & Sile ad pedes. Et de achior dicitur Iudith. 13. quod ipse procidit ad pedes Iudith viso scilicet capite holofernis, & adorauit eam. ¶Tertio vero dico quod est procidere fallacis corruptionis. Et istud est illud quo idololatre & hæretici procidunt ante demonia & idola adorantę. Vnde de idololatris dicitur Esa. 14. Procidunt & adorant & portant illum, scilicet deum suū in humeris suis gestantes. ¶ Quartò autem dico quod est procidere fatuæ præsumptionis, sicut scilicet est illorum qui volunt quòd vltra debitum honorentur. & quòd coram eis plus quam deceat procidatur, sicut. s. faciunt quidam principes temporales, qui quando salutantur, volunt quod salutantes terram quando procidūt osculentur, sicut de soldano babyloniæ, & etiam de quibusdam christianis principibus narratur. Qualis ēt fuit Alexāder, qui se mandauit tanquam de genere Iouis natū ab exercitu suo vt deum adorari. Quod q. a calistenes philosophus facere noluit immo ipsum super hoc reprehendit, ipsum auribus, oculis naso & labijs priuari, & cum cane in cauea ligari mandauit. Quid dicemus de Gaio cæsare, qui volens vt deus adorari, fecit idolū suū iuxta Iouis idolū poni. vt romani q. adorare mortalē horrebant, ipsum saltem in imagine sua adorare viderentur, quando iouis idolum adorarēt. Ad istum igitur errorem satis facit illud quod scribitur Danie. 2. scilicet quod Nabuchodonosor mandauit, dicens quod qui statuam auream per erectam procidens non adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sic ergo patet quod est procidere improbæ adulationis. Peruersæ adorationis. Humanæ venerationis, & diuinæ supplicatiōis & deuotionis. Sufficit. vide supra de Genu, & vbi adorare.

Procreare.

Vide supra de creare, & infra de producere &c.

Procumbere.

Vide vbi Accūbere, Accubare & vbi discūbere, vbi satis inuenies.

A Procurator. Procurare.

Dicitur quasi pro alijs curare. Procurator. n. est qui pro alio curam gerit, & pcurator i. quasi dispensator, minister, negociator, prælatus etiā vel seruitor aut bñfactor. Et poterāt de eo multa dici, sed quasi nullæ sūt auctoritates. Vide supra ī alijs titulis similibus.

Procul.

Nota ꝙ pcul idē est qđ longe, & signat procul distantiam vel temporalem vel corporalem vel virtualem, & ideo possumus notare quod procul significat distantiam A

Commendabilem.
Detestabilem.
Separabilem.
Memorabilem.
Honorabilem.
Delectabilem.
Desperabilem.

¶Distantia commendabilis est illa qua boni distant à criminib. & de ista dr̄ Esa. 54. Recede pcul a calūnia. & Ezec. 43. Repellant pcul fornicationē suā. Distātia detestabilis est illa qua mali sunt procul à virtutib. Prou. 27. Melior est vicinus iuxta, quā frater procul. i. melior est fidelis secularis qui est iuxta deum per charitatem, quam frater ecclesiasticus vel regularis, qui est procul a deo per iniquitatem. Distantia separabilis est illa qua diuites distant à pauperibus, quia. s. inuidi & odiosi semper se tenent procul ab alijs & etiam a seipsis. Dan. 13. Separate eos ab inuicem procul. & de amicis Iob dicitur. Iob. 2. Cumq́; eleuassent procul oculos non cognouerunt eum. Signantes falsos amicos, qui desolatos socios à procul respiciunt non à iuxta: distantia memorabilis est illa qua futura distāt à præsentib. Ista enim q̄ pcul a nobis sunt, debemus memorari, & visu lympido contemplari. Memorari. n. debet cæli felicitas Iob 36. Vnusquisq́; intuebit̄ procul & etiam iudicij & inferni asperitas. Iob 30. Procul odoratur bellum. Distantia honorabilis est illa qua bona fama quis se diffundit in longinquis partib. & de hoc dicitur 2. Paral. 29. Egressum est nomen eius procul. Distantia delectabilis est illa qua beati distant a mortalibus. Prouerb. 13. Procul & de vltimis finibus terræ præcium eius. & Neemię 12. Audita est lætitia hierusalem procul. Distantia autē desperabilis est illa qua damnati distant a bonis omnib. & de hoc dicitur Esa. 22. Omnes qui inuenti sunt, pariter procul fugerunt. Et ista breuiter dicta de Procul sufficiant. Vide supra de longe, & de Nouissimus.

Proditor. Prodere.

Cum prodere idē sit, literaliter quod exire, A emittere, manifestare, producere, reuelare, dicam quod ille proprie dicitur proditor, qui secretorum sibi commissorū est infidus reuelator, seu qui sub specie amicitiæ aliorum in se confidentium est deceptor. Cum igit̄ ista materia in pluribus titulis sit vulgata scilicet vbicunque de falsa amicitia, fraude, fallacia, deceptione & malitia agitur, & maxime cū paucissimæ sunt auctoritates vocales, hinc est qđ sub breuitate transire propono. Hoc igitur solum nota quod proditor solet prætendere figuram amoris. Solet infigere puncturam doloris. Solet infigere puncturam doloris. Solet incurrere iacturā horroris. ¶Primo igitur dico qđ proditor solet prætendere amoris figuram. Sub specie enim amicitię solent consilia mala dare, & vt sic minus caueatur ab ipso, & se fidelem & amicum illis quib. nocere vult, simulare. Sicut n. ponit Plinius, Scythæ populi crudeles vt alios in bello irremediabiliter perimant, solent sagittas suas veneno viperæ & humano sanguine inūgere, & sic quicquid illis sagittis ēt leuiter vulnerant, solet sine remedio interire. Sanguis humanus charissimi cū sit amicus naturæ, signat fictam & falsam amicitiā seu cōsanguinitatē, seu ēt humanā & dulcem benignitatem, venenū autē viperę signat venenosam & pditoriā falsitatem, vt. s. de proditoribus dicat̄ illud Iob 20. Caput aspidum suget & occidat eum lingua viperæ. Eum inquit, s. innocentem. Quid ergo? pro certo Scythæ. i. proditores, solent cum veneno viperæ suæ prauæ intentionis sanguinem humanum, i. formam & figuram humanitatis & cōsanguinitatis & bonæ amicitiæ & dilectionis miscere, s. fidelitatem & amicitiam prætendendo, & inde sagittas suæ crudelitatis, vel iniquitatis vngere vel linire, & sic pro certo solēt sine remedio vulnerare, & nocumentum incurabile pcurare. Sagitta enim irremediabilis nocumenti plus cōsueuit nocere, quæ sub specie amicitiæ & consanguinitatis pditiosæ solet intrare. vt sic dicat proditor illud Deut. 32. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Istud satis figuratur in iuda, qui sub specie amicitiæ, s. dando osculum, prodidit magistrum suum Christum. Vnde Lucæ 6. Elegit inquit duodecim &c. Sequitur. Iu Iudam qui fuit proditor, Vnde de ipso legitur Marci. 14. Dederat autem traditor eis signum, dicens: Quemcunq́; osculatus

fuero

B fuero,ipse est,tenete eũ.Dico igitur qđ proditor solet ostē
dere amoris figurã.¶Secundo dico ꝙ proditor solet inflige
re doloris puncturã.Constat.n.quod nulla læsio est pericu-
losior aut grauior q̃ illa quæ fit proditore.Semper enim cõ
sulit illud ꝙ est magis ꝑiudiciale.exēplo.s.Iunonis,q̃ videns
ꝙ Iupiter maritus suus cõcubuerat cũ Semele,& inuidēs ei,
ipsamq; destruere volens,quadã die absente Beroe nutrice
Semelis transformauit se in ipsam vetulã & nutricem,& ve
niens ad Semelē,consuluit sibi proditiosè ꝙ quando Iupi-
ter aliquid ab ipsa desideraret,peteret quod ipse sibi appa-
reret in tali forma sicut apparet reginę & deę Iunoni qñ cõ
cumbebat cũ ipsa.Venit ergo Iupiter,fit generalis ꝓmissio
de primo petito concedendo,iuraturq; a Ioue ꝑ aquas styg
gas(quod iurm transgredi numinibus nõ licebat) declarat̃
petitio,dolet Iuppiter videns quod promissum non pote-
rat reuocare.Descēdit igitur in forma ignis tonitrui & ful
guris,& Semelē concremauit.Iuppiter.n.est æther,Iuno est
aer superior,in quorũ cõiunctione ignis fulgur & tonitrua
generant̃.Sic igitur simplex puella periit per proditionē &
deceptionem Iunonis,sicut figuratiue ponit Ouidius libro
3.fab.3.Dicamus ergo quod ista simplex puella signat quē-
cunq; simplicē & modestũ,quē pro certo Iuno,i.aliquis fal
sus deceptor volens prodere,transfigurant se in nutricē ip
sius,inquantum.s.fingit se ipsius fidelē amicũ. Iste ergo sub
ista figura amicitiæ consulit sibi ꝓditiosę nociua cõsilia &
peruersa,q̃ pro certo dũ cõplent̃,mors & ꝓditio subsequũ
tur.Vbicunq;.n.est proditor,dũ tñ sub spē amicitiæ possit
decipere vel fraudare necesse est finē dolorosum & stupidũ
aduenire.Vnde Ambr.in sermo.de cathedra sancti Petri di-
cit sic.Erat inquit in nauicula Simõ Petrus,sed erat pariter
& Iudas ꝓditor , quãuis illius fides firmaret nauiculã, eam
tñ huius perfidia cõturbabat.Tranquillitas est vbi solus Pe
trus nauigat,tempestas vbi Iudas adiungit̃.Et licet esset Pe
trus firmus suis meritis,perturbat̃ tñ criminibus prodito-
ris.Sequitur.Hoc ergo exemplo perfidum caueamus ꝓdi-
torem,ne per vnum plurimi fluctuemus. Patet igitur quod
C proditor solet infligere doloris puncturã.¶Tertio dico qđ
proditor solet incurrere terroris iacturã. Constat.n. quod
finis proditorũ pessimus est,sicut patuit de Achitophel,qui
prodidit Dauid,de quo dr̃.2.Reg.17.Qui videns quod non
fuerat factum consilium suum suspendio interijt. De iuda
etiam dicitur Mat.27.quod desperans laqueo se suspendit.
& Actuum.1.dicitur qđ iste suspensus crepuit medius. De
belidibus etiam legitũr quod quia viros suos proditiose in
terfecerunt in die nuptiarum,iõ & ipsæ interfectæ fuerunt,
& ſm poetas vltra hoc ad implendum dolium sine fundo
ꝑpetuo in inferno sunt damnatæ,sicut patet in reductorio
meo lib.15.c.1.§.18.vbi egi de fabulis poetarum. Patet igit̃
quod proditorum vt communiter luctuosus est finis.Vnde
2.Mach.10.dicitur quod Iudas proditores eo quod fratres
pecunia vendiderant interfecit.Sic igitur patet quod ꝓdi-
tores iacturam horroris solent incurrere,puncturam dolo
ris solent infligere,figuram amoris solent prætendere. Suffi
ciat.Vide vbicunque de fraude malitia,deceptione & falsi
tate dicitur,quia auctoritates vocales sunt paucissimæ.

A Prodesse.

Nota ꝙ prodesse idem est quod profice-
re.Et sic est de reb.ꝓficuis & vtilib.Quia
aliqua sunt quæ proficiũt ad vnum,alia ad aliud.Et proprie
nihil est quod careat omni vtilitate.Oĩa.n.q̃ sunt, proficiũt
homini vel ad vnum vel ad aliud.Vnde dicit Ioãnes Dama.
quod deus quædam creauit ad hominis cibũ & adiutoriũ,
vt boues & ceruos.Quædam ad hominis punitionem, vt ti
grides & leones Quædam ad hominis exercitium & conso
lationem,vt sunt simeæ & mustellæ & alia animalia. Et bre
uiter nihil est dare in mundo,quin proficiat homini ad ali-
quid vel spũaliter vel temporaliter,qua sicut dicitur Rom.
8.Diligentib.deum oĩa cooperantur in bonum. Et ēt q̃ cre
duntur nociuiora,sunt quandoq; vtiliora. Vnde de ventis
& eorum vtilitate dicit Seneca lib.4.de naturalib.qõnib, ꝙ
vltra modum conferunt homini magnam vtilitatē quãuis
qñq; videant̃ inferre corporib.magnã & grauē pænalitatē.
Non põt inquit vtilitas eorũ cõpensari,quæ in perniciē suã
facta generis humani demētia cogitat.Vñ ēt dicit ibi ꝙ vē
to circio ēt ædificia cassanti,gallici gratias agunt,tanq̃ salu
britatē sui aeris procuranti.Et addit quod cũ Cæsar augu-
stus in Gallias venisset,& vtilitatem vēti illius comperisset
tēplum ei fecit,& eũ adorandum inter numina reputauit.
Et hæc pro certo tanto dixi,quia etiã illa q̃ nobis credimꝰ
inutilia sunt qñq; magis proficua & vtilia,q̃a vt dr̃ prouer-
bio communi.Omnia cum quodam veniũt in cõmoda fru-
ctu.Quod etiam in spiritualib.verum est.quia constat quod
mundi tribulamina quæ nobis à deo inferuntur,semper ad
vtilitatem aliquam & commodum ordinantur.Ista ēt aĩalia
venenosa sunt in multis vtilia & fructuosa.Vnde ēt sicut Pli
nius dicit,carnes viperæ valent ad tyriacam.Fel cãcrorum
& auium ad oculorum caliginem.Pellis colubri cũ oleo co
cto valet ad aurium surditatem.Sic vere charissimi etiam ip
si peccatores prosunt quandoq; hominib.spiritualiter ad sa
lutem,quia vere quamuis eorum caro.i.eorum interior cõ
scientia & cogitatio ipsorum,fel.i.eorum exterior ira,iniu-
ria,& inuasio , ipsorum pellis,idest eorum mala vita & con
uersatio sint in se pessima,homini tñ istis bene vtenti & ista
in patientia sustinenti sunt proficua.ad Titum.2.Omnia mũ
dana mundis &c.de illis ergo q̃ homini sunt ad salutem ꝓfi
cua,possumus infinita dicere,& exempla plurima allegare,
sed in alijs titulis & quasi in omnib.materijs virtutũ ad suf
ficientiam credimus esse dictum,infra etiam de vtilitate ali
quid forsitan adiungemus.Et ideo cum de ꝓdesse affirma-
tiue loquendo paucissimæ sint auctoritates supersedeo ad
præsens,hoc solum notando,quod illa quæ sunt proficua,
sunt procuranda,illa vero quæ sunt nociua, sunt fugienda. B
¶Notemus ergo quod aliqua sunt quæ nihil prosunt hoĩni
ad salutem,sed potius officiunt atque obsunt.Et ista sunt

Prosperitas & affluentia.
Pompositas atque superbia.
Crudelitas atq; sęuitia.
Mala societas atque amicitia.
Vana anxietas & diligentia.

¶Dicamus ergo quod ista
nulli prosunt ad salutem,&
maxime nihil ꝓderit in die
iudicij affluētia mũdanæ ꝓ
speritatis.Prou.11. Nõ pro
derunt diuitiæ in die vltionis.Et Prouer. 17. Quid prodest
stulto habere diuitias, cum sapientium non possit emere?
Item superbia pompositatis.Sapien. 5. Quid nobis profuit
superbia?quid diuitiarum iactantia?Item sæuitia crudelita-
tis.Gen.37.Quid nobis proderit si occiderimus fratrē no-
strum?Item amicitia malæ societatis. 2.Paralipome.28.De-
dit regi assyriorum munera,& nihil profuit ei.Item diligē
tia vanæ anxietatis.Vnde Ecclesiastici. 34. Vnus ædificãs &
vnus destruens,quid prodest illis nisi labor?q.d.nihil.Sic er
go patet quomodo multa sunt quæ prosunt,& multa simili
ter quæ obsunt &cæ.¶Si autem aliquid vlterius velis adde
re,dic quod malæ complacentiæ quas in rebus & peccatis
habemus,nobis finaliter non proderunt sed nocebunt.Vn-
de nota quod non prosunt

Munera stulte donantibus.
Opera malum agentibus.
Murmura linguam laxantibus.
Fædera mala sequentibus.
Dulcia carnem fouentibus.
Grandia mundum volentibus.
Somnia vana docentibus.
Omnia nihil amantibus.
Mendacia falsa dicentibus.
Inania vana petentibus.
Terrestria multa quærentibus.

¶Dicam igitur
ꝙ non prosunt
homini munera
collata.Vnde Le
uitic.7.Irrita fiet
oblatio,nec pro
derit offerenti.
Vnde de illo pes
simo achaz dr̃.2.
Paral.28.qđ spo
liata domo dñi
& domo regum principum abstulit regi assyriorum mune
ra,& nil ei profuit.Vnde ille verificator bene dicebat . Heu
nihil es nisi des,ergo des plurima, fides , Respicito cui des,
perdita multa vides.Et iõ illi qui portabant super gibbũ ca
melorum thesauros suos ad populum qui eis non proderat
arguuntur ꝑ prophetam.Esa.30.Non prosunt ergo mune
ra fatue collata.Item non prosunt opera peruersè patrata.
Esa.57.Opera tua non proderunt tibi.Itē non prosunt mur
mura verbosè prolata.Sap.1.Custodite ergo vos à murmu
ratione quæ nihil prodest.Item non ꝓsunt fædera cum ma
lis ligata.Esa.30.Confusi sunt super populo qui eis prodes-
se non poterit.Item non prosunt dulcia seu delectabilia ꝓ
carne pensata.Vnde Esa.44.dicitur.Amantissima eorum nõ
proderunt eis.Et de cibis etiam dicitur Hebræor.13.Opti-
mum est gratia stabilire cor, non escis , quæ non profue-
runt ambulantibus in eis.Quia sicut dicitur Ioannes.6.Spi
ritus est qui viuificat,caro autē non prodest quicquam. Itē

non proſunt grandia in arcis cōgregata.ſ.diuitiæ & theſau-
ri,& maxime ſi iniuſte quærunt̄.Vn̄ prou.10.Nil proderunt
theſauri impietatis,iuſtitia liberabit a morte.Et prouer.11.
Nil proderint diuitiæ in die vltionis.Itē non proſunt ſom-
nia à falſis prolata,ſ.vanæ doctrinæ,& inutiles, ſicut ſunt va
ticinationes & ſimilia.Vnde Hier.23.Ecce ego ad prophe-
tas ſomniantes mendacium,ait dn̄s,qui narrauerunt ea,&
ſeduxerunt populū meū in mendacio ſuo.Talib.deberet di
ci illud Gen.37.Venite occidamus eū,& videamus,quid ꝓ
ſint ei ſomnia ſua.Itē non proſunt oīa amore nudata,q.a.ſ.ſi
ne charitate nihil prodeſt ad ſalutē quicquid hō facit.Vnde
Apoſt.1.Cor.13.Si diſtribuero in cibos pauperū oēs facul
tates meas,& ſi tradidero corpus meū ita vt ardeā, charita
tē aūt non habuero nihil mihi prodeſt.Itē non proſunt mē
dacia falsè promulgata.Hier.7.Confiditis in ſermonib.mē
dacij,qui non proderunt vobis.Itē non proſunt inania nul
la vi firmata.Vnde Hier.16.Vere mendaciū poſſederūt pa-
tres noſtri,vanitatē,q̄ eis non profuit.& 1.Reg.12.Nolite
declinare.poſt vana,q̄ vobis non proderunt.Itē non ꝓſunt
terreſtria plus iuſto globata,ſ.magnæ & exceſſiuæ hæredita
tes & poſſeſſiones.Hie.12.Hæreditatem acceperunt, q̄ eis
proderit.Et Eccl.5.Noli attēdere ad poſſeſſiōes iniquas,ni-
hil proderunt in die vindictæ.Ecce ergo q̄uo ſunt multa &
varia q̄ non proficiunt ad ſalutē & ꝓꝓ hoc non ſunt amāda
nec ardēte ab hoīe ꝓcuranda.Qd̄.n.prodeſt hoīni ſi vniuer
ſum mundū lucret̄,aīæ vero ſuæ detrimentum patiat̄? Mat.
19.In fine.n.experiemur quia mundi gloria & delectabilia
hoīni non proſunt,ſed nocent potius,atq; lædūt.Infirmo.n.
non prodeſt vinū,& carnes ſumere,licet ſibi videant̄ pluri-
mū complacere.Iſta.n.non proſunt ſed officiunt, quia mor
tem & periculum introducunt.Sic vere dicam de mūdi bo
nis.&c.Vnde final̄r peccator dicet illud Sap.5. Quid nobis
profuit ſuperbia?quid diuitiarum iactantia contulit nobis?
tranſierunt omnia velut vmbra.Hæc ergo de Prodeſſe ſuffi
ciant.Vide vbi Proficere,& vbi Vtilitas &c.

A Prodigiū. Portētum. Præſagiū.

Nota qd̄ ꝓdigium idem eſt ꝙ factum mirabile & inſolidū
& alicuius rei futuræ remotę vel occultę ſignificatiuū.Et iō
dr̄ prodigium quaſi ꝓcul iudicans.¶Idē ēt vr̄ denotare por
tentum,quaſi procul tendens,ſeu quaſi prætendens aut ſi-
gnificans,rem.ſ.ſupra vel contra naturā aduenientē, & aliud
quam demonſtret præſagientē & deſignantē. Præſagiū ve-
ro ſemper ſe habet ad futura,quaſi diuinatio præ,i.ante fa-
ctum prolata,ſeu quaſi res præſagiata,prædicta, & ſignifica
ta.Cōi tamen ſignificato prodigia ſunt miracula, ſeu ſigna
mirabilia.Et ſic nota quod nos inuenimus Prodigium
Noſtræ redemptionis.
Altæ perfectionis.
Duræ punitionis.
Falſæ deceptionis.

¶Primum in ſacra virgine.Sed ſm in ſctōrum lumine.Tertiū vero in finali turbine.Sed quartum in
falſorum crimine.¶Primo igitur dico quod eſt prodigium,
dimiſerationis.Er iſtud fuit ſummum & ſtupendū ꝓdigiū,
quo.ſ.deus factns eſt hō,virgo mater,& ēt hō deus,vt ſcili-
cet mediāte incarnatione beata,genus ſaluaret humanum,
Prodigium.n.reputabatur antiquitus ſecundum Titum li-
uium & Pliniū quod contra naturam fiebat,ad præſagiēdū
aliquod futurū notabile factum,ſicut Plin.lib.2.ponit ꝙ tē
pore Neronis flumina viſa ſunt retrocedere.ſicut etiā libr.
19.cap.33.dicit quod in bellis cimbricis quædam arbor vo
luntarie in Aram Iunonis vel Iouis cecidit,quæ tandē ſpō-
te ſurrexit,& floruit,quod romanis victoriæ ſignū fuit. ſic
vere dicam quod deus tunc fecit ſummum miraculum aut
prodigium,quando fluuium paradiſi,ſ.filium ſuū fecit ꝑ in
carnationem retrocedere,& ab arce deitatis ad hnmilita-
tem aſſumendæ carnis deſcendere.Figuratum.ſ.in portēto
quod accidit Ezechiæ regi Iuda,quando ſcilicet in horolo
gio achab vmbra redijt in aduerſum,iuxta illud Eccleſiaſt.
48.Retro rediit ſol,& addidit vitam regi.Vnde pro iſto mi
rabili ſigno venerunt nuncij regis babylonis,& interroga-
uerunt Ezechiā regē iuda de portento quod propter eum
acciderat ſuper terrā,ſicut dicitur 2.Par.32.Sed iſtam figu
ram vide ſupra de ſole.Iſte.n.fuit arbor ad aram Iunonis.i.
ad corpus virginis,& etiàm ad aram crucis voluntarie de
ſcendens & tandem ad cælum propria virtute & volūtaria
reaſcendens,vbi per æternam gloriam eſt ſemper florens,
dicens.ſ.illud pſal.Tanq̄ ꝓdigiū factus ſum multis & tu ad-
iutor fortis.Sic igit̄ romani.i.fideles,cōtra Cimbros.i.cōtra
demones ꝑualuerunt,& victoriam cōtra vitia reportarūt.
Figura ad hoc de filijs Iſrael q̄ a deo in ſignis & ꝓdigijs de
ægypto liberati fuerunt.quia.ſ. virtute prodigij ſupradicti
& aliorum myſterium noſtræ redemptioni tangentium,
fideles de ægypto.i.de inferno & de peccato,& de Pharao-
nis ideſt de diaboli dominio liberati fuerunt.Baruc.2.Edu
xiſti plebē tuam in ſignis & prodigijs.Vnde Deut.29.Vide
runtq; oculi tui ſigna illa portentaq; ingenita.Vnde Ioelis.
2.dicit dn̄s.Dabo propigia in cælo ſurſum,& in terra deor
ſum,ſanguinē & ignem & vaporem fumi. Sol conuertetur
in tenebras,& luna in ſanguinē.Expone quomodo ſol dei fi
lius conuerſus eſt in tenebras ꝑ carnis aſſumptionem, & in
ſanguinem per paſſionē.Et qn̄ ipſe fecit ꝓdigia in terra,mi-
racula perpetrando,& ſanguinem ſuum in ſacramento alta
ris,ignem ſuum in miſſione ſpiritusſancti,vaporem fumi in
diuerſarum ſpiraculo gratiarum nobis dādo & conceden-
do,& in cælum ſurſum corporaliter aſcendēdo,& nos poſt
ſe aſcēdere faciendo,& fidem ſuam in nobis per ſigna & ꝓ-
digia confirmando.Io.3.Niſi ſigna & prodigia videritis nō
credetis.Iſtud eſt igitur prodigium noſtræ redemptionis.
¶Secundo dico quod eſt prodigium magnæ perfectiōis. Et B
iſta certe ſunt prodigia miraculoſorū,q̄.ſ.martyres & apo-
ſtoli fecerunt ſicut de beato Stephano dr̄ Act.6. quod Ste-
phanus plen⁹ gratiæ & fortitudine faciebat ſigna & ꝓdigia
magna in populo.De apoſtolis ēt dicitur Act.5.ꝙ ꝑ manus
Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia in plebe. Viri ēt ꝑ
fecti dantur alijs in portentū.i.in ſignum & præſagium fu-
turorum,ſicut de Ezechiele dicitur.Ezec. 12. Fili hominis
portentum dedi te domui Iſrael.q. d. Iuſti debent eſſe alijs
in ſignnm & in exemplum, dicens.ſ. quilibet illud ibidem
Ezech.12,Ego portentum veſtrum,quomodo feci, ſic fiet
eis.Antiqui.n.prophetæ per aliqua ſigna exteriora dabant
intelligi hominibus illa quæ eis erant futura,ſicut de Eſa.di
citur Eſa.20.quod nudus & diſcalciatus & diſcopertis na-
tibus ambulabat coram filijs Iſrael. ad portentum & ſigni
ficandum ipſis quod ægyptij & æthiopes in quorum auxi-
lio confidebant in tali ſtatu erant deducendi & captiuandi
per regem aſſyriorum.Iſtud eſt igitur portentū ſeu ꝓdigiū
altæ perfectionis.¶Tertio dico quod eſt prodigium magnę
mutatiōis,& iſtud.ſ.faciet deus ī iudicio,qn̄.ſ.ipſe deponet
potentes de ſede,& exultabit humiles.Eſurientes implebit
bonis,& diuites dimittet inanes.Tale prodiginm videt̄ fuiſ
ſe illud de quo narrat Plinius lib.2.c.85.vbi dicit quod tem
pore Neronis duo habebant agros vicinos uia quadā pu-
blica intermedia,in quorum vno erant oliuæ & in alin pra
ta,ſed ſic factum eſt quod in quodā terremotu illi agri mu
tauerunt penitus ſedes ſuas,quia ille qui erat ad dexteram
viæ publicæ,factus eſt ad leuam,ille vero qui ad ſiniſtrā fue
rat,trāſijt ad dexteram,via media non mutata.Sic fiet in iu
dicio,quia.ſ.tunc fiet apud peccatores mirabile prodigiū,
quia.ſ.oliueta.i.pingues alti & diuites fient prata. i. baſſi de
preſſi & pauperes,videlicet in inferno.Et illi,viæ publicę.ſ.
Chriſto,qui eſt via,veritas & vita,fient tunc temporis ſini-
ſtri,qui in hoc mundo ſibi videntur eſſe dextri & amici. Vt
ſic de tali prodigio dicatur mundo & ſuis diuitib. illud ꝑs.
quod deus tunc faciet ſigna & prodigia in medio tui ægy-
pte,in Pharaonem & in omnes ſeruos eius.Vnde Deute.6.
dicitur quod deus fecit ſigna atque prodigia magna & peſ
ſima in ægypto.(Aegyptus autem interpretatur tenebræ)
i.in peccatoribus tenebroſis,vt ſic de tali ægypto dicatur il
lud Ioſuæ.24.Percuſſi ægyptum multis ſignis atque porten
tis.Econuerſo aut deus faciet illud prodigiūm bonis, quia
ſcilicet ipſos de ſiniſtra ad dextram transferet, inquantum
de pratis faciet oliueta.i.de baſſis altos, de ſiccis pingues,
de pauꝑibus diuites,& de miſeris beatos,et de his qui mo-
do ſunt in tribulatione & guerra,faciet & pacificos & qe-
tos.Olíueta.n.& oliuæ ſemper pacem ſignificant in ſcriptu
ris.Vn̄ in pſal.dicitur. Venite & videte opera domini,quæ
poſuit prodigia ſnper terram auferens bella vſq; ad finem
terræ.Vt & ſic de vtroq: prodigio tam bonis quā malis in
iudicio faciēdo dicatur illud pſal.Mementote mirabilium
eius quæ fecit ſeu q̄ faciet,prodigia eius & iudicia ori eius.

Patet

liter.n.parcere spectat ad nobilitatem potẽtiæ. vnde ipse dicit Esa.48. Propter nomẽ meũ lõge faciã furorẽ meũ. 2. Para.6.dr̃ ipsi deo. Propter nomen tuũ magnum, & p̱p manũ tuã robustã, & brachiũ extentũ, tu exaudies de cælo. Itẽ efficaciter adiuuãdo. vnde Esa.37. Protegã ciuitatẽ, vt saluem eam, p̱p me, & ꝓpter Dauid seruum meum. Itẽ liberaliter præmiando. Istud.n.spectat ad nobilem potentiã & regalẽ vnde Esa.45. dicit dñs regi Cyro. Ego (inq̃t) ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo, & dabo tibi thesauros abscõditos, & arcana secretorum p̱p seruum meum Iacob, & Israel electũ meum quẽ (supple) tu benigniter tractasti. Item terribiliter cõminando. vnde Baru.3. Propter hoc dedisti timorem tuum in cordib. nostris, vt inuocemus nomen tuum, & laudemus te. Item supernaliter eminẽdo. Vnde etiã ipse de sua honorabili magnificentia dicit Eze.36. Peperci, inquit, nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel. sequitur. Non propter vos ego faciam domus Israel, sed propter nomen sanctum meum, ꝙ polluistis. Sic ergo patet, ꝙ est vnum p̱p dei potentiæ insuperabilis. ¶ Deinde dico, ꝙ est vnum ꝓpter dei sciæ seu sapientiæ incomparabilis. Ista enim est p̱p C quam & per quam ipse regit, & dirigit vniuersa. Sicut.n. dr̃ Sapien.7.cap. Omnibus mobilib. mobilior est sapientia; attingit.n. vbicũq; p̱p suã munditiam. Ista.n. habet videlicet

Eloquium, quod viuificat.	De eloquio di
Obsequium, quod rectificat.	uinæ sapientię
Alloquium, quod clarificat seu viuificat.	dicitur in psal.

Propter eloquium tuum viuifica me, & custodiam testimonia oris tui. De obsequio vero dr̃ Sap.18. ꝙ filij Israel ꝓpter hoc ignis ardentis columnam ducem habuerunt. De alloquio.n. diuinæ sapiẽtiæ, qua.s.omnis veritas elucescit, & oĩs honor & dignitas enitescit, dicitur. Sap.8. Erit (inquit) s.sapientia diuina allocutio tædij mei. habebo hanc immortalitatem, & memoriã æternã his, qui post futuri sunt, relinquã. Istud est igitur vnum propter dei scientiæ inuariabilis seu indeceptibilis. ¶ Deniq; dico, quod est vnum propter dei iu D stitiæ irrefragabilis. Deus enim propter iustitiam suam

Pauperes eripit.	Pauperes dico eripit. vnde in
Iniustos corripit.	psal. dicitur. Propter miseriã
Diuites diripit.	inopum & clamorem paupe-

rum nunc exurgam, dicit dominus. Iniustos etiã corripit. s. ipsos temporaliter & æternaliter puniendo. vnde Leui.26. Corripiam vos septem plagis propter peccata vestra. & in psalm. Propter iniquitatem corripuisti hominẽ, & tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Diuites insuper diripit, videlicet malos & inuidos. vnde in psalm. Veruntamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum alleuarentur. Ita quod tales ad infortunium deducti, dicere possunt domino illud Tren.1. Vindemiasti me, ꝓpter iniquitates meas. Multi enim gemitus mei, & cor meum mærens. Istud est igitur vnum propter dei iustitiæ irrefragabilis. ¶ Insuper dico quod est vnum propter dei clementiæ inæstimabilis. Ista E enim propter quam scilicet

De cælo descendit, carnem assumendo.	Dicam ergo,
In cruce pependit, mortem sustinendo.	quod deus rõ-
Cum hoste contendit, suos eruendo.	ne istius pro-
Gratiam impendit, culpas dimittendo.	pter. idest ip-
Verbera suspendit, malos expectando.	sius benigni-
Gloriam rependit, beatos præmiando.	tatem & cle-

mentiam, carnem assumendo de cælo descendit. vnde Esaiæ 72. Propter syon non tacebo, donec egrediatur vt fulgur iustus eius & cætera. & Esaiæ 7. Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet

cipiet,& pariet filium &c.& Hie.23.Propter hoc ecce dies veniunt dicit dñs,& suscitabo dauid germen iustũ.Itẽ mortẽ sustinendo in cruce pepẽdit.Sicut.n.dr̃ 2.Cor.8.Cũ diues esset, ꝑꝑ nos egenus factus est, vt ipsius inopia nos diuites essemus.Quia sicut dr̃ Esa.53.Ipse vulneratus est ꝑꝑ iniquitates nostras,attrit⁹ est ꝑꝑ scelera nostra.& ibidẽ dr̃ Abscissus est de terra viuentiũ ꝑꝑ scelus populi mei.Itẽ suos redimendo seu defendendo cũ hoste cõtẽdit.vñ in ꝑs dr̃.Exurge dñe adiuua nos,& redime nos ꝑꝑ nomẽ tuũ. Itẽ culpas dimittendo gratiã impẽdit.vñ ipse est qui dicit Esa.43.Ego sum,qui deleo iniquitates tuas ꝑꝑ me.vnde ẽt in ꝑs. dr̃. Tu autẽ dñe fac mecũ propter nomen tuũ misericordia tua.Itẽ malos expectando verbera suspendit.s. vt cõuertamur nos in patientia sustinendo vñ Eccl.18.Propter hoc patiens est deus in illis,& effundet super illos misericordiã suã.Vidit ꝓsumptionẽ cordis illorũ,qm̃ mala est,& iõ adimpleuit sup illos propitiationẽ suã.Itẽ beatos ꝓmiãdo gloriã rependit. vñ aĩa beata cõparat(Io.19.)mulieri,q̃ parturijt,q̃ nõ meminit ꝓssuræ propter gaudiũ.Vt de beatis dicat illud Esai. 61. Propter hæc in terra sua duplicia possidebũt,letitia sẽpiterna erit eis.Duplicia inq̃t,hoc est dictu duplicẽ gloriã, s.corporis & aiæ.Vñ dñs detestãdo dãnatos,& glorificando beatos,dicit Esa.65.Propter hoc(inq̃t) ecce serui mei comedẽt,& vos esurietis.ecce serui mei bibent,& vos sitietis,ecce serui mei lætabunt̃,& vos confundemini, ecce serui mei laudabunt ꝓ exultatione,& vos clamabitis ꝓ dolore & cõtritione.Sic igit̃ patet,ꝙ ista ꝓpositio propter spectat ad clementiã dei saluatoris,ad iustitiã dei correctoris, ad sciam & sapientiã dei gubernatoris,ad potentiam & eminẽtiam summi dñatoris.Et sic bene dixi,quod ista dictio ꝓpter refertur ad deũ.¶Secũdo principaliter dico,quod ista dictio

F propter refertur ad iustum.Iusti.n.hñt multiplex ꝑꝑ.i.multiplicẽ cãm faciẽdi & habẽdi bonum,nosq; trahẽtẽ ad gratiã in ꝓsenti,& gloriam in futuro.Videlicet vnum propter

Iustitiam,qua rite viuimus.
Modestiam,qua iram fugimus.
Constantiam,qua mala vincimus.
Concordiam,qua rixas tollimus.
Decentiam,qua mores regimus.
Lætitiam,qua grates agimus.
Patientiam,qua mala portamus.
Sapientiam,qua praua vitamus.
Innocentiam,qua bonũ amamus.
Amicitiam,qua fidem seruamus.
Cõtinentiã,qua carnem domamus.
Diligentiam,qua vires citamus.
Misericordiam,qua nostra donam⁹.
Obedientiam,qua nos subiugamus.

Dicã ergo,ꝙ isti habẽt vnũ ꝑꝑ ꝙ est iustitiæ, qua rite viuit̃.vñ de hoc dr̃ Mat.5.ꝙ beati,q̃ persecutionẽ patiunt̃ propter iustitiã,qm̃ ipsorũ est regnũ cælorũ. Propter iustitiã inq̃t .i. ꝑꝑ rectitudinẽ vitæ. Quãuis tñ cõstet,ꝙ iustitiæ nostræ nunq̃ possunt sufficere ad regnũ cælorũ obtinẽdũ,sed solũ gratiã saluatoris. vnde Deu.9.Nõ dicas,inquit,ꝙ ꝓpter iustitiã meã introduxit me dñs,vt possideã terrã hãc &c.Sicut.n.dr̃ ibi,filij Israel nõ obtinuerunt terrã promissionis propter iustitiam suam,sed ꝓpter impietatem illorũ qui eiecti sunt.Sic vere dicã, ꝙ homines non obtinent cælum propter iustitias suas, sed solũ ex gratia dei,& propter iniustitias demonũ, qui sedes suas perdiderunt,ita ꝙ ad reparandũ ruinã ipsorũ hoĩes assumpti fuerunt,ꝓpter iniustitias.n.suas humiliati sunt. Item habent iusti vnũ propter,quod est modestię qua furor fugitur ꝑs.Propter veritatẽ & mansuetudinẽ & iustitiã deducet te mirabiliter dextera tua.Itẽ habent iusti vnũ propter, ꝙ est cõstantiæ,qua malũ vincit.vnde 1.Mac.13.dixit Symõ. Vos scitis,ꝙ ego & domus patris mei pro legib.facimus ꝓlia & angustias,horũ gratia perierunt oẽs fratres mei ꝓpter Israel &c.Item habent iusti vnum ꝓpter,ꝙ est cõcordiæ,qua rixa tollit̃ ꝑs.Propter fratres meos & ꝓximos meos loquebar pacem de te,ꝓpter domũ dei nostri,q̃siui bona tibi. Itẽ habent iusti vnum ꝓpter,ꝙ est decentiæ,qua vita regit̃.Mores.n.per honestã cõuersationem regunt̃.Vnde cuilibet honestæ & famosæ personæ põt dici illud Eze.16.Profecisti in regnum,& egressum est nomen tuum procul ꝓpter spẽm tuam.Nomen.n.signat bonã famam,species vero bonã cõuersationem.Item habent iusti vnum propter,ꝙ est lætitiæ, qua spes acuitur. Lætitia.n.in deo solet mentem ad deum per spem & desiderium eleuare.vnde in ꝑs. Propter hoc lætatum est cor meum,& exultauit lingua mea:insuper & caro mea requiescet in spe.Item habent iusti vnum ꝓpter, ꝙ est patientiæ,qua mala portantur. Vnde iustus põt dicere domino illud ꝑs.Qm̃ ꝓpter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciẽ meã.& alibi.Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.Iuxta illud 1. Petri 3. Siquid patimini ꝓpter iustitiã,beati. Vnde ille Machabæ⁹ dicebat domino illud 2.Machab.6.Propter timorem tuum libenter hæc patior.Et 7.c.dicit alius.Propter dei leges nunc hęc ipsa despicio.& Apostolus dicebat 2.Cor. 12. Propter quẽ placeo mihi in infirmitatib.meis &c.Item habent iusti vnũ propter,quod est sapientiæ,qua cuncta probantur, seu qua mala vitantur.vnde Sap.6.dicitur,quod,qui vigilauerit propter illam,i.propter sapientiã,cito securus erit. Iõ Sap.7.dicit sapiens.Propter hoc optaui & datus est mihi sensus, inuocaui,& venit in me spiritus sapientiæ &c.Item habent iusti vnum propter,quod est innocentiæ,qua bona sectantur ꝑs.Me aũt propter innocentiam suscepisti. Itẽ habent iusti vnũ propter,ꝙ est amicitiæ,qua fratres amant̃.vnde Prouer. 12.Qui negligit damnum propter amicum,iustus est.& Eccle.29.Perde pecuniam tuam propter fratrem & amicum. Item habent iusti vnum propter,ꝙ est continentiæ,qua carnes domant̃ seu arctant̃.vnde Mat.19 Sunt eunuchi,qui castrauerunt seipsos ꝓpter regnum cælorum.Item habent iusti vnum ꝓpter,quod est diligentiæ,qua vires hortant̃.vnde Luc.11.de illo diligenti & importuno ad ostium dormiẽtis pulsante dr̃,ꝙ si perseuerauerit pulsans,saltẽ importunitatẽ surget,s.amicus dormiẽtis,& dabit sibi panes quotquot habet necessarios.Itẽ habent iusti vnũ ꝑꝑ,ꝙ est misericordię qua pauperes cibant̃.vnde Eccl.29.Propter mãdatũ assume pauperẽ,& propter inopiã ne dimittas eum vacuum.Item habent iusti vnũ ꝓpter,ꝙ est obedientiæ,qua ꝓmia donant̃. Vnde in ꝑs.dicit verus obediens dño.Inclinaui cor meũ ad faciendũ iustificationes tuas,in æternum,ꝓpter retributionem.Sic ergo patet,quõ ista dictio propter diuersimode refertur ad iustum.¶Tertio principalr̃ dico,ꝙ ista dictio pro- G
pter diuersimode spectat ad iniustum.In ipso.n.inuenit̃ multiplex mala cã,i.multiplex peccatum.Et si quæratur ꝓpter ꝙ impij deo contrariant̃,& propter quod dominus contra eos indignatur,& propter quod ipsi finaliter in inferno dãnantur,& paradiso priuant̃,certe posset responderi ꝓpter

Carnalem infectionem.
Mentalem elationem.
Verbalem locutionem.
Crudelem vexationem.
Aridam possessionem.
Auidam potationem.
Cupidam affectionem.
Turbidam obliuionem.
Fætidam corruptionem.
Infidam adulationem.
Gelidam operationem.
Solidam obstinationem.
Insidam machinationem.
Stolidam generationem.
Improuidam gubernationem.
Insipidam præmiationem.

Dicam ergo,quod mali habent vnum propter carnalis affectionis,quia scilicet propter peccatum luxuriæ multi pereunt & damnantur, & in multa alia vitia dilabuntur.vnde 2. Esdr.3. Multi demẽtes facti sunt propter vxores & serui facti sunt propter illas, & peccauerunt propter mulieres.& Eccles.9.dr̃, quod propter speciem mulieris multi perierũt. Item habent vnum propter mẽtalis elationis.Constat enim,quod propter elationem superbiæ suę multi pereunt.vnde Iob 35.ibi clamabũt & non exaudiet propter superbiam malorum.Item habent vnum propter verbalis locutionis.vnde Prouerb. 12. Propter peccata labiorum ruina proximat.Item habent vnum propter crudelis vexationis,quia scilicet mali consueuerũt pati & vexari propter tyrannos & malos.vnde Iob.35.Propter multitudinẽ calumniatorum clamabunt,& eiulabunt propter vim brachij tyrannorum.Item habent vnum propter aridæ possessionis, quia scilicet sæpe fit quod mali patiuntur paupertatem & inopiam in hoc mundo & maxime penuriam gratiarum.vnde Eccle.27.Propter inopiam multi deliquerunt.Item habent vnum propter auidæ potatiõis. Tales enim sunt vt communiter gulosi & ebriosi.vnde Ecclesia.37.Propter crapulam multi obierunt. Vnde de Esau dicitur Hebræor.12.quod propter vnã escam perdidit primogenita.Item habent vnum propter cupidæ affectionis, scilicet auaritiæ,de qua dicitur 2.Machabæor. 4.quod Menelaus propter eorum,qui in potentia erãt auaritiã,permanebat in ꝑtãte,crescens in malitia ad insidias ciuium. vt de

auaro

auaro dicatur illud Esa.57. Propter iniquitaté auaritiæ eius turbatus sum,& percussi eum. Item habent vnum pp, quod est turbidæ obliuionis. Isti.n. sunt ignorantes in his, quæ per tinent ad salutē. Hier.14. Obliti sunt patres eorum nominis mei pp Baal. Itē habēt vnum propter fętidæ corruptionis, seu etiam malæ famæ & infectionis, de quo Micheæ. 2. Propter immūditiam eius corrumpetur putredine pessima. Itē habent vnū pp infidę adulationis. Isti.n. comparantur oleo, quod, s. lenit, & maculat contingentes. Vnde magnates, qui corrumpi consueuerunt per tales, dicere possunt illud psal. Sicut vmbra cū declinat ablatus sum, & excussus sum sicut locusta. sequitur. Caro mea immutata est propter oleū, vide runt me,& mouerūt capita sua. Ad litteram magnates à ma lis seruitorib.& adulatorib. decipiuntur, & ad modum vmbræ paulatim decrescunt & depauperantur, & propter oleū adulationis quasi penitus immutantur, & in peius totaliter transformantur, finaliter vero cum depauperati fuerint, per eos deridentur.& motis capitibus illuduntur. vnde Esa. 28. talibus dicitur. Propter hoc audite verbum dñi viri illusores, qui dixistis. Pepigimus fœdus cū morte, & cum inferno fecimus pactum. Item habent vnum pp gelidæ operationis .i. pigræ & ineptæ actionis. vnde Prouer. 20. Propter frigus piger arare noluit &c. Item habent vnum pp solidæ obstinationis. vnde Hier.30. Propter multitudinē iniquitatis tuę dura facta sunt peccata tua. Dura, inquit, i. ad conuertendū per obstinationem difficilia. Itē habent vnum propter inuidæ machinationis, seu etiā malitiæ & perditionis. vnde Hie. 12. Vsquequo lugebit terra, & herba oīs regionis siccabitur pp malitiā habitantium in ea? & Hiere.21. Indignatio mea, vt ignis succendatur, & non sit, qui extinguat propter malitiā studiorum vestrorum. Item habent vnum propter stolidę generationis, quia. s. vt cōiter mali descendunt à malis,& etiam propter malos parentes solent esse in vituperio & con temptu. vnde Ecclesi.41. De patre impio quæruntur, filij, qm̄ propter ipsum sunt in opprobrio. Item habent vnum pp im prouidæ gubernationis, quia. s. tales vt communiter qn̄ assu muntur ad regimen, male regūt. Vnde ipsi dicunt illud Esai. 59. Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendit nos iustitia.& sequitur. Cōuersum est retrorsum iudiciū, & iustitia longe stetit, & corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuionem, & qui recessit à malo, prædæ patuit. Itē finaliter isti habebunt vnum propter insipidæ præmiationis, hoc est dictu, æternæ mortis & damnationis, quæ. s. erit præmium & salarium iniquorū. Vnde de isto vltimo pp taliū dr̄ Esa.13. Vlulate inquit, quia ꝓpe est dies dñi, quasi vastitas à dño veniet, pp hoc oēs manus dissoluentur, & omne cor hoīum cōtabescet & conteretur, portiones & dolores tenebūt, quasi partu rientes dolebunt. sequitur. Propter indignationē dñi exerci tuū, & pp diem iræ furoris eius. Sic igitur patet, quō ista di ctio propter spectat. s. ad virum peccatorem, ad iustum viatorem, ad summū creatorem. Sufficit. vide supra de Per. ¶ Si

H vis aliquid in speciale dicere de propter hoc, & de propter quod notabis, ꝙ ista duo pronomina hoc & quod, signant Deum, virtutē, seu meritum, paradisum, pc̄tm̄, infernū. Qn̄que ergo dico, ꝙ quod, & etiā hoc, referuntur ad Deum seu etiam ad virtutem seu meritum. Et sic dico, ꝙ propter hoc. s.

In Deo gaudemus.
In cruce valemus.
Dominum timemus.
Stupenda videmus.
Horrenda cauemus.
Gloriosa possidemus.

Dico ergo, ꝙ pp hoc in Deo gaudemus, vnde illud psalm. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea &c. Item propter hoc in cruce valemus. i. virtute crucis. vnde Sap.14. Propter hoc exiguo ligno credūt hoīes animas suas, & transeuntes mare liberati sunt. Item pp hoc dominum timemus. vnde illud Baruch.3. Propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris &c. Itē propter hoc studēda videmus. vnde illud Esa.6. Propter hoc dabit ipse dominus vobis signum &c. Item pp hoc horrēda cauemus, s. peccatum & etiam infernum. Vnde animæ pœnitenti dicit dn̄s Hie. 15. Propter hoc si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam stabis.& Oseæ 2. etiam dominus dicit. Propter hoc lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Item pp hoc gloriam, s. paradisi habemus. vnde illud prædictum Esaia 61. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt &c. Ista ergo possunt dici de hoc, siue referatur ad corpus Christi, siue etiam ad meritum, vel etiam ad Christum &c. ¶ Si autem in malo significato velis accipere hoc, vtpote ad peccatum vel ad mundum, potest dicere ꝙ propter hoc.

Iustitia fit scelerosa.
Clementia fit arida.
Scientia fit tenebrosa.
Lætitia fit luctuosa.
Pudicitia fit luxuriosa.
Innocentia fit tempestuosa.
Patientia fit impetuosa.

Dicam ergo, ꝙ propter hoc iustitia fit scelerosa. I
Vnde Esaia.59. Propter hoc elongatum est iudicium à nobis &c. sicut supra.& Abacuc.1. dicitur. Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsq; ad finē iudicij, quia impius pręualet aduersus iustū, ꝓpea egredietur iudiciū peruersum. Itē clementia fit arida. vnde Aggei.1. Propter hoc super vos prohibiti sunt celi, ne darēt rorem, & terra prohibita est, ne daret germen suum. Item propter hoc scientia fit tenebrosa. Vnde de syon, quę interpretatur specula, significans speculationem & luminositatē scientiæ, dr̄ Micheæ. 3. Propter hoc syon quasi ager arababitur, & hierusalē in aceruum lapidū erit. Item pp hoc lętitia fit luctuosa. vnde Oseæ.4. dr̄ sic. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea. Item propter hoc pudicitia fit luxuriosa. vnde Amos 7. Propter hoc vxor tua in ciuitate fornicabitur. Item pp hoc innocentia fit tempestuosa. vnde Esa.24. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius, & insanient cultores ipsius.& Matth. 27. Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach. i. ager sanguinis. Item propter hoc patientia. s. Dei, fit impetuosa, s. ipsos punientis in æternum. vnde Ephe.6. Propter hoc.n. venit ira Dei in filios diffidentiæ. Vt sic de damnatis dicatur illud Matt.24.c. Propter hoc amplius accipietis iudicium. Sic ergo patet, quomodo propter hoc in bono sumitur, & in malo. Et sic dico primò de bono, ꝙ est dare propter quod, quod est

Clementiæ & remissionis.
Facundiæ & locutionis.
Prudentiæ & discretionis.
Constantiæ & durationis.
Lætitiæ & exultationis.
Continentiæ & purificationis.
Amicitiæ & dilectionis.
Subiacentiæ & deprecationis.
Eminentiæ & exaltationis.

De clementia & culpæ remissione, qua, s. Deus remittit pc̄ta pœnitentibus. dr̄ Lucæ.7. vbi loquit̄ de Magdalena plorante. Propter quod dico tibi ꝙ dimittūtur ei peccata multa, qm̄ dilexit multum. De facūdia vero & locutione dicitur Eph.4.c. Propter quod deponētes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cū proximo suo, qm̄ sumus inuicem membra. Item de prudentia & clara discretione, qua. s. homo scit periculū euitare, dr̄ 1.Corin.10. Propter quod charissimi mei fugite ab idolorū cultura. Vt prudentib. loquor, vosipsi iudicate, quæ dico. Vnde ēt de vitatione societatis malorū dr̄ 2.Corin.6. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiā vos. Itē de constantia & duratione dr̄ Eph. 3. Propter quod ne deficiatis in tribulationib. &c. Item de lętitia & exultatione dicitur Luc.4. Spiritus dōmini super me propter quod vnxit me euāgelizare &c. vnxit inquit. s. oleo lætitiæ.& 1.Thess.5. Propter quod cōsolamini in verbis istis. Item de continentia & emundatione dicitur Iacob 1. Propter quod abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum. & 1.Pet.1. dicitur sic. Propter quod succincti lumbos mētis ue stræ, sobrij & perfecti sperate in eam, quę offertur vobis, gratiam. Itē de amicitia atque dilectione dicitur Rom.15. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. sequitur. Propter veritatem Dei ad cōfirmandas promissiones patrū. Et post sequitur propterea cōfitebor tibi in gentib. dñe, & nomini tuo psalmum dicā. Item de obedientia & deprecatione dr̄ 2.Cor.11. Propter qd̄ ter dn̄m rogaui, vt auferretur à me satham. Itē de eminentia & exaltatione, quā. s. Deus pp merita dat finaliter cuilibet beato pōt dici illud Phil.2. Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illū nomē, qđ est super oē nomen. Igit̄ quocūq; modo accipias pp ꝙ, & propter hoc, siue accipiatur pro merito, peccato, negocio sacramēto, vel secreto, oēs auctoritates ꝑmissæ possunt ad ꝓpositū applicari. Sufficit ergo. Vide supra de hoc & infra de Quod, & immediate de Propterea.

Propterea

A **Propterea.** Nota quod propterea videtur esse duplex dictio,s.propter,& ea, & sic constat q eit dictio composita. Supponendo tñ quod sint duæ dictiones,primo dicamus q ea,cũ sit actiuũ,neutrum & plurale,descendens,s.de id eius,signat quasdam præmissas, quarum propter signat conclusiones.Et sic dicamus quòd quia est dare homines

Morales & virtuosos.
Pœnales & luctuosos.
Criminales & vitiosos.
Mundiales & gloriosos.

Bene dicam q in istis & ex istis sequit multiplex ,ppterea & multiplex conclusio tã bona q̃ mala.Videlicet vnum propterea concernens perfectos & vitiosos,cócernẽs affectos & dolorosos.cócernẽs infectos & uitiosos concernens præfectos & gloriosos,s.diuites huius mundi. Sed generaliter loquendo dicamus solum q est dare propterea cócernẽs bonos & malos.¶ Dicã ergo q est dare propterea cócernẽs perfectos,& istud certè nihil aliud est quàm illa bona conclusio, & ille bonus finis qui sequitur in bonis personis,ex illorum operibus virtuosis. Et sic notabis quòd isti habent.s..vnum propterea quo

Malum detestantur.
Leges amplexantur.
Dei recordantur.
Laudes modulantur.
Vana aspernantur.
Fortes roborantur.
Lœti iocundantur.
Deum depi ecantur.
Firmi radicantur.
Deo concordantur.
Digne sublimantur.
Nunquam conturbantur.
Nunquam variantur.
Beati in cœlo lætantur.

Igitur dicam q isti habẽt vnum finem & vnam conclusionem seu etiam vnũ propterea quo mala detestantur.Vnde iustus in ps. dicit sic. A mandatis tuis intellexi,propterea odiui omnem viam iniquitatis. Lucerna pedib.meis verbum tuum,& lumen semitis meis.Item habent vnũ propterea quo leges amplexantur, seu quo deo famulantur. Vnde ibidẽ dr̃ Propterea(inquit) ad omnia mandata tua dirigebar, omnẽ viam iniquam odio habui.Item habent vnum ,ppea quo dei memorãtur.vnde in psal.dicebat Dauid.Propterea memor ero tui de terra iordanis,& hermonij à mõnte modico. Itẽ habent vnũ propterea quo laudes modulantur.psa.Propterea cõfitebor tibi in nationib. & nomini tuo psalmũ dicã.& Eccl. 51. Propterea cõfitebor tibi,& laudẽ dicã nomini tuo. Itẽ habent vnum proprerea quo vana aspernãtur, quia.s.isti pp veram fidem quã tenent, aspernantur vanas credentias idolorum.vnde Ezec.14.Propterea conuertimini,& recedite ab idolis.& Ezec.13.dr̃ sic.Propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius.Item habent vnum propterea quo firmi roborantur, & istud nihil aliud est quã virtus constantiæ & fortitudinis, qua.s.armati audacter debacchantur in hostem.vnde Ephe.6. Propterea accipite armaturã Dei,vt possitis perfecti stare. Itẽ habent vnũ propterea quo læti iocundantur,s.propter lætitiam spiritalẽ quam concipiunt ex fide,ex charitate & ex spe,& ex bonis virtutibus quas sentiunt se habere.vnde in psal. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortib.tuis.Itẽ habent vnum propterea quo Deũ deprecantur, quia.s.isti orant dominum propter deuotionem & dilectionem quã habent ad ipsum vnde Vnde Marci. 11. Propterea dico vobis,oĩa quæcunq; orantes petitis,credite quia accipietis.Itẽ habent vnũ propterea quo firmi radicantur.vnde Esa. 17.Propterea plantabis plantationẽ fidelẽ. Itẽ habent vnũ propterea quo Deo cõcordantur,s. propter misericordiã quã in ipsis ostendit.Vnde Esa.30. Propterea expectat dñs vt misereatur nostri. Itẽ habent vnum propterea quo digni sublimantur seu ẽt præmiantur,s. in paradiso, & istud certe propter tribulationes & miserias quas, pro Deo sustinuerunt in mundo.vnde de isto dr̃ in psal.De torrẽte in via bibet,propterea exaltabit caput.Item habent vnum propterea quo nunquam conturbantur,& istud,s.erit in fine,qñ ipsi de securitate gloriæ quam habebũt.nunquam perpetuũ dubitabunt.vnde in psa.Propterea non timebimus dum turbabitur terra,& transferentur montes in cor maris. Itẽ habent vnum propterea quo nunquã variantur,s.propter perpetuitatem vitæ æternæ.vnde in psal. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in seculum seculi. Item habẽt seu habebunt vnum propterea quo cœlo gloriãtur. de quo .s.dicitur Apoc.12.Propterea lætamini cœli, & qui habitabis in eis.Ecce ergo q̃ io iusti habent suũ propterea, suumq; finem & conclusionem in hoc seculo & in futuro.Ideo oĩb. bonis vr̃ dñs loqui in figura montium Israel,dicens.Eze.26. Propterea inquit montes Israel audite verbũ dñi,hæc dicit dñs montib.& collibus torrentib. vallibusq; & desertis &c. sequitur.Et vos montes Israel ramos vestros germinabitis, & fructus vestros afferetis, & arabimini & accipietis semen rem,q.d.Propter deserta paupertatis & tribulationis quę in mundo sustinuistis,fructus æternæ gloriæ in æternum reportabitis. Patet igitur q est propterea quod spectat ad iustos. ¶ Adhuc dico q est vnum propterea quod spectat ad iniustos.Constat.n.q mali non verentur Deum offendere,leges contemnere, pauperes lædere,peccata facere, virtutes linquere,bona contemnere,propterea Deus ipsos non veretur destruere finaliter & confundere.Vnde in psal.dicitur peccatori.Propterea(inquit)Deus destruet te in finem, euellet te,& emigrabit te de tabernaculo tuo,& radicẽ tuam de terra viuentium. Ad literam.n.propter cõtemptum & obliuionem Dei multa peccata committunt,& propter peccata cõmissa finaliter paradisum amittunt, & animas suas ad infernum transmittunt.Et si vis', dic q peccata præcedentia sunt causæ & propter ea sequentium. Vnde nota q peccata sunt vnum propter per quod.

Cordis stabilitas variatur.
Mentis iocunditas contristatur.
Carnis integritas maculatur.
Vera subtilitas obscuratur.
Omnis crudelitas effrenatur.
Mentis humilitas eleuatur.
Omnis fidelitas deprauatur.
Iusta vtilitas dissipatur.
Dei benignitas irritatur.
Pacis tranquillitas discordatur.
Timoris horriditas procuratur.
Honor & dignitas annullatur.
Libera voluntas captiuatur.
Inferni vastitas dilatatur.
Deliciositas asperatur.

Dicam ergo q mali habent vnũ propterea per quod variatur omnis stabilitas. unde Tren. 1. Pctm̃ peccauit Hierusalẽ, propterea instabilis facta est.Item habẽt unum propterea per quod contristat̃ omnis iocunditas.unde Thr.5. Propter hoc mestum factum est ĩ dolore cor nostrũ, contenebrati sunt oculi nostri propter mõtem Syon quia perijt,uulpes ambulauerunt in eo. Item habent unum propterea per quod maculatur carnis integritas.Vnde malæ mulieri dicitur sub figura Ezec.16.Meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedem amatoribus tuis,ut intraret ad te. sequitur. Propterea meretrix audi uerbum domini. Vnde etiam. Ro. 1.dixitur de luxuriosis quod quia non probauerunt Deum habere in notitia,propterea tradidit eos dominus in reprobum sensum,& in passiones ignominiæ.Item habent unum propterea per quod augmentatur erroris cęcitas. Vnde animæ uitijs excæcatæ dicitur Eze.23.Propterea(inquit dominus)quia oblita es mei, & proiecisti me post tergũ tuum,tu quoque porta scelus tuum & fornicationes tuas.& Baruc.3. Disciplinam(inquit)non habuerunt propterea perierunt,& quia non habuerunt sapientiam,interierunt propter suã insipientiam. Item habẽt unum propterea per quod effrenatur sæua crudelitas.Ideo de ciuitate sanguinum dicitur Eze.24. Propterea hoc dicit dñs, uæ ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est.Item habent unum propterea per quod eleuatur,s.in superbiam cordis fatuitas seu omnis humilitas.unde Eze,c28.Propterea hęc dicit dominus,eo quod eleuatũ est cor tuum quasi cor Dei,idcirco ego adducã super te alienos robustissimos gentium,& nudabunt gladios suos super pulchritudinẽ sapiẽtię tuæ,& polluent decorẽ tuũ,& interficient te,& detrahent te,morieris in terra incircuncisorum in corde maris.Expone. Itẽ habent unum propterea per qđ deprauatur omnis fidelitas.unde de Iuda proditore dr̃ Ioã. 19.Propterea qui me tradidit tibi maius peccatũ habet. Itẽ habent unum propterea per quod ciuilis æquitas dissipat̃,s. iustitia.unde Abacuc.1.Impius præualet aduersus iustũ,propterea egredietur iudicium peruersum. Itẽ habent unũ propterea per quod irritatur Dei benignitas.unde Ezec 13.Propterea hæc dicit dñs Deus.Faciam erumpere spiritum tempestatum in indignatione mea,& imber inundans in furore meo erit,& lapides pergrãdes in ira in cõsumptionẽ. Itẽ habent vnum propterea per quod discordat̃ pacis traquillitas. unde

vnde Eze.29. Propterea hæc dicit dñs Deus. Ecce ego addu cam super te gladium, & interficiam hoiem & iumentum, & erit terra Aegypti in desertum & solitudinẽ. sequitur. Propterea ecce ego dabo Nabuchodonosor regẽ babylonis in terra Aegypti, & capiet eam, & depredabitur &c. Itẽ habẽt vnũ propterea per quod procuratur timoris horriditas, qđ fit potissimè ipsis peccatoribus in inferno, qñ.s. ipsi erunt in perpetua formidine & tremore. vnde damnato dr̃ Iob. 22. Propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido subitanea, putabas te tenebras non visurum &c. Itẽ habent vnum propterea per quod annullatur honor & dignitas, q.s. tunc oĩs excellentia & potentia malorum propter ipsorũ præcedentẽ nequitiam cedet in nihilum, vnde Eccl. 10. Propterea exhonorauit dominus conuentus malorũ, & destruxit eos vsque in finem. Item habent vnum propterea per qđ captiuatur libera voluntas seu aĩæ libertas. Tunc.n. propter præcedentes culpas mali serui captiui perpetuo tenebũtur. vnde Esa.5. Propterea captiuus ductus est populus meus. Et cuilibet peccatori damnando dicit dñs Ezec.32. Propterea (inquit) expandam super te rete meum, & extraham te in sagena mea. Item habent vnum propterea per quod dilatatur inferni vastitas, s. ad recipiendum malos, & maxime diuites & potenter propter ipsorum superbiam. vnde Esa.5. Propterea dilatauit infernus aĩam suã, & aperuit os suum absq; vllo termino, & descendunt fores eius, populus eius, & sublimes gloriosiq; eius ad eũ. Item habẽt vnũ propterea per qđ asperatur dulcor & voluptas, quia.s. propter pc̃tã eorum pcedens deliciositas in amaritudinẽ cõmutatur. Vnde dñs de tali. dicit Hier.13. Propterea hæc dicit dñs Deus exercituũ. Ecce ego cibabo eos absynthio, & potabo eos felle. Per fel.n. & absynthium intelligitur amaritudo pœnæ æternæ, quæ impijs reseruatur. vnde Amos 3. dr̃ de terra.i. de terreo peccatore. Propterea hæc dicit dominus Deus. Tribulabitur & circuietur terra, & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripiẽtur ædes tuæ. Et sic patet quomodo propterea spectat ad impios & ad iustos. Sufficiat. Vide supra de Præ & Eo.

A Propugnare. Propugnaculum.

Propugnacula propriè sunt illa opera quę in circuitu turriũ & murorum solent de lignis & lapidib. construi propugnãdo securius contra hostes, quæ dicuntur vt communiter ordinamenta, sicut de turri Dauid dr̃ Can.4. ꝙ ædificata est cũ propugnaculis. In turri ergo mẽtis vel animæ propugnacula sunt virtutes, boni affectus, scientiæ, orationes, &c. spiritualia bona &c. Vide infra de Pugna.

Prospicere.

Vide supra vbi aspicere, & cõspicere, & inspicere, & infra vbi respicere, & ubi videre, intueri contemplari, &c. similia.

Prosequi.

Nota ꝙ prosequi idẽ est quod aliquid cõtinuando cum diligẽtia sequi: sumitur.n. vel pro alicuius negocij procuratione & diligenti cõtinuatione, sicut cum dr̃ ꝙ aliquis prosequitur litẽ suam, aut pro alicuius personæ associatione. Multa ergo possent dici de prosecutione bonæ societatis, sed non inuenio nisi quattuor auctoritates de prosequi. Vide ergo ubi tractare, Laborare, Expedire, & ubi Societas.

A Prosperitas

Cum prosperitas nihil aliud sit quã successus rerum pacificus & quietus hinc est ꝙ ſm rerum qualitatem possumus distinguere, rerum prosperitatẽ. Nam ſm ꝙ res sunt temporales, spũales & æternales, ſm hoc possumus dicere ꝙ est triplex prosperitas, s. tẽporalis & periculosa, spiritalis atque virtuosa, æternalis & solatiosa. De prosperitate tẽporali dr̃ in psalm. Noli æmulari in eo qui prosperatur iu vna sua, in hoie faciẽte iniustitias, quoniã tanquã fœnũ cito decidet &c. De prosperitate cordiali & spũali dr̃ 2. Para.22. Credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. De prosperitate vero superiori & æternali dr̃ in psal. Prosperũ iter faciet nobis Deus salutariũ nostrorũ. Sed quia de prosperitate tẽporali & non de alijs fit principaliter mentio in scriptura, doctores ẽt de ea pcipue faciunt mentionẽ, ideo quãuis multa de ipsa in multis titulis iã sint dicta, restant tñ adhuc aliqua dicenda de eadẽ (q ẽt alio modo dr̃ fœlicitas vel fortuna) quod.s. est magis timẽda quã amanda, magis fugienda quam amplexãda, magis negligenda quam diligenda. Iuxta illud quod dicit Seneca in epistola.8. vbi dicit. Ad omne fortuitũ bonum suspitiosus pauidusq; subsiste. Munera.n. ista fortunæ insidiæ sunt. Nam & fera & auis aliquo oblectamento decipiuntur. Ad contemptũ ergo mundanæ prosperitatis & gloriæ & fortunæ notandum est quòd ista solent

Hominum amicitiam occultare.
Criminum pestilentiam excitare.
Debilem existentiam vendicare.
Bonorum prudentiam declarare.
Animi sapientiam obfuscare.
Inferni turbulentiam præsignare.

¶Primo ergo dico ꝙ mũdi prosperitas occultat hominũ amicitiam. Secundum veritatem.n. in prosperitate nescitur quis verus est amicus. Quilibet.n. dicit se amicum hois qui est in prosperitate, quia vt dicit Seneca. Amicũ ꝓsperitas inuenit, sed aduersitas probat. In æstate.n. glires veniunt & vigilant, qui in hyeme dormiunt. In æstate locustæ solent saltare, quę nunquã solent in hyeme apparere. Canes vero hoi bene vestito solent applaudere, nudum vero solẽt lædere & mordere. Ad hoiem vero dum habet os vel panẽ, canis intẽdere solet, statim vero qñ os dimiserit, vel qñ panem consumpserit, solet eum dimittere, & de eo amplius non curare. Et sic manifestum fit quod non sequebatur hoiem, imo panẽ. sic vere charissimi, dum homo est in æstate prosperitatis, & dum habet vestimentum, os vel panem bonorũ temporaliũ, multos procul dubio inuenit circa se vigilantes ipsum per fictã amicitiam frequentantes, & ad eius obsequia intẽdentes. Prou. 18. Multi colunt personã potentis, & amici sunt dona tribuẽtis. Statim vero dum ad hyemem aduersitatis venerit, quilibet vadit & dormit, nullus vult circa eũ cõparere, & isto dimisso, vnusquisq; vadit quærere si quid poterit alibi acquirere. Prou.13. Si habueris, conuiuet tecũ, si nihil habueris, derelinquet te. Et Seneca epist.9. dicit. Hac re.s. vtilitate florentes, amicorum turba circunsedet circa euersos ingens solitudo est &c. Prosperitas igitur occultat amicitiam, quia.s. in prosperitate nescitur quis vere diligit, vel quis ficte. vnde dicit Isid. de summo bo. lib.3. Cum quis in prosperitate diligitur nescitur an ipse vel sua prosperitas diligatur &c. ¶Secundo dico quod mundi prosperitas excitat criminum pestilentiam. Constat.n. ꝙ homo qui est in prosperitate, faciliter labitur ad peccata. Ista enim solet B

Cor per auaritiam inflammare.
Cor per superbiam eleuare.
Carnem per immunditiam maculare.
Mentem per inconstantiam eneruare.

Dico ꝙ ista cor inflãmat per auaritiam. Aestas.n. quod est tempus abundans fructibus, est tempus feruentissimum intãtum, ꝙ (sicut dicit Plinius) formicæ æthiopiæ quæ seruãt aurum, in æstate præ calore cauernas suas introeũt, & sic quod diu seruauerunt aurum perdunt. Aqua ẽt dum calce superaspergit, calorẽ magnũ in ipsa accendit, qui totam calcis substantiam fumare facit, & eam in puluerẽ redigit & dissoluit. Ignis ẽt tanto amplius excrescit, quanto quis de oleo amplius adiungit. Sic vere in tpe ꝓsperitatis vbi fructus diuitiarũ plus abũdant, & vbi aqua & oleo.i. mundi bonis quis ad plenũ aspergitur & linit, solet ardor auaritiæ amplius calefacere, & hominẽ in cauernã terrenorũ per affectũ includere, fumũ malorũ desideriorũ emittere, & ipsum ab integritate morũ destituere & dissoluere, & aurũ ꝙ priꝰ seruabat.i. virtutes quas prius habebat, perdere, & amittere. vnde Chrisost. dicit lib. de curialiũ nugis. Nouerca virtutũ prosperitas, beatulis suis hic taliter obsequitur, vt in finem perniciẽ operetur. Ista ergo inflammat per auaritiã. Quod bene figuratum est Apoc. 16. vbi dr̃ ꝙ quidã angelus effudit Phialã suã in solẽ, & datũ est ei æstu effligere hoies. Sol.n. charissimi signat splẽdorem mundanæ prosperitatis, in quã pro certo Angelus sathanæ phialã auaritiæ effundit, & sic hoies ibi existentes, æstu malorum desideriorũ affligit. Iudith.8. Venit æstus super caput Manassę, mortuus est, ista ergo inflammat per auaritiã. Itẽ dico ꝙ ista eleuat per superbiã. Facile est.n. ꝙ homo qui in suis actibus prosperatur, in superbiam eleuetur. Aranea.n. quando sentit tempus serenum, solet alte facere telas suas, cuntra autem tempore turbulento. Aqua etiam cuiusdam lacus dicti tritoniaci, qui est in hyperborea, talis est conditionis ꝙ si quis nouies ibidem fuerit balneatus, venient sibi plumæ, & in naturam volucri cõuertetur, vt dicit Ouidius li.15 Meta. fabula 26. Sic vere illi qui serenitatem ꝓsperitatis sibi adesse scn

se sentiunt, telã vitiorũ in altũ per superbiam faciũt inquantum.s.de se immoderatè præsumunt, & alios vilipendunt. Illi.n.qui in aqua prosperitatis balneantur, in volucres.i.in viros superbos mutantur, & ab humana spé transformantur. Vnde de superbo Nabuchodonosor dr̃ Dan.4. Cor eius ab humano immutetur, & cor feræ detur ei. Vnde Petr. rauen. in epistola dicit q res inquieta est fœlicitas, quia alios in superbiam erigit, alios per luxuriam dissoluit, hos inflat, hos mollit, & oẽs destruit. Eleuat ergo per superbiam.¶ Item dico q ista maculat per luxuriam. Sicut.n.aer corruptus corrũpit aĩalia, sic prosperitas. Equus.n.impinguatus recalcitrat, sic caro per prosperitatẽ impinguata. Exemplum habemus de Salomone, quem summa prosperitate fruẽtem, carnis luxuria deprauabat.3.Reg.11. Item de Dauid qui dum esset in prosperitate & pace, adulterium perpetrauit.2 Reg.11. Vnde dicit Aug.epist.26. Prospera huius mundi habent veram asperitatem, falsam iocunditatem, certum dolorem, incertã voluptatem &c. Item dico q ista eneruat per inconstantiã, quia pro certo vt communiter homo qui in omnibus prosperatur nunquam in virtutibus roboratur. sed potius dissoluitur & eneruatur. Prosperitas.n.est ille fons qui dicitur salmacis, de quo dicitur in Ouidio.lib.15.fabu.19. quod virum ibidem se balneantem in fœminam mutat. quod pro tanto dr̃, quia ipsum virtus aquæ illius statum effæminat, & à virtute virili in fœmineam mollitiem eum mutat. Sic vere facit aqua mundanæ prosperitatis, quia pro certo ista possessores suos effæminat, & à virtute fortitudinis virilis & Cõstãtię dissoluit, deuiat & immutat. Sicut.n.dicitur Prou.1. Prosperitas stultorum perdet eos. quia breuiter istud est verum, q prosperitas qñ supereffluit & abundat, solet hoĩem effeminare & dissoluere, & ad vitia oĩa declinare, & virtutib. omnib. spoliare. & hoc est quod dicit Seneca. Oĩa inquit quæ super effluunt, nocent segetem nimia sternit vbertas, rami fructuũ onere franguntur. Ad maturitatem non peruenit nimia fęcũditas. Hoc idẽ animis euenit, quos immoderata prosperitas rumpit, quia.s.in suam iniuriã hac vtuntur. Patet ergo q prosperitas excitat criminum pestilentiam.¶ Tertio dico q prosperitas continet debilẽ existentiã. Prosperitas.n.similis est glaciei, quæ quamuis splendeat, faciliter tñ frangitur, iuxta illud Senecæ in prouerb. Vitrea est fortuna, cum splendet, frangitur. Ista est sicut tela araneæ, quę cum magna difficultate cõponitur, & tñ facillime dissipatur. Ista est sicut nebula vel sicut nubes quæ hoĩes refrigerare vr̃, & tñ facillime calore solis modico effugatur, quia videlicet mundi prosperitas licet mundo videatur lucens, splendens, refrigerans & obũbrans, ipsa tñ est ita debilis existẽtiæ & naturæ, q modico ardore tribulationis vel mortis ad nihilũ deducitur, & subito dum non cogitatur, per infortuniũ dissipatur. Istud ad litteram quotidie videmus. Illos.n.quos potẽtiores & fęliciores aliqñ vidimus, subitis infortunijs miseriores & pauperiores aspeximus. Et quos aliqñ videmus regna & magistratus regere, videmus subito deperire. Et ideo consuluit Seneca epistola 4. Noli inquit huic trãquillitati cõfidere. In momẽto.n. mare euertitur, & eodẽ die quo nauigia luserant, absorbentur. Ista ergo continet debilẽ existẽtiam. Quarto dico q ista commendat bonorum prouidentiam. Boni.n.& perfecti qui mundi prosperis debite sciunt vti, per ipsa non inficiuntur, sed in melius emendantur. multa.n.malis sunt nociua, q̃ bonis sunt proficua. Serpentes.n.ciconias & ceruos nutriũt, q tñ alia aĩalia interficiunt. Iusquiamus etiã pro passerib. est cibus, qui tñ est alijs venenosus. Strictæ.n.venæ in passerib. nõ sinunt istũ fumum venenosum ad cor ascẽdere. Excessus etiã caloris in ciconijs solet istos cibos venenosos cõsumere & digerere, & sic istas aues solẽt tales cibi non interficere sed nutrire. Sic vere mundi prospera quãuis de se sint aĩæ venenosa & periculosa sicut superius est ostensum, bene tñ vtentibus & discrete administrantib. sunt sæpius fructuosa. Oportet tñ q isti strictas venas, i. strictas conscientias & scrupulosas habeant, & q per ardorem charitatis ferueant. Tunc.n. fumus venenosus.i.mala cõplacentia de istis malis cibarijs ad cor non ascendit, imo virtute charitatis totum digeritur & in spirituale aĩæ nutrimentum transit. Sic videtur loqui Grego. in pastora. vbi dicit quòd præsentis vitæ prosperitas idcirco aliquando datur, vt ad vitam prouocet meliorẽ. Sancti.n.ex prosperitate temporali veniunt ad prosperitatẽ ęternã. psal. Prospectum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. Et merito tales qui hic prosperis indebitè vtuntur, æternis prosperitatib. priuantur, quia vere difficilius est saluari in prosperis q̃ in aduersis. vnde Aug.li. de verbis dñi.c. 13. Magnæ fœlicitatis est a fęlicitate non vinci, magnæ virtutis est cũ fęlicitate luctari. Sic ergo patet q prosperitas ostendit bonorum prouidentiã.¶ Quinto dico q prosperitas obfuscat animi sapientiam. Prosperitas ergo mundana est ille fons æthiopiæ qui potentib. obliuionẽ inducit. Est ille fons sardiniæ qui fures cęcitate percutit. Est ille fons arcadiæ clitorius, qui semel bibitus facit abhorrere vinum: est ille amnis thraciæ qui dicitur lyncẽtius, qui potentem facit tanquã ebrium titubare. Quia procul dubio charissimi, illi qui aquã mundanæ prosperitatis bibunt, & Deum & salutem sæpissimè obliuioni tradunt. Et qui proprias animas Deo furatur, visum discretionis & sapientiæ perdunt. Et quod peius est, vinum.i.consolationem æternæ gloriæ & diuinæ sapientiæ vilipendunt, & vlterius tanquam pessimi ebrij nesciunt quid faciunt, in veritate titubant, & in vitia cũcta cadunt. psa. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & oĩs sapiẽtia eorũ deuorata est. Et ideo Tullius li. de amicitia dicit q non solũ ipsa fortuna cęca est, sed eos ẽt cęcos efficit quos cõplexa est. Ista ergo obfuscat animi sapientiã.¶ Sextò aũt dico q ista præcedit inferni turbulentia, quia procul dubio sicut magnus calor præcedit & signat qñque magnam pluuiam. sicut ludus delphinorum in mari signat maris futuram turbulẽtiã, sicut insuper fulica auis in littore maris ludens & mane cantans signat futuram tempestatem & pestilentiã, vt dicunt Isid. & Plinius, sicut insuper olor quanto morti est vicinior, tãto est lætior, & fluuius quanto mari est propinquior, tanto est plenior, sic vere loquendo spũaliter homo quanto mundi prosperis est magis plenius, & in ipsis mundi lætitijs plus iocundus, & magis in hoc mundo risibus atque lusib. occupatus, tanto mares.i.mortis & inferni amaritudinẽ facilius intrat, & tanto tẽpestas damnationis æternæ citius aduenit & festinat. Vnde Innocentius li. de vtilitate conditionis humanę dicit semper humanæ lętitiæ tristitia repentina succedit, & qd incipit à gaudio, desinit in merorẽ. Mundana.n.prosperitas multis amaritudinib. est respersa. Nouit ille qui dicit. Extrema gaudij luctus occupat. Et breuiter charissimi istud est verũ, q affluentia mũdanæ prosperitatis signũ est & pambulũ æternæ aduersitatis, quia sm̃ Ambr. continuus, successus tẽporaliũ, æternę dãnationis est iudiciũ. Patet ergo charissimi q mundi prosperitas est (vt dictũ est) æternæ pestilentię designatiua. Mentalis sapientiæ obscuratiũa. Humanę prouidentiæ declaratiua. Nullius existentiæ occupatiua. Criminũ defluentiæ generatiua. Fallacis amicitiæ procuratiua. Ista ergo ad præsens de prosperitate sufficiant, quia in locis & titulis multis de ipsa multipliciter alibi in hoc opere est tractatũ.

Prosternere.

Nota q sicut homo corporaliter psternitur dormiendo, cadendo, adorando, sic spiritualiter homo prosternitur qñ dormit in spiritualibus, quando cadit in tristabilibus, quando orat in cordialibus. Ista est triplex prostratio, s. prostratio

Iniquitatis.
Aduersitatis.
Humilitatis.

Primo ergo dico quod aliqui prosternũtur per iniquitatem. Sicut.n. draco non potest præualere cõtra elephantem quamdiu sit erectus, & ideo ante oĩa pedes eius cum cauda nititur ligare, vt ipsum ad terram possit prosternere vt sic possit contra eum præualere, miles etiam aduersarium suum faciliter vincit qñ ipsum ad terram deijcit & prosternit, accipiter etiam & hærodius prędam suam primo ad terram prosternunt, & post ipsam percutiunt & accidũt, sic verè diabolus summe & ante omnia nititur hominẽ à statu gratiæ & ab erectione cõtemplationis inferius ad amorẽ deliciarum & diuitiarum detrahere, vt ipsum possit per auaritiã & luxuriã iugulare. Homo.n.quãdiu est erectus ad cęlestia & ad Deũ per contẽplationis deuotionẽ & affectionem, à Diabolo non vincitur, nisi prius ad tẽporalia detrahatur, & ad imum per delectabilia proternatur. Et ideo aĩæ peccatrici dicitur Hiere.2. Subter omne lignum frondosum prosternebaris meretrix. Et de peccatoribus potest dici illud 1. Reg. 14. Ecce multitudo prostrata huc illucque diffugiens. Isti ergo prosternuntur per iniquitatem.¶ Secundo dico q aliqui prosternuntur per aduersitatem. Et sic prosternuntur multi

multi de altitudine dignitatum & prosperitatũ mundialiũ inferius ad statũ paupertatis & aduersitatis & qñque etiam ad statum mortis & infernalis calamitatis. Et de hoc Lu. 19. Circundabunt te inimici tui vallo, & circũdabũt te, & coangustabunt te vndiq;, & ad terrã prosternent te. Et bene dicit inimici tui, quia, s. plures inimici ad istã prostrationẽ conueniunt, s. Deus sentẽtialiter iudicãdo, demones valde crudeliter accusando, mors exequendo, infernus recipiendo. Bistardæ.n. sunt aues, quæ inter prædales cõputãtur, pro eo ꝙ vna cum seminib. carnibus vescuntur. Istæ aũt singulæ per se aliquod aial non inuadunt sed congregatę plures simul ipsum ad terrã prosternunt, & tunc ipsum deuorant & occidunt. Sic vere isti inimici peccatorum singulariter eos nõ puniũt, sed congregati simul, s. Deus. diabolus, mors & infernus, ipsos prosternunt, deijciunt & affligunt. Vnde Deu. 25. Quẽ dignum plaga iudicabunt, prosternent, & corã se facient verberari. Isti ergo prosternunt per aduersitatem. ¶ Tertio dico ꝙ quidã prosternunt per humilitatẽ. Vnde Thob. 12. c Prostrati per tres horas benedixerunt Deum. Aper.n. nõ potest lædere hominẽ ad terrã prostratum. Vtile est ergo vt hõ per humilitatem & orationẽ corã Deo se deijciat & prosternat, vt aper.i. diabolus ipsum non deuoret neq; lædat. Sic faciebant illi filij Israel Iudit. 7. qui videntes multitudinẽ inimicorum, prostrauerunt se super terram mittentes cinerem super capita sua, vnanimes orantes &c. Patet ergo quòd est prostratio Humilitatis. Aduersitatis. Iniquitatis &c. vide de ipsis in singulis titulis, & vide supra de Cadere & de inclinare, & de incuruare &c.

A **Protegere.** Nota ꝙ protegere idem est quod defendere vel saluare. Idem est etiam qđ liberare & iuuare. ¶ Sed qa de iuuare, liberare & saluare satis dictum est, hinc est ꝙ breuiter de protegere pertransibo. Nota ergo ꝙ in scriptura parũ tractatur de alia protectione quã Dei. Ad denotãdũ ꝙ iste est solus adiutor, qui solus põt protegere & iuuare. Gen. 15. Ego dñs protector tuus. Lapis .n. triamus qui in ventre nubis gignitur, & cũ tonitruo pluitur, dr̃ portantem se, à tempestate defendere, & à fulgure liberare, ſm Diosco. etites ẽt lapis nidum aquilæ à venenosis reptilib. protegit. & herba quæ dr̃ dracontium, à morsib. serpẽtium defendit. Pinguedo ẽt colubri dr̃ inunctũ, à leonib. defendere. Et lapis qui dr̃ galaticẽ, dr̃ à muscis hominem liberare, sicut Plinius & Diosc. dicunt. Sic vere charissimi dñs & protector noster, qui. s. in ventre nubis purissimæ, s. virginis gloriosæ fuit generatus, iste inquam illos qui in nido cõscientię suę ipsum per ignem memoriam reponunt, illos qui gratiæ suæ pinguedine se inungunt, illo qui per deuotionẽ & spem ipsum continuè secũ gerunt, solet defendere & protegere à musca carnalis immũditiæ & delectationis, à serpẽte diabolicæ fraudis & suggestionis à reptilib. mundanę auaritiæ & ambitionis. à leonib. humanę sæuitię & tyrannicæ tribulationis, necnon à tẽpestate & à fulgere æternæ angustiæ & infernalis damnationis. Sic videtur protexisse Dauid cũ dicebat in psal. Protexisti me Deus à cõuentu malignantiũ, à multitudine operantium iniquitatẽ. Veruntamẽ sicut dnx in exercitu non protegit vt coiter nisi suos, quia. s. non iuuat, imo vulnerat alienos, delphinus, etiam hominem mortuũ, si non comederit de delphino, dicitur à marinis beluis protegere, si vero delphinũ comederit, solet eum atrociter vulnerare & lacerare. (Sed vide istud exẽplum supra) sic Deus solus suos. s. viros iustos, qui sunt de exercitu suo iuuat, liberat & defendit, iuxta illud Esa. 31. Proteget dñs exercitũ Israel, protegens & liberans, transiens & saluans. Peccatores aũt qui sunt ab eo alieni, non protegit sed inuadit. Eccl. 2. Vę dissolutis corde, quĩ non credunt Deo, ideo non proteguntur ab eo: notemus ergo ꝙ Deus solum protegat

B Sublimiter contemplantes.
Simpliciter conuersantes.
Sagaciter meditantes.
Veraciter prædicantes.
Seduliter inquirentes.
Mentaliter confidentes.
Pacificè conuiuentes.
Iustificè præsidentes.

Dico ergo ꝙ Deus est protectio sublimiter contemplantium. Et ideo dicitur Oseæ 11. Protegam te Israel. Israel.n. interpretatur videns Deum, & signat cõtemplatiuos, qui. s. à Deo proteguntur. Vnde illud prædictum Esa. 31. Proteget dñs exercituum Israel. Item est protectio simpliciter seu humiliter conuersantium. Vnde Proue. 2. Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter. Item est protectio sagaciter meditantium. psal. Protegam eum, qm̃ cognouit nomen meum. Item est protectio veraciter prædicantium. Vnde in persona prædicatoris dicitur Esa. 49. Posuit os meum dominus quasi gladium acutũ, sub tegumento manus suæ protexit me. Itẽ est protectio seduliter requirentium. vnde Eccl. 2. Protector est omnib. exquirentib. se in veritatem. Item est protectio mentaliter cõfidentium, illorũ. s. qui in Deo perfecte confidunt. vnde in psa. Protector est omnium sperantium in se. Itẽ est protector pacificè conuiuentiũ. Zac. 12. c. Proteget dñs habitatores Hierusalem. quæ interpretatur visio pacis. Item est protector iustificè præsidẽtium. vnde Eccl. 27. Iustitia proteget te in sempiternum. Iste est igitur verus protector, quia vt ait psalm. Deus refugium factus est nobis, adiutor & protector in tribulatione. & ideo in isto solo est sperandum, & ad eius refugium est recurrendum, sicut faciebat Dauid dicens in psal. Esto mihi in Deum protectorẽ, & in domum refugij, vt saluum me facias. Econtra aũt in mundo. Nam in mundi adiutorijs non inuenitur protectio nec refugiũ, quãuis multi dicant illud Esa 28. Posuimus mendacium spẽ nostrã, & mendacio protecti sumus. Et ideo de illis qui in mundi adiutoribus & protectorib. confidunt dr̃ derisoriẽ. Deu. 33. Vbi sunt dij eorum in quibus habebant fiduciã? surgant & opitulẽtur vobis, & in necessitate vos protegant. q. d. Isti nõ possunt, & maxime in iudicio vel in morte. Deus autẽ vbique protegit .s. in mũdo in morte, & in iudicio, & vbicunq; est necessitas. Quia sicut dr̃ Eccle. 6. Amicus fidelis, protectio fortis. Patet quõ Deus est noster protector & defensor præcipuus & adiutor. Sed si vis dicere quõ prælatus debet esse protector & defensor subditorum, vide supra de Cherub in illa auctoritate. Tu Cherub extentus protegens &c. quia. s. prælatus debet esse sicut Iudas machabæus qui protegebat gladio suo castra, sicut dicitur Mach. 3.

Protinus. Cum protinus idẽ sit quod statim, propere, celeriter seu cito, notabis quod protinus potest significare celeritatem. A

Humanæ diligentiæ.
Diuinæ potentiæ & iustitiæ.
Diuinæ sapientiæ & scientiæ.
Arduæ obedientiæ.
Fatuæ insolentiæ

De humana diligentia, qua. s. hõ statim & protinus erumpere vult ad bona opera exequẽda, dicitur Mar. 1. ꝙ Petrus & Andræas protinus seculi sunt Iesum, s. statim qñ ab eo vocati fuerunt. dilationem.n. seu procrastinationem nõ petierunt, sed mandatum protinus impleuerũt. Figurati in Esau & Iacob, de quibus dicitur Gen. 25. ꝙ vbi primus de vtero natus fuit, protinus alter egrediens plantam fratris tenebat. Non.n. debet vnus post alterum ad bonum faciendum tardare, sed protinus succedere & venire. De diuina vero potẽtia & iustitia, qua. s. malos quandoque solet statim iudicare & dissipare, dr̃ Deu. 7. ꝙ ipse reddit odientib. se statim. ita vt disperdat eos, & vltra non differat, protinus eis restituens ꝙ merentur. De Dei autem sapientia & scientia, qua. s. protinus potest mentes hominum illuminare, dr̃ Nu. 22. ꝙ dominus protinus aperuit oculos Balaam, & vidit Angelum. De magnorum obedientia & subiectione patet Gen. 41. vbi dr̃ ꝙ protinus ad regis imperium eductum Ioseph de carcere totonderũt. De malorum vero indeliberata acceleratione, qua sine moderamine ad iniquitates prorumpũt, patet Mar. 6. de filia herodiadis, quæ dixit. Volo inquit vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Non prosequor quia paucæ sunt auctoritates. Vide vbi statim. Cito, Celeriter & vbicunque agitur de diligentia & obedientia.

Prouerbium. Cum prouerbium idem sit quod enigma vel parabola, i. obscura locutio, vel idem quod aliquod prouerbium communiter dictum, & pro lege & regula promulgatum, notandum ꝙ prouerbium sumitur pro A

Allegorica propositione.
Autentica prolocutione.
Prophetica prædicatione.
Fastidica derisione.

Accipitur dico pro positione allegorica, & sic sumitur Io. 16. vbi dr̃. Ecce nũc paulum loqueris, & prouerbium nullum dicis. Item pro prolocutione autentica. Et sic dicitur 1. Regum 24. Dicitur in antiquo

antiquo prouerbio. Ab impijs egredietur impietas. Itē pro editione prophetica. Et sic dicitur Eccles. 39. Occulta prouerbiorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. Item pro derisione fastidica. Et sic dicitur 3. Reg. 9. cap. Erit Israel in prouerbium & in fabulam cunctis populis &c. Vide supra de fabula.

Prouidentia. Nota ꝙ inuenitur prouidentia humana, prouidentia mundana, & ꝓuidentia diuina: prouidentia humana est qua homo discrete sibi prouidet de necessarijs remedijs contra imminentia nocumenta, iuxta illud Deut. 32. Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Exemplo formicæ & taxi, q̄ contra hyemis tēpestatē & etiam famem prouident & ꝑparant sibi cibos. Exemplo ēt vermiū qui dicuntur bombices, qui cum sint valde impatientes frigoris, contra algorē hyemis præparent sibi domos. Exēplo ēt castorum, qui contra putrefactionem caudæ suę q̄ est de natura piscis, iuxta aquas sibi prouident debitas mansiones. Exēplo insuper gruū & hirundinū, quæ antequā veniat hyems, vadūt ad calidas regiones. Animalia. n. solent imminentia sibi pericula temporū & locorū presentire, & cōtra illa du opportunis remedijs prouidere. Et sic Deus per iumenta terrę nos docet quid vnumquemq; facere cōuenit & decet. Quia procul dubio & de cibis gratiæ & deuotionis, & de domo cœlestis habitationis, & de regione beatificę māsionis nobis debemus prouidere, & ipsa per opera bona procurare, ne forte putredo pc̄ti, fames inferni, hyems æternę dānationis, & frigus ęternę tribulationis nos improuisos inueniant & occidant. Iosuæ. 9. Prouidimus animalib. nostris. Et Ro. 12. Prouidentes bona non solū coram Deo, sed etiam coram omnibus hominib. ¶ Prouidentia mundana est illa qua in mundo officijs & dignitatibus de personis & personis, de beneficijs & officijs prouidētur. Prælatus. n. superior debet prouidere de ecclesijs sibi subiectis, de procuratorib. & rectoribus idoneis & discretis, iuxta illud Gen. 30. Iustum est vt aliquando prouideam meę domui. Vnde nota quòd talis de quo alicui ecclesiæ prouidetur, debet esse

Imitator diuinæ bonitatis.
Prædicator scinceræ veritatis.
Moderator subiectæ communitatis.
Vendicator perfectæ sagacitatis.

Debet esse imitator bonitatis paternæ, quia. s. talis debet esse filius. i. imitator Dei & sanctorum 1. Reg. 16. Prouidi mihi in filijs tuis regem. Itē debet esse ꝑdicator veritatis æternæ. Vnde 1. Reg. 16. Prouidete aliquē bene psallentē. Itē debet esse moderator cōitatis subiectæ. Num. 27. Prouideat dn̄s Deus spiritum oīs carnis hoīem qui sit super multitudinē hāc. Itē debet esse vēdicator sanctitatis seu sagacitatis perfectæ. Vnde Exo. 18. Prouide tibi de omni plebe viros potentes, timētes Deum in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiā, & cōstitue eos &c. Ibi propriè ostenditur quales debent illi esse de quibus ecclesijs prouidetur &c. Vide eā expositā & prosecutam supra de eligere vel de constituere. ¶ Prouidētia di-

C uina est illa quæ moderatur & tēperat vniuersa. Et sic describitur ab Orig. super Gen. li. 3. vbi dicit. Multa sine voluntate Dei geruntur, nihil sine prouidentia. Prouidentia nanq; est qua quis procurat dispēsat & prouidet q̄ geruntur. Volūtas vero qua fieri vult aliquid vel nō vult. Est igitur diuina ꝓuidentia quædā diuina virtus q̄ cuncta q̄ hic fiunt dirigit & disponit, q̄ propriè nihil aliud est q̄ q̄dam regula oīum actuū humanorū. Sicut. n. cęlum in suæ cōcauitatis ambitu claudit & continet oēs orbes, & ēt oīa quę sunt in oībus inferiorib. elementis, sic Deus in ambitu suæ prouidentiæ cōtinet totū mundū, nec est aliquid qđ non oporteat ab ea circuncludi. Nam sicut cęlum & motus cœli per violentiam trahit secū omnes orbes & planetas inferiores (quæ stellæ erraticæ nominantur) ita quod contra motus & cursus proprios oī die naturali motū cœli sequi, & se ꝭm ipsum voluere cōpellunt, sic vere Deus per motū suæ occultæ prouidentiæ regit & regulat oēs orbes, i. oēs hoīes huius mundi qui errāt in hoc seculo vagabundo, quāuis in terra habeant diuersos & contrarios motus. i. affectus & actus. Et quamuis ex diuersis causis secundarijs vnus vnū, alius aliud ordinet & faciat atq; velit, oportet tn̄ ꝙ omnes isti motui firmamenti, Dei prouidētiæ & ordinationi cōformentur, & siue velint siue nolint, ab ipsa & per ipsam disponantur totaliter & trahant. Vnde Au. super Ge. li. 9. Deus bipartito prouidētiæ suæ opere ꝑest omnib. creaturis, ita vt sine suo iussu nihil faciant. Et sic cum isto motu firmamenti cōcurrit ēt motus inferiorum orbium, ita ꝙ quilibet planeta simul & semel duplici motu mouetur, s. motu firmamenti violenter trahente, & motu suo proprio in Zodiaco discurrente. Sic vere vnaquęque res, & maximè vnusquisq; homo duplici motu regitur, s. motu diuinæ prouidentiæ qui ipsum trahit virtute superiori, & motu proprię conditionis & liberi arbitrij, quo seipsum mouet instinctu interiori. Ista. n. duo simul in oī effectu concurrunt, s. cā prima, & causa secundaria, cā Dei prouidentię, & cā humanę efficaciæ. Quia breuiter sicut dicit Aug. Deus sic rēs administrat, vt eas proprijs motib agere sinat. Ista exēplariter possumus videre in Nabuchodonosor. Deꝰ. n. ordinauerat & plus quā per quingētos annos ante prædixerat populū Israel per ipsum ꝑꝑ eius idololatriā captiuandum, sicut patet Esa. 10. in psal. super flumina babylonis illic sedimus &c. imo etiā ad ipsam captiuitatē faciendā, & ad regna mundi destruenda Deus per suā occultā prouidentiā ipsum mouebat, quod tn̄ idē Nabuchodonosor ignorabat. Vnde sibi dicit dn̄s. Esa. 45. Accinxi te, & non cognouisti me. Veruntamen cum ista cā primaria concurrit in ista captiuitate cā secundaria, s. periurium regis Sedechiæ, qui primo sibi fidelitatē & tributū promiserat, & tandē fracto iuramēto ab eo recesserat, ꝑꝑ quod Nabuchodonosor ipsum cum populo captiuauit, & eum excęcauit. Ecce ergo quō concurrit simul iste duplex motus, s. liberi arbitrij istorū regum exterius in cōi execratione, & diuinæ prouidentiæ interius in diuina dispositione. Vnde breuiter Hugo. li. 1. de sacra. parte 2. c. 13. super istud verbum Sapien. 6. Aequaliter est ei cura de oībus. dicit sic. Est ergo prouidentia diuina qua Deus curat de omnib. operibus quæ fecit, & qua prouidet singulis, vt vnicuiq; quod sibi debetur eueniat, & non solum suis quę bona ipse fecit, sed etiā alienis quæ mala ipse nō fecit sed fieri permisit. Necesse est. n. vt oīa disponat, vt in regno suo nihil sit quod debitam ordinationem euadat. Vt ergo breuiter ad aliquos actus diuinæ prouidentiæ particulariter descendamus, notandum est ꝙ per occultam Dei prouidentiam

Mentes disponuntur.
Actus diriguntur.
Fortunæ mutantur.
Casus ordinantur.
Iudicia Dei ordinantur seu variantur.

¶ Primo ergo dico ꝙ prouidentia dei est mētium dispositiua. Sicut. n. virtus agēs diuersimode agit in materiā & ꝭm hoc diuersæ sortiuntur cōplexiones, & inde fit ꝙ per virtutē cœli & per officia stellarū occultè in cōceptione & natiuitate hoīum operatur cōplexiones varias, sic ꝭm ꝙ occulta dei prouidentia diuersimodè in hoībus operatur, ꝭm hoc mentis cōditiones mutantur & disponuntur. Sicut. n. dr̄ Prou. 16. Spirituum moderator est dn̄s. Et inde fit ꝙ quidā sunt dispositi ad vnā sciētiam, alij ad aliam, &c. similia. Omnia. n. ista operatur vnus & idem spiritus per suam occultam prouidentiam, diuidēs singulis prout vult. 1. Cor. 12. Et secundū hoc quosdam ad pœnitentiam remollit, alios vero ad damnationem indurari & obstinari permittit. Ignis. n. terram mollem & argillam consueuit indurare, ferrum vero durum consueuit liquefacere & mollire. Sic vere Dei prouidentia aliquādo illos qui sunt molles. i. deuoti, teneri & clementes, indurari per indeuotionē & obstinationem permittit. Illos vero qui duri sunt & obstinati, ad pęnitentiā remollit & conuertit. Sicut. n. dr̄ Rom. 8. Cui vult miseretur Deus, & quem vult indurat. Non præsumat ergo iustus, quia pōt damnari, sed qui stat, videat ne cadat. Nec desperet iniustus quia potest saluari, sed qui cecidit, acceleret vt resurgat. Teste. n. Greg. timendum est ne nobis cadentibus resurgat, qui nobis stātibus irridetur. Ista est ergo mentium dispositiua. ¶ Secundo dico quòd est actuum gubernatiua. A domino. n. diriguntur gressus viri, sicut dicitur in psalmis. Quia sicut dicitur Hier. 10. Scio domine quoniam non est hominis via eius, & viri vt ambulet & dirigat gressus suos. Lux. n. quæ occulte penetrat vniuersa, occulte causat vitam & motus animalium, vt dicitur in libro fontis vitæ. Sic verè Deus occultè causat vel effectiuè vel ꝑmissiuè motus & opera oīum mortalium, sicut dicitur Eccles. 10. In manu Dei potestas hominis. Et inde est quòd sicut auceps in manū tenens auem non permittit eā currere pro libito

bito ad quamlibet prædam, sed tantum ad illã quã ipse vult: sic Deus tenẽs actus humanos, nõ permittit eos facere quicquid volunt, quinimmo Deus ipsos per multos modos suæ occultæ prouidentiæ impedit & cõpescit, & quousq; dispo suerit attingere ad desideriũ non permittit. Deus.n.semper intendit ad finẽ meliorem. Ille.n.ante cuius oculos mille anni sunt sicut dies hesterna q̃ præterijt, de malis operib.scit in futurũ bona elicere, & sic sæpe bona opera vel impedit vel expedit, & mala ẽt quandoq; fieri, bona vero omitti permittit, qñ exinde in futurum aliquod bonum & vtile sequuturũ cognoscit. Et sic ſm hoc Deus peccare quãdoque permittit hominẽ, vt tandẽ fragilitatẽ propriã recognoscens, & ad pœnitentiam reuertens, efficiatur melior. Permittit ẽt Deus secundum hoc tyrannos sæuire, vt probata per eos virtus sanctorum efficiatur clarior, Permittit.n.quãdoq; bonos in hoc mundo tẽporaliter lãguere, vt spiritus eorum efficiatur sanctior, Et loquitur sic Orig.super illud Num.22. Stetit angelus contra Balaam &c. Prouidentia inquit Dei ita oĩa dispo suit, ꝙ nihil otiosum remisit. Malitiã non fecit, inuentam tñ ab alijs non prohibet, licet possit. Si,n.malitia non esset, virtus contrarium non haberet. Tolle malitiam fratrum Iosep, & ipsius carcerem & laborẽ, tunc somnium Pharaonis non exponitur, nec regioni, de victualibus prouidetur, nec pater cum filijs veniũt in Aegyptum, & sic facta in mari rubro & in deserto miracula nõ cõplentur. Tolle Balach malitiam, & non erunt prophetiæ Balaam. Tolle iudæ proditionẽ, & passio Christi cessat. Tolle astutias diaboli, & martyres minime coronantur. Non solũ.n.bonis vtitur Deus ad opus bonum, sed etiam malis, sunt.n.vasa ad honorẽ, sunt vasa ad cõtumelia, vtraq; tñ necessaria. Hęc Orig. Et sic ergo dico qũo Deus permittit fieri mala, ꝓ eo ꝙ scit exinde elicere bona vel meliora. Et sic dico ꝙ prouidẽtia dei est actuum gubernatiua.

¶Tertio dico ꝙ ista prouidentia est fortunæ commutatiua, quia, s. Dei prouidentia subito dum non speratur, pauperes facit diuites, & ecõuerso diuites facit pauperes. Et primo ꝙ pauperes fiant diuites, patet. Sicut.n.per occultam ignis virtutem lapis quandoq; in æs vel in aurũ cõuertitur, sicut dr̃ Iob 23. Lapis solutus calore in ęs vertitur, sic vere per occultam Dei prouidẽtiam sæpe fit ꝙ pauper vilis & deiectus in virum potentem & nobilem commutatur. Deus.n.pauperibus & depressis, & omni tẽporali auxilio destitutis solet melius quam alijs prouidere, & de ipsis curam gerere & habere. psal. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Cuius exemplum habemus in pullis coruorũ, quibus ꝑ p carentiam plumæ nigræ à parentib. derelictis, Deus illis prouidet, & rore cœli mirabiliter eos pascit, statim vero quando à parentib. acquisita plumarum nigredine nutriuntur, prædicta Dei prouidentia viduantur, & nequaquã amplius rore Cęli recreantur. Sic vere charissimi generaliter loquẽdo, illis qui sunt & parentũ & amicorũ auxilio destituti, Deus ex rore cœli.i.ex sui speciali gratia de necessarijs ꝓuidet, dicẽs illud Gen.27. In rore cęli & in pinguedine terræ erit benedictio tua. Pauper vero à Deo sic prouisus dicet illud psal. Pater meus & mater mea dereliquerunt me, dñs autem assumpsit me. Potissimẽ autem apparet virtus in vno occultę Dei prouidentiæ miraculo erga pauperes & depressos, quia sæpissimẽ fit ꝙ illud quod ad alicuius depressionẽ per malitiosos cõstituitur, ipsius promotionẽ & cõmodum per Dei occultã prouidentiã cõmutatur. Lynx.n. vrinã habet valde medicinalẽ, & ideo homini inuidens ipsam sub terra abscõdit, ne.s.inueniri ab homine possit. vbi tñ nocere homini credit eidem magis proficit, quia occultẽ per virtutẽ cœlestem illa vrina occultatione hm̃oi mediante, in pręciosum lapidem multo magis hominibus proficuum cõuertitur atque transit. Sic vere sæpe fit quòd aliqui moti inuidia nituntur quicquid boni possunt in alijs impedire. Sed quod ipsi ad malum finem faciunt, diuina prouidentia solet in melius cõmutare. Exemplo fratrum Ioseph, qui dum ipsum Ioseph vendere & deprimere voluerunt, ipsum dominum Aegypti occasionaliter effecerunt. Vnde ẽt ipse dixit fratrib. suis. Gen.50. Nunquid inquit possumus resistere Dei voluntati? vos cogitauistis in me malũ, & Deus conuertit illud in bonũ, vt exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis. facit ergo Dei prouidentiã pauperes subito diuites. Sed adhuc dico ꝙ ista facit diuites qui in proprijs auxilijs non diuinis cõfidunt, subito pauperes, Deus.n.videns ꝙ diuitiæ & mundi prospera sunt hominib. causa ruinæ & diuersorum ẽt peccatorum, occultẽ ꝑ infortunia diuersa subtrahit eis, & eos ad paupertatẽ & aduersitatem venire permittit, & illud quod cã erat eis peccandi vel etiam alijs nocendi.s.diuitias, ab eis aufert & tollit. Sicut.n.virtus lunæ occultẽ replet ossa medullis, & maria aq̃s, sic etiam occultẽ solet ea vacuare, & ab oĩ abundantia minorare. Sic vere Deus non solum pauperes replet per suam occultam prouidentiam & cumulat, imo etiam quandoq; per suam occultam influentiam diuites euacuat & denudat. Iste.n.deposuit potẽtes de sede, & exaltauit humiles. Iste.n.pauperem facit & ditat, humilitat & subleuat, sicut dr̃ 1.Reg.2. Et sic ergo dico ꝙ Dei prouidentia est fortunæ commutatiua.

¶Quarto dico quòd ista est casuum introductiua. Oẽs.n. mundi casus à Dei prouidentia originaliter veniunt & procedunt. Casus.n.& fortuna non sunt nisi effectus prouidẽtiæ G
Dei occultæ. Quia sicut multi videntur rerum effectus quorum causæ penitus nesciuntur, sicut patet de ferro ꝙ trahitũ à Polo arctico & adamante, de echeneide qui detinet nauem, &c. similiã, quamuis dicat scriptura ꝙ nihil in terra sine causa fit sicut dr̃ Iob.5. sic vere effectus diuinæ prouidentiæ videmus, causam vero penitus ignoramus, & inde est ꝙ vnum videmus occidi, alium submergi, alium suffocari, aliũ iugulari. Vnum videmus deprimi, alium sublimari, vnũ deponi, alium promoueri. Omnia.n.à Dei prouidentia veniũt, & omnia ab eo iuste fiunt, quamuis causa quare fiunt, nobis pro isto tpe sit ignota. Vnde de morte hominis dr̃ Sap.4. Videbunt inquit finem sapientis, & non intelligẽt quare minuerit eum Deus. Et inde de casibus dicit Hier. Omnia prouidẽtia Dei aguntur, & quod creditur esse pœna, medicina est. H

¶Quinto dico ꝙ est salutis alternatiua. Per Dei.n.prouidentiam, dispositionem præscientiam, prædestinationem & sapientiam fit quare vnus damnatur, alius saluatur, vnus à deo eligitur, & alius reprobatur. Sicut.n.dicit Plin. Filij catulorum & canum & suum eodem ordine sugunt mammas quo in vtero matris primi vel vltimi extiterunt. Sic vere dico ꝙ homines secundum illum ordinem quo ab æterno in vẽtre occultæ Dei prędestinationis, & prouidentiæ fuerunt dispositi & locati, & ad vitam vel ad interitum ordinati, secundũ hoc isti ad vbera paradisi primi & vltimi admittuntur, vel ꝑ damnationem ab eis penitus repelluntur. Teste.n.Greg. Moral.28. Quicquid foris venturum est in opere, iam intus est factum prædestinatione. A Deo.n.depẽdet vtrunq;, & salus bonorũ, & damnatio reproborũ. Vnum præuidet ex misericordia, aliud vero ex iustitia. Vnũ præuidet effectiuẽ, aliud præuidet præmissiuẽ. Vnum præuidet prædestinando, aliud præuidet præsciendo. De hoc Aug.li.3.de vnico baptis. dicit ꝙ in illa ineffabili Dei præscientia multi qui foris videntur, intus sunt. Et sic ergo patet quomodo prouidentia Dei in altitudine assumpta, est salutis moderatiua, casuum ordinatiua, fortunę cõmutatiua actuũ, gubernatiua, cordium dispositiua. Vide supra de iudicijs diuinis.

Prouincia. Cum prouincia sit certa & distincta à nobis terrarum portio, seu etiam certa terræ & populi distinctio, & distincta gentis habitatio, moribus, & dominio differẽs & loquela, possumus dicere quòd referendo ad moralia, multæ possunt prouinciæ reperiri, videlicet Prouinciæ A

Interiores.	Interiores sunt in animo.
Exteriores.	Exteriores sunt in mundo.
Superiores.	Superiores sunt in celo.
Inferiores.	Inferiores sunt in inferno.

¶Primo ergo dico, ꝙ sunt prouinciæ interiores & istæ certę sunt prouinciæ regni aĩæ, s. voluntas, rõ, & memoria. In tres æqualiter partes ꝓuinciã diuides. In prouincia viget honor, & potẽtia. Ista est.n.caput regni, quia.s. voluntas est potẽtia libera, aliæ sunt potẽtiæ seu prouinciæ seruæ. Populi autem istius prouinciæ sunt bona desideria & affectus de quib. 1.Esdræ 2. Hi sunt aũt prouinciæ filij. Ista prouincia qñq; per hostes.i.per demones & pc̃tã capitur, prauis legib. imbuit, crudeli tyranno, s.carni, mundo vel diabolo subijcitur, & tributis malorũ affectuũ per malã cõsuetudinẽ subiugat, & sic de libertate in seruitutẽ, de dñio in captiuitatẽ mutatur. Et sic lamentabatur Hieremias dicens. Thren.1. Facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tribu-

tributo. In prouincia intellect⁹ vel rōnis viget sensus & sciētia. Sicut n. videmus quod in vno regno non in oī prouincia studia litterarū vigent, sed solum in aliquib. quæ ad hoc magis idoneæ specialiter eliguntur, vnde etiā in regno iudeę solebat esse cariatharbę, q̄ interpretatur ciuitas litterarū, sic in talib. prouincijs, s. intellectu & rōne non in alijs sensus habitant & scientia, quibus. s. tā ista quā oēs aliæ prouinciæ aīæ gubernātur. Vnde Hest. 3. Litteræ missæ sunt per cursores regis ad vniuersas prouincias. In prouincia memoriæ viget disciplina & obedientia. Ista est. n. vbi est memoria beneficiorum Dei maleficiorum sui necessitatum proximi, mandatorum legis & prælati. Iudith. 11. disciplina tua oībus prouincijs prædicatur. & breuiter istæ sunt prouinciæ Christi, in q̄bus. s. solet in regno aīæ dn̄ari. Sic est tn̄ ꝙ istæ prouinciæ diuersis vitijs aliquotiens occupantur, ita ꝙ istius regni nobilitas & integritas, concordia & etiam tranquillitas dissipatur, ipseq; rex Christus exinde foris exultat & vagatur. Vnde de hoc pōt exponi illud Eccl. 5. Si videris calumnias egenorum & violenta iudicia, & subuerti iustitiā in prouincia, non mireris, quia excelsior alius est, & super hos quoq; alijs eminentiores, & insuper vniuersæ terræ rex imperat seruiēti. Patet ergo ꝙ sunt ꝓuinciæ interiores. ¶ Scdo dico ꝙ sunt prouinciæ exteriores, & istę nihil aliud sunt quā varij status huius mundi. s. status seculariū, quia. s. si bene reguntur, boni sunt, & econuerso. Aduerte tn̄ ꝙ in istis prouincijs, quandoque dominantur iniqui principes, iudices & prælati, crudelitati & auaritiæ dediti & intenti, sub quorum certe regimine tyrannia dominatur, & virtus & iustitia in his prouincijs adnullatur. Diabolus. n. propriè figuratur in illo rege assyriorum, & in Aman principe regni sui, qui. s. sicut dicitur Hester. 3. in omnibus regni sui prouincijs ordinauerant iudęos qui soli colebant Deum, vna die interfici, aliorum autem demoniorum cultores non interfici, sed seruari. Quia re vera charissimi rex assyriorum diabolus cum Aman principe regni. i. cum mundi malis principib. & tyrannis bonos & Deū colentes student de istis prouincijs eneruare, & de mūdi statibus eradicare. Malos vero qui peccando demonia colunt, ibi præficere & seruare. Veruntamen sicut tunc isti iudæi ad mortem damnati, à Deo miraculosè sunt liberati mali vero qui se ad ipsorum interfectionem parauerāt, trucidati, sic vere dico ꝙ finaliter Deus bonos liberat, & istos male in his prouincijs dominantes eradicat atq; damnat. Et sic dicamus dn̄o illud Hier. 10. Effunde indignationem tuā super gentes quæ te non cognouerunt, & super prouincias q̄ nomen tuū non inuocauerunt, quia deuouerunt Iacob, & comederunt eū & consumpserunt & decus eius dissipauerunt. Istæ ergo sunt prouinciæ exteriores. ¶ Tertio dico ꝙ sunt prouincię superiores, & istæ pro certo sunt prouinciæ paradisi. s. diuersi status & habitacula beatorum, in quib. s. Deus & angeli principantur, qui. s. beatos qui illuc vadunt fouent, diligunt & sectantur. Vnde Hest. 9. Nam & prouinciarum iudices extollebant iudæos. ¶ Quarto vero dicam ꝙ sunt prouinciæ inferiores, i. patriæ & vrbes infernales, quæ. s. prouinciæ & habitacula sunt diuersa diuersis, s. secundū diuersa demerita constituta. Istæ autem sunt prouinciæ similes illi prouincię quæ secundum Solinum dicitur apte rophoros, vbi scilicet perpetua est nox, grando, nix, pluuia & tempestas. Vnde de tali prouincia dici potest illud Hester. 4. In omnibus quoq; prouincijs oppidis & locis ad quæ crudelis regis dogma peruenerat planctus ingens erat apud iudæos, ieiunium, vlulatus & fletus. Sic igitur patet quomodo in bono & in malo prouincia potest sumi.

Prouocare.

A Nota ꝙ prouocare idē est quod inducere, excitare, valde aliquē ad aliquid animare. Et potest accipi in bono & in malo. In bono. n. prouocantur iusti ad beneficiendum. Prælati. n. & prædicatores debent monitionib. & exemplis populum excitare & ad bonum viriliter prouocare. Exēplo aquilæ, quæ volitans super pullos ipsos prouocat ad volandū. Exemplo equi, quē miles clamādo, & altius tubicinando prouocat ad currendū. Exēplo Elephantum, quos per ostensionem sanguinis hoīes prouocant ad pugnādū. Quia vere charissimi qn̄ videmus viros iustos ante nos volitando exemplariter præcedere, qn̄ audimus tubam prædicationis aures nostras concutere, qn̄ videmus sanguinem dn̄icæ passionis oculis nostris se ostendere, statim debemus ad volatū cōtemplationis aīari, ad cursum boni operis excitari, & ad bellū fortis dimicationis cōtra vitia prouocari. De prouocatione. n. ad contēplatiue volādū, dr̄ Deut. 32. Sicut aquila prouocans ad voladū pullos suos, & sup eos volitans. De prouocatione ad operandū. dr̄ Heb. 10. Consideremus inuicē in prouocatione charitatis & bonorū operum. De prouocatione vero ad pugnandū dr̄. Dā. 11. Prouocabitur rex austri ad prelium &c. Sic ergo dico ꝙ prouocatio sumitur in bono. ¶ Sed adhuc dico quòd prouocatio sumitur in malo, & sic cōiter pro prouocatione ad irā vel ad peccatū accipitur. Quia sicut dr̄ Prou. 30. Qui ꝓcat rixas, producit discordias. Quidā. n. sunt ita pestiferi ꝙ hoīes quāquā pacificos & benignos, q̄q̄ iustos & sanctos, suis stimulationib. ad iracundiā prouocant. Exemplo fenennę, q̄ exprobauit annæ ꝙ cōcluserat dn̄s vuluā eius, & ita prouocabat eā. 1. Reg. 1. Etiā suis malis exemplis & inductionib. ad pc̄tm̄ incitant. prou. 12. Os insipientis prouocat stultitiā. Et ēt ipsum Deum patientissimū suis malis operib. ad eorū odiū & indignationē inuitant. Exēplo cornicis, q̄ aquilā per multos horribiles clamores prouocat ad eā occidēdā. Exēplo ēt elephantis, qui quāuis sit aīal valde mite, aliquando tn̄ prouocatur ad grauiter irascendum. Ideo de malis & prædonibus dicitur Iob. 12. ꝙ abundant tabernacula prædonum qui audacter prouocāt Deum, cum ipse dederit omnia in manu eorum. Et ideo nota hic ꝙ aliqui prouocant Deum. B

Proteruiter contradicendo.
Carnaliter concupiscendo.
Verbaliter decipiendo.
Crudeliter officiendo.
Moraliter deficiendo.

Prouocant dico Deū contradicendo proteruiter. & sic dr̄ Deut. 9. Memento qūo ad iracundiā prouocaueris dn̄m in solitudine, & semp ex eo die quo egressus es ex ægypto vsque ad locum istum, aduersus dn̄m contendisti. nā in Oreb. prouocasti eum. Oreb aūt locus est vbi manauerunt aquæ contradictionis, sicut dr̄ Nu. 20. Itē ipsum prouocant concupiscendo carnaliter. Vnde dr̄ Deut. 9. In sepulchris cōcupiscentiæ prouocasti dn̄m. Itē decipiendo verbaliter. Vnde Iob 36. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Item officiendo seu interficiendo crudeliter. Vnde de Manasse de quo dr̄. 4. Reg. 21. ꝙ sanguinē multum fudit dr̄ 4. Reg. 23. Nō est auersus furor dn̄i propter irritationes quibus prouocauerat eum manasses. Item deficiendo moraliter. Vnde Tren. 3. Nos iniquè egimus, & ad iracūdiā prouocauimus. Et hęc de prouocatione sufficiant &c. Vide de Iracundia &c.

Prout.

Cum prout accipiatur pro sicut, & sic semper significet aliquam regulam directiuam, notabo quòd quilibet prudens, debet sequi suum prout id est suam regulam & exemplar, ad quæ ipse debet morari corrigere seu dirigere facta sua. Habeat igitur & respiciat vnum prout. A

Debitæ congruitatis.
Attentæ necessitatis.
Propriæ possibilitatis.
Prælatæ auctoritatis.
Mutuæ fraternitatis.
Infinitæ capacitatis.
Diuinæ sublimitatis.
& spontaneitatis.
Voluntariæ libertatis.

Dicam igitur ꝙ vir prudens sequitur vnū prout & vnam regulam honestæ congruitatis. Congruitas. n. locorū, temporum, personarum, negociorum & rerum debet cuilibet esse vnū prout & vna lex, & vna regula s̄m quam ipse debet dirigere facta sua. Vnde de tali cōgruetia dr̄ 2. Esd. 1. ꝙ filij Israel assauerunt phasę igne prout oportebat. i. prout negocium requirebat. Et de congruentia temporis dr̄ 1. Machab. 8. vbi loquitur de æquis fœderibus initis inter romanos & Iudæos, ꝙ auxilium ferret romanis gens iudæorum prout tempus dictauerit, & econuerso si bellum iudæis contingat, adiuuabunt romani prout tempus permiserit. Item dico ꝙ prudens sequitur vnam regulam, vnū ꝓut attentæ necessitatis, & istud certe tunc debet fieri qn̄ alicuius prætextu elemosynę, pietatis seu etiam dispensationis & distributionis aliquid committitur quia. s. tunc prout requirit necessitas indigentis, debet cōcedere plus vel minus. Vnde Act. 2. dicitur ꝙ prę[t]cia rerum per discipulos diuidebantur omnibus prout cuique opus erat. Idem dicitur Actuum 4. Item prudens sequitur vnam regulam, vnum prout propriæ possibilitatis, quia. s. s̄m vires nostras & prout requirit facultas nostra nos debemus alijs distribuere plus vel minus.

nus.exemplo.s. Thobiæ, de quo dr Thob.1.ꝙ ipse diuidebat vnicuique prout poterat de facultatib.suis.& Act.11.dr ꝙ discipuli prout quisq; habebat,proposuerunt singuli in ministeriũ,Item prudens sequitur vnã regulã,vnum prout supernæ authoritatis, quia.s.iste debet conformare voluntatẽ suã voluntati & mandato Dei & superiorum,sicut.s.dr 2.Esdræ 8.ꝙ rex mandauit dari in vsus iugis sacrificij frumentum,sal, vinum & oleũ,prout sacerdotes qui sunt in hierusalẽ, dictauerunt consumi quotidie. Itẽ prudens sequitur vnam regulam vnum prout mutuæ fraternitatis. Vnde Luc.6.dr.Prout vultis inquit vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.Item prudens sequitur vnam regulã, vnũ prout infimæ capacitatis, quia.s.prout videt ꝙ discipulus est sufficiens retinere & capere, debet doctor & prælatus prædicare, docere atque dicere. Vnde de Christo dr Matt.4.ꝙ loquebatur eis verbum prout poterant audire.Et Ephes.3.Prout potestis legentes intelligere &c.Item prudens sequitur vnã regulã,vnũ prout diuinæ sublimitatis,quia.s.sm ꝙ ipse videt esse deo placitum & acceptũ,debet exequi facta sua.Exemplo.s.apostolorum,de quib.dr Act.2.ꝙ ipsi cęperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.Itẽ etiã Deus habet propriam voluntatem pro regula,quia sicut dr 2.Mach.15.Ille prout illi placet,dat dignis victoriam.Item prudens sequitur vnam regulam,vnum prout voluntariæ libertatis,quia.s. voluntariè nõ coactè facit bonum.Vnde 2.Cor.9.Vnusquisque prout destinauit in corde suo,non ex tristitia aut ex necessitate.Hilarẽ.n.datorem diligit Deus. Sic ergo patet quõ prout signat conformitatem prudentiam & iustorum,quia.s. ipsi se conformant regulis virtuosis. De mala vero regula & conformitate potest dici peccatorib.illud 1.Corin.12.Scitis inquit quoniam cum gentes essetis,ad simulacra muta prout ducebamini euntes.Sufficit autem de prout.Vide infra de sicut & de quasi & de vt & similib.

A **Proximus.** Cum proximus dicatur ille qui consanguinitate vel affinitate vel vicinitate alicui est coniunctus,notandum,ꝙ proximos possumus intelligere omnes illos qui nobis per fidei vnitatem,vel per religionis status communitatem vel per patrię identitatem aliqualiter sunt coniuncti.vel etiam per naturæ cõformitatem.Et sic possumus notare ꝙ in scriptura inuenitur Proximus

- Admirandus.
- Venerandus.
- Honorandus.
- Diligendus.
- Corrigendus.
- Negligendus.
- Dirigendus.
- Præcauendus.
- Præuidendus.
- Metuendus.

Omnes.n. istos proximos habet homo dum militat in hac vita. Igitur,dico ꝙ iste habet vnũ proximum admirandum. Et iste procul dubio est Deus qui factus est proximus noster ꝑ carnis assumptionem,per gratiæ infusionẽ, per amoris coniunctionem, & per gloriæ collationem.Et ideo quærẽti illud Luc.10. Et quis est mens proximus?Proponitur parabola de Samaritano q sauciatum in suum stabulum recepit,& de sacerdote qui ipsum præterijt,& leuita qui de eo nõ curauit. Et quæritur quis horum trium vr fuisse suus proximus,& respondetur.Qui fecit misericordiã cum illo.Procul dubio Deus est proximus iste, quia verè humanum genus quod à latronib.i.demonib.fuerat sauciatum,curauit,& erga eum misericordiam fecit medicinam sacramentorum adhibuit,& ipsum in paradisi stabulum transportauit.Item dico ꝙ homo habet vnum proximũ venerandum,& iste est angelus ad custodiam hominis deputatus,quia procul dubio in reuerentia est habendus. Vnde Rom.15.Vnusquisque proximo suo placeat in bono.Itẽ dico ꝙ habet vnum proximum honorandum, & iste est prelatus, de quo Eccl.17.Mandauit Deus vnicuique de proximo suo. Et sequitur.In vnamquanque gentem præposuit rectorẽ. Itẽ habet vnum proximum diligẽdum.Et iste est quilibet bonus homo,quem debemus diligere sicut fratrem. Vnde Mat.22. & Mar.12.Luc.10.Galat.5.Dilige proximum tuum,sicut teipsum.Quia sicut dr Eccl.12.Omne animal diligit simile sibi sic & omnis homo proximum sibi. Item habet vnum proximum corrigẽdum,& iste proximus est corpus nostrum,quẽ procul dubio debemus corrigere, & per pœnitentiam macerare.Eccl.19.Corripe proximum tuum.Item habet vnum proximum negligendum, & iste proximus est mundus qui pro certo debet negligi & odiri.Hier.9.Vnusquisque à proximo suo se custodiat,& in omni fratre tuo non habeat fiduciam.Item habet vnum proximum dirigendum,& iste proximus est quilibet simplex homo,quem debemus pro virib.dirigere & iuuare.Esa.41.Vnusquisque proximo suo auxiliabitur.Et maximè iste proximus est pauper & egenus,cui certè est per elemosynam succurrendum,& erga eum misericorditer procedendum.Vnde Eccl.41.Ne auertas faciem tuam à proximo tuo.Item habet vnum proximum pręcauendum, & iste proximus est quilibet homo malitiosus, proditor & iniquus,à quo est summopere præcauendum. Et tales erant illi de quibus dr in psal.Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt.Et ideo Eccl.9.dr. Secũdum virtutem caue tibi à proximo tuo.Item habet vnũ proximum præuidendũ,& iste proximus est mors q̃ semper stat iuxta nos,parata nos transglutire.Et de hoc Mar.13.Scitis ꝙ in proximo sit æstas. Et ibidem. Scitote ꝙ in proximo sit in ostijs.Item habet homo vnum proximum metuẽdum,& iste proximus est diabolus,qui semper è proximo nobis insidiatur.Vnde 2.Mach.20.Proximi hostibus effecti resederunt.Et Zach.11.Deuoret vnusquisq; carnem proximi sui.Ecce ergo quot habet homo proximos in hoc mũdo.¶Sed omnib.pro ximorum generib.omissis, dico ꝙ per proximos intelligere possumus generaliter amicos,vicinos, cõsanguineos,& propinquos.Et ideo breuiter de proximis nostris tam spiritualibus quam temporalibus dicitur Eccl.27.Dilige proximum, & coniungere fide cum illo.Vbi ostenditur ꝙ proximum debemus mentaliter adamare.Dilige. Vtiliter adiuuare Proximum.Tenaciter frequentare vel comitari.Cõiungere inquit fide cum illo. Proximum est opus charitatis. Secundum est opus pietatis.Tertium est opus fidelitatis.Ista ergo tria sunt habenda erga proximos.s. Charitas ad interius adamãdum. Pietas ad exterius iuuandum. Firmitas seu fidelitas ad diutius restandum. ¶ Habeat igitur proximus erga proximum charitatem & dilectionẽ.Dilige inquit.Tanto.n.ignis est maior quãto materia ignibilis est proximior. Sic verè ignis charitatis tanto amplior debet esse,quanto hominem qui est res ignibilis.i.diligibilis, ꝓximius contingit adesse.ideo dicitur Luc.10.Dilige proximum tuum sicut teipsum.Et Eccles.14. Omne.n.animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum sibi.Quod est contra multos qui alios non diligunt sicut seipsos, sed propter seipsos, & ista non est propriè dilectio proximi,sed magis dilectio rerũ proximi. Quod patet, qa cessantib.rebus,cessat dilectio vel amor, sicut ad sensum patet de pauperibus,qui nullum inueniunt amatorem.Vnde Prouerb.14.Etiam proximo suo pauper odiosus erit, amici verò diuitum multi. Sed de hoc vide supra titulo de Amicitia.Non sic, sed habeamus ad proximos charitatem & affectionem.¶Secundò habeamus pietatem & largitionem.Res .n.magis influunt in res sibi contiguas & propinquas eisque magis vt communiter suas communicant qualitates. Sic & nos debemus in proximis nostris per pietatem magis influere, & bona nostra per pietatem amplius communicare, & ꝑ largitatem potius erogare, quod etiam ostenditur in verbo proximi.Quia sicut dicitur Eccl.18.Miseratio hominis erga proximum suum.Et potissime ista debent esse vera de pauperibus & depressis, quibus est amplius succurrendum. Vnde Ecclesi.4.Ne reuerearis proximum tuum in casu suo. Quod est contra multos qui nullum proximum suum pauperẽ vel depressum volunt iuuare,sed magis officere & nocere,vt sic isti dicant illud psal.ac si pauperes loquerentur fortunæ dicentes. Elongasti à me amicum & proximum & notos meos à miseria.Non sic,sed exhibeamus proximis pietatem & cõpassionem.Proximum inquit. ¶Tertio habeamus erga proximos firmitatem & durationem. Et hoc ostenditur cum dicitur Coniungere fide cum illo idest finaliter permane cum illo.Fideles enim amici cum proximis sunt perseuerantes,& cum ipsis veraciter permanentes. vt talibus amicis & proximis stabilibus & fidelibus dicatur illud Colossensis 1. Permanetis in fide fundati. Et illud est contra multos, qui re vera proximis suis non sunt fideles, nec erga eos stabiles aut manentes. Et istud patet, quia non cessant proximos suos decipere,vel eos auaritia, luxuria, vel iniuria molestare. Auaritia dico. Vnde Ezechiæ. 22.Auarè proximos suos calumniati sunt in te. Luxuria etiam. Vnde Ezechiæ.33.

Vnusquisque vxorem proximi sui polluit. Iniuria etiã. Vnde Zach. 11. Tradam homines vnumquenque in manu proximi sui. Nõ sic ergo, sed sim⁹ erga proximos nostros fidelis, quia ille qui iurat proximo suo & non decipit, qui pecuniam suã non dedit ad vsuram, ipse est qui benedictionem a domino re portabit. Patet ergo quomodo erga proximũ debemus habe re firmitatẽ & fidelitatem, pietatem & benignitatem, chari tatem & synceritatẽ &c. sufficit. Vide supra de Amicitia, vbi inuenies exempla multa supra de prope, & iuxta de fraude, de appropinquare, & in cæteris similibus.

A **Prudentia. Prudens.** Nota ꝙ prudẽtia nihil aliud est quã rõ docta à gratia, studens vitare nociua, & vtilia procurare, vt dicit Isid. Est autẽ prudentia idem quod discretio, seu etiã prouidentia futurorum. Teste.n. Isid. li. Ety. prudẽs seu prouidẽs dicitur quasi procul videns. Futuros.n. & incertos prouidet casus. Sed quia breuiter loquendo, per prudentem intelligitur vir discretus, perfectus, honestus & maturus, possumus dicere quòd teste Seneca, in tribus cognoscitur prudentia viri iusti, videlicet

In præteritorum recordatione.
In præsentium ordinatione.
In futurorum meditatione.

Prudentes. n. viri præterita recordãtur, præsentia moderantur, sequentia meditantur. Sicut.n. dicit Sene. li. de moribus, Prudens si fuerit animus tuus, prẽterita recordare, prẽsentia ordina, futura præcaue. Dico ꝙ præterita recordãtur. Sicut.n. serpens ita est flexibilis ꝙ retro se potest respicere & videre in sui longi corporis tutamentum, sic & nos ad illa q̃ iam retro transierunt, debemus oculos considerationis nr̃æ vertere, & ea sicut condecet cogitare, & sic erimus sicut illi de quibus dicitur Matt. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Ista autem præterita quæ debẽt recordari, sunt ista, s.

Beneficia quæ recepimus.
maleficia quæ commisimus.
Aduersitatem quam habuimus.
Vilitatem qua nati fuimus.

Et sic docet recordari sapiẽtes Eccl. 11. dicẽs. In die bonorum ne im memor sis malorũ. Et Eccl. 18. Memento paupertatis in die abundantiæ &c. Vide supra de memorari. Quia sicut dicitur Prou. 19. Custos prudentiæ inuenit bona. Vnde Pythagoras in suis præceptis dicit. Duorum temporum habenda est cura, manẽ. s. & vesperæ. In vno inquit gerẽda prospice, in altero vero respice quæ

B gessisti. ¶ Item dico ꝙ prudentes præsentia moderãtur, quia .s. ad virum prudentem pertinet ꝙ in istis agibilib. sagaciter se habeat & discretè, quod potissimè pertinet ad prælatos, q̃ administratione temporalium bonorum & in regimine subditorum debent prudenter & sagaciter se habere. Quia sicut dicitur Prou. 14. Qui patiens est, multa gubernatur prudentia. Quia ẽt. sicut dr̃ Luc. 12. Fidelis debet esse dispensator & prudens quem constituet dñs super familiam suam. Sicut.n. summa prudentia animalium est in hoc ꝙ sciunt discernere inter vtilia & nociua: vnde ẽt herbas nociuas dimittunt, proficuas vero carpunt & eligunt, pericula ẽt præsentiunt, & ab ipsis fugiunt & resiliunt, sic re vera summa est hoĩs spiritalis prudentia qñ scit illa salutẽ vtilia eligere, alia vero fugere & negligere, & qñ scit periculũ inferni & peccati cognoscere, & ab eo sagaciter resilire. Quod potissimè debet esse verum de illis qui ipsa nociua & periculosa, ipsaq; vitia & p̃cta per experientiã cognouerunt, quia tales si prudentes sunt, à talibus prẽcauent & recedunt. Vnde Seneca in Prouerb. dicit ꝙ bonum est in alieno malo fugienda intueri. Ruina prẽcedẽtiũ posteros docet. Cautio est in reliqua lapsus anterior. Ignau⁹ nimis est qui post exemplũ inuenitur incautus. Indemnis est castigatio quam persuaserunt exempla, quia fœlix, quẽ faciũt aliena pericula cautum. Teste.n. sapiente Prou. 14. In corde prudentis requiescit sapientia Ideo Prouer. 9. dicitur. Relinquite infantiam, & viuite & ambulate per vias prudentiẽ. Itẽ dico ꝙ viri prudentes futura seu sequentia meditãtur. Quia sicut animalia quodam instinctu naturæ aliquando prænosticant de futuris, sicut de ante quæ dicitur margus, legimus, ꝙ futuram tempestatem præsentit, & ideo cum magno clamore fugit ad littus (Vnde etiam nautẽ tũc futuram grauẽ tempestatem secundum Isid. in mari sciunt, qñ mergi ad littora confugiunt) sicut etiam de taxo & formica legimus ꝙ tẽpus futurẽ hyemis naturaliter præuident, & ideo in æstate victualia accumulant atq; parant, inter apes etiã aliquæ sunt quẽ vigiles seu excubiæ ordinantur, quæ futuros imbres & concursus tẽporum speculantur, sic procul dubio charissimi ad nos pertinet futura tempora præuidere. & contra futurã famem & tempestatem mortis, iudicij & inferni, victualia gratiarũ & virtutum quærere, & de remedijs prẽuidere: teste.n. Greg. Minus iacula feriunt quæ præuidentur. Et sic bene loquitur Isid. ꝙ prudens dicitur quasi procul videns, vt sic tales videãtur audiuisse illud Prou. 2. Prudentia seruabit te vt eruaris à via mala. Et sic breuiter si præterita cogitauerimus, si prẽsentia ordinauerimus, si futura præcognouerimus, dico ꝙ prudentes & sapientes erimus, & prudentum conditiones habebimus. Circa quæ notare possumus ꝙ sapientes seu prudentes apparent in istis, videlicet

In mandati impletione.
In tacendi discretione.
In cordium cognitione.
In virium perfectione.
In modesta locutione.
In pudica conditione.
In clementi compassione.
In patienti correctione.
In fulgenti conuersatione.
In temperata maceratione.

Dico ergo ꝙ prudentes cognoscuntur in mandatorum completione, seu in obedientiæ subiectione. Vnde psal. Prudentẽ me fecisti mandato tuo, quia lex tua meditatio mea est. Item in taciturna discretione. Eccle. 19. Est tacens, & ipse est prudens. Et Prou. 11. Vir aũt prudens tacebit. Ista est.n. vera conditio sapientis. s. taciturnitas & silentium. Vnde quẽsitum est à quodam philosopho qualiter deberet stare inter sapientes. Respondit. Serua silentium. vnde Amos 5. Propterea prudẽs in tempore illo tacebit, qm̃ dies mali sunt. Item in cordium cognitione, quia ad virum prudentem pertinet inuestigare & cognoscere cogitatus & desideria aliorum. Vnde Prou. 27. Quo in aqua resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentib. Item in virium perfectione. vnde Sap. 6. Melior est sapientia q̃ vires, & vir prudẽs quàm vir fortis. Itẽ in modesta locutione. vnde Eccl. 21. Verba prudentiũ statera ponderabuntur. Item in pudica conditione. vnde 1. Tim. 3. Oportet episcopum esse prudentem & pudicum. Item in clementi compassione. vnde Matt. 25. Prudentes vero virgines acceperunt oleum secum. Oleum vero pietatẽ & compassionẽ designat. Item in tolerata correctione. Eccles. 10. Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correctus. Item in honesta conuersatione. Vnde Eccl. 21. Ornamentum aureũ prudenti. Item in temperata maceratione. Vnde 1. Pet. 4. Estote prudentes, sobrij &c. Et sic igitur patet in quot & quantis homo debet esse prouidẽs seu prudẽs &c. Vide in multis titulis vbi de discretione agitur. vide etiã de Sapientia, & supra de Consideratione &c.

Prunæ. Nota ꝙ prunæ sunt carbones ardentes. & quia supra de ardere, igne calore, carbone & similibus satis dictum est, non oportet ꝙ circa prunas plurimum, seu etiam ꝙ cum Petro diu sedeamus ab prunas. Solũ ergo nota quòd est dare prunas A

Tentationis.
Dilectionis.
Afflictionis.
Damnationis.

¶ Primò igitur dico ꝙ sunt prunæ tentationis, quas demon succẽdit. Demon.n. est quasi faber qui prunas ardentium affectionum nostrarum, follib. malarũ suggestionum sufflat, & sic mentes nr̃as igne, iræ, luxuriæ & auaritiæ inflammat, & tunc ipsas in quãcumq; malã formã mutat. Vnde de diabolo dr̃ Iob. 42. ꝙ halitus eius flammas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. Mala.n. nostra desideria, terrenorũ ẽt cumulata subsidia, mulierum gestus, nutus & colloquia, malorum societas & cõsortia, prunæ sunt quib. demones mentes igniunt & incẽdũt, qñ .s. flatũ suẽ suggestionis adhibent & impendũt. Esa. 41. Faber ferrarius lima operatus est in prunis. Nonne Petrus sedẽs ad prunas Christum negauit? Vix.n. est quin Christum peccando neget, qui ad prunas istas per affectum & attẽtionẽ sedet. Vnde Prou. 6. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Istæ ergo sunt prunæ tentationis, quas demon succendit. ¶ Secundò dico ꝙ sunt prunæ dilectionis, quas Deus impendit. Virtus.n. charitatis, & Sancti Spiritus feruor ignis seu prunæ sunt, quibus mentes fidelium calefiunt, & quas Spiritus sanctus spiritualiter accendit, prædicator vero ipsas insufflat & extendit.

Esaiæ 54. Ego creaui fabrū sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum. Vt sic tali spūali fabro, s. bono pdicatori prunas amoris & charitatis pro viribus succedenti dicatur illud Ezec. 10. ingredere inquit in medio rotarum q̄ sunt subter Cherubin, & imple manū tuam prunis quæ sunt inter Cherubin, & effunde super ciuitatē. Cherubin quæ interpretantur plenitudo scientiæ, significant angelos & beatos, rotę vero scripturā sacram designant, inter quos pro certo prædicator, studendo & contemplando debet intrare, & ibi prunas & ignem charitatis haurire, indeq; manum suam per bonam operationem implere, & ciuitatem. i. populū cui prædicat, inde pro virib. inflammare. vt de olla rubiginosa, i. de anima peccatrice dicatur illud Ezec. 24. Pone eam super prunas vacuā, vt incalescat ęs eius, & liquefiat. Tales prunas consulit scriptura habere & succendere, & inimicis nostris dare, dicens. s. Prouerb. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitierit, da ei aquam bibere. Prunas. n. super caput eius congregabis, & dominus reddet tibi. Prunas dico, s. amoris in eo generabis. Sed quid pro certo hodie prunæ charitatis (quod dolendum est) deficiunt, flammæ vero cupiditatis & luxuriæ, iræ etiam & auaritiæ & inuidiæ valde crescūt. Vnde Esa 47. dicitur. Non liberabunt inquit animas suas de manu flammæ, non sunt prunæ quibus calefiant, & focus vt sedeat ad eum. Istæ sunt ergo prunę dilectionis quas Deus impedit. Tertio dico ꝙ sunt prunæ vexationis seu tribulationis, quas mundus effundit. Istæ. n. sunt prunæ quibus mundus coquit bonos. figuratæ. s. Io. 21. vbi dicitur ꝙ ipsi viderunt prunas positas, & piscem superpositum, de quo legitur. s. Christum comedisse. Quia re vera Christus illos sibi incorporat & comedit, quos ignis tribulationis decoquit & cōburit. ¶ Quarto vero potest dici quòd sunt prunæ damnationis, quas infernus diffundit, scilicet super illos qui illuc mittuntur & damnantur. Figuratæ, scilicet in arula plena prunis, quam Ioachim Rex iniquus, id est diabolus, coram se habeat, sicut dicitur Hieremiæ 36. Sic igitur quomodo prunæ diuersimodè possunt sumi.

A **Prurire. Prurigo.** Cum prurigo sit illa carnis impetigo seu etiā scabies exterioris cutis quę delectationem generat & pruritum, quem tamen dolor sequitur & punctura, posset dici ꝙ prurigo signat oīa mala desideria, & potissimè carnis illicitos appetitus, ex quibus punctura mortis æternæ sequitur, post hanc vitam. Omitto tamen, quia nō sunt authoritates. Vide vbicunque fit mentio de Delicijs &c.

A **Psallere. Psalmus.** Nota ꝙ psallere idē est ꝙ cantare, laudare, & exultare, psalmos dicere, vel cum psalterio iubilare. Quia tamē de cantico, laude, iubilo & gaudio multa dicta sunt, ideo pauca de psallere sunt dicenda. Dico igitur ꝙ nos inuenimus. Vnum psallere quod est

Iustorum.
Doctorum.
Stultorum.

Iusti psallunt dominum laudando. psal. Psallite Deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite. Qm̄ omnis terræ Deus, psallite sapienter. Item docti psallunt virtutes hortando. Vnde in psal. Psallite domino qui habitat in syon, annunciate inter gentes studia eius. Item stulti psallunt vana decantando. psal. In me psallebant qui bibebant vinum. His ergo præmissis dic ꝙ generaliter nos debemus psallere videlicet

Vt hostem fugemus.
Vt sanctos oremus.
Vt Deum laudemus.

Ad ista. n. tria valet principaliter melodia seu cantus ecclesiasticus, & psallere catholicum & deuotum. ¶ Primo ergo dico ꝙ psallere valet ad hostem fugandum & superandū. Diabolus. n. cum sit desperatus & tristis, non libenter manet vbi videt lætitiam spiritalem, cantum & psalmum laudis diuinæ, & gaudium in spiritu sancto. Exemplum habemus de Saul, qui arreptus à demonio, tunc liberabatur, quando in ipsius presentia Dauid psallebat, & cum cithara modulabatur, sicut habetur 1. Reg. 16. Vbi ibidem dicitur. Vidi filium Isai Bethleemiten scientem psallere. Vide eam supra vbi cithara. Ideo bene consulitur Ephesio. 5. Nolite inquit inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquētes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordib. vestris dn̄o. Valet igitur nostrum psallere ad hostem fugandum & superandū. ¶ Secūdo dico ꝙ psallere valet ad sanctos orandū. Psallendo. n. Deum & sanctos oramus, & eorum gratiam impetramus. Nonne vidēmus ꝙ nobiles & magnates volunt habere coram se illos qui benè sciunt psallere, & melodiam facere, & maximè pueros & iuuenes gratiosos, ipsisq; sic psallentib. solent vestes & iocalia tribuere, & eos secum libenter habere? Sic verè deus & sancti illos qui orando coram eis psallunt, si tn̄ pueri. i. puri & mundi sunt, libenter vident & audiunt, & vestes suas. i. primam stolam, s. gratiam eos induunt, & virtutum iocalia illis concedunt. Bene ergo consulit scriptura, dicens in psalm. Omnis terra adoret te Deus, & psallat tibi. psalmū dicat nomini tuo. Et Iac. 5. Turbatur aliquis vestrum? oret æquo animo, & psallat. Bene ergo dicit Apostolus 1. Cor. 14. Quid ergo? orabo spiritu, orabo & mente psallam, spiritu psallam & mente. Valet igitur psallere videlicet ad Deum orādum seu placandum. ¶ Tertio dico ꝙ psallere valet ad Deum laudandum & honorādū. Deus. n. à creatura sua vult laudari & magnificari, & psalmis & psalterijs exaltari. vnde in psalmus. dr̄. in psalterio decem chordarum psallite illi. Et nota ꝙ Deo debemus psallere, & eum laudare, quia est B

Sanctus ad conseruandum.
Rectus ad iudicandum.
Altus ad imperandum.
Promptus ad adiuuandum.
Mansuetus ad miserandum.
Assuetus ad premiandum.

Igitur psalmus domino, quia sanctus est sine iniquitate. Vnde in psalm. dicitur. Psallam tibi in cithara sanctus Israel. Item quia rectus est sine peruersitate. psal. Bene psallite ei in vociferatione, quia rectum est verbum domini. Itē quia altus & pollēs sublimitate seu etiam regali dignitate. psal. Lætabor & exultabo in te: psallam nomini tuo altissimè. & alibi. Quoniam rex omnis terræ Deus, psallite sapienter. Item quia promptus est, s. ad adiuuandum, pollens strenuitate. psa. Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus, misericordia mea. Item mansuetus est, plenus benignitate psal. Psallite nomini eius, quoniam suaue est. Item quia assuetus est in omni largitate seu liberalitate, s. sanctos in patria remunerando. Vnde Abac. 3. dicebat ille. Dominus inquit fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum. Et super excelsa deducet me victor in psalmis canentem. Et si vis dic ꝙ psallendum est sibi. s.

Purè seu nitenter.
Doctè seu prudenter.
Lætè seu gaudenter.
Feruenter & diligenter.

Nitenter & purè dico quia cum puritate. psal. Psallam & intelligam in via immaculata quando venies ad me. Prudenter & cum sagacitate. Vnde illud prædictum psal. Psallite sapienter, regnabit deus super gentes Gaudenter insuper & cum iocunditate. psalm. Psallite domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite. Feruenter etiam seu diligenter & cum sedulitate. ps. Exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo. Cōfitebor tibi in nationib. domine, & psalmum dicam tibi in gentibus Hæc igitur sufficiant de psallere seu psalmo &c.

Ptolomæus. Ptolomaida. Nota q͂ ptolomæ' fuit nomen regum apud ægyptios & ad syros. Ptolomaida nomen fuit ciuitatis in patria palestinæ, quæ. s. dudum dicta fuit Accaron, postea ptolomaidas, postea tempore christianorum dicta fuit Acon, quam Soldanus Babyloniæ Saladinus destruxit. Interpretatur autem Ptolomæus ad mensuram reducens seu reductus. Ptolomaida vero interpretatur ad mensuram reducens seu ad mensuram reducta. Prosequere sicut volueris si occurrat, quia transeo gratia breuitatis. A

PVblicanus. Nota ꝙ publicanus in scriptura dicebatur ille qui publicum negotium administrabat, sicut erant publici vsurarij & mercatores, vel qui publicè delinquebāt, sicut erāt lenones & meretrices. Quia ergo tempore gratiæ tales publicani passim ad Christū conuertebantur, pharisæi vero qui iustiores cęteris credebātur, ad Christum renuebant conuerti, & in suis malitijs obstinabantur, vr̄ ꝙ per publicanos possunt intelligi hoīes pęnitentes, & se & publica vitia & negocia dimittētes, & se ad Xpm summum rectorem reipub. conuertentes. Tales. n. publicani A

Peccata corrigunt.
Mundana negligunt.
Dominum eligunt.
Propria porrigunt.
Christo se coniungunt.
Gloriam colligunt.
Ad cœlum emergunt.

¶ Primo dico q peccata corrigunt, quia re vera il li qui qnq; grauiter peccauerunt, solet profundius penitere, fragilitatẽ suã melius cognoscere, seipsos viles & indignos reputare, & sic maiorem gratiam impetrare. Isti ergo se solent lachrymis abluere, sua solent pectora percutere, aliena restituere, & sic Christi societatem & gratiam acquirere, & alios qui tñ non peccauerunt in gratijs præcedere, & eis in virtutib. prævalere, sicut in Petro, Paulo, & Magdalena potuit apparere. Lachrymis ergo se lauant & abluunt Luc.3. Venerunt publicani ad Iesum vt baptizarentur. Item pectora sua tundunt & percutiunt Luc.18. Publicanus longè stãs noleba t ad cęlum oculos leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens. Deus propitius esto mihi peccatore. Et sequit. & iste descendit in domum suam iustificatus. Quia omnis qui se humiliat exaltabitur. Cõtrarium verò fuit dictum de pharisæo se iustificante. vt patet ibidem. Item aliena reddunt, & restituũt, sicut de Zacheo publicanorũ principe legitur Luc.21. quomodo, s. ipse Christum gaudens recepit, & dixit. Si quem defraudaui, reddo quadruplum. Item alios præcedũt in virtutib. & præueniunt. Matt.21. Publicani & meretrices
B præcedunt vos. Isti igitur peccata solent corrigere. ¶ Scd̃o dico q isti mundana solent demittere. Exemplo. s. illius leui publicani q sedebat in theloneo. cui dixit Iesus Sequere me, qui statim relictis oĩbus secutus est eum, sicut dr̃ Lu.5. ¶ Tertio dico quòd isti dominum solent eligere, ipsum scilicet & doctrinam ipsius audiendo & faciẽdo, sibi credundo & obediendo. Vnde Luc.15. dicitur q publicani erant appropinquantes ad Iesum vt audirent eum. Et Matt.21. dicitur q publicani & meretrices crediderunt ei. ¶ Quartò dico q propria solent porrigere. sicut Zacheus publicanus legitur Christo dixisse Luc.19. Ecce inquit dimidium bonorum meorum do pauperibus &c. Quinto dico q isti Christo se solent coniungere, & ipse etiam publicanos solet dirigere. Vnde etiam Matt.11. Pharisei vocabant eum peccatorum & publicanorum amicum. Vnde Luc.5. dicitur quod publicanus fecit Iesu conuiuium in domo sua, & erat ibi turba multa peccatorum & publicanorum & aliorum qui cum illis erant discumbentes. ¶ Sexto vero dico qđ isti ad paradisum solent emergere, & etiam gloriam cęlestem obtinere seu colligere. Vnde Marc.2. dr̃ quod publicani & peccatores discumbebant cũ Iesu. s. in gloria paradisi. Nullus. n. est ita peccator quin si penitere vult, ipsum recipiat, & quin ad recumbendum secũ in paradiso ipsum finaliter admittat. In quo etiam nos docemur q nullum quamuis peccatorem debemus contemnere, sed si pęnitere voluerit, ipsum orare & recipere, & viã vitæ sibi pro viribus demonstrare, vt sic de quolibet dicatur illud Luc.7. Venit filius hominis. sequitur. peccatorum & publicanorum amicus.

A **Publicus.** Nota quòd nos inuenimur generaliter loquendo, multiplex publicum, vnum scilicet publicum quod

Quærit veritas.
Petit falsitas.
Cupit vanitas.
Vult fatuitas.
Timet prauitas.
Regit æquitas.

Primum est publicum quod iustus diligit. Secundum est publicum q fucus eligit, s. hypocrita. Tertiũ est publicum quo vanus se erigit. Quartũ est publicũ quo peccator emergit. Quintũ est publicũ quod impios cõstringit. Sextum est publicum quod plurib. contingit. s. Respublica. ¶ Dicamus igitur quod est vnũ publicũ quod vir iustus solet diligere. Et istud est publicũ veritatis, q. s. nõ quærit angulos nec occulta, sed semper palam & publicè vult videri. Est. n. veritas similis cuidam aquę in thessalia, quam, ſm Senecã vbi tractat de naturalib. quæstionib. feræ & pecora deuitant, q etiam nec arbusta nec herbas alit, & per ferrum & æs exit, tanta vis illi inest dura molliendi. Similis est etiam aquæ stygi, quã Plinius li.30.c.vlt. in fine, tantę dicit esse penetrabilitatis, q nullum vas ipsam tenere põt quin exeat nisi factum sit de vngulis aut soleis iumentorũ. Re vera in quã charissimi talis aqua vr̃ esse veritas. Istã. n. feræ & pecora. i. omnes malæ personæ solent fugere & timere, ipsãmq; pro eo q nullum ferrum & æs. i. nulla ferrea duritia ipsum quin in publicũ exeat possit tenere, solet vitare pariter & horrere. Omnis. n. qui malè agit, odit lucem, sicut dr̃ Io.3. Herbas. n. & arbusta. i. falsitatum & fallationũ vmbracula non diligit neque nutrit, quia. s. palàm & publicè apparere & exire contendit. Veritas. n. non quærit angulos. Quod certè simili modo viri iusti & veridici faciunt, quia. s. isti publicè viuere & in publicum exire volunt, & omnia falsitatis latibula fugiunt & dimittunt. Iusti enim volunt Publicè

Parere vel ambulare.
Docere vel predicare.
Mordere vel castigare.

Publicè inquam viuere vel existere. Constat. n. q iusti cum non committant aliqua propter quæ verecundari debeant aut timere, aut quę sint turpia vel pudenda, bene volunt palàm & publicè videri, vt. s. bona ipsorũ opera vel exẽpla possint ab oĩbus intueri, similes. s. illis populis Moschorũ qui dudum fuerũt in Asia quorũ mos erat in publico comedere, cõcubere & viuere, & in occulto nihil facere, sed aperte, vt dicit Põponius in sua cosmographia. quod. s. faciebãt (vt ait) ad omnem luxuriam & victum superfluum & quæuis inhonesta opera euitanda. Quod etiam ponit Iustinus de Lycurgo rege Lacedemoniorũ, qui legib. suis cauit q omnes in publico viuerent vel cænarent. Et ideo cęna dr̃ a cęnon qđ est cõe, pro eo q antiquitus cęnabatur in publico vel communi, vt dicunt Isidorus & Papias. Constat. n. q via publica magis vt communiter est idonea quàm sequestra. Sic verè via & vita communis est secretis vijs & conuenticulis & particularib. singularitatibus præferenda. Ideo filij Israel dicebant Num.20. Via inquiunt publica & regia gradiemur, nec declinabimus ad dextram aut ad sinistram. Quod tamen est cõtra superstitiosos & singulares in religione, qui vitam communem tenere nolunt, sed particulares abstinentias facere quærunt. Non sic ergo iusti, quia certè iusti volũt publicè parere vel ambulare. ¶ Deinde dico q isti volunt publicè docere vel prædicare. Scientiæ. n. bonæ & licitæ docentur ianuis apertis, malæ aũt & suspectæ non. Ideo apostoli Christi fidẽ publicè docuerunt, & prædicando publicè protulerunt. Vnde de Apollo discipulo Pauli dicitur Act.18. q vehementer reuincebat ostẽdẽs publicè per scripturas esse Iesum Christum. Christum. ¶ Deinde dico q isti volunt publicè mordere vel castigare. Melius. n. valet publicè corrigens quàm occultè detrahens atque mordens. In lege. n. ille qui de die furabatur, impune non occidebatur. Si vero de nocte furaretur & poterat apprehendi, impune poterat occidi, sicut dicitur Exo.22. In quo certè notari põtest q illa quæ de die. i. in publico fiunt, minus reprehenduntur si mala sunt, quàm ea quæ fiunt in occulto. sed per consequens econuerso, ille qui bona publicè facit, illum qui de nocte. i. in occulto bonũ peragit, antecedit. Melior est igitur qui amicum publicè corrigit quàm qui occultè detrahit & offendit. Ideo bene dicitur Leui.19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, vt non habeas cõtra eum peccatum. Patet igitur q est vnum publicum q vir iustus solet diligere. ¶ Secundo C principaliter dico q est vnum publicum quod vir fictus solet erigere. Et istud certè est illud apertum palàm, manifestũ & publicum, quod hypocritæ, iactatores, vanigloriosi curiosi semper quærunt, qui. s. pro laudib. humanis habendis opera sua in publico facere & videri volunt. Omnia. n. opera sua faciunt vt videantur ab hoĩbus. Contra illud Matt.5. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Et tñ constat q inanis gloria euacuat merita omniũ operũ pro ea confectorũ. Corruscatio n. (vt dicit Plin.) impedit concipi margaritã. Nã qñ conchylæ seu concha marina hausto rore margaritã solet concipere, si tunc fit corruscatio, solet conceptũ penitus impedire. Corruscatio charissimi q nihil aliud est q vana claritas subito parẽs & deficiẽs, propalationem & manifestationẽ operũ nostrorum signat, quã. s. homo facit qñ ad vanam gloriam se dilatat. Vnde etiã hypocritis & vanigloriosis dr̃ illud psal. Apparuerunt corruscationes tuæ orbi terræ. Vidit & cõmota est terra. Per margaritam vero quæ præciosus lapis est, merita signantur, quæ vt cõiter pro bonis operib. reportãtur. Quia pro certo si corruscatio inanis gloriæ seu hypocrisis & iactantiæ & intentionis vanæ & nullius existentiæ in tali cõceptione & bonorum

rum operum emissione contingit totum negocium maculat atq; tingit,& totam conceptionis virtuté,totamq; gratiæ & meriti potentiam impedit destruit & extinguit Amen dico vobis,inquit saluator,receperunt mercedem suam.Mat.6.Et breuiter ista est veritas,ꝙ hypocritæ in publico volunt appa rere boni,in occulto vero mali,similes quibusdam aquis Ar chadiæ quas Plinius dicit ambiguæ esse naturæ,quia.s.de die potatæ non lædunt,de nocte vero potatæ occidunt. Quia ꝓ certo hypocritarum opera de die & de nocte in publico & in occulto sunt alia & alia,quia.s, in publico non lædunt,sed in occulto puniunt.Quia si quis ea biberit, & sibi per imitationem incorporauerit qualia sunt in publico & in die , non lædunt cum sint bona.Si quis verò illa qualia sunt de nocte.i. in secreto & in occulto, biberit seu imitatus fuerit,tunc dico spiritualiter occiditur,& vita gratiæ spoliatur. Quia.s.sicut dicitur Io.11.Si quis ambulauerit de die, non offendit,quia lucem huius mundi videt. Si verò ambulauerit in nocte,offendit,quia lux non est in eo.Patet ergo ꝙ est vnum publicũ
B quod vir fictus solet eligere.¶Tertiò principaliter dico ꝙ est vnũ publicũ quo se stultus cupit erigere. Et ista sunt publica officia,beneficia & negocia,q.a.s.stulti religiosi & clerici cupiunt exaltari, etiam hoc certè multotiens fit in malum suũ. Quia procul dubio multi sunt qui priuati & simplices claustrales seu clerici permanentes, boni & virtuosi sunt qui tandem in publicum exeuntes & exteriora officia, negocia vel beneficia administrantes, mali fiunt. Figurati.s.in Moyse signum Pharaoni monstrante, cuius manus dum in sinu suo erant repositæ,mundæ erant,exterius verò extractæ leprosæ fiebant,sicut dicitur Exo.4.Ad denotandum quòd illi qui in sinu.i.in occulto & priuato, seu etiam in ecclesiæ claustro & statu viuunt,iusti apud deum & homines sunt,& ibidem manus & opera munda fiunt.psal.in sinu meo abscondi eloquia tua,vt non peccem tibi.Qui verò exterius ad publica officia & ministeria prodeunt,leprosi & peccatores,auari.s.luxuriosi & superbi,mendaces & inepti faciliter existunt. Bene ergo dicitur in psal. Vt quid auertis manum tuam de medio sinu tuo in finem?Istud est igitur illud publicum quo se stultus cupit erigere. ¶Quartò verò principaliter dico ꝙ est vnum publicum quo peccator solet emergere. Et istud est illud quo mali publicè peccant, & quo publicè de suis in iquitatibus. gaudent & iactant, & quo etiam publicè alios vituperant & diffamant,& sic per mala dicta & exempla alios scandalizāt. Isti.n.solum tenentur ad crimen quod faciunt, imo etiam de peccato, quod alij ipsorum malis exemplis prouocari committunt.Figurati.s.Exod.20.vbi dicitur quòd ille de boue & de asino perdito tenebatur, qui foueam aperuerat & non clauserat,in quam bos ipse vel asinus cecidisse comperiebatur. Quia pro certo si quis foueam proprij vel alieni peccati publicando,seu publicè peccando , iactando,aut diffamando diuulgat & aperit,& non potius celat & claudit, de omni boue & asino,i. de omni persona simplici quæ occasione eius perierit,& exemplo ipsius deliquerit, apud Deum reus erit.Nos igitur etiam si peccatores sumus,ne tamen publicè peccamus aut alios diffamemus , super omnia cauere debemus.Nã vt dicit Gregorius. Peccatores tot mortibus digni sunt,quot mortis exempla ad alios transmittunt. Et inde est quòd publicos malefactores, sicut sunt publici homicidæ & latrones,cuilibet licet interficere , & tanquam hostes reipublicæ capere vel delere.Quia pro certo illi qui peccare delectantur, ab omnibus tanquam hostes publici puniri & euitari merentur.Exemplo.s. illius qui publicè coram omnibus filijs Israel intrauit ad scortum Madianitem,sicut dicitur Numeri 25.quem Phinees publicè authoritate propria interfecit , de cuius tamen occisione non pœnam , imo gloriam reportauit. Figurati etiam in Absalone,qui publicæ glorians in capillis ponderabat eos ducentis siclis pondere publico. Patet ergo quòd est vnum publicũ quo peccator solet emergere. ¶ Quintò verò dico ꝙ est vnum publicum quod peccantem solet constringere. Et istud certè est pœna publica quam peccatores merentur & in hoc seculo & in alio , sicut patet in illis qui publicè suspenduntur, vt pœna vnius sit metus multorum.Thuribula.n illorum qui propter peccata sua absorpti fuerunt à terra,s. Dathan & Abiron , affixa fuerunt altari,vt publicè ab omnib.videri possent, & eorum supplicium(ne committeretur simile)recordari.Sicut etiam apparebit in die iudicij de damnatis, quorum crimina omnibus publicabuntur,& ipsi publicè punientur,vt de publica pœna malorum dicatur illud Mach.6.Publicè per ciuitatem circunducentes præcipitauerunt per muros. Patet igitur ꝙ est vnum publicum quòd peccantes solet constringere.¶Sextò verò dico ꝙ est vnum publicum quod omnibus solet contingere,seu quod prudentes,debent dirigere.Et istud est res publica & reipublicè negocia , de quibus certè infinita dici possent,sed authoritates deficiunt.dicam tñ infra litera R.qđ mihi videbitur,sufficit.Vide vbi Coram . Cõspectus.Palam. Manifestum.& similia.

Pudor.Puditia.

Nota ꝙ pudor accipitur in malo & i bono. A
In malo accipitur pro ignominiosa verecundia seu confusione, sicut cum dr̃ in psal.Induantur qui detrahunt mihi, pudore, & operiantur sicut diploide confusione sua . In bono verò accipitur pro gratiosa & virtuosa verecundia & castitate, sicut cum venter beatæ virginis dicitur thalamus pudoris. Sicet.n.pudor accipitur pro verecundia virginali, ita & pro prudentia seu pudicitia,sicut Eccl. 26. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata.Sic igitur patet quod pudicitia est castitas pudorosa. Hic possent dici plurima sed supra de castitate & alibi in titulis infinitis de castitate dicta sunt infinita. Hoc solum igitur nota,quod pudicitia summè spectat ad plãtos & præsidentes,ad clericos seruientes, ad matronas Deum timentes,ad antiquos dignè viuentes,ad bene doctos & sapientes. Sint ergo pudici mundo prelati vel præsidentes.ũnde de episcopis dicitur 1.Tim.3.Oportet inquit episcopum irreprehẽsibilem esse,sobrium,ornatum,prudentem,pudicum,hospitalem.Item sint pudici Christo dicati vel seruientes , sicut.s. sunt religiosi & clerici.vnde ibidem.Oportet diaconos similiter esse pudicos,non bilingues,non multo vino deditos,nõ turpe lucrum sectantes &c.Item pudicitiam habeant,honesti strati ritum tenentes.s. boni coniuges , & maximè mulieres.Pudicitia.n.& castiras decet mulieres non solũ virgines, sed etiam vxoratas,viduas & matronas.vnde ibidem. Mulieres similiter pudicas,non detrahentes,sobrias,fideles in omnib.Item sint pudici antiquitati iure fauentes,s. homines senes.Istos.n.summè decet esse castos & pudicos.Vnde ad Titum 2.Tu autem loquere quæ decēt sanam doctrinam,senes vt sobrij sint,pudici , prudentes , sani in fide & dilectione & patientia.Item pudici sint viri literati vel sapientes. valde.n. esset indecens quod homo sapiens literatus & sciẽtificus im pudicitiæ & libidini esset subiectus.Vnde Iac.3.dicitur ꝙ illa quæ de sursum est sapientia , primum quidem pudica est, deinde pacifica,modesta &c. Et breuiter dico ꝙ quemlibet fidelem christianum decet quod sit pudicus vel pudicitia virginali vel coniugali vel viduali.Et dico pudicus non solum carnis conditione,sed mentis intẽtione & affectione, morali cõuersatione,verbali locutione.Vnde Phil.4.dicitur sic Decetero fratres quæcunq; sunt vera,quæcunque pudica,quæcunqne iusta,quæcunque sancta,quæcunque amabilia, quæcunq; bonæ famæ,si qua virtus in vobis est,hęc cogitate &c. sufficiat gratia breuitatis.

Puella.

Nota breuiter quòd per puellam potest intelligi quælibet domina vel quælibet mulier virgo vel sancta . vnde nota quòd omnis talis puella debet habere,scilicet. A

Verecundiam in vultu.
Continentiam in actu.
Decentiam in ornatu.
Lætitiam in affectu vel affatu.
Clementiam in effectu.

Istæ.n.sunt conditiones cuiuslibet bonę puellę,quas debēt habere oēs sanctę dñæ & etiã oēs animæ Christianæ.Dico igitur ꝙ habere debet verecundiam timorosam,quia.s.non debet esse effrenata, sed timida & verecunda.Vnde Dan.13.dr̃ Susanna pomerium viri vt lauaretur,ingressa est sola cum duabus puellis.Item debet habere continentiam pudorosam. Puella.n.debet esse virgo & carne integra & pudica.Vnde Gen.24.Ecce Rebecca puella decora nimis,virgoq; pulcherrima.Tales puellas diligit rex regum Deus.Vnde Hest.2.Quærãtur regi puellę & virgines speciosæ.Istas.n.Moyses.i. Deus ab infernali occisione pseruat,dicẽs.Nu.31.Puellas & oēs virgines reseruate. Item debet habere apparentiam gratiosam, id est honestam conuersationem.Vnde.3. Regum 1.Erat autem Abyſac puella pul-

chra nimis. Item habet habere lætitiã gaudioſam, quia.ſ. iſta debet eſſe gaudioſa & læta in ſpiritũſſancto, & per Dei laudem & gratiarũ actionẽ libenter debet pſallere & cantare. Vnde Zac. 8. Plateæ ciuitatis implebuntur puellis ludentib. Item debent habere clementiam viſceroſam, quia.ſ. tales debent eſſe piæ, miſericordes & benignæ, quod bene apparuit in Cremuth filia pharaonis, quæ cum puellis lauari volens, cernens in fiſcella puerum vagientem miſerta eſt eius, ſicut dr̃ Exo. 2. Et ideo illa puella pulchra nimis q̃ pro Dauid extitit procurata, vocata fuit Sunamitis. Et ſic de tali puella talibus conditionib. inſignita dici poterit illud Mat. 9. & Mar. 5. & Luc. 8. Nõ eſt mortua puella, ſed dormit, quia.ſ. tales puellæ.i. tales bonæ perſonæ vel animæ Chriſtianæ non moriuntur per damnationẽ æternã. imo certè ipſę dormient per requiem ſempiternam. ¶ Si ergo prædicas de aliqua iuuencula mortua dic, quòd hęc mulier vel perſona deſcribitur.ſ.

A virtuali perfectione.
A naturali ſolutione.
Ab æternali ſucceſſione.

Iſta.n. fuit virtualiter dotata, quia puella. Iſta nũc eſt naturaliter grauata, quia tunc dormit. Iſta erit æternaliter dicata, q͛a nõ eſt mortua. Sic ergo patet q̃uo puella accipitur in bono. Sed adhuc dico ꝙ puella quandoq; accipitur in malo & ſic puella accipitur pro perſona molli & delicata, & debili & effœminata. vnde nota quod in ſcriptura inuenitur.ſ.

Puella ſuperba & præſumptuoſa.
Puella carnalis & luxurioſa.
Puella crudelis & iniurioſa.
Puella ſaltatrix & impetuoſa.

De puella præſumptuoſa dr̃ Thob. 3. ꝙ cũ Sara increparet puellam pro culpa ſua, prę ſumpſit eam redarguere, dicens. Nunquid me occidere vis ſicut occidiſti ſeptem viros tuos? De puella luxurioſa dr̃ Deu. 22. Non eſt inuẽta in puella virginitas. De puella iniurioſa dr̃ Mar. 6. ꝙ puella dixit Herodi. Da mihi in diſco caput Ioannis baptiſtæ. vnde Mat. 13. dr̃ ꝙ caput Ioannis in diſco datum eſt puellæ. De puella ſaltatrice vel etiam garruloſa dicitur de eadem Matt. 14. ꝙ cum ſaltaſſet, placuit Herodi ſimilisq; diſcumbentibus. Iſta ergo de puella ſufficiant. Vide infra de virgine, vbi dicitur plenius.

A **Puer.** Cum puer dicatur quaſi purus aer, ita ꝙ à puritate propriè denominetur, vr̃ ꝙ moraliter loquẽdo puer poteſt quamcunque puram humilem perſonam ſignificare. Et ſic notabo ꝙ in ſcriptura nos inuenimus puerum

Prefectum. — Primus puer eſt Dei filius
Perfectum. — Secundus puer eſt homo ſobrius.
Infectum. — Tertius puer eſt ſtultus ebrius.

Primus ergo puer ſignat cœli poſſeſſorem. Secundus verò puer ſignat cęli ſucceſſorẽ; aũt puer ſignat cęli cõtemptorem ¶ Primo igitur dicamus aliquid de puero cęli poſſeſſore, ſ. de Dei filio benedicto. Iſte.n. eſt

Puer digniſſimus, quia datus eſt à ſummo numine.
Puer puriſſimus, quia ſatus à mare virgine.
Puer mitiſſimus, quia proſtratus in crucis ſanguine.
Puer fortiſſimus, quia relatus à mortis turbine.
Puer altiſſimus, quia elatus in cęli culmine.
Puer permaximus, quia dotatus æterno nomine.

Dicam igitur hunc puerum eſſe digniſſimum tanquam ſummo numine nobis datum, ſ. a Deo patre, qui iſtum vnicũ puerum & filiũ nobis dedit & miſit. Vnde Eſai. 9. Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Et erit principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis &c. Iſtam vide alibi. Non videmus ꝙ ſimplices dant, conducunt & concedunt pueros ſuos alios alijs pro ipſorum ſeruitio faciẽdo, & maximè pro ipſorum pecorib. ſeruandis & paſcendis? Sic verè dico ꝙ Deus pater puerum ſuum & filium nobis cõduxit & dedit pro grege filium ſeruando & paſcendo. Gen. 37. Ioſeph paſcebat gregem cum fratrib. ſuis adhuc puer. Quia ſm̃ rei veritatem Ioſeph qui interpretatur creſcens.i. Chriſtus Dei filius q̃ in multiplicatione fidei ſemper creſcit (Iuxta illud Gen. 21. Creuit puer & ablactatus eſt) gregem fidelium per doctrinam pauit, & tam Iudæos q̃ gentiles gregi fidelium ſociauit. Eſa. 11. Vitulus leo & ouis ſimul morabunt, & puer paruulus minabit eos. Hunc ergo puerum dico ſanctiſſimum, tanquam à ſummo numine nobis datum. ¶ Deinde hunc puerum dico puriſſimum, tanquam à matre virgine nobis ſatum Eſa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet. Quod .ſ. ſatis apparuit in hoc quòd per ſtellam fulgentem quæ eſt res puriſſima, fuit puer iſte demonſtratus. Mat. 2. Ecce inquit ſtella quam viderant magi in oriente, antecedebat eos, vſq; dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Sequitur. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Iſte enim fuit ſicut puer narciſſus pulcherrimus, qui videns fontem puriſſimum & ibi faciem ſuam ſpeculans, tam decoram, in eum ſui immemor ſe immerſit, ſicut dicit Ouidius libr. 3. 3. tabula 6. de transformatis. Sic verè dico ꝙ puriſſimus Dei filius videns fontem miſericordiæ virginem glorioſam, puram, innocentẽ, & claram, ſuamq; ibidẽ per deuotionẽ imaginem reſplendentem, ſui.i. ſuæ maieſtatis oblitus, ibidẽ per carnis aſſumptionẽ ſe merſit, ibiq; mortuus & ſubmerſus.i. mortalis & paſſibilis factus fuit. 3. Reg. 14. Cumque illa ingrederetur limen domus, mortuus eſt puer. Cum illa inquit.ſ. diuina natura ingrederetur limen domus.i. vterum virginalẽ .ſ. in filij incarnatione, mortuus eſt.i. mortalis factus eſt puer .i. puriſſimus Dei filius benedictus. Hunc ergo puerum dico B puriſſimum, tanquam à matre virgine nobis ſatum. ¶ Denique hunc puerum dico mitiſſimum, tanquam in mortis ſanguine ſponte ſtratum. Conſtat.n. ꝙ iſte puer tanquam ouis ad occiſionẽ ductus eſt, ſicut dr̃ Eſa. 53. Apud Archades.n. Ioui lyceo & Pani lyceo qui à gentilib. duo numina credebantur, puero omni anno ſacrificabatur, & pro ſalute populi mactabatur Vnde ſm̃ Pli. li. 8. c. 22. quidã doctor gręcus dictus. Copas, aſſerit ꝙ quidam dictus demarchus cõuerſus fuit in lupum, pro eo ꝙ comederat de puero Ioui lyceo ab archadibus immolato, poſt decennium tamen iterum fuit homo factus, & de lupo in hominem reformatus & in certamine athletico apud Olympiã vbi victor fuerat, coronatus. Iſte autem ritus de puero pro ſalute populi morti dãdo, ſicut à pluribus perſonis fide dignis audiui qui in illis partib. orientis fuerunt, adhuc ſeruatur in Chathaio à magno Chan & alijs gentib. orientis, quia.ſ. puer occiditur & aſſatur, & corpus diuiſum principaliorib. ad veſcendũ & cõicandum datur, reliquus verò populus ſanguine aquę mixto aſpergitur & expiatur. O quis eſt iſte puer niſi Chriſtus? Iſte.n. Ioui lyceo.i. Deo patri pro ſalute humani generis voluit occidi in cruce, ſole voluit aſſari, corpus ſuum in ſacramento altaris à fidelib. voluit aſſumi, & ſanguine ſuo populum expiari Hebr. 2. Pueri cõicauerunt carni & ſanguine. Sed quid dicitur vltra de iſto puero? pro certo dicitur ꝙ ille demarchus qui de carnib. pueri comedit, mutatus eſt in lupum. Quid.n. ſignat demarchus, niſi dementem populum iudæorum: quia.ſ. carnes pueri Ieſu dicitur comediſſe inquantum ipſum dicitur crudeliter occidiſſe, & propter hoc certè in lupum dr̃ cõuerſus fuiſſe, inquãtum propter pc̃tm̃ mortis Chriſti ad vagandum per nemora morte lupi, i. ad captiuitatẽ perpetuã eſt damnatus. Gen. 42. Dixit ruben fratrib. ſuis. Nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audiſtis me? en ſanguis eius exquiritur. Lupi, n. facti ſunt, quia certè iſti veniunt ad nos in veſtimẽtis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Finaliter tñ iſti in humanã ſpeciem reuertentur, & in fine tẽporum lupinam dimittẽt effigiem, & ad finẽ Chriſti & gratiam cõuertentur, & victores in certamine contra Antichriſtũ, hæreticos & dæmones triumpho nobili dotabuntur. Iudith. 15. Victores reuerſi ſunt in Betuliã. Seũ quid vltra dicemus de iſto puero? certè dico ꝙ quia pro nobis mortuus eſt, nos debemus mortẽ eius deflere, & pro ipſo & eius fide mortẽ ſi neceſſe fuerit ſuſtinere. Exemplo delphini, qui pueros dr̃ diligere, & ſocietatẽ eorum ſuper oĩa velle. Vnde narrat Sol. ca. de Heleſponto, & Plinius li. 9. cap. 8. ꝙ in perſarum hiſtoria continetur quendam puerum à delphino quodam taliter adamatum, ꝙ ſe ſibi æquitandum præbebat, ipſumque inter fluctus de vno portu ad alium deferebat, finaliter tñ tempeſtate graui exorta, puer ſubmergitur, & moritur, ſed mortuus ad littus per delphinum portatur. Delphinus verò quaſi cõfitẽs reatum ſuum ꝙ pro eo mortuus erat puer, morte ſe mulctauit, & ad mare redire nolens iuxta puerum interijt præ dolore. Chariſſimi puer iſte eſt Chriſtus. Delphinus verò in mari mundi fluctuans, eſt humanum genus. Cum igitur inter iſtos fuerit à principio magnus amor, ita ꝙ delphinus.i. genus humanum ipſum puerum Chriſtum vectitauerit & receperit, inquantum credidit fidem eius, ſic factus eſt quòd iſte puer Dei filius in tempeſtate perſecutionis iudaicæ mortuus ex-

titit

titit & submersus 4.Reg.4.Puer mortuus iacebat in lectulo. Delphinus vero.i.homo videns istum pro se mortuum fuisse, debet certè de morte ipsius summè dolere) Iuxta illud 3. Reg.14.Morietur puer, & planget eum oīs Israel, dicendo.s. illud.Gen.28.Puer non comparet, & ego quo ibo,) & pro eo & eius fide morti si necesse fuerit se offerre dicens.s. illud 2. Reg.18.Est ne pax puero Absalon. Et sequitur. Quis mihi tribuat vt moriar pro te fili mi Absalon? Bene igitur hunc puerū dico mitissimum, tanquā in crucis margine morte stratū.

C ¶Insuper vero hunc puerū dico fortissimum, tanquā à mortis turbine reparatū. Iste.n.puer à mortuis resurrexit. Vnde 4.Reg.4.Oscitauit puer septies, & aperuit oculos & c.5. Restituta est caro eius sicut caro pueri. & Actu.20. Adduxerūt puerum viuentem. Vide vbi Christi resurrectio infra. ¶Rursum hunc puerum dico altissimum tanquam in cęli culmine sublimatum,s.in ascensione.vnde 1.Reg.1.Puer aūt proficiebat atque crescebat. Creuit.n. & exaltatus est vsque in cœlū per ascensionem, vide infra vbi Christi ascensio. Postremo hunc puerum dico permaximum tanquam æterno nomine prædotatum. Constat.n.ꝙ nomen, fama, fides & magnificentia huius pueri semper multiplicatur. Figuratus in Samuele, qui nominatus interpretatur, de quo dr̄ 1.Reg.2.Magnificatus est puer Samuel apud dominum. vide supra de nomine. Sic igitur patet quō iste puer est insignitꝰ præclaro nomine. Altè situs cęli culmine. Restauratus à mortis turbine. Morte stratus in crucis margine. Mūdo satus à matre virgine. Nobis datus à summo numine. ¶Iste est igitur puer quem debemus semper inquirere. Matt.2. Interrogate diligēter de puero, Quem debemus suscipere. Luc.1.Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Quem ēt debemus tanquam nostrum diligere & eligere, dicentes.s. quilibet illud Matt.12.Ecce puer meus quē elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Patet igitur aliquid dictum esse

D de puero cęli possessore. ¶Secundo principaliter dico ꝙ dicendum est aliquid de puero cœli successore, s. de viro puro & iusto, qui finaliter in cœli hæreditate succedit sicut puer, multiplici ratione, quę.s.ostenditur in illa authoritate quæ scribitur Ioannis. 6. Est puer vnus hic. vbi.s.ostenditur quòd est vt communiter

Cæteris longior in duratione.
Cæteris pulchrior in aspectione.
Cęteris simplicior in intentione.
Cęteris promptior in subiectione.

Et sic dico ꝙ spiritualiter loquendo puer.i.iustus seu vir perfectus debet esse durās & stabilis. Est inquit, quod.s.durationem signat. Debet esse pulcher & habilis. Puer inquit.i.purus & mundus. Debet esse simplex & humilis. Vnus.i.simplex & non duplex. Debet esse promptus & nobilis. Hic inquit.i.pręsens. ¶Sit igitur iste puer durans & stabilis plenus constantia. Puer.n.naturaliter diutius durat & viuit quàm homo senex. Sic iustus & perfectus magis perseuerat in bono q̄ imperfectus, quod ostenditur in verbo est, quod signat durationem præsentem non deficientem. Vnde Deus potest dicere de quolibet tali illud 1.Para.12.Salamon filius meus puer paruulus est. vt & hic dicat illud Hier.1.Puer ego sum. Itē sit iste puer pulcher & habilis, plenus decentiæ. Et hoc ostenditur in verbo puer .i.purus aer, qui.s. pulchrior est & magis placet q̄ turbidus. Qu a re vera vir perfectus est purus, mundus speciosus & decens, & hominib. gratiosus & placēs. Allega si vis illud quod prædictum est de puero & delphino. Et pone quomodo mūditia puerilis placet etiam animalibus crudelibus atque feris sicut etiā de leone legitur ꝙ,s. pueris & mulierib. parcit, sicut iam pluries fuit dictum & factum. Pone etiam de alijs feris, sicut de lupa, quæ Remum & Romulum pueros feris expositos ad vorandum, lactare inuenta est & nutrire, sicut ponit Titus Liuius. Cuius simile ponit Iustinus de Cyro rege Persarum, & Chronica de Henrico tertio vel quarto Imperatore Romano, qui oēs in iuuentute à feris nutriti sunt, & ab hominibus vt morerentur expositi, à feris seruati fuerunt, & tandem ad alta imperia sublimati creuerūt. Sicut.n. prouidentia per varia media effectus suos solet introducere, sic etiam per fera animalia solet innocentes à periculo.liberare. Deus.n.occulte custodit illum quem ad aliquem magnum statum promouere intendit, dicens s.2.Reg.18.Custodite mihi puerum Absalon. Igitur spiritualis puer debet esse pulcher & humilis, plenus decentia, puer inquit. Item sit talis puer simplex & humilis, carens malitia. Constat.n.ꝙ pueri non sunt malitiosi nec duplices, sed intētione plani & simplices, & inde est ꝙ pueri faciliter decipiuntur, quia.s.sicut nullum vellent decipere, sic etiam alios erga se vella facere opinantur. Teste.n.Arist. Pueri sua innocētia alios mensurāt. Sic verè viri iusti sine malitia volunt esse, nullumq; quærūt decipere, nec etiam ne decipiantur cauere, quod ostenditur cum dr̄. Vnus q.d.non duplex aut malitiosus, sed simplex, innocens & syncerus. vnde Iud.13. Erit.n.puer Nazareus domini. Vnus inquit Eccl.4. Vnus est, & secundum non habet. vnde 1.Reg.26.Ecce inquit hasta regis, & transeat vnus de pueris, & tollat eam. & 1. Reg.9. Tolle tecum vnum de pueris, & consurgens vade & quære asinas. Vnitas.n.& puer & asina simplicitatem designant. ¶Item sit etiam talis spiritalis puer promptus & agilis, sine pigritia.s. obediendo & obsequendo, & diligenter bonum agendo. Quod s.ostenditur cū E
dr̄ hic, quod est aduerbium loci, significans pœnitentiam personalem. Ad denotandum ꝙ sicut pueri sunt naturaliter mobiles & agiles propter virtutem caloris ignei in quo plurimum sunt vigentes, sic viri iusti per obsequium, obediētiam & diligentiā oībus volunt esse pn̄tes. Hic inquit quia videlicet ignis claritatis quo feruent, ipsos facit ad obediendū agiles, & ad oīa bona opera diligētes. Hic inquit. vnde Gen. 22. Dixit Abraham ad pueros. Expectate hic cum asino, ego & puer illuc properantes adorabimus, expectate inquit hic, vt .s.semper præsentes inueniri possitis ad obediendū, obsequēdum, & operandum. Et sic ergo patet quomodo spiritualis puer.i. vir perfectus debet esse velox & agilis & laboriosus, simplex & humilis, non malitiosus, pulcher & habilis, nō despectuosus, durans & stabilis, non defectuosus. Et sic bene dictū est (vt videtur) de ipso. Est puer vnus hic. Vide de vnus, de esse, & de hic localiter & aduerbialiter, & si vis pone hic duodecim bonas conditiones quę de puero ponuntur supra vbi paruulus. Inuehe in contrarium de malis & immundis pueris, sicut ibi. Sic ergo dicam ꝙ talis bonus puer spiritualis debet promoueri & exaltari, honorari & sublimari, & ad dignitatem temporalem & ęternalem eligi, pręfici, & leuari, vt sic de bono electo dicat dominus illud Mat.12.Ecce puer meus quem elegi. & illud Marc.9. Accipiens puerum statuit eum in medio. Vbi certè talis electus commendari pōt vt supernaliter eleuatus Accipiens inquit.s. Deus. Vt virtualiter confirmatus. Statuit eum inquit vt regulariter adęquatus, q.a in medio. Vide de qnolibet in titulo suo. In illa authoritate. Ecce puer meus &c.ostenditur ꝙ hunc Deus p̄sentat. Ecce. Hunc Deus adoptat. Puer meus. Hæc igitur de bono puero & singulari sufficiant. ¶Quia tū in scriptura per pueros, familiares & seruitores intelliguntur, possumus notare ꝙ multi F
mali pueri hodie inueniuntur, s.pueri

Blasphemi & iniuriosi.
Supremi & ambitiosi.
Debiles & defectuosi.
Carnales & luxuriosi.
Discordes & litigiosi.
Ludentes & solatiosi.
Ignorantes & obliuiosi.
Pereuntes & luctuosi.

De blasphēmis & iniuriosis dicit dominus 4. Regū.19. Pueri regis Assyriorum blasphemauerunt me. De superbis ambitiosis, qui.s. semper quærūt alijs dominari dici potest illud Esa.3. Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. De debilibus & defectuosis qui,s.carent omni fortitudine & virtute, dici potest illud Esa.40. Deficient pueri & laborabunt &c. De carnalibus & luxuriosis, seu etiam de lenonibus & perniciosis, qui.s.alienę fauent luxuriæ, potest dici illud Hest.2. Dixerūt inquit pueri & ministri regis, quærantur regi puellæ virgines speciosæ. De discordib. & litigiosis potest dici illud quod de pueris Ioab & Abner dr̄ 2.Reg.2.Surgant pueri, & ludant coram nobis. sequitur. ꝙ vnusquisque apprehendit caput cōparis sui, & transfixum gladio latus cōtrarij aperuit, & mortui ciciderunt simul. Constat.n. ꝙ ludi talium puerorum in mortē & discordiā sæpissimè terminantur. De ludentib. autē & ludibriosis, qui nullis vacant nisi fatuis & ineptis solatijs huius mundi, dici potest illud Lu.7.ꝙ.s.similes sunt pueris sedentib. in foro, & loquentib. ad inuicem & dicentib. Cantauimus vobis, & nō saltastis &c. De ignorantib. & obliuiosis dr̄ Sap.12.Tāquā pueris insensatis iudiciū in derisum dedisti cōtra illud 1.Corin.14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli

paruuli ętate.De pueris vero finaliter pereuntib.i.de pctōrib.tpaliter & æternaliter morientib.pōt dici illud Thren.5. Pueri in ligno corruerūt. Et Baruc.4. Neq; puerorū miserti sunt,s.demones.Imo ēt dr 1.Mach.1. Suspendebant pueros à ceruicib.Et Iob 1.Irruerunt Sabæi,tuleruntq; oīa, & pueros gladio occiderunt.Sabæi qui interpretātur captiui,sunt demones,à cęlo facti exules,in hoc aere captiuati,quia.s.isti in tales pueros.i.in pctores finaliter irruent, ipsosq; per pęnā æternam percutient & occidēt.Figurati 4.Reg.2. vbi vrsi egressi de saltu 42.pueros occiderunt,quia Helisæum illuserunt. Vrsi.n.i. demones illos in inferno finaliter lacerabunt, qui Helisæum,i.sanctos & iustos in hoc mundo vituperāt & illudunt.Hęc ergo dicta sint de pctōribus,qui sunt pueri malignantes. ¶Sed si adhuc velis aliquid dicere de iustis,q sunt
G pueri domino seruientes,potes notare ꝙ isti sunt Pueri.

Infirmi & patientes.
Mundi & continentes.
Læti & Psallentes.
Parci & abstinentes.
Docti & sapientes.
Macri & pœnitentes.
Pacifici & concordantes.
Electi & congregantes.

De pueris patientib.potest dici illud Gene.22.vbi Abraam dixit pueris suis.Expectate hic cum asino. Expectare & etiam asinus patientiam signat. De pueris continentib.dr 1.Reg.21.Si mū di sunt pueri maximè à mulierib.Sequitur.Erant autem vasa puerorum munda.Et merito,quia pro certo illi qui regi cœli seruiunt & famulantur, sine macula incontinentiæ specialiter esse conentur. Dan.1. Præcepit rex præposito eunuchorum vt introduceret pueros qui erant de semine regio de filijs Israel.in quib.nulla esset macula,decores forma, eruditos omni sapientia,cautos scientia,& doctos disciplina,& qui possent stare in palatio regis.De pueris congaudentib.seu ēt Deum laudantib.& exultantib.dr in psal.Laudate pueri dnm, laudate nomen domini. Sicut.s.dr de pueris hæbreorum, qui tollentes ramos oliuarum obuiauerunt dño,dicentes osanna &c.De pueris abstinentib.dr Dan.1.ꝙ vultus puerorum qui solum vtebantur leguminib. apparuerunt corpulentiores præ omnib.pueris qui vescebantur cibo regio. De pueris sapientib.dr Dan.1. ꝙ pueris his dedit dñs disciplinā & scientiam in omni libro & in omni sapientia. De pueris pœnitentib. potest dici illud 1.Machab.2.ꝙ ipsi circunciderunt pueros incircuncisos. Circuncisio.n.pœnitentiam signat, quæ,s.vitia circuncidit. De pueris concordantib.seu pacificè & charitatiuè viuentib.potest dici illud Iob 29.Erat inquit omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei.Et Luc.11.Pueri mei mecum sunt in cubili De pueris vero conregnantib.seu patri suo Deo in regno paradisi succedentib.pōt dici illud 1. Macha.1.vbi dr ꝙ Alexander vocauit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti à iuuentute sua, & obtinuerunt pueri eius regnū vnusquisq; in loco suo.Alexander.n.signat Deum.Pueri eius nobiles sunt omnes sancti & quicunque viri virtuosi & iusti,sibi per fidem & charitatem coniuncti, & per gratiam enutriti. Istis.n.regnum,s.suum paradisi gloriam diuidit, ita ꝙ vnusquisque in loco suo.i.in gradu sibi debito finaliter succedit. Luc.18.Sinite pueros venire ad me,talium.n.est regnum cœlorum. Ad quod nos perducat ille qui istos pueros nutrit superius & educa : sufficit.

A Pugna.Pugnare.

Nota ꝙ pugna dicitur à pugno, eo ꝙ pugnis homines pugnant.Et est pugna idem quod prælium seu bellum.Quāuis.n.ista vocabula grammaticalia differant, vnum tamen accipitur pro alio in scriptura. Moraliter tamen loquendo,dico ꝙ inuenitur Pugna

Virtuosa.
Gloriosa.
Vitiosa.
Luctuosa.

Prima est pugna humanæ strenuitatis.Secūda est pugna diuinæ authoritatis. Tertia est pugna peruersæ malignitatis.Quarta est pugna diabolicæ crudelitatis. ¶Dico ergo ꝙ est quædam pugna quæ est virtuosa.Et ista est pugna qua iusti pugnant contra diabolū,carnem & mundū.De qua pugna potest dici illud 2.Reg.21.Dauid & viri eius pugnabant contra Philistijm. Item dico quod est quædā pugna gloriosa.Et ista est illa qua Deus pro humano genere contra diabolum dimicauit, qua etiam oī die pugnat contra eum, nobis auxilium conferendo. & de hoc Iosuæ 23.Dñs Deus pugnabit pro vobis sicut pollicitus est. Itē dico ꝙ est quædā pugna vitiosa.Et ista est pugna qua mali pugnant cōtra dñm per obstinationē,& contra seipsos per diuersitatē & rebellionem.Vnde de pugna contra Deum dr Eccl.46. Contra Deū pugnare non est facile.De pugna etiā contra seipsos dr Dan. 7.Quatuor venti pugnabant in medio mari.Itē est quædā pugna luctuosa seu periculosa. Et ista est illa qua diabolus pugnat contra hoīem in præsenti per tentationem,& in futuro per damnationem. Vnde de pugna demonis mūdi & carnis quam faciunt contra nos,dr Iud.11. Filij Amon pugnabant contra filios Israel. Dicamus aliquātulum vlterius de pugna virorū iustorū, qui.s.non cessant pugnare cōtra ecclesiæ vel aię inimicos.Sicut.n.animalia inter se pugnant & præliantur qñ sibi in conditionib. & complexionib.naturaliter contrariantur & aduersantur, & inde est ꝙ elephas pugnat contra dracones,mustella contra scorpionē,& cetus contra crocodilum,sic verè iustus pugnat contra diabolū & quēlibet aliū spiritualē inimicū.Et hoc est quod præcipitur.1. Machab.3. Estote parati vt pugnetis aduersus nationes. Vbi ostenditur ꝙ in pugna quattuor spiritualiter requiruntur,s.

Vires — Vires dico ad laborem sustinendum.
Arma — Arma ad corpora muniendum.
Opera — Opera ad inimicos impugnandum.
Et aduersarij. — Hostes ad prælium terminandum.

Sic vere in ista pugna spirituali concurrunt ista quattuor,s.

Vires — Vires sunt cordium fortitudo.Estote inquit.
Arma — Arma sunt virtutum sanctitudo.Estote inquit.
Actus — Actus sunt operū rectitudo. Vt pugnetis inquit.
Et hostes — Hostes sunt malorum multitudo. Contra nationes inquit.

Vires faciunt ad laborum tolerationem.
Arma faciunt ad malorum prohibitionem.
Actus faciunt ad virtutum excutionem.
Hostes faciunt ad animi excitationem.

¶Primo ergo dico ꝙ in ista pugna requiritur virtus fortitudinis & constantię.Et hoc ostēditur cum dicitur Estote. ꝙ est verbum substātiuum, significans fortitudinē & vigorē, quæ procul dubio est necessaria ad pugnandum contra spūales inimicos,& laborē pugnæ viriliter sustinendum.Iuxta illud quod canitur.Estote fortes in bello.& pugnate cum antiquo serpēte &c. Aues.n.& bestiæ prædales & pugnātes sunt fortes naturaliter & audaces,sicut patet per singula discurrēdo.Sic verè illi qui spūalem pugnā volunt facere,debent fortitudinē & audaciam obtinere.Exemplo illius Ieptæ de quo dr Iud.12.ꝙ Ieptę galaatides erat vir fortissimus atq; pugnator.Quod est contra multos qui quamuis pugnādi officium habeant, audaciam tamen & fortitudinem nullam habent, similes miluo,qui audax est ad pugnandum contra pullos,timidus vero ad pugnandum cōtra grues,ardeas & alias aues magnas.Ita verè sunt quidam, qui audaces sunt contra timidos,sed timidi contra audaces, & contra timidos sunt feroces,Nullum.n. auem fortem.i.nullum opus arduū audēt inuadere vel arripere.Aues aūt debiles.i. opera inepta & inertia se prætendunt viriliter attentare.Quod potissime verum est de prælatis,officialibus iudicib.& balliuis,qui pro certo æs fortes.i. magnos tyrānos & nobiles,prauos etiam vsurarios & diuites,iniquos etiam impios & crudeles non audent inuadere,nec ipsos per iustitiam impugnare,sed solum pullos.i.pauperes & impotentes solent per suas exactiones iuridices molestare,& ipsos lædere & grauare.Dicunt.n.tales timidi illud 1.Mach.3.Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem?Non sic, sed habeant virtutem audaciæ & constantię.Exemplo herodij,qui est auis non multum magna corpore,sed tñ maxima est virtute.Ista.n.non paruas auiculas sed multo se maiores aues inuadit.intantum ꝙ qñque aquilam rapit, & si ad plures grues volauerit non prius descendit donec quattuor vel quinque ad terram,prostrauerit,sicut dicitur in lib.de natura rerum,Sic vere tales nō contra paruos & pauperes debent pugnare, sed potius aquilas & grues.i.magnos tyrannos & diuites audacter debent inuadere,& ipsos quanquam sint multo se maiores & potentiores,non debent in pugna iustitiæ formidare, quinimo si plures sint, quousque ipsos prostrauerint & punierint, non debent velut herodius à volatu.i. executione iustitiæ descendere vel cessare, quia breuiter homo constans plus debet gaudere facere iustitiam de magnis quando parua, de diuitib. quā de pauperibus, de repugnantibus quam de obedientib.

Et

Et hoc ꝑcipitur 3.Reg.22.Non pugnabitis contra maiorē
vel minorē,ſed contra regem Iſrael.Eſtote ergo 1.Reg. 18.
Eſto vir fortis,& ꝓliare ꝓliū dñi.Patet ergo ꝙ in iſta pugna
debet eſſe virtus fortitudinis & conſtantiæ.Aeſtote inquit.
B ¶Secundo dico ꝙ ibi debent eſſe arma ſanctitudinis & iuſti
tiæ,quod oñditur in verbo, parati.Milites.n.per arma parā
tur ad pugnam.Sic iuſti ēt per virtutes,q̄ ſunt armatura dei
iuxta illud.1.Mach.12.Præcepit Ionathas ſuis vigilare,& eſ
ſe in armis paratos ad pugnā tota nocte.Sine. n. iſtis armis
non pōt hō pugnare,nec tētationibus reſiſtere,ſicut dr̄ Nu-
me.21.Armate ex vobis ad pugnā.Iſtud bene patet, in cer
uo,qui quamdiu caret armatura cornuū ſcilicet quādo de
nouo antiqua cornua depoſuit, vides ſe inhabilē ad pugnā
dum,& alijs aīalib.ad reſiſtendum,abſcondit ſe,non audēs
in publico apparere,ita ꝙ vix pōt tunc tpis inueniri,ſignifi
cans illos qui arma virtutum & cornua ꝑdiderunt, qui nun
quam ad pugnam ſpiritalē ſunt apti,ſed potius inhabiles &
inepti,& vbi ad pugnandū contra vitia & tyrannos debue
rant cōparere ſolent magis fugere,& ſe abſcondere & late-
re.Iſti ergo non ſunt habiles ad pugnandum , ſed potius ad
latendum .Iſti reprehenduntur Nume.32. vbi dr̄.Nunquid
fratres veſtri ibūt ad pugnam,& vos hic ſedebitis? Cur ſub
uertitis mentes filiorum Iſrael?Non ſic ergo, ſed habent ar
C ma ſanctitudinis & iuſtitiæ.¶Tertio dico qd' in iſta pugna
requiritur actus fortitudinis & prudentiæ, & hoc oſtendit
cum dicitur.Pugnetis.In pugnando enim requiritur vtrun
que,ſcilicet fortitudo & prudentia.Et procul dubio pugnā
dum eſt fortiter & prudenter,triplici ex cauſa,videlicet

Pro fidei defenſione.
Pro animæ ſaluatione.
Pro ſubditorum protectione.
Pro eccleſiæ tuitione.

Et primo pro fidei defen-
ſione.Exemplo apum quæ
pro rege ſuo pugnant, &
mori pro eo pulchrum pu
tant,vt dicit Pli.Quia pro certo pro rege noſtro & ꝓ fide
ſua defendenda debemus cōtra ſaracenos & hæreticos pu-
gnare,& mori ꝓ eo pulchrū & nobile exiſtimare,ſicut fece
runt martyres & pctōres.Vñ de deo dr̄ Sap.5.ꝙ pugnabit ꝓ
eo orbis terrarum contra inſenſatos. Item pugnandum eſt
ꝓ animæ ſaluatione.Animalia enim pugnant pro vxorib.
ſuis ne ab alijs maculentur.Sic & nos debemus pugnare &
certare pro animabus noſtris,ne a demonibus inquinentur
nec inquietentur.1.Mac.3.Nos vero pugnabimus pro aīab.
noſtris & legibus.Item pugnādum eſt pro ſubditorum pro
tectione.Exemplo apri,qui pro filijs pugnat contra lupum
Exemplo gallinę,quę pro pullis pugnat contra miluum.Et
Exemplo cornicum,q̄ teſte Plino,contra alias aues pugnāt
ꝓ ciconijs.Exemplo elephantū,qui contra draconem pu-
gnant ꝓ hominibus errātib.atq; deuijs.Quia pro certo ad
nos & ad prelatos maxime pertinet ꝓ ſubditis & alijs fideli
bus contra ſpirituales aduerſarios,ſ.contra demones, pec-
cata,hæreticos & tyrannos pugnare, & pro ipſis viril'r de-
bellare.1.Mach.3.Erigamus deiectionem populi noſtri vt
pugnemus ꝓ populo noſtro & ſanctis noſtris. Itē pugnādū
eſt ꝓ ecclæ & ꝓ patriæ tuitione.exemplo auiū,q̄ pugnant ꝓ
defenſione nidorum.Et exēplo aīalium,quæ pugnant ꝓ de
fenſione ſuorum domiciliorū,ſicut patet de taxo & vulpe
&c.Vnde.2.Reg.10.dicitur pugnemus pro populo noſtro
& ciuitate dei noſtri ideſt pro eccleſia. Et ſic bene dico qd'
requiritur actus fortitudinis & prudentiæ.Pugnemus inqt
¶Quarto dico qd' requirit̄ obex fortis turbinis & malitiæ.
Contra inqt nationes . Nulla eſt.n. pugna ſine aduerſario,
& in omni pugna ſpirituali neceſſe eſt quod aduerſarios ha
beamus,quia alias virtus contrarium non haberet. Iſti autē
aduerſarij ſunt tres peſſimæ nationes.

Mundi cupiditates.
Carnis voluptates.
Demonum falſitates.

Mundus.n.& caro & demo-
nia diuerſa mouent ꝓlia. Vñ.
1.Mac.3.Pugnemus pro ani-
mabus noſtris.Et ſequitur in eodem c.Ecce nationes cōue-
nerunt aduerſum nos vt diſperdant nos.Ecce ergo quomo
D do in pugna ſpirituali requiruntur quatuor.ſ.virtus , arma
actus,& hoſtis &c.¶Sed ſi de pugna velis vlterius aliquid
addere,dic quod pro pugna ſeu militia eſt vita hominis ſu-
per terram,ſicut dr̄ Iob.7.quia cum contra hoſtes ſpiritales
& forti & continua ſimus pugna ꝓliaturi,ſicut dicitur Exo.
32.Vlulatus pugnæ auditur in caſtris.hinc eſt quod nos ſem
per parati & virtute armati eſſe debemus , vt ſtatim contra
hoſtes viriliter decertemus.Iud.7.Omnes parauerunt ſe pa
riter ad pugnam.Et ſi vis nota quod in pugna victoria obti
netur quando populus habet ſcilicet

Ducem prouidum.
Hoſtem timidum.
Ordinem nitidum.
Militem validum.
Ductor eſt prouidus & ſapiens.
Hoſtis eſt timidus & fugiens.
Ordo eſt nitidus & conueniens.
Miles eſt ſolidus & patiens.

Modo ſic eſt quod in pu-
gna iuſtorum ductor eſt
ſapiēs & prouidus.ſ.Chri
ſtus deus noſter,qui.ſ.con
tra luciferum fuit victor
& ductor noſter quando
ſ.primo in virgines armis
noſtræ humanitatis ſe ar
mauit,& tandiu in cruce pro nobis pugnauit vt eum ſupera
ret,dicens illud.2.Par.18.Mutabo habitum,& ſic ad pugnā
vadam.Figuratus in Dauid,qui cum quinque lapidius. eſt
quinq; vulneribus in torrente paſſionis aſſumptis armatus,
philiſteum ſuperauit & vicit,ſicut dicitur.1.Regum.17.Vñ
ibidē dicitur,Feſtinauit Dauid ad pugnam,ex aduerſo phi
liſtei.Tunc.n.perſonaliter pro nobis pugnauit,quia , ſ.tunc
fuit dominus,quaſi vir pugnator,omnipotens nomen eius.
Nunc ēt quotidie pro nobis in pugna tentationum pro ho
mine pugnat ſeque ducens & adiutorem ipſius præſtat, qñ
ſ.hō in ipſum confidens,adiutorium ipſius inuocat atq; cla
mat,vt ſic dicat hō illud 2.Paral.33.Deus noſter,qui auxilia
tor eſt noſter,pugnabit pro nobis.Igit̄ tali duci nos & pu-
gnam noſtram humiliter committamus,& ipſius auxilium
ſuppliciter inuocemus, dicentes.1.Mach.13.Tu es dux no
ſter pugna prælium noſtrum,& omnia quæcunq; dixeris.fa
ciemus.Et pro certo ſi tantum facimus quod ducē & ducto
rē deū habeamus,inimici timebunt,& nos in pace dimittē
tes ſtupebunt,dicentes.ſ.Exo.14.Fugiamus,Iſraelem,domi
nus.n.pugnat pro eis cōtra nos.Igitur in iſta pugna ductor
eſt ſapiens & prouidus . Item in pugna iſta hoſtis eſt fu-
giens & timidus.Et vere talis eſt diabolus,quia.ſ. ipſe ſimi-
lis eſt vmbræ quæ ſequit̄ fugientes,& fugit reſiſtentes.& ꝑ
ſequentes.Timidus.n.eſt & fugit̄ fortiter reſiſtentem.Teſte
enim Greg.Debilis eſt hoſtis,qui non vincit niſi volentem.
vnde.1.Machabeorum.11.Pugnauerunt contra,eum,& fu
git & terga vertit.Item in pugna iuſtorum ordo eſt conue
niens & nitidus.Bona.n.ordinatio exercitus ſūme iuuat ad
victoriam obtinendam.Paruæ.n.acies bene ordinatæ & cō
poſitæ multoties triumphauerunt de multo pluribus & for
tioribus male & inordinate compoſitis.Sic vere in pugna
ſpirituali valde vtile eſt bonum ordinem tenere,& iuris &
legis morumque & virtutum metas & regulas obſeruare,
nec ꝑ ꝓſumptionem exterius procedere vel palam e.In om-
ni.n.negocio diſciplina & ordo proficiunt, inordinatio ve
ro & tranſenſio iuſtorū limitū ſuccūbunt.Nonne filius Me
telli romanorū ducis a patre capite punitus eſt, pro eo qd'
contra patris mandatum extra ordinē pugnauerat,ſicut po
nit Titius liuius?Et ſimile cōmemorat Valerius maximus,
lib.2.c.2.de poſthumo dictatore & Manlio torquato quorū
vterq; filium ſuum occidi iuſſerat quia inuiſſi cum hoſte di
micarant , quamuis vterq; hoſtem quem inuaſit vincebat,
De ordine igitur & diſciplina iuſtorū in ſpiritali pugna di-
citur Iudic.5.quod ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo
aduerſus ſizaram pugnauerunt.Item in iſta pugna miles eſt
patiens & ſolidus.Victoria enim non reportatur in pugna,
niſi pugnans ſolidus ſit & fortis , & niſi ſit patiens & perſe-
uerans & longanimis.Qui enim ad quemlibet inſultum ad
uerſarij deſiſteret,nunquam Victoriam obtineret,Ideo di-
cebat Apoſtolus 2.Corinth.7.Nullam requiem habuit ca-
ro noſtra ſed oēm tribulationē paſſi ſumus , foris pugnæ,in
tus timoris. Et ſi vis dic qd' plura ſunt quæ faciūt in pugna
militē fortiter bellare,& victoriam obtinere,videlicet q

Habet cauſam ſufficientem.
Tollit cauſam officientem.
Adhibet motum afficientem.
Adiungit cetum proficientem.
Seruat modum perficientem.

Sic vere dico ꝙ in E
bello ſpiritali ſci-
licet contra tenta
tiones & tribula-
tiones debet eſſe
cauſa ſufficiens,quia ſcilicet ad debitum finē debemus pu-
gnare,ſcilicet pro animarum ſalute obtinēda, & damnatio
ne vitanda.Iuſta enim cauſa valde fortificat pugnatores.
Sic vere quando hō pugnat contra aduerſarios pro iuſtitia
vel ꝓ fide.Iſta enim proprie eſt pugna dei,ſicut dicit̄ 2. Pa-
ral.20. eſt Non eſt enim pugna veſtra,ſed dei Apo.19.Cum

iustitia pugna & iudicat. Itē dico ꝙ in ista pugna debet deesse causa officiens. s. peccatū & omnis occasio mala. Unde Deute. 23. Quando egressus fueris aduersus hostes tuos ad pugnam, custodies te ab omni re mala. Item dico ꝙ in ista pugna debet inesse motus afficiēs. i. audacia, & bona & prōpta volontas, vt. s. dicamus illud. 1. Mach. 9. Surgamus & pugnemus contra inimicos nostros. Itē dico quod in ista pugna debet adesse cetus proficiēs, quia. s. cetus & societas bonorū, & maxime fidelium sociorum ipsorumq; adiutoriū spiritale, oratiōes. s. & cōsolationes valde proficiunt in hac pugna. 1. Mac. 9. Reuertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabimus. Item dico ꝙ in ista pugna debet subesse modus expediens, quē. s. nos docet Apo. 1. Cor. 9. Sic inquit pugno non quasi in incertum nec quasi aerem verberans, sed castigo corpus meū, & in seruitutē redigo &c. Et 2. Mac. 15. Manu quidē pugnantes, sed ad dñm, cordib. orantes. Sic igit̃ si hō oīa hæc in ista pugna seruauerit, ꝓ certo fortis & solid⁹ miles erit, & in pugna victoriā obtinebit. Et sic erit de illis de quib. dr̃. 1. Para. 2. Venerūt inquit ad David fortissimi, & egregij pugnatores tenētes arcū, & vtraq; manu fundis saxa iaciētes. Sic igit̃ patet ꝙ si in spiritali pugna qua. s. iusti pugnāt cōtra demones & vitia, miles est fortis & patiēs, ordo est rite cōueniēs, hostis est lassus & fugiēs, ductor est bonus & sapiēs, necesse est ꝙ in ista pugna victoria ꝓ eū obtineat̃, & quod ex hoc cæleste præmiū reportetur. Ista est ergo pugna cælestis qua. s. cæle stes & spiritales viri contra spirituales nequitias pugnant. Sicut. n. ponit Plin. 2. lib. c. 59. apud romanos in bellis cimbricis sonitus turbarum & crepitus armorum in cælo auditi fuerunt. In consolatu etiam marij arma cælestia ab ortu occasuq; inter se concurrere visa superius extiterunt. de quibus ēt prodigijs Aug. de ciuitate dei videtur facere mentionē. Ad quod etiam facit figura Apo. 12. vbi dr̃ quod factum est prælium magnum in cęlo. Michael & angeli eius præliabātur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius, & præualuerunt, neq; locus eorum amplius inuentus est in cælo. Talia ergo cælestia & spiritualia bella quotidie inter Michaelem & draconem id est inter iustos & demones & vitia, in cælo id est in corde & conscientia solent fieri, in qua certe pugna Christo iuuante iusti triumphare solent, & demones & vitia superare. Humilitas. n. superbiā superat, & iustus de demonib. iuuante dño victorizat. Apoc. 17. Hi cum agno pugnabūt, & agnus vincet eos. Ad quæ certe bene posset applicari illud qđ scribitur 2. Mac. 5. vbi dicitur. Eo tempore quo antiochus secundam profectionem parauit in ægyptū, contigit ꝑ vniuersam hierosolimam ciuitatem. 49. dieb. videri ꝑ aerea equites discurrentes, aureas stolas habētes & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordines digestos, & cōgressiōes fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem, gladios districtos, & telorū iactus, & aureorum armorum splendorem, omnisq; generis loricarum. Expone moraliter de pugnis & bellis iustorum contra malos, q. a ꝓ certo ostendere quomodo in aere vel in cęlo possint fieri ꝓlia, quare seu per quos, difficile esset. ¶Sed si vis dic aliquid de pugnis malorum. Mali. n. quasi continue sunt in discordia & in pugna, quia scilicet isti pugnant contra

F

Se per discordias.
Deum per nequitias.
Proximum per sæuitias.

Contra se dico per discordias, quia. s. isti inter se modica occasiōe mouēt guerras, lites & pugna, similes illis montibus de quib. narrat Plinius li. 2. c. 85, quod in mutinēsi agro suo Iulio sexto cōsule, in quodā terræmotu duo mōtes de locis suis moti, inter se maximo strepitu concurrerunt, & per modū pugnæ assultātes, recedentes, fumo & flāma emissi, animalia exaninauerūt, & villas intermedias destruxerunt, spectante (vt ait) viatorum & romanorum equitum comitiua. O qui sunt isti mōtes, nisi moderni tumidi & superbi principes & tyranni? q. s. orto inter eos discordiæ terræmotu inter se pugnant, & vnus contra alterum concurrunt & bellant, & ignē rami fumumq; superbiæ emittentes, animalia examināt, & villas cōburunt, spoliāt & eneruāt. Teste. n. Esa. 57. Impij quasi mare feruens, quod quiescere non valet, & non est pax impijs, dicit dominus. vn̄ Esa. 19. Cōcurrere faciā ægyptios cōtra ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem suū, & vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatē, regnum aduersus, regnum, & dirūpetur spiritus ægypti. Isti ergo pugnāt contra se ꝑ discordias. ¶Alij pugnāt cōtra Deū ꝑ nequitias. Viri. n. in iniquitatib. assueti, in malitijs obstinati, Dei mādata facere cōtemnentes, & ipsius iustitiam non curantes, cōtra Deū pugnare videntur inquantum sibi rebellare, & contradicere cōprobantur, similes solsequio, qđ. s. semꝑ vertit, & se aperit contra solē. Similes ventrilabro qđ supra cāpanile est, quod sꝑ vertit faciem contra ventū. Quia re uera tales obstinati sꝑ contra solem iustitiæ Christum, & contra spiritum sanctum se solent per rebellionem vertere, contra ipsum pugnare, & sibi contradicere, & ipsius mandatis omnibus contraire. De istis videtur dominus dicere illud Cant. 2. Filij (inquit Christus) matris meæ pugnauerunt cōtra me i. filij fidei vel ecclesiæ meæ. Et tamen isti deberēt attendere ad illud Ecclesiæ. 46. Contra Deum pugnare non est facile. Et hoc quia sicut cornix licet: qñque pugnat contra aquilam, ipsam clamoribus impetēdo, ita quod aquila ac si esset victa, non dignatur se defendere de eadem. finaliter tñ indignata contra cornicē insurgit, & eā lacerat & occidit, sicut dicit liber rerū, sic dico ꝙ Deus pctōres cōtra se pugnātes, & peccando cōtra eū rebellantes, vr̃ non cognoscere vel audire inquantū pctā eorum ꝑꝑ pænitentiam vr̃ dissimulare, sicut. s. dicitur Sap. 11. in fine tamen & in morte & in iudicio contra eos consurget, & ipsos destruet & confundet. Bene ergo docemur. 2. Paral. 13. vbi dicitur. Nolite pugnare contra dominum deum patrum nostrorum. Sunt igitur quidā qui pugnant contra deum per nequitias. ¶Sunt ēt quidam pugnantes contra proximum per sæuitias, sicut. s. sunt iniq. & tyranni, qui contra bonos innocentes & iustos pugnant & certant. 1. Re. 31. Philistijm autem pugnabant aduersus Israel. & Hester. 11. Concitatæ sunt nationes vt pugnarent contra gentem iustorū. Et sic igitur patet quomodo inuenitur, pugna malorum sicut & iustorū Sufficiat. vide vbi bellum, Prælium, vel Certamen.

Pulchre. Pulchritudo.

Cū pulchritudo sit qđā ꝓprietas rei ex debita proportione cōsurgens, possumus dicere moraliter quod in scriptura inuenitur multiplex pulchritudo, tā in bono significato q̄ in malo. Nota ergo ꝙ est pulchritudo A

Moralis & virtuosa.
Carnalis & vitiosa.
Temporalis & fluctuosa.
Supernalis & gratiosa.

De pulchritudine morali dicitur. Exo. 26. quod velum erat de hyacintho, pulchra varietate cōtextum. De pulchritudine carnali dicitur Gen. 6. quod videntes filij dei filias hoīum quod essent pulchræ, elegerunt sibi vxores &cę. De pulchritudine temporali, s. de pulchritudine mundanæ gloriæ dr̃ Gen. 3. quod videns mulier lignū ꝙ esset pulchrū visu & ad vescendū suaue comedit &c. De pulchritudine vero supernali. s. de decore gloriæ paradisi, dicitur Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in requie opulenta, i tabernaculis fiduciæ. Istę sunt ergo quatuor, pulchritudines in genere. Dicamus ergo aliquid de qualibet earūdē. ¶Primo ergo dicamus ꝙ est pulchritudo moralis & virtualis, & ista ꝓprie est illa q̄ acquirit aīa vel hō ex aggregatione gratiæ & virtutum. Sicut. n. virgo tunc dicit̃ pulchra, quando in membris non est mutilata vel deformata, qñ colore roseo est picta & colorata, quando decoris vestib. est adornata, & quādo non est mortua sed aīa viuificata, sic vere hō vel anima apud deum & homines est pulcher & speciosus, quando habet omnia membra sua, scilicet

Speciem & caput rectæ intentionis.
Os & linguam verę locutionis.
Pedes & cura bonæ affectionis.
Manus & brachia bonæ operationis.
Pectus & fidele cor firmæ dilectionis.
Oculos & aures claræ discretionis.
Guttur & palatum dulcis deuotionis.
Ventrem & intestina piæ & viscerosæ compassionis.
Pellem & capillos honestę conuersationis.

Proportio. n. & aggregatio, ordinatio & compositio istarū specierū & membrorum, hominem spiritualiter facit pulchrum & apud deū & homines gratiosum, & maxime quādo hō est viuus & animatus per gratiam & charitatē mundus, & coloratus per castitatē, vestitus & ornatus ꝑ honestatē. Vt sic dicatur de aīa illud Dan. 13. Susanna erat delicata

cata nimis,& pulchra facie. Si vero istis mẽbris trũcata vel mutilata fuerit,& maxime si a deo & dei grã corruerit, stati lis & deformis efficit,& à deo & Angelis abhorret. Sicut n. dicit Aug. sup Io. Home. 32. sicut vigor aĩus decorẽ facit in corpore, sic deus in aĩa. Non.n. facit corpus vt amet, s. aĩa q̃ eum emigrauerit, cadauer arescit. Et quantumq; illa mẽbra pulchra dilexeris, sepelire tñ satagis. decor ergo corporis est aĩa, decor aĩæ, est deus. hæc Augus. Vt sic de quolibet ita pulchro dicatur illud q̃ de Dauid dictũ est. 1. Reg. 16. Ecce vidi filiũ Isai bethleẽ miten, sciẽtẽ psallere, fortissimũ robore, virũ bellicosum, prudẽtẽ verbis, pulchrũ visu, & deus est cũ eo. Dicamus igitur cuilibet hoĩni vel aĩæ ita pulchrè illud Can. 6. Pulchræ sunt genæ suæ sicut turturis, collũ tuũ sicut monilia. In quibus verbis oñditur quod sicut hõ corporaliter pulchrè dr̃ qñ habet pulchrã faciẽ, pulchros oculos, pulchrũ collum, pulchrum habitum, sic vere ad spũalẽ pulchritudinem requiritur quod homo habeat pulchram faciẽ conscientiæ interioris, pulchros oculos sapientiæ subtilioris, pulchrum collum eloquentiæ facundioris pulchrũ ornatum apparentiæ venustioris. In istis.n. quatuor cõsistit aĩæ pulchritudo, s. In conscientiæ puritate. Pulchræ sunt inquit genæ tuæ. In sapientiæ claritate. Sicut turturis inquit.
B In eloquentiæ venustate. Collum inquit tuum. In apparẽtię sanctitate. Sicut monilia inquit. ¶ Sit igitur in nobis charissimi si apud deũ volumus esse pulchri, interioris consciẽtiæ sanctitudo, subtilioris sapientiæ lympitudo facundioris eloquentiæ rectitudo, exterioris apparentiæ gratitudo. Dico igitur quod habere debemus cõsciæ sanctitudinẽ. Pulchræ sunt inquit genæ tuæ. Genæ.n. & facies significant consciam Conscientia.n. & facies hominis interioris, quæ pulchra & munda sup oĩa debet esse, quia sicut macula in genis & in facie indecẽtior est quam alibi, & est etiam intuẽtib. magis nota, sic pctã qñ sunt in conscientia, magis sunt apud deum indecentia & deformia & magis deo & Angelis manifesta. Pulchra ergo & munda debet esse ista facies & ẽt iste genę, sicut de Hester dicitur Hester. 2. quod ipsa erat pulchra nimis, & decora facie. De genis & dr̃ Cant. 6. pulchra es amica mea, suauis & decora. & sequit. Sicut cortex mali punici genæ tuæ. Isti.n. qui in signo virginis nascuntur, pulchra facie vt cõiter decorantur. Ad denotandum quod illi qui in signo virginis. i. virginitatis gremio sunt nutriti, sunt vt communiter pulchræ faciei. i. conscientiæ pulchritudine decorati. Ideo de genis. i. de facie conscientiæ dr̃ Can. 4. Quã pulchra es amica mea. sequitur. Sicut fragmen mali punici genæ tuæ. Patet igitur quod nos debemus habere cõscientiæ sanctitudinẽ. Genæ inquit tuæ. ¶ Deinde dico quod si volumus spũalr̃ esse pulchri, nos debemus habere sapiẽtiæ limpitudinẽ. Turturis inquit. Mulier.n. quandoq; ob hoc solũ reputatur pulchra q̃a habet pulchritudinẽ oculorũ. Oculi n. pulchri multum sunt inter alias pulchritudines reputati. Vnde etiam scriptura de hoc cõmendat sponsam, Canti. 4. dicens. Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui sicut oculi colũbarũ. Sic vere charissimi, spũalr̃ loquẽdo, vir iustus tunc potissime pulcher dr̃, qñ oculi intells̃ in decore sapientiæ illustrantur, quod ostenditur in verbo turturis. Turtur enim oculos habet pulchros, continue gemit, & est auis castissima, ita q̃ compari fidem seruat, ipsaq; mortua, nulli amplius carnaliter se copulat, signans viros sapientes & iustos, quos virtus triplex facit spiritualiter esse pulchros videlicet.

Pulcher oculus sapientiæ.	De oculis enim sapientiæ
Tristis gemitus pænitentiæ.	dicitur Gen. 49. Pulchrio
Mundus habitus continentiæ.	res sunt oculis eius vino,

& dentes eius lacte candidiores. De gemitu pnĩæ dr̃ Danie. 13. quod Susanna quæ erat pulchra facie, flens prospexit ad cælum. De habitu vero continentiæ dicitur Sap. 4. O q̃ pulchra est casta generatio cum claritate. & Eccl. 44. dicitur de pulchritudine castitatis. Pulchritudinem candoris admirabit oculus. Et iõ breuiter de ista triplici pulchritudine istius turturis idest animæ potest dici illud Canti. 6. quod ipsa est pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. Sol.n. signat sapientiæ splendorẽ, luna signat continentiæ candorem, acies vero terribilis designat pnĩæ laborem. Habeat ergo anima sapientiæ lympitudinem. Turturis inquit. ¶ Deinde habeat eloquentiæ rectitudinẽ, & ista nota tur in collo. Collũ tuum. quia. s. in collo formatur vox. Pulchritudo.n. colli multum attenditur in persona, sic vere honestas & prudentia viri. vnde Can. 4. Quam pulchra es amica mea. sequitur. Sicut turris Dauid collũ tuũ, sicut vita coccinea tua & eloquium tuũ dulce. & Can. 2. Vox turturis audita est in terra nostra, vt ẽt de tali collo exponat̃ illud Oseę 10. Transiui super pulchritudinem colli eius. Et vere ad virum perfectũ pertinet qd̃ habeat pulchra verba dulcia, mitia & honesta, sicut dicitur de Ioseph Gen. 49. Neptalim seruus emissus dans eloquia pulchritudinis. Quod est contra illos qui magis delectantur in verbis turpibus quam in pulchris similes porcis, qui libentius ponunt se in stercore quã in auro. Habeamus ergo eloquentiæ rectitudinẽ. Collum ĩquit. ¶ Insuper dico quod ad spiritalem pulchritudinẽ req̃ritur quod habeamus apparentiæ gratitudinem, quæ ostẽditur cum dicitur. Monilia. Monilia enim exteriora corporis sunt ornamenta, quæ exteriorem conuersationẽ designant, quæ procul dubio est exterioris hoĩs ornamentum. Sicut.n. aliqua sunt animalia quorum pellis exterior est ita pulchra q̃ ad sui aspectũ inuitant oẽs oculos aliorum animalium, sicut de panthera dicitur & de pardo, sic vir iustus ita debet habere pulchrã pellẽ conuersationis, quod ad sui imitationẽ debet oẽs homines inuitare. Quod est cõtra illos qui cõuersationem habent ita horribilẽ atq; turpẽ quod nõ sunt digni ab alijs videri nec etiam imitari. Similes cameleonti, quod est animal valde pictum, & dum viuit, in exterioribus colorib. est valde pulchrum, & tamen quãdo est mortuum, colorẽ habet valde horribilẽ atq; turpẽ. Sic vere sunt q̃dam qui dum viuunt. i. dum in statu gratiæ persistunt, honesti & in conuersatione pulcherimini sunt, quando vero per peccatum moriuntur, stat̃im turpem colorẽ inhonestæ conuersationis consequuntur. Istud patet de apostatis, qui quanto dum viuerent in fide vel religione, erant in honestate & apparentia pulchriores tanto per vitia morientes fiunt in morib. turpiores, ita q̃ tales possunt dicere illud. 1. Mac. 2. Pulchritudo nostra & claritas nostra desolata est. Nõ sic, sed habeamus apparẽtiæ gratitudinẽ, vt de nobis dicat̃ illud Dan. 4. Folia eius pulcherrima & c. Vt sic generalr̃ de perfectis & honestis viris dicatur illud Thren. 4. Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicõdiores ebore antiquo, pulchriores saphiro. Et bene comparat istos saphiro, qui propter hoc dicitur esse pulcher, quia cælestis coloris similitudinẽ repræsentat. Sic isti propter cælestem conuersationem pulchri dicũtur. Monilia inquit. Vt sic quilibet dicat illud Esa. 61. quasi sponsum decoratũ corona, & tanquã sponsam ornatam monilib. Quamuis multi sint qui istis monilib. suæ conuersationis in superbiam abutãtur, sicut sint hypocritæ, qui in eis gloriant̃ (iuxta illud Eze. 7. Ornamenta monilium suorum in superbiam posuerunt) quapropter ipsa quãdoq; amittere cõprobantur. vnde Esa. 3. Pro eo quod exaltatæ sunt filiæ Syõ &c. auferet dñs ornamenta, armillas, & monilia. Et aduerte de istis monilib. exterioris conuersationis qd̃ sicut in vno monili sunt quandoq; multi lapides præciosi qui monilis pulchritudinẽ augmentant, sicut in vna conuersatione sunt qñque multi mores virtuosi qui ipsam pulchrificãt & decorãt ¶ Nota ergo quod in conuersatione bonorũ ad hoc q̃ bene sit pulchra, debẽt lucere isti lapides p̃ciosi, videlicet virtus

Amoris & charitatis.	Ista.n. oĩa faciunt hominem D
Dulcoris & pietatis.	pulchrum & corã deo, & ho-
Candoris & puritatis.	minibus gratiosum. Habeat
Vigoris & firmitatis.	ergo homo pulchritudinem
Decoris & honestatis.	feruoris & charitatis, vt sic di
Clamoris & veritatis.	cat illud Ecclesiastici. 24. Ego
Rigoris & æquitatis.	mater pulchræ dilectionis &

timoris, & agnitionis & sanctæ spei. Item habeat pulchritudinem dulcoris & pietatis. Can. 5. Quã pulchræ sunt mãmæ tuæ soror mea sponsa, pulchriora sũt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorũ super omnia aromata. Pietas enim est pulcherrima virtus, sicut Hie. 11. de oliua dicitur. Oliuã vberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocauit domin' nomẽ tuum. Item habeat hõ pulchritudinem candoris, & puritatis. Ecclesiast. 43. Pulchritudinem cãdoris admirabitur oculus. Itẽ habeat pulchritudinem vigoris & firmitatis. Ecclesiast. 43. Altitudinis firmamentum pulchritudo eius. Itẽ habeat pulchritudinem decoris & honestatis. Can. 6. Ecce.

pulchra

pulchra es amica mea, suauis & decora. Itē habeat pulchritudinē clamoris & veritatis, s. virtutē confessionis &c. psal. Confessio & pulchritudo in cōspectu eius, sanctimonia & magnificentię &c. Itē habeat pulchritudinē rigoris & æquitatis, de qua dr̄ Hie. 31. Benedicat tibi dn̄s pulchritudo iustitiæ. Qđ exponens Aug lib. 8. de ciu. dei. c. 6. dicit pulchritudo animi, q̄ plerię; hoīes pulchri sunt quāuis corpore sint deformes. Sic igitur poterit dici aīa pulchra propter oīa supradictā, ita qđ ei dici poterit illud Can. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Vbi ōndit̄ φ ipsa .s. est generalr̄ ordina-a. Tota pulchra es. Cordialr̄ amata. Amica mea inquit. Integralr̄ purgata. Et macula nō est in te. Et ita pulchra fuit beata, virgo quare dn̄s ipsam elegit & amauit. Teste. n. Augu. nō possumus amare nisi pulchra. Iō de beata virgine pōt dici illud Iud. 5. pulcherrima fœminarū eligitur ei, & Gen. 12. Noui te φ pulchra sis mulier. vbi ēt ōndit̄ qđ ista fuit. s. Sanctitatis decore fulgida. Pulcherrima inq̄t. Pietatis dulcore rorida. Fœminarum inquit. Dignitatis honore splēdida. Quia eligit̄ ei. Et sic patet qūo est pulchritudo apparentiæ, eloquentiæ, sapientiæ, & conscientiæ. Et sic ergo ōnditur φ est q̄dā pulchritudo moralis & virtualis. Et hoc est primū principale. ¶ Scd̄o principalr̄ dico φ est q̄dā pulchritudo carnalis & corpalis, & ista ꝓ certo vana est & fallax, deceptoria & trāsitoria, q̄a sicut dictū est Prou. 31. fallax gr̄a, & vana est pulchritudo. Et vere fallax est & vana, quia

Cito perit & deficit.
Mentes trahit & inficit.
Nulli prodest aut proficit.
Animam damnat & afficit.

Dico ergo φ corpis pulchritudo est celeriter defectiua, & iō in scriptura comparat̄ flori. Esa. 40. Exortū est fænū, & cecidit flos, & decor vultus eius deperijt. Flos. n. habet pulcherrimā apparētiam veruntamen habet debilissimam existentiam, siccatur enim modico calore, & tunc a tota sua pulchritudine spoliatur. Sic vere decor corporis habet existentiam valde debilem, quia quamuis homo dum viuit & maxime in iuuētute valde sit floridus & formosus, qn̄ tn̄ siccatur in senectute vel morte, statim fit hispidus & rugosus. Iob. 18. Deuoret pulchritudinē cutis eius, & cōsumat brachia eius primogenita mors. Item dico quod ista pulchritudo est damnabiliter infectiua. Inficit. n. subiectum ꝓpriū ꝑ vanam gloriam, & subiectum etiam alienum per malā concupiscentiam. De vana. n. gloria certum est, quia vt cōiter omnis persona pulchra gaudet videri, & gaudet etiam de pulchritudine commendari, iuxta illud poeticum. Delectat castas ēt præconia formæ. Pone etiam (sicut in libro rerum dr̄) quod pauo in plumarum suarum pulchritudine gloriatur, gaudetq; quando secrete ab hominibus inspicitur & videtur, & exinde superbiens, ad rotam faciendum & caudā dilatandum, & ad ipsam plumarum pulchritudinē ostendēdum sensibiliter excitatur. Et quod plus est, pauo de nocte euigilās, & propter tenebras plumarū suarum pulchritudinem non videns, totā suam pulchritudinem amisisse se credēs, subito clamat & contristat̄, & in se plurimum desolat̄. Sic multi & multę sunt q̄ qn̄ se sciūt plumas pulchras. i. exteriorē corporis pulchritudinem habere, ideo gloriantur, & videri ab hominibus delectātur, & ad literā vt magis appareat quod in eis pulchrum est solent rotam idest pōpam facere, caudam præsumptionis pōpaticæ ostēdere & ducere, & totā suam pulchritudinem alijs dilatare. Exemplo regis Assueri, q̄ glorians in pulchritudine Vasthi vxoris sua, iussit eā venire vt ostenderet cunctis populis & principib. pulchritudinē ipsius. Et quod plus est, isti volunt se cōtinue videre, & iō si quandoq; sunt quod se nōn speculātur φ inspiciunt, totum sese perdidisse credunt, & præ timore amissę pulchritudinis sæpe gemunt. Vn̄ de superbia & vana gloria talium dr̄ Hier. 49 Ascendit de supbia iordanis ad pulchritudinē robustam. Cōtra tales ergo de pulchritudine gloriātes Innoc. de vtilitate conditionis humanę dicit. Absit vt alter color comparabilis sit naturæ. Quid. n. vanius quam crines pectere, cesariē tingere, faciem vngere, genas producere? Fallax. n. & vana gratia est pulchritudo, & omnis caro fœnum. Et non solum ergo ista pulchritudo inficit proprium subiectū per inanem gloriam, immo etiam inficit alios per luxuriā. Sicut. n. ad sensum patet quod pulchritudo cerastis, pantheræ & tigridis alia animalia ad sui considerationem attrahit, & dū circa ea musant, ipsa percutiunt & occidunt, (ista. n. habent pulcherrimas pelles & valde coloratas, sed teste Isid. quot colores, tot dolores) sic vere sūt pulchrę mulieres, & ēt pulchri iuuenes Alios. n. ad speculandū & intuēdum suā pulchritudinē attrahunt, & ipsos per mala desideria vulnerant & occidunt. Iō consulit sapiens Prou. 6. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius. Dico igitur quod corporis pulchritudo est dānabiliter infectiua. Item dico qđ corporis pulchritudo est ad nihilum ꝑfectiua. Cōstat. n. quod de ista nullum penitus venit commodum animæ, sed potius incommodum atque damnum. Et istud patet, quia vt cōiter illi q̄ sunt cæteris pulchriores, sunt vt cōiter nequiores. Patet in primo Angelo, qui in naturalibus fuit pulcherrimus, & tamen factus est nequissimus. vnde de eo dicitur Ezech. 28. eo quod eleuatum est cor tuum quasi dei, ecce adducam sup te robustissimos, & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ. & sequit̄. Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo. Patuit etiam in Absalō, qui corporaliter erat pulcher, & tamē spiritualiter fuit nequam, quia contra patrē insurrexit, sicut dicitur. 2. Reg. 14. & 15. Nam vt dicitur. 2. Reg. 14. sicut Absalon vir non erat pulcher in oī Israel. Itē corporis pulchritudo est terribiliter dānatiua. Causa. n. est multorum peccatorum, & finaliter multorum tormētorū. Cattus. n. in pellis pulchritudine siluestris efficitur, & tandē ꝑ pellis pulchritudinem occiditur. Sic sæpe fit quod hō vel mulier siluestris & luxuriosus efficitur, dum in suæ pellis pulchritudine gloriat̄, (Ezec. 16. Habens fiduciā in pulchritudine tua fornicata es) quapropter in inferno finaliter occiditur. suaq; pelle & pulchritudine spoliatur. Thren. 2. Occidit dominus omne qđ visu pulchrū est. Ista est igit̄ pulchritudo carnalis & corporalis, q̄. s. vt dictum est, est damnatiua non perfectiua, est infectiua, & est etiam defectiua. ¶ Tertio principaliter dico quod est pulchritudo temporalis & ista est mundanę ꝓsperitatis. Ista. n. quæ sunt hic vident̄ mō esse valde pulchra, quæ tamen si bene cognoscerentur, turpia esse viderentur. Noctiluca. n. de nocte lucet & videtur mirabilr̄ esse pulchra & hoc quia tunc homo non bene videt, ita quod nō pōt bene de rerum existentijs iudicare, sed de die quando homo videt bene, ista cognoscit̄ esse quidam vermis vilis, turpis, horribilis & deformis. Sic vere charissimi in nocte huius p̄sentis turbulentæ vitæ quando nullus ꝓprie cognoscit q̄d sunt res, ꝓsperitas mundi vr̄ pulchra, lucida & formosa, sed vere in die vitæ futuræ, qn̄ ambulabimus nō per fidem sed per spēm, qn̄ de rebus perfectam cognitionem habebimus tūc veraciter cognoscemꝰ, φ mūdi ꝓsperitas nō ē pulchra, sed magis vilis, horribilis, atq; turpis. Ista ergo ꝓsperitas est pulchra & alliciens. Figurata in illo ligno paradisi qđ erat, pulchrū visu, & ad vescendū suaue, quo Eua allecta fuit, ita φ mandatū dn̄i p̄teriuit. Tali pulchritudine sunt pulchri diuites huius mūdi, figurati ī vaccis quas Pharao vidit pascere iuxta amnē, de quib. Gene. 41. Septem boues pulchræ & crassæ nimis pascebant̄ iuxta amnis ripā. vt sic de quolibet tali dicatur illud Ezec. 32. Ecce assur quasi cedrus in libano pulcher ramis & frondib. nemorosus, excelsusq; altitudine. Ista est ergo pulchritudo realis & t̄palis. ¶ Quarto principaliter dico qđ est pulchritudo finalis & supernalis, & ista est pulchritudo gloriæ paradisi. Sicut. n. palma inferius est aspera & spinosa, sursum autem est virens, pulcherrima & decora, sic paradisus hic tempore huius vitæ in humana æstimatione est valde asper, hispidus & deformis, illi tamen q̄ sursum sunt, ipsum pulchrum inueniunt & formosum, ita φ de eo dici potest illud Prou. 3. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ pacificæ. Ista est ergo quadruplex pulchritudo, scilicet æterna, externa, carnalis, & virtualis. Et hæc de pulchritudine sufficiant. Vide de specie, de decore, de forma, de ornatu, de colore, de pelle, & infra de vestibus &c.

Pulsare.

Cum pulsare sumatur pro excitare, euigilare, requirere vel vocare, dicamus quod nos inuenimus pulsare A

Dei, quod facit monitionibus.
Iusti, quod facit orationibus.
Diaboli, euod facit tentationibus.
Pulsat enim deus, vt iustus suscitetur.
Pulsat iustus, vt deus excitetur.
Pulsat diabolus, vt homo periclitetur.

Primū ergo est pulsare diuinæ monitionis, q̄a scilicet deus habet procuratores

ratores ſuos apud hoîem, quib. mediantib. ipſum ad bonũ excitat atq; pulſat. Et primo qdẽ ſynderesim, q̃ pulſat interius rectã vitã oñdendo. ſcripturã ſacrã, q̃ pulſat exteri⁹ dei mandata declarando. p̃dicatores, qui pulſant aſperius ad bonũ inducendo, & a malo retrahendo, terrendo attrahendo, cõminando & promittendo. pauperes & egenos eleemoſynas petẽdo & miſericordiã implorando. ipſummet deũ, q̃ pulſat ſuperius inſpirando, & ſe vt intret offerendo & p̃ntãdo, & final'r ab hoſtiũ corpis cũ malleo tribulationũ & mortis percutiendo. Breuiter ergo iſte eſt q̃ dicit Apo. 3. Ego ſto ad oſtiũ & pulſo ſi qs audierit vocẽ meã & aperuerit ianuã, intrabo ad illũ, & cenabo cũ illo, & ille mecũ. Iſte eſt.n. dilectus aiæ, qui in ſocietate ſpõſæ ſuæ eſſe mirabil'r ſe delectat, & iõ vt ſibi oſtiũ cordis aperiat dulciter flagitat atq; pulſat vñ Can. 5. Vox dilecti mei pulſantis, aperi mihi ſoror mea, amica mea, colũba mea qa caput meũ plenũ eſt rore. Deus n. aia ad aperiendũ, ſibi cor & affectũ p charitatẽ dulciter inuitat & pulſat, & abundantiã roris deuotionis & gratiæ ſibi offert ſi voluerit & p̃ntat. Vt iõ Lu. 12. vigilare ſerui dei p̃cipiunt, vt cũ venerit & pulſauerit, ſibi cõfeſtim aperiant. Eſt igit̃ pulſare diuinæ monitionis. ¶ Scd'o dico q̃ eſt pulſare humanæ orationis. Hõ.n. qñ orat, ad aures diuinas vt cõcedendo q̃ petit̃ aperiat, pulſat. ſomnolentus eſt.n. deus pulſari vult, alias nõ exaudit. vñ Mat. 7. Petite & accipietis, q̃rite & inuenietis, pulſate & aperiet̃ vobis. Quia ſ. ſicut ibidẽ dr̃, oĩs qui petit accipit, & q̃ q̃rit inuenit, & pulſanti aperiet̃. Vnũ tñ aduerte q̃ Deus nõ ſtatim aperit pulſanti, vult.n. ipſius indigentiã & diligentiã experiri, ſicut Lucæ. 11. ipſemet exẽplificat de amico dormiente, qui licet cũ difficultate, tñ ſurrexit & paruit, & panes poſtulatos cõceſſit, & hoc qa pulſando perſeuerauit. Iõ de Petro pulſante ad oſtium dicitur Act. 12. q̃ ſibi non fuit ſtatim oſtium apertum, ſed poſtquã pulſando perſeuerauit. Petrus autem pſeuerabat pulſans. Iſtud eſt igitur pulſare humanæ orationis. ¶ Tertio dico qđ eſt pulſare diabolicæ tentationis. Iſte.n. ad oſtium cordis communiter pulſat, & ad malum nos ſtimulat & inclinat. Vnde Iud. 16. dicitur quod filij belial, i. abſq; iugo, circundantes domum ſenis, fores pulſare ceperunt. Hęc igitur ſufficiant de pulſare, quia paucæ ſunt auctoritates.

A **Puluis.** Nota q̃ puluis nihil aliud eſt quã illa modica rei particula in quã res corruptibiles reſoluũtur, corporum enim particulæ quam diu per formam ſubſtantialem inuicem vniuntur, corpus ſunt, ſtatim vero qđ conſumpto humido radicali & recedente forma ſubſtantiali ab inuicem ſeparantur, pulueres ſunt. Notemus ergo qđ puluis ſignat multipliciter in ſcriptura tam in bono quam in malo. Significat enim

Cordis humilitatem & deiectionem.
Carnis mortalitatem & corruptionem.
Mundi proſperitatem & ſucceſſionem.
Culpæ iniquitatem & infectionem.

Puluis enim

Nihil eſt in humana reputatione.
Remanet ex corporum diſſolutione.
Rapitur ex ventorum colliſione.
Maculat ex contactus coniunctione.

De puluere igit̃ humilitatis & deiectionis dicitur 3. Regũ. 16. Exaltaui te de puluere .i. de humili ſtatu, & poſui te ducem ſuper populum meum. De puluere mortalitatis dicitur in pſal. Exibit ſpiritus eius, & nõ ſubſiſtet. & In puluerem ſuum reuertentur. De puluere proſperitatis dicitur Mat. 10. Excutite puluerem de pedib. veſtris. De puluere verę iniquitatis dr̃ in pſal. Non ſic impij non ſic, ſed tanquam puluis quem proijcit ventus a facie terræ. Generaliter ergo dico qđ eſt dare puluerem vtilem, & puluerẽ inutilẽ, puluerẽ bonum & puluerem malum. ¶ Igitur primo & principal'r de puluere in bono ſignificato aliquid eſt dicendũ. Et dicamus vt ſupra dictum eſt, quod per puluerem põt intelligi ſtatus humilitatis, & recordatio mortalitatis. De humilitate apparet, quia ſtare in puluere ptinet ad viles perſonas, pauperes & deiectas, iuxta illud Eſa. 47. Deſcende ſede in puluere virgo filia babylonis, nõ eſt ſolium vltra tibi. Puluis.n, eſt illud quod parum aut nihil reputat̃, & quo homines aſperſi viles & deformes videntur, ſignificans humilitatem, quæ hominẽ ſua conſideratione & extractione mirabiliter facit vilem. Et ideo homines antiquitus quãdo volebant ſignũ humilitatis, & deiectionis, aduerſitatis & deſolationis, p̃niæ & contritionis oſtendere, ſolebant puluere capita ſua aſpergere, ſicut dicitur. 2. Reg. 1. quod poſt caſum & mortẽ exercitus dñi in mõte Gelboe ad Dauid venit hõ de caſtris Saul, puluere aſperſus caput. & Ioſuæ. 7. dicitur q̃ poſt caſum populi miſerunt puluerem ſuper capita ſua. Itẽ de cõſiderata mortalitate patet. Puluis enim eſt illud quod remanet poſt cõſumptionem & reſolutionem corporum. Sic vere p̃prie ſolus puluis terra & cinis remanet poſt mortem corporum humanorum. Spiritualiter.n. loquendo, puluis & reſolutio mortis debet remanere per iugem memoriam in cordibus hominum deuotorum. p̃s. In puluerẽ mortis deduxiſti me. Talis ergo puluis eſt habendus, & ſummopere reſeruandus. Sicut.n. videmus q̃ pulueres ſunt ad multa neceſſarij, (vnde etiam dicit Pli. qđ cornua & pili capræ comburũtur, quorum fumus & puluis ad multa valent, nã fumo ſerpentes fugantur puluere vero carnes ſuperfluę corroduntur, & nouæ generãtur, fluxus humorum reſtringitur & vulnus putridum medicatur) ſic viri chariſſimi iſti ſpirituales pulueres. ſ. reſolutio humilitatis & recordatio mortalitatis ad multa ſunt nobis vtilia. Nã ſi homo in igne charitatis cornua ſuperbiæ & lanam ſuæ exterioris apparentię ad puluerem humilitatis reducit, & ſeipſum poſt concremationem & conſumptionem corporis in puluerem reuerſurum cogitat, procul dubio in ipſo ex fumo. i. ex conſideratione huiuſmodi ſerpens id eſt diabolus tentãdo repellitur caro id eſt carnalitatis libido corrodit̃, humor ſuperfluus guloſitatis conſumitur, & vulnus putridum inuidiæ abſtergitur & ſanatur. Et ideo talis puluis eſt habendus, & à pijs cordibus eligendus. Et ſic quilibet dicat illud Iob. 7. Ecce nunc in puluere dormio. &c. Et iõ breuiter exponamus illam auctoritatem. Geneſ. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. In quibus verbis poteſt oſtendi triplex puluis, id eſt triplex ſtatus hominis qui per puluerem intelligitur, ſ. ſtatus vitæ, mortis & reſurrectionis. Oſtendit̃.n. in iſtis verbis conditio carnalis naturæ. Puluis es. Iniectio mortalis iacturæ. In puluerum ſupple tendis. Reſumptio vitalis figurę. Reuerteris inquit. Primus eſt puluis vituperãdus. Secũdus eſt puluis conſiderandus. Tertius eſt puluis deſiderandus.

¶ Dicamus ergo primo quod eſt puluis carnalis conditiõis. B
Puluis inq̃ es. i. vilis & inutilis ſicut puluis. Puluis .n. ex propria conditione faciliter vento rapitur, mixtus aquæ lutum efficitur, veſtem mundam quam tãgit maculat & per eũ inficitur. Sic vere humana caro vel etiam vita carnis faciliter lædit̃ vento tribulationis, mixta cũ aqua deliciarum facil'r tranſit in lutum peccati & corruptionis, & veſtem mũdam. i. aĩam ſibi coniunctam inficit vitio concupiſcentiæ & delectationis. Et hoc oſtendit̃ cũ dr̃. puluis es. Et vere chariſſimi homo puluis eſt, quia ſicut dicitur in pſal. Cõminuam eos ſicut puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos. Iſte eſt ille fons idumeæ qui in quarta parte anni colorem habet puluereũ, vt dicit Iſid. Item eſt ſicut mare puluereum & ſabuloſum in India dicitur eſſe, & per totam ſeptimanam vſq; ad ſabbatũ dicitur fluere. Quia ſcilicet pulverea conditio noſtra ad modum fontis & ad modum maris continue eſt in fluxu donec veniat ſabbatum requiei & gloriæ paradiſi. Et iſtud plãgebat Iob. 7. Induta inquit eſt caro mea putredine & ſordibus pulueris &c. Iſte.n. puluis carnalis conditionis eſt procul dubio excitatiuus humilitatis, quia, ſ. nullus eſt ita magnus quin de atomis & pulueribus ſit compoſitus, & quin ſit de natura puluerea procreatus. vnde Eſa. 40. Inſulę quaſi puluis exiguus. ¶ Scd'o dico qđ eſt puluis mortalis corruptionis, & hoc oſtenditur cum dr̃. In puluerem. In enim eſt præpoſitio ſignãs terminum ad quẽ, Et iõ quando dicitur. In puluerem, ſignat illum puluerem in quem naturaliter tendimus, ſ. mortem, & mortis pulueriſationem. Teredo.n. eſt vermis paruus & mollis, qui ligna quantumcunq; dura corrodit, perforat & in puluerẽ reducit. Et mollia ligna q̃ plenilunio plantantur, vel quæ plenilunio colliguntur, faciliter teredine corroduntur, & per teredinem in puluerem reducuntur, ſic dicit Pli. Sic vere chariſſimi teredo mortis quãuis ſit vilis & mollis, id eſt quamuis diſſimulãdo molliter videatur erga plurimos ſe habere, duriſſima tamen ligna. i. quoſcunq; fortes homines pforat & occidit, & eos in puluerẽ redigit & conuertit. Et potiſſime illi quos ĩ plenilunio pſperitatis inuenit, citius ab iſto tere-

dine

dine corrumpuntur,& per ipsum in puluerem rediguntur. In puluerē inq̄t.i.in mortē vt de morte dicat quilibet illud ps.Gloriā meā in puluerē deducat. ¶Tertio dico ꝙ est pul uis finalis reuictionis,ꝙ ondit cū dr̄.Reuerteris. Sicut.n.alchimistæ ꝑ sciam artis suæ de metallis puluerē faciūt ꝑ calcinationē,& ipsum puluerē iterū in corpus.& in metallū reducunt per congelationē,sic deus ꝑ mortē de oī hoīne puluerem faciet,ipsos tñ pulueres in die iudicij iterū in corpora reducet & cōuertet.Reuertetis inquit.vñ Eccl.12.Reuertat puluis in terrā suā vñ erat.Et sic patet qđ est triplex puluis considerand⁹, & in scrinio pectoris reponēdus. Sicut.n. videmus ꝙ pulueres ad multa solent valere,quia.s. de pulueribus fiunt antidota & electuaria medicinalia, de puluerib.fiunt cōfectiones q.b.mortuorum corpora fiunt incorruptibilia,de puluerib.fiunt colores ad parietes pingendū de pulueribus fiunt cementa ad domos & palatia ædificandū,sic vere charissimi pulueres isti assumpti, considerati & meditati sunt valde vtiles suis considerationib.q.a.s.ꝑ considerationē taliū puluerum hō spūalr̄ condit,à corruptione peccati præseruatur,homo per honestam conuersationem pingitur,hō ab infirmitatib.peccati sanatur,& ædificiū deo patri hō spūaliter præparatur. Talibus ergo puluerib. debemus animam nostram cōficere.Talibus puluerib. debemus conuersationem nostram pingere.Talib.pulueribus debemus sanitatem animæ procurare.Talibus pulueribus debemus Deo nosipsos ædificium præparare.Vt sic faciamus ꝙ præcipitur Mic.1.In domo pulueris puluere vos cōspergite.Sic ergo dico ꝙ istum triplicem puluerē debemus in corde reponere,& periugē memoria cogitare,s.puluerem nostræ vilis cōditionis,puluerem nostræ finalis solutionis, puluerem vitalis reuictionis & reparationis. Et sic igitur dico ꝙ puluis accipitur in scriptura in bono significato. ¶Sed se
C cundo dico ꝙ puluis pōt accipi in malo significato,& sic vt dictum est,signat mundi prosperitatem,& morum iniquitatem.Igitur dico quod prosperitas mundana pulueri comparatur,quia puluis est

Vermium nutritiuus.
Vestium fœdatiuus.
Aeris obturbatiuus.
Venenosorum obscuratiuus.
Luminis impeditiuus.

Sic est vere mundi prosperitas,s.diuitię & delicię & alia mundi bona, quæ more pulueris difficiliter aggregant,& faciliter dispergūtur,quia pro certo in ista vermes,i.peccatores nutriuntur.Esa.65.Serpenti puluis panis eius.Itē per istum vestes cōuersationis diuersis vitijs maculantur.Iob.7.Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris.Itē per istum aer conscientiæ obscuratur,& lumen gratiæ impeditur.Naum.1.In tempestate & turbine vię eius,& nebulę puluis pedū eius.Itē in illo venenosa aīalia.s.peruersi hoies conuersantur.Mich.7.Lingent puluerē sicut serpentes,& Iob.21.Simul in puluere dormient. Item per istam oculi intelligentiæ perturbātur.Vnde de malis in prosperitate cōstitutis dicitur Oseæ 13.ꝙ ipsi erūt sicut puluis turbine raptus ex aere,& sicut fumus de fumario. ¶Sed adhuc dico ꝙ puluis signat morum iniquitatē.Puluis.n.vt dictum est peccatorem designat.Puluis.n.nihil habet firmitatis,puritatis,puritatis aut fecunditatis.Vnde ēt arena maris q̄ proprie est puluerea,nec habet stabilitatē nec ēt fertilitatem.sic vere peccator nec est stabilis per constantiā,nec est purus ꝑ continentiā,nec fæcundus per bonorū operū redundantiā,quinimo isti sunt viles instabiles & mortui, & à cunctis bonis operib. defectiui.psal.Nō sic impij nō sic, sed tanquam puluis quem proijcit ventus a facie terræ.Vñ nota de malis quod ipsi habent.s.Præsumptionem reprehensibilem,ideo dicitur Non sic impij non sic.Conditionē abominabilē,iō dicitur Tanquam puluis. Afflictionem inęstimabilē,iō dicitur quod ventus ꝓijciet eos a facie terræ. Et sic ergo patet quomodo in bono significato & in malo accipitur puluis.Sufficit.vide de Arena.

A **Pullus.** Nota ꝙ pulli sunt iuuenes fætus aīalium,volucrum seu bestiarum:Et ideo breuiter dico qđ per pullos possunt intelligi ꝑsonæ miserabiles & pauperes & personæ in sensu vel in morib.vel ēt in tpalib.defectiuæ. Vnde pulli idem sunt in animalibus quod pueri in hominibus.Vnde nota ꝙ in scriptura per pullos intelliguntur viri Simplices & innocentes. Significat dico viros

Humiles & subiacentes.
Pauperes & impotentes.
Fatui & præsumentes.
Carnales & insolentes.

simplices & innocentes.Pulli.n. de sui natura sine malitia sunt quia,s.ꝑpter iuuentutem nec dum malitiam didicerunt.& isti sunt pulli colūbarum,qui in lege præcipiunt offerri, de quibus dicit Leui. 14.Offeret duos pullos colūmbarū.Et de hoc ēt Mat.21.Inuenietis asinam & pullum cum ea. Asina enim simplicitatē designat,q̄ Christi pullos comitatur & associat.Et breuiter isti sunt qui sicut pullus hirundinis sic clamant,& meditantur vt columba.Itē pullus signat viros humiles & subiacentes.Et sic per pullum intelliguntur subditi,quos prælati debent quemadmodum gallina sub alis congregare,quos plati debēt sicut aquila pullos suos ad bonū volitando desup prouocare,quos ēt prælati debent sub iugo obedientiæ alligare.Isti.n.pulli a prælatis sunt conuocandi.Matt.23.Gallina congregat pullos suos sub alis.A prælatis sunt prouocandi.Psal.seu Deu.32.Aquila prouocans pullos suos ad volādum,& super illos volitans.A prælatis ꝑ statuta sunt alligādi Mar.11.Luc.19.Inuenietis pullum alligatum.Item pullus signat viros pauperes & impotentes.Pullus enim nil habet fortitudinis & virtutis,sic nec pauperes habēt aliquid fortitudinis temporalis.Vnde isti sunt figurati in pullis coruorū quibus parentes quia eos sibi vidēt in nigredine dissimiles, cibos consueuerunt negare , quibus tamen dominus solet rorē cæli ministrare Quia vere illis pullis.i.pauperibus dñs melius prouidet,quos carere auxilio parentum & amicorū & auditorū videt psal.Qui dat iumentis escam, ipsorum,& pullis coruorum inuocantibus eum.Item pullus quandoq; signat viros fatuos & præsumentes.Pulli.n.vt communiter iugo carent,& ad volūtatem suā liberi vadūt Sic mali obstinati & præsumptuosi nullum obedientiæ iugum recipiunt sed per mundū in suis vanitatib.libere perabulant & discurrunt.Iob.11.Vir vanus in superbiam erigitur,& tanquā pullum onagri se liberū natum putat.Itē dico quod pullis quādo signant viros carnales & insolentes.Pulli. n. auium sunt valde viscosi,& maxime pulli turturum,& ideo non sani,vt dicitur in libro de natura rerū.Sic pulli diaboli sunt ꝑ luxuriam & gulā carnalis,viscosi & immundi & iō nō sunt sani. Isti sunt illi pulli de quibus dicitur Iob.39.Pulli aquilæ lambūt sanguinē.Sāguis.n.delicias & carnalitatē designat,quas isti diligunt atq; lambunt &c.Vide de Pullis in infinitis exēplis,quæ in diuersis titulis ponuntur.Sufficit.

Punire. Nota ꝙ punire idem est ꝙ pœnam infligere vel inferre.Multa possent dici,sed auctoritates vocales sunt quasi nullæ.Vide vbi pœna.Correctio.Percutere.Verberare.occidere.Flagellare.quia transeo.

Pupillus. Nota qđ pupillus dr̄ proprie filius vel filia carens patre sub ætate annorum 12.vł 14.constitutus,sub tutoris arbitrio a patre vel a iudice ordinatus,iuxta illud Thren.5.Pupilli facti sumus absq; patre matres nostræ quasi viduæ.Per pupillum ergo in scriptura intelliguntur illi qui mundanis auxilijs destituti sunt tutori pauperum deo totaliter derelicti.psal.Tibi enim derelictus est pauper,orphano tu eris adiutor.Sicut.n.pupilli sunt in iure valde priuilegiati,sic & pauperes simplices & innocentes,q̄a vere tales dominus adiuuat & defendit, ipsosq; ꝑcipit ab alijs adiuuari.De ipso.n.dr̄ Oseæ 14.Eius qui in te est misereberis pupilli.Et in ps.Pupillū & viduam suscipiet & deprecationē eorū exaudiet,& saluos faciet eos. Quod etiam a nobis velit eos foueri & protegi & tueri,dr̄ Eccl.4. In iudicando est pupillis misericors. Et ideo tales pupilli.i. personæ miserabiles, sunt

Viriliter defendendi.
Benigniter indulgendi,seu
Crudeliter non lædendi.
Liberaliter nutriendi.
Clementer exaudiendi.
Cordialiter consolandi.

Quia ergo debeamus pupillos defendere , patet Iob. 29. vbi de seipso dicit.Pro eo qđ liberassem pauperē vociferantem,& pupillum cui non erat adiutor.Item quod eos debeamus fouere seu non lædere,patet Zach.7.vbi præcipitur.Pupillum & viduam nolite calūniari.Item ꝙ eos debeamus tēporalr̄ nutrire,patet Iob.31. Si non comedit pupillus ex ea &c.Item quod ipsos debeamus misericorditer exaudire patet Eccl. 35. Non despiciet præces populi. Item quod ipsos debeamus consolari vel visitare

visitare,patet Iacob.1.vbi dr̃ ꝙ hæc est immaculata religio, visitare infirmos & viduas in tribulatiõe eorũ. Quæ tñ oĩa sunt contra multos crudeles & tyrannos,qui magis consue uerunt lædere pupillos & innocẽtes q̃ impios & nocentes, similes lupis & miluis,q pullis & auib. defensione & fortitudine carentib.insidiant̃ & inimicant̃.Cõtra quos dr̃ Iob. 6.Sup pupillũ irruitis,& subuertere,nitimini amicũ vestrũ. Eze.22.dr̃ pupillũ & viduam cõtristauerunt apud te &c. Vide supra de Pauperibus.Paruulis.Innocentibus &c

A **Purgare.** Purificare.Purus.Purissimus.Cũ purgare nihil aliud sit quã aliquid à sordib. mũdare,& ab immunditijs purũ facere,& ad puritatẽ reducere, possumus breuiter notare quod in scriptura inueniunt̃ plura quæ purgant & purificant aĩam à pc̃tõ. Sicut .n. medicus purgat corpus vt sanitas ĩtroducat̃,ancilla purgat domum vt munda reperiatur,aliqui fabri purgant metalla vt tincturã recipiat̃,sic vere hõ debet purgare & purificare, cor suũ vt possit sanitatẽ gratiæ recipere,& vt possit mũdus coram dño comparere,& vt possit tincturã bonæ conuersationis recipere & habere.Iõ dr̃ Iac.4.Emũdate manus pc̃tõres purificate corda duplices aĩo.Et 1.Corin.5. Expurgare vetus fermentum,vt sitis noua conspersio.Et ideo de leproso mũdato & purificato dicitur Leuit.14.quod sacerdos debebat eum aspergere septies vt iure purgaretur.Et nota quod dicit septies,pro eo quia septem sunt quę summe purgant animam à peccato.Anima enim purgatur scilicet

Per pænitentiæ dolorem.
Per amicitiæ feruorem.
Per elemosynæ dulcorem.
Per iustitiæ rigorem.
Per fidei splendorem.
Per correctionis vigorem.
Per compunctionis fluorem.

Purgant ergo animam pænitentiæ dolores, ꝙ notat̃.Nume.31.vbi dr̃ qđ quicquid potest sustinere ignẽ,igne purgabitur.Item amicitię feruores. vnde Malac. 3. Ignis conflãs purgabit filios leui. Itẽ elemosynæ dulcores, Thob.12.Bona est elemosyna cũ ieiunio.Ipsa est.n.q̃ purgat pc̃tã.Item iustitiæ rigores.vnde de Gedeone dr̃ Iud. 6.ꝙ ipse purgabat triticũ in torculari. Torcular vero pressuram iustitiæ designat.Item fidei & sciæ splendores.Prouerb.15. Per misericordiam & fidem purgantur peccata.Item correctiones & timores.Iob.41.Timebunt Angeli,& territi purgabuntur.Item compunctionis fluores.vnde Leuit.14. Purificatus aqua ingredietur castra.Istæ sunt ergo mundatiões & purificationes spiritales quæ animas purificant á peccatis,quas q̃dem nos omnes Christi fideles debemus habere, vt corã deo purissimo & sanctissimo possimus ĩ puritate & sanctitate,& iustitia cõparere,iuxta illud Leu.19. Sãcti estote,qm̃ ego sanctus sum. Talis. n. puritas sic acq̃sita in nobis oĩb.maxime in ecclesiasticis req̃ritur; vt vnusquisq; digne domino famuletur.Exemplo Pauli,de quo dicitur actuum 21.quod purificatus intrauit in templũ. Ad denotandum ꝙ illi qui templũ ecclesiæ habent intrare,& ibi dño ministrare,necesse habent seipsos à vitijs expurgare,& à cunctis criminib.& sordibus expirare.vnde Leu.12. Non ingrediẽtur sanctuariũ donec impleant dies purgatiõis suæ. Et aduerte qđ sicut res tunc bene purgantur quando ad puritatem & simplicẽ reducuntur,ita quod de ꝑmixtione rei alterius nihil oĩno in eis remanet aut moratur;sicut vinum dicitur purũ quando est sine aqua,aurũ dicitur purum qñ est sine alio metallo,sic vere homo tunc purus & purificatus dr̃, quãdo non miscetur cum aliquo mortali peccato iuxta illud Prouer.25.Auferte rubiginem de argẽto,& egrediẽtur vas purissimum.¶ Vnde nota quod ad hoc ꝙ simus puri & Purissimi necesse est,ꝙ simus Oĩs spurcitiæ deiectiui.Aufer inquit rubiginem.Mundæ facundiæ ostensiui. De argento inquit. Prauæ cõcordiæ fugitiui.Egrediet̃ inquit.diuinæ gratiæ cõtentiui.Vas inquit purissimum.Necesse est ergo Deiicere à mente prauitatem. Aufer rubiginem.Ostẽdere in verbis venustatẽ.De argento.Cõtemnere prauam societatem.Egrediet̃.Recipere gratiæ bonitatẽ.Vas purissimũ inquit.¶ Primo ergo vt purissimi simus eijciamus à mente prauitatem.
B Aufer inquit rubiginem.i.culpam.Animalia.n.se purgant a corporis humorib.vt pura & sana fiant,sicut patet in cane, qui vomitu se purgat.& ẽt de cerua;quæ vt vidit Plin. antequam concipiat,purgat se quibusdã herbis,& ita melius cõcipit sic purgata.Sic vere charissimi si spũm salutis volum⁹ concipere,necesse est primo prauis vitiorũ humoribus nos purgare,vt puritatẽ mentis & corꝑis possimus integre custodire.Aufer rubiginẽ inq̃t.Esa.1.Auferte malũ cogitationum vestrarum.Et hoc quia sicut dr̃ Eze.24.Ve ciuitati sanguinum,olle cuius rubigo in c.est.& 1.Tim.2. Leuantes puras manus sine macula & Iaco. 4. Purificate corda &c.Eijciamus igit̃ a mente prauitatẽ.¶ Secũdo si volumus esse puri,obtineamus verborũ venustatẽ.Domus. n. non est pura seu munda,cuius ostiũ est immundum.Sic vere ille hõ non põt esse spiritualiter bene purus,cuius ostium oris est ĩmundum,sermonib.malis & sordib.maculatum.Et iõ dicit. De argento.i.de eloquentia,quia.s.non solum debemus habere puram conscientiã,immo ẽt facundiam & eloquentiam, iuxta illud Iob.11.Purus est sermo meus,mundus,sum ego a peccato.Quia sicut dr̃ in psal.Eloquia domini casta argẽtum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplũ.¶ Tertio dico ꝙ volumus esse puri,vilipendamus.s.malam societatem.Egredietur.Vinum.n.non est purum quamdiu fæcibus est permixtum.Balsamus etiam tunc purus dicitur,quando ab omni mala materia segregatur.Sic vere si puritatem mentis & corporis habere volumus, necesse est quod nos ab immũdis societatibus separemus.Egredietur inquit.Ideo dicitur Hierem.48.Egrediemini de Babylone. Quia sicut dr̃ Nu.19.Quicquid tetigerit immundus immũdum faciet.Vnde præcipitur Nu.8.Leuitas separabis de medio.& sequitur.Purificabisq; & consecrabis eos. ¶ Quarto vero dico ꝙ si volumus esse puri,contineamus,gratiæ sanctitatem.Vas inq̃t purissimum. Aqua enim purificat vas in quo ponitur,sic gratiam puram facit cor in quo recipit̃. vt sic de vasibus cordiũ nostrorum dicatur illud quod dicit̃ 2. Par.9.Vasa domus saltus libani erant ex auro purissimo.Sic ergo dico ꝙ si ista quatuor habuerimus,puri,sancti & mundi erimus.Vas inquit purissimũ.Sed nota ꝙ dicit purissimũ in superlatiuo,ad denotandum quod nos debemus habere omne genus puritatis,videlicet puritatem

Conscientiæ.
Continentię.
Apparentiæ.
Sapientiæ.

De puritate conscientiæ dicit̃ 1. Tim. 3.Habentes ministerium fidei in conscientia pura. De puritate continentię dicitur Lu.Impleti sunt dies purgationis Mariæ,quæ.s.erat virgo;de puritate apparentiæ dicitur Exod.37.Fecit arcam de lignis sethim,& vestiuit eam auro purissimo.De puritate vero sapientiæ dicitur Leu.24.Afferant oleum de oliuis purissimum ac lucidum ad continendas lucernas.Ista ergo de puritate sufficiant. vide supra de Innocentia,de Castitate,& de munditia, & cætera similia.

Purpura. Nota quod purpura qñq; sumitur ꝑ panno,quandoque pro vestimento,qñq; pro colore,qñq; ꝑ tinctura.Quocũq; ergo mõ sumatur purpura,colorẽ habet rubeũ,preciosum & speciosum,intantũ qđ antiquitus non fuit licitum cuilibet vti purpura, sed tãtum regib.& magnatib. & comitib. Vnde etiam de senatoribus romanis dicitur.1.Mac.8.quod nemo induebatur purpura. quasi diceret.Nemo assumebat sibi tantam potestatem qđ purpura vteretur.Notandum ergo quod purpura potest significare gloriã,eminentiã & honorẽ siue in bono siue in malo.Et sic breuiter dico ꝙ in scriptura inuenitur purpura A

Interior,quæ est virtuosa.
Exterior,quæ est gratiosa.
Superior,quæ est gloriosa.
Inferior,quæ est vitiosa.

Prima signat charitatis ruborem. Scđa signat honestatis decorẽ.Tertia signat fęlicitatis splendorem.Quarta autem signat prosperitatis feruorem.¶ Primo igitur dico quod inuenitur purpura charitatis interioris.Ista est indumentum sponsæ Christi Prou. 31. Byssus & purpura indumentũ eius.Byssus est castitas.Purpura est charitas.Indumentum est honestas. Purpura q̃ est ignea,signat feruorem charitatis & amicitiæ.Purpura quæ est sanguinea,signat sanguinem martyrum, & vigorem patientiæ.Purpura vero quæ est rosea,signat ruborem verecũdiæ.Ista sunt ergo interiora animæ indumenta, quia sicut dicitur Cant.2.deus ascensum purpureum media charitate cõstrauit.Et iõ breuiter de ista interiori purpura dicitur Ecclesi.45.quod stola sancta erat de auro hyacintho & purpura.Stola.n.est gratia,quæ etiam a sanctis dicitur stola prima,q̃ pro certo cõtinet aurum splẽdentis sapientiæ,& hyacinthum fulgentis apparentiæ.Iste enim est ille color egregius

gius quo cortinæ eccleſiæ vel tabernaculi ꝓ parte cōponebant. Quia ꝓ certo nullus pōt eſſe dñi tabernaculū aut cortina, niſi habeat purpurā charitatis. vñ Exo.26. Facies velū de hyacintho & purpura. Iſta eſt ergo purpura charitatis interioris. ¶ Scḋo dico qḋ eſt purpura honeſtatis exterioris. Cōuerſatio.n. noſtra debet eſſe tota purpurea, fulgida, admirabilis & honeſta. Eze.27. Hyacinthus & purpura de iſulis Eliſa facta ſunt operimentū tuū. Qḋ bene figurat Num. 4. vbi dr̄ ꝙ altare qñ debebat portari, debebat mundari cinere, & inuolui purpureo veſtimēto. Ad denotandū ꝙ ſi altare dei eſſe volumus, purpureo veſtimento honeſtæ cōuerſationis veſtiri debemus. Dan.5. Indutus eſt Daniel purpura. ¶ Tertio dico ꝙ eſt purpura maieſtatis ſuperioris, ſ. gloriæ paradiſi. Purpura.n. nō cōcedebat niſi regi & amicis rè-
B gis. ſic nec gloria ęterna niſi Chrō & Angelis & beatis. vñ. 1. Mac.10. dr̄ ꝙ rex iuſſit Ionathā ſpoliari veſtimentis ſuis, & indui eū purpura. Quia. ſ. rex noſter deus primo ſanctos ſpoliat veſtimentis mortalitatis, & tandē eos induit purpura īmortalis gloriæ & maieſtatis. 1. Mac.11. Dedi ei ꝑtatē bibēdi in auro. & eſſe in purpura, & habere fibulā aureā. Vbi nota ꝙ beati in patria æternæ ſapientiæ poculo recreant, quia iſti bibunt in auro. Supernæ eminentiæ titulo decorant, q̄a iſti ſunt in purpura, Internæ amicitiæ cingulo colligant, q̄a ſ. iſti habent fibulā aureā. Et iō breuiter de quolibet ſic purpurato pōt dici illud Heſt.8. vbi dr̄ ꝙ Mardocheꝰ fulgebat veſtimentis regis, coronā aureā portans in capite, amictus ſerico pallio atq; purpureo. Iſta eſt ergo purpura maieſtatis ſuperioris. ¶ Quarto dico ꝙ eſt purpura dignitatis ſeu ꝓſperitatis īferioris, & iſta nihil aliud eſt q̄ gloriā mundi, de qua dr̄ Lu.16. ꝙ hō quidā erat diues, & induebatur purpura & byſſo, & epulebat quotidie ſplendide. Iſta.n. purpura eſt hodie veſtimentum trium generum perſonarum, videlicet

Superborum & crudelium.
Immundorum & carnalium.
Guloſorum, & voracium.

De ſuperbis patet Iudith. 10. vbi dr̄ quod Holofernes q̄ erat ſuperbiſſimus, ſedebat in conopeo ꝙ erat ex purpura. De carnalib. patet Apo.18. vbi dicitur quod mulier mater fornicationum circundata erat purpura, & auro tecta. De guloſis vero patet Lu.16. in præallegata auctoritate Hō quidā erat diues &cę. Et hæc de purpura ſufficiant. Vide ſupra de Accipere, vbi purpura accipitur pro patientia &cæ.

A **Puſilanimis.** Nota ꝙ puſilanimis dr̄ quaſi puſillus animus, & ſic idem vr̄ ſignificare quod humilis timidus ſeu paruus, ſicut Chriſtus dixit diſcipulis Lu.12. Nolite timere puſillus grex, quia cōplacuit patri veſtro dare vobis regnū. Puſillanimes ergo ſunt cōſolandi, & ne præ timore deficiant in moribus vel in fide à ſirmiorib. roborandi. vñ Eccle.7. Noli eſſe puſillanimis in aīo tuo. & Eſa.35. Puſillanimes confortamini. &. 1. Theſ.5. Cōſolamini puſillanimes &c. Multa poſſent dici, ſed auctoritates deſunt. Vide vbi Humilitas, Paruus, Modicus &c. De puſillum vero dic quod idem eſt quod modicum ſeu parum. Et certe dic quod eſt dare puſillum loci & puſillum temporis. De loco dicitur Luc.5. Rogauit Ieſus Symonem vt nauem à terra puſillum reduceret. De tempore dicitur in pſal. Et adhuc puſillum, & non erit peccator. & Marc.9. Venite ſeorſum, & requieſcite puſillum &c. Nihil plus. vide vbi Modicum, & vbi Parum, quia tranſeo gratia breuitatis.

A **Putare.** Nota qḋ putare idem eſt quod credere opinari, & æſtimare. Et ideo cum putare non dicat mihi aliquam certitudinem veritatis, ſed potius credulitatē dubietatis, poſſumus notare & dicere ꝙ eſt vnū putare

Simplicium & infirmorum.
Credentium & perfectorum.
Præſumentium & fatuorum.

Dico ergo quod eſt vnum putare ſimplicitatis, ſicut Luc.3. dr̄ ꝙ Chriſtus putabatur filius Ioſeph. Item eſt putare credulitatis. vnde Paulꝰ dicit 1. Cor.7. Puto quod ſpiritum dei habeam. Boni.n. putant terrena nihil valere, poſt mortem vitam habere, in fine Chriſtum videre. Putant dico terrena parum valere. vnde Iob.31. Si putaui aurum robur meum. ſi pro non. Putant etiam poſt mortem vitam habere. Iob.11. Cum te conſumptum putaueris, orieris & lucifer &c. Putant in fine Chrm̄ venire. Math.24. & Luc.12. Qua hora non putatis filius hominis veniet. Illud eſt ergo putare certæ credulitatis. Item eſt vnum putare fatuitatis. Et iſtud eſt illud quo fatui & prę ſumptuoſi putant & exiſtimant multa facta. Iſti enim putāt

Proſperitatem, quod eſt aduerſitas.
Fugacitatem, quod eſt ſtrenuitas.
Simplicitatem, quod eſt ſagacitas.
Strenuitatem, quod eſt debilitas.
Sublimitatem, quod eſt infirmitas.
Securitatem, quod eſt dubietas.
Diuinitatem, quod eſt fatuitas.
Fatuitatem, quod eſt fatuitas.
Ruſticitatem, quod eſt nobilitas.
Affabilitatem, quod eſt loquacitas.
Iuſtam æquitatem, quod eſt credulitas.
Summam facultatem, quod eſt tenuitas.

Primum patet 2. Regum 4. vbi ille qui putabat ſe proſpera nunciare de occiſione Saulis, occiſus fuit à Dauid. Secundum patet Iudic.20. vbi filij Beniamin putauerunt filios Iſrael fugere, quos tamen inuenerunt fortiter rebellare. Tertium patet 4. Regum.5. vbi Naaman putauit Heliſeum ſimpliciter agere de hoc quod ipſum corporaliter non tangebat, & de hoc quod in fluuio Balneare iubebat, quem tamē expertus eſt prudenter egiſſe. Quartū patet. 2. Paral. 25. vbi regi de multitudine & robore ſui exercitus confidenti dixit propheta. Si putas in robore exercitus bella conſiſtere, ſuperari te faciet dominus. Quintum patet Iudith. 7. Putant ciuitatem in montibus poſitam ſuperari non poſſe. Sextum vero patet Iob.22. Putabas te tenebras nō viſum. Septimū patet Sapi.13. vbi dicitur quod idololatrę rectores orbis terrarum deos putauerunt illas res eſſe quarum ſpecie delectabantur. Octauum patet Marci. 6. vbi diſcipuli videntes Ieſum ambulantem ſupra mare, putauerunt fantaſma eſſe. Nonum patet 1. Cor.12. vbi dicit quod quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorē circundamus. Decimum patet Iob.13. vbi dicitur. Vtinam taceretis, vt putamini eſſe ſapiētes. Et ſicut dicitur Iacob.1. Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguā ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. vnde Matth. 6. illi reprehenduntur qui putant, quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Vndecimum patet in illo Aman qui dicebat Heſter.5. Nihil me habere puto quam diu video Mardocheum ſedentem ad fores palatij. Duodecimum patet Luc.8. vbi dicitur quod qui non habet, etiam quod habere putat auferetur ab eo. Sufficit de putare. A

Puteus. Cum puteus ſit foſſa ſtricta & profunda in quam homo poteſt faciliter cadere, & difficiliter exire, poſſumus notare breuiter quod in ſcriptura inuenitur puteus.

Humilitatis & perfectionis.
Subtilitatis & diſcretionis.
Benignitatis & compaſſionis.
Fælicitatis, & ſaluationis.
Proſperitatis & ſucceſſionis.
Carnalitatis & infectionis.
Cupiditatis & ambitionis.
Pænalitatis & afflictionis.

Eſt dico puteus humilitatis & perfectionis, q̄a ſcilicet vir humilis & ꝑfectus dicit puteus vbi continetur abundantia gratiarum. Canti.4. Puteus aquarum viuentiū quæ fiunt impetu de libano. Puteus ſubtilitatis & diſcretiōis eſt puteus ſacræ ſcripturæ, vbi aquæ ſcientiarum continue hauriuntur, quib. deuotæ animæ irrigantur, de quo Gene.16. Appellauerunt locum illum puteum videntis & viuentis. Puteus enim iſte facit viuere per gratiam, & facit videre per ſcientiam. Veruntamen de iſto poteſt multis dici illud quod dictum fuit domino aquā viuā de puteo promittenti. Io.4. Domine neque cū quo haurias habens, & puteus altus eſt. Puteus benignitatis & cōpaſſionis eſt cor & affectio viri pij, vbi deſolati ſolent aquā. i. refugiū miſericordiæ reperire, de quo Prouer.5. Bibe aquas de ciſterna tua & fluēta putei tui, deriuētur fontes tui foras & in plateis aquas tuas diuide. Puteus fælicitatis & ſaluationis eſt inexauſtibilis, ꝓfunditas ęternę gloriæ de qua Gen.26. Vocauerunt nomē putei latitudo. Puteus ꝓſperitatis & ſucceſſionis & ꝓfunditas mūdanæ opulētiæ, de quo dr̄ 2. Mac.1. ꝙ in valle erat puteus altꝰ & ſiccꝰ. In valle.n. huius mūdi eſt puteus ꝓſperitatis, qui altus & ſiccus dicitur propter altitudinem elatiōis, & propter ſiccitatem indeuotionis. Mundus enim eſt illa vallis qua habebat multos puteos bituminis. Et bene dicūtur bituminis, q̄a nimis violēter detinēt hoīem atq; ligant. Puteus carnalitatis & infe-

& infectionis est insatiabilitas luxuriæ. Et sic dr̄ Prouer. 23. ꝙ fouea profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Iste est puteus de quo dr̄ 2. Machab. 1. ꝙ in puteo non inuenerūt ignē, sed aquā crassam q̄a verè tales putei. s. luxuriosi & maxime malę mulieres sunt putei propter insatiabilitatē & sunt angusti ꝓpter ineuasibilitatem, non habēt ignem. i. charitatem, sed solū aquā crassam. i. carnalitatē. Puteus cupiditatis & ambitionis est isatiabilitas auaritiæ. Et iō de isto puteo potest intelligi illud Apocalip. 9. Aperuit puteū abyssi, & ascendit fumus putei sicut fornax. Sed de isto puteo. s. de auaro vide satis plenè supra de adimplere. §. 2. Et iste est ille puteus de quo dr̄ Gen. 26. Fodit alium puteum, appellauitq; eum inimicitias. quia. s. auarorum sunt oēs populi inimici. Isti sunt ergo valde mali putei, qui continent aquas venenosas & periculosas. Et ideo nos debemus dicere mūdo illud Nu. 20. Non bibemus aquas de puteis tuis. Puteus pœnalitatis & afflictionis est puteus inferni, de quo dr̄ in psal. Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus. Qđ timens Dauid dicebat in psal. Neq; absorbeat me profundum, neque vrgeat sup me puteus os suum. Sic igit̄ quō diuersimodè sumitur puteus in scriptura. vide supra de Profunditate.

A **Putredo.** Nota ꝙ putredo nihil aliud est quàm rerum corruptio & cōsumptio. Et ideo breuiter possum dicere ꝙ in scriptura inuenitur. s. putredo

Naturalis mortalitatis.
Spiritalis iniquitatis.
Corporalis carnalitatis.
Cordialis malignitatis.
Temporalis infirmitatis.

Putrescit. n. homo p mortalitatem naturaliter. Iob 25. Homo putredo, & filius hominis vermis consumitur velut à tinea. & Iob 13. Quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimētum quod comeditur à tinea. Item putrescit homo p iniqtatem spiritaliter. vnde Mich. 2. Propter iniquitatem eius corrumpetur putredine pessima. Item putrescit per luxuriam corporaliter. Ioelis 2. Computruerunt iumenta in stercore suo. & Ecclesia. 19. Qui se iungit fornicarijs, erit nequam, putredo & vermes hæreditabunt illum. Item putrescit per inuidiam cordialiter. Prouer. 14. Putredo ossium inuidia. Item putrescit homo per infamiam temporaliter. Amos. 4. Ascendere feci putredinē castrorum vestrorū in nares vestras. & Prouer. 10. Nomen impiorum putrescet &c.

B ¶ Si vis dic adhuc aliquid de putredine vitiorum. Sicut. n. videmus ꝙ res putrescunt multis de causis, s. propter

Humoris excessum.
Caloris accessum.
Tumoris processum.
Vigoris recessum.
Salis seu ardoris decessum.

Sic dico ꝙ hō spiritualiter cōputrescit ꝓpter excessum & abundantiam humoris ꝓsperitatis. Vnde de manna refertur seruato plus debito dr̄ Exo. 16. ꝙ scatere cœpit vermibus, & computruit. Et de flumine ægypti, vbi. s. tanta erat aquarum abundantia, dr̄ Exo. 7. Cōputrescent aquæ, & affligētur ægyptij. sequit̄. Cōputruit fluuius, & nō poterant ægyptij bibere aquā. Itē putrescit hō pp accessum & ꝓperātiā caloris cupiditatis. Vina. n. in æstate putrescunt & acescunt pp calorē. Vnde cōtra auaros loquit̄ Iaco. 5. c. dicens. Agite nūc diuites &c. sequit̄. Diuitiæ vestrę putrefactæ sunt &c. Et dr̄ Iob 7. Induta est caro mea putredine & sordib. pulueris. Puluis. n. diuitias signat. Item putrescit hō pp ꝓcessum & excellentiā tumoris pōpositatis. Tumor. n. apostematum sp̄ cōtinet putredinē. vnde Hiere. 13. Putrescere faciā superbiā Iuda & superbiā Hierusalē & Ioelis 2. Ascendet putredo eius, quia superbè egit. Num. 5. Inflato ventre computrescet femur eius. Item putrescit homo pp recessum & desistentiam vigoris & bonitatis. Sicut. n. videmus, ꝙ homo putrescit anima recedente, sic anima gratia moriente. Esa. 50. Computrescēt pisces sine aqua, & morientur in siti. Item putrescit homo pp decessum & defluētiā splēdoris sagacitatis. i. pp defectū salis sapiētię. ps. Putruerūt & corruptæ sunt cicatrices meę à facie insipiētię meę &c. sufficit de putredine &c. ¶ Explicit littera P.

¶ Incipit littera Q.

Quadraginta Nota ꝙ numer⁹ quadragenarius cum sit numerus solidus & quadratus, constās ex denario quater ducto, potest significare multa in scriptura tā in bono q̄ in malo significato. Et primò dico ꝙ signat in bono. Et sic dico ꝙ quia iste numerus constat ex decem quater assumptis, iō signat illum statum in quo seruatur denarius legis mandatorum, & quaternarius quattuor cardinalium virtutum. Et iō propriè loquendo, iste numerus propriè signat illam triplicem quadragesimam quam Christus dominus obseruauit, inquātum. s. quadragīta dieb. & quadraginta noctib. ieiunauit, inquantum etiam 40. horis in sepulchro iacuit. In quantum etiam 40. discipulis post resurrectionem apparuit. Istæ. n. tres Chr̄i quadragesimæ signant tres hoīum status ꝙ possunt per quadraginta seu per quadragesimā designari. s.

Statum pœnitentiæ quo ad primam.
Statum miseriæ quo ad secundam.
Statum gratiæ quo ad tertiam.

Prima designat̄ p indeserto ieiunationem. Scđa designat̄ p in sepulchro requietionē. Tertia verò designatur p in discipulos apparitionē. ¶ Dicam⁹ ergo primo de quadragesima pęnitentiæ, quam Chr̄s spāliter cōsecrauit, & ipsam colendā & ieiunandā fidelibus declarauit. Ista. n. quadragesima à Chr̄o vt dictū est, fuit exēplata. A patribus fuit obseruata. A ꝓphetis fuit p̄dicata. A figuris fuit iudicata. Dico ꝙ à dn̄o fuit exēplata, q̄a. s. vt dictum est, in exemplum fidelium Deus quadragesimā ieiunauit. Matt. 4. Cū ieiunasset 40. diebus & 40. noctibus &c. Itē fuit à sanctis patribus obseruata, q̄a. s. Moyses quadragesimā ieiunauit, dicens. Deute. 9. Procidit ante dn̄m sicut prius 40. diebus & 40. noctibus panē non comedens &c. Helias ēt quadragesimam confirmauit, quia. s. de ipso dr̄ 3. Reg. 19. ꝙ in fortitudine vnius refectionis ambulauit 40. diebus &c. Item ista à prophetis fuit p̄dicata, & maximè à Iona dicēte Ionæ 3. Adhuc 40. dies, & Niniue subuertetur. ac si diceret. Niniue ciuitas diaboli. i. congeries vitiorum destruitur, qn̄ 40. dies dignè à fidelibus ieiunantur. Item ista fuit in multis actibus figurata. Et sic dico ꝙ ista figurata fuit in scriptura secundum suas diuersas & varias cōditiones & virtutes quasi in locis omnibus vbi de numero quadragenario fit mentio in scriptura. Et ideo ad ostendendum proprietates istius tēporis diuersimodè figuratas possumus notare quòd quadragesima est tempus. B

Deuotionis.
Orationis.
Afflictionis.
Quietionis.
Durationis.
Tentationis.
Contēplationis.
Peregrinationis.

Est dico tp̄s deuotionis. Ad litteram. n. in tp̄e quadragesimali humor terræ & arborum incipit abundare, ita ēt ꝙ tunc solēt vineę lachrymari. Sic verè sp̄ualiter tunc dēt in nobis abūdare humor deuotionis & lachrymę ēt compassionis & cōpunctionis. Et hoc figuratur Exod. 16. vbi ꝙ dr̄ filij Israel 40. Annis comederunt manna. Manna verò qui cibus erat dulcissimus, deuotionem & compassionē designat̄. Itē est tp̄s orationis. In isto. n. tp̄e aues incipiūt modulari. sic & nos debemus per orationem & gratiarum actionem in domino iocundari. vnde Deut. 9. Procidi ante dn̄m 40. dieb. & 40. noctibus. Item est tp̄s afflictionis. In isto. n. tp̄e homines maiores & labores & afflictiones patiuntur, quia. s. agriculturæ tunc tp̄is exercentur. Sic sp̄ualiter in isto tp̄e debem⁹ terram corporis per pœnitentiam colere, & opera virtuosa exercere. Et hoc figuratur per desertum in quo 40. annis populus Israel peragrauit, quia. s. desertum asperitatem pœnitentiæ designat. vnde Deut. 29. Adduxi vos per desertum 40. annis. Item est tp̄s quietionis, quia. s. in isto tp̄e solet terra q̄escere à frigoribus hyemis & tempestatibus. Sic verè homo debet tunc cessare à vitijs & criminalibus. Et hoc figuratur Iud. 3. vbi dr̄ ꝙ à prælijs quieuit terra 40. annis. Item est tp̄s durationis & perseuerantiæ in bono statu. Tunc. n. magis solent perseuerare homines in laboribus, & magis ibi quàm in alijs anni temporibus. Sic spiritualiter magis est tunc bonis operibus insistendum. Deut. 9. Perseueraui in monte 40. diebus. Item & tp̄s pugnæ & tentationis, tunc. n. solent reges ad bella procedere, tunc solent aīalia & volatilia amore stimulata ꝓ vxoribus prelia tollerare. Sic & nos in isto tp̄e debemus contra hostes sp̄uales bella gerere. exēplo Chr̄i, de quo dr̄ Luc. 4. ꝙ agebatur à spiritu in deserto & tentabatur. Item est tp̄s contemplationis, quia. s. in isto tp̄e solent humores de terra sursum ad ramos ascendere. Sic & nos etiam de terra & terrenis debemus ad cœlestia surgere, & per contemplationem superius nos leuare exemplo Moysi dicentis Deut. 10. Steti in monte sicut prius 40. dieb. &c. Mons. n. altitudinem contemplationis designat. Item est tempus peregrinationis.

tionis. In isto.n. tépore solét hoies ire in peregrinatiõe. Ver.n. sicut est tps non nimis calidũ vel frigidum, sed magis in suis qualitatibus téperatũ, & ad itinera aptũ, sic nos in isto tempore debem⁹ nos facere peregrinos, f. abdicãdo patria huius mundi, & ambulãdo mentaliter ad aliã patriã, f. ad paradisi patriã nřam. exẽplo Heliæ, de quo dř 3. Reg. 19. ꝙ in fortitudine cibi sumpti ãbulauit 40. dieb⁹ & 40. noctibus vsq; ad mõte dei. Ista est ergo quadragesima pniæ. ¶ Secundò dico ꝙ est quædã quadragesima pestilentiæ seu miseriæ, & ista signat tps vitæ præsentis, quod numero quadragenario designatur. Iste.n. numerus qui hẽt quatuor quadrãtes, signat tps præsens, & etiam vitã nřam, quæ quatuor elementis cõponiť, quatuor humorib. compingitur quatuor qualitatibus distinguitur, quatuor mundi partib. cotineť. Iste ergo numerus quadrans figuratur in illo numero 40. annorũ in quo filij Israel cum immensis laboribus desertũ circuierunt, vbi pœnas infinitas sustinuerunt, & vbi plurimi eorum plagis varijs perierunt, ita ꝙ paucissimi eorum terram promissionis intrauerunt, sicut per oĩa patet Nume. 14. significans præsentem vitam, vbi in deserto huius mundi tribulationes varias sustinemus; ita ꝙ quandoque diuersis cladib. deficimus, & iter nostrum ad paradisum diuersis vitijs impedimus. Nota ergo hic ꝙ ista quadragesima est tps periculosum & odiosum multis rationibus. f. quia est tempus

Submersionis.	Dico ergo ꝙ in quadragesima huius
Subuersionis.	vitæ animæ delicijs submerguntur.
Occisionis.	Gen. 7. Factum est diluuium 40. die-
Afflictionis.	rum. Item aïæ vitijs subuertuntur. Io
Punitionis.	næ 3. Adhuc 40. dies, & Niniue sub-
Offensionis.	uertetur. Item aïæ supplicijs occidũ-
Vagationis.	tur. vnde 2. Reg. 10. Occidit Dauid

de Syris 40. milia. Item boni miserijs affliguntur 2. Cor. 11. Quinquies quadragenas vna minus accepi. supple plagas. Item mali pro suis nequitijs puniuntur. Nu. 14. Quadraginta annis recipietis iniquitates vestras. Item Deus angeli offenduntur. psa. Quadraginta annis proximus fuit gñationi huic. Alia littera habet Offensus. Item mali & impij euagãtur. vnde Num 14. Filij vestri vagi erũt in deserto 40. annis. Ista est ergo quadragesima miseriæ tpalis. ¶ Tertiò dico ꝙ est quædam quadragesima gratię virtualis, & ista signat statum hoium pfectorũ, q in 40. virtutibus consistit, videlicet

In duodecim articulis fidei.	Ista.n. simul iuncta nu
In decem legis mandatis.	merum quadragena-
In septem moralibus virtutibus.	riũ perficiũt, q̃ hoiem
In septem donis spiritussancti.	pfectum constituunt,
In quatuor virtutibus cardinalibus.	quia sicut teste Pli. por

cus 40. dieb. impiguať, lapis ẽt q dř excoliceros 40. colorib. decorať, sic vir perfectus pdictis 40. virtutib. adornať, ita ꝙ tales figurant in Isboseth de quo dř 2. Reg. 1. ꝙ 40. annorũ erat Isboseth cũ regnare cepisset. Ad denotãdũ ꝙ illi q regnum ecclesiæ volunt accipere vel tenere, vel regnum paradisi finaliter introire, dñt 40. annos. i. 40. virtutes pdictas habere 3. Reg. 2. Dies q b. regnauit Dauid 40. anni sunt. Sic ergo patet ꝙ triplex est quadragesima, f. q̃dã pniæ corporalis, q̃dã miseriæ tpalis, quædã gratię seu efficaciæ virtualis &c.

A **Quadrus. Quadratus.** Nota ꝙ quadratura sumiť in bono & in malo. Res.n. quadrata quattuor habet angulos, & est talis conditionis ꝙ difficilius mouetur, & in loco stabilius situať q̃ res alia qualiscunq;. Signat igitur in bono quadraturã virtutum, & maximè virtutum cardinalium, q̃ sunt quatuor, quæ hominem faciunt stabilem in bono, iuxta illud 3. Reg. 5. Præcepit rex vt tollerent lapides grãdes in fundamẽto tẽpli, & quadrarent eos. Et ad hoc etiã facere possunt figuræ de altari, de rõnali, de lapidibus, de lignis templi & tabernaculi, quæ oĩa erant quadrangula, sicut dř Exo. 28. & 30. & 37. & 3 Reg. 6. Quia. f. illi qui sunt altare per deuotionem, rõnale per discretionem lapides per durationem, ligna per mollitionem & compassionem, in templo & tabernaculo per prælationem vel orationem, debent procul dubio esse quadrati & quadranguli per virtualem pfectionẽ 3. Reg. 7. Posuit super columnas quadrangulata ligna. ¶ In malo signat quadraturã quatuor malarum affectionum vel aliorum durabilium pctõrum, quæ hoiem in malo faciunt stabilem & obstinatum. Ideo de tali obstinatione dř Thre. 3. Cõclusit vias meas lapidib. quadris. Tene ergo breuiter ꝙ quadratura signať stabilitatẽ in bono vel in malo, vel ẽt q̃draturã quatuor cardinaliũ virtutũ. vide infra ď Quatuor.

Quadringenti. No. ꝙ cũ quadringẽti numer⁹ sit quadratus, cõstãs ex centũ quater ductis, dici põt ꝙ signat quadraturã cõstãtiæ & solidæ durationis, & etiã plenitudinẽ moralis perfectionis, & quaternitatẽ virtualis seu cardinalis pfessiõis. Illi.n. pprię quadrigẽti dñr, q p quatuor cardinales virtutes, fideq; quatuor euãgeliorũ, & quatuor affectionum in debitum regimẽ quadranť, & p pfectionem oĩmodã tenenť. Et ad hoc satis vř cõuenire illud quod scribiť 1. Reg. 25. vbi dř ꝙ secuti sunt Dauid quasi quadringenti viri. & Iudi. 21. dř ꝙ in iabes Galaad inuentæ sunt quadringentæ virgines, quæ. f. nõ cognouerant virũ, quib. filij Israel pepercerunt, & oẽs alios occiderunt. Ad denotãdum ꝙ illi qui quadringenti. i. viri solidi & pfecti, viri viriles puri & virgines iueniunť, Dauid. i. Chřm sequunť, á morte & periculo liberanť, & malos etiã p sequunť, sicut. f. 1. Reg. 30. dř ꝙ Dauid psecutus est Amalectas, ipse & quadringenti viri cum eo. Et ibi. dř ꝙ oẽs Amalechitæ interfecti sunt pter quadringentos adolescentes. Si autem per quadringentos vis intelligere obstinatã soliditatẽ in malo, allega quod dř de malis prophetis 2. Paralip. 22. ꝙ Achab congregauit quadringentos pseudo prophetas &c. vide supra de Quadrare. & infra de Quattuor.

Quadriga. Cum quadriga sit instřm ad res & personas de loco ad locum vehemẽdum & trãsportãdum, etiã q̃nq; ad bellãdum & sagittãdum ordinatum & factum, ex rotis volubilibus cõpositũ ab equis & bobus tractũ, & ab auriga debitè gubernatum, posset dici in quadriga in bono signať & in malo. In bono signať. f.

Virum perfectum.	Istę.n sunt quattuor sanctę quadrigæ
Mentis affectum.	in quibus Chřs vehitur, & in quibus
Scripturæ stratum.	merces & thesauri spũales portanť,
Ecclesiæ statum.	& per quas hostes aïæ debellanť, figu

rati. f. i quattuor quadrigis quas Zacharias (Zach. 6.) de medio duorũ montiũ vidit exire. Dũ.n. mõtes, duo testamentã, seu etia statũgřæ & gloriæ, vel ẽt duo charitatis mãdata, vel insup duas tabulas legis Dei significãt, q a. f. ab istis mõtibus quattuor Chři quadrigæ virtualiter emanãt, de q b. dř Cant. 6. Aïa mea conturbata est pp quadrigas Aminadab. B Quattuor rotæ primę quadrigæ. i. viri iusti, sũt quattuor virtutes cardinales, quattuor rotæ scđę quadrigę. i. mentis seu aïę, sunt quattuor bonę affectiones, quattuor rotę tertię quadrigę. i. scripturę, sunt euãgeliorum claues, quattuor rotæ quartę quadrigę i. ecclesię sunt quattuor religiosorũ ordines, in q b. fides crediť diuulgari p quattuor mundi partes. Quadrigã primã trahũt eq iustitię de q b. Zac. 6. In quadriga prima eq russi. Motus.n. iustitię vsq; ad mortẽ & sanguinẽ, q ruffus seu rubeus est, certãt. Quadrigã scđam trahunt eq humilitatis & modestię. Isti.n. trahũt quadrigã bonę mẽtis. Zac. 6. in quadriga scđa eq nigri. Nigredo.n. humilitatẽ signať. Tertiã quadrigã trahũt eq scię & sapientię, de q bus Zach. 6. In quadriga quarta eq albi. Albedo.n. splendorẽ sapientię designať. Ista est.n. quadriga in qua vehebať Apollo, comitatus. f. nouẽ musis. Quia. f. Apollo Deus sciarũ Christus, in hac quadriga spũaliter morať, vbi à musis. i. à doctoribus & pdicatorib. comitať. Ista est quadriga cherubin q interpretať scię plenitudo, de qua. f. dř 1. Paral. 28. ꝙ Dauid dedit Salomoni aurum purissimum vt ex ipso fieret similitudo quadrigę Cherubin extẽdẽtiũ alas suas, & velãtiũ archã fœderis dñi. Expone. Quartã quadrigã trahunt eq honestatis, prudentię atq; decentię, f. boni ecclesiastici & plati. vnde Zach. 6. Quadriga quarta eq varij & fortes. Varietas.n. seu babitus circumamictus varietatib. decentiã & honestatẽ designat. Istę sunt igiť quadrigę dñi, de quib. f. dř Esai. 22. Erunt inquit valles tuę electę plenę quadrigarum & equis, Equi.n. iustitię qui. f. trahunt virum iustum, sunt mores honesti. Equi modestię, qui. f. bonam trahunt mentem sunt flores venusti, f. boni & floridi cogitatus. Equi scientię, qui. f. trahunt sacram scripturam, sunt doctores sancti. Equi etiã decentiæ, qui. f. trahunt, ducunt & regunt ecclesiam, sunt pastores recti. Et breuiter de talibus quadrigis & equis admiratiuè loquitur Abac. 3. dicens. f. ipsi Deo. Quis ascendet super equos tuos? & quadrigę tuę saluatio. Sic igitur patet

quomodo

B quõ quadriga sumitur in bono.¶Sed adhuc dico, ꝙ q̃nq; sumitur in malo,& sic dico, quòd nos inuenimus quadrigam

Defectuosam.
Tumultuosam.
Tempestuosam.

Et sic dico, ꝙ de istis quadrigis prima significat corpus humanum. Secunda denotat statum mundanum. Tertia vero designat superbum vesanum. ¶ Dicã igit, ꝙ est dare quadrigã fragilẽ, quę cito deficit. Et hoc est corpus nostrum humanũ, ꝙ.s.quatuor rotis quatuor elemẽtorũ cõponitur,& quatuor equis quatuor qualitatum trahitur, & à sessore aĩa gubernatur, à morte tñ faciliter dissipatur. Vnde Zach.9. Dispergam quadrigã ex Effraim. Finaliter tñ, s.in resurrectione, quadriga ista reparabitur, quia rotæ nouæ.s.quatuor dotes, eidem assignabuntur 2.Paral.8. Extruxit Salomon vrbes quadrigarum. Est igitur dare quadrigã fragilem, quę cito deficit.¶Itẽ est dare quadrigam mobilem, quæ parum proficit. Et ista ꝓ certo est mundus seu etiam mundi status, qui.s.quatuor rotis sustinentur, s.Rota diuitiarum temporalium, Rota deliciarum corporaliũ. Rota eminentiarum popularium. Rota scientiarũ. Equi vero trahentes istas quadrigas sunt mundi potentes. Sed certè tam quadrigę quã rotę quã equi finaliter & cito pereunt,& franguntur,& totus fastus & impetus eorumdem in nihilum cõmutatur. Vnde dominus videtur dicere mũdo illud Micheæ 5. Auferã inquit equos tuos de medio tui,& dispergã quadrigas tuas, & perdã ciuitates terræ tuæ,& destruã omnes munitiones tuas. Est igitur dare quadrigam mobilem, quæ cito deficit. ¶ Vltimo est dare quadrigã fatuam seu terribilem, quæ multis officit. Et ista certè significat superbos,& tyrãnos, quę tumultuosè, tẽpestuosè, impetuosè,& flagitiosè in factis suis procedunt, quorum scilicet quatuor rotæ sunt quatuor principalia vitia, scilicet

Superbia.
Auaritia.
Luxuria.
Inuidia.

E qui ipsos trahentes,& ducentes sunt demones, quorũ etiã aurigæ ipsos ducentes, & regentes sunt stultitia, & inanis gloria. O quã innumerabiles sunt istæ quadrigæ. Esaiæ 2. Repleta est terra equis, & innumerabiles quadrigæ eius. Istæ sunt quadrigę falcatę de quibus loquitur Titius Liuius de bello Macedonio, dicens ꝙ antiochus rex assyriorũ quadrigas contra romanos fabricauit, quas falcibus scindẽtibus in pluribus locis armauit, & sic terrorem, & periculũ romanis si non prouidissent immisit. Sic verè diabolus suas quadrigas, s.tyrannos, cõtra bonos armat, quos falcibus crudelitatis ipsorum terret, nisi præcaueant; & conturbat, vt de diabolo & istis ministris suis dici possit illud Esai.66. In igne veniet,& erũt quasi turbo quadrigæ eius.& Ioelis 2. Sonitus quadrigarũ super capita montiũ. Sed quid? pro certo quadrigæ istæ diabolicæ mũdi tyranni faciliter,& finaliter per mortem,& infortunia franguntur, iuxta illud Naum.2. In itineribus conturbatæ sunt quadrigæ, collisæ sunt in plateis. Et cũ ad nihil amplius valeat, ignibus infernalibus exponũtur. Vnde de talibus impiis vr̃ dominus dicere mũdo,& diabolo illud Naum.2. Succendam inquit vsq; ad summum quadrigas tuas, & leunculos tuos &c. Sic igitur patet quomodo quadriga in bono signat,& in malo. vide vbi Currus.

A **Qualitas. Qualis.** Nota, ꝙ qualis est nomen relatiuum. Refertur.n.ad aliud cui est qualis. Denotat ergo qualis aliquã similitudinẽ, & aliquam rem. Et ideo qualitas de se nõ est res firma solida neque fixa. Et propter hoc spiritualiter loquendo, qualis vel qualitas potest significare in bono vel in malo. Signat enim

Essentiæ debilitatem.
Iustitiæ æqualitatem.
Sanctitatis conformitatem.
Prauitatis propinquitatem.

Dico ergo, ꝙ qualis signat essentiæ debilitatẽ. Et sic signat hypocritas,& falsos amicos, qui sunt quales,& nõ tales, inquantũ.s.nõ sunt tales quales, & inquãtũ.s.hñt apparentiam,& nõ existentiã, quia.s.ipsi apparenter videñt boni,& tñ realiter sunt mali, quia quamuis videantur esse personę bonæ, & rõnabiles, ipsi tñ sunt lapidei,& miserabiles. Exẽplo imaginis lapideæ, quæ apparet esse aliquotiens qualis hõ, cum tñ realiter sit lapis. unde Marc. 13. Respice quales lapides,& structurę. Itẽ signat iustitię ęqualitatẽ,& sic dr̃ Leui.24. Qualẽ inflixerit maculam, talem sustinere cogetur. Item signat bonitatis conformitatem. qualis n.semper est similis talis,& econuerso. Et ideo qualis signat similitudinem morum. Et sic in bono signat illos qui aliorũ bonis moribus se cõformãt. Et sic dr̃ 1.Corin.25. Qualis cęlestis tales,& cælestes. Vñ ẽt istã noĩa qualis,& talis generaliter denotãt morũ,& virtutum perfectionem. vnde Cant.5.dr̃. Qualis est dilectus tuus ex dilecto? &c. sequitur. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Caput eius aurũ optimũ, & cætera. sequitur. Talis est dilectus meus. Itẽ signat prauitatis proximitatẽ, qa.s.socius, & subditus hõ in malo talis efficiẽ qualẽ habere magistrũ vel sociũ cõprobat. Eccl.10. Qualis est rector ciuitatis, talis est populus q̃ habitat in ea. & 1. Cor.15. Qualis terrenus, tales & terreni.¶Breuiter ergo qualitas signat exteriorẽ cõditionẽ,& dispositionẽ, siue bona sit siue mala. vel ẽt signat similitudinẽ vel imitationẽ, siue mala fuerit siue bona. Vide ergo infra de Similitudine & sicut,& ẽt de Talis. ¶ His p̃missis satis põt videri ꝙ ẽ dare qualitatẽ B

Mirabilem,& gloriosam.
Laudabilem,& virtuosam.
Damnabilem,& vitiosam,
Tristabilem,& dolorosam.
Excellentem,& gaudiosam.

Qualitas admirabilis, & gloriosa est excellẽs conditio nostri saluatoris. Licet.n. Deus ꝓpriè loquendo non possit dici qualis, cum qualitas sit accidens, in ipso vero accidens non sit vllũ, quantũ tñ ad humanitatẽ exterius apparẽtẽ, & diuinitati accidentẽ,& accedentẽ, & ẽt quantũ ad aliquos exteriores effectus iste põt dici qualis,& rõne excellentiæ cõparatiuæ,& rõne efficaciæ prærogatiuæ, & rõne ẽt apparentiæ venustatiuæ, vt.s.de suæ humanitatis excellentia dicatur illud Eccles. 49. Nemo natus est in terra qualis Enoch. De suæ potestatis efficacia dicatur illud Matth.8. Qualis est hic, quia venti,& mare obediũt ei? De suæ venustatis apparentia dicatur illud Mar.9. Transfiguratus est inquit,& facta sunt vestimẽta eius splẽdida, & alba sicut nix, qualia fullo nunquam põt facere. C ¶ Qualitas cõmendabilis,& virtuosa,& excellit, & melioribus conformat, vt sic oĩbus iustis dicatur illud 2.Pet.3. Quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus expectantes. Simus igitur quales.i.virtuosi & morales,

Simpliciores informãdo.
Inferiores nobis conformando.
Honestissimè conuersando.
Diligentissimè elaborando.
Patientissimè tollerando.

Omnes.n.istas qualitates habebat Apostolus, sicut patet ex dictis suis. Habebat.n. vnam qualitatẽ doctrinæ ĩformatiuæ, iõ dicebat Galat. 6. Videte qualibus literis scripsi vobis manu mea. Habebat ẽt vnam qualitatem similitudinis conformatiuæ, qua.s.oẽs sibi fieri similes ĩ bonis,& esse volebat, dicẽs .s.Actuũ 26. Opto inquit oẽs qui me audiunt, fieri tales qualis ego sum, exceptis vinculis his. Vt sic accedat illud prædictum 1.Corin.15. Qualis cœlestis, tales & cœlestes. Habebat insuper vnam qualitatẽ conuersationis moderatiuæ, dicens .s.1.Thess.1. Scitis quales fuerimus in vobis propter vos. sequitur. Qualem introitum habuerimus ad vos,& quomodo conuersi estis ad Deũ. Habebat vltra hoc vnam qualitatem diligẽtiæ procuratiuę, qua.s.curabat de aliis diligẽter, dicẽs Coloss.2. Volo autem omnes scire qualem solicitudinem habeam pro uobis. Habebat nihilominus vnam qualitatem patientiæ tolleratiuę, dicens.s.2.Tim.3. Scis inquit qualia mihi facta sunt Antiochiæ,& lystris, quales passiões sustinui,& de oĩbus eripuit me dñs. Iste ergo fuit qualis qui tot bonas habuit qualitates, dicens.s.illud 2.Corint.10. Quales inquit sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in factu sumus. Veruntamẽ de multis imperfectis vr̃ dubitare, dicẽs illud 2.Corin.12. Timeo inquit ne forte cũ venero, inueniã vos quales nolo,& ego inueniar à vobis qualẽ nõ vultis. Ista est ergo qualitas cõmendabilis &c. Et illud. Qualis cęlestis. vt sic dicat illud 1.Mach.4. Memẽtote qualiter salui facti sũt p̃res vestri &c.¶ Qualitas detestabilis, & vitiosa est extollẽs infectio vani peccatoris. Peccator.n.qualis est, quia.s.nihil habet solidum seu firmum. Nota ergo, ꝙ peccator dr̃ qualis.s. D

Propter qualitatem carnalitatis & luxuriæ.
Propter qualitatem magnæ cupiditatis,& auaritiæ.
Propter qualitatem vanæ mobilitatis & inconstantiæ.
Propter qualitatem diræ crudelitatis,& violentiæ.

De qualitate luxuriæ seu crudelitatis dicitur 1. Corinth.5. Oĩno auditur inter vos fornicatio, & talis qualis nec inter gẽtes. De qualitate auaritiæ, & cupiditatis dicitur illud prædictum 1.ad Corinthiorum 15. Qualis terrenus, tales & terreni. De qualitate inconstantiæ, & mobilitatis dicitur Iacobi 1. Considerauit se in speculo,& abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. De qualitate vero violentiæ,& crudelitatis dicitur

citur 1.Machabæ.9.Facta est tribulatio magna in israel qualis nõ fuit &c. Hæc ẽ ergo qualitas detestabilis & vitiosa &c. ¶ Qualitas contristabilis, & dolorosa est excellens mũdi turbatio, s. turbatio quam modo sustinent boni, & quã in fine in inferno sustinebunt mali. De tẽporali dr̃ Thob.5. Quale gaudiũ mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cęli non video? De æternali vero dici põt illud Exod.9. Erit clamor in Aegypto qualis non antea fuit. Ista est ergo qualitas contristabilis, & dolorosa. ¶ Qualitas excellens & gaudiosa est eximia in cœlo refectio, s. qualitas gloriæ paradisi, & hominum beatorũ, de qua dicitur 1.Paralip.29. Dedit illi (s. cuilibet beato) gloriam regni qualem nullus habuit ante eum. Patet igitur quomodo in scriptura multiplex qualitas inuenitur.

A **Quam.** aduerbiũ. Nota q̃ tam & q̃, sunt duo aduerbia inuicem sociata & coniuncta, & etiã quodammodo inuicem relatiua. Vnum.n. vix inuenitur sine altero, sicut talis, & qualis. Aduerte tñ q̃ q̃ accipitur qñq; cõparatiuè, sicut cum dr̃ Matt.12. Ecce plus q̃ Salomon hic. Qñque aggregatiuè & sociatiuè, sicut cũ dr̃ 1.Reg.2. Creuit Samuel, & placebat tam Deo quàm hominibus. Qñq; vero accipitur prærogatiuè excessiuè seu quãtitatiuè, sicut cũ sumitur q̃ pro quantum, seu etiam pro valde, sicut in psal. dr̃. Quã bonus israel Deus his q recto sunt corde. ¶ Primò igitur dicamus de q̃ in quãtum sumitur excellẽter & prærogatiuè, s. pro valde seu pro quantũ. Et sic igitur dicam primo q̃ q̃ sumitur prærogatiuè. Et ẽm istũ modũ sumendi dicã q̃ q̃ põt referri ad Deũ, ad iustũ, ad & impiũ. ¶ Primò quidẽ ad Deũ. Et sic pro certo sumitur qñ per istud aduerbium Dei magnificentia cũ quadã admiratione, & quadã desiderabili suauitate laudatur, vtpotè cũ nos dicimus illud psa. Dñe dñs noster q̃ admirabile ẽ nomẽ tuũ in vniuersa terra. & illud. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Et breuiter notabo, q̃ per illud aduerbium Deus commendatur scilicet

Ab operum magnificentia.
A viscerum pia clementia.
A verberum sæua iustitia.
A pectorum clara scientia.
A superum grata manentia.
A munerum munificentia.

Commendatur ergo Deus à magnificentia suorũ operũ. psal. Quàm magnificata sunt opera tua dñe, oĩa in sapientia fecisti, impleta ẽ terra possessione tua. & Eccle.42. Quã desiderabilia sunt opera eius. Itẽ cõmendatur à beneuolentia piorũ viscerũ. Sapi.12. Quã bonus, & suauis est dñe spũs tuus in nobis. Itẽ cõmendatur à terrificentia durorũ verberum, hoc est à rigore iustitię, & seueritate suorũ iudiciorum vnde in ps. Dicite dño, q̃ terribilia sunt opera tua dñe, in multitudine virtutis tuæ mẽtientur tibi inimici tui &c. Itẽ commendatur à clara scientia verorũ craterum. psa. Calix meus inebriens q̃ præclarus est. Calix.n. & crater dñi est sacra scriptura, de qua ad Rom.11. O altitudo diuitiarũ sapientiæ, & scientiæ Dei, q̃ incõprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Itẽ cõmendatur a grata manentia locorum superum. psal. Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ, concupiscit, & deficit aĩa mea in atria dñi. Itẽ cõmendatur à munificentia summorũ munerũ, s. gloriæ paradisi, de qua in psa. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quã abscõdisti timẽtibus te. Patet igit̃ quõ illud aduerbiũ, q̃ pertinet ad Deũ.

B ¶ Deinde dico, q̃ q̃ aduerbium pertinet ad iustũ. Et sic dico, q̃ iusti per illud aduerbium multipliciter commendãtur, s.

A charitate fœderatiua.
A castitate depuratiua.
A parcitate maceratiua.
A claritate indicatiua.
A veritate enunciatiua.
Ab honestate decoratiua.
A pietate dulcoratiua.
Ab hospitalitate charitatiua.

De veritate charitatis, & amicitiæ dr̃ in psal. Ecce q̃ bonũ, & q̃ iocundũ habitare fr̃a in vnũ. vt & de amicitia dicat̃ illud Cãti. 4. O q̃ pulchra es amica mea, oculi tui colũbarũ. De virtute castitatis, & pudicitiæ dr̃ Sap.4. O q̃ pulchra est casta generatio cum claritate. De virtute parcitatis, & abstinentię dr̃ Eccl.31. Quàm sufficiens viro erudito vinum exiguũ. quãuis dicat̃ 2. Esdræ 4. O viri, quàm prçualet vinum. De virtute claritatis, & sapiẽtiæ dicitur Eccles.25. Quàm speciosum canitiei iudicium, q̃ speciosa veteranis sapientia, quàm magnus qui inuenit sapiẽtiam. De virtute vero veritatis, & eloquentiæ dr̃ Esa.52. Quã pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis salutem. De virtute honestatis & apparentiæ dicitur Canti.7. Quàm pulchra es & q̃ decora charissima in deliciis, statura tua assimilata est palmæ & ibid. Quã pulchri sunt gressus tui in calciamentis tuis filia principis. De virtute pietatis, & clementiæ dr̃ Cant.4. Quàm pulchræ sunt mãmæ tuæ soror mea sponsa, pulchriora sunt vbera tua vino. De virtute vero hospitalitatis & beneuolentiæ põt dici illud Num.24. Quã pulchra tabernacula tua Iacob, & tẽtoria tua israel. Sic ergo patet quõ istud aduerbiũ quã pertinet ad iustũ. ¶ Deniq; dico, q̃ istud aduerbium quam, aliqñ refertur ad stultum. i. peccatorem & impium. & sic videtur q̃ mali per hoc aduerbium exasperatiuè vilipenduntur, & reprehenduntur à multis, s. C

A vanitate morali.
A vilitate carnali.
A ruditate mentali.
A cupiditate reali.
Ab aduersitate finali.

De morũ vanitate dr̃ 2.Reg.6. Quã gloriosus fuit hodie rex israel, discooperiens se ante ancillas seruorũ suorum, & nudatus est quasi nudetur vnus de scurris. De carnis vilitate dr̃ Eccl.17. Quid nequius quàm qđ cogitauit caro, & sanguis? quod & Hiere.2. de persona mulieris meretricis dr̃. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas &c. De mentis cæcitate seu ruditate dr̃ Eccl.6. Quàm aspera est nimiũ sapiẽtia indoctis hoĩbus. De rerum cupiditate dr̃ Lu.18. Quã difficilè qui pecunias habẽt, regnum Dei intrabunt. De finali vero taliũ aduersitate, & pœnalitate dr̃ Eccl.41. O mors quam amara est memoria tua homini iniusto, & pacem habenti in diuitiis suis. Sic igitur patet quomodo istud aduerbium, quã sumitur prærogatiuè. ¶ Secundò verò principaliter dico, q̃ D istud aduerbium quàm, quandoq; sumitur aggregatiuè seu etiam sociatiuè, sicut cũ dicitur tam maiores quã minores. Circa quod nota, q̃ omnes sic in societate coniuncti debent

Aequaliter credere.
Concorditer viuere.
Cõiter ædere seu diuidere.

De vniformitate credulitatis dr̃ Num.15. q̃ tã indigenis, quàm aduenis vna lex erit oĩum. De vniformitate charitatis, & societatis dr̃ 2.Parali.24. Tã maiores quã minores oẽs sors æqualiter diuidebat. De vniformitate autẽ edulitatis & saturitatis põt dici illud Deut.15. Tã mundus quã immundus vescẽter similiter. Hęc omitto gratia breuitatis. Sumit̃ ergo q̃ aggrauatiuè. ¶ Tertiò principaliter dico, q̃ sumitur cõparatiuè, sicut cũ dr̃ Eccle.4. Laudaui magis mortuos q̃ viuẽtes. Hic.n. fit cõparatio inter viuentes & mortuos, q.a. s. vnum alteri pfert, vnũ eligit alterũ refutat̃. Veruntñ illud aduerbium q̃, semp se habet vt cõiter à parte negocii refutati, sicut dr̃ Prouer.16. Melius est humiliari cum mitibus, q̃ diuidere spolia cum superbis. Semper.n. sequitur gradum cõparatiuum, s. plus, amplius magis, melius & similia. & tunc semp adhæret parti deteriori, qñ cõparatiuus præcedens signat malum, sicut cum dr̃ q̃ Petrus, est deterior, peior, minor, inutilior q̃ Ioannes. De his autem omnibus nihil amplius, quia difficile & quasi inutile est talia ad mores reducere, & in prędictis titulis comparatiuis, s. melior, maior, peior &c. satis dictum est. de quo vide vbi antequam, priusquam, & vbi quamobrem & quandiu.

A **Quanquam. Quanuis.** Et si. Licet. idem significat, sed q̃a paucæ sunt auctoritates, transeo.

Quandiu. Nota, q̃ quandiu est aduerbium temporis, signans quandam durationem, interuallum seu spatium, & quandam incertam, & suspensiuã moram vitæ. Componitur autem de quam quod est quantum, & diu, Et nota breuiter, quòd est dare quandiu

Perfectorum.
Malignorum.
Beatorum.

Primo ergo dico, q̃ perfecti habent hic suũ quandiu. i. suũ incertũ breue, & suspensiuũ tẽpus viuẽdi, in quo ꝓ certo quia nesciunt, quãtũ durabũt, nec habẽt aliud tẽpus mẽrẽdi, q̃ istud, ipsi faciunt q̃cquid boni possunt. Vñ nota qđ iusti in isto quandiu.

Aequitatis seruant pondera.
Deitatis laudant opera.
Prauitatis plangunt scelera.
Pietatis præbent vbera.
Veritatis splendent litera.

triũm virtutum theologicarum, vel tripodem trium voto-
rum religionis, vel trifolium partium pœnitentiæ tranſgre
diuntur & excedunt, & per peccatum ab iſtis trinitatibus fu
giunt & recedunt. Iſti ergo nomine quatuor deſignãtur. Vn
de nota, quòd mali dicuntur quatuor

Venti, propter eleuationem.
Fabri, propter percuſſionem.
Capita, propter ambitionem.
Cornua, propter præſumptionem.
Quadrigæ, propter tumultionem.

Item iſti per ela
tionem ſimiles
ſunt ventis. vn-
de Zacha. 6. Iſti
ſunt quatuor vẽ
ti. Item iſti per inuaſionem ſimiles ſunt fabris. vnde Zach. 1.
Oſtendit mihi dominus quatuor fabros. Fabri enim habent
malleare. Item iſti per ambitionem ſimiles ſunt capitibus, q̃a
. ſ. ſemper volunt eſſe in ſupremo loco more capitis, & ſemꝑ
querũt eſſe capitanei. Vnde Dan. 7. dr̃, ꝙ quatuor capita erãt
in beſtia. Item iſti per pręſumptionem ſimiles ſunt cornibus.
Vnde Zacha. 1. Vidi, & ecce quatuor cornua. Item iſti per tu
multuationem ſimiles ſunt quadrigis. Zach. 6. Ecce quatuor
quadrigæ egredientes &c. ¶ Sexto dico, ꝙ eſt quaternitas in-
fernalis, & iſta eſt quædam quaternitas pęnarum, quę eſſe di
citur in inferno, ſcilicet mors, gladius, fames, captiuitas. Vn
de Hiere. 15. Viſitabo ſuper eos quatuor ſpecies &c. Et iſtæ
quatuor pœnæ Apoc. 18. dicunt̃ mors, lutus, fames, & ignis,
& Ezech. 24. dicuntur quatuor iudicia peſſima, gladius, fa-
mes, beſtiæ, & peſtilentia. Iſta eſt ergo quaternitas inferna-
lis. ¶ Septimo dico, quòd eſt quaternitas ſupernalis. Et iſta
eſt quaternitas quatuor dotum corporis glorificati, vel etiã
numerus electorum, qui per quatuor cardinales virtutes ſal
uantur. Vnde Marci. 13. dicitur, quòd dominus congregabit
electos à quatuor ventis cœli. Sufficit. A

Quatuordecim & Quartuſdeci

mus. Nota ꝙ numerus quatuordecim conſtat ex quatuor,
& ex decem, ſeu etiam ex octo & ſex, ex ſeptenario dpplica
to, ſeu ex duodecim & duob. Sic ergo poſſum dicere, ꝙ iſte
numerus poteſt ſignificare perfectionis ſtatum, qui ſcilicet
conſtat ex ſeptenario ſeptem virtutum, ſcilicet quatuor car
dinalium, & trium theologicarum, duplicato tamen ſeptena
rio ſeptẽ virtutum moralium, quæ ſcilicet vitiis capitalibus
opponuntur. Et iſte eſt numerus quatuordecim generatio-
num primarum, de quo dicitur Matt. 1. quòd ab Abraam vſ-
que ad Dauid generationis quatuordecim. Vel etiam poteſt
dici iſte numerus perfectionis ab octo & ſex, hoc ẽ dictu, ab
octonario beatitudinum, quę ſcilicet ponuntur Mat. 5. Beati
pauperes ſpiritu, Beati mites, Beati miſericordes &c. & ſena
rio ſex miſericordiæ operũ quę ſcilicet numerantur Mat. 25.

Et de isto numero potest dici illud Matt. 1. A Dauid vsque ad transmigrationē babylonis generationes quatuordeci. Vel potest dici iste numerus a decē & quattuor, quia. s. omnis perfectio cōstat ex denario, i. ex obseruantia decalogi, quaternario. i. ex obseruantia doctrinę quattuor euāgeliorum. Et iste est alius ordo generationum, de quo Mat. 1. A transmigratione babylonis vsque ad Christū generationes quattuordecim. Quia. s. a transmigratione peccati quæ fit, per pænitentiam, vsque ad Christū spiritualiter attingit, quando numerus quattuor. i. mandatorū obseruātia cū doctrina euangelica custoditur. Vel potest etiā iste spiritualis numerus. s. perfectionis gradus dici a duodeci & duobus .i. a fide duodecim articulorū, & duobus charitatis mandatis. Et iste certe est ille quartusdecimus ann⁹ in quo Paul⁹ in cœlū fuit raptus, de quo. 2. Corinth. 12. Scio inquit hominē in Christo ante annos quattuordecim raptū vsq; ad tertiū cœlū &c. Ac si diceret ꝙ per iustū pfectionis numerū ad tertium cœlū. i. ad empyreū peruenit. Iste eni numerus i quo phase seu pascha antiquit⁹ celebrabat̄ quartadecima die mensis primi, trāsitus vocabatur, eo. s. ꝙ tūc egressi sunt filij Israel de ægypto. Ad denotandum ꝙ iste perfectionis & virtutis numerus seu status est ille per quē de hoc mūdo ad paradisum transimus, vbi. s. agno immaculato Christo beatificè fruimur, & phase cenę perpetuę celebramur. Vnde. 2. Esdrę. 1. &. 7. dr̄ ꝙ Iosias immolauit phase quartadecima luna. Et Nume. 28. Quartadecima die mēsis phase domini est. Et sic ergo patet quomodo p quattuordeci intelligitur congregatio omniū perfectorum & etiam omniū virtutum & meritorum. Vnde Iob. 42. dr̄ ꝙ fuerunt ei quattuordecim milia ouium. ¶ Si vero iustum numerū vis in malo significato sumere, dic quòd iste signat trāsgressionē oium pmissorū, & p cōsequēs plenitudinē oium vitiorū vel et hoium pcōrū. vñ Nu. 17. Fuerūt q. pcussi sūt quattuordecim milia hoium Et 4. Regū. 18. dr̄ ꝙ anno quarto decimo Ezechię ascēdit Senacherib cōtra Hierusalē &c. Sufficit.

A **Que.** Nota ꝙ que quandoq; est coniūctio copulatiua & sic sumitur que pro &. Quādoque vero est aduerbiū affirmandi, & sic sumitur que, pro certo seu pro vero, sicut quoque suum compositum. Cū igitur quæ significet quidam certitudinem affirmatiuā; possumus dicere quòd ois affirmatio siue vera fuerit siue falsa, pōt perhoc aduerbiū designari. Dicā ergo quòd per istud aduerbiū que Affirmat deus. Affirmat iustus Affirmat impius. Seu ēt fit affirmatio de sūma deitate. De iusti firmitate. De impij prauitate. De seculi vanitate. Istud eni aduerbium virtutem habet coniunctiuam, additiuam, & assertiuā. Coniungit eni primas & vltimas dictiones. addit & augmētat orationes Asserit & affirmat orationes. & sic potest referri ad iustum & ad impiū, quia. s. iust⁹ adiungit per charitatem, addit per largitatem, asserit per veritatē. Impius. etiā & peccator solent iūgere mala cōsortia, addere vitijs vitia, asserere falsa mendacia. Quia autem que, quantum ad bonus virtutē habeat coniunctiuam & charitatiuā, patet Exod. 2. vbi dicit quòd filia Pharaonis miserta Moysi in flumine vagientis, ipsum charitatiuē nutriri mādauit Cernesque iquit puerū vagientem &c. ¶ Itē quòd habeat efficaciā additiuā & largitiuam, patet Gen. 25. vbi dr̄. Deditq; Abraham cuncta quæ possederat. Et Genesi. 27. Deditque pulmētū & panes quos coxerat, s. Iacob patri suo pro benedictione habenda. Et illud 3. Reg. 17. Coruisq; pcepi vt pascant te. Et illud Iudi. 13. Creuitq; puer & bñdixit ei dñs. ¶ Itē ꝙ habeat efficaciā assertiuā, patet in multis locis vbi sumit̄ que pcerto. sicut Esa. 45. Eritq; antequā clamēt, ego exaudiā. Et 2. Reg. 23. Fecitq; salutem magnā dñs in diebus illis. Multa alia possent dici, sed omitto gratia breuitatis. Vide supra de &, & infra de quoq; & quippe, quæ sunt aduerbia affirmatiua.

A **Quemadmodum.** Cum quemadmodū denotet mihi quādā similitudinem & quandam etiam conformitatē & imitationē, sicut 2. Thess. 3. vbi dr̄ sic. Ipsi. n. scitis quemadmodū oporteat imitari nos, possum dicere ꝙ nos inuenimus triplex quemadmoduū, i. triplicem conformitatem, videlicet

Iusti.
Stulti.
Et Christi.

¶ Primo ergo dico quòd est quemadmodū quod spectat ad iustum, quia. s. iustus semper nitit̄ se cōformare deo & sanctis, & esse quēadmodum ipsi fuerunt. Vnde notabis ꝙ iusti habent vnum quemadmodum quod

Efficit feruens affectio supernorum.
Perficit placens conditio morum.
Efficit decens receptio exemplorum.
Efficit arcens indictio decretorum.

Dicam igitur, ꝙ iustus imitatur sanctos, affectādo feruenter opes superiores, s. deum & paradisum. psal. Quē ad modū desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. Vt sic dicat quilibet illud Psal. Fiat misericordia tua dñe super nos, quemadmodum sperauim⁹ in te. Item regulando placenter mores exteriores. Psa. Dilectus quemadmodum filius vnicornium. & 2. Cor. 9. Quēadmodum dixi parati sitis. Item assumendo prudenter gestus vtiliores, hoc est, bona aliorū exēpla. Vñ Io. 13. Exēplum in quit dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis. Item adimplendo fideliter voces auteriores, hoc est dictu, superiorum mādata & documēta. 1. The. 4. Obsecramus in dño Iesu vt quēadmodum accepistis à nobis quō oporteat vos ambulare, sic ambuletis, vt abundetis magis. Hoc est ergo quemadmodum quod spectat ad iustum ¶ Scdō dico ꝙ est quemadmodum ꝙ spectat ad stultum. B Constat. n. ꝙ stulti & mali libenter se conformant alijs malis, & libēter operantur quemadmodū ipsos operari vident. Et sic nota ꝙ ad malos spectat. s. vnum quēadmodum quo malos sequūtur, male vtuntur, cito labuntur, pœnis plectuntur. Mali vero dico malos sequunt̄ ipsos imitando. psa. Et auerterūt se, & nō seruauerunt pactum quēadmodum patres eorum, cōuersi sunt in arcum prauum. Mali ēt male vtunt̄, malum operando. Sap. 19. Quemadmodum p natione aīalium eduxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius ranarum multitudinem. q. d. Isti producunt mala loco bonorum. Vnde ēt de malis, quæ faciunt, dr̄. 2. Tim. 3. Quia quemadmodum iannes & mābres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati. Mali insuper cito labuntur, vita fungendo. psa. Qm̄ tanquā fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum cito decident. Mali nihilominus malis plectuntur, pœnas lugendo seu incurrendo. s. in inferno. psal. Inimici vero dñi mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes quēadmodum fumus deficient. Et Sap. 11. Sciuerunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterent Istud est ergo quemadmodnm, quod spectat ad stultum. ¶ Tertio dico ꝙ est quēadmodū, quod spectat ad Christum. C Christus. n. habet & ostendit nobis vnū quēadmodum, quo suos diligit. Bona porrigit. Bonos dirigit. Cęlū eligit. Malos corrigit ¶ Dico ꝙ Xps ostēdit nobis multiplex quemadmodum i. multiplicia exēpla & documēta, s. vnū quemadmodum qđ est dilectionis, de quo Lu. 13. & Matt. 23. Quoties inqt volui cōgregare filios tuos quemadmodum gallina cōgregat pullos sub alas? Itē vnum quemadmodum ꝙ est cōpassionis seu distributionis & largitionis de quo in ps. Hōies & iumēta saluabis dñe quemadmodum multiplicasti miam tuam Deus. Itē vnū quēadmodū quod est directionis seu reuelationis. Vñ Chrs dixit Apostolis. Lu. 21. Ponite inquit in cordibus vestris nō pmeditari quemadmodum respondeatis, ego. n. dabo vobis os & sapiētiā &c. Item vnum quēadmodum ꝙ est pmotionis, quo. s. ipse nos perueniet ascendendo ad cœlum. Vnde Act. 1. Quēadmodū vidistis eum euntē in cœlum, sic veniet. Item vnum quemaemodum quod est correctionis, s. in iudicio. Apoc. 10. Vidi inquit Angelum fortem descendētem de cœlo. &c. Sequitur. Et clamauit voce magna quēadmodū leo rugit, & cū clamasset, locuta sunt septē tonitrua voces suas. Et sic ergo patet quomodo quemadmodum spectare potest ad Christum, ad stultum, & ad iustum. Sufficit. Vide vbi qm̄, tanquā, & cætera similia

Quæ. Generis fœminini cū suis casib. Nota quòd quę fœmininū refert ad psonas & ad res. A Et primo quidem ad personas, quia. s. per istud pronomē quæ, vel qua cum suis casibus pōt intelligi quælibet bona & sancta persona, seu etiam quælibet persona etiam inhonesta. Et primo quidem accipiā in bono. Per quæ. n. siue accipiatur interrogatiuē siue etiam positiuē, potest intelligi beata virgo, seu etiam quælibet sancta. Ista est. n. pronomen, quia pro nomine ponit̄. i. qa est p nobis intercessiua. Nominatiui casus, qa famosa & nominatiua. Numeri singularis, qa excellēs & prærogatiua.

prærogatiua. Quod autem sit pro nomen.i.pro nobis orans & intercedens, patet 1.Reg.25.vbi dr̄. Quæ cōsurgens adorauit prona.& breuiter bene dico, ꝗ ista bene dici potest quæ & positiuè & interrogatiuè. Positiuè, quia pro nobis ponitur opponitur & exponitur. Interrogatiuè, quia propter suarum virtutum excellentiam de ipsa potest fieri quæstio, inquantum stupenda & mirabilis prædicatur. Nota ergo ꝗ in ipsa possumus admirari scilicet

Fecunditatem cum prudentia.
Humilitatem cum reuerentia.
Iocunditatem cum verecundia.
Formositatem cum complacentia.
Famositatem cum redolentia.
Sedulitatem cum vigilantia.
Liberalitatem cum amicitia.
Auctoritatem cum reuerentia.

Dicamus ergo ꝗ mirabilis fuit in ipsa pudicitia cū fœcunditate, quia .s. ipsa fuit Dei filij mater, iuxta illud Gen.28. Quæ concepit & peperit filium. Virgo etiam semper mansit. Vnde de ipsa psallimus. Beata es virgo Maria quæ dominum portasti creatorem mundi, genuisti qui te fecit, & in æternum pmanes virgo. Ista.n. figuratur in Dyna, quā cum vidisset Sichem filius emor regis, adamauit eam, & rapuit, dormiuitq; cum illa vi opprimens virginē, vt patet Gene.34. Quia.s. filius Dei patris, hanc vidit & amauit, & cum ipsa per beatam, incarnationem dormiuit, ipsamque sibi rapuit & cōiunxit v2. Reg. 11. Quæ cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum illa. Itē mirabilis fuit in ipsa reuerentia cum humilitate. Vnde de ipsa legitur Luc.1. Quæ cum audisset, turbata est in sermone Angeli, dicens. Ecce ancilla domini. Magnificat anima mea dominum, quia respexit humilitatem ancillæ suæ. vt sic de sua humilitate exponatur illud. 1. Macha.2. Quæ erat libera, facta est ancilla. Item admiranda est in ipsa verecūdia cum iocunditate. Vnde Gene.18. dr̄ de Sara. Quæ risit occulte.s. audito ꝗ cōcipere debebat Isaac. Risit dico, per alacritatem.s. seu per pietatem. Vnde ipsa est arca testamenti q̄ propiciatorio operienda erat, in quo ponebatur testimoniū sicut dr̄ Exod. Item mirabilis est in ipsa complacentia cum formositate. Vnde Cant.6. Quæ est ista quæ progredit̄ quasi aurora, pulchra vt luna, electa vt sol? Item admirabilis est in ipsa redolentia. cum famositate. Vnde ista est virgula fumi q̄ ascendit per desertum cum aromatibus .i. cum redolentia boni nominis. De qua nominatione potuit dominus dicere illud. 1. Paral.22. Domus quam ædificare cupio talis esse debet, vt in cunctis regionibus nominetur. Item admirāda est in ea vigilantia cum sedulitate. Vnde de rebecca dr̄ Gene. 24. Quæ festinās deposuit hydriam de humero. Item admiranda est in ipsa amicitia cum liberalitate. Gen.24. Quæ respondit, Bibe domine mi. celeriterque deposuit hydriam. Item mirabilis est in ipsa eminentia cum auctoritate, & potissime illa quam habuit quando ad filij dexterā est assumpta. Figurata in matre Salomonis, de qua dr̄.3. Reg.1. Quæ sedit ad dexteram eius. Et etiam in Regina Hester, de qua dr̄ Hester.5. Quæ accedens ad regem osculata est summitatem virgæ. Summitas.n. virgæ regalis, signāt acumen excellentis auctoritatis & potestatis. Et sic patet ꝗ beata virgo potest dici quæ. Et non solum beata virgo, imo quælibet sancta persona. quia.s. si bñ consideras, oīa supra dicta possunt
B spiritualiter ad sanctam quamlibet applicari &c. ¶ Sed si in malo significato velis accipere q̄ vel qua seu quam &c. sicut de mala fœmina, anima vel persona, notabis ꝗ ista est quæ

Immunditiæ fętet horroribus.
Idololatriæ vacat erroribus.
Extollentiæ tumet vaporibus.
Falsimoniæ fulget palloribus.
Pestilentiæ subest furoribus.

Ista igitur est quę immunditiæ diligit horrores. Leuiti. 5. Anima quæ tetigerit aliquid immundum, rea est & deliquit. vt de infamia talis personæ dicatur illud Gen.38. Quā videns Iudas, suspicatus est esse meretricem. Item ista est quę idololatrię sectatur errores, de qua Leuit.20. Anima quæ declinauerit ad magos & hariolos, interficiunt illam. Item ista est quę extollentiæ.i. superbię sequit̄ vapores. Vnde Nume. 15. Aīa q̄ per superbiam aliquid peccati commiserit, peribit. Item ista est quæ falsimonię.i. hypocrisis retinet pallores. Vnde Dan. 7. Quæ (.s. bestia) erat dissimilis valde ab omnibus. Itē ista est quæ pestilentię sustinet terrores, hoc est dictu, damnationem mortis æternæ, quia sicut dr̄ Ezech.18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur &c. ¶ De rebus quæ autem significari possunt per quæ, qua, quam, quas, sicut cū dr̄ quæ terra, quæ C
dies, quæ res, quæ domus, & similia, quæ lōgum esset prosequi, supersedeo. Verūtamen de quæ interrogatiuè loquendo possum dicere ꝗ per quæ homo interrogat & quærit.s.

Alta mirando.
Clausa scrutando.
Bona laudando.
Vana spernendo.
Mala arguendo.
Summa suadendo.

Quærimus ergo dico dicendo quæ ardua mirādo & obstupēdo. Et sic admirando dicimus Cant.6. de admirabili ascensu. virginis gloriosæ, & de eius vita mirabili vel progressu. Quæ est ista quæ progredit̄ quasi aurora? &c. Et Cant.3. Quæ est ista quę ascendit per desertū sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę & thuris? Et Can.8. Quæ est ista q̄ ascendit de deserto delicijs affluēs, enixa super dilectū suum? Primo.n. miramur de virginis puritate, q.a virgula fumi ex aromatib. Scdō de virginis dignitate, q.a ascendit.s. ad cœlū &c. Sed tertio de virginis fęlicitate, q.a innitit̄ sup dilectum suū. Itē q̄rimus dicendo quæ, occulta scrutando & inuestigādo. Et sic dicebat Iosuæ q̄rēs cām altaris ædificādi. Iosuæ.22. Quę est ista transgressio? Et Act.10. quærit Petrus. Quæ est causa quare huc venistis? Item quærimus dicendo quæ, optima laudando & glorificando. Et sic dr̄ Deute.4. Quæ est.n. alia gens & generatio tam inclyta, vt habeat cerimonias iustaque iudicia? Item quęrimus dicendo quæ, nosipsos spernendo & vilipēdēdo, & sic certe quasi indignatiuè nos q̄rimus Quæ.s. sit vitę in terra breuitas.

Quæ virtutis debilis paucitas.
Quæ fortunę vana fęlicitas.
Quæ naturæ iunctę sanguinitas.
Quæ mentalis iugis iniquitas.
Quæ finalis mortis necessitas.

De vitæ breuitate fit quæstio Iacob. 4. Quæ.n. est vita nostra inquit. & respondet. Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Et.i. Regum 18. Quis ego sum, aut quæ est vita mea aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis? De virtutis nostrę tenuitate fit quæstio Iob 5. vbi dr̄. Quæ est.n. fortitudo mea vt sustineā, aut quis finis meus & patientia mea vt patienter agam? Et Eccle. 16. Quæ est.n. anima mea in tāimmensa creatura? De fortunę præsentis vanitate & labilitate fit q̄stio Ezec. 27. Quæ est vt tyrus, quæ obmutuit in medio maris? Quæ in exitu negociationum tuarum implesti populos multos. Et Apoc. 18. quæritur de fortuna potentissime babylonis dicendo sic. Vę vę ciuitas magna, quę amicta erat bysso, purpura & coco, & deaurata auro, & lapide precioso, & Margaritis, quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ. Sequit̄. Quæ similis ciuitati huic magnæ? &c. Valde multa. De carnis autem cōsanguinitate & propinquitate fit quæstio Matt.12. vbi dr̄. Quę est mater mea, qui sunt fratres mei? Sequitur Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cęlis est ipse meus frater, & soror, & mater est.q.d. Carnalis cōsanguinitas non multum est curanda. De propria iniquitate fit quæstio Hier. 16. Quæ iniquitas nostra, aut quod pc̄tm̄? Sequitur. Quia dereliquistis me dicit dominus. De mortis vero necessitate & aduersitate fit quæstio in psal. vbi dr̄. Quę vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Patet ergo ꝗ nos q̄rimus dicendo quę nosipsos spernendo & vilipendēdo. Itē nos quęrimus dicendo quę, malos arguendo atq; contemnēdo. Et sic dico ꝗ in scriptura redarguitur dicendo quæ

Hypocrisis vana confictio.
Superbię alta præsumptio.
Peruersorum facta coniunctio.

De hypocritica fictione fit quæstio Iob 27. vbi dr̄. Quę est.n. spes hypocritę si auare rapiat, & non liberet deus animam eius? De alta & vana pręsumptione fit quęstio.4. Reg.5. vbi dicit. Quę est fiducia qua niteris? &c. De mala vero societate & coniunctione fit quæstio Ecclesiastici 13. vbi dr̄. Quę communicatio sancto homini ad canem? quæ pars bona diuiti ad pauperem? Et.2. ad Corint.6. Quę.n. participatio iustitię cum iniquitate? aut quę societas lucis ad tenebras? quæ conuentio Christi ad belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? &c. Sufficit de quantum, ad omnes modos accipiendi.

Quæ neutrum.

Nota ꝗ q̄ neutrum in plurali pōt ad multa referri in bono pariter & in malo. Et sic dico ꝗ est dare quædā quæ sunt A

Meditanda mentaliter.
Perscrutanda subtiliter.

Dicamus igitur ꝗ sunt aliqua q̄ sunt mentaliter

Operanda vtiliter.
Veneranda humiliter.
Reſeranda vocaliter.
Confitenda veraciter.
Diuidenda vulgariter.
Appetenda viuaciter.
Fugienda ſagaciter.
Metuenda finaliter.

mentaliter meditanda. Et iſta certeſunt opera,& mirabilia Dei,& ipſius beneficia nobis impenſa. Opera.n. Dei magna, & mirabilia ſunt rōne potentiæ, quam ſummè oſtendit. Ratione clementiæ quam bonis impendit. Ratione iuſtitiæ qua malos offendit. De operibus ſuæ potentiæ dicitur Deute. 10. Eſt inquit Deus tuus qui facit magnalia,& terribilia, quæ viderūt oculi tui. Et in pſal. Venite & videte opera domini, quæ poſuit ꝓdigia ſuper terram. Et Iob.41. Oīa quæ ſub cœlo ſunt, mea ſunt. De operibus autem ſuæ clementiæ ſeu beneficentiæ dicitur in pſalm. Quid retribuam domino pro omnibus,quę retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam,& nomē domini inuocabo. De operibus vero ſuæ iuſtitiæ dicitur Sap. 12. Cū ergo ſis iuſtus, omnia iuſte diſponis. Iſta ſunt igitur quæ ſunt mentaliter meditanda. Item dico, ꝙ aliqua ſunt quæ ſunt ſubtiliter perſcrutanda,& iſta certe ſunt occulta Dei iudicia,& ſecreta,& cuncta etiam diuinæ paginæ documenta, de quo Deute.4. Audi præcepta,& iudicia quæ ego docebo te.& Ioſuæ.8. Legit oīa verba benedictionis,& cuncta quæ ſcripta fuerant. Item dico quædam ſunt quæ ſunt vtiliter operanda, ſeu etiam faciēda & adimplenda. Et iſta certe ſunt mandata Dei, & omnia bona opera & honeſta de quibus Deuter.12 Obſerua, & audi omnia quæ ego præcipio tibi. Et Numer.1. Fecerunt filii Iſrael iuxta oīa quæ præceperat dominus. Item quædā ſunt humiliter Veneranda, & iſta ſunt eccleſiaſtica ſacramenta, ſancti etiam,& ſanctæ,& omnia cęleſtia bona,& dona.2. Eſdræ.1. Conſummata ſunt omnia, quæ pertinebant ad ſacrificia domini. Item quædam quæ ſunt vocaliter reſeranda ſeu etiam prædicanda,& iſta ſunt omnia, quæ pertinent ad ſalutem, de quo Hiere. 1. dicit dominus cuilibet prædicatori, & doctori. Ad oia quæ mittam te, ibis, & quæ mandauero tibi loqueris ad eos. vt & ipſis dicatur illud Iudith.8. Oīa quæ locuta es, vera ſunt, & non eſt in ſermonibus tuis vlla reprehēſio. Item ſunt quędam quæ ſunt veraciter confitenda ſeu etiā credenda, ſ. articuli fidei,& omnia quæ credit, & tenet eccleſia ſancta mater. Actuum 24. Credens omnibus quæ in lege, & prophetis ſcripta ſunt.& Lucæ 1. Beata quæ credidiſti, qm̄ perficientur in te omnia quæ dicta ſunt tibi. Item ſunt quędā quę ſunt vulgariter diuidenda. Et iſta ſunt bona temporalia, quæ.ſ. per elemoſynam ſunt aliis diuidenda. vnde Iob.2. Cūcta, quæ habet homo, dabit pro aīa ſua. Et illud Lucæ.12. Vēdite quę poſſidetis,& date elemoſynam,& merito, quia ſicut dr̄ Galat.6. Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. Itē quædā ſunt quæ ſunt totaliter appetenda, ſ. bona gloriæ paradiſi. qa .ſ. temporalia ſunt contemnenda, æterna vero & cœleſtia appetenda. Sicut enim dicitur. 2. ad Corinth.4. Quæ temporalia ſunt videntur, q̄ aūt non videntur, æterna ſunt. Vnde beatis pōt dici illud Luc.10. Beati oculi, qui vident quę vos videtis. Oculus.n. non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Bene ergo dicit Apoſtolus ad Col.3. Quæ ſurſum ſunt quærite. Itē ſunt quædam quæ ſunt ſagaciter fugienda, videlicet peccata, & ēt tranſitoria mūdi bona, de quibus Eccleſiaſtici 1. Vidi cūcta quæ fiunt ſub ſole,& ecce vniuerſa vanitas. Et Eccleſiaſtici 41. Oīa quæ de terra ſunt in terram conuertentur. Et maxime, quia iſta proprie loquēdo noſtra non ſunt, quia ſcilicet nobiſcum poſt mortem portari non poſſunt. Vnde illi diuiti dictum eſt Lu.12. Stulte, hac nocte repetēt aīam tuam à te, quæ autem paraſti, cuius erūt? Item quædam ſunt quæ ſunt finaliter metuenda. Et iſta ſunt tormenta inferni, de quibus in multis locis dicitur &c.

A **Quercus.** Cum quercus ſit arbor. ſ inferius terris iniecta, exterius late porrecta ſuperius alte erecta, interius dure confecta, anterius foliis tecta, poſſumus dicere ꝙ in ſcriptura inuenit̄ multiplex q̄rcus, videlicet

Homo iuſtus. Prima quercus debet honorari.
Crucis luctus. Secunda quercus debet adorari.
Mundi ſtatus. Tertia quercus debet refutari.
Vir ſtultus. Quarta vero quercus debet deteſtari.

¶ Primo igitur dicamus quod eſt quercus quę eſt honoranda. Et iſta pro certo eſt vir perfectus,& iuſtus, quia.ſ. cæteris arboribus.i. cæteris perſonis eſt profundior per humilitatem inferius iniectam: Extēſior per charitatem exterius porrectam. Superior per mentis ſublimitatem cœleſtius erectam. Robuſtior per firmitatem interius confectam. Formoſior per honeſtatem anterius adiectā, vt & ſic de tali quercu .i. de viro iuſto poſſit dici illud Amos. 2. Altitudo cęlorum altitudo eius,& fortis ipſe quaſi quercus. Vnde Eſaię.6. Sicut quercus qui expandit ramos ſuos, ſemen ſanctum erit id qđ ſteterit in ea. ¶ Secundo dicamus, ꝙ eſt quercus quæ eſt adoranda. Et iſta eſt proculdubio arbor crucis, quæ ſcilicet merito poteſt quercui comparari,& hoc certe.

Quia radicatur in fidei profunditate.
Quia eleuatur in honoris ſublimitate.
Quia dilatatur in orbis vniuerſitate.
Quia roboratur in æterna durabilitate.

Quia etiam decoratur foliorū .i. miraculorum multiplicitate, & etiam fructuum vbertate,& vtilitate. Et maximè quia iſta eſt arbor quæ portauit fructū vitæ, Chriſtum videlicet ſaluatorem. Conſtat.n. quod ſola hæc arbor portat, & producit illam præcioſam arbuſculam quę dr̄ viſcus querci, quæ.ſ. ſanat à morbo caduco, ſicut dicit Pli. Quia re vera humillima, & minima arbuſcula Chriſtus, in quercu crucis fuit poſitus, & appenſus,& pro curatione orbis à morbo caduco.i. à morte æterna, qua.ſ. genus humanum cadebat. ibidē viſibiliter exhibitus & inuentus. Vnde de Chriſto in iſta quercu perſonaliter reſidēte.ſ. in paſſione pōt dici illud Iudic.6. Venit Angelus dn̄i, & ſedit ſub quercu. Et nota, ꝙ crux eſt quercus

Sub qua debes manere.
Pro qua debes deflere.
In qua debes pendere.

Sub qua dico debes manēre per deuotionem 1. Reg. 10. Ad quercū thabor inuenient te. Thabor interpretatur viuens lumen, ſignificans Chriſti crucem, qua ſcilicet mediante vera lux fidei venit in mundum. Pro qua etiam debes deflere per compaſſionem, ſcilicet præ dolore paſſionis Chriſti. vnde Geneſ.35. Sepulta eſt inquit delbora ſubter quercum, vocatumque eſt nomen loci illius quercus fletus. In qua inſuper debes pendere per affectionem, ſeu etiam per fiduciam,& orationem. Exemplo ſcilicet Abſalon, qui per crines ad quercum fuit ſuſpēſus, & ibi tribus lanceis confoſſus. Ad denotandum, ꝙ qui per crines affectionum ad crucis arborem ſuſpenduntur, tribus bonis ſpiritualibus lanceis id eſt triplici contritionis dolore ſcilicet pro peccatis cordis oris,& operis, confunduntur 2. Regum.18. Vidi Abſalon pendentem de quercu. Crux ergo eſt quercus, quæ eſt adoranda. Oſeæ.4. Accenderunt thymiamata ſubtus quercum. ¶ Tertio dico, quòd eſt quercus quæ eſt refutanda. Et talis certe quercus eſt eminentia mundi ſtatus vel etiam altus, & eminens diues malus. De quo ſcilicet nota, quòd iſta eſt quercus

Sub qua promouentur homines impij.
Cui coniunguntur homines deuii.
A qua ſucciduntur rami ſuperflui.
Cui infliguntur dolores nocui.

Dico igitur de iſta quercu, ſcilicet de mundi gloria ſeu etiā de mundi diuitibus glorioſis, quòd ſcilicet homines ipſi ſub hac promouentur. Conſtat enim quòd ſub vmbra malorum & etiam ſub eminentia mundani ſtatus promouentur vt cōmuniter multi mali. Exemplo ſcilicet illius ſpurii, & peſſimi abimelech, de quo ſcilicet dicitur Iudic. 9. quòd ipſi conſtituerunt regem abimelech iuxta quercum. Item ꝙ homines deuii cum hac coniunguntur. Mali enim per amorem ſociantur,& confęderantur malis diuitibus, & etiam mundi ſtatibus,& honoribus.2. Regum. 18. Palpitabat Abſalon hærens in quercu. Item rami ſuperflui ab hac euelluntur. Rami ſcilicet diuitiarum,& bonorum, quę faciliter defluunt & pereūt ab hac quercu. Vnde Eſa.1. tales dicuntur eſſe velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus ſine aqua. Item dolores nocui huic infliguntur ſcilicet poſt mortē. Vnde Eſa.2. Dies domini ſuper omnem ſuperbum,& ſuper omnem arrogantem,& humiliabitur,& ſuper cedros libani,& ſuper quercus baſam &c. Et Zach.11. Vlulate quercus baſam, quoniam ſuccиſus eſt ſaltus munitus. vox vlulatus paſtorum, quia vaſtata eſt magnificentia eorum. Hæc eſt ergo quercus quæ eſt refutanda. ¶ Quarto dico, quòd eſt quercus, quæ eſt deteſtanda. Et iſta pro certo eſt vir peccator, qui proprie dicitur quercus, quia durus eſt

Per inſenſibilitatem profunde terris infixus.
Per terrenorum cupiditatem alte erectus.
Foliis veſtitus ſeu per curioſitatem ornatus.

Per superbiam & pompositatem late extentus.
Per iactantiam & inconstantiæ vagabilitatem.
De duritia malitiæ seu etiam insensibilitate peccatoris pôt dici illud Esa.44.ꝙ scilicet de ilice,& quercu solebant Idola fabricare.Idolum.n.surdum,& mutum,insensibilitatem desi gnat. De ipsius auaritia seu cupiditate potest allegari illud Iudic.6.Tulit Gedeon oĩa sub quercu.Tollere enim est propria conditio auarorũ.De ipsius vero vagabilitate pôt allegari illud Ezec.27. Quia.s.quercus de basan dolauerũt in re mos illius nauis tyri, Remi enim nauis vegantur per maria. De superbia autem illius allega illud prædictum Esa.2.Dies domini super omnem superbum.sufficiat &c.

A **Quærere.** Nota, quòd quærere est actus diligentiæ Et est idẽ quærere, quod inuestigare seu inquirere,& idem,quòd requirere seu appetere.Et est aduertendum,quòd in scriptura inueniuntur multæ personæ quęrentes.Quærit enim

Deus.	Quærit Deus nostram conuersationem.
Iustus.	Quærit iustus suam saluationem.
Impius.	Quærit impius morum corruptionem.
Diabolus.	Quærit diabolus nostram damnationẽ.
Mundus.	Quærit mundus rerum possessionem.
Corpus.	Quærit corpus carnis infectionem.

Dico ergo,ꝙ Deus quærit nostram conuersationem.Ipse.n. est qui non vult mortem peccatoris,sed vt magis conuertatur,& viuat.Ezec.18.Vnde Michæ.6. Indicabo tibi hõ qđ sit bonum, & quid dominus requirat à te. vtiq; facere iudiciũ, & diligere misericordiã, & sollicite ambulare cũ Deo tuo. Iste est.n.sicut onager,qui odore quærit,& psequitur vxorẽ suam.Est ẽt sicut ouis,quæ voce quærula quærit,& cõuocat agnos suos.Est insuper sicut tygris, quæ de raptis catulis do let,ipsosq; diligenter quærit,donec eos inueniat, & ad lectũ reportet.Quia pro certo charissimi, Deus de amissione suæ vxoris.s.animæ Christianæ,& pullorum & catulorum suorũ .i.fidelium deuotorum præ compassione dr̃ dolere.i.ad mo dum dolentis se habere. Et ideo ipsos,& per se inspirando, & per prædicatores reuocando solet quærere, vt eos possit ad conuersationem,& ad statum gratiæ reuocare. Qđ bene figuratur in pastore ouem errantem quærente.Matt.18.& in muliere dragmam perditã diligenter inuestigãte,& de inuẽ tione gaudẽte.Lucæ.15. Quia breuiter Deus quærit ꝙ hoĩes peccatores saluentur, & de eorum salute nõ modicum iocũ dantur.Vnde de sapiẽtia increata dicitur Sap.6.Quia digno se circuit quærens,& in viis suis ostẽdit se illis hilariter. Pa

B tet ergo,ꝙ quærit Deus nostram saluationem.¶ Secundo di co,quòd quærit iustus vitæ perfectionem . Sicut.n.aĩalia naturaliter sciunt quærere,quæ sibi sunt vtilia, & ad salutẽ cor poris necessaria,sicut patet,quia aquilæ sciunt quærere lapidẽ etiten,vt virtute eius pariant,cerui quærunt herbã dictamum vt sagittas de corpore eiiciant,mustellæ quærunt rutã vt contra basiliscum præualeant,grues, ciconiæ, & hirundines sciunt quærere loca calida vt ibi in hyeme resideant, sic vere viri iusti debent quærere remedia spiritualia, Deum.s. & virtutes, vt salutem aĩæ possint obtinere, vt opera bona possint parere,vt sagittas peccatorũ possint expellere, vt basiliscum.i.carnem propriam venenosam possunt superare,vt etiam tempore hyemis.i.mortis possint tute, & sine periculo residere.Vnde Ecclesiastici 1.Proposui in corde meo quę rere,& inuestigare sapientei.Igitur quæramus etiten charitatis more aq̃læ,vt pariamus bona opera.Quæramus dictamum contritionis,pœnitentię & asperitatis,ad reprimendũ carnis funera.Quæramus etiam more gruum locum,& statum æternæ patriæ,ad obtinendum pacis fœdera, & hoc est qđ præcipitur Esa.21.Si quæritis,quærite, cõuertimini,& ve nite,ac si diceret.Si aliquid q̃ritis quærite,qđ est vtile ad salu tẽ.vt breuiter exponatur illud breue documentum Amo.5. Quærite dñm,& viuite.In quibus verbis ostẽditur, ꝙ in ista spirituali,inquisitione seu quæstione tria sunt necessaria.s.

C Actus diligentissimus.
Finis potentissimus.
Fructus gloriosissimus.

Dico.n.ꝙ ostenditur ibi actus exequẽdus diligentissime. Quærite inquit.Prætenditur finis consequendus cõpetentissimè. Dominum inquit. Promittitur fructus assequendus gloriosissimè . Et viuite inquit. ¶ Dico igitur quòd hic ostenditur actus diligentissimus qui iniũgitur. Quęrite inquit. Venator .n.solet sollicitare canes suos ad prædam quærendum, sic,& Deus nos sollicitat ad diligenter vtilia procurandũ.Quærite inquit,quod est præsentis tẽporis,& imperatiui modi,quę oĩa promptam diligentiam significare noscuntur. Ille.n.canis est melior, qui diligentius quærit prædam . quia sicut dr̃ Prouer.11.Bene consurgit diluculo qui quærit bonum.Et iõ dicit quærite,iuxta illud Matt.6.Quærite,& inuenietis, petite,& accipietis,pulsate,& aperietur vobis. Oĩs.n.qui quærit inueniet,& oĩs qui petit accipit, & pulsanti aperietur. Vide auctoritatẽ expositam supra de Venire . Notandũ ergo est, ꝙ multa sunt, quæ cum diligentia sunt quærenda, videlicet

Internæ sapientiæ lympitudo.
Fraternæ amicitiæ vicissitudo.
Operum efficacię sanctitudo.
Pacis atque concordiæ quietudo.
Fidelis permanentiæ certitudo.
Virtutum opulentiæ plenitudo.
Aequitatis iustitiæ rectitudo.
Cœlestis eminentiæ celsitudo.

Ista. n. oĩa quærẽda sunt, & solerti indagine procurãda.Igitur quęramus internã sapiẽtiã , quia sicut dr̃ Prouerb.15. Cor sapiẽtis quęrit doctrinam.Et 1.Corint.1.Iudæi signa petunt,græci sapientiã quærunt.Itẽ quęramus fraternam amicitiam.Gene.37.Fratres meos quęro, indica mihi vbi pascant greges . Item quæramus operum efficaciam,sicut de sancta muliere dr̃ Prouer.31. Quæsiuit lanã & linum,& operata est consilio manuum suarum. Itẽ quæramus quietis concordantiam.Hierem.29.Quęrite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci. Item quęramus fidelem permanentiam.1.Corintio.4.Hic iam quæritur inter di spensatores vt fidelis quis inueniatur. Item quęramus virtutum opulentiam Matt.13.Simile est regnũ cęlorum homini negociatori,quęrenti bonas Margaritas.i.virtutes.Itẽ quęramus iustitię æquitatem,& iudicium.1.Mach.2. Descenderũt multi quærentes iudicium,& iustitiam in deserto.Itẽ quæramus cœlestem eminentiã.Matt.6.Primũ quærite regnũ Dei. & Col.3.Quæ sursum sunt quærite,vbi Christus est in dextera Dei sedens . Quæ sursum sunt sapite,non quæ super terrã. Ista igitur cum diligentia debent quæri , & cum oĩ solertia procurari.Quærite inquit. ¶ Deinde dico, ꝙ hic ostenditur D finis competentissimus qui prætenditur,& hoc ostẽditur cũ dr̃.Dominũ.quia.s.dominus est ille vltimus finis,qui ab oĩbus debet quæri. Sicut.n.obsessus libenter quærit protectorem,oppressus adiutorẽ,discipulus doctorem,sic & nos debemus quærere saluatorem. Vnde nota,ꝙ iste quærẽdus est tãquam Refugium magnæ securitatis.Remedium magnę fęlicitatis.Palatium dulcis tranquillitatis.Spectaculum grãdis amænitatis.Propugnaculum fortis soliditatis.Quæratur igitur dominus tanquam refugium securissimum.psa.Quęrite dñm,& confirmamini,quærite faciem eius semper.Item tanquam remedium fęlicissimum.Luc.6.Oĩs turba quęrebat eũ tangere,quia virtus de illo exibat,& sanabat omnes.Itẽ tanquam palatium quietissimum . Ecclesiastici 24. In oĩbus requiem quæsiui,& in hæreditate domini morabor. Item tanquam spectaculum amænissimum.Luc.19. Quærebat Iesum videre,& non poterat. Item tanquã propugnaculũ solidissimũ.Iob.9.Si fortitudo quæritur,robustissimus ẽ. Quærẽdus est ergo cũ tristi cõpassione. Cum dulci deuotione. Cũ læta contemplatione vel congratulatione.Cũ continua occupatione. Dico cum tristitia,& compassione.Luc.2.Dolentes q̃rebamus te.Dico etiã cũ dulci deuotione, & sic mulieribus, quæ cũ vnguentis veniebãt vngere Iesum, dictũ est Mar.16. Iesum quæritis Nazarenum crucifixum.Dico insuper cũ læta congratulatione. psal. Lætetur cor quærentium dominũ, & alibi.Lætentur in te oẽs qui quærũt te. Dico nihilominus cum cõtinua occupatione.psa. Quęrite faciem eius semper. Illi. n. qui isto quadruplici modo quęrunt dominum , inueniunt eum,iuxta illud.1.Parali.28. Si quęsieris dominum ex toto corde tuo, inuenies eum. Sed pro certo illi qui quærũt p vitia,& peccata,vel q̃runt eum in deliciis,& diuitiis huius mundi,nõ inueniunt ipsum.Rom.11.Quod quęrebat Israel, nõ est assecutus.Io.7.Quæretis,me,& nõ inuenietis. ¶ Sic ergo patet, ꝙ ista inquisitio debet habere finem cõpetentissimum,s.ipsum Deum . Sed de hoc vide magis plene supra de inuenire,in primo membro auctoritatis.¶ Deniq; dico,ꝙ in B ista inquisitione possumus attẽdere fructũ copiosissimũ. Viuite inquit.q.s.per talẽ inquisitionem habentur,& acquiritur vita gratiæ,& gloriæ.psalm.Quærite Deum, & viuet aĩa

vestra

vestra. Quatuor.n.sunt genera canum venatorum, quidam sunt qui optime quærunt, sed nõ accipiũt, sicut leuigẽ. Alij qui optime accipiũt, sed nihil quærũt, sicut sunt leoparii. Alij vero qui bñ quærũt et accipiũt, sicut sunt aliqui medio cres, bastardi. Alij vero qui nec qrũt nec accipiũt, sicut sunt mastini, qui magis latrant hominibus quam bestijs, & sicut ẽt sunt caniculorum &c. Sic vere charissimi in mundo isto sunt quattuor genera personarum.s. quidam quærentes, & nihil accipientes Et isti sunt illi q optimi sunt in principio, & in fine fiunt mali, & ideo illud quod quesierant.s. salutem & gloriam, minime consequunt. Vnde Cant.3. Quæsiui eũ, & non inueni. Figurati in spiritu immundo, qui exiens ab homine quærit requiẽ & non inuenit. Matt.12. Alij sunt nõ quęrentes sed accipientes. Et isti sunt q in principio ad nullum bonum vacat, sed tñ de dei misericordia conuertũtur ad salutem, & gloriam assequuntur, sicut patet de Paulo & Magdalena. Esa.64. Inuenerunt me qui non quæsierunt me. Alij sunt quærẽtes & inuenientes, sicut sunt generaliter omnes boni. De quib. dr̃ Matth.7. quærite & inuenietis. Alij vero sunt nec quærentes nec inuenientes sicut sunt generaliter oẽs mali de quibus.2. Paral.15. Si quis non quæsierit do
F minum moriatur. Sic ergo patet ꝙ quęrit iustus morum ꝑfectionem. Et istud est ẽm principale. ¶ Tertio ꝙ quærit impius vitæ corruptionem. Sicut.n. videmus ꝙ pueri non quærunt nisi maculare semetipsos & nihil vtile volunt quærere vel curare, sic peccator non quęrit nisi seipsum interficere per peccatum, nec curat aliquid quærere quod pertineat ad salutem. Soph.1. Non quęrunt dñm nec inuestigant. Et ideo de illis quę ab ipsis quęruntur, petuntur & concupiscũtur, aliquid est notandum. Notemus ergo ꝙ isti

Mundi dignitates.
Carnis voluptates.
Rerum facultates.
Hostium punitionem.
Iustorum destructionem.
Litium vexationem.

Quęrit dico mundi dignitatem & elationem. Vnde Prouer.17. Qui altam facit domũ suam, quærit ruinam. Contra illud Eccl.7. Noli quęrere fieri iudex. Item quęrunt carnis voluptatem & infectionem.3. Regũ.1. Quæramus domino nostro regi adolescentulam. Item quærunt rerum facultatẽ & possessionem. Zach.6. Qui fortissimi erant, quęrebant discurrere per totam terrã. Item quęrũt hostium pęnalitatẽ & punitionem, sicut 1. Reg.26. dr̃ ꝙ saul descendit in desertum Ziph, vt quęreret Dauid, quẽ.s. suũ inimicũ credebat. Item quęrunt iustorum damnationem & destructionẽ. psa. Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. Itẽ quærunt litium brigã & turbationem. Prouer.17. Semp iurgia quęrit malus, Angelus autem crudelis mittetur contra
G eum. Et sic patet ꝙ quęrit impius morum corruptionẽ. Et hoc est tertium principale. ¶ Quarto dico ꝙ quærit diabolus nostram damnationẽ. Sicut.n. aialia crudelia nihil aliud quęrunt nisi aialia innocentia deuorare, sic nec demones nisi animas per pctã capere, & per tormenta grauare. ps. Quęrunt animam vt auferant eam. vnde.1. Pe.5. Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit quęrens quem deuoret &c. ¶ Quinto dico ꝙ quęrit mundus propriã acquisitionem. Mundus.n. & mundani nõ quærunt nisi proprium lucrum, sicut supra visum est de falsis amicis, quia sicut dr̃ Phil.2. Omnes quę sua sunt quęrũt, non quę Iesu Christi. Contra illud.2. Cori.10. Nemo quod suum est, quęrat, sed quod alterius. ¶ Sexto principaliter dico ꝙ corpus quęrit immundam delectationem. Vnde caro solet dicere illud Canti.3. In lectulo meo per noctes quęsiui quẽ diligat anima mea. Sic ergo patet de quęrere &c.

A **Quæstio. Querela.** Nota ꝙ in scriptura inuenitur quęstio inquisitoria, quæstio litigatoria, quæstio murmuratoria. Quęstio inquisitoria est illa qua homo non cessat quęrere & inuestigare illa quę sibi sunt abscondita & secreta, contra illud Eccles.3. Altiora te ne quęsieris, & in superuacuis reb. ne fueris curiosus. & Eccles.7. Inueni ꝙ fecerit dominus hoiem rectum, & ipse infinitis se immiscuit quęstionib. ¶ Quęstio litigatoria est illa quæ inter partes propter secularia negocia ventilantur.2. Timot.2. Stultas & sine disciplina quęstiones deuita, sciens ꝙ generant lites. Quęstio murmuratoria est illa qua quis quæritur.i. cõquæritur de aliquo. Et de hoc dr̃ Phil.2. Sitis sine querela, & simplices filij Dei. De qua ẽt murmuratoria querela dicitur Nume.14. Querelas filiorũ Israel audiui, & loquitur de illis qui murmurabant pro eo ꝙ ipsos eduxerat de ęgypto &c. Sufficit.

Qui. Nota ꝙ illud pronomen relatiuum & adiectiuũ qui quandoque sumitur positiuẽ. Est.n. nominatiuus singularis numeri, & sic sumitur semper positiuẽ. Est ẽt quandoque nominatiuus numeri pluralis, vtpote quando est pluralis istius pronominis quis, & sic sumitur interrogatiuẽ. Quomodocunque ergo sumatur, dico quòd istud ꝓnomen qui, in bono sumitur & in malo. & sic dico ꝙ q pôt referri ad Deum, ad iustum, ad stultum. Est.n. Deus qui cunctis pręsidet. Et etiam iustus qui firmus residet. Est insuper stultus qui mala possidet. Est equidẽ mundus qui cito dissidet. Est nihilominus diabolus qui bonis inuidet. ¶ Primo ergo dico ꝙ Deus pôt dici qui, cum sit ille qui cunctis pręsidet. Qui.n. de sui significato comprehendit quandam infinitatem virtutis, & quandam etiam infinitatem eminentiam maiestatis. Et sic certe dico ꝙ per qui potest intelligi Deus cuius.s. infinitas, bonitas & potestas quia describi nequit à mortalib. si placeat, vocetur qui, qui hic pro nomine se interposuit, & sic fuit pronomen.i. pro nobis nomen, qui summo nomine claret & claruit. Sic fuit nominatiui casus, qui æternaliter, stat, stetit & viguit. Sic fuit signans positiue qui singulariter pôt & potuit. Sic fuit numeri singularis, q efficaciter ꝑdest & ꝓfuit. & sic fuit adiectiuus. Dicam igit ꝙ hic pro hoie se interposuit, & sic potest dici pronomen, q̃a pro nomine positiuẽ ponitur, quia.s. iste est qui fuit pro

Nobis à patre veniens.
Nobis a matre oriens.
Nobis in crucẽ moriens.
Nobis ad cœlum rediens.

Dicam ergo ꝙ hic est, q ꝓ nobis in mundũ exijt. vnde Mat.13. Exijt qui seminat seminare semẽ suũ &c. Vnde in symbolo dicimus sic. Qui ꝓpter nos homines et propter nostram salutem descendit de cęlis. Vnde de isto qui fuerat dictum Gen.49. Non auferet sceptrum de Iuda donec veniat q mittẽdus est, & ipse erit expectatio gentiũ. ¶ Item hic est q pro nobis de matre prodijt. Vnde magi dicebant. Mat.2. Vbi est qui natus est rex Iudęorum? &c. Item hic est qui pro nobis tormenta subijt, s. in cruce. vnde ad Titum.2. dr̃ sic. Apparuit gratia Dei saluatoris nostri &c. Sequtur. Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab oĩ iniquitate &c. Item hic est qui ante nos ad cœlum adijt, s. vt nobis ianuam aperiret, & vt ibi ęternã requiem nobis daret. Vnde iste est de quo dr̃ in ps. Deus qui inhabitare faciet vnius moris in domo, qui eduxit vinctos in fortitudine, qui redimit de interitu vitã tuã, qui coronat te in misericordia & miserationibus. & 3. Reg.8. dr̃. Benedictus dominus qui dedit requiem populo suo. & in psal. dr̃. Qui ponit nubem ascensum suum, qui ambulat super pennas ventorũ &c. Patet ergo ꝙ hic pro homine se inter posuit. ¶ Etiam dico de isto qui ꝙ summo nomine claret & claruit. & sic bene dico ꝙ iste est nominatiui casus Vnde.1. Esdræ.6. dr̃. Deus inhabitare facit nomen suum ibi.s. in Hierusalem &c. ¶ Iterum dico de isto qui quòd ęternaliter stetit & viguit; & sic sumitur positiuẽ.s. quantum ad suam æternam & inuariabilem quidditatem. vnde ipse dicit. Exod.3. Ego sum qui sum. Et ibidem. Qui est, misit me ad vos. Deinde dico de isto qui ꝙ singulariter potest & potuit. Et sic potest dici numeri singularis, quia.s. ipse est excellentissimę & singularissimę potestatis. Et ista certe bene apparuit in mũdi creatione, quia sicut dr̃ Eccles.28. Qui viuit in ęternum, creauit omnia simul. Apparuit in clara cognitione. Vnde iste qui est (sicut dr̃ Mat.6.) pater tuus qui videt in abscondito, & reddet tibi &.2. Esdrę.3. Benedictus es qui dedisti mihi sapientiam. & in psa. Qui docet homines scientiam. Apparuit in hominum liberatione. Neemiæ.2. Iste est Deus qui eduxit te de AEgypto. Apparuit in hostium expugnatione. psal. Qui percussit reges magnos, & occidit reges fortes &c. Apparuit ĩ iustorũ retributione, & vitę ęternę distributione, vt.s. de ipso dicat quilibet beatus illud psal. Qui posuit animam meã ad vitã, & nõ dedit in cõmotionem pedes meos. Vnde alibi. Cantabo domino, qui bona tribuit mihi &c. ¶ Deniq; dico de isto qui, ꝙ efficaciter ꝓdest & profuit, & sic est pronomen adiectiuũ. addit.n. dat & auget suis fidelib. oẽ bonum. B
Addit.n. nobis suam prudentiam, nos dirigendo. Pręsentiam, nos diligendo, iustitiam, nos corrigendo. Clemẽtiam,

nos

nos adiuuando. Iste.n.habet prudentiam nostri dirigitiuã Deut.31.Dñs qui ductor noster est,ipse erit tecum. Habet & præsentiam nostri directiuam.Num.35.Ego sum dominus qui habito inter filios Israel.Habet etiam iustitiam nostri correctiuam.Vnde ipse dicit Exo.20.Ego sum Deus Zelotes,qui vindico iniquitatem patrum in filios.Habet vlterius clementiam nostri adiutiuam.Vnde certe dico q̃ iste qui nos adiuuat,eo quia ipse est

Qui nos regit ordinatiuè.
Qui nos tegit defensatiuè.
Qui nos cogit comminatiuè.
Qui nos tangit inspiratiuè.
Qui nos pascit consolatiuè.
Qui nos ducit gubernatiuè.
Qui nos iungit sociatiuè.
Qui nos vngit præmiatiuè.

Hic est qui nos regit. psal. Qui regis Israel, intende. Itẽ hic est qui nos tegit.psalm.Qui tegit aq̃s superiora eius. Itẽ hic est qui nos cogit.s.terrendo & cõminãdo.ps. Qui recipit terrã,& facit eã tremere. Itẽ hic est qui nos tangit psa. Qui tãgit mõtes,& fumigãt.Item hic est qui nos pascit.psal.Qui dat escam omni carni. Et alibi. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis &c. Itẽ hic est q̃ nos ducit psal. Qui deducis velut ouem Ioseph.Et iterum. Qui transducit populum suum per desertum. Item qui nos iungit,s.per charitatem,quia ẽm Apostolum hic est qui fecit vtraque vnum. Item hic est qui nos vngit,s per æternæ gloriæ suauitatem.Vnde ẽm psal.Iste est qui replet in bonis desiderium tuum,renouabitur vt aquilæ iuuẽtus tua. Patet Deus igit̃ q̃, & maximè Deus pater,cui.s.dicimus.Pater noster qui es in cœlis &c.Patet etiam Deus filius,de quo Apo. 21.Et dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia. Patet insuper Deus Spiritussanctus, de quo dr̃. Spiritus est qui viuificat,caro autem prodest quicquã.Vnde in symbolo canimus de eodem Qui cum patre & filio simul adoratur &c. Qui locutus est per prophetas &c. Patet igitur q̃ est dare Deum qui cunctis præsidet.¶ Secundò principaliter dico q̃ est dare iustum qui firmus residet. Iste.n. est hoc pronomen qui,q̃ facit charitas.Pro alijs.n. stabat, pro alijs certabat,pro alijs orabat,et pro alijs allegabat.Iste ergo ꝓ alijs pugnabat & dimicabat.Vnde 2.Paral.32. Qui auxiliator est noster,pugnabitque pro nobis.Item pro alijs clamabat & exorabat.Vnde 2.Mach 15.Hic est qui multum orat pro populo Item pro alijs allegabat seu aduocabat. Vñ alij de ipso poterant dicere illud Mar.9. Qui nõ est aduersum nos ꝓ nobis est.Item iste qui,s.iustus,singularis numeri est, q̃ facit sanctitas,quia.s.iste singularis & excellentis fuit sanctitatis & vitæ.Vnde Apoca.22. Qui iustus est, iustificetur adhuc.Et reuera iste fuit excellens & singularis, scilicet in

Diligentiæ motu.
Permanentiæ statu.
Præsidentiæ ductu.
Amicitiæ fructu.
Pœnitentiæ luctu.
Sanctimoniæ ritu.
Castimoniæ statu.
Patientiæ gestu.
Sapientiæ questu.
Eloquentiæ dictu.
Misericordiæ tactu.
Confidentiæ gestu.
Residentiæ actu.

¶ Dico ergo q̃ noster qui est homo iustus,singularis & excellens in motu diligentiæ. Vnde de illo flumine paradisi dicitur Genes.2.Iste est qui circuit omnem terram. Et ibidem. Fluuius egrediebatur de paradiso voluptatis q̃ inde diuiditur in quattuor capita. Item in statu permanentiæ.Vnde Ioann.15.Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. & Leuit.23.Omnis qui de genere Israel est,manebit in tabernaculo.Vnde de perseuerantia & permanentia viri iusti dicit apost.1.ad Cor.10.Qui stat videat ne cadat. Itẽ singularis est in presidentiæ statu.Magna.n.virtus est scire alijs debite præsidere.VndeExod.23. Ego mittam Angelum meũ,qui præcedet te.Item in fructu amicitiæ.Vnde de feruore veræ amicitiæ dr̃ Leuiti.6.Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.Item luctu penitentiæ.Vnde iste est qui dicit.1.Paralipomen. 21. Nonne ego sum qui præcipi quòd numeraretur populus?ego qui peccaui, ego qui malum feci. Et dr̃ ibidẽ quòd maiores natu & Dauid induti cilicijs, ceciderunt proni in terrã.Item singularis erat in ritu sanctimoniæ. Vñ illud predictũ Apoc.22.Qui sanctus est sanctificet adhuc de illis de quibus dr̃ Exod.16. Sacerdotes qui accedunt ad dominũ,sanctificentur.Itẽ singularis erat in statu castimoniæ.Vnde iste erat de illis de quibus dr̃ Apoc. 7. Hi qui amicti sunt stolis albis,q̃ sunt,& vnde venerũt?Hi sunt qui venerũt ex magna tribulatione,& lauerũt stolas suas,& de albauerũt eas.Et ecclesiastici.31.dr̃ quod beatus est qui iuẽtus est sine macula &c.Itẽ singularis erat in gestu patiẽtiæ.Vnde Iac.1.Beatus vir qui suffert tẽtatioẽ,quoniam cum probatus fuerit,accipiet coronã vite &c.Sequit. Qui potuit trãsgredi,& nõ est transgressus,& facere mala. & non fecit.Itẽ singularis fuit in quæstu sapiẽtiæ Ecclesiastici.14.Beatus vir qui in sapiẽtia morabitur,& qui in iustitia meditabit̃,& in sensu cogitabit circũ pactioẽ Dei &c. Itẽ fuit singularis in dictu seu in fatu eloquẽtiæ,de quo Ecclesia.14.Beatus vir qui nõ est lapsus verbo Itẽ in tactu clementiæ seu misericordiæ.Ecclesiastici.29.Qui facit misericordiã,fenerat̃ proximo suo.Et illud Prouerb.19.Feneratur domino qui misereẽ pauperis.Itẽ in gestu spei seu diuinæ cõfidentiæ.Her.17.Beatus vir qui cõfidit in domino, & erit dominus fiducia eius &c.Itẽ in actu resistẽtiæ,s.contra tẽtationes & tribuulationes,de quo Apoca.2. Qui vicerit nõ lędet a morte secũda.& Apo.3. Qui vicerit,faciã illum colũnã in templo dei mei,Qui vicerit,dabo ei sedere in throno meo mecum &c. Sic igitur patet q̃ qui.i.vir iustus est numeri singularis,quod facit sanctitas.Itẽ iste q̃ positiuè accipit̃,quod facit firmitas,seu etiã cõnstantia & stabilitas.Luc.1.Ego sum gabriel ,qui asto ãte deũ.vnde illud ꝑdictũ. Qui manet in me.&c. Qui stat,videat ne cadat &c. Itẽ iste qui fuit nominatius ,quod fecit æquitas.Nominatiuus.n. extitit & famosus. Nominatiuus autem dr̃ rectus. ad denotandum quòd rectitudo iustitiæ ipsũ fecit famosũ, quia sicut dr̃ Prouerb.2.Qui recti sunt,habitabũt in terra vt de tali nominatione dicat̃ illud Num.3.Hęc sunt nomina filiorũ Aaron,qui vncti sunt.& 2.Reg.5.Hęc nomina eorum qui nati sunt in Hierusalẽ.Itẽ iste fuit adiect⁹, quod fecit bonitas,quia.s.isti,quãdiu vixit,additæ sunt gratię & virtutes,in fine vero post mortem addita est sibi gloria sẽpiterna,& locus & habitatio paradisi. Vnde i psalm. Dñe quis habitabit ĩ tabernaculo tuo,aut quis requiescet i mõte sancto tuo.Qui ingrediet̃ sine macula,& operatur iustitiã. Qui loquitur veritatẽ in corde suo,qui nõ egit dolũ lingua sua.Et alibi.Quis ascẽdit in montẽ domini,aut quis stabit ĩ loco sancto eius?innocẽs manibus,& mũdo corde,qui nõ accepit in vano animã suã,nec iurauit ĩ dolo proximo suo. Et breuiter de isto qui dicit, Christus.Ioã.7.Qui credit in me, habet vitã ęternam &Io.8.Qui sequit̃ me,nõ ambulat in tenebris,sed habebit lumẽ vitę.Patet igit̃ quòd qui significat virum iustũ,qui firmus residet.¶ Veruntamẽ quia qui quandoq; ponitur in plurali,dico q̃ per qui in bono significato possunt intelligi pluraliter viri iusti & sancti, q.s.possunt dici pronomina q̃a pro nobis solẽt intercedere. Noiatiui casus,quia magnum nomẽ & famã solẽt acquirere.Dici q̃nq; positiuè,q̃a in bono solẽt subsistere. Q̃nq; et dicunt interrogatiuè,q̃a malos solẽt interrogare,arguere,& increpare. Adiectiui ẽt sunt,q̃a virtutes virtutibus solẽt addere. Pluralis ẽt sunt numeri,quia plurib.virtutibus & meritis solent clarescere,& beatitudine multimoda finaliter in cœlo nitescere.Ita q̃ de istis põt dici illud Eccles.2. Qui timent dñm,ꝑparabũt corda sua,& in cõspectu illius sanctificabũt animaas suas. Quia timent dominum custodient mandata eius,& patiẽtiã habebũt vsq; ad inspectioẽ illius. Et brẽ de pluralitate virtutũ suarũ notare possumus, q̃ hi sunt qui

Metuunt rerum creatorem.
Renuunt vanum mundi florem.
Abluunt carnalem fœtorem.
Arguunt stultorum errorem.
Sustinent pęnarum dolorem.
Abstinent nec quærunt ciborem dulcorẽ.
Retinent scripturæ saporem.
Obtinet gloriæ splendorem.

Dicam ergo quòd isti sũt qui rerum creatorem solent metuere. Vnde in psa.dicitur q̃ beati omnes qui timent dominũ,qui ambulant in vijs eius.Et Apoc. 19. Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis Deũ,pusilli & magni.Itẽ isti sunt qui vanũ mũdi florem solẽt respuere.vñ Christus talibus dicit Mat.19.Ecce nos reliquimus oia,& secuti sumus te,quid ergo erit nobis?Amẽ dico vos bis q̃ vos qui secuti estis me,sedebitis sup sedes 12. & omnis qui reliquerit domum,fratres,patrem, agros &c. centuplum accipiet, & vitam æternã possidebit. Vnde isti sunt

sunt de illis centum quadraginta quatuor milibus q empti sunt de terra.i.de terrenorum amore.Itē isti sunt qui carnalē fętorē solent abluere.s per virtutē mūdissimæ castitatis vnde de istis canitur in psal.ꝙ beati immaculati in via qui ambulant in lege dñi.& Apo.14.Hi sunt qui cū mulieribus non sunt coinquinati,virgines.n.sunt, & sequuntur agnum quocunq; ierit.Itē isti sunt qui stultorū errorē solent arguere,s.doctores & prædicatores.Vnde de Apostolis dr̄ Act.2. Nōne ecce oēs isti qui loquuntur,Galilæi sunt? Vnde de talibus q.d admiratiuè loquitur scriptura Esa.90.Qui sunt isti qui vt nubes volant,& quasi columbę ad fenestras suas? Itē isti sunt qui pœnarū dolorem solent sustinere.Sancti.n.plus quàm cæteri sustinent in hac vita.Vnde Thob.8.Oēs qui placuerunt Deo,per multas tribulationes transierunt. Ideo de talibus dr̄ Lucæ 1.Beati qui nunc fletis, quia redebitis. & Math.5.Beati qui nunc lugent,quoniam ipsi consolabūtur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,quoniā ipsorum est regnum cœlorum.Item isti sunt qui ciborū dulcorem solent abhorrere. Vnde Lucæ.6.Beati qui nunc, esuritis,quia saturabimini.Item isti sunt qui scripturæ saporem solent retinere.psa.Beati qui ambulant in lege dñi Beati qui scrutantur testimonia eius.Vnde scriptura diuina potest dicere de talibus qui illud Eccl.24.Qui edūt me,adhuc esurient,& qui bibunt me,adhuc sitient,& qui elucidāt me vitā æternā habebunt.Item isti sunt qui gloriæ splendorē solēt obtinere.Vnde de ipsis possum⁹ dño dicere illud Iud.5.Qui aūt diligunt te,sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilant.supple in gloria paradisi.Et sic bene patet ꝙ qui in plurali significat viros iustos,ꝑꝑ suarum pluralitatem virtutū. Qui ergo tam singulariter quàm pluraliter signat iustum,q.

D firmus residet.¶Tertiò verò principaliter dico ꝙ qui signat stultum, qui culpas possidet. Et sic certè de quolibet viro impio vel peruerso potest dici quòd ipse est

Qui ad fraudem semper paratus.
Qui in malo semper obstinatus.
Qui in diuersis culpis maculatus.
Qui occulta plus iusto scrutatur.
Qui parentes suos detestatur.
Qui fluctuans pendet & vagatur.
Qui pauperes grauat & prædatur.
Qui in bonis terrenis lætatur.
Qui libenter non disciplinatur.
Qui socijs malis combinatur.
Qui in verbis nimis effrenatur.
Qui diuina pacta non sectatur.
Qui credere Deo non dignatur.
Qui tenebris terræ non obfuscatur.
Qui Deo semper aduersatur.
Qui à Deo excommunicatur.
Qui in fine morti condemnatur.

¶Dicam ergo de stulto,idest de quolibet impio & peruerso ꝙ iste est qui ad fraudē semper est paratus.vnde de diabolo mulierem fraodulenter decipiente dicitur Gen.3. Qui dixit ad mulierē.Quare prohibuit vobis Deus ne comederitis de ligno? &c.Et sic decepta comedit,& eiecta est de paradiso.De istis dicitur Prouer.28.qui decipit iustos,in via mala in interitu suo corruet. Item hic est qui in malo semper est firmatus,s.per obstinationem peruersam.& sic figuratur in coruo,qui egressus de arca non reuertebatur sicut dicitur Genes.8.Itē hic est qui diuersis culpis est potatus.Vnde Iob 15.Qui bibit quasi aquam iniquitatem.Item hic est qui occulta piusquam decet est scrutatus.occulta dico aliena,q̄ s.scrutari & inquirere non cessant,vt occasionem nocendi inueniat,& tamen dicitur Leuit.14.ꝙ qui intrauerit domū quando clausa est immundus erit vsq; ad vesperā. Mali.n. aliena abscondita scire volunt,sua verò à Deo & à sacerdote abscondunt,& tamen scribitur Proue.28.ꝙ qui abscōdit sua,non dirigetur.Qui autem confessus fuerit & reliquerit ea misericordiam consequetur.Item hic est qui parētes nō est veneratus.Deuter.27.Maledictus qui non honorat patrem suum,& matrem suam. Item hic est qui fluctuat, nec stat immutatus.vnde Deuter.21.Maledictus à Deo qui pēdet in ligno.Itē hic est qui pauperes fuit depredatus. Ideo sibi dicitur Esa.33.Ve qui prædaris,nonne & ipse prædaberis?Item hic est qui in Gazis nimis est lætatus.Et tñ dicitur Prouer.11.Qui confidit in diuitijs suis,corruet.Prouerbi.15 Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam.& Ecclesiast.5.Qui amat diuitias,fructum non capiet ex eis.Itē hic est qui nequaquā, est disciplinatus, seu hic estq in moribus nōest regulatus, scilicet per exercitium disciplinæ. Et ideo dicitur Prouerbio.12.ꝙ qui diligit disciplinam,diligit sapientiam.Et Prouerbiorum.15.Qui abijcit desciplinam, despicit animā suā. Itē hic est q impijs fuit combinatus seu sociatus.Et tamen dicitur Ecclesias.13.ꝙ qui tetigerit picē, inquinabitur ab ea.Et Exo.19.Omnis qui tetigerit montē morte morietur.Mōs enim est homo superbus & elatus,qui scilicet non est frequentandus aut tangendus.Quia sicut dr̄ Ecclesiastic.13.Qui communicauerit superbo,induet superbiam.Item hic est qui verbis nimis effrenat.De quo Prouerbioru.18. Qui prius respondet quàm audiat,stultum se esse demonstrat & confusione dignum. & Prouerbiorum.19. Qui tantum verba sectatur,nihil habebit. & Ecclesiasti.20. Qui multis vtitur verbis, lædet animam suam. Item hic est qui Dei præcepra est præuaricatus. De quo dicit sapiens verba sua dirigens Deo. Qui negligit viam suam mortificabitur. Prouerbiorum 19. Item hic est qui non credit sed est iudicatus vnde Ioan.3. Qui nō credit,iam iudicatus est.De contrario autem suo dicit Ioan.6.Qui credit in me, habet vitam æternā.Item hic est qui in tenebris terreis est obfuscatus,seu hic est qui lumine veri est orbatus,quia scilicet sicut dicitur Ioan.3.Omnis qui male agit,odit lucē.Et ecōtra dominus dicit Ioan.8.Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris,sed habebit lumen vitę.Item hic est qui semper Deo est aduersatus.vnde dominus dicit de eo.Mat.12.Qui non est mecum,contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit.Item hic est qui á Deo est excommunicatus quia sicut dr̄ Hie.48.Maledictus qui facit opus domini fraudulenter.& Gala.3.Maledictus oīs qui non permanet in veritate.Item hic est qui in fine morti est condemnatus. Vnde 1.Io.3.Qui non diligit,manet in morte. Sic ergo patet ꝙ q in numero singulari significat virum stultum,hoc est dictu, hoīem impium & peruersum. ¶ Sed si inuenitur qui in numero plurali,certè tunc etiam dico ꝙ signat hoīes impios, E & iniquos pluribus vitijs indotatos, & pluraliter inuicem fœderatos.Sic ergo nota ꝙ isti sunt.Qui merguntur in ima voragine desperationis.Qui vnguntur fœda prurigine delectationis.Qui teguntur terra caligine cæcæ rōnis. Qui pūguntur dira rubigine contradictionis. Qui coguntur cura flagellatione damnationis.¶Dicam igitur ꝙ isti sunt q merguntur desperationis ima voragine. Vnde de talib. dr̄ Esa.29.Væ qui profundi estis vt à domino abscondatis consiliū, quorum sunt in tenebris opera.Item isti sunt qui vnguntur delectationis fœda pinguedine.De quibus Gal.5.Qui seminant in carne sua,de carne & metent corruptionem. Item isti sunt qui teguntur cœcæ rōnis tetra caligine.s.caligine ignorantiæ & obliuionis.Vnde isti sunt de quibus dr̄ Prou.2. Qui reliquerunt iter rectum,& ambulant per vias tenebrosas,qui lætautur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis.Item isti sunt qui punguntur contradictionis seu etiam rebellionis dira rubigine,quia scilicet isti contra deū semper rebellare nituntur,& mandatis ipsius contraire. Vnde isti sunt de quibus dicitur Iob 21.Qui dixerunt Deo,recede à nobis,sciētiam viarum tuarum nolumus, & quis est omnipotens,vt seruiamus ei?Item isti sunt qui coguntur flagellationis.i.æternæ damnationis dura salsugine. Vnde isti sunt de quibus dicitur Ezechiæ.22.Omnes hi inquit interfecti ruentesque gladio,sunt qui descenderunt incircuncisi ad terram vltimam.Qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium,& portauerunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum.Sic igitur patet quòd qui etiam in plurali refertur ad viros impios & peruersos.Et sic bene ostenditur de qui,quòd dici & prædicari potest de stulto peccatore,de iusto viatore,de summo creatore.Sufficit.

Quia.

Cū ista cālis coniunctio quia sp possit causam aliquam in omni morali materia allegare, & cū A materiæ morales sicut alibi dictum est, videantur cōsistere in quattuor,videlicet in personis,locis, rebus, & temporibus,(Personis dico,quę sunt Deus,Angelus,Anima,Iustus, Damnatus & Beatus.Locis etiam,quæ sunt,Mundus,Religio,Corpus,Infernus,& Paradisus.Rebus insuper,quæ scilicet sunt,Vitia,Virtutes,Affectus & Actus, Terrena, Scriptura,Tormenta & præmia. Temporibus vlterius, quæ .s. sunt.Præterita,Pręsentia,& Futura)videtur quod ꝑ q̄a de omnibus istis tam in bono quam in malo propter sui multi-

plicitatem quæ in maioribus concordantijs inuenitur, causę multiplices & variæ possunt assignari. Sed quoniam auctor ille auctoritates posuit infinitas, pauca de multis eligam, & transibo. ¶ Primo ergo quantum ad personas notabo quòd ista dictio causalis, quia refertur

Ad Christum cuncti potentem.
Ad iustum rectè viuentem,
Ad stultum male agentem.

Dico ꝙ referri potest ad Deum. Constat n. ꝙ de operibus Dei sp est dicere quia. i. semper potest reddi ratio siue causa, licet non semper causa sciatur ab omnibus. Nihil enim à Deo sine causa legitima fit, & sine legitima ratione ipsius factum aliquod non pertransit, sicut dr̃ Iob 5. Nihil in terra sine causa fit. Si enim occultorum Dei iudicium & naturę etiam secretorum in causas nescimus, ipsas tamen esse legitimas nullatenus dubitamus. In omni enim opere Dei est dare quare & quia, interrogatiua & responsiua. Et sic dicam ꝙ secundũ ꝙ Deus mirabilia & multiplicia facit opera, multiplex quia de eo allegatur, scilicet vnum quia quod concernit eius

Essentiam permansiuam,
Potentiam creatiuam.
Clementiam redemptiuam,
Prudentiam regitiuam,
Iustitiam punitiuam,
Affluentiam largitiuam,
Eminẽtiam præcessiuam.

Eius essentia debet contemplari.
Eius potentia supplicari,
Eius clementia debet adamari,
Eius prudentia debet admirari,
Eius iustitia debet formidari,
Eius affluentia debet commendari,
Eius eminentia debet postulari. seu affectari.

¶ Igitur dicamus, ꝙ Deus est amandus, honorandus, formidandus, & supplicandus multiplici ratione. ¶ Et primo certè quia habet essentiam ꝑmansiuam. vnde ipse dicit Exod. 7. Sciant ægyptij qa ego ipse sum. & Esa. 43. Intelligitis quia ego ipse sum. Et in psal. dicitur. Quia in æternum non commouebitur. Item habet potentiam creatiuam. vnde Luc. 1. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et in psal. dicitur. Cantate domino quia mirabilia feci. & alibi. Quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua. vnde etiã Esa. 12. Non timebo inquit, quia fortitudo mea & laus mea dñs, & factus est mihi in salutẽ. Et alibi in psal. Duo inquit hęc audiui, qa potestas Dei est, & tibi domine misericordia, qa tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua. Item quia habet clementiam redemptiuam. vnde in psal. Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et alibi in psal. Tu exurgens misereberis syon, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. Ista autem misericordia Dei non tantum apparet in veniæ seu in gratiæ collatione, imo etiam in bonorum tpalium necessaria exhibitione. Vnde in psa. dicitur. Quia satiauit aĩam inanem, & aĩam esurientem satiauit bonis. Et etiam in miserorum ab impijs liberationem. vnde in psal. Quia cõtriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. Quia liberauit pauperem a potente, & pauperem cui non erat adiutor. Quia factus est spes mea turris fortitudinis à facie inimici. Et iterum domino dicitur. Glorificabo nomẽ tuum in æternum, quia misericordia tua magna est sup me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Et alibi. Quia suauis est misericordia tua. Et iterum. Quia magna super cęlos misericordia tua. Item quia habet prudentiam regitiuã. Per prudentiam. n & prouidentiam Dei regitur orbis terræ. vnde Esa. 49. Apoc. 7. Non esurient neq; sitient, quia miserator eorum reget eos. & Esa. 37. dr̃. Quia de syon exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. & Esa. 60. Surge illuminare Hierusalem quia venit lumen tuum &c. Et ibidem. Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur, quia dñs erit tibi in lucem sempiternum, s. ad dirigendum & regendum te Item quia habet iustitiam punitiuam, videlicet hominũ impiorum. Vnde in psal. dr̃. Dñs amat iudicium, & non derelinquet seruos suos &c. Et alibi. Quia faciet dñs iudicium inopis, & vindictam pauperum. Item quia habet affluentiam largitiuam. psa. Quia satiauit animã inanẽ, & animã esurientẽ satiauit bonis. Item quia habet eminentiã prælatiuam. Ipse. n. est dñs vniuersorum. psa. Quia dñs dominabit̃ Iacob, & finium terræ. Et Leuit. 25. Quia ego dñs. Item quia habet affluentiam largitiuam. s. quantum ad beatos in gloria paradisi. vnde in psa. Quia ędificauit dñs syon, & videbitur in gloria sua. Et alibi. Quia misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriã dabit dominus. Et iterũ. Quia melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Patet ergo quoniam quia, refertur ad Deum cuncti potentẽ. ¶ Sed si vis nota adhuc quòd est scilicet summe

Diligendus,
Honorandus,
Metuendus.

¶ Est dico summè diligendus. Filius. n. naturaliter solet diligere patrem miles ducem, populus regẽ, seruus dominum, discipulus magistrum. Homo etiam naturaliter diligit bonum. Nihil. n. diligibile nisi sub rõne boni. Cũ igitur Deus sit pater naturalis, dux principalis, rex vniuersalis dñs gñalis, magister etiam sapiens & ęqualis, bene sequitur ꝙ sit a nobis merito diligendus. psal. Diligite dñm oẽs sancti eius. Et si volumus notemus ꝙ iste diligendus est. Quia miserator pie compatiens. Quia liberator hostes cõcutiẽs. Quia sustentator manum subijciẽs. Quia auscultator statim exaudiens. Quia dispensator cunctos enutriens. Quia visitator iuuamẽ faciẽs. Quia informator doctus & sapiẽs. Quia consolator tristes respiciens. Quia benignus cõuersator neminẽ cõcutiens. Quia feruidus inflammator corda igniens. Quia præmiator donis alliciens. ¶ Diligat̃ ergo dñs, qa pius est & miserator. psa. Quia apud dñm mĩa, & copiosa apud eũ redemptio. & alibi. Tu exurgens misereberis syon, quia tps miserendi eius, quia venit tps. Et iterum. Quia suauis est misericordia tua. Et alibi. Quia apud te propitiatio est. Itẽ diligatur quia fortis est & liberator. psal. Quia liberauit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor. Et sic sibi dicat quilibet per ipsius fortitudinem liberatus illud psa. Quia tu es Deus qui liberas ab oĩ malo. Item diligamus eũ, quia releuans & sustentator. psa. Quia factus est dominus susceptor meus. Et illud. Nisi quia dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno aĩa mea. Vnde de visitatiõe sua dicitur Luc. 1. Quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et Luc. 7. Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. Item quia est exaudiens non denegator. psa. In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me. Item quia liberalis est dispensator seu satiator. vñ illud ꝑdictũ. psa. Quia satiauit aĩam inanẽ, & animam esurientem satiauit bonis. Itẽ quia charitatiuus est visitator. Sp. n. solet suos sociare, & visitare. vñ Esai. 43. Quia ego dñs saluator tuus, noli timere, qa ego tecũ sum. Hier. 1. Ipse. n. sp nobiscũ est paratus. Itẽ qa nobis sapiens est informator. Vnde cuilibet a Deo illuminato & erudito dr̃ Esai. 60. Non occidet vltra sol tuus, & luna tua nõ minuetur, qa dñs erit tibi in lucẽ sempiternã. Itẽ qa placidus est cõsolator. Esa. 49. Quia cõsolatus est dñs populum suum, & pauperum suorum miserebitur. Item qa benignus est cõuersatio. Matt. 11. Discite á me qa mitis sum & humilis corde. Item quia feruidus est inflãmator. Per charitatem. n. inflãmatur corda sanctorum. Vnde Esa. 66. Quia ecce dominus in igne veniet. Itẽ ꝓcipue & sup oĩa diligendus est dñs, quia splẽdidus est ꝓmiator, dans beatis pro præmio gloriam sempiternam. Vnde in psa. Quia mĩam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit dominus. De qua etiam gloria dr̃ ipsi Deo. Quia melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. Quia. s. ibi visio est tota merces, iuxta illud psal. Quia delectasti me domine in factura tua &c. Et sic ergo patet multę causę quare Deus est summè diligendus. ¶ Itẽ Deus etiam est sup oĩa summè reuerendus. Et certè multiplici rõne, videlicet

Quia bonitate viget assidua,
Quia veritate fulget perspicua.
Quia dignitate nitet præcipua,
Quia entitate manet perpetua,
Quia charitate feruet contigua.

¶ Dicamus igit̃, ꝙ Deus qui est oĩum causa prima, potest proprie dici quia. Et sic dicamus de isto, quia viget assidua bonitate. psal. Laudate dominũ, quia bonus dominus, psa. lite nomini eius, quia suaue est. Item fulget perspicua veritate. Ipse. n. habet scientiarum omnium clarissimam veritatẽ. Matt. 22. Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. & in psal. Quia mĩam & veritatẽ diligit Deus. Iste enim veritatem & certitudinem scientiæ & sapientiæ confert, sicut dicitur Prouerb. 2. Quia dñs dat sapientiã, & ex eius ore scientia & prudentia. Et illud prædictũ. Esa. 60. Quia dñs erit tibi in lucẽ. Vñ ipse est qui dicit Hie. 16. Quia oculi mei sup omnes vias hominum. Item quia floret seu nitet præcipua dignitate. Ipse. n. omnib. ꝑeminet atq; pręest.

Vnde in psal. Quia ego cognoui, q; magnus est dominus, & Deus noster præ omnibus diis.& Esaiæ 41. ipsemet loquitur dicēs sic.Quia ego dominus.& Esaię 60.Quia ego dominus saluans.& Esaiæ 2.Quia excelsus reputatus est.Item quiamanet perpetua entitate.Vnde ipse dicit.Esa.43. Intelligatis q̃a ego ipse sum,ante me non est formatus Deus,& post me non erit.& in psal.dicitur.Quia ipse est.& Ioā.11. Quia Christus manet in æternum.Item quia contigua feruet charitate. Iste .n.per charitatē inæstimabilem se humano generi contiguauit, & vniuit, & se nobis præsentialiter demonstrauit, ita q; non solū charitatiuus imo charitas dictus fuit. Rom.5.Quia charitas Dei diffusa ē in cordibus vestris. vnde de ipsius charitatiua præsentia ipsemet loquitur,dicens.s.illud Esa.52.

Quia ego ipse qui loquebar,ecce assum.
Assum dico satus diuino semine.
Assum natus sub carnis tegmine.
Assum vera fatus verborum ordine.
Assum operatus mira sub homine.
Assum laceratus in crucis fulmine.
Assum suscitatus à mortis turbine.
Assum sursum latus cœlorum culmine.

¶In oībus. n. istis summè apparuit amor, & charitas nostri quia, videlicet primæ causæ.Dicā ergo, q; quia fuit satus diuino semine,s.per generationem æternā. Lucæ 4. Quia tu es filius Dei.Itē quia fuit nat⁹ sub carnis tegmine.Lucæ 2. Quia natus ē nobis hodie Saluator mundi. Item quia fuit fatus di recto famine,s.p̄dicando,& docendo.Lucæ 20.Magister scimus q̃a rectè dicis & doces.Et Esa.1.dr̄.Quia os domini locutum est.Ipse etiā dicit Ezech.29.Quia ego locutus sum.& Ezec.21. Quia ego dominus locutus sum &c.Item quia fuit gratus mirorum lumine. Multa.n.miranda operatus est pro salute nostra. Vnde illud psal.Cantate domino canticum nouum,q̃a mirabilia fecit.vt & nos dicamus illud Lucę 5.Quia vidimus mirabilia hodie.Et Ioan.11. Quia hic homo multa signa facit. Item quia fuit stratus à mortis fulmine. vt & sic de eo dici possit illud Lucę 15.Quia frater tuus mortuus fuerat. Itē quia fuit tractus a mortis turbine,s. in resurrectione. vnde Ioan.20,Quia oportet eum à mortuis resurgere. Et 1. Corinthio.15.Quia sepultus est,& resurrexit.Item quia fuit latus in cœli culmine,s.in Ascensione.Vnde ipse dicit Io.14. Quia ego ad patrem vado.& ibidem. Quia vado parare vobis locū. Ecce ergo quomodo noster quia charitatiuè se habuit ad nos .& sic bene dixi quia contigua feruet charitate. Et sic patet, q; sunt multæ causæ quare Deus summè est reuerēdus.Item Deus noster quia omnia causans & prima causa,

D summè est metuendus. Et hoc pro certo propter suæ potentiæ magna miracula.Scientiæ clara spectacula. Iustitiæ seuera iacula.¶Timeatur ergo,quia sua potentia oīa perficit.Lucæ 1.Quia fecit mihi magna qui potēs est, & sanctum nomē eius.& in psa. Quia tu terribiliter magnificatus es,mirabilia opera tua.Item quia sua scientia oia conspicit.Magis.n.timēdus est ille,qui videt nostros defectus quàm alius. Et sibi potest dici illud Ioann.16.Nunc scimus quia scis omnia.¶Item quia sua iustitia omnia cōficit, seu impios afficit seu dispicit. Vnde ipse dicit Esai.61. Quia ego dominus diligens iudiciū. Et in psal. Quia æquitas iudicia tua.& Esaię 66. Quia dominus in igne diiudicabit.Et sic igitur patet de nostro quia,videlicet de prima causa,quomodo ipse est metuendus, reuerendus,& diligendus.Et sic dico,quòd hæc causalis coniun-

E ctio,quia refertur ad Deum cunctipotentem.¶ Secundò verò principaliter dico, quod aliq̃n refertur ad iustum ritè viuentem .Iustus.n.pōt dici quia causalis.Coniunctio dico,q̃a per charitatem est sui cum Deo & proximo, & aliorum adinuicem vnitiuus,'& concordatiuus, bonorumque plurium causatiuus,& cum causa legitima omnium, quæ operatur effectiuus.Igitur dicamus, q; vir iustus meretur gratiā in præsenti,& gloriam in futuro,multiplici ratione,videlicet

Quia de peccatis conterebatur.
Quia de contritis confitebatur.
Quia de confessis emendabatur.
Quia totus Deo dedicabatur.
Quia in mandatis exercebatur.
Quia legem Dei perscrutabatur.
Quia charitate inflammabatur.
Quia pietate humectabatur.
Quia bonum opus operabatur.
Quia cœlestia contemplabatur.
Quia super omnes honorabatur.
Quia humilia consectabatur.
Quia iudicia meditabatur.
Quia Dei opera contestabatur.
Quia flebilia consolabatur.
Quia iustitia regulabatur.
Quia diligentia excitabatur.
Quia colloquia moderabatur.
Quia veracia amplexabatur.
Quia fallacia detestabatur.
Quia cœli gloria præmiabatur.

¶Istę enim sunt 21.rationes & causæ
quare noster qui à Deo fuit dilectus.
Per Deum fuit electus.
Ad Deum finaliter sursum vectus.

¶Igitur supponamus, q; dominus, q̃a fuit quidam sanctus, q ha buit istas 21. virtutes & dicamus sic,q̃a decommissis conturbatus .s. per contritiōe. Et ideo ipse dicebat domino illud psal.Ego dixi domine miserere mei sana animam meam, quia peccaui tibi. Et alibi etiā ipse dicebat in psal. Quia inflammatū est cor meū, & renes mei commutati sunt,& ego ad nihilū redactus sum, & nesciui.Item quia de contritis fuit confessatus. Iste.n.non solum conuertebatur,imo etiam confitebatur.Vnum.n.sine alio non sufficit.Vnde Esa.38. Quia non infernus confitebitur tibi,neq; mors laudabit te neque expectabunt &c. Vnde Ioan.1.Et confessus est,& non negauit,& confessus est,quia ego non sum Christus. Item quia de peccatis fuit emendatus,s.per satisfactionē cōdignā.vnde ipse dicit Hie.31. Quia dn̄e Deus postquā conuertisti me,ego egi penitentiā,& postquā ostendisti mihi,percussi femur meū,cōfusus sum, & erubui,quia sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.Item quia totus Deo fuit dedicatus, seu etiam diuino seruitio deputatus.vnde ipse est qui dicit in p̄s.O dn̄e, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ. Itē quia in mādatis fuit occupatus supple complēdis & exercēdis.Vnde ipsemet dicit Deo in ps.Quia mandatis tuis credidi, quia mandata tua quæsiui,quia mandata tua desiderabam.&c. similia. Itē quia Dei legē fuit perscrutatus.vnde ipse dicit in psa.Quia legem tuam non sum oblitus. vt & nos dicamus sibi illud Proue.6. Quia mādatum lucerna est,& lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ.Itē quia charitate fuit inflāmatus.Vnde ipse est,q dicit Can.2.Fulcite me florib⁹,stipate me malis, quia amore langueo.vnde ipse potuit dicere Deo illud Io.21.Tu scis domine quia amo te.Item quia pietate fuit humectatu,dicēs illud Can.5.Quia caput meū plenum est rore.Sequitur.Expoliaui me tunica mea.s. vt eam darem pauperibus, sicut fecit beatus Martinus.& nos dicamus sibi illud psa.Quia apud te propitiatio est.& Ioel.2.Quia benignus & misericors est. & in psa.'Quia misericordiā diligit.& Iac.2.Quia pauperes elegit.Itē quia vtilia fuit operatus. Vnde sibi pōt dici illud Eccles.10.Bibe cum gaudio vinum tuum,quia Deo placēt opera tua.vn̄ & dn̄s consolatur tales, dicens.Hier.31. Quiescat vox tua à ploratu,& oculi tui à lachrymis,q̃a est merces operi tuo.Itē quia cœlestia fuit contemplatus.vnde Ephes.4. dr̄ sic.Quia descendit primum in inferiores partes terræ, q descendit,ipse est,& qui ascendit super oēs cœlos. Item quia super oēs fuit honoratus. Vnde dominus potuit sibi dicere illud Rom.4.Quia patrem multarum gētium posui te.& Aggei 2. Ponam te quasi signaculum, quia te elegi,dicit dominus. Item quia humilia fuit cōsectatus. In statu.n.authoritatis,& honoris humilitatē seruabat.Hebræ.9.Quia maior seruiet minori.Et ideo ipse dicebat domino illud psal. Quia humiliatus sum nimis.& alibi.Bonum mihi domine,quia humiliasti me.& Galath.3.Qui cū in forma Dei esset, humiliauit semetipsum,factus obediēs vsq; ad mortē Sequitur.Oīs lingua confiteatur, quia dn̄s Iesus Christus in gloria est Dei patris.Itē quia iudicia fuit meditatus.vnde ipse dicebat in psal. Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis, & vindictā pauperum.& alibi.Quia in iudicia tua supersperaui. vnde & ipse dicebat domino.Quia iudicia tua iocunda.Itē quia Dei opera fuit contestatus.vnde dicitur Dan.3.Placuit mihi prædicare signa eius,quia magna sunt,& mirabilia eius,quia fortia.vt.s.quilibet ipsum audiens dicat sibi illud psal. Quia eloquium tuum viuificauit me.Itē quia flebilia fuit consolatus. vt sic quilibet tristis sibi dicat illud psal.Quia tu dn̄e adiuuisti me, & consolatus es me. Item quia iustitia est regulatus. Ecclesi.7.Hoc inueni q; fecerit Deus hominem rectum.vt.s. isti quia dicatur illud psalm. Quia æquitas iudicia tua. Item

quia diligentia fuit excitatus. Diligens.n.& laboriosus erat. Vnde de eo dr̄ Prouer.30. Gustauit & vidit quia bona est negotiatio eius. vt figuretur in illis rotis de quibus dr̄ Ezec.1. Quia spiritus vitæ erat in rotis. Et vt finaliter dicat ipse illud Eccl.51. Quia modicum laboraui,& inueni mihi multam requiem. Item quia colloquia fuit moderatus. Parum.n.loquebatur. Threno.3. Sedebit solitarius,& tacebit, quia leuauit se supra se. Vt sic sit de illis de quibus dr̄ in psal. Lætati sunt q̄a siluerunt, & deduxit eos dominus in portum voluntatis eorum. Item quia veracia fuit amplexatus. Dilexit.n.præcipue veritatem. Vnde sibi potuit dici illud prædictū. Quia verax es,& viam Dei in veritate doces.& illud psa. Quia misericordiam & veritatem diligit. Vnde Apocalyp.19. Quia vere iusta iudicia eius. Item quia fallacia fuit detestatus. hęreticos.n. & hypocritas odiebat. Vnde sibi loquitur dominus Apocalyp.2. Quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Item quia cœli gloria fuit præmiatus.s.in fine. Vnde sibi potest dici illud Esaiæ.60. Quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Super te orietur dominus, & gloria eius in te videbitur.& Ecclesia.46.dr̄. Quia vidit Deum lucis. ¶Sic ergo patet quomodo quia.i. vir iustus & sanctus variis virtutibus est insignitus,& quomodo bonorum multiplicium causa dictus. Et sic bene dico, quod quia refertur quādoq; ad iustum sanctè viuentem. ¶ Tertio verò dico quod quia referē ad impium nefas agētem. Quia.n.causalis coniunctio signat iniquos & defectuosos, qui.s.sunt causa & occasio omniū vitiorum. signat etiam quærulosos & litigiosos, & etiam proteruos & malitiosos, quia isti nunquam volunt confiteri reatus suos, imo de oībus quæ malè agunt, semper nituntur reddere causam, & continue dicunt quia. Suppone igitur quod dominus quia fuit vnus malus & ꝑteruus homo, qui cā erat multorum malorum,& qui malam cām assignādo & reddēdo iniquitates suas improbe defendebat. Vel alio modo dic, quod vir iniquus.s. à Deo vilipenditur à diabolo subiugatur & decipitur, à mundo tribulatur & affligitur, à cęlo effugatur & excluditur, ab inferno deuoratur & recipitur, multiplici ratione nobis declarata, quia videlicet fuit

F

Mordax & detractor.
Mendax & iactator.
Rapax & exactor.
Vorax & leccator.
Fallax & deceptor.
Tenax & non dator.
Fugax & non stator.
Crudelis & durus.
Fœdus & non purus.
Hebes & obscurus.
Pauens non securus.
Falsus & non verus.
Mixtus & non merus.
Superbus & ferus.
Mollis non seuerus.
Discors & austerus.

¶Dicamus igitur quod vir iniquus post mortem iuste punit̄, & hoc multiplici ratione videlicet q̄a fuit detractor & mordax. Vnde ipse fuit de illis de quibus dicitur in psalm. Quia exacuerunt vt gladiū linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. Et alibi dicit iustus. Quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est. Item quia fuit iactator & mendax. Vnde ipse potuit dicere illud Esa.28. Flagellum mundans cum transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram,& mendacio protecti sumus. Quod verò iste quia, iactator fuerit, satis patet in euangelio, vbi dicit. Quia rex sum ego.& alibi. Quia filium Dei se fecit. De mēdacio autem dicitur Zach. 13. Quia mendacium locutus es. Item q̄a fuit exactor & rapax. Vnde pauperes de ipso & sui similibus poterant dicere illud psal. Quia ecce cœperunt animā meā, irruerunt in me fortes.& Esa.9.dr̄. Quia oīs violenta prædatio cū tumultu. Et illud Abacu.1. Quia impius præualet aduersus iustum. Et illud Prouer.24. Quia rapinas meditat̄ cor eorum. Item quia fuit comestor & vorax. Vnde Esa.15. Quia aquæ dybon repletæ sunt vomitu. Vnde Prouer.23. Quia vacantes potibus & dantes symbolum consumentur. Item q̄a fuit deceptor & fallax. Vnde Hiere.9. Quia oīs frater supplātans supplantabitur, & omnis amicus fraudulenter incedet, & inimici hominis domestici eius. Item quia non fuit dator, sed tenax.s.per auaritiam quam amabat. Vnde diabolus de auaris potuit dicere illud Hiere. 6. Quia extendam manum meam super habitantes terrā. A minore.n. vsq; ad maiorem oēs auaritiæ student. Item quia non fuit stator, sed fugax, q̄a .s.in bono non perseuerauit. Vnde in ps. sibi potuit dici illud. Quid est tibi mare quod fugisti & tu iordanis quia conuersus es retrorsum? Item dico impius finaliter dānabitur, quia fuit crudelis & durus. Vnde Esai.48. sibi dicitur. Scio.n.quia durus es tu,& neruus ferreus ceruix tua,& frōs tua ærea. vt & sibi dicatur illud Matthæi. 25. Scio quia homo durus es, metis vbi non seminas,& congregas vbi non sparsisti. Item quia fuit fœdus & non purus, s.per immūditiam luxuriæ. Vnde sibi potest dici illud Ezec.16. Multiplicasti fornicationem tuam. Sequitur. Quia fabricasti lupanar tuum in capite oīs viæ. Et Ozeæ.1. Quia fornicans fornicabitur. Itē quia fuit hebes & obscurus. Dei.n.scientiam non habebat, sed eam penitus contemnebat. Ideo dominus sibi dicit Ozeæ.4. Quia tu sapientiam repulisti, repellam te. vt sit de illis de quibus dr̄ Prouerb.23. In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquii tui. Et in psal. Quia repleti sunt qui obscurati sunt. domibus terræ iniquitatem. Et Esa.5. Ductus est populus meus captiuus, quia non habuit sciētiam. & Prouerb.5. Morietur, quia non habuit disciplinam. & illud Esa. 60. Quia ecce tenebræ operient terrā,& caligo populos. Itē quia fuit pauens non securus. Trepidabat.n.timore vbi non erat timor. Vnde Iudicū 8. Timebat.n.quia adhuc puer erat. Item quia fuit veris verbis parum vsus. vnde Esaiæ.59. Quia corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi. & Ioann.8. In veritate non stetit, quia veritas in eo non est. Sequitur. Quia mēdax est. Item quia fuit mixtus & non merus sicut.s.sunt hypocritæ, similes idolis, quæ mixta sunt de veritate apparenti, & falsitate existenti. Vnde Baruch.6. Scietur inquit postea quia falsa sunt, quia non sunt dii,& nullū opus Dei in eis est. Item quia fuit superbus & ferus. Thren.3. Quia leuauit se supra se.& Hiere.50. Quia cōtra dominum erecta est. Item quia fuit mollis non seuerus, quia.s.delicias nō pœnitentiam frequentabat. Vnde delicioso diuiti dr̄ Lucæ 16. Filii recordare quia recepisti bona in vita tua. & in ps. Quia anima ipsius in vita ipsius benedicetur. Veruntamen caueat iste, quia ꝑ certo ista mollis & prospera deliciositas totaliter in fine cessabit. Vnde Esa.47. Quia non vocaberis vltra mollis; Item quia fuit discors & austerus, & pacem & cōcordiam nō amabat, sed eam rumpebat sæpius & turbabat. Vnde iste poterat dicere illud Matth.10. Noli arbitrari quia veni pacem mittere in terram. non veni pacem mittere, sed gladium. Igitur multimodæ rationes & causæ sunt quare mali à Deo dimittuntur,& quare finaliter in inferno damnabūtur, & quare etiam ipsi (quia causæ sunt malorum) malis perpetuis affliguntur. Et sic patet quomodo ista coniunctio causalis quia, referri potest scilicet ad stultū peccatorem, ad iustum viatorem, ad Deum creatorem &c. Sufficit.

Quid.

A

Nota, quod quid ponitur vt communiter reprehensiuè vel inquisitiuè.& sic dico, ꝙ ista dictio quid est quandoque scilicet

Superbiæ reprehensiua.
Iustitię disceptatiua.
Fallaciæ redargutiua.
Pigritiæ excitatiua.
Ignauiæ confirmatiua.
Auaritiæ condemnatiua.
Cœli gloriæ inquisitiua.
Obedientię executiua.
Mundi miseriæ declaratiua.

¶Est dico quid reprehensiuum superbiæ Eccle. 10. Quid superbis terra & cinis? Et Zach.4. Quid tu mōs magne contra Zorobabel? Item est disceptatiuum iustitiæ, sicut Mich.6. Popule meus quid feci tibi? aut quid molestus fui tibi? &c. Et Esa. 5. Quid vltra debui facere vineæ meæ,& non feci? Item redargutiuum fallaciæ. Et sic sumitur Luc.20. vbi fraudulenter se tentantibus dixit Christus. Quid me tentatis hypocritæ? Item est pigritiæ excitatiuum. Matthæi.20. Quid hic statis tota diu otiosi? Item est ignauiæ confirmatum. Matth.4. Quid timidi estis modicæ fidei? Item est auaritiæ condemnatiuum, sicut Matthæi 16. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suę detrimentum patiatur? Item est cœli gloriæ inquisitiuum, sicut Matth. decimonooo. Quid faciam vt vitam æternam habeam? Item est obedientiæ præparatiuum, sicut Actuum. 9. Domine quid me vis facere? Item est nostræ miseriæ allegatiuum,

gatiuum, sicut in psa. dr. Dñe quid est hõ quia innotuisti ei? Et ibi. Quid est homo ꝙ memor es eius? &c. similia, quia. s. oĩa ista interrogatiua possunt significare diuersimodè, ꝫm qꝫ ad diuersa negocia applicant. ¶ Si tñ aliquid vlterius addere vis, dic quòd per quid arguit, interrogat & reprehen-
B dit Deus, iudex, iustus, & impius. ¶ Primò igit dico ꝙ Deus nos arguẽdo & de nobis cõquirẽdo vtĩr isto ꝓnoie quid, & sic certe dico ꝙ à Deo ꝑ quid arguunt & reprehenduntur

Nostræ sęuitię cruenta iacula.
Nostræ pigritiæ constricta vincula.
Nostræ facundiæ laxata spicula.
Nostrę superbię alta cornicula.
Nostrę auaritiæ vsta pectuscula, seu hausta munuscula.
Nostrę immunditię fœda prostibula.
Nostræ iniustitiæ ingrata fercula.
Nostræ patientiæ confracta cingula.
Nostræ imprudentiæ fulcata specula.
Nostræ apparentiæ ficta signacula.

Igitur dico ꝙ per quid a deo reprehẽditur crudelium dira sæuitia. Sic arguebatur Caim post occisionem Abel. Gen. 4. vbi dñs sibi dixit. Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Item arguitur à Deo ignauorum torpens pigritia. Sic vr̃ ille summus paterfamilias dicere illud Matth. 20. Quid hic statis tota die otiosi? Ite & vos ĩ vineã meã &c. Et Christus discipulis suis dixit. Quid dormitis? surgite & orate, ne intretis in tentationem. Lu. 22. Et Ionæ. 1. Quid sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum. Item arguitur loquacium mordax facundia. Vnde detractoribus dicit dominus. Num. 16. Quid est. n. Aaron, vt murmuretis contra eum? Et in Psal. Quid gloriaris in malitia, qui potẽs es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti oĩa verba præcipitatio nis, lingua dolosa, propter hoc &c. Item arguitur à domino potentium alta superbia. Et sic dr̃ Ecclesiast. 10. Odibilis corã Deo & hominibus superbia. sequitur. Quid superbis terra & cinis? Ideo superbo dr̃ Iob 15. Quid tumet contra Deum spiritus tuus? Item reprehenditur auarorum concupiscentia. Et sic dixit dominus Luc. 9. & Matt. 16. Quid proficit homini si lucretur totum mundum, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Ideo dñs mundi & mundanorum negotiorum dilectoribus dixit. Hie. 2. Et nunc quid tibi vis in via ægypti, vt bibas aquam turbidam? Et quid tibi vis cum via assyriorum, vt bibas aquam fluminis? Itẽ arguitur à domino clericorum fœda luxuria. Et sic vr̃ dominus dicere illud. Hier. 11. Quid est ꝙ dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Item arguitur à domino ingratorum iniustitia & inuerecundia. Et sic conqueritur dominus de obliuione beneficiorum suorum, dicens Esa. 5. Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci? Et. Ozeæ. 5. Quid faciam tibi effraim? Quid faciam tibi Iuda? Et Micheæ. 6. Popule meus quid feci tibi? aut quid molestus fui? respõde mihi. Item arguitur à domino turbidorum. i. impatientium fracta modestia. Et sic dixit dominus Hier. 30. Quid clamas super contritione tua? insanabilis est dolor tuus. Item arguitã domino deceptorum picta decentia, s. hypocrisis & apparẽtia ficta. de quo dr̃. Hiere. 2. Quid niteris bonam ostendere viam tuam vt quæras delectationem, quæ nisi per malitias tuas docuisti vias tuas? & Esa. 22. Tu quis hic', aut quasi qs? Sic ergo patet quomodo reprehensiuè istud pronomen q̃d
C pertinet ad Deum. ¶ Secundò dico, ꝙ istud pronomen q̃d pertinet & ad iustum. Et sic dico, ꝙ iustus dicit quid, interrogando. s. Deum, seipsum, & proximum. Et primo interrogando Deum. Et sic certe dico ꝙ homo dicendo quid.

Admiratur Dei humilitatem.
Contemplatur Dei sublimitatem.
Amplexatur Dei suauitatem.
Alteratur Dei sæueritatem.
Præstolatur Dei benignitatem.

Dico igitur ꝙ dicendo, quid, iustus admirat̃ diuinam humilitatem. Et sic miratur quomodo accessit ad hominem, carnem sumendo, & ipsum in hac vita personaliter visitando. Vnde in psa. dicitur. Domine quid est homo, quia innotuisti ei aut, filius hominis, quia reputas eum? Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt. Et alibi. Quid est homo ꝙ memor es eius, aut filius hominis quia visitas eum? Item dicendo quid, iustus contemplatur diuinã sublimitatem, & tamen quia ista incomprehensibilis est, sibi dr̃ Iob. 11. Excelsior cœlo est, & quid facies? ꝓfundior abysso, & vnde cognosces? Item dicendo quid, iustus amplexat̃ diuinam suauitatem. Vnde de aĩa deuota Christum sponsũ per deuotionem amplexãte dr̃ Proue. 31. Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? quid dilecte votorum meorum? Itẽ dicendo quid, iustus insectatur seu altercatur diuinam seueritatem, s. aliqualiter de ea conquerendo, & sic vr̃ formidolosè dicere illud psal. Vt quid Deus repulisti nos in finem? iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? & iterũ. Vt q̃d domine recessisti longè? despicis in opportunitatibus in tribulatione. & iterum. Vt quid destruxisti maceriã eius? &c. & iterum. Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti? Itẽ dicẽdo quid, iustus præstolatur Dei benignitatem, s. de ipsius mĩa confidendo, & cœli gloriã affectando. & sic dr̃ in psal. Quid. n. mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram? & sic dicebat ille. Mar. 10. Magister, quid faciam vt vitam æternam possideam, & Apostoli Christo dixerunt. Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Amen dico vobis &c. Patet ergo, ꝙ iustus dicendo quid interrogat Deum. ¶ Deinde dico, ꝙ iustus dicendo D
quid, ipse interrogat seipsum tripliciter, videlicet

De naturæ carnalis fragilitate.
De figuræ mundialis inanitate.
De iacturæ finalis necessitate.

¶ Querit ergo de carnis natura quantum sit fragilis. & sic dicit illud prædictum. Quid est homo quòd memor es eius? &c. Sequitur. Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbræ prætereunt. & Iob. 7. Quid est homo quia magnificas eum? &c. q. d. Nihil est quantum ad naturam ipsam corporalem. Exod. 16. Nos vero quid sumus? & Deuter. 5. Quid enim est omnis caro? Item quærit de mundi figura. i. de propria sua fortuna, quantum sit mobilis. Et sic dicitur. Sap. 5. Quid profuit nobis superbia? aut diuitiarum iactantia quid nobis attulit? transierunt omnia tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcutiens, & tãquã nauis quæ pertransit fluctuantem aquam. De diuitijs etiam quærit Proue. 17. Quid prodest habere diuitias stulto, cum sapientiam non possit emere? Apostolus etiam. 1. Corint. 4. quærit de fortuna dicens. Quid habes quod non accepisti? ꝙ si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Item quærit de mortis iactura ꝙ sit terribilis. Et sic dici potest de homine morituro illud Lu. 24. Quid quæritis viuentẽ cũ mortuis? q. d. hõ simul viuit & moritur &c. Et Eccle. 17. Quid lucidius sole? & hic deficiet. Patet igitur ꝙ homo per q̃d interrogat de seipso. ¶ Denique dico ꝙ dicẽdo quid, ipse q̃rit seu interrogat de ꝓximo. Et sic dico ꝙ per quid fit quæstio E

De speculantibus cur alta mirantur.
De discordantibus cur non concordantur.
De innocentibus quare tribulantur.
De lamentantibus quare contristantur.
De dubitantibus quare retardantur.
De præsumentibus quid alta scrutantur.

¶ Dico ergo ꝙ quæri potest quid est ꝙ speculantes suprema contemplantur, cum. s. illa sint vltra vires ingenij nostri. sic quęrunt angeli quid est ꝙ homines conantur inuestigare naturam cœlestium, cum tamẽ vix terrestria possint scire? Sic dicebant. Act. 2. Viri galilæi quid admiramini aspiciẽtes in cœlum? &c. Ideo talis curiosus inuestigator arguitur Amos 7. Quid vides? gradere & fuge. Item quæritur quid est ꝙ discordantes simul non fœderãtur. Vnde Act. 7. Fratres quid nocetis alterutrum? Item quid est quòd innocẽtes in mundo tribulantur. Vnde de Christo dr̃ Luc. 23. Quid. n. mali fecit? s. vt debeat crucifigi. & in psa. Quoniam quem tu perfecisti, destruxerunt. iustus autem quid fecit? & Matth. 26. Quid molesti estis huic mulieri? bonum opus operata est. & Io. 9. Quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cęcus nasceretur? &c. Item quid est quòd lamentantes in mundo cõtristantur, sicut dictum est Magdalenæ. Mulier quid ploras? & Actuum 21. Quid facitis flentes affligentes cor meum? & Marc. 5. Quid cõturbamini & ploratis? non est mortua puella, sed dormit. ¶ Item quæritur quid est quòd cespitantes in Deo non firmantur. sic dicitur Matth. 8. Quid timidi estis modicę fidei? Sic ergo patet quomodo istud pronomẽ q̃d pertinet ad iustum. ¶ Tertiò dico quòd istud pronomen q̃d F
quandoque spectat ad impium. Et sic dico quod per quid peccator reprehenditur, scilicet

De auaritiæ feruore cupido.
De iniustitiæ furore rigido.
De inconstantiæ liuore fluido.
De negligentiæ sapore torpido.
De præsumptionis errore stolido.
De elationis vapore fumido.
De ambitionis ardore feruido.
De corruptionis humore sordido.
De communionis amore infido.
De proditionis liuore pallido.
De locutionis rumore turbido.

¶Dicam ergo quòd malus per quid arguitur de auaritiæ cupido feruore, & sic dicitur Prouer. 17. Quid prodest habere diuitias stulto, cum sapientiam non possit emere? & illud Ecclesia. 14. Homini liuido ad quid aurum? Item arguitur de iniustitiæ rigido furore. Iob. 18. Quid perdis animam tuam in furore tuo? Et 1. Regum 21. Quid introduxisti eum vt fureret corā me? Item arguitur de inconstantiæ fluido liuore. Et sic dr̄ in psa. Quid est tibi mare quòd fugisti? & tu Iordanis quia cōuersus es retrorsum? Item arguit de negligentię torpido sopore. Vnde illud prędictum Ionæ 1. Quid tu sopore deprimis? &c. Et illud Mat. 20. Quid hic statis tota die ociosi? &c. Item arguitur de præsumptionis stolido errore. Et sic dicit Ecclesia. 7. Quid prodest homini maiorem se sequi? Item arguitur de elationis fumido vapore. Et sic dicitur illud prædictum. Quid superbis terra & cinis? Ecclesiastic. 10. Vnde Hieremiæ. 12. Quid facies in superbia Iordanis? Item arguitur de ambitionis feruido ardore. 2. Paralipo. 16. Combusserunt super eum ambitione nimia. s. desideria ad dignitates mundanas. Item arguitur de corruptionis sordido humore. Sic igitur Ecclesia. 17. Quid nequius quàm quod caro & sanguis excogitauit? Item arguitur de cōmunionis infido amore. i. de fatua & male proportionata societate. & sic dr̄ Ecclesia. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea &c. Sequitur. Quid communicabit cacabus ad ollā? Et Hierem. 23. Quid paleis ad triticum? &c. Item arguitur de proditionis liuido pallore. Et sic dicitur Ecclesia. 31. Nequius oculo quid creatum est? Oculus. n. qui clausus latet, & tamē videt, proditorem designat, qui cautè & malitiosè videt & tamen sub palliationibus occultatur & latet. Item arguitur de locutionis turbido rumore. Vnde de homine verboso dr̄ Actuum 17. Quid vult seminator verborum hic? nouorū demoniorum videtur denunciator esse. De mendace vero dr̄ Ecclesia. 34. Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid mihi dicetur? De susurrone verò dicitur Thren. 3. Quid murmurauit homo viuens? & cætera. Sufficit.

A Quidam.

Nota q̄ quidam semper signat singularitatem. & quia singularitas & solitudo qn̄que significant in bono, quandoque in malo, hinc est quòd quidam aliquando signat virum iustum & perfectum, p̄ vitæ singularitatem & excellētiam ab alijs segregatum. & sic sumitur Lucæ 19. vbi dicitur quòd homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnū. Et Mat. 25. Hō quidam peregre proficiscens &c. Aliquando vero signat virum impium & imperfectum, à cōmunitate fideliū & charitate per odiū & inuidiā separatū, & in moribus singularem solitarium & iniquum. & tales vt communiter.

Vitijs infirmantur.
Diuitijs ditantur.
Supplicijs grauantur.

Quod isti vitijs infirmentur, patet Io. 4. vbi dicitur. Erat quidam regulus capharnaum cuius filius infirmabatur. Quod isti diuitijs ditentur, patet Luc. 16. vbi dicitur quòd homo quidam erat diues, & induebatur purpura. Itē quòd isti finaliter supplicijs grauentur, patet Luc. 10. vbi dicitur quòd homo quidam descēdebat à Hierusalem in hierico, & incidit in latrones. ¶Et si vis nota adhuc quòd quidam semper signat quandam certam & singularem particularitatem, siue bona fuerit siue mala. Et ideo breuiter dicere possum quòd quidam in singulari potest dici de Deo, de B iusto, & de impio. ¶Primò igitur dico quòd quidam, potest dici de Deo. Iste enim dicitur quidam, quia vniuersa pręcellit. Præcedit enim scilicet

In virtuali operatione.
In generali dominatione.
In magistrali discussione.
In liberali distributione.

Iste enim præ cæteris operatur virtualiter. Et ideo iste est ille agricola de quo dicitur Matt. 21. Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam agricolis. Vinea enim ista est ecclesia, agricola vero est anima vel scriptura, quam. s. homo quidam Christus non cessat diuersimodè serere, colere vel plantare. Item iste præ cæteris dominatur generaliter, quia. s. iste est rex & imperator vniuersalis. Vnde de ipso dr̄ Luc. 19. Homo quidam nobilis abijt in regionem lōginquam accipere sibi regnum. Item iste præ cæteris discutit magistraliter, quod. s. fiet in iudicio contra malos. Vnde Lucæ. 16. Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, qui etiā diffamatus est apud eum &c. Ex pone. Item iste præ cæteris præmiat liberaliter, & hoc præcipuè fiet in patria, quā do suis fidelibus æternam gloriam dispensabit. Et sic dr̄ de eodem illud Luc. 14. Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, & misit hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent quia parata sunt omnia. Et sic ergo patet quomodo quidam potest dici de Deo. ¶Secundò certè dico quòd C quandoque dicitur de iusto. Iustus enim propter singularitatem perfectionis qua alios præcellit, quidam merito potest dici. Et dico quòd ipsum singularem reddit

Nitor castitatis depuratiuæ.
Valor largitatis distributiuę.
Squalor paupertatis obeditiuæ.
Dulcor pietatis miseratiuæ.
Dolor paupertatis cruciatiuæ.
Vigor stabilitatis solidatiuæ.
Clamor iocunditatis collaudatiuæ.

Dico ergo q̄ iustus dicitur quidam, quia hunc castitas reddit mundissimum. Iste est enim eunuchus qui se propter regnum cœlorum castrauit, quapropter ipsum dominus ad cœli gloriam euocauit. Vnde 3. Regum. 22. Vocauit rex eunuchum quendam. Item dicitur quidam, quia hunc largitas reddit gratissimum. Virtus. n. liberalitatis & hospitalitatis reddit hominem Deo gratum. Sicut enim dicitur Hebræ. 14. Per hanc virtutem placuerūt quidam angelis hospitio receptis. Et ideo Christus volens cœnare, legitur dixisse discipulis Matt. 26. Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, apud te facio pascha &c. Vt & de hospitali liberalitate dicatur illud Io. 11. quòd intrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quędam Martha nomine excepit illum in domum suam. Item iustus dicitur quidam, quia hunc paupertas reddit aptissimū. n. Paupertas. n. quia nihil habet quod aggrauet, reddit hominem agilem ad currendum, & ad Christum per bona opera insequēdū Exemplo Ioannnis, de quo dicitur Marci 14. Adolescēs autem quidam sequebatur eum amictus syndone super nudo. Item dicitur iste quidam, quia hunc pietas reddit dulcissimum. s. ad alijs misericorditer condolendum. Exemplo. s. samaritani, de quo dicitur Lucæ 10. quòd vulneratum à latronibus samaritanus quidā misericordia motus excepit in iumentum suum, & ligatis vulneribus infudit oleum atque vinum. Item iste dicitur quidam, quia hunc charitas trucidat intimum. s. habendo in mente crucis Christi memoriam & deuotionem, vt talis quidam sit ille de quo dicitur Luc. 14. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua. i. arborem crucis in mente sua, figuratus. s. in quodam Simone Cyreneo quem angariauerunt vt tolleret crucem Iesu. Simon qui interpretat̄ obediens, est quilibet Christianus deuotus, qui. s. in corde suo per compassionem angariatur, qn̄ crucem Iesu portare per memoriam comprobat. Item dicitur quidam: quia hūc firmitas reddit fortissimum: quia. s. talis est in bono stabilis atq; constans, & fortis seu patiens in aduersus. Et sic dr̄ Iob. 4. Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum imago coram oculis meis. & Mat. 19. Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem. Itē dici potest, quidam: quia iocunditas dat huic nomen optimū. s. Deum laudando & magificando. Vnde Luc. 11. Extollēs vocem quædam mulier de turba dixit. Beatus vēter qui te portauit: & vbera quæ suxisti. Et breuiter satis patet quō q̄dam signat singularitatem in bono, & quomodo oēs viri iusti & perfecti quidam ꝓpriè dici possunt: sicut satis patet. 1. Cor. 12. vbi dr̄ sic. Quosdā q̄dē posuit Deus in ecclesia. Primū quidē apostolos. Scd̄ò ꝓphetas. Tertiò doctores. Quarto virtutes &c. & Eph. 4. dr̄ q̄ De⁹ dedit quosdā apl̄os, quosdā ꝓphetas &c. Et merito: q̄a sicut dr̄ Ecc. 48. Quidā eorū fecerūt q̄ placerēt deo. Et sic patet q̄ō q̄dā aliq̄n dr̄ de iusto. ¶ Sed tertio dico q̄ q̄dam aliq̄n dr̄ de impio. Impij. n. & mali vt cōiter non sunt oēs p̄ cōem pietatem charitatem

& largita-

& largitatem, ſed potius ſunt quidam per particularitatē & ſingularitatē, & per odij & inuidiæ extraneam partialitatē. Et ſic nota, ꝙ iſti ſunt ſingulares, in malo, & hoc certè quia

Ignorantiæ nube teguntur.
Idololatriæ lege vitiantur.
Pertinaciæ fronte coguntur.
Gaſtrimargię cibo augentur.
Iniuſtitiæ paſſu flectuntur.
Immunditiæ luxu ducuntur.
Inconſtantiæ fuga labuntur.
Somnolentiæ ſtratu premuntur.
Imprudentię verbis vtuntur.
Inſolentiæ curſu feruntur.
Incredentiæ foſſa clauduntur.
Auaritiæ nexu ſtringuntur.
Epileptiæ ventis anguntur, ſeu etiam
Excellentię flatu pelluntur.
Peſtilentiæ pœnę ſubduntur.

Dicam ergo tales q-dam fiunt nebuloſi per ignorantiam, q a .ſ. iſti ignorāt Deum & quicquid pertinet ad ſalutem 1. Corin. 15. Ignorantiam .n. Dei quidam habent. Figurati .ſ. in illo cæco de quo dr̃ Luc. 18. ꝙ cæcus quidā ſedebat ſecus viā mendicās. Via .n. quæ ducit ad paradiſum, eſt ſacra ſcriptura, circa q̃ pro certo quidam ſedent, & tamē veritatem ipſius ignorāt, iuxta illud Eccl. 16. Longè eſt teſtamentū à quibuſdam. Item dico ꝙ tales quidā fiunt vitioſi per idololatriam. Cōſtat .n. ꝙ ex quo verum Deū ignorant, faciliter demonibus & eorum cultui & erroribus ſe inclinant. Vnde 1. Mach. 2. Acceſſit quidam iudæus in omniū oculis ſacrificare idolis. Item dico ꝙ tales quidam fiunt furioſi ſeu efrontoſi per pertinaciā. Et ſic iſti comparantur demoniacis & furioſis, pertinacibus & frōtoſis. Luc. 8. Occurrit illi vir quidam qui habebat demoniū. Itē dico ꝙ tales quidam facti ſunt guloſi per gaſtrimargiam. Et ſic dr̃ Lucæ 16. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. Item tales quidam fiunt claudicoſi per iniuſtitiā, pendent .n. ad vtrāque partem. Vnde Act. 14. Quidam vir lyſtris infirmus pedibus ſedebat, claudus ex vtero matris, & nunquā ambulauerat. ſupple rectè. Et Act. 3. fit mētio quomodo vir quidā claudus baiulabatur quotidie ante portam templi vt eleemoſynam acciperet. Cōpara iſtis iudices claudicantes, qui nō quærūt niſi recipere munera &c. vt de tali iudice dicat illud Lu. 18. Iudex quidā erat in ciuitate quadā, quæ Deū nō timebat, nec hoīem reuerebatur. Malitioſi. Itē dico ꝙ tales quidā facti ſunt guloſi per carnis ſpurcitiā 1. Corint. 10. Quidā ex ipſis fornicati ſunt. Itē dico ꝙ tales quidam fiunt lubricoſi per inconſtantiā 2. Mach. 8. Quidam formidantes & non credentes Dei iuſtitię, in fugam conuertebant. Itē dico ꝙ tales quidā fiunt otioſi per ſomnolentiā ſeu pigritiā, vt ſic de eis poſſit dici illud 1. Corint. 15. Quidam autem dormierunt, Itē dico ꝙ tales quidam fiūt queruloſi ſeu etiam plus verboſi per excellentiā, quia .ſ. iſti per vaniloquia & ſuſurra in uerbis puerilibus debito plus abundant. Vnde 1. Tim. 1. quidā aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium. Et 1. Corin. 10. Quidā eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatione. Item dico, ꝙ tales quidam ſunt curriculoſi per inſolētiā, hoc ē dictū, inſtabiles & inquieti. vnde 2. Theſſa. 3. Audiuimus quoſdā inter vos ambulare inquiete, nihil operantes, ſed curioſe agētes. Itē tales quidā fiunt tenebroſi per infiduciā ſeu incredentiā. hoc eſt dictu, ꝓp defectū verę fidei 1. Tim. 1. Quidam circa fidem naufragauerunt. Et 1. Timo. 3. In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attēdentes ſpiritibus erroris. Item dico, ꝙ tales quidam fiunt doloroſi per auaritiā. Vnde 1. Tim. 6. Radix oīum malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes inſeruerunt ſe doloribus multis. Auarus .n. ſemper eſt in miſeria & dolore. Itē dico ꝙ tales quidā fiunt præſumptuoſi per extollētiam, ſeu etiam ſuperbiā 1. Corint. 3. Inflati ſunt quidam. & Marc. 14. Erant quidam indigne ferentes &c. Itē dico, ꝙ tales quidā fiunt ruinoſi ad mortis furiam, quia .ſ. iſti finaliter in æternā damnationē ruunt. vnde Luc. 10. Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in hyerico, & incidit in latrones. i. in demones, qui expoliātes eum in plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Tales .n. finaliter de mundi gloria ad infernū deſcēdunt, vbi nudati & vulnerati demonibus ſuccūbunt. Patet igitur qūo quidā pōt dici quilibet peccator, iuſtus viator, ſummus creator. Sufficit.

A **Quidem.** Nota ꝙ quidem aduerbium affirmādi accipitur ꝓ verè vel pro certè. Affirmat .n. & aſſerit omne illud cui coniungitur vel ligatur. Et vt breuiter tranſeamus, dicamus ꝙ iſta aſſertio quidem qn̄que affirmatur de Deo, qn̄q; de iuſto, quandoq; de iniuſto. ¶ Primò, igitur dico ꝙ affirmat̄ de Deo. Illa .n. quæ de Deo prædicantur, per quidem ſæpius affirmantur. Affirmantur .n. in ipſo

Diuinitas latens in homine.
Humanitas iuncta cum numine.
Benignitas plena dulcedine.
Mortalitas preſſa ſub turbine.
Seueritas mordens acredine.
Authoritas cum celſo nomine.

Aſſeritur enim ꝙ in Chriſto latet diuinitas 1. Corinth. 15. Quidem Deus erat in Chriſto. Item aſſerit̄ ꝙ in Deo manet humanitas. Figura Thob. 9. vbi dr̃ ꝙ Thobias vocauit angelū, quem quidē hoīem exiſtimabat. Item aſſeritur quòd in Chr̄o viget benignitas, qua .ſ. ipſe parcit miſericorditer oīb. Vnde Iob 14. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis. Item aſſeritur ꝙ in Chriſtum cadit mortalitas .ſ. in paſſione. Mar. 14. Filius quidem hoīs vadit (ſupplead mortem) ſicut ſcriptum eſt de eo. & Hebræor. 15. Et cū eſſet filius Dei, didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam. Item aſſeritur ꝙ in Chriſto regnat ſeueritas .ſ. iuſtitiæ. Vnde Hiere. 12. Iuſtus quidem tu es domine ſi diſputem tecum. Item aſſeritur in eodem authoritas cum celſo nomine, inquātum .ſ. omnia obediunt ſibi. Vnde Baruc. 6. Sol quidem & luna & ſydera obaudiunt (.ſ. voci Dei) & perficiūt quod eis à Deo imperatum eſt. Sic igitur patet ꝙ hoc aduerbium quidem aliqn̄ affirmatur de Deo. ¶ Secundò dico, quòd iſtud aduerbium B quidem affirmatur de iuſto, & ſic dico de domino quidem ac ſi eſſet verus certus & ſanctus homo, quòd hic

Solet dominum metuere.
Pauperes ſolet induere.
Fœminas ſolet effugere.
Mortalem ſe ſolet dicere.
Sub norma ſolet ſe regere.
Immundos ſolet abluere.
Segetes ſolet excolere.
Minimum ſe ſolet credere.
In altum ſolet excreſcere.
Nuptias ſolet inſtruere.
Gratias ſolet reddere.
Doctrinis ſolet affluere.
Singulos ſolet diligere.
Mundana ſolet contemnere.
Cum morte ſolet confligere.
A Deo ſolet procedere.
Sacerdos ſolet exiſtere.
Iocundus ſolet incedere.
Fœdera ſolet coniungere.
Carceri ſolet incumbere
Stupenda ſolet efficere.
Se mundo ſolet abſcondere.
Se clarum ſolet oſtendere.
Calices ſolet effundere.
Gregibus ſolet aſſiſtere.
Obedientem ſolet ſe prodere.
Poſt luctum ſolet ſplendeſcere.

Dicā igitur de domino quidem, hoc eſt de quolibet viro iuſto, certo videlicet atque vero, ꝙ hic Deū amat & metuit. Iō ipſe eſt q dicit Thob. 4. Pauperē quidē vitā gerimꝰ, ſed multa bona habebimus ſi timuerimus Deū. Itē hic pauperes ditat & induit. Iob 27. Si ſicut lutū ꝑparauerit veſtimenta, ꝑparabit qdē, ſed iuſtus veſtiet̄ eis, & argentū innocēs diuidet. Itē hic immunda fugit & reſpuit, hoc ē dictu, luxuriam. Vn̄ 1. Reg. 21. Et quidē ſi de mulieribꝰ agit̄, cōtinuimus nos. Itē hic vilē ſe clamat & mortalē innuit, dicēs .ſ. Sap. 6. Sū quidē ego mortalis hō, ſimilis hoībꝰ, & ex genere terreno illius, qui primo formatus eſt. Itē hic ſub norma viuere ſtatuit, .ſ. ſub regulis diſciplinæ, vt ſit de illis de quibus dr̃ Sap. 11. Cum .n. tētati ſunt (& quidē cum miſericordia) diſciplinā acceperunt. Item hic immundos mundat & abluit Actuum 1. Ioannes quidam baptizauit aqua, vos aūt baptizabimini ſpiritu ſancto. Et Lucæ 3. Ego quidem baptizo vos aqua. Item hic ſegetes colit & inſtruit, ſegetē dico ſeu meſſem ſacræ ſcripturæ. Matth. 9. Meſſis quidem multa operarii autem pauci. Item hic præ cunctis ſeſe diminuit .ſ. ſe humilē reputando. 2. Corinthiorum 10. In facie quidem Chriſti humilis fui inter vos. Item hic in altu creſcens ſe aſtruit, ſimilis .ſ. iſti grano ſinapis. Matth. 13. Quod quidem minimum eſt oībus ſeminibus & leguminibus, cum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus. Item hic nuptias iungit & conſtruit. nuptias dico charitatis & veri amoris, dicens ſcilicet illud Matth. 21. Nuptiæ quidem paratæ ſunt. Item hic gratias reddit & annuit, quia .ſ. ſolet Deo & cuicunque benefactori ſuo dignas & debitas agere grates. vt ſibi dicatur illud 1. Corinthiorum 14. Tu quidem bene gratias agis. Romanorum 1. Primum quidem gratias ago. Item hic doctrinis pollet & affluit. Romanorū. 3. Primum quidem credita ſunt illis eloquia Dei. Et Roma. 10. Et quidem in omnem terram exiuit

sonus eorũ &c.Item hic singulis amorem influit. Vnde Philipp. 2. Epafroditus quidem oẽs vos desiderabat, & mæstus erat propterea ꝙ audieratis illum infirmatum. Itẽ hic mundana spernens destituit. Vnde ipse est qui dicit Philip.3. Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora, extẽdẽs meipsum, ad destinatum prosequor brauium. Itẽ hic cũ morte pugnat & arguit, quia.s.iustus contemnendo mortem vincit mortem. Vnde 2.Tim.1. Qui.s.Christus, destruxit qui de mortem, illuminauit aũt vitam & incorruptionem. Item hic à Deo manat & effluit, quia.s.iste est filius Dei per adoptionem & gratiam. Vnde illud Hebræ.5. Quidem cum esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est, obedientiam. Itẽ hic in sacris minister affuit, quia.s.iste fuit spiritalis sacerdos, sacer dux vel sacra docens. Vnde Hebræo.10. Oĩs quidem sacerdos præsto est. Item hic in Deo lætus resplenduit, quia .s.iustus semper est gaudẽs in spiritu sancto. Vnde de apostolis dicitur Actuum 5. Et illi quidem ibant gaudentes à cõspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati. Item iste in pace vixit & deguit, quia scilicet iste pacem & concordiam in ecclesia seminauit. Actuum 9. Ecclesia quidem habebat pacem, & ædificabatur. Itẽ hic tribulationes & carceres pro Deo & iustitia sustinuit, vt.s.sibi & suis similibus dicatur illud Sap.18. Digni quidem sunt carere luce, & pati carcerem. Luce dico mundanæ prosperitatis, carcerem vero dico sæuę tribulationis. Item hic in signis multis emicuit, quia.s.iusti faciunt mirabilia opera & stupenda. Ioan.20. Multa quidem & alia signa fecit Iesus, quę non sunt scripta in libro hoc. Item hic se mũdo celat & obstruit, quis scilicet iustus virtutes suas per inanem gloriam non publicat, sed eas cõtegit atq; celat, quamuis prædicare aliis nõ desistat. vnde Actuum 9. Audientes quidem vocem, neminẽ videntes. Item hic exemplis claris docuit, quia.s.iustus quandoque docet exemplis, non verbis, & quandoq; etiã verbis, & non exemplis. vnde Actuum 22. Lumen quidem viderunt, vocem autem eius non audierũt. Item hic sitienti potare tribuit. Opus.n.misericordiæ est sitientem potare. Vnde iste dicebat sitientibus illud Matth.20. Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, non est meum dare vobis. Item hic gregibus libenter profuit. gregibus dico subditorum, ipsos s.debitè gubernando, & inter eos debitè discernendo. Vnde de filio hoĩs dr̃ Matth 25. ꝙ statuet oues quidem à dextris, hædos autem a sinistris. Item hic domino libẽter paruit, quia.s.ad omnia Dei mandata semper fuit obedire paratus, licet ipsum carnis fragilitas aggrauaret, quia.s.sicut dicitur Mat.26. Spiritus quidem promptus est, caro aũt infirma. Item hic vt tristis in mũdo doluit, sed post mortem iocundus claruit, vt scilicet sibi & suis similibus possit dici illud Ioan. 16. Et vos nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Patet ergo quomodo quidem aliquando affirmatur de iusto. ¶ Tertiò dico
C quòd istud aduerbium quidem affirmatur de studio id est de homine impio & peruerso. Et sic breuiter nota quòd per quidem describitur vir iniustus, scilicet

Quantum ad præsentem prosperitatem qua præeminet.
Quantum vigentem iniquitatem quam continet.
Quantum ad sequentem calamitatem quæ imminet.

Igitur dico ꝙ per quidem asseritur in viris impijs præsens ꝓsperitas qua solent pollere, quia scilicet mali mundi prosperis præ cæteris plus abũdant. Et sic dico quòd hi præ cæteris

Pollent honoribus.
Scatent muneribus.
Carent verberibus.

Ista enim sunt tria principalia mundi bona, in quibus vt communiter abundant mali, s.dignitates & eminentiæ. De quibus impio prophetę Balaam dixit impius rex Balach Numeri 24. Decreueram quidem magnificè te honorare (scilicet si malediceres filiis Israel) sed dominus priuauit te honore. Item facultates & opulentiæ, sicut patet de vsurariis & falsis mercatoribus, & etiam de furibus & prædonibus, qui in diuitiis plus abundant, sicut de Iuda dr̃ Act. 1. Et hic quidem possedit agrũ de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius. Itẽ voluptates & cõplacentiæ, sicut .s.sunt multi qui in pace & complacentia semper viuunt. Vnde cuilibet tali potest dici illud quod dictum fuit Hierusalẽ peccatrici Lucæ 19. Si cognouisses, (inquit) & tu, supple fleres? & sequitur. Et quidem in hac die quę ad pacẽ tibi supple habes. sequitur. Quia venient dies in te, & circundabunt te, inimici tui vallo, & coangustabunt te vndiq;, & ad terrã prosternent te. Patet igitur quòd per quidem in viris impiis asseritur præsens prosperitas, qua solent pollere. ¶ Deinde dico, ꝙ per quidem asseritur in viris impiis ingens iniquitas, qua D
solent fætere, hoc est dictu, abundantia & superfluitas vitiorum. Et sic certè dico quòd in istis asseritur.

Varietas odibilis.
Societas abominabilis.
Ebrietas damnabilis.
Satietas irritabilis.
Crudelitas intollerabilis.
Debilitas fugax & labilis.
Obscuritas cœca vel nubilis.
Sublimitas superba & mobilis.
Loquacitas nunquam domabilis.

Patet de sua odiosa & deceptoria varietate, q̃ a perfidi adulatores vtranque ripam volunt pascere, & vtrique parti adhærere, sed cum neutra penitus firmiter stare, figurati scilicet in illis samaritanis de quibus dr̃ 4.Regum 17. quòd ipsi erant timentes quidem Deum, sed nihilominus idolis seruientes. Et dicitur ibidem quòd ista de causa a leonibus sunt occisi. Item patet de sua praua & solida societate. Constat enim quòd mali in suis prauis fœderibus & societatibus valde sunt solidi atque firmi, & maximè contra bonos. Figurati in squamis Leuiathan, de quo dicitur Iob 41. quòd corpus eius quasi scuta fusilia compactum, squamis sese prementibus, vna vni coniungitur, & nec spiraculum quidẽ incedit per eas. Corpus enim Leuiathan id est diaboli, est societas reproborum, cuius scilicet squamę idest personæ taliter sunt coniunctæ, quòd nec spiraculum quidẽ per eos penetraret. Item patet de sua continua & horrida ebrietate, de quo scilicet dicitur assertiuè 1. Corinthiorum 11. quòd alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Item patet de sua rixosa & auida voracitate seu satietate, de qua.s.Sapien.16. Illi quidem concupiscentes escam &c. sequitur. Etenim cum illis superuenit sæua bestiarum ira &c. Item patet de sua dira & feruida crudelitate, de qua scilicet dicitur Sapien.11. Pro fonte quidem sempiterni fluminis sanguinẽ humanum dedisti iniustis. Item patet de sui vana & fluida labilitate seu fugacitate, de qua scilicet dicitur Baruch 2. vbi de sacerdotibus idolorum dicitur sic. Sacerdotes quidem eorũ fugient, & liberabuntur quasi dicat. Isti cum dijs non perseuerabunt stabiles, sed in fugam per inconstantiam conuertẽtur. vt de inconstantia sua dicant ipsi mali illud Sapiẽ.5. Nos inquiunt nati cõtinuo desiuimus esse, & virtutis quidẽ nullum signum valuimus ostẽdere. Item patet de sua tetra & fumida obscuritate, hoc est dictu, de sua ignorantia imbecilli, de qua.s.dicitur Sapient. 17. ꝙ ignis quidem nulla vis poterat eis lumen præbere. Et merito, quia scilicet sicut dicitur Sapien.18. digni quidem sunt carere luce, & pati carcerẽ. Carere dico luce verę fidei & scientiæ, & pati carcerem ignorãtiæ. Item patet de sua alta & tumida pomposítate, de qua scilicet dicitur 2. Machabæorum 15. Nicanor quidem summa superbia erectus cogitabat commune trophæum statuere de Iuda. Item patet de sua stolida loquacitate, de qua dr̃ Iac. 4. Lingua modicum quidem membrũ est, & magna exaltat. Ecce quãtus ignis quàm magnam siluam incendit. Patet igitur quòd per quidem asseritur in impiis ingẽs iniquitas, qua solet fętere. ¶ Deniq; dico ꝙ per quidem asseritur in impiis E
sequẽs aduersitas. qua solẽt dolere. Quia verè mali post præsentem prosperitatem & iniquitatem solent finaliter venire ad infernalem aduersitatem & pœnalitatem. Et sic nota, ꝙ per quidem nobis insinuatur quòd impii & peruersi.

In peccatis suis moriuntur.
Ab hostibus diris capiuntur.
In tenebris atris includuntur.

Dico ergo ꝙ isti moriuntur in culpis propriis. vnde Ezech.3. Si non fuerit conuersus a via sua mala, ipse quidem in iniquitate sua morietur. Item dico quòd isti capiuntur vinculis anxijs. vnde Ezech.33. Si venerit gladius & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est. Item dico, quòd isti includuntur tenebris noxiis. Vnde illud prædictum Sapien.18. Digni sunt illi quidem carere luce, & pati carcerem & cætera. Sufficit de quidem affirmatiuo.

Quicquid.

Nota ꝙ quicquid idẽ est ꝙ oẽ quod. Sicut ergo quisquis refertur ad personas, sic quicquid refertur ad res. Et sic nota ꝙ est dare quicquid

Man-

Mandatorum,quod obseruandum. Item dico ꝙ est da-
Promissorum,quod est accelerandum. re vnum quicquid
Meritorum,quod est procurandum. quod est faciēdum.
Vitiorum,quod est refutandum. Istud certe quicq̄d
Tormentorum,quod est formidandū. à Deo vel à prę̄lato
Præmiorum,quod est affectandum. nobis iniungitur,&
mandatur vnde Nu.23.Nōne dixi tibi ꝙ quicquid dominus imperaret mihi,hoc facerem? & Nu.24.Quicquid dominus dixerit,hęc loquar.& Ruth.3.Quicquid dixeris mihi,hoc faciā. Vnde de bonis operibus quomodo obseruanda sunt & facienda,dicitur. Num.3.Tribum leui fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent & excubent, & obseruent quicquid ad cultum pertinet.Et illud epistolæ 3.Ioan.Fideliter agis quicquid operaris in fratres.Itē est dare vnum quicquid quod est adimplendum, & istud certe est quicquid virorū aut promissorum licitorum & honestorū fecerimus. Vnde de filia Israel.i.de anima Christiana dr̄.Nume.30.Quicq̄d pollicita est & iurauit,opere complebit. Item est vnū quicquid quod est acquirendum, & istud certe est quicquid meritorum & virtutum possumus ꝓcurare. Vnde Deus & sancti possunt talibus dicere illud Nume.10. Quicquid optimū fuerit ex operibus, dabimus tibi.Istud est illud quicquid sanctum & sanctificatum,de quo dicitur Leuit.23.Quicquid semel consecratum fuerit sanctum sanctorum erit. Illa.n.quæ proprie cōsecrata sunt Deo,& sibi specialiter dedicata, sunt merita & virtutes,& etiam hoīes virtuosi & religiosi, de q̄bus.s.dicitur Leuit.27.Quicquid decimum euenerit,sanctificabitur.Religiosi.n.& clerici proprie dicuntur decimi, quia pro humani generis decima in sortē domini sunt assumpti, & Deo specialiter dedicati. Item est vnū quicquid quod est respuendū,& istud est quicquid vitiorum est vel ēt temporalium gaudiorum,malorū etiam & inutilium consortiorum. Istud enim triplex quicquid est summe vitandum, videlicet
Quicquid peccati iniquitatis. Quicquid dico iniqui
Quicquid terrenæ prosperitatis. tatis, de quo Deut.14.
Quicquid immundæ societatis. Quicquid morticinū
fuerit,non vescamini ex eo.Morticinum dico.i.peccatū.Peccatum.n.pro eo dr̄ morticinum,ꝙ per peccatum aīa iugulatur. Numer.1.Quicquid masculini generis fuerit,iugulate. Quicquid etiam prosperitatis seu temporalis facultatis, q̄a scilicet terrena bona sunt illa quæ inebriant & infatuant cor humanum.Vnde bene dicitur Nume.6.de nazareis,ꝙ quicquid de vua exprimitur, non bibent.sequitur. Quicquid ex vinea esse potest,non comedent.Quicquid insuper malæ societatis.Et merito quia pro certo sicut dr̄ Num.19.quicquid tetigerit immundus, immundum faciet.Immundum aūt reputabatur in lege Deu. 11. quicquid pinnulis & squamis carebat quicquid super pectus suū tāgendo terram incedebat, & quicquid alas & pedes quatuor possidebat. Primi significant carnales & deliciosos,qui.s.aspera cute.i.pœnitentiæ asperitate carent.Secundi significant auaros & ambitiosos, q̄.s.pectore.i.corde & toto corpore terrę,& terrenis adhęrēt. Tertii vero significāt superbos elatos & gloriosos,qui videlicet quatuor alis & pedibus diuersarū affectionū mentē, & animam sursum leuant.Istud est igitur vnum quicquid ꝙ est respuendum. Item dico ꝙ est vnum quicquid ꝙ est metuendum,& istud est quicquid oppressionis tyrānorū, de quibus dr̄.1.Regū.15.ꝙ quicquid vile & reprobū fuit demoliti sunt. & Iudicum.6. Quicquid tetigerāt,deuastantes. Et quicquid finaliter fiet afflictionis infernaliū tormentorū,vt.s.dici possit illud Leuit.7.Quicquid tertius inuenerit dies,ignis absumet.Tres.n.dies sunt tria tēpora,s.præteritum, p̄sens & futurū.Item est vnū quicquid quod est appetendū,s.quicquid est gaudiorum & præmiorū paradisi.Istud est illud quicquid ꝙ beatis petentibus datur,de quo.1.Ioā.3.Fiduciam habemus ad Deū vt quicquid petierimus, accipiamus ab eo qm̄ mandata ei⁹ custodimus. Vnde de puellis Assueri.i.de beatis aīabus dr̄ Hester. 2. ꝙ ingredientes ad regem, quicquid ad ornatum pertinebat,postulantes accipiebant &c.Sufficit.

A **Quicunque.** Nota ꝙ quicunq; accipitur ꝓ oīs qui, & est nomen seu pronomen significans generalitatem seu communitatem rerum vel personarū, siue in bono siue in malo. Et ideo notare possumus quòd quicunque significat generalem
Auctoritatem. De primo dicitur Mat.16.
Humilitatem. Quæcunque super terram erūt
Vtilitatem. ligata, erunt ligata, & in cœlis.
Prohibitionem. De secundo Mat.20. Quicunq;
Comminationem. voluerit inter vos maior esse,
Supplicationem. sit vester seruus.De tertio dicit
Ioan.16.Quicunq; habet pater,mea sunt. De quarto Genes. 9.quicunq; effuderit humanū sanguinē, fundatur sanguis illius.De quinto dr̄ Iacob. 2. Quicunq; totam legē seruauerit, deliquerit aūt &c. De sexto Ioelis.2. Quicunq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. ¶ Sed si vis vltra aliquid dicere B
de quicunq;, dic ꝙ quicunq; principaliter refertur ad personas & ad res.Et primo quidē dicamus aliq̄d de personis. Et sic certe dico ꝙ per quicunque possunt intelligi quicunque
Virtuosi. Primi quicūq; sunt honorandi.
Vitiosi. Secūdi quicūq; sunt reprobādi.
Luctuosi. Tertij quicunq; sunt sustētandi.
Fructuosi. Quarti quicunq; sunt exaltādi.
Dolorosi. Quinti vero quicunq; sunt detestandi.¶ Dico ergo ꝙ nos inuenimus quoscunque virtuosos esse honorandos. Quicunq; enim boni sunt,honore & laude digni sunt.Hester.6. Sic honorabitur quemcunq; rex decreuerit honorare.& Num.16. dr̄ ꝙ quemcunq; elegerit dominus,ipse erit sanctus.Et breuiter, quia vir iustus, prudens & perfectus oēs vult diligere,in omnibus scit eligere,oēs corrigere,oēs erigere,& in omnibus virtuose & prudenter se habere,videtur quòd ipsum possumus quemcunque generaliter appellare, eo quòd quibuscunq; virtutibus potest pollere. Et sic notabo, quòd ille dicitur vir perfectus quicunque.
Subsistit humiliter. Dico ergo ꝙ à Deo dili
Resistit viriliter. gitur, & per ipsum fina-
Insistit agiliter. liter saluatur ille quicū-
Assistit fideliter. que subsistit humiliter.
Stingitur amoris fędere. Humilitas.n.summe pla
Spargitur dulcoris munere. cet Deo.Vnde ipse dicit
Tangitur timoris pondere. Matth.18. ꝙ quicunque
Regitur splendoris sydere. humiliauerit se sicut par
Tergitur horroris scelere. uulus iste, hic maior est
Pascitur saporis vbere. in regno cœlorum. &
Luc.18.Quicunq; non acceperit regnum Dei sicut paruulus non intrabit in illud. Econtrario vero dixit Mar.10. ꝙ quicunque voluerit fieri maior,erit minister vester.Et quicunq; voluerit inter vos esse primus, sit omnium seruus. Item illi Dei est amicus qui resistit viriliter.vnde.1.Reg.14.Quemcūque videret Saul virum fortem & aptum ad prælium,sociabat eum sibi.Item quicunq; insistit agiliter,hoc est dictu, q̄cunque obedit faciliter seu quicūq; insistit diligenter. vnde Mat.12. Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cęlis est ipse meus frater & soror & mater est. Item quicunque assistit fideliter,s.orando Deum & suam gratiā implorando, & fidem ipsius confitendo,& ipsius seruitium exequendo.2. Paralip.6.Quicunq; orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo.& Lucæ 16.dixit dominus.Quicunq; confessus fuerit me coram hominibus, filius hominis confitebitur illum corā Angelis Dei.& 1.Reg.2.Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eū.quia breuiter sicut dr̄ Act.2.quicunq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Item dico, ꝙ ille iustus & perfectus debet reputari quicunq; stringitur amoris fœdere,de quo.1.Macha.8.quicunque accesserūt ad romanos statuerunt cum eis amicitias.Item quicunq; spargitur dulcoris munere,hoc est dictu quicūq; libenter aliis dat quod habet. Matt.10.Quicunq; potū dederit calicē aquæ frigidæ, nō perdet mercedem suā. Item quicunq; tāgitur timoris pondere. vnde Ecclesi.37.Cum viro sancto assiduus esto, quemcunq; cognoueris obseruare timorem Dei.Item quicunq; regitur splendoris sydere,hoc est dictu.diuinæ sapientiæ luce,quia sicut dr̄ Gala.6. quicunq; hanc regulam secuti fuerint pax super illos & misericordia.Regula enim dicitur à regendo,sapiētia enim regit & regulat vniuersa, quia sicut dicitur Sap. 9.per sapientiam sanati sunt. Item quicunq; tergitur horroris scelere i. quicunq; purificatur & lauatur ab immunditia vitiorū,de quo Gala.3. Quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis.Item quicunque pascitur saporis vbere, hoc ē dictu,sacramēto altaris,digne videlicet & honeste?vnde Matt.22.Quoscunque inueneritis,vocate ad nuptias. Caueant tamen isti,quia sicut dicitur.1.Corinti.11.Quicunque

manducauerit panẽ vel biberit calicẽ domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Et certe tales q̃cunq; sunt merito cõmendandi, quia pro certo isti sunt quos Deus elegit ad sanctè viuendum. Num. 16. Quemcunq; elegerit dominus, ipse erit sanctus. Itẽ quos Deus vngit ad digne regendũ. Vnde de Dauid inungendo in regẽ Israel dixit dominus Samueli. 1. Reg. 16. Vnges quẽcunq; monstrauero tibi. Itẽ quos Deus erigit ad sibi succedendũ, quia sicut dr̃ Rom. 8. quicunque spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt, ꝙ si filii, & hæredes. Vnde de successione regni paradisi dr̃ Dani. 4. ꝙ dominatur excelsus in regno hominũ, & cuicunq; voluerit dabit illud. Itẽ quos Deus adigit ad fidẽ credendũ. Act. 2. vobis. n. est repromissio & filiis vestris, & oĩbus qui longe sunt quoscunq;
C dominus Deus vester aduocauerit. Sic igitur patet quomodo qnicunque sumitur in bono. ¶ Item quandoque sumi potest in malo. Et sic pro certo quicunque dicitur ille qui quibuscunque vitiis generaliter maculatur. Et sic dico quòd isti sunt vituperandi & reprobandi quicunque sunt

Ligati amorem mundanorum.
Fœdati horrore vitiorum.
Nudati valore meritorum.
Turbati stupore aduersorum.
Lætati labore miserorum.
Leuati honore fatuorum.
Fugati flore secretorum.
Priuati dulcore gaudiorum.
Grauati mœrore tormentorum.

Dico igitur ꝙ vituperandi sunt & reprobãdi qui cunque sunt ligati mũdanorum amore, & sic dr̃ Iacob. 4. Quicũq; voluerit amicus huius mundi fieri, inimicus Dei constituetur. qa re vera mũdus est fraudulẽtus amicus, qui suos decipit dilectores. vnde iste vr̃ demonibus & mundi tribulationibus dicere illud quod dicit Iudas Matth. 26. Quemcũq; osculatus fuero, ipse est tenete eũ. Et ideo bene dicitur de mundi habitatoribus Hiere. 38. Quicunq; mãserit in ciuitate hac, morietur. Item quicunq; sunt fedati vitiorum horrore, s. peccato carnis, de quibus dr̃ Gala. 6. Quicunq; volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi. & Apoca. 3. Quicunq; non adorauerit imaginẽ bestiæ, occidatur. Quia. s. hodie apud malos quicunq; bestialiter nõ viuit, carnisq; deliciis non vtitur, dignus morte ab impiis reputatur. Et tñ Prouer. 20. dr̃ ꝙ luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas, quicunq; his delectatur, non erit sapiens. Itẽ quicũq; sunt nudati meritorum valore. & sic põt intelligi illud Luc. 8. vbi dicitur ꝙ qui habet, dabitur illi, quicunq; aũt nõ habet, etiã quod se putat habere, auferetur ab eo. Itẽ sunt turbati aduersorũ stupore sicut. s. sunt illi qui modicis tribulationibus exercẽtur de quibus dr̃ 4. Reg. 21. Ecce ego inducẽ mala super Iudam & Hierusalẽ, vt quicunq; audierit, tinniant ambæ aures eius. Itẽ quicunq; sunt lætati miserorũ labore de quibus dr̃ Matthęi. 5. Si quis te percusserit in dexteram maxillã tuam, præbe ei & aliam, sequitur. Quicunq; angariauerit te mille passus, vade cũ illo alia duo. Itẽ quicunq; sunt leuati honoris tumore, vtputa illi qui per symoniã promouentur ad alta, de quibus. 3. Reg. 14. Quicũq; volebat implebat manum suam, & fiebat sacerdos. Itẽ quicunq; sunt fugati seu reprobati diuinorũ flore, quia. s. tales quicunque reputãtur indigni administrare sacramenta diuina. vnde. 1. Paralip. 15. Illicitũ est vt à quocunq; portetur arca Dei nostri. Item quicunq; sunt priuati gaudiorum dulcore, scilicet gaudijs paradisi de quibus Lucæ 17. Quicũq; quæsierit aĩam suã saluam facere, perdet eam, & quicunq; perdiderit illam viuificabit eam. quasi diceret. Quicunq; aĩam. i. vitã suam in mũdo fouet & diligit, in paradisi gaudiis ipsam nõ inuenit, imo perdit. Item quicunq; sunt grauati tormẽtorum mœrore, s. illi qui in inferno dãnantur. quia sicut dicitur Rom. 2. quicũque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. quia sicut dr̃. 4. Reg. 11. Quicunq; eam. s. athaliam Reginam. i. propriã carnem aut voluntatem peccando secutus fuerit, gladio feriet, s. damnationis æternæ. Patet ergo quomodo peccator pluribus ex causis potest dici quicunq;, & maximè, quia iste in quocunq; loco cadit & labitur, in quacunq; die legem transgreditur, & quocunq; visu morti subiicitur. Qđ talis in quocunq; loco cadat & labatur, patet Ecclesiastici. 11. vbi dr̃ ꝙ lignum si ceciderit ad austrum aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Item ꝙ in quocunq; die legẽ trãsgrediatur, patet. 3. Reg. 2. vbi dictum fuit Semei ꝙ quacunq; die egressus esset de Hierusalẽ, moreretur. Item ꝙ ex quocũque visu seu aspectu morti subiiciat. s. æternæ, patet Exod. 10. vbi Pharao dixit Moysi. Quacunq; die apparueris mihi, morieris. Ista ergo de quicunq; in malo significato sufficiant. Vide infra vbi quod, quia inuenies de quodcunque, & vbi quo aduerbium, quia ibi est de quocunque, & vbi quotiens, quia ibi de quotienscunque agitur &c.

Quiescere Quies.

Nota, ꝙ quiescere q̃nque accipitur pro dormire, sicut sumitur Prouer. 3. vbi dr̃. Quiesces, & suauis erit somnus tuus. Pro cessare accipitur vt cõiter. vnde Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite bene facere. Pro stabiliter manere accipit Zacha. 1. vbi de terra, quæ perpetuã habet stabilitatẽ, dr̃. Ecce oĩs terra habitat & quiescit. Possumus ergo notare, ꝙ moraliter accipiẽdo, quintuplex inuenit quies, videlicet quies. A

Interior.
Exterior.
Inferior.
Superior.
Deterior.

Quiescit. n. anima interius in mentis traquilitate, quiescit homo exterius in mundi prosperitate, quiescũt beati superius iu cęli fęlicitate, quiescũt mortui inferius in terræ concauitate, quiescunt gaudia deterius surgente aduersitate. ¶ Primo ergo dicamus ꝙ est quædam quies interior & spiritalis, & ista est quies mentis, quæ summe est desideranda. Quies. n. est vnum de illis sex quæ ad conseruationẽ vitæ & sanitatis sunt necessaria, quæ sunt somnus & vigilia, cibus & potus, labor & quies. Sic vere loquendo moraliter, ad vitam gratiæ continendam & habendam necessaria sunt plura, s. Somnus contemplationis. Vigilia meditationis. Cibus sacramentalis. Potus doctrinæ & eruditionis. Labor diligentiæ & bonæ operationis. Quies mentalis ꝑmanentiæ & tranquillæ affectionis. vnde Esa. 30. Si reuertamini & quiescatis, salui eritis. Aper. n. dicitur pinguescere q̃n septẽ diebus quiescit. Sic vere homo tũc pinguescit gratiis & virtutibus, quando quiescit septem diebus. i. quando cessat à septem peccatis mortalibus, vel q̃n se exercitat in septem misericordiæ operibus. Eccl. 18. Cum quieuerit, tũc operabitur. Exponamus ergo breuiter de spiritali quiete illud psa. De cœlo auditum fecisti iudicium, terra tremuit, & quieuit. Vbi aduerte ꝙ ipsa quies corporis causatur aliquotiens ratione rei qua aggrauatur propter superni timoris aggrauationem, ratione loci quo collocatur propter interni amoris collocationem, rõne motus quo terminatur propter æterni laboris terminationẽ. Timoris aggrauatio ostẽditur cũ dicitur. De cœlo auditum fecisti iudiciũ. Amoris stabilitio seu collocatio ostenditur cum dr̃. Terra. Laboris terminatio ostenditur cum dicitur Tremuit & quieuit. ¶ Dico ergo ꝙ mẽtis quietem generat grauitas timoris. Auditum inquit fecisti iudicium ꝙ quidẽ est valde timendũ. Res. n. graues & ponderosæ vt cõiter magis stabiles sunt & q̃etæ, sicut patet de magnis rupibus & montibus, de magnis ædificiis & turribus, de magnis lapidibus & collibus, q̃ propter ponderositatẽ suam à nemine concutiuntur, sed in q̃ete perpetua solidantur. Sic vere quando mens habet in se donum & gratiam timoris diuini, qui ipsam habet aggrauare, & ab omni elatione deprimere & reprimere, tunc efficitur spiritalis, stabilis & quieta. Auditũ (inquit) fecisti. Abacuc. 3. Dñe audiui auditum tuũ, & timui. Iob 3. Timor quem timebã, euenit mihi, nõne dissimulaui? nonne silui? nonne quieui? quasi diceret. Præ timore quiescit homo. Arbor. n. magis est quieta si sit profundius radicata. Animalia etiam tunc quiescunt securius, quãdo sunt in cauernis terræ profundius. Sic vere mens humana tunc securius quiescit, quando per Dei timorem in profundis terrarum. i. in profunditate mortis & inferni per considerationem inferius se abscondit. 1. Petri. 3. Abscõditus ẽ cordis homo in corruptibilitate quieti & modesti spiritus. ¶ Deinde dico ꝙ quietẽ generat firmitas amoris, quæ notatur cum dr̃. De terra. Terra. n. habet perpetuam quietem in semetipsa, & hoc quia omnes partes eius tendũt ad medium & ad cẽtrum propter compressionem qualitatũ suarum. s. frigiditatis & siccitatis, quarum motus est à circũferentia versus centrum. Sic vere humana mens tunc quieta efficitur, quando qualitas eius. i. interiores affectus ipsius in medium. i. in Deum per amorem & desiderium terminãtur. Zac. 1. Terra habitatur & quiescit. Ipsum. n. cẽtrum & mediũ oĩum rerũ Deus est vera & perfecta quies, verus & quietus locus cordium humanorum, iuxta illud Aug. Inquietum est cor meũ bone Iesu, donec quiescat in te. Sicut habemus exẽplũ de lapide sursum iacto q̃ quiescere nequit donec ad ter- B

iam

ram descenderit, quinimo si subtraheretur sibi terra, non prius á motu quiesceret quousq; ad illud centrum cõe qđ est in terræ medio perueniret. Quia breuiter cor humanũ in nulla re quietem inuenit, immo vndiq; fluitat & discurrit, quousq; á mota terra.i.terrenorum affectu in solo Deo quiescit. Quod bene patet de cordibus pctõrum, quæ nõ in Deo, immo in rebus mundi locantur, & ið nulla quiete firmant, immo desiderijs infinitis mouentur, & affectibus varijs agitantur. Esa. 57. Cor impij quasi mare feruens, qđ qe- scere non valet. Non est pax impijs, dicit dñs. Vnde nota ꝙ homo spũaliter quiescit, videlicet qñq; Superius in cœlo ꝑ contemplationem. Inferius in inferno per timorem & considerationem. Exterius in proximo per pacificam conuersationem. Interius vero & in seipso per Dei amorem & dilectionem. & ista est proprie quies de qua loquor.s. firmitas amoris, quæ ostenditur cum dr, quia terra stat & quiescit in seipsa & in centro suo. Psal. Fundauit terram super stabilitatem suam. vt sic de tali terra cordis dicatur illud. 1. Paral. 4. Inuenerunt terrã latissimã, quietã & fertilem. Tale.n.cor ꝑ charitatẽ est latum, per tranquillitatem est quietum, & per virtutum vbertatẽ est fertile seu plenum. Istã ergo quietem generat firmitas amoris. Terra inquit. 2. Paral. 14. Regnauit asa, in cuius diebus quieuit terra. ¶ Insuper dico ꝙ spiritualem quietem generat paucitas laboris. Tremuit inqt & qeuit. Sicut.n.nulla res põt quiescere quam diu est in motu, cũ motus & quies sint contraria, & inde est ꝙ aqua nõ põt qe- scere quam diu superficies ipsius moueatur, sic nec cor humanum perfecte quiescit donec à motu malorum desideriorum, mundi laborum & negotiorum absolutum se inuenit atq; sentit, iuxta illud Esa. 57. In multitudine viæ tuæ laborasti, non dixisti quiescã. Tremuit inquit & quieuit, quasi diceret. Primo oportet tremorem & motum cessare, ꝙ qes possit in nostris cordibus habitare. vnde psa. Timor & tremor venerunt super me, & cõtexerunt me tenebræ, & dixi. Quis dabit mihi pẽnas sicut columbæ, & volabo & requiescã? Igit abdicemus à nobis oẽs tales malos motus, s. vitia & pcti, mundiq; tumultus & negotia, & vana mẽtis desideria, vt sic simus spũaliter liberi & quieti iuxta illud, 1. Thess. 4. Operã detis vt quieti sitis. Igit vt quieti simus, quiescamus

A tristitiæ mœroribus.
A sæuitiæ furoribus.
A superbiæ feruoribus.
A lætitiæ clamoribus.

Quiescendum est.n.à mœroribus tristitię. vnde Hie. 31. Quiescat vox tua a ploratu. Item a furoribus sæuitiæ. Esa. 14. Quomodo cessat exactor, quieuit tributum? & Ezec. 16. Quiescã, & non irascar amplius. Item à feruoribus superbiæ. Esa. 30. Superbia tantum est. quiesce. Itẽ à clamoribus vanæ lætitiæ, Esa. 24. Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium &c. Et sic igitur patet qũo tria requiruntur ad quietem spiritalem habendam, s.

Laboris terminatio.
Amoris situatio.
Timoris aggrauatio.

Ista tñ sunt contra multos qui.s.non amant requiẽ aut quietem, iuxta illud. 2. Thes. 3. Audiuimus quosdam inter vos ambulare in quiete. immo alios inquietant & molestant. 2. Mach. 14. Bella nutriunt, seditiones mouent, nec patiuntur regnum esse quietũ. Non sic charissimi, sed simus pacifici & quieti, iuxta illud Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite bene facere. Ista

C est ergo qes interior & spiritalis. Et hoc est primum principale ¶ Secundò principaliter dico ꝙ in scriptura inuenitur quies exterior & tpalis, & ista est quies & delectatio quam habent mali in prosperitatibus huius mundi. Isti.n sunt sicut crocodilus, qui iuxta fluuium quiescens, ab auiculis pẽnas ferrantes habentibus scalpit, & ab ipsis ventrẽ eius subintrantibus finaliter occidit. Isti sunt sicut apes, q̃ à labore nimiũ quiescẽtes infirmari dicuntur. Isti etiã sunt sicut lepora rij, qui teste. Pli. dum nimiũ quiescũt minus posse gñare perhibentur. Quia pro certo charissimi illi qui in cauernis.i. in delicijs & in mundi diuitijs & in seculi dignitatib. & eminẽtijs quiescunt, ab auibus.i.à demonibus primo per tentationes dulciter scalpuntur, & finaliter ab ipsis ꝑ æternũ supplicium puniũtur. Isti insup ꝑ vitia infirmãtur & à gñatione bonorã operũ retardantur. Ista est ergo mala quies, quia tales.

Puniuntur à demonibus,
Exterrentur à laboribus.
Terminantur in mœroribus.

Isti dico à demonibus puniuntur. Et ideo isti figurantur in populo lachis, qui in prosperitate maxima quiescebat, & q à nullo cauebat, ad quem tñ filij dan venientes, ipsos subito percusserunt, & terram eorum possederunt, sicut dr Iudic. 18. Venerunt inquit in lachis ad populum quiescentem & securum &c. Sic vere tales qui in prosperitate quiescunt, & qui securi ab oĩbus esse credunt, subito dum non sperãt, à filijs Dan.i.à demonibus percutiuntur, & terra sua.i.terrenis bonis & etiam perpetuis spoliantur. vnde in persona diaboli dr Ezec. 38. Ascendam ad terram absque muro, veniã ad quiescentes habitantesq; secure. Isti insuper à laboribus exterrentur. Tales.n.qui in quiete mundi viuũt, timent oĩa terribilia, & maximè mortem. Eccl. 41. O mors q̃ amara est memoria tua homini iniusto, & pacem habenti in substantijs suis, viro quieto, cuius viæ directæ sunt in oĩbus. Isti etiã in mœroribus terminantur, quia.s.talium quies terminabitur in mœrore. vnde Sap. 18. Dum quietum silentium tenerent oĩa, sermo tuus domine venit, & impleuit omnia mora

D te. Ista est ergo quies exterior, & temporalis. ¶ Tertiò principaliter dico ꝙ in scriptura inuenitur quies inferior seu posterior & corporalis, & ista est quies mortis.s.corpus à motibus & laboribus huius vitæ quiescit. De quo põt homo dicere illud Sap. 8. Intrans in domum meam quiescã. Quartò verò principaliter dico ꝙ in scriptura inuenitur quies superior & æternalis, & ista est quies beatorum, qui sunt in ppetua gloria & quiete. Hier. 45. Iacob quiescet & prosperabitur & nõ erit qui exterreat eum. In paradiso.n. est perfecta & vera quies. vnde. 2. Paralip. 23. Lætatus est omnis populus terrę, & orbis quieuit. Ibi est.n. pfecta quies, qa.s.ibi cessat

Motus interiorum cupiditatum.
Motus exteriorum aduersitatum.
Motus superiorum austeritatum.
Motus inferiorum proteruitatum.

Ista.n.quatuor impediunt qetem in hoc mũdo, quæ qa ibi cessant, necesse est, ꝙ ibi sit perfecta quies. Hic.n. abundat interius ardẽs affectio, exterius mordens afflictio, superius lędens oppressio, inferius surgens rebellio. Sed certe in paradiso quiescit ardens cupiditas animorum, vt pote quib. est contemptus temporalium bonorum, quibus satis est quod habent similes cœlesti & superno corpori, quod contentũ est forma sua, & ideò à corruptione & gñatione quiescit. sic & illi, vt sic intelligatur illud. 1. Petri. 3. Absconditus inquit hõ cordis in incorruptibilitate qeti & modesti spiritus, est in cõspectu dñi locuples. Item in paradiso quiescit mordẽs afflictio aduersorum. Nulla.n aduersa q̃ concutiant sunt ibi. vnde Prouerb. 3. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. si dormieris, non timebis, quisces, & suauis erit somnus tuus. Item in paradiso quiescit lædẽs oppressio tyrannorum. Magna est.n.& tuta quies quando desuper non potest contingere quicquam.s. fulgur, pluuia seu grando. Sic pro certo mala quæ veniunt desuper.s. tyrannica bella, ibidem quiescũt & cessant, & ab ipsis quiescitur & cessatur. Vt de quolibet beato dicať illud. 2. Paral. 14. Quietus erat & nulla temporibus suis bella surrexerunt, pacem domino largiente. Item paradiso quiescit furens rebellio subditorũ. Cum.n.ibi nullus habeat subditum præter Deũ, & cum omnes sibi inuicem sola charitate subiecti sint, constat ꝙ á quacunq; rebellione perfecta est ibi quies, 2. Paralip. 13. A bellis quieta sunt omnia, eo ꝙ quæsierimus dominum, & dedit nobis pacem. Sic ergo patet qũo inuenitur quies supernalis. ¶ Quintò verò dico, quòd inuenitur quies deterior & infernalis. & sic certe quiescere sumitur pro cessare, qa.s.in inferno facit dñs cessare & quiescere gaudia & vitia huius mundi. Vnde nota ꝙ ibi cessant & quiescunt

Lætitiæ prolati moduli.
Superbiæ elati tumuli.
Sæuitiæ illati stimuli.

Quiescit dico.s.postmortẽ lætitiæ sonus & musica, hoc est oĩs vana lætitia huius mũdi. vñ. Esa. 24. Cessauit gaudiũ tympanorũ, qe uit sonitus lætatium, cõticuit dulcedo citharæ cũ cantico, non bibẽt vinũ, amara erit potio bibẽtib. illã. Itẽ qescit ibi superbię cura vanifica. Esa. 13. Quiescere faciã superbiã infideliũ. Itẽ quiescit ibi sæuitiæ manus tyrannica. vnde Hester 7. Regis ira quieuit. & Ezec. 7. Quiescere faciã superbiã potẽtiũ. Ista igit est quintuplex quies &c. Vide infra de Reqe.

Quippiam & quicquam.

A In neutro gñre. Nota ꝙ ista ꝓnoia neutra & cõposita aliqd distinctum & determinatum

minatum designant. Vnde nota ꝙ quicquam seu quippiam ponitur in bono & in malo. In bono ponitur

Pro titulo meritorum.	Primum dat ho mini virtuoso
Pro clanculo secretorum.	Secundum subtili curioso.
Pro ferculo pręmiorum.	Tertium homini glorioso.

¶ In malo autem significato quicquam ponitur

Pro vinculo vitiorum.	Quartum hoī criminoso.
Pro cumulo terrenorum.	Quintum diuiti copioso.
Pro stimulo tormentorum.	Sextum hospiti doloroso.

videlicet hoī perdito & dānato. ¶ Primo igitur dicamus ꝙ est dare quicq̄ quod est ꝓcurandum, & hoc est titulus meritorum. Et sic de veritate dr̄. 2. Esdr. 4. ꝙ oīs terra veritatem inuocat, & oīa tremunt eā, & non est in ea quicquā iniquū Et sic dico certe quòd ad iustum pertinet vnum quicquam

Perfecti operis.	Habet ergo iustus quicquā
Iniuncti ponderis.	operis virtuosi. Vnde de pę
Prospecti syderis.	nitente dicitur. Ezech. 33.
Fructuosi muneris.	ꝙ si in mandatis vitę ambu

lauerit, nec fecerit quicquam iniustum, vita viuet, & nō morietur. Item habet quicq̄ ponderis rigorosi, s. onus mandatorū Dei, de quo Deut. 12. Quod pręcepit tibi dominus, hoc tm̄ facias non addas quicquam, aut minuas. Item habet q̄cquam syderis luminosi, quia. s. ad iustum spectat ꝙ ipse cognoscat quicquā & quę pertinent ad salutem, vt sic dici possit de eo illud Eccl. 39. Non est quicquam absconditum ab oculis eius. Item habet quicquam muneris fructuosi, s. quicquam meriti vel virtutis, quod. s. ipsis datur à Deo si debitè requiratur. Vnde iustis pōt dici illud Hiere. 38. Nec. n. fas est vobis regi quicquam negare. Iusti. n. habent quicquā boni, & non quicquā mali, quia. s. ipsi non habent quicquam.

Proterue locutionis.	Non habent dico quic-
Iniquę conditionis.	quā proterue locutio-
Excessiuæ comestionis.	nis. vnde Gen. 31. Caue
Fraudatiuę deceptionis.	ne q̄cquā aspere loqua-
Constrictiuę obligationis.	ris. Itē nec habent quic
Infectiuæ delectationis.	quam peruersæ cōditio

nis, vt de eo possit dici illud. 1. Reg. 29. Non inueni in te q̄cquam mali. Item non habent quicquam excessiuæ commestionis. Vnde illis dr̄ Ionę. 3. Non gustent quicquam aut pascantur, s. ad superfluitatem. Item nec quicquam callidæ deceptionis, iuxta illud Deut. 15. Non ages quicquam calliде. Item nec quicquam damnosæ obligationis. Rom. 13. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Item nō habent quicquam carnalis delectationis. vnde Ezec. 44. Vestibus lineis induentur, nec ascendet super eos quicquam laneum. Lana. n. ex carne ꝓcedit, & vitia carnis signat. Patet ergo ꝙ est quicq̄ quod est procurandum. ¶ Secundò dico ꝙ
B est dare quicq̄ quod est perscrutādum, s. secreta fidei & sciē, quę sunt necessaria ad salutem. Vnde de Regina Saba dr̄ ꝙ de oībus ad sapientiam pertinentibus non fuit quicquam quod non proficuum ei fieret. Cuius contrarium ignorantibus & parum de veritate scientibus dr̄ Io. 11. Nescitis quicquam nec cogitatis. Nescitis inquit quicquam veræ & vtilis sciē, licet forte satis habebant sciæ secularis, quæ. s. non tā solet proficere, q̄ nocere. Ad quod facit figura de illa hemorrhoissa quæ erogauerat substātiā suā cum medicis, nec tm̄ ei quicquam profecerat, sicut dr̄ Mar. 5. Viri. n. iusti nō curant de tali quicquam, s. de scientia seculari, sed potius de diuina, vt sic de viro sapiente & iusto dicatur illud Eccles. 39. Non est quicquam absconditum ab oculis eius. ¶ Tertiò dico, ꝙ est dare quicq̄ quod est affectandum. Et istud est illud quicq̄, illud aliquantulum, illa portio paradisi quam Deus sm̄ quicq̄ meritorum nobis daturus est. Et de isto quicquā dicit dn̄s Io. 15. Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo, petite & accipietis. Tale quicq̄ seu quippiam nō colligitur in vineis. i. in bonis tpalibus huius mūdi. vnde Deuter. 33. Vineam plantabis & fodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam, q̄a a vermibus vastabitur. Istud. n. est vnum mirabile quicquam, quia. s. non pōt esse ita modicum quin sufficiat plenissime possessori, q̄a. s. nihil omnino deficit possidenti. vnde Eccl. 42. de Deo in patria dr̄ ꝙ ipse non fecit quicquam deesse, vniuscuiusq; confirmabit bona, & quis satiabitur videns gloriam Dei? Istud ergo quicquam spectat ad bonos, & non ad malos, quia. s. in regno cœlorū mali non habēt quicq̄, ita ꝙ proprie ipsi possunt dicere illud. Num. 32. Possideant filij Israel hæreditatem suam, nec quicquam quæremus trans iordanem, quia iam habemus nostram possessionem in orientali plaga. Ac si proprie dicerēt. Sufficiunt nobis præsentia, & nihil quærimus de futuris. Et sic patet quō quicquam sumitur in bono. ¶ Sumitur etiā in malo significato. ¶ Quartò igitur dico, ꝙ est dare vnum C
quicquam vitij vel peccati, quia. s. diabolus semper in hoīe reperit quicquam quod cupit, & inde gaudium sumit, sicut videmus, ꝙ homo gaudet q̄n in alieno solo inuenit quicq̄ sui dominij seu iuris. sicut Apoc. 13. dr̄ ꝙ illi qui portabant signum bestiæ, permittebantur vendere vel emere &c. Ad denotandum, ꝙ bestia infernalis diabolus illos suos esse reputat, in quibus signum suum & imaginem, s. aliquod stigma pc̄ti inuenit atq; spectat. Vnde Christus tali quicquā se carere glorians dicebat Io. 14. Venit. n. princeps mundi huius & in me non habet quicquā. Vide supra in quicunque. in §. itē quandoq; sumi potest in malo. vbi multa dicuntur vt & cuilibet iusto dicatur illud Deut. 13. Non adhærebit de anathemate in manu tua quicquam, s. peccati. Et merito, quia sicut dr̄ Leui. 11. super quod ceciderit quicquam de morticinis, polluetur. Bene ergo consulitur nobis Iudic. 13. vbi dr̄. Caue ne bibas vinum nec siceram, nec quicquam immundum comedas, quia sicut dr̄ Num. 19. Aīa quæ quippiam horum tetigerit, immunda erit. Ideo bn̄ consulitur Deut. 7. vbi dr̄. Non inferes quicquam de idolo in domum tuam. i. quippiā peccati in cōsciam tuā. Et breuiter illi qui habent quippiam vitij vel peccati, non sunt digni dn̄o immolari, sicut dicitur Deut. 17. Non immolabis dn̄o Deo tuo bouem & ouem in quo est macula aut quippiā vitij. Et sic patet ꝙ est quicquā quod est refutandum. ¶ Quintò vero dico ꝙ est quicquam quod est conculcandum seu ēt detestandum, & istud est illud modicum quicquam vel aliq̄d boni quod in his temporalibus inuenitur. q̄a etsi istud quicquam ꝑpter vitæ pn̄tis necessitatem necessarium sit habere, ibi tn̄ non debemus cor seu affectum apponere, nec nos in talibus delectare. Vnde viris perfectis in figura filiorum Israel vr̄ dn̄s dicere illud. Deut. 2. Transibitis per terram filiorum Esau. Et postea sequitur. Non pugnes contra moabitas &c. Non. n. dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filijs loth tradidi eam in possessionem. Istud. n. quicquam mundanorum bonorum filijs Israel. i. viris sanctis non datur, sed filijs loth, qui interpretatur declinans, i. mundanis & peccatoribus, qui. s. declinare à bono, & facere malum non cessant, conceditur & donatur. Istud est. n. quicquam quod auari alijs dare nolunt, sed illud sibi dari ab alijs volunt, dicentes. s. illud. 2. Reg. 31. Nō dabimus eis quicquam de præda. Dari vero sibi desiderant atq; volunt, & maxime corrupti iudices & p̄lati, de quibus . s. dr̄ Micheæ. 3. Si quis non dederit in ore eorum quippiā, sanctificant super eum prælium. Cuius tn̄ cōtrarium faciūt superiores boni, dicentes. s. illud. 1. Reg. 12. q. s. dixerunt filij Israel Samueli. Non es calumniatus nos, neq; oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam. Istud est ergo quicq̄ seu quippiam detestandum. ¶ Sextò dico ꝙ nos inuenimus vnum quicquam quod est formidandum, & istud certe est pœna æterna de qua. s. dr̄ Eccl. 8. ꝙ qui custodit præceptum, non experietur quicquam mali. Mali. s. æterni, quia de malo temporali contrarium constat, quòd videlicet boni q̄ Dei pręcepta custodiunt, malum temporalis pęnæ sæpe incurrunt. Hæc igitur sufficiant de quippiam & quicquam.

Quinque.

A Nota ꝙ numerus quinarius ꝓ eo ꝙ omnes actus humani quinq; sensibus gubernantur, ita ꝙ quicquid facit homo, totum ad aliquē quinq; sensuū ordinatur, potest in scriptura multipliciter designare. Notemus igitur ꝙ numerus iste quandoque signat

Legis perfectionem.	Signat dico legis
Sensus discretionem.	perfectionē, quia
Crucis afflictionem.	scilicet lex conti
Carnis corruptionem.	netur in quinque

libris Moysi, & ideò per numerū quinariū totius legis doctrina & scientia designatur. Isti. n. quinque libri Moysi figurantur in quinq; panibus hordeaceis quibus dominus quinque milia hoīum satiauit, sicut dr̄ Mat. 14. Mar. 6. Lu. 9. Io. 6. quia. s. hordeum ꝙ exterius habet paleam, interius vero medullam, legem designat, in qua sub palea historialis litteræ latet medulla spiritalis sensus. Isti sunt quinq; talēta q̄ in duplum

plum multiplicans a domino cõmẽdatur. Matth. 15. quia ille qui doctrinam legis acceptã per operum complementũ multiplicat, a deo gloriã & præmiũ recipit & reportat. Domine inquit quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Et sequitur. Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Isti sunt quinq; ciuitates in terra ęgypti loquentes lingua chanaam. Esaię. 19. Quia procul dubio quinq; libri Moysi loquuntur hodie ægyptiis.i.iudæis, q ægyptii dicũtur, sicut Hierusalem dicitur spiritualiter sodoma & ægyptus. Apoc. 11. Lingua chanaan.i.lingua difficili & ignota loquuntur, in tm̃ ꝙ nesciunt intelligere veritatẽ. Isti sunt quinq; bases templi quæ erant ad dexterã & quinq; quę erant ad sinistram, sicut dr̃. 3. Reg. 7. quia.s. in templo ecclesię a dextris & a sinistris.i. in prosperis & aduersis isti quinq; libri sunt bases.i.morũ & fidei fundamenta. Isti sunt altare holocausti in quo tot Deo offeruntur hostię quot ibi continẽtur sententiæ, de quo dr̃ Exod. 38. ꝙ altare holocausti quinq;
B cubitorum erat per quadrum. Signat ergo numerus iste legis perfectionem. ¶ Secundo dico, ꝙ signat sensus discretionem, quia.s. quinq; sunt sensus corporis per quos nobis rerũ notitia innotescit, quia teste Aristo. oĩs cognitio nostra incipit à sensu. Et ideo per numerum istum possunt significari illi, qui istos quinq; sensus debitè regunt, sicut dicit Grego. in homel. de virgini. Vnde ẽm eundem viri perfecti & discreti significantur in quinque sapientibus virginibus quæ vigilantes & oleum cum lampadibus habentes & sponso obuiam venientes, ad nuptias sunt receptæ, quia scilicet boni

Sunt virgines per continentiam.
Sunt vigiles per diligentiam.
Sunt prudentes per sapientiam.

Habent lampades .i. splendorem bonorum operum p honestam apparentiam. Habẽt oleum.i.interiorem virtutẽ, & gratiam. Sponso.i. Christo obuiam exeunt per deuotionẽ & reuerentiam. Et sic nuptias paradisi introeunt per adeptã gloriæ affluentiam. Isti figurantur in quinq; filiis Matathiæ 1. Macha. 2. Isti figurantur in cherubin templi, quorum alę singulæ habebant quinq; cubitos. Similes quibusdam maximis hominibus, qui sunt in India ad quantitatem quinq; cubitorum. Similes etiam arbori myrrhæ, quæ vsq; ad quinq; cubitos crescit. Similes etiam pinnulis rosæ, quas natura in quinario numero terminauit. Quia pro certo illi, qui sunt veri filij Matathiæ.i. Dei patris, illi qui sunt cherubin.i. pleni scientia & philosophia in tẽplo ecclesiæ sanctæ matris, illi qui sunt in india (vbi feruet calor solis) per ignẽ charitatis, illi qui sunt mirrha per frangrantiã sanctitatis & honestatis, illi qui sunt pinnulæ rosarũ per consideratione rosarum i. vulnerum saluatoris, sub numero quinario cõtinent, & quinq; cubitis. i. quinq; sensuũ discreta cõtinentia gloriant. Ezec. 40. Mẽsus ẽ vestibulũ tẽpli quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde. Si
C gnat ergo iste numerus sensus discretionẽ. ¶ Tertio dico, ꝙ numerus quinarius signat crucis afflictionẽ. Christus.n. crucifixus quinq; habuit vulnera figuratus in ꝓbatica piscina, q̃ erat in Hierusalẽ, q̃ quinq; porticus habebat, in quã qui mota aqua per Angelũ, primus intrabat, sanus à cunctis in firmitatibus apparebat, sicut dr̃ Io. 5. Sic vere corpus Christi quinque habuit porticus plagarũ, in quas dum aĩæ languentes p deuotionẽ possunt intrare, solẽt p virtutes aquæ motæ.i. virtute suæ misericordiæ comitãte sanitatis remedium reportare. Et istæ etiam quinq; plagæ figurantur in quinq; lapidibus quos Dauid in pera sua habuit, & cum eis Goliam interfecit, sicut dr̃. 1. Reg. 17. Quia.s. tunc Golias.i. diabolus superat, qñ in pera cordis quinq; lapides.i. quinq; passionis Christi vulnera per memoriam reponuntur. Iste ergo numerus signat crucis afflictionem. ¶ Quarto dico, ꝙ iste numerus designat morum & carnis corruptionẽ. Et sic dico, ꝙ per numerum quinarium in malo significato significãtur illi qui quintuplici sensuum libidini & voluptati obediũt, & qui ẽm corporalem sensualitatem se regũt. Figurati in illis qui dicebãt Lucæ 14. Iuga boum emi quinque, & necesse habeo probare ea, rogo te habe me excusatum, ne.s. vadam ad nuptias ꝑparatas. Quia vere illi, qui quinq; iuga boũ.i. quinq; sensus corporis (qui pro tãto iuga dicuntur, quia organa sensuum semper bina & bina iungũtur) diligũt & sequunt, in tanto circa, horum curã interdũ occupãtur, ꝙ pro eorũ delectationibus à paradisi nuptiis retrahuntur. Figurati etiam in quinq; virginibus fatuis, quę dum lampadibus vacuis dormiunt, à spõ si nuptiis excluduntur, sicut dr̃ Matth. 25. Vnde ẽt de vniuersitate quinario designata dr̃ Iosuæ 10. ꝙ quinq; reges abscon derãt se in spelunca, & adduxerunt quinq; reges de spelũca, & suspenderunt super quinq; stipites. Ad denotandũ, ꝙ illi q sensuum quinario malè vtuntur, in spelunca inferni finaliter abscondunt, & super quinq; stipites.i. in pœnis tali quinario correspõdentibus suspẽduntur, & affligũtur. Vnde bene supponitur pœna istorum Apoca. 16. vbi dr̃, ꝙ quintus Angelus effudit phialam suã super sedem bestiæ, & factum est regnũ tenebrosum, & cõmanducauerunt linguas suas præ dolore. Quia.s. illi qui taliter quinq; sunt, sedẽ bestiæ.i. carnem propriam phialis carnalium deliciarum imbuunt, & ideo regnũ tenebrosum cum linguarũ cõmanducatione in inferno finaliter accipiunt. sic ergo patet quomodo iste numerus quinque potest significare in malo & in bono. Sufficiant &c.

Quis. Qui.

Nota, ꝙ vt cõiter quis ponitur interrogatiuè, q vero ponit positiuè, sicut Esa. A
53. Quis est iste qui venit de Edom? præterquam in numero plurali, vbi qui qñq; ponitur interrogatiuè, qñq; vero ponitur narratiuè, sicut ibi. Qui sunt isti, qui vt nubes volant? Nota ergo, ꝙ quis & qui inquantum ponuntur interrogatiuè, diuersimode considerantur. Vnde sciendum est, ꝙ quæstiones quæ fiunt per quis, & per qui, quandoque fiunt ad

Inquirendum.
Contemnendum.
Approbandum.
Reprobandum.
Mirandum.
Honorandum.
Formidandum.
Arguendum.
Reuerendum.
Condolendum.
Præcauendum.

Omnes.n. istæ quæstiones & infinitæ alię possunt fieri per ista pronomina quis, & qui. Dicamus ergo, ꝙ ista dicuntur ad inquirendũ. & sic dr̃ Matt. 16. Quẽ dicunt hoĩes esse filium hoĩs? & Esaiæ. 6. Quem mittam, aut quis ibit ex vobis? Itẽ dicuntur ad contemnendũ. Et sic accipitur. 1. Reg. 25. vbi Nabal per cõtemptum dicebat. Quis est Dauid? & quis est filius Isai; & Ecc. 14. Pauper locutus ẽ, & dicũt, quis est hic? Itẽ quis dr̃ ad approbãdũ. Et sic dr̃. 1. Reg. 22. Quis erit in oĩbus sicut Dauid fidelis? Item quis dr̃ ad reprobandum. Et sic dr̃ Iob 28. Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? Item dicitur ad admirandum. Et sic dicitur Iob 38. Quasi per totum vbi dr̃. Quis cõclusit ostiis mare? quis dedit imbri cursum suum? Quis est pluuiæ pater? Quis dedit gallo intelligentiã &c. Vide ibi infinitas admiratiuas quæstiones. Itẽ dicitur ad honorandum. Et sic dicitur in psalm. quando dicitur. Quis Deus præter dominum? aut quis Deus præter Deum nostrũ? quasi dicat. iste est solus Deus, & insolidum honorandus. Item dicitur ad formidandum, & sic formidabiliter loquebatur Dauid in psalm. dicens. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Quis ascendet in montem domini? &c. similia. Item dicitur ad arguendum. Et sic dr̃ Esaiæ 22. vbi dr̃. Tu quis hic, aut quasi quis hic? & Esaiæ 43. Quis cœcus nisi seruus meus? Itẽ dicitur ad reuerendum. Et sic reuerenter loquitur Hiere. 10. dicens. Quis non timebit te o rex gentium? Item ponitur ad condolendũ. Et sic dr̃ in psal. Quis est homo qui viuet & nõ videbit mortem, eruet aĩam suam de manu inferni? & Tren. 2. Magna velut mare cõtritio tua, quis medebitur tui? Item dr̃ ad præcauendum. Et sic dicitur Amos 3. Leo rugiet, quis nõ timebit? Sic igitur dico charissimi, ꝙ ista pronomina q̃s, qui. quę. quod. quid. & ista aduerbia quando. quomodo. quare. semper vt cõiter ponuntur per modum interrogandi. Veruntamen quis, & qui quærunt de persona, qd̃ & quid quærunt de essentia, cur, & quare quærunt de causa, quando vero quærit de tempore, quomodo vero quærit de modi genere. Ista possent multipliciter dilatari, veruntamen si volumus amplius dilatare, possumus dicere, ꝙ per istud pronomen quis, homo quærit & interrogat valde multa. Vnde nota, ꝙ ipse quærit de Deo, de seipso, de iusto, de impio, & de mundo. Querit enim homo per quis de suprema diuinitate, de propria fragilitate, de iustorum vtilitate, de malorũ peruersitate, de mundana varietate. ¶ Primo ergo, ꝙ dico prudens quærit de summa diuinitate ipsam admirando. Et sic certe dico, quòd ipse admiratur Deum

Tanquam vnum & nulli similem.
Tanquam summum & valde nobilẽ.
Tanquam firmũ, & semper stabilẽ. Vt
Ignotum nec cognoscibilem.

Dicam ergo ꝙ Deus per istud pronomen quis est admirandus tanquam vnus & nulli simi- B

Benignum & amicabilem.
Venientem demonstrabilem.
Medicum valde mirabilem.
Morientem atque passibilem.
Regentem & renouabilem.
Ascendentem & triumphabilem.
Indignantem & irascibilem.
Dominantem & imperabilem.
Gubernantem & venerabilem.
Triumphantem atque notabilem.

li similis. Et sic dicitur sibi in psal. Quis Deus inquit præter dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum? Et alibi. Deus qs similis erit tibi: &c. Et alibi. Nõ est similis tui in diis domine, & non est secundum opera tua. Item tanquam summus, & summe nobilis. vnde in psal. Quomodo quis in nubibus æquabitur domino? similis erit Deo in filijs Dei? Et alibi. Quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia &c. Itẽ tanquam firmus & semper stabilis, quia. s. ipse habet essentiã, & fortitudinẽ infinitam. vnde Exo. 15. Quis similis tui in fortibus domine? quis similis tui magnificus in sanctitate, terribilis atq; laudabilis, & faciens mirabilia? Et in psal. Quis est iste rex glorię? dominus fortis, & potens. Itẽ tanquã ignotus & inscrutabilis. vnde Eccl 1 6. Vias illius qs intelligit? & Iob 34. Quis est q contẽpletur eum? & Iob 26. Quis poterit scrutari vias eius? Itẽ tanq̃ benignus, & amicabilis. Vnde de ipsi⁹ pia & benigna misericordia miratur scriptura Iob 38. vbi dicit. Quis est pluuiæ pater? aut qs genuit stillas roris? Ros. n. & pluuia dulcorẽ diuinæ misericordiæ significãt, quia. s. ipse saluat & liberat seruos suos. psalm. Quis dabit ex syon salutare Israel? Itẽ tanq̃ amicus indefectibilis, s. non personaliter visitãdo, & ad nos veniendo. Vnde humanum genus potuit sibi dicere illud ꝙ dixit beata Agnes apostolo. Quis es tu qui venisti ad me curare vulnera mea? Et illud Lucæ. 1. Quis putas puer iste erit? Itẽ tanq̃ medicus valde mirabilis, s. in vita sua opa mirabilia faciendo. vnde Eccl. 31. Quis est hic, & laudabimus eum, fecit. n. mirabilia in vita sua. Itẽ tanquam moriens atq; passibilis. vnde Esaiæ. 54. Quis credidit auditui nostro? & sequit̃. Vidimus eum, & nõ erat aspectus. sequitur. Virum dolorum, & scientẽ infirmitatem &c. Item tanquam rediens & renouabilis, s. corporaliter resurgendo, & de morte ẽt redeũdo. vñ Esa. 63. Quis est iste, qui venit de edom, tinctis vestibus de bosra? Iste formosus in stola sua. i. in corpore glorificato. Item tanquam ascendens & triumphabilis. Et sic loquitur in ps. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Et alibi. Quis ascendet super equos tuos: & quadrigę tuæ saluatio. & Hier. 46. Quis est iste q quasi flumẽ ascendit? Itẽ tãquã seuerus, & irascibilis, s. exequẽdo iustitiã contra malos. psa. Quis nouit potestatem iræ tuæ, & p̄ timore tuo irã tuam dinumerare? Et illud Hier. 10. Quis nõ timebit te o rex gentium? & Amos. 3. Leo rugiet, quis non timebit? Itẽ tanquam gloriosus atq; laudabilis, s. beatos in patria præmiando. vnde in psa. Quis est iste rex glorię? dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Item tanquã sapiens inæstimabilis quia. s. sua sapiẽtia summe apparet in regimine vniuersi. vnde Iob 38. Quis cõclusit ostiis mare? quis dedit vehemẽtissimo imbri cursum suum? quis posuit in visceribus hominis sapiẽtiã, quis dedit gallo intelligentiam? quis enarrabit cęlorũ rationem? concentum cœli quis domire faciet? quis præparat coruo escam? & quis dimisit onagrum liberũ? quasi diceret. Iste per suã prouidentiã infinitam. Itẽ tanquã triũphãs & notabilis. Vñ de mirabili, & stupẽdo maiestatis diuinæ triũpho qui fit de cũctis populis, regnis & imperiis in extremo iudicio dr̃ Ioelis 2. Magnus dies dñi, & terribilis valde, & qs sustinebit eũ? Et sic ergo patet, ꝙ hõ per quis põt q̃rere de sum
C ma diuinitate, ipsam admirãdo. ¶ Scd'o principaliter dico, ꝙ homo per quis solet quærere de propria fragilitate, seipsum detestãdo. Et sic dico, ꝙ homo per quis quęrit & admiratur

Vanitatem suæ vilis conditionis.
Cœcitatem suæ rudis cognitionis.
Fœditatem suæ turpis infectionis.
Paucitatem suæ breuis durationis.
Bonitatem derelictæ perfectionis.
Ruditatem inconsultæ locutionis.
Grauitatem inquietæ vexationis.
Tarditatem expectatæ saluationis.
Siccitatem elongatæ deuotionis seu compassionis.
Necessitatem determinatæ seu limitatæ conclusionis.

Homo ergo cõquerit̃ per quis de sua vili conditione. Et sic cere dr̃ in psal. Quid est hõ, quia innotuisti ei? aut filius hoĩs, quia reputas eum? Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereũt. Item de sua rudi cognitione. vnde. 1. ad Corin. 2. Quis. n. (. s. hominum) scit quæ sunt homini? q. d. nullus. & ad Rom. 11. dr̃. Quis. n. cognouit sensum domini? & in psal. dicitur illud prædictum. Quis nouit potestatem iræ tuæ? &c. q. d. humana scientia rudis est & imbecillis. Itẽ conquæritur de sua turpi infectione, hoc est dictu de immũditia naturali propriæ carnis suæ. Vnde ipse dicit Iob 15. Quis est hõ, vt immaculatus sit? & iustus appareat natus de muliere? Et 13. Quis põt facere mundum de immundo, conceptũ semine? Ite conqueritur de sua breui duratione. Et sic dicit in psa. Notũ fac mihi numerũ dierũ meorum quis est. sequitur. Ecce mẽsurabilis posuisti dies meos, & substãtia mea tãquã nihilum ante te. Itẽ conqueritur de sua pristina perfectiõe, quam. s. perdidit per peccatum. Et sic dicit Iob 29. Quis mihi tribuat vt sim iuxta mẽses pristinos, fm dies quibus Deus custodiebat me qñ splẽdebat lucerna eius super caput meũ, & ad lumen eius ambulabã in tenebris? &c. Vide ibi. Item cõqueritur de sua rudi locutione. Et sic põt dicere cum Moyse illud Exodi. 3. Quis sum ego vt vadã ad Pharaonẽ, & educam filios Israel de ægypto? sequitur c. 4. Impeditioris & tardioris linguæ sum. Item conqueritur de huius mundi vexatione. s. de laboribus & miserijs huius vitæ. vnde in psa. Quis dabit mihi pennas sicut colũbæ, & volabo & requiescã? ac si diceret ꝙ hic non potest requies inueniri. Item conqueritur de paradisi dilatione, & sic dr̃ in psal. Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsq; in idumeã? Itẽ conqueritur de siccata deuotione seu compassione. Et sic dicit Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontẽ lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filię populi mei? Item conqueritur de finali conclusione, seu de necessaria defunctione, & sic certe dicit in psalm. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? q. d. nullus. Et sic igit̃ patet quòd homo per quis miratur seu conqueritur de pro D
pria fragilitate, seipsum detestando. ¶ Tertio dico, ꝙ homo quærit de iusti synceritate, ipsam collaudando. Et sic dico, ꝙ per quis nos laudamus, & admiramur iustum, vt virum

Nitoris & innocentiæ.
Splendoris & sapientiæ.
Clamoris & eloquentiæ.
Tenoris & moderantię.
Timoris & reuerentiæ.
Honoris & munditię.
Valoris & excellentię.
Dulcoris & affluentiæ.

Igitur dico, ꝙ nos interrogãdo, & dicendo quis, collaudamus iustũ & innocentem. Et sic dicim⁹ in p̃s. Quis ascẽdet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto ei⁹? Innocens manibus, & mũdo corde. Item dicendo quis, cõmendamus iustum sapientem, & sic dicimus illud psal. Quis sapiẽs, & custodiet hæc, & intelliget misericordias domini? Oseæ 14. Quis sapiens & intelliget ista? quia rectæ viæ domini. Item dicendo quis, nos exaltamus iustum eloquẽtem. Et sic dicimus illud psal. Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Item dicendo quis, nos iustũ magnificamus verba moderantem. Vnde ipse dicit. Quis dabit ori meo custodiam? & super labia mea signaculum certũ? Ad quod illud psal. Quis est homo qui vult vitam, diligit videre dies bonos? prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum &c. Item dicendo quis, nos iustum amplificamus Deum metuentem. Hier. 10. Quis non timebit te o rex gentiũ? Item dicendo quis nos miramur iustum mũdè stantem. i. mundè & castè viuentem, seu etiam se iustè regentem. Et sic dicimus illud psa. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, & quis requiescet in mõte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operat̃ iustitiam. Itẽ dicendo quis, nos miramur iustũ factis excellentẽ. Et sic dicimus illud Eccl. 31. Quis ẽ hic & laudabimus eum? fecit. n. mirabilia in vita sua, Itẽ dicendo, quis nos miramur iustum gloria fruẽtem. Et sic dicimus illud Eccl. 42. Quis satiabitur videns gloriam Dei? Sic igitur bene patet, ꝙ nos per quis interrogamus de iusti synceritate, ipsum collaudãdo. ¶ Quarto autem dico, ꝙ per E
qs nos interrogamus de impii aduersitate, ipsam arguendo. Et sic certe dico, quòd impius per quis reprehenditur de

Superba pompositate.
Acerba crudelitate.
Proterua rixositate.
Auara cupiditate

De pompositate dicitur Iud. 9. Et qs est abymelech, vt seruiamus ei? De crudelitate dicitur Iob 31. Quis det de carnibus

Ignara obſcuritate,
Blaſphema loquacitate,
Inepta credulitate.
Velata malignitate.
Aeterna pœnalitate.

nibus eius vt ſaturemur?& Eſai.42.Quis dedit in direptionē Iacob? De rixoſitate dicitur.1.Regum.26. Qui es tu qui clamas & inquietas regem? De cupiditate dici poteſt illud Eccl.43.In conſpectu ardoris quis poterit ſuſtinere?De obſcuritate ſeu de mentis cœcitate dr̄. Eſai. 42. Quis cęcus niſi ſeruus meus? aut ſurdus niſi ad quē nūcios meos mitto?Quis cęcus niſi qui venundatus eſt?& quis cœcus niſi ſeruus domini?De loquacitate poteſt dici illud Lu. 5.Quis eſt iſte loquit̄ blaſphemias?De inepta credulitate dr̄ Eſa.53.& Ioā.12.Domine quis credidit auditui noſtro? De malignitate vero.i.de hypochritica falſitate dr̄ Eſai. 22.Tu qs hic?aut quaſi quis hic? quia excidiſti tibi hic ſepulchrū? Sepulchrum.n.pulchrū exterius,intus fœdum, hypocriſim ſignificat.De pœnalitate vero.i.de talium futura pęnalitate dici pōt illud Eſ.33.Quis poterit habitare de vobis cū igne deuorante?quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?q.d.illic finaliter habitabit impius.Sic igit̄ patet quo modo iſta vox interrogatiua quis ſpectare poteſt ſcilicet, ad impium,ad iuſtum,ad fragilitatem propriam, & ad diuinitatem ſupremam.De quis verò inquantum ponitur poſitiue,vide vbi Siquis.De mundana varietate quære in multis titulis,vt in tabula monſtrabitur.

A CVi. Cum cui ſit pro nomen datiui caſus,ſignificans acquiſitionem,dico ꝙ referri poteſt ad Deum,ad iuſtum,& ad impium.¶Primo dico ꝙ referri poteſt ad Deum. Deus.n.acquiſitiuus eſt & datiuus.Acquirit.n.& appropriat ſibi animas pęnitentiū & iuſtorum.Dat verò ſuis fidelibus munera meritorum & præmiorū & ēt pc̄tōrib.munera terrenorum bonorū.Sicut .n.dr̄ Iacob.1.ipſe eſt qui dat omnibus affluenter,& non improperat.Breuiter ergo notabo de iſto cui ꝙ ipſe eſt cui

Nullus poteſt ſimilari.
Omnis debet famulari.
Iuſti quærunt adaptari.
Impij nolunt conformari.
Debent laudes cumulari.
Cura rerum ſolet dari.

Dico ergo ꝙ iſte eſt cui nullus digne cōparatur. vnde Eſai. 40. Cui ergo ſimilē feciſtis Deum?Et 46. Cui aſsimilaſtis me & adæquaſtis? q.d. Impoſsibile eſt inueuire mihi ſimilem. Ezec.31.Cui aſsimilatus es o inclyte? Item iſte eſt cui omnis debet famulari.vnde Gen.47.dicitūr ꝙ dominus vocauit Iacob.Cui Iacob reſpondit.Aſſum. Vnde beata Agnes dicebat.Illi ſum deſponſata,cui Angeli ſeruiunt cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur,cui.ſ.parata ſum in omnibus obedire.Item iſte eſt cui iuſtus quærit adaptari. Et ſic dicit Apoſtolus.2.ad Tim.1.Scio cui credidi,& certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſeruare.Itē iſte eſt cui malus non vult conformari.vnde ad Heb.2.dr̄ de rebellib.Cui noluerunt obedire patres veſtri.Item iſte eſt cui laudes debent cumulari.vnde Iudith.13. Deus Iſrael cui teſtimoniū dediſti,ipſe caput oīum incredulorū incidit in manu mea. Item iſte eſt cui cura rerum ſolet dari.i.attribui & aſſcribi. vnde Sap.12.dr̄ ꝙ ille eſt cui cura eſt de omnibus.Dico ergo ꝙ cui,quandoque refertur ad Deum. B ¶Secūdò vero dico ꝙ quandoque cui refertur ad iuſtum. Et ſic dico ꝙ iuſt⁹ eſt ille qui eſt acquiſitiuus,virtutes augendo,& datiuus,ſua tribuendo. Et ſic dico ꝙ eſt cui a Deo datur & conceditur

Diuina benedictio ſeu gratia.
Interna conſolatio vel lætitia.
Virtutis roboratio vel conſtantia.
Timoris conturbatio & mæſtitia.
Honoris exhibitio & reuerentia
Peccati abolitio & pęnitentia.
Benigna miſeratio ſeu clementia.
Corporis maceratio & abſtinentia.
Cœleſtis retributio & refulgentia.

Dico ergo ꝙ iſti cui conceditur cęleſtis benedictio.& ſic dicitur Gene.27.Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. & Ioſuæ 15.Cui(ſcilicet axæ)dixit(ſcilicet caleph) Quid habes?Sequitur.Da mihi benedictionem. Cui.n.vult miſeretur Deus,quem vult indurat. Ro.9.Item ſibi datur à Deo interna conſolatio.vnde de Tobia cęco dr̄ Thob.5.Cui dixit iuuenis.i.Angelus.Forti aīo eſto,in proximo eſt vt à Deo cureris.& Thob.10.Cui dicebat Thobi. Tace,& noli turbari.Item ſibi datur virtutis roboratio. vnde 3.Reg.1.Cui dixit adonias Ingredere,quia vir fortis es, & bona nuncians.Item ſibi datur timoris conturbatio,ſ.timor Dei,vnde Eccl.25. Beatus cui donatum eſt habere timorem Dei.& ad Ro.13.Cui timorem,timorem. Item ſibi conceditur & datur honoris exaltatio.Ro.13.Cui honorē, honorē.Itē ſibi cōcedit̄ peccati abolitio.pſa.Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Cui vult.n. miſeretur deus.Rom.9.Item ſibi cōceditur interna miſeratio.Vnde canitur in oratione. Cui eſt proprium miſereri ſemper & parcere.Item ſibi a deo datur corporis maceratio.Iob.39. Cui dedi in ſolitudine domū.Solitudo.n.carnis macerationē ſignat.Itē ſibi finaliter dat̄ ſplēdoris retributio,ſ. gloria paradiſi vn̄ Iudit.10.Cui dn̄s contulit ſplēdorē &c.Cui ergo refert̄ ad iuſtum.¶Tertiò verò dico ꝙ cui qn̄que refert̄ C ad impium & iniuſtum.Et ſic certe dico ꝙ iſte eſt.ſ.cui

Ineſt detractio mordax.
Adeſt deceptio fallax.
Deeſt cognitio verax.
Subeſt damnatio vorax.

Igitur dico ꝙ peccator eſt ille cui ineſt mordax detractio.Ideo 1.Pet.5. dr̄ ꝙ aduerſarius circuit quærens quem deuoret,cui reſiſtite.Item adeſt fallax deceptio.3.Reg.22.Ego decipiam Achab.Cui dixit dn̄s In quo? Sequitur.Decipies & præualebis. Item deeſt verax cognitio.Prouer.23.Cui ſuffoſsio oculorum.Item iſti cui finaliter ſuberit vorax & æterna damnatio ſeu maledictio. Prou. 23.Cui ve,cui⁹ patri ve,cui ſine cā vulnera,niſi his q cōmorātur in vino,& qui vacāt calicib⁹ epotādis?Sufficit de Cui.

CUius. Nota ꝙ cuius qui eſt genitiuus de quis, quæ, A quid,qui,quandoq; poſitiue ſumitur,& quandoq; interrogatiue.Sicut ergo dictum eſt de cui,ſic dici poteſt de cuius,ſ. ꝙ referri poteſt ad Deum àd iuſtum, & ad impium.& primo ad Deum,& ſic dico ꝙ iſte eſt cuius

Subſtantia pro nobis funditur.
Potentia ſeculorum regitur,
Clementia fidelis parcitur,
Iuſtitia impius plectitur.

Iſte eſt igitur cuius ſubſtantia.ſ. ſanguinis pro nobis fundit̄. Vn̄ de ipſo pōt intelligi illud Leuit.9.Aaron.i.genus humanum hi molauit vitulum pro peccato ſuo cuius ſanguinē obtulert filij ſui. Item iſte eſt cui⁹ potentia ſeculum regit̄.vn̄ Iob.12.dr̄ ſic. In cuius manu eſt anima omnis viuentis.Vnde nos dicimus in collecta.Deus cuius eſt totum ꝙ eſt optimum.Item iſte eſt cuius clementia fideli parcit̄.vnde Roma.9.Cuius vult miſeretur Deus. Item iſte eſt cuius iuſtitia impius plectit.Vnde Iob.9. Deus cuius irę reſiſtere nemo pōt,ſub quo curuant̄ q portāt orbē. ¶De iuſto vero dic ꝙ iſte dr̄ cuius pronomen.ſ.genitiui caſus,quādoq; poſitiuū,qn̄q; interrogatiuum,ꝙ.ſ.ſp poſſeſsionem deſignat,& hoc actiue vel paſsiue,hoc eſt dictu,vel qa B poſsidet,quia poſsidet̄.Ad denotādū ꝙ iuſtus eſt ꝓnomen, qa ꝓ noīe.i.pro proximo ſe ponit & exponit, qd facit charitas.Genitiuus eſt,qa bona opera gn̄at & ꝓducit,quod facit bonitas.Poſitiuus eſt quia immobiliter manet & reſidet, quod facit firmitas.Interrogatiuus eſt qa malos interrogat, & arguit,quod facit veritas,Poſſeſsiuus etiam eſt,qa Deus ipſum poſsidet,quod facit diuinæ gratiæ benignitas.Aut ēt qa ipſe poſsidet Deum,& virtutes hēt,ꝙ facit ſanctitas. Et iō br̄ dico ꝙ iſte cuius figuratur in illo candelabro luminis de quo dr̄ Exo.37.De cuius vecte inqt calami.ſcyphi, ſphærulæ & lilia procedebant.Calami.n. cum quibus ſcribitur, ſignificant eloquētiam.Scyphi cum quibus bibitur, ſignant ſapiētiā.Sphærulæ quæ ſunt circuli volubiles, & ſignāt obedientiā & diligentiā.Lilia vero candida ſignant caſtitatē & munditiā.Et ideo breuiter notabo de iuſto ꝓ ipſe eſt cuius

Altitudo ſcandit ſuperius.
Pulchritudo fulget exterius,
Męſtitudo plangit interius,
Certitudo ſuper vlterius,
Sanctitudo durat poſterius.

Dico ergo ꝙ eſt cuius ſuperius ſurgit altitudo,ſ.per contemplationem.vnde Dani.4.Arborem vidiſti ſublimem,cuius altitudo pertingit vſque ad cœlum. Item iſte eſt cuius exterius fulget pulchritudo ſcilicet per honeſtatem.vnde de Helia dicitur 4.Regum. 1.Cuius figuræ & habitus eſt vir qui occurrit vobis?Qui dixerūt.Vir piloſus, & Zona pellicea accinctus renibus.Et ait.Helias thelbytes eſt.Vnde de imagine ſuæ exterioris conuerſationis dicitur Matthæ.22.Cuius eſt imago & ſuperſcriptio?dicunt ei. Cęſaris.Item iſte eſt cuius interius plangit męſtitudo.ſ.p pœnitentiæ lamenta.vnde de Hiere. mortem Ioſiæ regis,Iudæ plangente.dr̄.2.Paral.35.Cui omnes cantores vſq; in præ-

sentem diem lamentationes replicant. Itẽ iste est cuius vberius superat certitudo, quia.s.iustus certissime sperat in domino. vnde in psa. Beatus vir cuius est dominus spes eius & alibi. Beata gẽs cuius Deus Iacob adiutor eius. Et alibi. Beata gens cuius est dominus Deus eius &c. Item iste est cuius posterius viget sanctitudo, s. per longinquam redolentiam bonæ famæ. vnde Eccl. 45. Dilectus Deo & hominib. Moyses, cuius memoria in bñdictione est, similẽ illũ fecit in gloria sanctorum &c. Et hæc de iusto sufficiant. ¶ De impio vero ꝙ dici possit cuius, potes notare ꝙ iste est. s. cuius

C

Conuersatio inficitur.
Euagatio arguitur,
Gubernatio contemnitur,
Exaltatio deprimitur,
Condemnatio promittitur.

Igitur dico ꝙ iste cui⁹ est infecta conuersatio. Et sic dr̃ Leuitic. 13. ꝙ vir siue mulier in cuius capite vel barba lepra apparuerit, videbit eum sacerdos. sequitur. Vir siue mulier de cuius capite capilli fluunt, caluus & immundus est. Barba.n. & capilli conuersationẽ & exteriorẽ significant, vbi.s. si fluxus incõstãtiæ & lepræ fętẽtis luxuriæ apparet, immunda merito iudicat. Itẽ iste est cuius est suspecta euagatio. Et sic dr̃ illi inuento in agro 1. Reg. 30. Cuius es tu, & vnde, & quo pergis? qui ait. Puer ægyptius ego sum. Item iste est cuius est corrupta gubernatio. & sic dr̃ Ecclesi. 10. Væ terrę cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Itẽ iste est cuius est destructa exaltatio, seu etiam tpalis cumulatio. vnde Lu. 12. Stulte, hac nocte repetent aiam tuam à te, quæ aũt parasti, cuius erunt. Itẽ iste est cuius est instructa cõdemnatio, s. casus mortis æternũ. vñ Lu. 14. Cuius vestrũ asinus aut bos in puteũ cadet? Puteũ dico infernalem &c. Sufficit.

A **Quem** Nota ꝙ per quem quod est pronomen accusatiui casus, de quis seu de qui deriuatum, potest intelligi Christus, iustus, & stultus. ¶ Primo dico ꝙ per quem intelligitur Christus. Quem.n. sumitur positiuẽ, pronominaliter, accusatiuẽ, interrogatiuẽ, & singulariter. Sicvere Christus potest sumi positiuẽ quo ad essentiã deitatis, ꝓ nominaliter.i. pro homine quo ad præsentiam humanitatis, accusatiuẽ quo ad accusationem & damnationem passionis & supplicij, interrogatiuẽ in disceptatione iudicij, singulariter in retributione futuri præmij, & in excellẽtia sui dominij. Iste est.n. quem diligenter debemus quærere, & eidẽ nexu perpetuo adhęrere, vt.s. figuret in illo thesauro de quo dr̃ Matth. 14 Simile est regnum cœlorum thesauro abscõdito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, & vadẽs vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Ager.n. iste fides est, vbi.s. thesaurus inæstimabilis Deus & nusquam alibi absconditus reperitur, quem certe summe debemus diligere, & cum diligentia custodire, iuxta illud Cant. 3. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Sicut de Maria Magdalena canit ꝙ ipsa.s. dicebat. Regnum mundi & omnem ornatum seculi cõtempsi pp amorem domini mei Iesu Christi, quem vidi, quem amaui, in quem credidi quem dilexi. Et breuiter dico, ꝙ iste est diligendus, quia hic est

Ductor indeuiabilis,
Tutor inuariabilis,
Victor insuperabilis,
Doctor inestimabilis.
Dator interminabilis.

Et sic vere dico ꝙ hic est quem habemus primum ductorem. s. ad nos regendum & exemplariter præcedendum in via Dei & in via huius mundi. Vnde de ductore & præcessore Angelo, qui. s. per desertum filios Israel ducebat ad terram ꝓmissionis, dixit Moyses domino Exod. 4. Obsecro domine mitte quem missurus es. s. vt ad cœlestem patriam nos conducat. Item hic est quem videmus validum tutorem, s. ad nos tuendum & liberandum. vnde Dani. 3. dr̃. Deus noster quẽ colimus, potest eripere nos de manibus tuis. Itẽ hic est quẽ sentimus solidum victorem, quia sicut dr̃ Iudicum. 16. Adonay dñe Deus, magnus es tu, & præclarus in virtute, quem superare nemo potest. Item hic est quem audiuimus splendidũ doctorem, quia sicut dr̃ Iu. 17. Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in noĩe meo, ille vos docebit oĩa. & Io. 15. Cum autem venerit paracletus quem ego mittam vobis, ille testimonium perhibebit de me. Item hic est quem audiuimus prouidum datorem, quia. s. iste qui dat spiritualia, temporalia & æterna. Rom. 1. Per quem accepimus gratiam & apostolatum. & 1. Corin. 1. Per quẽ vocati estis in societatem filij eius. Et breuiter, iste est per quẽ omnia facta sunt quem laudant Angeli atq; archãgeli, & in quẽ aĩa beata comprehendendo quiescit, dicens. s. illud Cant. 3. Inueni quem diligit anima mea. Vt & nos simili modo dicamus illud Ioã. 6. Dñe, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et sic patet ꝙ per quem intelligitur Christus. ¶ Sed B secundo dico ꝙ per quem quãdoq; intelligitur iustus. Iste est.n. accusatiuus alios corrigendo, quandoq; adiectiuus, in bono crescendo, & virtutes virtutibus cumulando, singularis, alios præcellendo, & aliqñ substantiuus, in bono perseuerando. Et nota si vis de isto quem ꝙ scilicet iste est quem

Vendicat superna maiestas,
Liberat præcelsa potestas.
Adornat externa venustas.
Informat diuina veritas.
Confirmat vigoris probitas.
Inflammat æterna charitas.
Dirigit æterna dignitas.
Stimulat timoris asperitas.
Corrigit paterna feritas.
Euigilat vigoris strenuitatis.

Igitur contemplare virũ perfectum quẽ sibi vẽdicat maiestas superna. Iustus.n. est hr̃ditas & possessio summi Dei. vnde Exo. 15. Fiãt immobilis quasi lapis, donec ptranseat popul⁹ tuus iste quẽ possedisti. & in ps. Memor esto cõgregationis tuæ, q̃ possedisti ab initio. Itẽ hic est quẽ curãs liberãt ptãs æterna. vñ Exo. 32. Cur dñe irascitur furor tuus cõtra populũ tuũ, quẽ eduxisti de terra ægypti in fortitudine tua magna? Item hic est quem polit & ornat honestas externa. vnde Hester 6. dr̃. Hõ quẽ rex honorare voluerit, debet indui vestib. regijs &c. Vestes.n. regiæ sunt honesta conuersatio & exteriores virtutes. Item hic est quem fide informat veritas interna. Vnde de paradiso dr̃ Gen. 2. ꝙ plantauerat dñs Deus paradisum voluptatis á principio, in quo posuit hoiem quem formauerat. Itẽ hic est quem tutat & firmat vigoris vis verna, quia. s. in isto viget & manet fortitudo virtutis, & tuta firmitas q̃ nõ perit, vnde in Psal. Et sup filiũ hoĩs quẽ cõfirmasti tibi. Itẽ hic est quẽ feruens inflãmat amoris taberna. Vnde iustus est ille vitulus quẽ coxit Abrahã Angelis in cõuiuio porrigendum, sicut dr̃ Gen. 18. Iustus quoq; est aries ille hærens in vepribus de quo Gen. 22. dr̃ sic. Quẽ arietem assumens obtulit: holocaustum aũt idem est qd' totum incensum. Item hic est quem sursum erigit honoris lucerna. vnde. 3. Reg. 11. Propter Dauid seruum meum quẽ elegi, qui custodiuit mãdata & ꝓcepta mea. & Nu. 17. Quẽ elegero, germinabit virga eius. Item hic est quem angens affligit timoris lex superna. vnde de Thobi. dr̃ Thob. 1 ꝙ genuit, s. filium quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere à pc̃õ. Item hic est quem vrgens corrigit feritas paterna, q.a. s. sicut dr̃ Proue. 3. Quem.n. diligit dominus, corrigit, & quasi pr̃ in filio complacet sibi. Item hic est quẽ diligens agit vigoris lucerna. Vnde de vigili diligentia taliũ dr̃ Matt. 24. Beatus ille seruus quẽ cum venerit dñs eius, inuenerit vigilantem. Amen dico vobis, super oĩa bona sua cõstituet eum. Sic ergo dico ꝙ per istud pronomẽ quẽ, intelligitur vir perfectus, seu etiam hõ iustus. ¶ Tertiò verò dico ꝙ per istud pronomen quem intelligitur hõ stultus, seu etiam C vir iniustus. Et sic nota ꝙ peccator est ille. s. quem vides

Priuatum luce directiua.
Libatum fęce infectiua,
Damnatum voce dei viua,
Grauatum nece deiectiua.

Hic est ergo quẽ à se exulat clara discretio. figuratus. s. in Sansone, de quo dr̃ Iudicum. 15. Quem cũ cepissent philistei, statim eruerunt oculos eius. Item hic est quem fędans maculat carnalis vnctio. 2. Reg. 19. Quem vnximus regem super nos, mortuus est. Item hic est quem dãnans iaculat diuina sanctio. Et sic dicit dominus de homine peccatore Gen. 6. Delebo inquit hominem quem creaui à facie terræ. sequitur. Pœnitet.n. me creasse eos. Item hic est quem dure vapulat mortis damnatio. vnde 2. Paral. 13. dr̃ de Hieroboam ꝙ resistere non valuit regi iuda, quem percussit dominus, & mortuus est. Et de Antichristo dicit 2. Thes. 2. Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui &c.

Quo pro nomen ablatiui casus. Nota quòd quo potest A referri ad ꝓsonas, ad res, & ad loca. Et primo ad personas, s. ad deũ, ad iustum, & ad impiũ, sicut de alijs casibus dictum est. ¶ Primũ igitur dicamus de quo prout refertur ad personas. Et sic dico de Deo ꝙ iste est secundum dicta collectæ ecclesiasticæ. Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera. Iste est sine quo nihil est validũ nihil sanctũ. Iste est a quo bona cuncta procedunt, sicut canimus

nimus in Kyrie. Iste est in quo oīs ædificatio constructa crescit in templū sanctū in domino, in quo & vos co ædificamini in habitaculum dei in spiritu sancto, sicut dr̄ Eph. 3. Et sicut dr̄ 1. Corin. 15. Iste est in quo & statis, per quem & saluamini. ¶ De viro aūt iusto dicamus ꝙ iste est de quo dn̄s videtur posse dicere illud Mat. 17. Hic est filius meus dilect⁹, in quo mihi bn̄ complacui. Et merito, quia certè iste est quo

Purgantur crimina noxia.
Velantur merita propria.
Sectantur sana consortia.

Iustus est dico illo quo purgantur crimina noxia. vnde Leui. 8. Quo expiato & sanctificato fudit sanguinem ad fundum altaris. Est etiam ille quo celantur merita propria. Vnde de Angelo apparente dixit manue. Iud. 15. Quē cū interrogassem quis esset, aut quo noīe vocaret, noluit dicere. Est insuper quo sectant̄ sana cōsortia. vn̄ Gen. 50. dr̄ de Ioseph. Quo ascendente ierunt cū eo oēs senes domus Pharaonis. ¶ De viro verò impio & iniusto possum dicere ꝙ iste est de quo dr̄ Leuit. 15. ꝙ vir de quo egreditur semen coitus, lauabit corpus suum aqua. & Leuit. 22. Oīs homo qui accesserit ad ea quæ sanctificata sunt & quę obtulerūt filij Israel dn̄o, in quo est immundicia, peribit coram dn̄o. Sic ergo patet ꝙ

B quo refertur ad personas. ¶ Secundò dico, ꝙ quandoque refertur ad res. Et sic dico ꝙ est dare vnum quo, quo

Cibantur viri pestilentes.
Ornantur viri sapientes.
Ditantur viri præsidentes.

Est dico vnum quo, quo cibantur pestilentes viri. s. peccatores, & hoc est peccatum seu etiā quodlibet delectabile mūdi huius, de quo Gen. 3. De ligno de quo præceperā ne comederes, comedisti. Talibus pōt dici illud. 1. Reg. 1. Digere paulisper vinum quo mades. Item est vnum quo, quo ornātur sapientes viri. Et istud signat bonum gratiæ. s. merita & virtutes, de quo Num. 4. Sument pallium hyacinthinū, quo cooperient candelabrum. Pallium. n. istud signat ornamentum virtutum, quo. s. sancti viri velantur, de quo Deut. 8. Vestimentum tuum quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit. Item est vnum quo, quo ditantur præsidētes viri, s. diadema gloriæ paradisi, quo. s. coronantur beati, de quo Can. 3. Egredimini filiæ syon, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Quo igit̄ aliquando

C refertur ad res. ¶ Tertiò dico, ꝙ quo quandoque refertur ad loca. Et sic dico ꝙ est dare. s. vnum locum quo.

Boni recedunt.
Iusti procedunt.
Bona succedunt.
Mala accedunt.

Primus locus signat locū mundialem, seu etiam statum prosperitatis mundanæ. Iste. n. est ille locus in quo mali delectantur stare, & à quo viri sancti solent recedere. Iste. n. est ille periculosus locus, de quo dr̄. 3. Reg. 21. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoq; tuum sanguinē. Vt & de isto possimus dicere illud 7. Reg. 5. Locus in quo habitamus, angustus est. Secūdus signat locum regularem, s. locum ecclesiæ vel religionis, seu etiam statum hoīum perfectorū. Iste est paradisus voluptatis, quem dn̄s à principio plantauerat, in quo posuit hoīem quem formauerat, de quo 1. Paral. 12. Venerunt ad præsidiū in quo morabatur Dauid. Tertius signat locum supernalē, in quo. s. est abundantia omnium bonorum, de quo Iudi. 18. Tradet vobis dn̄s locum in quo nullius rei est penuria. Et de isto pōt dici illud 1. Reg. 19. In quo loco sunt Samuel & Dauid. Quartus autem locus signat statum infernalem, de quo. s. dn̄s loquitur damnatus Esai. 1. Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? Omne caput langui-

D dum, & omne cor mærens &c. ¶ Si autem de tempore visali quid dicere, dic ꝙ istud pronomen quo, signat tempus

Præsentis mortalitatis.
Ingentis vtilitatis.
Fluentis prosperitatis.
Sequentis pœnalitatis,
Florentis fœlicitatis.

De tempore vitæ p̄sentis pōt dici illud Hester. 2. Sicut solita erat eo tēpore quo eam paruulā nutriebat. De tempore vitæ ingentis. i. de vita & statu hominum perfectorum pōt dici illud Iudi. 18. Venerat tempus quo sacrificium offerri solet. & Hester. 2. Eo inquit tempore quo Mardochæus ad regis ianuā morabatur. Istud est. n. tempus gratiæ quo. s. sacrificium cordis contriti Deo offerimus, & quo per spem & per fidem ad ianuam cœli stamus. De tempore fortunæ labentis seu mundanæ prosperitatis instabilis & fluentis pōt dici illud 2. Mach. 1. Tempus fuit quo sol refulsit, qui prius erat sub nubilo. De tp̄e vero pœnæ sequentis, s. quo miseri in inferno puniētur, dr̄ Iob 6. Tempore quo fuerint dissipati, peribunt, & vt incaluerint, soluentur de loco suo. De tempore autem status florentis, quo. s. beati in æterna felicitate gaudent, pōt dici illud Iob 14. Constituas mihi tempus in quo recorderis mei. Putasne mortuus homo rursum viuat? cunctis diebus quib. nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Sequit̄. Operi manuū tuarum porriges dexterā. Et hæc igit̄ de quo pro noīe sufficiant quo ad præsens.

Quorum.

A Nota ꝙ istud pronōmē quorum, qđ est genitiuum plurale, potest referri ad bonos & ad malos. Et primo dicamus. malis ꝙ isti sunt quorū

Rebellio Deo opponitur.
Opinio fœtet & spernitur.
Elatio cadit & labitur.
Possessio nimis extenditur.
Cognatio splendida cernitur.
Affectio ardet & vritur.
Cognitio tenebris tegitur.
Locutio murmure pungitur.
Cibatio melle vngitur.

Isti enim obstinatè deo opponuntur. vnde Iob 22. Qui dixerunt Deo recede à nobis, & quasi nihil posset oīpotens, æstimabant eum, quorū sn̄ia procul sit à me. Item isti vt infames iure contemnuntur. vnde Prouerb. 2. Quorum viæ peruersæ, & infames gressus illorum. Item isti per prudentes nunquam extollunt̄. vnde Iob dicebat de talibus Iob. 30. Quorum virtus erat mihi pro nihilo. Et ibidem. Quorum patres non dignabar ponere cum canibus gregis mei. Item isti terrenorum opibus immergūtur. Vnde de peccatore diuite pōt dici illud psal. Hoc mare magnum & spatiosum manibus, ibi reptilia quorum nō est numerus. Reptilia dico. i. diuitiæ. Item isti præ cæteris prole fœcundantur. psal. Quorum filij sicut nouellæ plantationes. &c. Filiæ eorum compositæ &c. Item isti cupidine rerū comburuntur. vnde in psal. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Item isti caligine cœca conteguntur, hoc est dictu, ignorantiæ cœcitate. vnde Esa. 29. Væ qui profundi estis corde, vt à dn̄o abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera. Itē isti acredine verborum vtuntur. vnde in psal. Quorum os maledictione plenum est & amaritudine, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Item isti dulcedine cibi alliciunt, quia sicut dr̄ Deuter. 32. De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. & Phili. 3. Quorum Deus venter est &c. ¶ In bono vero significato dic ꝙ quorū potest referri ad bonos. Vnde nota ꝙ isti sunt quorum B

Expiatur prauitas sublata per pœnitentiam.
Regulatur leuitas innata per temperantiam.
Declaratur lenitas plantata per complacentiam.
Candidatur castitas purgata per continentiam.
Confirmatur entitas renata per permanentiam.

Dico ergo ꝙ isti sunt quorum per pœnitētiam culpa remittitur. vnde in psal. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt pctā. vnde Luc. 5. Quorum vt Iesus fidē vidit, dixit, homo, remittuntur tibi peccata tua. & Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorū retinueritis, retenta sunt eis. Item isti sunt quorum per temperātiam vita dirigitur. vnde Exod. 26. Vnius mensuræ erunt oīa saga, quorum quinq; iunges seorsum. Quinarius. n. numerus quinq; sensus signat, qui. s. sunt semper per temperantiā moderandi. Item isti sunt quorum per mititatem & clementiam lenitas vngitur, isti. n. sunt leues suaues & vncti. Numeri 3. Hæc sunt nomina filiorum Aaron qui vncti sunt, & quorum complete sunt consecrationes. & Eccle. 44. Hi sunt viri miæ, quorum pietates non defuerunt. Item isti sunt quorum per continentiam puritas tergitur. Vnde de panib. propositionis. i. de sanctis viris dr̄ Leuit. 24. Quorum sex altrinsecus super mensam purissimam coram domino statues. Itē isti sunt quorum per permanentiam durat æternitas, q. s. isti viuunt in æternum. vnde Philip. 4. dr̄ ꝙ isti sunt quorū noīa scripta sunt in libro vitæ. Et hæc de Quorū sufficiant.

Quos.

A In accusatiuo. Not. ꝙ quos simili modo potest dici de bonis. Vnde nota ꝙ boni sunt quos

Status supernus facit tutissimos.
Amor fraternus facit charissimos.
Splendor lucernus facit doctissimos.
Vigor internus facit promptissimos.

Dico ergo ꝙ isti sunt quos efficit tutissimos puritas superna, quia scilicet

Labor externus reddit aptissimos.
Rigor paternus facit sanctissimos.
Dulcor maternus reddit lætissimos.
Tenor æternus reddit certissimos.

s.propter virtutem corruptibilem, qua præpollent, fortissimi sunt & tuti. Vnde de Angelis dr Gen.32. Quos cum vidisset Iacob, ait, Castra Dei sunt hæc. Item isti sunt quos dat gratissimos charitas fraterna. Vnde de Ioseph & fratribus suis dr Gen.43. sic. Quos cum vidisset, & Beniamin simul, fecit eos introduci domum. Item isti sunt quos dat doctissimos claritas lucerna, hoc est reuelatio sanctispiritus. vnde Exo. 28. Loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu sapientiæ. Item isti sunt quos promptissimos facit vigorositas interna, figurati Exo.37. vbi dr q Beseleel fudit quatuor circulos quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mēsæ. Circulus.n.in pede nihil aliud est q volubilis obedientia in prompta executione. Pes.n.cursum & motum signat. Item isti sunt quos efficit aptissimos aduersitas externa, quia, s.quanto viri sancti magis per tribulationes concutiuntur & malleantur, tanto aptiores in Dei iussibus iudicantur. Vnde de lapidibus fundamenti templi dr sic. 3. Reg. 5. Quos lapides dolauerunt cementarij Salomonis. Vnde de tribulatis & pauperibus pōt dici illud Iob.24. Quibus non est operimentum in frigore, quos imbres montium rigant &c. Item isti sunt quos efficit sanctissimos seueritas paterna, & sic dr Apoca.3. Ego quos amo, arguo & castigo. Itē isti sunt quos efficit lætissimos fœlicitas superioris Hierusalem, quæ sursum est, & est magister nostra, de quo Baruc. 5. Ecce venient filii tui, quos dimisisti dispersos, venient collecti ab oriente, in occidentem, in verbo sancti gaudentes, in honorem Dei. Item isti sunt quos efficit certissimos veritas æterna, hoc est dictu, veritas prædestinationis æternæ, quia s. isti sunt quos ab æterno numerauit, & in saluandorum numero descripsit & appropriauit. Vnde denumeratione dr Num.1. Hi sunt quos numerauit Moyses & Aaron. Et de descriptione dr 2. Paral.4. Hi ergo sunt quos supra descripsimus noīatim. De appropriatione autem dr Leuitic.25. Mei autem sunt serui filij Israel, quos eduxi de terra ægypti. Et breuiter de prædestinatis dicit dñs Io.17. Pater, manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mūdo. Sequitur. Ego pro eis rogo, non p mundo, sed pro his quos dedisti mihi, qa tui sunt. Sequit. Pater sancte, serua eos in noīe tuo quos dedisti mihi. Et hæc de quos in bono significato sufficiant.

B ¶ In malo vero significato, dic q mali sunt quos

Adorat error sæcularis.
Honorat fauor popularis.
Deuorat rigor supernalis.
Lacerat terror infernalis.

Isti dico sunt quos error sæcularis solet adorare, quia, s. isti in sæculo reputantur magni, figurati in idolis. vnde Deuter.29. Adorauerunt eos quos nesciebant, & quibus non fuerant attributi. Item isti sunt quos honor popularis solet exaltare. Isti enim honoribus eleuantur, sed in fine turpiter deprimuntur. 2. Reg.18. Plures fuerunt quos saltus consumpserat de populo, quàm quos vorauerat gladius. Saltus.n. qui est rupes alta & scissa, honorum designat altitudinem. Item isti sunt quos rigor supernalis solet deuorare seu ēt condemnare, quia. s. rigor iustitiæ diuinæ. Vnde dominus ipse dicit Hierem.45. Ecce quos ego ędificaui, ego destruo, quos plantaui (per temporales scilicet psperitates) ego euello & destruo. per ęternales. s. aduersitates. Itē isti sunt quos terror infernalis seu crudelitas hostilis solet iugulare seu etiam lacerare. vnde. 4. Regum 10. de damnatis & demonibus dicitur sic. Quos cū apprehendissent viuos, iugulauerunt eos.

A **Quibus** Nota q sicut dictū fuit de quos & quorū, sic dicedum est de quib. q. s. ad bonos & ad malos, seu etiā ad bona & ad mala diuersimodè referatur. Dic ergo de bonis perfectis & virtuosis q isti sunt quibus

Assignatur virtus integralis.
Ministratur panis spiritualis.
Perficitur iussus paternalis.
Tribuitur terra supernalis.
Non præualet hostis infernalis.
Valde placet sermo magistralis.
Infligitur labor temporalis.
Ascribitur cibus æternalis.

Dicamus ergo de istis quibus .i. de viris perfectis & iustis q isti sunt quibus assignatur seu in quibus commendatur virtus generalis seu specialis. Isti.n. cōpletę & adultæ sunt virtutis. Vnde de duobus filijs Isaac dicitur Gene.25. sic. Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venādi, & homo agricola, Iacob autē vir simplex habitabat in tabernaculis. Itē isti sunt quib. ministratur panis specialis seu spiritualis. s. eucharistiæ. Iste.n. est panis iustorum, non pctōrum. Vnde de Ioseph & suis fratribus Gen.47. dr sic. Quibus statura cibaria de horreis publicis prębuit. & Exo.16. Quibus ait Moyses. Iste est panis quem dedit vobis dñs ad vescendum. Item isti sunt in quibus perficitur iussus paternalis. Isti.n. sunt maioribus ad obedientiam sp prompti. vnde Genes.50. Quib. iussa explentibus transierunt 40. dies. Item isti sunt quibus diuiditur seu tribuitur terra supnalis, s. hæreditas paradisi. vnde Deuter.1. Paruuli vestri de quib. dixistis q captiui ducerentur, ipsi ingredient, & ipsis dabo terrā, & possidebūt. eā. & Iob.15. dicitur Quibus solum data est terra. Item isti sunt quibus non præualet hostis infernalis. Vnde isti possunt comparari filijs Enachim, quib. nullus pōt ex aduerso resistere, sicut dr Deut.9. Item isti sunt quibus valde placet sermo magistralis. i. doctrina maiorum & meliorū. vnde 2. Paral.24. Quibus audientib. legit rex omnia verba voluminis. Item isti sunt quibus infligitur labor tpālis. s. præsens aduersitas & paupertas. vnde Iob 24. Quibus non es operimentū in frigore. & Lucę.12. dr de coruis. i. de hispidis eremitis & alijs viris sanctis. Considerate inquit coruos quia non seminant neq; metunt, quib. non est cellarium neq; horreum, & Deus pascit illos. Vnde de aduersitate dr Hie.49. Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem iræ dñi, bibentes bibent &c. Item isti sunt quibus ascribitur cibus ęternalis, s. cibus gloriæ, & dulcedo Paradisi. vnde Sap. 16. Disposuisti inquit populum tuum, quibus dedisti concupiscētiam delectamenti sui nouum saporem escam parās &c. B

¶ In malo vero dic q peccatores impij sunt illi. i. quibus

Indignatur summa diuinitas.
Hebetatur mentis subtilitas.
Reseruatur mortis obscuritas.
Obstinatur cordis caliditas.

Isti sunt igitur quib. summe diuinitas indignatur; vt de rebellibus filijs Israel dr Num.22. Quibus iratus dñs iurauit, dicens. Si videbunt homines isti terrā quam pollicitus sum Abrahæ &c. & in psal. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiē meā. Item isti sunt quibus mentis subtilitas hebetat, quia. s. luce sciæ p ignorantiam sunt priuati, de quibus Sapi. 13. Vani sunt oēs hoīes in quibus non est scia Dei. Item isti sunt quib. mortis obscuritas reseruat, videlicet in inferno. vnde 2. Petr.2. Hi sunt fontes sine aqua, nebulæ turbinib. exagitatæ, quibus caligo tenebrarū reseruatur. Itē isti sunt quib. cordis calliditas obstinatur, s. ad faciēdum malum. Vnde de Chaldæis & eorū malitia dr. Hie.8. Mittam vobis serpētes & regulos, q bus non est incantatio &c. Hæc ergo dicta de quibus sufficiāt quo ad psonas. ¶ De reb. verò dic tā bonis q malis q varia & diuersa sunt negotia rerū, videlicet quędā bona q b. C

Instruimur.
Corrigimur.
Perficimur.
Reficimur.
Quędā mala, quibus
Allicimur.
Inficimur.
Afficimur.

Dico ergo q sunt res bonę quibus instruimur, & ista sunt diuina lex & mandata, & sacræ paginæ atque scientiæ documenta. Vnde de mādatis diuinis potest dici illud Gen.49. Finitis Iacob mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectum: de duobus vero testamētis potest intelligi illud Nu.10. Fac tibi duas tubas argenteas, quibus cōuocare possis multitudinem. Ista autem figurantur in vasis aureis salomonis, de q bus dr 3. Reg. 10. Oīa vasa de quibus potebat rex Salomō, erant aurea. Itē sunt qdā qb. corrigimur, & ista sunt mundi tribulamina & aduersa, de quibus Lu.21. Veniēt dies, in q bus nō relinquet lapis sup lapidē. sequit. Surget gens contra gentem, & terræmotus erunt per loca &c. Item dico q sūt quędā qb. pficimur, & ista sunt gratię, merita & virtutes, & ista sunt spūalia ornaměta de qb. dr. Iudic. 8. Tulit gedeon ornamenta & bulla quib. colla regalium camelorum decorari solent. Itē dico q sunt qdā qb. reficimur, & ista sunt deliciæ & gaudia paradisi, de quib. dr Leu.25. Facite pcepta mea atq; iudicia, & cōplete ea, vt habitare possitis in terra absq; vllo pauore, & gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini vsq; ad saturitatē. Ista cibaria parant. Isaac, q bus, s. libēter vescit, sicut dr Genę.27. ¶ Itē dico q sunt qdā D res malæ quibus allicimur, & ista sunt tēporalia mundi bona, quibus

na quibus fatui plus debito attrahuntur. Ideo Deut. 7. dr. Nō concupisces aurum, & argentum de quibus facta sunt. s. idola. Talia n. non sunt concupiscenda, s. diuitię, imo ẽm Apostolū 1. ad Timo. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his debemus contenti esse. Itē dico, ꝙ sunt quædā quibus inficimur, & ista sunt vitia, & peccata, de quibus 3. Aeg. 16. dr. Ambulauit in viis patris eius, in peccatis suis quibus peccare fecit Israel. & 4. Reg. 24. dr. Seruiuit in munditiis quibus seruierat pater eius. Item dico, ꝙ sunt quædam quibus afficimur, & ista sunt tormenta infernalia, quibus. s. si peccauerimus, affligimur. Ideo bene consulit scriptura Ecclesi. 12. dicens. Memēto creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequā veniat dies afflictionis tuæ, & appropinquent anni de quibus dicas, non mihi placent. Hæc igitur de quibus sufficiant &c.

A **Quisquam. Quicquid** Nota, ꝙ quisquā idē est, quod quicunq; seu aliquis. Sumitur tū vt cōiter in terminis negatiuis. Nota igitur sicut dictum est de qui, & de quis, ꝙ quisquā pōt ad diuersa referri, videlicet ad iustū ad stultum, ad dānatum. ¶ Primò ergo dico, ꝙ iustus pōt dici quisquam. i. aliquis vel quicunque, quia pro certo iusti pro eo, ꝙ per charitatem ad oēs generaliter se extēdunt, iō quisquā seu quicūq; merito dici possunt. Notabis ergo de tali quisquam. i. de viro iusto. s. ꝙ

Hic maiorum legibus religatur.
Hic ciborū fluctibus non grauatur.
Vitiorum ensibus non truncatur.
Deceptoris artibus non lædatur.
Adulātis vocibus nō fraudantibus.
Castigantis acubus nō stimulatur.
Hic terrenis specubus nō locatur.
Hic propriis opibus non ditatur.
Hic cœlitus omnibus satiatur.
Hic inferni cruciatibus nō deputaī.

Dicā ergo de domino quisquā. i. de quolibet viro iusto, ꝙ hic sine imperio non vagatur. Ad iustū. n. spectat, ꝙ nō sit vagabundus, sed ꝙ maiorū legibus sit subiectus. vnde Ioseph in persona superioris dr̄ Gene. 41. Absq; tuo imperio nō mouebitur quisquā. Item dico, ꝙ ciborum edulio non grauaī. Abstinens. n. debet esse vir iustus. vnde Leuit. 6. Nec quisquā comedat ex eo, hoc est, de sacrificio sacerdotū. Item dico, ꝙ vitiorum gladio nō truncatur. vnde 1. Reg. 11. Non occidetur quisquam in die hac. Ita ꝙ demones de isto possunt dicere illud qđ iudæi de Christo dixerunt Ioā. 18. Nobis non licet interficere quenquam. Item dico, ꝙ hic fraudis commercio non lætatur. Deus. n. tales non permittit ꝙ ipsi fraudent seu decipiant innocētes. Vnde de filiis Israel dicitur 1. Paralip. 16. ꝙ Deus non permisit quenquam calumniari eos. Item dico, ꝙ verborum eloquio non fraudatur, s. per adulationem. Non delectatur. n. in adulationibus deceptorum. Ideo cuilibet adulatori pōt dici illud Prouer. 24. Nō lactes quenquam labiis tuis. & Eccl. 11. Ante mortem nō laudes hominem quenquā. Itē dico, ꝙ correctorū iaculo stimulatur. vnde Eccle. 6. Priusquā interroges, ne vituperes quenquam, sed cum interrogaueris, corripe iuste. Itē dico, ꝙ terrenorum tumulo non locatur, videlicet per auaritiā. Vnde de monumēto nouo, quod erat excisum in petra, dr̄ Luc. 23. ꝙ in eo nondum quisquam positus fuerat. Item dico, ꝙ parcitatis vinculo non ligatur. Iustus. n. liberalis est, & non parcūs, ita ꝙ illa quæ habet, non sunt sibi propria, sed oibus cōmunia. vnde Act. 4. Nec quisquam eorum possidebat aliqđ, nec suum esse dicebat, sed erāt eis oia communia. Item dico, ꝙ hic cœlesti ferculo satiatur. Iste. n. habet finaliter sufficientiam paradisi. vnde Act. 4. Nec. n. quisquā egēs erat inter eos. Item dico, ꝙ hic æterno stimulo non arctatur, quia. s. iste non

B iudicatur aut condemnatur ad pęnam æternam, quia. s. sicut dicitur Ioā. 5. Neq;. n. pater iudicat quenquā. Sic ergo patet, ꝙ quisquam sumitur in bono. ¶ Sed adhuc dico, ꝙ sumi pōt in malo. Et sic dico, ꝙ per quisquā intelligiī peccator. Quisquis. n. semper signat aliquid dubium, sicut cum dr̄. Quisquis sic loquatur mecū. Est. n. pronomē cōpositiuū, & adiectiuū, signās. s. peccatorem, qui. s. semper est dubius, & incertus, fallax compositus, & ineptus. Sonitus. n. terroris in auribus impii, & cum pax sit, semper inimicitias suspicatur, sicut dicitur Iob 15. Dicamus ergo, ꝙ quisquā seu quisquis, s. peccator

Detractionis vitio roditur.
Rebellionis odio foditur.
Possessionis amore moritur.
Obliuionis horrore mergitur.
Iniustitiæ furore ducitur.
Diffidentiæ pauore soluitur.
Opulentiæ dulcore pellitur.
Pestilentiæ terrore sternitur.

De detractione talium dr̄ Nume. 14. Nec quisqua ex his, qui detraxerūt mihi, intuebitur. De rebellione istorum, qui. s. obedire suis maioribus contradicunt, dr̄ 3. Regū. 12. Nec secutus ē quisquā domum Dauid. De possessione vero terrena qūo tales per cupiditatem eneruat, & qūo vita gratiæ ipsos priuat, dr̄ Lu. 12. Non in abundantia cuiusquā vita eius. De obliuione vero, & ignorantia istorū dr̄ 1. Corinth. 6. Non est inter vos sapiens quisquā. Isti. n. nec vidēt nec audiunt illa, quæ pertinēt ad salutē. vnde 1. Reg. 26. Non erat quisquā qui videret, & intelligeret. & vigilaret. & 1. Regū. 30. Nec audiet vos quisquā. De iustitia aūt eorū dr̄ Ro. 3. Non est iustus quisquā, nec est intelligēs, aut requirens Deum. De timore aūt seu diffidētia istorum dr̄ 2. Reg. 17. Fortissimus quisquis pauore soluetur. Vnde de vecordia taliū dr̄ 2. Mac. 5. Nec simpliciter quisquā se iudæū esse confitebatur, s. præ timore. De opulēta aūt, quę eis in morte eripiī, vide in diues & in similibus, & in aliis titulis, & in tabula. De pestilētia vero, s. dānationis & mortis, quæ. s. istos finaliter cōprehendit, dr̄ 1. Reg. 30. Non euasit ex eis quisquā. & 2. Paral. 22. nec superesse quenquā qui euadere necesse potuisset. Hæc ergo de quisquā, & quisqs sufficiant.

Quispiam. De quispiam sicut de quisquā pōt dici, ꝙ referri potest ad impium & ad iustū. A Est. n. idem quod aliquis seu quisquam, veruntamen vt cōiter refertur ad impium, & iniustum. Vnde nota, ꝙ talis quispiā

Inficitur carnali macula.
Excluditur à Dei specula.
Seiungitur à cœli camerula.
Repellitur à sacra copula.
Reiicitur à gente credula.
Non pascitur secreta pabula.
Nanciscitur inferni iacula.

Dico ergo, ꝙ talis quispiam carnali macula inficitur, s. peccato luxuriæ. Vnde Gen. 26. Potuit coire quispiā de populo cū vxore sua. Itē à Dei specula secluditur. vnde Exo. 24. Moysi ad loquendum cum domino ascendēti dr̄ sic. Nullus ascendat tecum, nec videatur quisquam per totum montem. q. d. talis quisquam non est dignus contemplari vel audire diuina secreta. Item iste à cœli camerula seiungitur, hoc est dictu, a paradiso. vnde Deut. 1. Non videbit quispiam de hominibus generationis huius pessimæ terram bonā, quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris. Item iste à sacra copula repellitur seu refugitur, quia. s. mali a societates, bonorum vitantur, & ab ipsis solitarii dimittuntur. Vnde de fatuo Nabal dr̄ 1. Reg. 25. Erat autem vir quispiā in solitudine. Vnde bonis fit prohibitio de frequētāda societate malorū. Iosue. 6. Cauete ne quippiā cōtingatis, & sitis rei pūaricationis. Itē iste a gente credula reiiciī seu ēt cōtemniī, q. s. tales à fidelibus tanquā excōicati habenī. Et hoc est, qđ pcipiī. 4. Reg. 4. vbi dr̄. Si salutauerit te quispiā, non rn̄deas ei. Item iste secreta pabula nō pascitur, s. de futuris rerū negotiis more pphetico meditādo. vnde 3. Reg. 22. Nō est hic propheta domini quispiā. Itē iste inferni iacula nanciscitur, quia. s. finaliter infernalis damnatio talibus intentatur. vnde Prouerb. 26. Maledictum in quempiam superueniet. Sufficit.

Quo. Quocunque. Cum quo sit aduerbiū loci, possum' dicere, ꝙ A in scriptura fit mentio de multiplici quo seu loco, videlicet de loco morali, vitali, letali, fatali, venali, mortali. Locus

Moralis est frequentandus, scilicet virtutis status.
Vitalis est affectandus, scilicet paradisus.
Lethalis est detestandus, scilicet peccati virtus.
Fatalis est acceptandus, scilicet mors aut lethum.
Venalis est refutandus, scilicet mundus.
Mortalis est formidandus, scilicet inferius.

¶ Primo igitur dico, ꝙ per quo seu quocunq; intelligiī status moralis & virtualis. Virtus. n. & perfectio, & morū loc', & status ē quo quilibet tēdere debet, & tibi quocūq; ierit, declinare, sicut Dauid de seipso dicebat 1. Reg. 15. Ego vadā quo iturus sum. Vt sic vnus alteri dicat illud 1. Reg. 14. Perge quo cupis, & ero tecū. Quia p certo ad istud quo. i. ad statū, & gradū virtutis debemus alter alterū comitari, & virtuosorū exēplis illuc accedere & trāsire. Iste. n. loc' seu stat' ē loc'.

Diuinitatis,
Humilitatis.
Satietatis.
Securitatis.
Societatis.

Est dico locus diuinitatis. Deus. n. ad hunc locum continuè nos præcedit, & nos debemus etiam eum sequi, dicendo. s. illud Lucæ. 9. Magister, sequar te quocunque ieris. & Mar. 14. Sequimini eum quocunque introierit. Sequi dico debemus

mus eum, inquantum.ſ.noſtræ fragilitati poſſibile eſt, quia.ſ. attingere ſummam perfectionem ſuã impoſſibile eſt, ſicut.ſ. ipſe dicit Ioañ.13. Domine, quo vadis? Reſpõdit Ieſus. Quo ego vado, vos nõ poteſtis venire. & Io.8. ipſe dicit. Ego ſcio vnde venio, & quo vado, & quo ego vado, vos non poteſtis venire. Iſte eſt ergo locus diuinitatis de quo.ſ. recedere non valebat ille qui in pſal. dicebat Deo. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero ad infernum, ades &c. q.d. vbicunque ad locũ, & ſtatum virtutis acceſſerimus, Deum pſentem inuenimus. vnde & Petrus ſibi legitur dixiſſe. Domine quo vadis? & iſte protinus reſpondiſſe. Vado Romam iterum crucifigi. Spiritus vbi vult ſpirat, & neſcim⁹ vnde veniat aut quo vadat. Sequamur ergo pro viribus ad iſtud quo ſeu quocunq;, iuxta illud Ezech.1. Quocunq; ibat ſpiritus, illuc & rotæ pariter eleuabantur, ſequentes eum. Iſte eſt ergo locus authoritatis ſeu diuinitatis. ¶ Itẽ dico, ꝙ iſte eſt locus humilitatis. Ideo viro perfecto põt dici illud Ezech.32. Quo pulchrior es, deſcẽde, & dormi. Iſtuc.n. debemus ire, Deum orando, ſanctos ſectando, mala calcando, maioribus parendo, minoribus hęrẽdo. Deum dico orãdo. vnde 3. Reg.8. Quocunq; miſeris eos, orabunt te. Sanctos etiam ſectando, ſeu etiã imitando, dicentes.ſ. Ruth.1. Quocunq; perrexeris, pergã. Mala inſuper vincendo, ſeu ẽt ſuperando. vnde 1. Reg.14. At Saul confirmato regno ſuper Iſrael, pugnabat per circuitum aduerſus inimicos, & quocunq; ſe verterat, ſuperabat. Item maioribus parendo, & obediendo. Vnde de nubibus dr̃ Iob 37. ꝙ luſtrãt cuncta per circuitum, quocunq; eas volũtas gubernãtis duxerit ad oẽ quod præceperit illis. Minoribus etiam hærẽdo, & cum eis conuerſando, ſ. cum innocentibus, & benignis, ſicut bene dr̃ de innocentibus. Apoca.14. Hi ſequuntur agnũ quocunq; ierit. Vnde de perditione talis purę, & innocentis ſocietatis videbatur Ruben vẽdito Ioſeph dicere Geneſ.37. Puer non comparet, & ego quo ibo? Virtus igitur & perfectio locus eſt humilitatis. Itẽ dico, ꝙ iſte locus eſt ſatietatis. In iſto.n. quo ſatiatur, & reficitur donis, & gratiis mens humana. Ibi etiam paſcitur, & reficitur ipſe Deus. Vnde animæ virtuoſæ, põt dici de Chriſto illud Cãtic. 6. Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierũ? Quo declinauit dilectus tuus? & quæremus eũ tecum. Dilectus meus deſcẽdit in hortum ſuum ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat. & Mar.14. dixerũt diſcipuli Chriſto, Quo vis eamus, & paremus tibi paſcha? Itẽ dico, ꝙ iſte eſt locus ſecuritatis. Deus.n. ſeruat, & cuſtodit oẽs illos, qui in iſto loco morantur, ſ. in ſtatu virtutis. Iud.2. Quocũq; pergere voluiſſent, manus domini, ſuper eos erat. Et Prouerbio.21. Cor regis in manu domini, quocunq; voluerit, inclinabit illud. Itẽ eſt locus ſocietatis ſeu etiam charitatis. vnde Lu.10. dr̃, ꝙ Chriſt⁹ miſit diſcipulos binos ante faciem ſuam in oẽm ciuitatem, & locũ quo erat ipſe venturus. Patet igitur qũo per quo, & quocunq; intelligitur ſtatus moralis, & virtualis. ¶ Secundò
B dico, ꝙ per iſta aduerbia intelligitur ſtatus vitalis, & æternalis, ſ. gloria paradiſi. Iſte eſt.n locus quo iuſtus aſcendere cupit, in quo finaliter ſicut in termino requieſcit. Vnde dominus dicit aĩæ beatæ 1. Reg.14. Perge quo cupis, & ero tecũ. & Exo. 32. Duc populum iſtum ad locum quo locutus ſum .ſ. ad terrã promiſſionis paradiſi. Et breuiter de iſto quo dici põt cuilibet beato illud Ezech.21. Vade ad dexteram ſeu ad ſiniſtram, quocunq; faciei tuæ eſt appetitus. & 2. Reg.2. Quo aſcendam in Ebron? Iſte tñ locus interdicitur peccatori, qa .ſ. Chriſtus dixit cuilibet tali. Quæretis me, & nõ inuenietis, & quo ego vado, vos non poteſtis venire. Ioan.8. Quia ſicut dr̃ Lu.12. paradiſus eſt locus quo fur nõ appropiat, nec tinea corrodit, ſoli.n. iuſti, & beati ſunt ibi in ſecuritate. Marc.6. Quocũq; introieritis in domum, ibi mane te. Hic eſt igitur locus vitalis, & ſupernalis. ¶ Tertiò dico, quòd per quo, & quocunque intelligitur locus ſeu ſtatus lethalis, & criminalis, hoc eſt dictu, ſtatus peccati. Iſte enim eſt locus

Obſcuritatis, & ignorantiæ.
Proteruitatis, & inſolentiæ.
Tenuitatis, & indigentiæ.

Locus dico ignorãtiæ, & obſcuritatis. Et ſic dr̃ de peccatore Io.3. ꝙ neſcit vñ veniat aut quo vadat. vnde Ioã.12. Qui ambulat in tenebris, neſcit vnde veniat, aut quo vadat. Locus ẽt inſolentiæ, & proteruitatis, qa.ſ. peccator vt cõiter eſt proteruus, & obſtinatus, & volũtate propria nimis plenus 3. Reg. 19. Abiit quocunque eum ferebat volũtas. Locus inſuper indigẽtię, & ſterilitatis, quia.ſ. peccator caret diuitiis, & copia gratiarũ. Luc.12. Non habeo quo cõgregẽ fructus meos. Hic ẽ ergo locus lethalis, G criminalis. ¶ Quartò dico, ꝙ per quo intelligit̃ locus ſeu ſtatus fatalis.i. mortis tẽporalis, quo.ſ. oẽs tendunt. Vnde cuilibet de mundo recedẽti, & ad mortẽ tendenti põt dici illud Geneſ.16. Agar ancilla Saray, vnde venis, aut quo vadis? Sequitur. A facie dominę meę fugio. Agar.n. eſt caro mortalis, domina ipſius ẽ aĩa, à cuius facie caro fugit ad mortẽ 2. Macha.2. Quo ergo nobis adhuc viuere? Hic igit̃ eſt ſtatus fatalis atq; mortalis. ¶ Quintò dico, ꝙ per quo, & quocunq; intelligitur ſtatus venalis, & mũdialis. Mũdus.n. ẽ locus diſperſionis, & exilii locus depreſſionis, & martirii, locus vagationis, & diffugii. Locus dico diſperſionis, & captiuitatis. Vnde Baruch.3. Ecce inquit nos hodie in captiuitate noſtra ſum⁹, quo nos diſperſiſti in improperium, & in maledictũ. Locus etiam depreſionis, quia.ſ. hic cõpelluntur boni multa, & varia pati. vnde Chriſtus dixit Ioan.21. Petre, cum eras iunior, cingebas te, & ambulabas quo tu volebas, cũ aũt ſenueris, extendes manus tuas, & alius cinget te, & ducet quo tu non vis. Locus inſuper vagationis, quia.ſ. mali volunt per mundũ diſcurrere, & agere ſine freno. Hier.50. Quocunq; placet tibi vt vadas, vade. ¶ Sextò verò dico, ꝙ per quo ſeu quocunq; intelligi põt ſtatus mortalis, & infernalis. Infernus.n. locus eſt erroris, locus eſt terroris, locus eſt horroris. De errore, & ignorãtia dr̃ Eccl.9. Nec ſenſus, nec rõ, nec ſapientia, nec ſciẽtia erit apud inferos, quo tu properas. De terrore aũt ſeu timore ſatis ſupponitur in pſal. vbi dr̃ illud prædictũ. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cęlũ, tu illic es, ſi deſcendero ad infernum, ades.ſ. ad puniendum me. De horrore vero.ſ. futuræ, & horrendæ habitationis põt dici de aĩa dãnata illud, qđ de duabus alatis mulierib⁹ quãdã amphorã portantibus in qua latebat iniquitas, dr̃ Zacha.5. Quo iſtę deferunt amphorã? Vt ędificetur ei locus in terra Sennaar. Sennaar qui interpretatur fętor, ſignat infernum, quo ſcilicet amphora, id eſt peccatrix anima à duabus mulieribus, id eſt à duabus culpis præcipuis, quæ ſunt caro alliciens, & mundi gloria decipiens, finaliter deportatur, vt ibidem locus ſuus perpetuo ſtatuatur. Patet ergo ꝙ per quo ſeu quocunque poteſt locus aut ſtatus multiplex denotari.

Quotiens. Quotienſcunq;.

A De quotiẽs qũo accipitur per multiplicationẽ tã numeri, q̃ temporis, poſſum dicere per quotiens ſumitur multiplicatio in bono, & in malo. In bono enim dico, ꝙ multiplicanda eſt & reiteranda

Compunctio cordis interioris.
Remiſſio culpæ exterioris.
Deuotio cauſæ ſuperioris.

Reitera igitur cõpũctionẽ internã. Exẽplo.ſ. filiorum Iſrael, de quibus dr̃ Iudic.5. ꝙ quotieſcunq; pęnituerũt ſe receſſiſſe à cultura Dei ſui, dedit eis virtutem reſiſtendi. Reitera etiam remiſſionem fraternam, iuxta illud Matt. 18. Quotiẽs peccauerit in me frater meus, remittam ei vſq; ſepties.) Non dicam inquit ſepties, imo ſeptuagieſſepties. Reitera inſuper deuotionẽ paternam ſeu ſupernam, ſ. deuotionem ad ſacramentum altaris. 1. Corinthio.11. Quotieſcunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat. ¶ In malo autem ſignificato nota, quòd per quotiens oſtenditur quomodo mali ſolent male agendo aut ſuſtinendo vices multiplicare, videlicet

Carendo lumine directiuo.
Vtendo flumine turbatiuo.
Cadendo turbine deiectiuo.

Iſti.n. multotiens lumine priuantur, ſ. lumine fidei, ſcientiæ, & gratiæ. vnde Iob 21. Quotiens lucerna impiorum extinguetur, & ſuperueniet eis inundatio. Item iſti multotiens turbant, & turbãtur, quia.ſ. per mala opera ſua exacerbant multotiẽs creatorem. pſal. Quotiens exacerbauerunt eũ in deſerto, in ira excitauerunt eum in inaquoſo. Item iſti multotiens pœnis agitantur, ſ. ab ipſo Deo. vnde Exod.10. Narres quotiens contriuerim ægyptios, & ſigna mea fecerim in eis.

Quod. Quodcunq;. & Eoquòd.

A causatiuè. De his ſicut de quo ſupra dictum eſt, poteſt dici, de quod primo, videlicet, quòd eſt dare multiplex quod.i. multiplicem ſubſtantiam in bono vel in malo ſignificato aſſumptam. Nota ergo, quòd eſt vnum quod

Reuerendum.s.Deus,
Atterendum.s.corpus,
Promerendum.s.paradisus,
Perferendū.s.tribulatio seu tormētū.
Auferendum.s.culpa seu peccatum,
Deferendum.s.mundus,
Afferendum.s.fides seu cultus,
Reparandum.s.cor vel subditus,
Operandum.s.bonum opus,
Formidandum s.infernus.

Dico ꝙ inuenitur vnum quod reuerendum, & istud certè est Deus,qui .s.valde est neutre & anomalæ conditionis,& hoc certè, quia durat ęternaliter 1.Ioann.1. Quod fuit ab initio,quod audiuimus,quod vidimus de verbo vitæ.Quia venit tpaliter.Lu.2.Pastores loquebantur ad inuicem Trāseamus vsq; in Bethleē, vt videamus hoc verbum quod factū est,& quod fecit dñs & ostendit nobis.Quia vincit virtualiter.s.mundum,quia sicut dr̄ 1.Io.5. Quod natū est ex Deo, vincit mundum.Quia prodest liberaliter.s. cōferendo vitā æternam sicut dr̄ Io.1.Quod factum est in ipso, vita erat & vita erat lux hominum.Item dico ꝙ inuenit̄ vnū quod atterendum,& istud certè est corpus nostrum,quod.s. per pœnitentiam & abstinentiam debet teri, calcari pariter atque frangi.Et hoc certè,quia cito perit & deficit, quia fœdat & inficit,qa ad malum trahit & allicit.Deficit dico, & hoc qa est carneum,fragile & defectiuum,quia sicut dr̄ Io.1. quod natum est ex carne,caro est.Inficit etiam,quia sicut dr̄ Leui. 11.omne quod reptat super terrā,abominabile erit. & Numeri 19.Vas quod non habet operculum desuper,immundum erit.Allicit insuper s.ad peccatum, quia sicut dicitur. Sap.11.corpus quod corrumpitur,aggrauat animam.Item dico ꝙ inuenitur vnum quod promerendum, & istud est præmium gloriæ paradisi.Istud enim est quod

Dulciter delectat,
Pia mens affectat.
Patiens expectat.

Quod dico dulciter delectat. Vñ istud est illud mel de quo dicitur Prouerb.25. Mel inuenisti comede quod sufficit,quod etiam pia mēs affectat. Vñ dñs dicit aiæ sitibundæ illud.3. Reg.3. Postula quod vis vt idem tibi. Quod insuper homo iustus expectat,sicut.s.finale salarium & mercedem.De quo dicit Apostolus.1.ad Corint.2.ꝙ oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hoīs ascendit,q̄ præparauit Deus his qui diligunt illum. In sero .n.mortis redditur ista merces.Matt.20. Ite & vos in vineā meam,& quod iustum fuerit,dabo vobis.Tunc.n.dicetur illud quod sequitur.Amice,nō facio tibi iniuriam? nonne ex denario conuenisti mecum?tolle quod tuū est,& vade.Item inuenitur vnum quod perferendum.s.omne quod in mūdo triste vel asperum reperitur.Istud est.n. quod p̄ntem infert dolorem,quod cœlestem confert honorem, quod funestū aufert mœrorē.Quòd.n.p̄ntem dolorem conferat patet in scriptura,vnde Eccl.2.Oē quod tibi applicitum fuerit, accipe,& in dolore sustine,& in humilitate tua patientiā habē. Item ꝙ cœlestem honorem conferat patet ad Philip.2. vbi de cruce & cruciatu Christi dr̄ sic.Propter quod & deus exaltauit illū,& dedit illi nomen &c.Quòd insuper funestum .i.infernalem merorē auferat,seu ēt ꝙ sempiternum dulcorem conferat,patet 2.ad Corin.4.vbi dr̄. Id.n.quod in p̄nti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis &c.Item dico ꝙ inuenitur vnum quod auferendū,vide licet peccatū,quod.s.per pęnitentiam de conscia debet auferri.Et hoc certè,qa mētaliter solet fœdare,quia mendaciter solet fraudare,quia finaliter solet necare. Pc̄m.n.aiam fœdat.i.pc̄m dr̄ immunditia.vnde Iac.1. Propter qđ abijcientes oēm immunditiam & abundantiā malitiæ &c. Peccatum etiam animam fraudat,& ideo dr̄ mēdacium. vnde Eph.4.Propter quod deponentes oē mendacium, loquimini veritatē.Peccatum insuper animā trucidat.s. in inferno. vnde ad Coloss.3.Qui.n.iniuriam facit recipiet illud quod iniquè gessit.vnde Malachiæ 2.Propter quod dedi vos cōtemptibiles oibus populis.Vt & pc̄torib. dicatur illud Numeri 14.Cor transgredimini verbum domini, quod vobis non cedet in prosperum?Item dico ꝙ inuenitur vnum quod deferendum,& istud pro certo est mundus seu gloria vana mundana,seu etiā vanum gaudium terrenorum,quod.s.mētaliter debet deseri & contemni. Et hoc certè quia semper istud concomitatur ingens iniquitas,vrgens necesſitas, sequēs aduersitas. Ingens dico iniquitas,quia sicut dr̄ 2.Io.2. Omne quod in mūdo est,aut est concupiscentia oculorum aut concupiscentia carnis,aut superbia vitæ. Vrgens insuper necessitas, quia videlicet oē quod terrenū seu mundanum est,cito compellitur deficere,breue enim & transitoriū solet esse.vnde Eccles.14.Omne opus corruptile in fine deficiet.Et Zachar.11.Quod morit̄,moriatur,& quod succiditur,succidatur &c. Sequēs insuper aduersitas,quia.s.oē gaudiū terrenum transit finaliter ad mœrorem. De diuitibus enim potest exponi illud Io.2.Omnis homo primo bonū vinum ponit,& cū inebrati fuerint,id quod deterius est.Quia .s.bonum vinum.i.dulcedinem prosperitatis sequitur quod deterius est.s.poculum aduersitatis futuræ.Item dico ꝙ inuenitur vnū quod afferendum,& istud est certè quicquid ꝑtinet ad nostræ fidei sacramentū.Vnde de fide catholica potest dici illud Apocal.3.Tene quod habes,vt nemo accipiat coronam tuam.Vnde de isto secreto quod.i. de fide potest modo dici ꝙ istud est per quod homo saluatur, quod nunc occultat̄,quod in fine reuelatur. Per quod dico hō saluat̄ 1. ad Cori.15.Notū vobis facio euāgeliū ꝙ accepistis, in quo & statis,per quod & saluamini. Quod etiam nunc occultatur, quia.s.nunc videmus per speculum in enigmate. Vnde dñs cuilibet fideli dicit illud Ioā.13.Quod ego facio,tu nescis mō,scies autem postea.Quid insuper finaliter reuelatur,s.in patria,qñ.s.tunc facie ad faciē videmus, sicut est,qa sicut dr̄ Matt.10.Nihil opertum,quod nō reuelet̄,& occultū quod non sciatur.Item dico ꝙ inuenitur vnum quod reparandum.Et istud certè est cor & conscia mentis nostræ, seu etiam nostrorum collegium subditorum.Istud.n. quod

Est requirendum quando perditur,
Est reducendum quando spernitur,
Est alligandum quando frangitur,
Est consolandum quando infirmatur,
Est conuersandum quando firmatur.

Vt sic dicat illibet illud Ezec. 34. Quod perierat, requirā.qđ abiectū fuerat, reducam,quod fractum fuerat,alligabo,quod infirmum,cōsolidabo,& quod pingue & forte,custodiā. Itē dico ꝙ inuenit̄ vnum quod operandum, & istud certè nihil aliud est q̄ quodlibet bonum opus & continētia mādatorum. Istud.n. est qđ debemus operari & facere, vt indictū magistraliter, vt edictū scripturaliter, vt ostēsum exemplariter,vt impensum fraternaliter,vt appensum æquanimiter. Istud.n.ꝙ,est magistraliter indictum,qa.s.Deus istud quod præcipit atq; mādat.Vnde ipse vr̄ cuilibet dicere illud 4. Reg.4.Hoc age qđ ꝑcipio tibi.vñ Baruc.6.Perficiunt quod imperatum est eis.Itē istud ꝙ est litteraliter edictū,s.i diuina scriptura. vñ Apoc.1.Quod vides,scribe.Et 2.ad Cor.4.Scriptū est. Credidi,ꝑp ꝙ locutus sum.Itē istud quod est exēplariter ostensum.Exo.25.Inspice,& fac ſm exemplar quod tibi in monte mōstratū est.& Iudi.7. Quod me videritis facere,hoc facite.Item istud quod est finaliter impēsū,quia.s.bonū opus sēper debet fieri fraternaliter & charitatiuè. Quod.n. dñs coniunxit,homo non separet.Et potisſimū istud quod spēctat ab substantiā temporalē, quæ.s.est proximis misericorditer impetrāda. vnde actu.3.Quod autem habeo,hoc tibi do.& illud Matt.20. Tolle quod tuū est,& vade.Item istud quod est æquanimiter appēsum,hoc est in iustitia & ęquitate,quia.s.quicquid facimus,iustè & ęquè fieri debet,iuxta illud 2.Paral.27.Fecerunt quod erat rectum coram domino. & Deute.16.Iustè quod iustum est exequeris. Vltimo verò dico ꝙ inuenitur vnum quod formidandum, & istud certè est tormentum & pœna inferni,quod.s.correspondet malis operibus q̄ hic fiunt.Vnde de quolibet malo & ꝑuerso opere,& de tormento sibi correspondente pōt dñs dicere cuilibet pc̄tori illud Ezec.34.Lac comedebatis, & lanis cooperiebamini,quod crassum erat, occidebatis, quod infirmum erat,nō cōsolidastis,quod ægrotū,nō sanastis, qđ fractū nō alligastis,quod abiectū,nō reduxistis,quod perierat,nō q̄sistis. Et sic patet qūo inuenit̄ multiplex quod. ¶ De ꝙ vero pro quia,quod coniunctio cālis,multa possent dici, sed omitto gratia breuitatis,quia supra satis dictū est de Quia. ¶ De quodcunq; vero pōt dici ꝙ idē est quod quod, nisi qa magis distinctè & generaliter supponit.Et.n.idem ꝙ omne ꝙ. No.ergo sicut supra de quæcunq; ꝙ est dare quodcunque B

Præbendum corde liberali.
Petendum voce filiali,
Reddendum iure naturali.

Quodcunque præbendum & erogandum signat bona mundana, seu quicquid tempo-

Videndum mente ſpiritali.
Dicendum clamore verbali.
Agendum manu corporali.
Pendendum lance æquali.

tpaliter posſidemus, q a .ſ. taie quodcunq; eſt in neceſsitate ꝓximis erogādum.vnde cuilibet viro liberali dr̄.1.Reg.25.Quodcunq; inuenerit manus tua, da ſeruis tuis.& 1.Eſdr.7.Quodcunque petierit à vobis Eſdras ſcriba,abſq; mora detis.Item quodcunq; petendum ſignat bona ſuperna,ſ.gratiæ & gloriæ,& quicquid eſt de eiſdem peti & appeti ſp debet.Io.15. Quodcunq; volueritis, petetis,& fiet vobis.Et ibidem. Quodcūq; petieritis patrē in noīe meo,dabit vobis. Item quodcunq; reddendum & reſtituendum ſignat vota ſeu verba non vana, in quibus.ſ. Deo & proximo ſumus ſpecialiter obligati.vnde Eccleſi.5. Quodcunq; voueris,redde.Itē quodcunq; videndum & inueſtigandum ſignat ſecreta ſana,ſ. ſacra & ſecreta fidei & ſcripturæ,q̄.ſ.ſunt cum diligentia perſcrutāda 1.Reg.19.Qđcunq;,videro,nunciabo tibi.Item quodcunque dicendum ſeu prædicandum ſignat præconia diuina,ſ.oēm ſanam doctrinam,& quicquid ad Dei laudem ſpectat,quia.ſ. quodcūque tale loquendum eſt & dicendū 3.Reg. 22. Quodcūque dixerit mihi dn̄s,hoc loquar.& Iob 13.Loquar quodcunq; mihi mens ſuggeſſerit.Item quodcunq, agēdum ſeu operādū ſignat facta virtuoſa,ſ.mādata Dei, & q̄cunq; bona opera,q̄ nobis à Deo inducuntur.de quib. Eccl.9. Quodcūque facere pōt manus tua,inſtāter operare.& Coloſſ.3.Quodcūque facitis,ex aīo operamini.& 2.Eſd.4. Quodcūq; dixerit illis,faciūt.Itē quodcunq; pēdendū ſeu moderandū ſignat ſerioſa acta.de quib. Eccl.42. Quodcunq; trades,numera & appende &c.¶De eoꝙ autem inquātū ſumit̄ cauſatiuè, pōt
C dici ꝙ vt cōiter eoquòd denotat cauſam mali. Mali dico, aut culpæ,aut pęnę.Si ergo quęrit̄,quare Deus pc̄tōribus indignatur,& quare ipſis mala temporalia & perpetua à Deo inferunt̄,certè poteſt reſponderi & reddi cauſa ꝙ eoquòd

Immundè ſolent maculari.
Indignè ſolent indignari,
Confictè ſolent conuerſari,
Effrontè ſolent obſtinari.
Ineptè ſolent commutari,
Superbè ſolent eleuari,
Acerbè ſolent effrenari,
Verboſè ſolent garrulari,
Doloſè ſolent amicari,
Curioſè ſolent verbis iactari,
Anxioſè ſolent inimicari,
Doloroſè ſolent inquietari,
Ocioſè ſolent Deum ſectari,

Iſtæ.n. ſunt 13.eo quòd ſeu cauſæ quare altiſsimus odio hēt pc̄tóres, & Deo arguunt̄ & vilipēdunt̄. Et primo certè eoquòd immundo ſtratu maculant̄,quòd.ſ.facit luxuria. Vnde de filio Emor q corruperat Dinā filiā Iacob,dr̄ Gene.33.ꝙ filij Iacob irati ſunt eo ꝙ fœdā rē eſſet operatus in Iſrael.Item arguuntur eo quòd ſuperbo motu indignant̄, quia.ſ.ſi alios in aliquo gradu ſapientiæ pręcedunt,faciliter cōtra eos indignantur.Vnde contra mundi ſapientiam dicitur Ecclef. 1.Agnoui inquit ꝙ in his quoq; eſſet vanitas & afflictio ſpiritus,eoquòd multa ſapientia multa ſit indignatio. Et q addit ſciam,addit & laborem.Item arguuntur eoquòd confiicto ritu conuerſantur,ſ.per hypocriſim,vnum .ſ.habētes in pectore.& aliud in opere.vn̄ Eſai.29. Eoquòd populus iſte ore ſuo & labijs ſuis honorat me, corde aut longè eſt á me. Sequitur.Peribit ſapientia à ſapientib. &c. Itē arguunt̄ iſti eoquòd edicto Chriſti non ligātur,quia.ſ. iſti non obediūt ꝑceptis & verbis diuinis.vnde Hie.29.Dabo eos in vexatione,maledictionem,ſtuporem,ſibilum,& opprobrium cunctis gentib.eoquòd non audierunt verba mea.Item arguūtur iſti eoquòd infirmo ſtatu variātur,quia.ſ.iſti nō perſeuerant in bono,imo conuertuntur in nihilum & in malū. vnde Ezec.22.Eoꝙ conuerſi eſtis in ſcoriam,congregabo vos in ignem ad conflandū.Item reprehendunt̄ iſti eoquòd elato flatu ſubleuantur,quia.ſ.iſti ſunt elati ꝑſumptuoſi in factis ſuis.Vnde cuilibet tali elato dr̄ Ezec.28.Eoquòd eleuatum eſt cor tuum quaſi cor Dei,idcirco hæc dicit dn̄s.Ecce ego adducam ſuper te alienos,robuſtiſsimos gentium, & nudabunt gladios ſuos ſuper pulchritudinem ſapientiæ tuæ &c. Item redarguuntur iſti eoquòd acerbo tactu effrenantur, qa.ſ.iſti crudeliter & acerbe effrenantur cōtra alios ad vindictā.vnde Eze.25.Dabo vltionem meam ſuper idumeam. Sequitur pro eoquòd fecerunt paleſtini vindictam,& vlti ſe ſunt toto aīo.Item reprehenduntur iſti eoquòd verboſo fatu garrulantur, quia.ſ.iſti ſolent verboſè & garruloſè alios deridere.vt Ezec.25.dictum fuit à dn̄o ꝑpulo,Amon.Pro eoquòd dixiſti euge euge ſuper ſanctuarium meum, qđ pollutum eſt,& ſuper domum iuda,qm̄ ducti ſunt in captiuitatem,idcirco ego tradam te filiis orientalibus &c. ſequitur. Pro eoquòd plauſiſti manu, & percuſsiſti pede, & gauiſus es toto affectu ſuper terram Iſrael,idcirco ego extēdā manum meam ſuper te,& dabo te in direptionem &c. Et breuiter iſtud eſt verum ꝙ certè Deo ſumme diſplicet qn̄ qs alios deridet,& quando infortunijs alienis lætat̄.Itē reprehenſibiles ſunt iſti eoquòd non fido nexu copulantur, quia .ſ.iſti non ſunt veri amici,immo falſi.vnde Ezec.29.dixit dominus ægypto. Pro eoquòd fuiſti baculus arundineus domui Iſrael & de manu confractus es.ſequit̄. Adducā ſup te gladium & interficiam te &c.Baculus.n.arundineꝰ exterius eſt ſolidus interius vero concauus,& cito & faciliter frangens,ſignificans falſum amicum,qui.ſ.apparet,& nō eſt. Itē argui poſſunt iſti eoquòd inſano iactu ſtimulantur.Iſti.n.ꝑſumptuoſè ſe iactant,ſicut de Pharaone dr̄ Eze.29. Pro eoquòd dixeris,fluuius meus eſt,& ego feci eum, idcirco dabo terram ægypti in ſolitudinem gladio diſsipatā &c. Itē iſti ſunt reprehenſibiles eo ꝙ malignoſo ductu inimicātur, quia.ſ.iſti ſunt qui graui odio inimicitia alios perſequuntur. Vnde Ezec.35.Ecce ego ad te mons ſeyr,& extēdā manum meā ſup te,& dabo te deſolatum atque deſertum, eoquòd fueris inimicus ſempiternus,& cōcluſeris filios Iſrael in manus gladij.Itē argui poſſunt iſti eoquòd inquieto fluctu cogitant̄.Cor.n.impii quaſi mare feruens; quod quieſcere nō valet,ſicut dr̄ Eſa.57.Vnde de inqetudine malorū dr̄ Thre. 3.Oculus meus afflictus eſt,& tacuit,eo ꝙ nō eſſet requies. Itē iſti merito redargui poſſunt eoquòd ocioſo cultu Deū ſectant̄,quia.ſ.iſti parum curant de cultu diuino.vn̄ Thre.1. Viæ ſyō lugent,eoꝙ nō ſint q veniāt ad ſolēnitatē.Sufficit.

Quomodo. No.ꝙ iſta dictio qūo qn̄que eſt aduerbium interrogandi, & qn̄que eſt A aduerbiū ſimilitudinis.Interrogatiuè.n.ponitur vt cōiter ꝑ totum,ſicut illud Thre.4.Qūo obſcuratum eſt aurū?& in ſimilibus.comparatiuè ſeu narratiuè vero ponitur quotiens pro ſicut vel pro quēadmodū,ſicut illud Deut.32. Vtinā ſaperent &c.Qūo ꝑſequebat̄ vnus mille?& illud Luc.12.Conſiderate lilia agri qūo creſcunt.Poſſumus ergo notare & inuenire in ſcriptura vnū qūo inquiſitiuū,aliud cōparatiuum ſeu exemplatiuū.¶Primò dico ꝙ qūo ſumit̄ inquiſitiuè, & hoc quaſi vbiq;,quia.ſ.pro maiori parte ſumit̄ ꝑ modū quæſtionis.Et poſſumus notare ꝙ qūo quandoq; dicitur rōne.

Stuporis & admirationis.
Doloris & deſolationis,
Mœroris & compaſsionis,
Horroris & deprehēſionis.
Timoris & deſperationis.
Feruoris & inquiſitionis.
Clamoris & allegationis.

Dico ergo ꝙ dr̄ qūo ꝑpter ſtuporem & admirationem. Et ſic dicebat beata virgo audita verbi conceptione. Luc.1.Qūo fiet iſtud, qm̄ virum non cognoſco? Sic etiā ſtupebat Nicodemus audita mirabili renouatione ſpirituum,dicēs Io.3. Qūo poteſt hō naſci cum ſit ſenex.Item dr̄ ꝑꝑ dolorem & deſolationē. Et ſic dicebant illi de ſua captiuitate in quorū perſona in pſ.dr̄. Qūo cantabimus canticum dn̄i in terra aliena?Item dr̄ propter mœrorem & miſerationem, & ſic compatiendo dicebat Dauid loquēs de morte Saul & Ionathę 2. Reg.1. Qūo ceciderunt fortes in bello?Et ſic etiam lamētabatur Hieremias Hieruſalem.Thre.1.dicens.Qūo ſedet ſola ciuitas plena populo,facta eſt quaſi vidua domina gentium, princeps prouinciarnm facta eſt ſub tributo.Item dr̄ propter horrorem & reprehenſionem.Et ſic dr̄ Eſa.14. Quomodo cecidiſti lucifer,qui mane oriebaris?&c.& illud Eſa. 1. Qūo facta eſt meretrix ciuitas fidelis,plena iudicij? iuſtitia habitauit in ea,nūc aūt homicidæ.Sic etiā reprehenditur ille cui dr̄ Matt.22.Amice,quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?Item dr̄ propter timorem & deſperationem.Et ſic timendo loquebantur illi Macha.3.dicentes Qūo poterimus pauci pugnare contra multos?& ibid.Qūo poterimꝰ reſiſtere ante faciem eorum?Item propter feruorem & inquiſitionem,& ſic dr̄ Ioan.7.Qūo hic literas ſcit,cum non didicerit eas?& Io.6.Quomodo pōt hic nobis carnē ſuā dare ad manducandum? Itē dr̄ ꝑꝑ clamorem & allegationem, & ſic allegando dicitur Ioann. 3. Si terrena dico vobis, & non creditis,quomodo ſi dixero vobis cœleſtia,credetis?&

Num.

Num.23. Q̃uo maledicam cui non maledixerit dn̄s? q.d. non

B est iustum. Et sic dico, ꝙ q̃uo ponitur interrogatiuè. ¶ Sc̄dò dico, ꝙ q̃uo accipitur aliquando narratiuè, seu cõparatiuè, seu positiuè, & sic dico, ꝙ in scriptura inuenitur quomodo

Charitatiuum.	Est dico q̃uo charitatiuum, & sic dr̄ Io.
Distributiuum.	11. Ecce q̃uo amabat eum. Item est q̃uo
Superatiuum.	distributiuum. Ioan. 14. Non q̃uo mun-
Regulatiuum.	dus dat, ego do vobis. Item est q̃uo su-
Superlatiuum.	peratiuum. Deute. 32. Q̃uo persequeba
Augmentatiuum.	tur vnus mille. & Galath. 4. Q̃uo his, q

ſm carnem persequebatur illum, qui ſm ſpm̄, sic hodie &c. Item est q̃uo regulatiuum, & sic sumitur 1. Thess. 4. Quemadmodū accepistis à nobis q̃uo vos oporteat ambulare, & placere Deo sic ambuletis. Item est q̃uo superlatiuũ, quod. s. est beatorum. Sap. 5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Item est quomodo augmentatiuum, quod est iustorũ. Matth. 6. & Lucæ 12. Considerate lilia agri quomodo crescunt. ¶ Si vero de quomodo interrogatiuo vis aliquid amplius dilatare, dic adhuc de quomodo, ꝙ homo dicit quo-

C modo, sicut dictum est, multis ex causis, videlicet

Admiratiuè.	Dico admiratiuè. Homo. n. q̃n sibi ꝓponit
Reprehensiuè.	negotium, quod communem rationem
Inquisitiuè.	excedit, solet dicere q̃uo, & admirãdo seu
Desolatiuè.	stupẽdo facti inquirere veritatẽ. Et sic cer
Insultatiuè.	tè homo miratur, scilicet quomodo

Tumescit puritas virginis.	Dico ergo, ꝙ hõ admirari
Vilescit dignitas numinis.	merito põt q̃uo tumescit
Nigrescit claritas luminis.	virginis puritas. s. p incarna
Clarescit cœcitas turbinis.	tionẽ beatã. Et sic ipsa dice
Splendescit prauitas hominis.	bat Lucæ. 1. Q̃uo fiet istud,
Fumescit vanitas culminis.	q̃m virũ non cognosco? Itẽ

mirabile ẽ q̃uo vilescit numinis dignitas seu summitas, s. carnẽ sumendo, & carnẽ suã nobis cõicando, & humiliter cũ hominibus conuersando. Et sic fit q̃uo. Ioan. 6. Q̃uo põt hic dare nobis carnem suam ad manducandũ? & Ioann. 3. Q̃uo põt homo nasci cum sit senex? i. q̃uo põt fieri temporalis, cum sit æternus. De humilitate etiã Dei videbatur mirari Samaritana. Io. 4. Tu inquit iudæus cũ sis, q̃uo bibere à me petis, quæ sum mulier Samaritana? Item admirari põt q̃uo nigrescit seu nubescit fortunæ claritas, quia. s. mirabile est quo fortuna rerum varia occasione mutatur. Et sic dicitur Thre. 2. Q̃uo obtexit caligine in furore suo dn̄s filiã syon, proiecit de cęlo in clitã israel? &c. Itẽ mirare possum⁹ q̃uo clarescit turbinis cęcitas, quia. s. econuerso valde est mirabile q̃uo aduersa, & obscura fortuna q̃nq; subito mutatur in prospera & splendentem, & sic põt dici illud Io. 9. Q̃uo aperti sunt ibi oculi? seqtur. Q̃uo ergo nũc videt? & postea. Scimus quia iste est filius noster, & quia cœcus natus est, q̃uo aũt nunc videt, nescim⁹. Itẽ admirari põt q̃uo splendescit seu succrescit hominis prauitas, q̃uo. s. homo mortalis efficitur immortalis, & q̃uo terrenus finaliter fit cœlestis. & sic quæritur de beatis Sap. 5. Ecce q̃uo isti cõputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Finaliter autem admirari põt q̃uo fumescit culminis vanitas, hoc est dictu, q̃uo sæpe tẽdit ad nihilũ vanitas gloriæ mundialis. Et sic de subuersione malorum dr̄ in psal. Deiecisti inquit eos dum alleuarẽtur, quomodo facti sunt in

D desolationẽ? subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Q̃uo igitur q̃nq; ponitur admiratiuè. ¶ Item dico ꝙ q̃uo quandoq; ponitur redargutiuè. & sic certè dico tam Deus, quàm iustus solet impios redarguere interrogando, q̃uo tot impia perpetrauerunt. Dicunt igitur quomodo

Leuaris superbiæ flatu?	Peccator igitur redarguitur
Fœdaris luxuriæ stratu?	de superbiæ flatu: quomodo
Priuaris notitiæ scitu?	nimis eleuatur. Et sic dicitur
Orbaris decentiæ ritu?	illud Esaię. 14. Quomodo ce
Iactaris facundiæ dictu?	cidisti lucifer? Sequitur. Qui
Vagaris proteruiæ ictu?	dicebas in corde tuo. In cœ-

lum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meũ. Itẽ arguitur de luxurię stratu, quomodo valde maculatur. Et sic dicitur illud Esa. 1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis? &c. Item arguitur de notitiæ scitu, quomodo hoc priuatur, & sic dicitur Marc. 4. Quomodo oẽs parabolas cognoscetis? supple si præsentem non intelligitis. & Mar. 8. Adhuc cęcatum habetis cor vestrum. Sequitur. Quomodo nõdum intelligitis? Itẽ arguitur de decentiæ ritu, quomodo rite non ornatur. & sic sibi potest dici illud Matt. 22. Amice quomodo huc intrasti nõ habens vestem nuptialẽ? Vt & de obscura conuersatione mala possit dici illud Thre. 4. Q̃uo obscuratum est aurũ, mutatus est color optimus? &c. Item arguitur peccator de iactantiæ dictu, quo nimis effrenatur. & sic dicitur Hiere. 8. Quomodo dicitis, sapientes nos sumus: & lex domini nobiscum est? Et Hiere. 48. Quomodo dicitis, fortes sumus, & viri robusti ad pręliandum? Item arguitur vir inuistus de proteruiæ ictu, quo nimis debacchatur, scilicet murmurando contra alios, & pungendo. Et sic dicitur detractoribus illud psa. Quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer? &c. Patet ergo, ꝙ quomodo quandoq; sumitur redargutiuè. ¶ Item dico, ꝙ quomodo quandoque E

sumitur inquisitiuè seu etiam allegatiuè. Et sic certè dico, ꝙ per quomodo homo solet inquirere de

Propria ignorantia.	De propria dico ignorantia
Diuina sapientia.	fit quæstio per q̃uo. Et sic di
Discordium defluentia.	citur Ioã. 14. Ecce nescimus
Humana impotentia.	quo vadis, & quomodo pos
Proterua eloquentia.	sumus viam scire? De diuina
Malorum pertinacia.	sapientia, & potẽtia fit quæ-
Idolorum continentia.	stio per quomodo, & sic di-

citur de Christo. Ioan. 9. Quomodo potest hęc bona facere, nisi fuerit Deus cum eo? De malorum etiam defluentia, seu etiam de discordiũ instabilitate, & desistentia q̃ritur Matth. 12. vbi dicitur. Si sathanas sathanã eijcit, quomodo stabit regnum eius? De humana impotẽtia quęritur. 1. Machab. 3. vbi dicitur. Quomodo poterimus pauci pugnare contra multos? Et ibidem. Quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum? Et Hier. 12. Si cum peditibus currens laborasti, q̃uo poteris contendere cum equis? De proterua aũt eloquentia quęritur. Matth. 12. Quomodo poteritis bona loqui, cũ sitis mali? Itẽ quęritur de obstinante pertinacia, & sic dr̄ Exod. 6. Ecce filii Israel me nõ audiunt, q̃uo ergo audiet me Pharao? Item fit quæstio de idolorum continentia, & sic quęritur Baruch. 6. vbi dicitur. Quomodo ergo ęstimandũ est esse Deos? & ibidem. Quomodo ergo sentiri debeat quoniam dij sunt? Ponitur ergo quomodo aliquotiens inquisitiuè. ¶ Item dico ꝙ aliquando ponitur deploratiuè, seu etiam desolatiuè. Et sic certè dico, ꝙ homo lamentando quærit. s. quomodo F

Labitur vitæ fragilitas.	Dico ergo, ꝙ homo
Frangitur status prosperitas.	desolatiuè quęrit
Perditur innocens puritas.	quomodo labuntur
Spernitur cœlestis ciuitas.	vitæ curricula, quia

. s. omnes morimur, & quasi aquę dilabimur super terram. Iõ bene possumus dicere illud Ezech. 33. Iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, quomodo ergo viuere poterimus? Item quærit homo quomodo franguntur mundi pinnacula. s. alti status, & eminentes præsentis fortunę. Et sic desolatiuè dicitur Hier. 48. Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus? descende de gloria, sede in siti filia dybon. Non est enim dare statum mundanę glorię tam potentẽ quin faciliter corruat aut frangatur. Vnde illud prædictum Thren. 1. Quomodo sedet ciuitas plena populo? &c. Et Threnorum 4. Quomodo obscuratum est aurum? &c. Item quærit homo q̃uo perduntur vitæ roracula. Hoc est dictu, innocentiæ puritas atq; virtus. Vnde anima de amissa innocentia dicere vr̄ illud Cantic. 5. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa, quia scilicet postquam tunica innocentiæ perditur, nunquam faciliter reparatur. Item quærit homo quomodo spernuntur cœli cœnacula, scilicet ciuitas paradisi. & sic dicitur Hieremiæ 49. Quomodo dereliquerunt ciuitatẽ laudabilem, vrbem lætitiæ? Sic ergo patet, quòd quomodo quandoque ponitur desolatiuè. Item dico, quòd quandoq; ponitur insultatiuè, & sic certè quandoque nos insultamus, & deridemus, scilicet

De rerum gloria, & magnitudine, quomodo deperit.
De carnis spuria, & pulchritudine, quomodo præterit.
De hostis furia, & acritudine, quomodo sors conterit.

¶ Igitur dico, quòd nos insultamus mundanæ gloriæ, quam subito videmus perire. Et sic ciuitati speciosæ & gloriosæ dicitur derisoriè. Sophon. 2. Hæc inquit est ciuitas gloriosa, habitans in confidentia, & cętera. Sequitur. Quomodo facta est cubile bestiæ in desertum? omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam. Item insultamus de carnis

carnis specie, quam subito videmus trāsire. Et sic dicimus illud prædictum, Thren. 4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Item deridemus de hostis rabie, quam subito videmus finire. Hoc est dictu, de crudelitate, & furia tyrannorum. Et sic dicimus illud Esa. 14. Quomodo cecidisti lucifer qui mane &c. & illud Hier. 50. Quo cōfractus est, & contritus malleus vniuersæ terræ? Hæc igitur sufficiat
H de quomodo interrogatiuè. ¶ Sed adhuc dico, ꝙ qñq; sumitur positiuè, & sic quomodo est aduerbium similitudinis, & sumitur pro qualiter vel pro sicut, & sic quomodo sumitur ꝓ certa regula seu forma, seu etiam pro exemplari similitudine vel pro norma. Nota ergo, quòd quomodo potest referri ad Deum, ad iustum, ad impium. ¶ Dicamus ergo, ꝙ Deus dicitur quomodo, pro eo scilicet quia diuersimodè se solet aliis conformare. & sic dico, ꝙ iste habet vnum quomodo.

Pietatis paternæ.
Feritatis seu feueritatis internæ.
Potestatis supernæ.
Charitatis fraternæ.
Largitatis externæ.

Dico ergo, ꝙ iste dicitur quõ, ꝑꝑ quandam imagine paternæ pietatis. Et sic dr̄ in psal. ꝙ quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se, qm̄ ipse cognouit figmentum nostrum. Item dicitur quõ, propter quādam voraginem internæ feritatis, hoc est dictu, ratione iustitiæ, quæ sibi ad similitudinem leonis incumbit, & sic dicitur Esa. 31. Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam. Sequitur. Sic descendet dominus vt prælietur super montem syon. Item dicitur quomodo, propter quandam vertiginem supernæ potestatis, qua. s. iste suos adiuuat, & defendit, vnde Deut. 4. Oculi vestri viderunt oīa quæ fecerit dominus contra beelphegor, & quomodo contriuit omnes cultores eius de medio vestri. Item dicitur quomodo, propter quandam pruriginem fraternæ charitatis. & sic dicitur de Christo Lazarum deplorante. Ioann. 11. Ecce quomodo eum amabat. Item dr̄ quomodo, propter quandā lanuginem externæ largitatis, quia. s. iste est qui large, & libē ter confert exterius nobis pacē, dicēs. s. illud Ioan. 4. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis non quomodo mundus dat, ego do vobis. Ista ergo similitudo quõ spectans ad Deum. ¶ Deinde dico, ꝙ ista similitudo seu comparatio quo
I modo, aliquando spectat ad iustum. Et sic dico, quòd iustus potest comparatiuè dicere, & videre, scilicet quomodo

Satisfaciat æquali pondere.
Circunspiciat occulto sydere.
Se subijciat sub duro verbere.
Semper gaudeat dicenda dicere.
Caute faciat quicquid vult facere.
Semper habeat suum respondere.
Semper rideat suum impendere.
Semper studeat à malo fugere.
Semper valeat in bono crescere.
Semper ferueat amico succurrere.

Quia reuera charissimi si quis velit habere bonum quõ. i. bonam similitudinē, & cōformitatē exéplaré in bono, necesse est. s. ꝙ in æquitate fiat assiduus, in claritate fiat conspicuus, in firmitate fiat perpetuus, in veritate fiat cōtinuus, in prudētia fiat ꝑcipuus, in facundia fiat mellifluus in clemētia fiat irriguus, in nequitia fiat deciduus, in iustitia crescat proficuus, in amicitia ꝑsistat sedulus. Iustus. n. facta remunerat æqua iustitia, & sic dicit illud Prouer. 24. Quõ fecit mihi, sic faciam ei. Iuxta illud Eccl. 7. Retribue illis quõ, & ipsi tibi. Itē iustus cūcta cōsiderat clara scientia, quia. s. sicut dr̄ Prouerb. 17. Quõ splendent vultus respiciētium in aquis, sic manifesta sunt corda hominum prudētibus. Item iustus grauia tollerat cum patientia, quia sicut dr̄ Prouer. 28. Quomodo in conflatorio probatur argentum, & aurum in fornace, sic probatur homo. Item iustus semper in veritate perseuerat vera constantia. 4 Reg. 20. Obsecro domine memento quõ ambulauerim cora te in veritate, & corde perfecto, & ꝙ placitum est coram te fecerim. Item iustus seipsum moderatur cauta prudentia. Ephe. 5. Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis, nō quasi insipientes. Itē iustus verbis exuberat recta facūdia, quia. s. Deus administrat suis professoribus quid sit loquendum. vnde illud Matth. 10. Dum steteritis ante reges, & præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquimini, dabitur. n. vobis in illa hora quid loquamini. Item iustus pauperes munerat pia clementia. Thob. 4. Quomodo poteris, ita esto misericors. Item iustus fugiens properat mala cogentia. Amos. 5. Quomodo si fugiat vir à facie leonis. Item iustus virtutes iterat cum diligentia. Matth. 6. Considerat lilia agri quomodo crescunt. Item iustus cūctis obtemperat cum amicitia. Vnde ad Philip. 1. Testis. n. mihi est Deus quomodo concupisco vos omnes in uisceribus Christi Iesu. Et Ioā. 11. Ecce quomodo amabat eū. Patet igitur, ꝙ quomodo aliquando pertinet ad
iustum. ¶ Deniq; dico, ꝙ pertinet ad iniustum. Mali. n. habēt K
suum quomodo, suum quemadmodum, suum sicut, & suum quasi, hoc est dictu, suam malam similitudinem qua sibi exépłariter conformantur, & qua alter alteri in malignis operibus similatur. Et sic nota, quòd de impio videndum & considerandum est quomodo.

Se fędat luxuriosè.
Se ducit proditiosè.
Promouet ambitiosè
Deprimit iniuriosè.
Contemnit despectuosè.
Siccatur tempestuosè.
Confunditur verecundiosè.

De impio igitur videamus quõ se fędat luxuriosè. Et sic dr̄. 1. Reg. 2. ꝙ heli Sacerdos audiebat q̄ faciebant filij sui vniuerso israeli, & quõ dormiebant cū mulieribus quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. Item quomodo seducit ꝓditiosè, & sic dicit Mar. 14. ꝙ summi sacerdotes, & scribæ quærebant quõ Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dalilæ etiam philistei dixerunt (Iudic. 16.) ꝙ disceret & inquireret quomodo Sansonis secreta sciret, quomodo perdita fortitudine superari posset. Itē videmus de impio quomodo promouet ambitiosè, quia. s. mali vt cōmuniter malos & insufficientes promouēt, & ipsos ad dignitates erigunt, & exaltant. vnde Esa. 40. Nunquid sculptile conflabit faber, aut artifex auro figurabit illud? Sequitur. Quærit quomodo statuat simulacrum qđ non moueatur &c. Item videamus quomodo deprimit iniuriosè bonos, videlicet grauando & molestando. Vnde Dan. 2. dicitur de tyranno. Quomodo. n. ferrum comminuit & domat omnia, sic diminuet & conteret omnia. Vt & de ipsis & tyrānis dicatu r illud Matth. 12. Exeuntes pharisei consilium faciebant aduersum Iesum, quomodo eum proderent. Item videamus de impio quomodo contemnit despectuosè, quia. s. impii contemnunt Dei scientiam, & potentiam, sicut de diuina scientia dicitur in psal. Et dixerūt, quomodo scit Deus? & si est scientia in excelso? De potentia autem dicitur. Hie. 3. Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contēpsit me domus Israel, dicit dominus. Item videamus de impio quomodo siccatur tempestuosè, hoc est dictu, quomodo sua gloria temporalis subito deperit, & siccatur. Et sic de ficu à Christo maledicta, & arefacta dicitur Matth. 21. ꝙ videntes discipuli mirati sunt, dicentes. Quomodo continuo aruit? Constat. n. ꝙ mali quandoque subito florent per prosperitatem, & subito arent per paupertatem, & aduersitatē, quia sicut dicitur de tabernaculo, Num. 2. Quomodo erigetur, ita & deponetur, vnde Eccl. 5. dicitur de diuite quod sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil secum auferet de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas. Quomodo venit, sic reuertetur. Itē videamus de impio quomodo confunditur verecundiosè, s. finaliter in inferno. Vnde de damnato potest dici illud Hiere. 2. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus israel. Sequitur. Verterunt ad me tergum, & nō faciem. Sic ergo patet de quomodo, qualiter potest dici de impio, de iusto, & de Deo. Et qualiter quandoque sumitur positiuè & aliquando interrogatiuè. Vide ergo de sicut, quemadmodum, quasi, & similibus.

Quippe

Cum quippe sit aduerbium affirmandi, no- A
tabo, ꝙ ista vox affirmatiua quippe potest spectare, & pertinere ad Deum, ad iustum, ad impium. Multa enim quippe id est certe dicuntur de Deo, de iusto, pariter & de iniusto. Et sic dico, quòd est dare vnum quippe.

Certificans de Dei bonitate.
Verificans de iusti sanctitate.
Notificans de stulti prauitate.

¶ Igitur dico, ꝙ est dare vnum quippe pertinens ad Deum,
Per istud enim aduerbium quippe asseritur.
Dei potentiæ eminens titulus.
Dei clementiæ sustinens baculus.
Dei iustitiæ indignans oculus.

¶ Primo igitur dico, ꝙ per quippe asseritur titulus eminēs, Dei potentiæ, quæ. s. summe apparuit in hominis creatione, de quo

de quo Genes.9. Ad imaginē quippe Dei factus est hō. Item asseritur baculus sustinēs Dei clementiæ, quia.s.iste solet adiuuare sperantes in se. Vnde 2.Paralip.25. Dei quippe est adiuuare,& in fugam conuertere. Item asseritur indignās oculus Dei iustitię, qua.s.malos,& reprobos ipse punit. Vnde 2.
B Paralip. 16. Valde quippe fuit super hoc dominus indignatus,& interfecit de populo in tempore illo plurimos. Patet igitur,ꝙ est dare vnum quippe pertinēs ad Deum.¶Scđo dico,ꝙ est dare vnum quippe pertinens ad iustum. Per istud.n. aduerbiū quippe asseritur oīs virtus in quolibet viro iusto. Viri.n.iusti possent dicere illud Thob.8. Filii quippe sanctorum sumus, quia scilicet isti certissime pollent

Durationis solido vigore.
Discretionis lucido splendore.
Compassionis fluido dulcore.
Operationis viuido labore.
Adæquationis rigido tenore.

Dicamus ergo, ꝙ iniustis viris asserit durationis tenor solidus, hoc ē dictu cōstantię,& fortitudinis vrgēs virtus. Vnde Hiere. 1. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitā, & in murum ferreum & præliabuntur aduersum te, & præualere non poterunt. Item asseritur in eisdē discretionis splē dor lucidus, vt sic dicatur de eis illud Zach.9. In terminis eiꝰ tyrus & sydon. assumpserunt sibi quippe sapientiam valde. Vnde 1.Paralip.15. Chonenias aūt princeps leuitarū prophetiæ præerat,& ad præcinendum, melodiam. Erat quippe valde sapiens. Itē dico, ꝙ in viris iustis asseritur cōpassionis dulcor fluidus, sicut.s.de illa muliere dicitur.3.Reg.3. Commota sunt quippe viscera eius super filio suo. Itē asseritur in eisdem operationis labor viuidus. 1.Parali.26. Erat quippe homo agriculturę deditus. Item asseritur in ipsis adequationis tenor rigidus. Vnde Luc.6. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Patet igitur, quòd est dare vnū
C quippe pertinens ad iustum.¶Sed tertio dico, quòd est dare vnum quippe pertinēs ad stultum seu etiam ad iniustum. Et sic certe dico, quod per quippe asseritur in iniustis

Luxuriæ fœda corruptio.
Substantiæ discors possessio.
Malitiæ fallax deceptio.
Pigritiæ grauis oppressio.
Discordiæ dura diuisio.
Tristitiæ dira turbatio.
Ignorantiæ cæca conclusio.
Auaritiæ vorax intentio.
Pertinaciæ effrons perditio.
Pestilentiæ tristis damnatio.

De luxuria domini quippe dicitur Genes. sexto. Omnis quippe caro corruperat viam suam. De substantia, & dissensione inde prouenient e domini quippe dici pōt illud Genes. 14. Erat quippe substantia eorū nimia, & nequibant habitare cōmuniter. De malitia domini quippe, qua.s.non cessant sibiin uicem insidiari, dicitur Iosuæ 2. Exploratores quippe sunt. De pigritia domini quippe dicitur.3.Reg.3. Dormiens quippe.s.meretrix mulier, oppressit filium. De discordia domini quippe dr̄ Thre.4. Iurgati quippe sunt,& commoti. De tristitia domini quippe dr̄.2.Parali.14. Grandis quippe terror cūctos inuaserat. De ignorantia domini quippe pōt ipse cū suis dicere verbum illud quod Iob dicebat 37.c. Nos quippe inuoluimur tenebris. De auaritia domini quippe dr̄ Hier.6. A minore vsq; ad maiorem oēs quippe auaritiæ studēt. De pertinacia domini quippe dr̄ Ezech.3. Ois quippe domus Israel attrita fronte est,& duro corde. De pestilentia, & finali damnatione & iniuria domini quippe potest dici illud.2.Macha.9. Apprehendit eum dolor dirus viscerum. Sequitur. Et quidem satis iuste, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera &c. Patet ergo quomodo quippe videtur affirmare & asseuerare scilicet de impio, iusto, & Deo.

A **Quondam.** Nota, quod quondam idem est quod olim seu dudum. Sunt enim aduerbia temporis, tempus scilicet præteritum designantia. Et sic dico, quòd per quondam intelligitur quicquid præteritum vel transactum est, videlicet

Mundanorum tyrānorum dura sæuitia, quæ morte deperit.
Mundanorum bonorum blanditia, quæ cito præterit.
Mundanorum fallax lætitia, quam casus conterit.
Fictorum amicorum absentia, quam aduersitas suggerit.
Mundanorum egenorum tristis miseria, quæ cœlos aperit.

Nam tyranni quōdam seuierunt. Nam terrena quondam floruerunt. Nā læta quondam placuerunt. Nam amici quondā dilexerunt. Nam miseri quondam doluerunt, sed ꝑ fletu cœlum habuerūt.¶Igitur dico, ꝙ tyranni qui perierunt, habēt suum quondam, quia.s.quondam dum viuebant, alios tyrannicè opprimebant, Vnde Ezech 32. Vniuersi inquit interfecti cadentes gladio, quia dederunt quondam formidinē suā in terra viuētium. Item dico, quòd diuites qui transeunt, habent suum quondā, quia.s.isti qn̄ de fortuna transeunt ad infortunium, de suo quondam.i.de sua transacta gloria cū dolore incipiunt recordari, mundique vanam gloriam,& fugacem transitoriam detestari, dicentes.s.cum Iob.16. Conclusit me Deus apud iniquū, & manibus iniquorū me tradidit, & ego ille quondam opulentus repente contritus sum. De prę terita etiam mundi lętitia & gloria, quomodo potest plangi suum quondam, & quomodo etiam potest sua prima felicitas derideri, potest dici illud. Esa.23. Quis cogitauit hoc sup tyrum quondā coronatam, cuius negociatores principes, institores eius inclyti terræ. Item dico, ꝙ amici qui præeūt, habent suum quondam, quia.s.illi qui quondā in tempore prosperitatis astabant, tandem tēpore aduersitatis recedunt. Vnde Iob.13. Abominati sunt me quondam consiliarii mei, & quem maxime diligebam, aduersatus est mihi. Item dico, ꝙ egeni subeunt,& habent suum quondam, quia.s.de pauperibus egenis quando veniunt ad gloriam,& prosperitatē temporalem vel æternam, possunt alii recordari quō quondam habuerunt miseriam in hoc mūdo. Vnde de quolibet tali potest dici illud Ezec.26. In die qua terra deserta fuerit exculta, q̄ quōdā erat desolata in oculis oīs viatoris, dicēt. Terra inculta facta ē vt hortus voluptatis. Sufficit. Vide vbi olim. A

Quoniam. Nota, ꝙ quoniā videtur significare idē quod quia, seu propter hoc ꝙ, cum quadam assertione. Et quia quoniam est valde generale vocabulū, & quandoque videtur esse coniunctio causalis, & quandoq; aduerbium affirmandi, notabimus quòd sicut de multis aliis dixi, istud quandoque dicitur

De summo creatore.
De iusto viatore.
De vano peccatore.
De mundo nugatore.
De hoste deceptore.

¶Primo ergo dicamus de qm̄, ꝙ refertur ad Deum. Si. n. accipitur affirmatiuè, constat, ꝙ Deus summe ē certus, firmus,& verus. Si vero sumitur causaliter, constat quòd est causa prima,& omniū rex & summus. psal. Quoniam Deus magnus dominus.& rex magnus super omnes Deos.& Rom.11. dicitur sic. Quoniam ex ipso & in ipso & per ipsum sunt omnia.& 1.Ioan.5. Quoniam Christus est veritas. Notabimus igitur Deum super omnia diligendum, esse, scilicet propter suam

Potestatem inuincibilem.
Maiestatem venerabilem.
Charitatem admirabilem.
Aequitatem formidabilem.
Veritatem infallibilem.
Bonitatem diffusibilem.

¶Igitur dicamus de Dei potestate inuincibili, quā debemus timere, quia certe ipse pōt dici potentissimus, qm̄ superat præsidentes, vulnerat sibi resistentes, liberat pressos & egentes, roborat in se confidentes. Igitur dico, ꝙ habet potestatē inuincibilem, quoniam superat omnes excellentes seu etiā præsidentes. Vnde in psal. Quoniam excelsus dominus terribilis rex magnus super terram. Item, quoniam vulnerat seu lacerat sibi resistentes seu in se delinquentes. psal. Quoniam veritatem requiret dominus & retribuet abundanter facientibus superbiam. Item quoniam liberat pressos, & egentes. psal. Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum. Et alibi. Qm̄ tu populū humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis. Item qm̄ roborat in se confidentes psal. Qm̄ quis Deus præter dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum? Deus qui præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti omnes insurgentes in me subtus me. Habet ergo Deus potestatem inuincibilem.¶Item Deus habet maiestatem honorabilem. B vnde Thobia 13. Quoniam ostendit maiestatem suam. Et nota, quòd maiestas eius consistit,& apparet quoniam

Aeternus immortalis.
Supernus atque regalis.
Vnicus & specialis.
Publicus & fame vocalis.

Et sic, dico dominus sublimis,& magnificæ maiestatis, quoniā est immortalis existentiæ. Et ideo de Deo, seu de sapientia increata dicitur Sapi.8. Hoc cogitans in corde meo, quoniam immortalis est sapiētia, circuibam quęrens vt mihi illam assumerē.

Item

Item qm̃ est imperialis excellentiæ. Oĩa.n.sibi obedire,& ser
uire tenentur.vnde illud psal.Qm̃ rex oĩs terræ Deus, psalli-
te sapienter.Et alibi.Qm̃ excelsus dominus, & humilia respi
cit &c.Et iterum.Quoniam oĩa seruiunt tibi.& Sap. 10.Qm̃
oĩum potentior est.Item qm̃ est specialis præeminentiæ, qa
.s.iste solus & vnicus est Deus.vnde sibi dr̃ Eccl.36. Qm̃ non
est Deus præter te.Ipse ẽt dicit Esa.45. Qm̃ absq; me non est
Deus.& 46.Quoniam ego sum Deus. Itẽ qm̃ est virtualis seu
etiam popularis redolentiæ,hoc est dictu magnæ,& glorio-
sæ laudis,& famæ.psal.Qm̃ magna est gloria domini.Et 2. Pa
ral.7.Laudate dominum quoniam bonus.& 2.Parali.37 Lau
dabo te inquit omnibus diebus vitæ meæ, qm̃ te laudat oĩs
virtus. vt de nomine, & fama magnificẽtiæ suæ dicatur illud
Esa.14.Memento te qm̃ excelsum est nomen eius,cãtate dño
quoniam magnificè facit.& illud psal. Confiteantur nomini
tuo magno qm̃ terribile & sanctum est.Habet igitur maiesta
C tem honorabilem.¶ Item Deus habet charitatem admirabi
lem seu etiam inæstimabilem. Mirabilem.n.charitatem ostẽ-
dit Deus erga nos in multis,videlicet quoniam amorẽ anti-
cipauit,apud nos huc declinauit, in mundo pauper intrauit
seu natauit,pro nobis in cruce luctauit, seu etiam in mortẽ
se strauit.Dic ergo,ꝙ Dei charitas apparuit quoniam amore
fuit præueniens,& ideo bene dicitur. 1.Ioan.4.In hoc est cha
ritas,non quasi nos dilexerimus Deum,sed quoniã ipse prior
dilexerit nos,& Sapien.7.dicitur.Quoniam antecedebat me
ista sapientia.Item quoniam huc venit carnẽ accipiens. Vn-
de 1.Ioan.4.In hoc apparuit charitas Dei in nobis,quoniam
filium suum vnigenitum misit in mundum, vt viuamus per
eum.Et ibidem.Et nos vidimus, & testificamur quoniam pa
ter misit filium suum saluatorem mundi. Item quoniam hic
vixit pauper & sitiens.vnde 2.Corinth.8. Quoniam propter
nos egenus factus ẽ. Ita ꝙ etiam ipse humano generi potuit
dicere illud psal.Quoniam ꝓp te sustinui opprobrium,ope-
ruit confusio faciem meam.Item quoniam pro nobis pugna
bit moriens,s. in cruce pro redemptione nostra. Vnde 1.Io.
3.Quoniam ille ꝓ nobis animam suam posuit.& Act.8. Qm̃
tolletur de terra vita eius. Patet igitur,ꝙ Deus habet chari-
tatem admirabilem &c. ¶ Item Deus habet æquitatem infle
D xibilem,seu feritatem aut seueritatem formidabilem, quod
.s.fiet in iudicio qñ iudicabit orbem,iuxta illud psal.Quoniã
Deus iudex est.& 1.Thessa.4.Quoniam vindex est dominus.
& illud Ecclesiast.8. Quoniam,quod iustum est iudicat.Et sic
nota,quod iste iustus est & seuerus,quoniam

Hic odit omne peruersum.
Hic amat omne conuersum.
Hic leuat omne subuersum.
Hic ligat omne diuersum.

Igitur iustus est,
quoniam peruer
sa solet corrige-
re in hoc.n.appa
ret iustitia Dei.s in punitione malorum. Vnde in psal.super
peccatores loquens,Pluet ignis sulphur,& spiritus procella
rum pars calicis eorum:quoniã iustus dominus, & iustitias
dilexerit,æquitatem vidit vultus eius.Vt de ipsius iustitia ri-
gorosa dicatur illud Iudith.11.Quoniam iratus est eis Deus.
Item iustus est,quoniam conuersa solet diligere.Iustitia.n.di
uina bonos diligit,ipsosque secũdum merita sua remunerat,
& extollit,iuxta illud psa.Plantati in domo domini, in atriis
domus Dei nostri florebunt. Sequitur. Quoniam rectus do-
minus Deus noster,& nõ est iniquitas in eo.Item dico,quòd
iustus est, quoniam subuersa solet erigere,quia certe ad Dei
iustitiam pertinet iniustè pressos,& miseros subditos, & in-
nocentes reuelare.Vnde mundi tyrannis opprimentibus dr̃
in psal.Quoniam dominus in generatione iusta est, consiliũ
inopis confudistis,quoniam dominus spes eius est.Vt & sibi
dicat quilibet illud psal. Quoniam tu populum humilem sal
uum facies,& oculos superborũ humiliabis. Item iustus est,
quoniam diuersos solet coniungere. Quia re uera Dei iusti-
tia magis quãdoque inclinatur ad pacem, & æquitatem quã
ad duritiam,& seueritatem.vnde in psa.Quoniam loquetur
dominus pacem in plebẽ suam,& super sanctos suos &c.Se-
quitur misericordia, & veritas obuiauerunt sibi iustitia, &
pax osculatę sunt.Veritas de terra orta est,& iustitia de cœlo
prospexit. Patet igitur, ꝙ Deus seu dominus quoniã habet
æquitatem inflexibilem,seu etiam seueritatem formidabilẽ.
E ¶Item nostra prima causa quoniam.i.dominus Deus noster
habet veritatem scientię,& sapientię summam,& ineffabilẽ.
1.Ioan.5.Quoniam Christus est veritas.Et sic notabo, ꝙ iste
quoniam lucet interius omnia cognoscendo, nitet exterius
omnia prouidẽdo, fulget superius oĩa gubernando, splẽdet
inferius omnia reuelando.Quia pro certo charissimi veritas
diuina primum facit sua interiori sapientia. Secundum facit
sua exteriori prouidentia;Sed tertium sua superiori eminen
tia.Quartum vero sua inferiori influentia.Spectat interius ꝑ
sapientiam cuncta signacula. Tractat exterius per prouiden
tiam rerum opuscula. Regit superius per eminentiam cœli
pinnacula.Agit inferius per influentiam vitæ spiracula.¶ Igi
tur dicamus,ꝙ Deus habet veritatem certam æternam,& in
finitam,quoniam hic lucet interius, & hoc facit sua inobfu-
scabilis sapientia,quæ.s.omnia & singula nouit, bona scilicet
atque mala,sicut enim dicitur in psal. Quoniam nouit domi
nus viam iustorum,& iter impiorum peribit &c.Vt sic de lu
ce inaccessibili sapientiæ suæ dicatur illud 1.Ioan.1. Quoniã
lux dominus est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.Et Sapien.8.
Super salutem & speciem dilexi eam,& ꝓposui pro luce ha-
bere illam,s.sapientiam,quoniam inextinguibile est lumẽ il-
lius.& Ecclesiastici 15.dicitur. Quoniam perfecta est à Deo
sapientia.& iterum.Quoniam multa est sapientia Dei. Item
qm̃ hic nitet exterius, & hoc facit sua indefectibilis prouidẽ
tia, quia.s.iste de cunctis generaliter gerit curam, sicut Sap.
6.dicitur.Quoniam pusillum,& magnũ ipse fecit, & æquali-
ter est ei cura de oĩbus.Bene ergo dr̃.1.Pet.5.Omnem sollici
tudinẽ vestrã proijcientes in eũ qm̃ ipsi cura est de vobis.Itẽ
quoniam hic fulget superius,& hoc facit sua valde mirabilis
efficacia, illa.s.quã motus,virtutes & ordines rerũ naturãliũ
ipse regit,superiorum.s.& inferiorum. vnde de ipso dr̃ Eccl.
11.Qm̃ mirabilia opera altissimi.Itẽ quoniã hic splendet in-
ferius,& hoc facit sua inextimabilis influentia, quia.s.ipse so
let gratiam influere,& secreta spircula reuelare.vnde sibi dr̃
in psal.Qm̃ tu illuminas lucernam meam dñe Deus meus, il
lumina tenebras meas. Patet ergo qũo Deus habet veritatẽ F
infallibilem.¶Item Deus habet bonitatem diffusibilem,quia
pro certo bonitas istius quoniam,i.istius primæ causæ influẽ
do per omnia se diffundit. Et sic nota quoniam ipse est bo-
nus,iuxta illud psal. Confitemini domino, quoniam bonus,
quoniam in seculum misericordia eius. Quoniam hic

Agit suauiter.
Audit faciliter.
Parcit benigniter.
Saluat vtiliter.
Seruat veraciter.
Iuuat viriliter.
Amat stabiliter.
Ditat fertiliter.
Ornat nobiliter.
Potat prædulciter.
Saluat perenniter.

Dicam ergo,quoniam hic agit
suauiter, quia re vera in omni-
bus factis suis suauis est domi-
nus. & alibi Psallite nomini ei⁹
quoniam suaue est. Itẽ hic au-
dit faciliter,quia.s.preces deuo
torum, & humiliũ libẽter exau
dit psal. Qm̃ ad te orabo domi
ne mane exaudies vocẽ meam.
Et alibi. Qm̃ exaudiuit paupe-
res dominus, & vinctos suos
non despexit.& iterum.Confitebor tibi domine quoniã ex-
audisti me,& factus es mihi in salutem. Item quoniã hic par
cit benigniter.Vnde in psal.Quoniã confirmata est super nos
misericordia eius. & alibi quoniã melior ẽ misericordia tua
super vitas.& Eccl.2.dicitur sic. Quoniã pius,& misericors
est Deus,& remittet in die tribulationis peccata.Item quo-
niam hic saluat vtiliter.s.à periculis spiritualibus, temporali
bus,& æternis liberando.Et sic dicitur in psal.Saluum me
fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad aĩam meam.
Et alibi.Quoniam Deus saluam faciet à persequentibus ani-
mam meam.Item qm̃ hic seruat veraciter,seu etiam tutat fi-
deliter. Vnde in psal. Quoniam a dextris est mihi dominus,
ne cõmouear.Et alibi.Quoniam tu es protector meus. Item
quoniam hic iuuat viriliter.psal.Quoniam tu domine adiu-
uisti me,& consolatus es me.& Iudith.5.Quoniam Deus eo
rum defendet illos.Item quoniam hic amat stabiliter. Nõ.n.
recedit ab homine nisi homo primitus derelinquat eum.p̃s.
Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala
qm̃ tu mecum es.& Hier.30.Requiescet inquit, & cunctis af
fluet bonis, & non erit quem formidet quoniam ego tecum
sum,dicit dominus,vt saluem te Item quoniã hic ditat ferti
liter.s.bonis gratiæ fortunæ,& glorię Sap.1.Qm̃ spiritus do
mini repleuit orbem terrarum. Item quoniam hic ornat no
biliter.s.corona,& dignitate tẽporali,de lapide precioso.p̃s.
Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis,po
suisti in capite eius coronam de lapide præcioso. Itẽ quoniã
hic

hic potat prædulciter.s.fonte gloriæ paradisi.psa. Quoniam apud te est fons vitę,& in lumine tuo videbimus lumē. Itē quoniam hic saluat perenniter quia scilicet sicut dr̄ in ps. Quoniam illic mandauit dominus benedictionem,& vitā vsque in seculum.Patet igitur ꝙ quoniā refertur ad deum. Et hoc est primū principale.¶ Secundo principaliter dico G ꝙ ista causalis coniunctio quoniam,aliquando pertinet ad iustum.Constat.n.ꝙ omnes virtutes quæ sunt in viro iusto & perfecto,possunt affirmari& allegari per quoniā.Et ideo si quæritur quæ sunt merita vel virtutes propter quæ vir iustus à domino finaliter præmiatur,(iuxta illud Tho.2 Qm̄ inquit filij sanctorum sumus, & vitā illam expectamus quā Deus daturus est illis qui fidem suam nunquam mutant ab eo.)certe potest breuiter responderi quoniam hic est

Innocens sine malitia.
Præpotens plenus constantia.
Exultans sana lætitia.
Meditans dei iudicia.
Metuens summa fastigia.
Tribuens pia suffragia.
Respuens facta crudelia.
Intuens legis iudicia.
Detestans vitę curricula.
Contestans vitæ fluxibunda.
Clamitans mundi pericula.
Cogitans mortis vestibula.
Recitans culpæ piacula.
Actitans pacis oracula.
Flagitans Dei iuuamina.
Rogitans Dei solatia.
Agitans spei volumina.
Prædicans verba prudentiæ.
Iudicaus leges iustitiæ.
Abdicans fastum scientiæ.
Duplicans nexus concordiæ.
Vendicans mercedem gloriæ, seu carens ignauia.

Igitur dicamus de iusto qualiter à Deo vel à domino diligitur & tuetur multiplici ratione. Et hoc certe quoniam hic est innocens sine malitia,vt.s.dicat illud 1.Regum.24. Quoniam non est in manu mea malū. & illud psal. Quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in domino sperans non infirmabor. Item qm̄ hic est præ potens carens ignauia,quia.s.virilis & virtuosus. & ideo iste proprie dr̄ vir, à virtute.3. Reg. 17. Cognoui qm̄ vir Dei es tu.Vir.n.dr̄ á virtute,quia.s.sicut dicitur 2.Esdræ.8. Qm̄ virtus erat cum eis.1. cum viris perfectis & iustis vt.s.ipsi domino dicat quilibet illud psal.Quoniam gloria virtutis eorum tu es. Item quoniam hic est exultans sana lætitia.Iusti.n.semper gaudent & exultant in domino. 1.Esdræ. 6. Fecerunt solēnitatem azimorū septem diebus quoniam lętificauerat eos dominus.Itē quoniam hic est meditans Dei iudicia,vt dicat.s.illud psa. Quoniam oīa iudicia eius in conspectu meo,& iustitias eius nō repuli à me.Item quoniam hic est metuens summa fastigia .s.Dei potentiam & sanctorum . vnde de Iudith dr̄ Iudit.8. ꝙ hęc erat in omnibus famosissima,quoniam timebat dominum valde,& non erat qui loqueretur de illa verbū malum.Et merito certe.Quoniam(vt Eccl.23. dr̄)nihil melius quam timor domini.Et in ps.Timete dominum omnes sancti eius,quoniam non est inopia timentibus eum.Item quoniam hic est tribuens pia suffragia,s.egenis, quibus.s.libenter eleemosynam impartitur.& merito,quia certe sicut dr̄ Thob.4.Quoniam eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat,& non patitur animas ire in tenebras . Item quoniam hic est respuens vti sæuitia.Quia re uera iusti non solēt in alios crudeliter insanire, sed erga omnes se gerere benigniter & moleste,dicentes.s.illud Iudith.11. Quoniā ego nunquam nocui virum qui voluit obedire.Item qm̄ hic est intuens legis iudicia,hoc est dictu,mandata Dei,quæ.s.nobis indicuntur & iniunguntur in diuina scriptura.psa.Quoniam mandata tua elegi. Quoniam iustitias tuas exquisiui. Item qm̄ hic est detestans vitæ curricula,s.vtilitatem ,ppriæ conditionis.vnde in psa.de iusto potest dici illud ps.Recordatus est quoniam puluis sumus,homo sicut fęnū dies eius sicut flos agri.Item quoniam hic est contestans vitæ fluxibūda.psal.Quoniam spiritus ptransibit in illo,& non subsistet & non cognoscet amplius locum suum. Item quoniam hic est clamitans mūdi pericula,& hoc est dictu, tribulationes mundi.psa.Saluum me fac Deus,quoniam intrauerūt aquę vsque ad animam meam.Sequitur.Quoniam tribulor velociter exaudi me.Constans.n. ꝙ iusti sunt in hoc mundo in tribulatione,tentatione & pœna.psa. Quoniā probasti nos Deus,igne nos examinasti sicut examinatur argentum,vt.s. de mundi miseria & penuria dicatur illud Psa. Quoniā aduena sum apud te,& peregrinus.Et iterum.Quoniam egenus & pauper sum ego.Item quoniam hic est cogitans mortis obstacula seu vestibula,dicés.s.illud psa .Qm̄ superuenit mansuetudo,& corripiemur.Vnde Eccles.14. Memor esto qm̄ mors non tardabit.& Eccl.s Quoniam omnes in corruptione sumus,& in psa Quoniā defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Item quoniam hic est recitās culpæ piacula . Ad iustum.n. pertinet recognoscere culpā suā. psal. Qm̄ iniquitatem meam ego cognosco,&peccatū meū contra me est semp.Et alibi. Qm̄ iniquitatem meam annunciabo,& cogitabo pro peccato meo.Itē quoniā hic est actitans pacis oracula. Ad iustū enim pertinet seruare,tractare & seminare pacē.psalm.Quoniam loquetur pacem in plebem suam,[& super sanctos suos. Itē Quoniam hic est flagitans dei iuuamina.Ad iustū enim pertinet dei auxilium flagitare dicendo.s.cum psalm. Qm̄ tu protector noster es. & iterū:Ne discesseris a me,Quoniam tribulatio proxima est,& nō est qui adiuuet.supple ,nisi tu.Item qm̄ hic est rogitans dei solamina.Solamina dico,mala repellēdo,& solamina,bona conferēdo & adhidēdo.psal.Quoniā tu domine adiuuisti me,& consolatus e s me.Item quoniam hic est agitans spei volumina.Ad iustū enim pertinet in deo sperare,& spem suam habere in deo multipliciter allegare.Exēpla Dauid, qui dicebat in psal. Miserere mei deus,miserere mei quonā in te confidit anima mea,& in vmbra alarū tuarum superabo.& alibi . Qm̄ tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuū . Et iterum. Qm̄ dn̄s spes eius est.Vnde etiam dominus cuilibet tali dicit.Esa.44. Quoniā seruus meus es tu,quoniam redemi te.Item dico ꝙ iustus apud Deum & homines est venerandus,quoniā hic est prædicans verba prudentiæ.Ad iustum enim pertinet verba bona & vtilia & prudentia dicere & docere.Vnde sapiētia dicit Prouer.18.Audite me,quouiam de rebus magnis locuturus sum,& aperientur labia mea vt recta prædicent . Item qm̄ hic est iudicaus leges iustitiæ.Iustus.n.dicitur , eo ꝙ de se & de proximo iuste iudicare probatur.Eccles.8. Quoniā quod iustum est iudicat.Vnde ipse dicit.1.ad Corint.6. Ne scitis quoniam Angelos iudicabimus.Item quoniam hic est abdicans fastum scientiæ.Iusto enim sufficit scire quæ pertinent ad salutem,nec in litteris gloriatur . psal. Qm̄ non cognouit litteraturā, introibo in potentias domini.Item qm̄ hic est duplicans nexus concordiæ,quia.s.ad iustum spectat discordes inuicem concordare.Vnde ipse allegat & dicit illud.1.ad Corint.10.Quoniam vnum corpus sumus in Christo.Iusti.n.per charitatem omnes amant,iuxta illud Apostoli ad Roma.15.Quoniam & ipsi pleni estis dilectione.Et iō omnes alios amant,inuicem conciliant & concordant. Itē quoniam hic est vendicans mercedem gloriæ, quia.s.iustus post tot & tanta dona virtutum vendicat & acquirit gloriā paradisi.Vnde breuiter de iustis dr̄ Matth. 5. Beati q lugēt quoniam ipsi consolabuntur.Beati mites , qm̄ ipsi possidebunt terram.Beati qui esuriunt & sitiunt,quoniam ipsi saturabuntur.Beati misericordes,quoniam ipsi misericordiam consequuntur.Beati mundo corde,quoniam ipsi Deum videbunt.Beati pacifici,qm̄ filij Dei vocabuntur. Beati qui ꝑsecutionem patiuntur propter iustitiam , & beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cęlorum.Et sic igitur patet quomodo quoniam multis modis pertinet ad iustū. ¶Tertiò principaliter dico ꝙ qm̄ aliquādo refertur ad stultum.Constat enim ꝙ sicut iusti bonitas multorum est causa bonorum,sic stulti & impij multiplex prauitas multorum est causa malorum.Igitur dicam ꝙ peccator prædicatur & affirmatur per quoniam,quantum ad præsentem fęlicitatē, qua nitet floridus.Ingentem iniquitatē qua fętet putridus. Sequentē aduersitatē,qua stupet turbidus.¶ Igit dicamus ꝙ qm̄ affirmat seu allegat de præsenti stultorum prosperitate. H Et sic nota ꝙ per quoniam affirmatur ꝙ isti præ cæteris.

Florent rerum muneribus.
Gaudent famę fauoribus.
Fulgent magnis honoribus.
Feruent diris furoribus.
Sonant altis sermonibus.
Sperant vanis flaminibus.
Arent citis fluminibus.

Igitur dico ꝙ mali in hoc mūdo præ cæteris florent magnis diuitijs . Psalm. Qm̄ ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt

runt diuitias. Item præ cæteris gaudent famæ blanditijs. psal. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & ini quus benedicitur. Item præ cæteris fulgent altis in solijs. i. in dignitatibus & honoribus præcellunt. psal. Qm̃ dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. Item præ cæteris feruent duris sæuitijs seu superbijs, s. bona aliorum rapiendo & occupando. Thren. 1. Quoniam erectus est inimicus, manum suã misit hostis ad omnia desiderabilia. Item præ cęteris tonãt altis iactantijs. psal. Quoniam ecce inimici tui sonuerũt, & qui oderunt te extulerunt caput. Item præ cæteris sperant vanis lætitijs. Sapien. 5. Spes impij tanquam lanugo, quæ à vento tollitur. Item præ cæteris arent citis molestijs, quia. s. prosperitas istorum cito tendit ad nihilum. psal. Quoniam tanquam fenum velociter arescent, & quemadmodum olera cito decident. Vnde de diuite dicitur in psal. Quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Affirmat ergo quoniam de pręsenti malorum prosperitate. ¶ Deinde dico ꝙ quoniam allegat de ingenti malorum peruersitate. Et sic certe nota quòd peccator fugiendus est & vitandus & puniendus, quoniam

Obstat obuius diuinæ voluntati.
Fallit cautius, seque dat falsitati.
Fauet deuius suæ fatuitati.
Obstat varius synceræ veritati.
Subest sępius linguę mordacitati.
Fauet dulcius falsæ loquacitati.
Claudit iustius portam sagacitati.
Rite impius non credit deitati.
Obest durius hospitum charitati.
Adest promptius superbæ diuinitati, seu
Obstat pertinacius diuinitati.
Hic attentius vacat ebrietati.
Cedit turpius virtutum claritati.
Se dat latius mundi prosperitati.
Hic iniustius repugnat æquitati.
Hic obnoxius studet carnalitati.
Iste sæuius vacat crudelitati.
Nequam socius obuiat vnitati.

Igitur si quæras quare peccator odibilis est Deo & hominibus iuxta illud Eccl. 12. Quoniam altissim⁹ odio habet peccatores, i. quoniam peccatores odio sũt altissimo, certe potest reddi causa & allegari p quonia. Et vt omnes allegationes melius concurrant ad propositum, supponamus ꝙ qm̃ fuit peccator maximus, omnibus vitijs valde plenus vt. s. generaliter de qm̃. i. de peccatore dicatr̃, qm̃ obstat obuius diuinę voluntati. Vnde Micheæ 2. Qm̃ contra Deum est manus eorum. Et ideo de rebellione peccatoris dr̃ Nume. 15. Qm̃ inqt aduersus dñm rebellis fuit, peribit de populo suo. Vt sic de cõitate rebellium, discordium & malorum dicatr̃ illud. 1. Esdræ 4. Scies inquit qm̃ vrbs illa vrbs rebellis est, & nocens regibus, & bella concitans. Item qm̃ fallit cautius, seque dat falsitati. decipit. n. & fraudat alios quantum põt. Vnde de abner fuit dictum Dauid 2. Regũ. 3. Quare inquit dimisisti abner ignorans qm̃ ad hoc venit vt deciperet te? Et 3. Reg. 20. dixit rex Israel de rege Syriæ. Videte qm̃ insidietur nobis. Item qm̃ fauet deuius suæ fatuitati. Et sic de Nabal dictum est 2. Reg. 25. Qm̃ ẜm nomẽ stultus est. Item qm̃ obstat varius stabili veritati. psal. Qm̃ diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Et alibi. Qm̃ non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est. Item qm̃ subest sæpius linguę mordacitati hoc est dictu, vitio detractionis & murmurationis. Vnde de talibus dicunt alij illud psal. Qm̃ circundederunt me canes multi, consilium malignantiũ obsedit me. & illud. Qm̃ audiui vituperationem multorum commorãtium in circuitu. Itẽ qm̃ fauet dulci⁹ falsę loquacitati. s. adulando & per verba falsa decipiendo. psal. Qm̃ mihi quidem pacifice loquebantur, & in iracundia terræ loquẽtes dolos cogitabant. Item qm̃ claudit inscius portam sagacitati. Peccator. n. de sapientia & prudentia nihil curat. Vnde Sapi. 1. Qm̃ in maliuolam animam non introibit sapientia. Itẽ quoniam rite impius nõ credit deitati. Vnde Sap. 15. dr̃ sic. Quoniam ignorauit eum qui se finxit &c. Et ibidem dr̃ de idololatra. Quoniam res superuacuas fingit. Item qm̃ obest durius hospitum charitati, quia. s. peccator non libenter recipit hospites titulo charitatis, sicut de sodomitis à Deo submersis dicitur Sapien. 19. Quoniam inuiti recipiebant extraneos. sicut. n. dr̃ Matth. 24. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Item quoniam adest prõptius superbæ vanitati. i. se contra dominum erigendo, & de se plus debitè præsumendo. Vnde Eccl. 10. Initium superbiæ hominis est apostatare à Deo, quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor eius. Item qm̃ hic attentius vacat ebrietati vel gulositati. Esa. 34. Quoniam inebriatus est. Itẽ quoniam cedit turpius virtutum claritati. hoc est dictu, claræ conuersationi & honestę. Esa. 13. Quoniam stellę non expẽdẽt lumen suum. Item quoniam se dat latius mundi prosperitati. psa. Anima ipsius benedicetur. Benedictionem. n. & prosperitatem mundi diligunt, diuinam autem gratiam & benedictionem spernunt. Hie. 17. Qm̃ dereliquerunt fontem aquarũ viuentium dñm. Item qm̃ hic iniustius repugnat ęquitati. Mali. n. iustitiam non faciunt, sed impugnant. Amos. 6. Qm̃ conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructus iustitiæ in absynthium. ita ꝙ alij dicere possunt iniustis illud. 1. Mach. 2. Qm̃ iniuste perditis nos. Item qm̃ hic feruentius studet carnalitati seu luxuriæ voluptati. 2. Cor. 11. Qm̃ multi gloriantur ẜm carnẽm. & tamen Rom. 8. dr̃. Qm̃ sapientia carnis inimica est Deo, quia sicut dr̃. Gal. 6. Quoniam q seminat in carne, de carne metet & corruptionem. Itẽ quoniam iste sæuius vacat crudelitati, simplices. s. persequẽdo, dicens. s. illud Gala. 1. Quoniam supra mundum persequebar ecclesiam Dei. Vt sic de eis dicant oppressi illud psalm. Quoniam persecuti sunt me gratis. Item quoniam nequam socius repugnat vnitati, quia. s. peccatores pacem & vnitatem non amant, sed ipsam destruunt & impugnant. Act. 17. Qm̃ hi sunt qui orbem concitant & hoc ad hoc venerunt. ita ꝙ de talibus discordibus põt dicere simplex hõ illud qd dr̃ in psal. Qm̃ cum his qui oderunt pacẽ, erã pacificus. &c. Sic igitur patet quomodo per quoniam affirmatur de ingẽti malorum peruersitate. Et si quęris quare fugiendi & contemnendi sunt certe responderi potest sic, quoniam

Hi priuabuntur gazis & epulis.
Hi frustrabuntur fauorum fabulis.
Spoliabuntur bonorum titulis.
Morti dabuntur in mortis angulis.
Alligabuntur æternis vinculis.
Lacerabuntur subitis iaculis.
Satiabuntur amaris poculis.
Cruciabuntur ignitis faculis.

¶ Dico primo quoniam hi priuabuntur gazis & epulis. de quo vide in proprijs titulis & in tabula. Item quoniam hi frustrabuntur fauorum fabulis, quia fauor adulationis & popularis laudis & famę, cum talibus non descendet. psal. Quoniam Deus dissipabit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Item quoniam spoliabuntur bonorum titulis, quia. s. mali quanto plus hic honorati fuerint tanto grauabuntur alibi confusione maiori Sap. 6. Quoniam iudicium durissimum fiet his qui præsunt. Item quoniam morti dabuntur in mortis angulis. secundo Regum. 12. Viuit dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc. Item quoniam alligabuntur æternis vinculis, . s. in carcere infernali. Vnde Ecclesiastici 9. dicitur peccatori. Scito inquit quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis. Item quoniam lacerabuntur subitis iaculis. Hie. 14. Gladio & fame & peste cõsumã eos. Iob 19. Qm̃ vltor iniquitatum gladius est. Quod vero ista subito cõtingant eis, patet Proue. 24. vbi dr̃. Qm̃ inqt repente consurget perditio eorum. & Es. 30. Qm̃ subito, dũ non speratur, veniet contritio eius. Item quoniam satiabuntur amaris poculis. Vnde anima dãnata potest dicere illud Threno. 1. Vide domine quoniam tribulor conturbatus est venter meus, subuersum est cor meum in memetipsa, amaritudine plena sum. Itẽ quoniã cruciabunt ignis faculis. psal. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, pars calicis eorum, quoniam iustus dominus. patet igit̃ quomodo qm̃ diuersimodè dicitur de peccatore, de iusto, & de Deo &c.

Quoque.

Nota quòd quoque quandoque sumitur pro vero seu certe, quandoque sumitur pro etiam sic est tamen quòd semper sumitur affirmatiuè & assertiuè, seu adiectiuè, seu adiunctiuè. Igitur dicamus ꝙ ista dictio quoque refertur scilicet ad Deum, ad iustum, ad impium. ¶ Primo dico ꝙ quoque refertur ad Deum. Deus. n. asserit & affirmat, cum sit veritas. Addit quoque multiplicat, cum sit bonitas. Et sic dicam ꝙ iste quoque

Vera prædicat.
Magna fabricat.
Iustè iudicat.

Vera dico prædicat, nos instruendo Esai. 42. Noua quoq; annuncio, & antequam

Durè vindicat.
Piè se applicat, seu communicat.

tequam oriantur, audita vobis faciam. Itē magna fabricat cuncta creãdo. Esa. 48. Manus quoq; mea fundauit terram. & Iob. 36. dr̄ de ipso. Ecce inquit Deus magnus, & vincens scientiam nostrã. Sequitur. Si voluerit extendere nubes quasi tentoriũ suum, & fulgurare lumine suo desuper, cardines quoq; maris operiet. Item iustè iudicat, iustos corrigendo, quia. s. Deus suos quoq; qñ peccant punire solet. vnde Iob. 33. dr̄ qđ Deus vt auertat hoiem ab his, quæ fecit, & qui liberet ipsum à superbia, & vitam illius vt non transeat in gladiũ, increpat quoq; per dolorē in lectulo. Sap. 12. etiam dr̄, ꝙ Deus & bonos, & iustos aliquotiens punit, & hoc quoq; iustè, quãuis cãm suæ iustitiæ ignoremus. Vñ ibidē dr̄. Ipsum quoq; ò pater qui non debet puniri, cõdemnas, & exterũ iudicas à tua virtute. Itē durè vindicat malos puniendo. Et sic dñs dicit impiis illud Prouer. 1. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis id quod timebatis aduenerit. Itē piè applicat seu se cõicat, sua tribuendo, & se bonis per gratiam, & gloriam diffundendo. vt de cõmunicatione gratiæ intelligi possit illud Leuit. 26. Ego quoque visitabo vos. De cõcessione quoq; gloriæ dicatur illud Zach. 9. Hodie quoq; annuncians duplicia reddam tibi. Duplicia. n. dicũtur bona gloriæ, propter duplicem stolam quæ beatis datur, aïæ. s. & corporis. Sic igitur patet qũo quoq; ptinet ad Deum. ¶Scdò dico, ꝙ quoq; aliquando refertur ad
B iustum. Iustus enim assertiuus est, & affirmatiuus per veritatem. Additiuus vero, & aggregatiuus, scilicet bonorũ operum, & virtutum multiplicitatem per continuam charitatē, & per profectum, & incessabilem bonitatem. Et sic ergo nota, ꝙ iustus habet multiplex quoque .i. multiplicem cumulationem, & aggregationem virtutum. Iustus. n. cõsideratur, quantum ad quatuor status suos, scilicet quantum ad

Naturam.
Fortunam.
Gratiam.
Gloriam.

Quantum ad naturam se clamat fragilem, & ruinosum. Et sic dicit Iob 33. Ecce & me sicut te fecit Deus, & de eodem luto ego quoq; formatus sum. Quãtum ad fortunam se dicit flebilem, & dolorosum, & sic dicit Iob 23. c. Nunc quoq; in amaritudine est sermo meus, & dolor plagę meæ aggrauatus est super gemitũ meũ. Quia. s. iusti in hoc mundo tristē partē fortunę. s. mũdi tribulationes sibi vendicant, lętam vero fortunę partem, s. mundi consolationes spernunt & abdicant, dicentes. s. illud Eccl. 2. Dixi ego in corde meo, vadam & affluam delicijs, & fruar bonis, & vidi ꝙ hoc quoque esset vanitas. Quantũ ad gratiam se monstrat vtilem & virtuosũ. Et sic potest dicere illud Eccl. 2. Supergressus sũ opibus omnes qui ante me fuerunt in Hierusalē, sapientia quoq; perseuerauit mecũ. Quãtũ ad gloriã, q̃. s. iusti post hanc miseriã consequũtur, & de futura securitate & gaudio põt dici illud Iob. 11. Miserię quoque obliuisceris, & habebis fiduciã proposita tibi spe, & defossus securus dormies, requiesces, & nõ erit qui te exterreat. His ergo quatuor præmissis, redeamus ad nostrum quoque .i. ad nostrum additamentum, & profectum, quo. s. iusti multis abũdant virtutibus in hac vita. Et sic dico, quòd nos possumus notare, quòd iustus, sicut probatur, per quoque

Clementiæ pollet dulcedine.
Iustitiæ viget acredine.
Munditiæ nitet albedine.
Prudentiæ viuit margine.
Decentiæ fulget imagine.
Pœnitentiæ dolet vredine.
Conscientiæ stat sanctitudine.
Famulari succedit ordine.
Exemplari præcedit lumine.
Supernali conscendit culmine.
Magistrali obedit sarcina.
Aduersali resistit machinæ.
Bona sua dat dicens hæccine.
Iudicia dat dicens sustine.
Suffragia summæ dat dominæ.

Igitur supponendo (si volumus) ꝙ dominus quoq; fuit, quidam sanctus, & perfectus hõ dicere possumus, ꝙ iste clementiæ pollet dulcedine. Iust⁹. n. clementer remittit offensas, iuxta illud 1. Machab. 13. Remittimus quoque ignorantias, & peccata vsq; in hodiernum diem. Vnde & fratres Ioseph, qui. s. erga eum multum deliquerant, ſm illud Genesi. 50. Nos quoq; oramus vt seruo Dei patri tuo remittas iniquitatem hanc. Item iste iustitiæ viget acredine. Iustus enim ſm diuersos casus, & tēpora quandoq; clementia, qñq; iustitia debet vti. Vnde Exod. 23. iniungitur iustitia rigoroso, dicendo sic. Pauperis quoque nõ misereberis in iudicio. Item iste munditiæ nitet albedine. Albedo enim puritatem castitatis, & munditiæ signat. vt de istis quoque dicatur illud Exod. 39. Fecerunt tunicas byssinas opere textili Aaron & filijs eius, fęminalia quoq; linea byssina &c. Byssus enim, & linum candorem castitatis signant, quæ. s. in parte fęmoraliũ plusquã alias apparet. Iste ēt candor figurat̄ in throno eburneo Salomonis, de quo scilicet dicitur. 2. Parali. 9. Fecit quoque rex solium eburneũ &c. Quia re vera ebur quod est candidum. i. castitatis candor, præcipue decet reges. i. oẽs in maiestatis solio præsidentes. Item iste quoque prudentiæ viuit, in margine. Iusti. n. sapientia, & prudentia fulgent, sicut de Dauid 1. Regum 18. dicitur. In oĩbus quoque viis suis Dauid prudenter agebat. & 3. Reg. 4. Dedit quoq; Deus sapientiam Salomoni. ita vt quilibet talis dicat illud Eccles. 2. Sapientia quoque perseuerauit mecum. Item iste decentiæ fulget imagine, quia. s. iusti semper solent figura, & imagine bonæ conuersationis vestiri. quod scilicet satis figuratur. 3. Reg. 6. vbi dr̄, ꝙ Salomon domum quoque oraculi vestiuit auro. & ibidem. Texitquoq; cherubin auro. Iustus enim dicitur domus oraculi, q͂a libenter vacat orationi. Dicitur etiam cherubin, qui scilicet interpretatur plenitudo scientiæ quia libēter intendit scientiæ & lectioni. Talis ergo quoq; auro tegitur, inquantum scilicet splendore honestæ cõuersationis vestitur. Item iste quoque pœnitentiæ dolet vredine. Figuratur. s. in Salomone de quo dicitur, ꝙ ipse quoq; fecit mare fusile. Mare. n. amaritudinem contritionis signat, fusio vero diffusionem satisfactionis notat. Item iste quoque conscientiæ stat sanctitudine, quia. s. iusti corde perfecto, & sancta consciētia fulgent. Vnde conscientia viri sancti figuratur in sancto sanctorum, & etiam in medio atrii interioris, de quibus dr̄ 2. Paral. 3. Fecit quoq; Salomon domum sancti sanctorum. & c. 7. Sanctificauit quoque Salomon mediũ atrii ante templũ domini. Item iste quoq; famulari succedit ordine. Ad iustũ. n. spectat sequi, & famulari maioribus. Iosuæ. 3. Vos quoq; sequimini præcedentes. Figuratus Ezech. 10. vbi dicitur, quod eleuatis cherubina terra rotæ quoq; secutæ sunt. Itē iste quoque exemplari præcedit lumine. Iusti. n. bonis ipsos imitãdo, succedunt, alios in bona dando exempla, præcedunt. Vnde Iosuæ 4. Sacerdotes quoq; pergebant ante populum, & filii Rubem præcedebant armati. Item iste quoque supernali cõscēdit culmine, quia. s. iusti per cõtemplationē superius semper manent Iosuæ 10. vbi de Iosuæ dicitur sic. Ascendit quoque cum oĩ Israele de eglon in ebron. & Iudicum 1. Domus quoq; Ioseph ascendit in Bethel. vt. s. iste dicat illud Ezec. 3. Spiritus quoq; leuauit me, & assumpsit me. Item iste quoque magistrali obedit sarcine. iustus. n. suis obedit maioribus. Iosuæ 22. Mihi quoq; in oĩbus obedistis. Item iste quoq; aduersali resistit machinæ, quia re vera iustus temporalibus, & spiritualibus resistere solet hostibus, & alios debitè defendendo, & potissime pauperes, & depressos. vnde de Sangar dicit̄ Iudicum 3. Ipse quoq; defendit Israel. de Benaya vero dicit̄. 2. Reg. 23. ꝙ ipse percussit leonem in media cisterna in diebus niuis, ipse quoque percussit virum Aegyptium dignũ spectaculo. Item iste quoque dat bona sua, dicēs hæccine. q͂a . s. vir perfectus per elemosynam, & largitatem communicarē solet aliis bona sua: sicut. s. Bos suis messoribus præcipiebat, dicens. Ruth. 2. De manipulis quoq; vestris proiicite ex industria. supple vt Ruth possit recipere quod remansit. Ad quod facit illud. 3. Reg. 17. vbi dicitur, ꝙ corui quoque deferebant ei, s. Heliæ panem, & carnes mane, & vesperæ. Itē iste quoq; iudicia dat, dicens sustine. Prouerb. 18. Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat. Itē iste quoque suffragia dat summæ dominæ, videlicet virgini gloriosæ, quia. s. iustus apud ipsam tam pro se quã pro aliis, humiliter intercedit. Vnde Hester. 9. dicitur. Aman quoque surrexit vt rogaret Hester reginam pro aïa sua. Sic igitur patet quomodo istud additiuum, & affirmatiuum quoq; aliqñ refertur ad iustum, seu etiam quomodo quandoq; signat ex causis variis virum iustum. ¶Tertio vero principaliter dico, C
ꝙ quandoq; signat virum stultum. impius enim seu vir peccator, & stultus proprie quoque dicitur, quia mala malis cõtinuè addere, & accumulare dinoscitur. Et quia mendacia affirmare sæpius comprobatur, igitur nota, ꝙ in isto quoque .i. in peccatore addit & asseritur. Et hoc certe primo quan-

tum

tum ad pręsentia peccata.Secundo vero quantum ad futura & sequentia tormenta.Et primo dico ad peccata quibus imbuuntur.Et sic dico,ꝙ isti induuntur superbiæ fastu.Acuuntur malitiæ astu.Imbuuntur superfluæ pastu.Maculantur luxurię gestu.Exulantur scientiæ textu.De fastu.n.superbię patet.3.Reg.22. Fecit quoq; Sedechias filius Chanaam cornua ferrea,dicens.His ventilabis Syriam,donec deleas eā.De astu aūt seu astutia suæ malitiæ patet.1.Esdrę 4.vbi dicitur,ꝙ populus terræ volens impedire iudæos ab ædificatione Hierusalem,malitiosè conduxerunt aduersus eos consiliatores,vt destruerent consilium eorum . De pastu vero seu gulositate suæ gastrimargiæ patet Hester. 1. vbi dicitur, ꝙ in conuiuio Assueri vinū quoq;(vt magnificentia regia dignū erat)abundans,& præcipuum ponebatur.Sequitur.Vasthi quoq; regina fecit cōuiuium fœminarum.Et bene dicit fœminarum,qa .s.tales qui potibus,& conuiuiis vacant effœminati,& fęminę possunt dici. De tactu vero seu gestu suæ luxuriæ patet Ezech.23.vbi de Ooliba meretrice dr̄ sic.Denudauit quoq; fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam. De textu vero veræ scientiæ,qualiter.s.isti per ignorantiā exules facti sunt ab eadem,patet Esa.28.vbi dr̄.Hi quoq; præ vino nescierunt,& præ ebrietate errauerunt sacerdos , & propheta nescierunt præ ebrietate,absorpti sunt à vino. Et tñ scientia nō ignorantia figuraliter præcipitur.in scriptura.s.Deut.14. vbi dr̄.Vpupam quoq;,& vespertilionem nō comedetis, qa .s.istæ aues quæ de nocte volant,& tenebrosam ignorātiam signant,præsentia peccata quibus moderni quoq;.i. peccatores præsentialiter imbuuntur,demonstrant.Sed adhuc dico, ꝙ per quoq; afferuntur sequentia tormenta,quibus isti finaliter cruciantur.Et sic nota,ꝙ isti finaliter deuorandi dabūtur canibus.Detruncandi dabuntur ensibus. Captiuandi dabuntur hostibus.Molestandi dabuntur ictibus. Conburendi dabuntur ignibus.De canibus.i.demonibus infernalibus patet 4.Reg.9.vbi dr̄ sic. Iezabel quoq; comedent canes in cāpo Iezrael,nec erit qui sepeliat eam.De gladiis aūt seu de ensibus patet Esa.3.vbi syon peccatrici dicitur sic. Erit inquit,ꝓ suaui odore fœtor,& pro zona funiculus,& pro crispanti crine caluitium,& pro fascia pectorali cilicium.Pulchri quoq; tui gladio cadēt,& fortes tui in prœlio.De hostibus etiā qūo .s.dānati ab eis captiuabuntur,& carcerabuntur, patet Gen. 34.Paruulos quoq;,& vxores duxerunt captiuas.De ictibus aūt,& laboribus seu moribus, qūo.s.damnatos inquietabūt, patet Esa.23.vbi.s.animæ peccatrici dr̄ sic.In sethim consurgens trāsfreta,ibi quoq; nō erit requies tibi.Sethim.n.interpretatur spinæ,signans puncturas,& dolores inferni. Sic igiť patet quomodo quoq; addendo,& affirmando diuersimode spectat.s.ad impium,ad iustum,ad Deū.Vide supra de etiam.

A **Quot Quotquot.** Nota,ꝙ quot semꝑ signat numerum certum,& limitatum, de quacunq; re dictum fuerit bona videlicet seu mala.Et sic nota,ꝙ est dare quotquot pęnitentes, quos Deus diligit.Eminentes,quos Deus eligit. Delinquentes quos Deus negligit. Dicam ergo primo,ꝙ Deus diligit quotquot cum fletibus pęnitentes.Nullum.n.pęnitere volentē Deus refutat sed quotquot veniūt,assumit& adoptat.Vnde Mar.6.Quotquot tangebāt eum,.s.Christum, salui fiebant,ille enim spiritualiter Deum tangit,qui ad ipsum per pœnitentiam se conuertit.Per pœnitentiam enim

Christum tangimus.	Christum dico tangimus
Culpas plangimus.	& recipimus. Vnde illud
Corpus frangimus.	prædictū.Quotquot tan-

gebant eum &c.Culpas etiam plangimus seu linquimus.Vnde 1.Mach 2.Destruxerunt inquit aras,& circuuciderūt pueros incircuncisos,quotquot inuenerunt.Pueros enim.i.puerilitates nostras,& peccata circuncidimus , arasq; demonū de nostris cordibus euertimus,qn̄ per pœnitentiā nos lauamus seu purgamus,corpus etiam frangimus,& atterimus.2. Esdræ.8. Quotquot trāsgressi fuerunt diligenter plectebantur.Patet ergo,ꝙ Deus diligit quotquot cum fletibus pęnitentes.¶Secundo dico,ꝙ Deus elegit quotquot virtutibus eminentes.i.in virtutibus excellentes.De quibus.s.dicitur Ioan. 1.Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri,his qui credunt in nomine eius.Viri.n.perfecti filij Dei dicuntur, pro eo,ꝙ ad hæreditatem cœlestis gloriæ adoptantur, & prædestinatiuè ad eam ordinātur,iuxta illud Act.13.Crediderūt inquit quotquot erāt prædestinati ad vitam æternam. Eligit igitur quotquot virtutibus eminentes. ¶Tertio vero dico , ꝙ Deus negligit quotquot criminibus pestilētes.i.omnes vniuersaliter peccatores. Et certe de istis quotquot dicit dominus Ioan.10.Quotquot autem ante me fuerunt fures sunt, & latrones. Sufficit. vide vbi Omnes,vbi Quicunque, & vbi Vniuersi &c. ¶Explicat litera Q.

¶Incipit litera R.

Ratio. Nota,ꝙ in scriptura inuenitur.Ratio sequenda,Ratio docenda,Ratio reddenda,Ratio dicēda,Ratio diuidēda. A Dico ꝙ est rō sequenda, & sic rō accipitur pro superiori portione aīæ,quæ quandā habet rectitudinē veritatis insertā, per quā vnicuiq; ostenditur quid sit bonum, & quid malum . Et ista propriè dr̄ synderesis siue rectitudo mentis de qua dr̄ Ecclesiastici.7.Hoc inueni ꝙ fecit domminus hominem rectū. Et ista est proprie sicut quædā regula morum, quam oīs homo in suis actibus debet sequi. Et ista est rō quam Deus in terra dr̄ posuisse.Iob 38.Nunquid nosti ordinem cęli,& rationem eius pones in terra?Secundum ordinem.n.cœli,i.s̄m imaginem ipsius Dei posita est ratio : ista in terra.i. in hoīe,quia .s.secundum rationem istam dictum fuit. Faciamus hoīem ad imaginem,& similitudinem nostram.Item est ratio docēda,& ista est intellectus humanus, inquantum sumitur respectu credendorum,quia.s.humana ratio non attingit ad notitiam illorum,quæ debemus credere,nisi per fidē doceamur. Sicut.n.dicitur Eccles.8.Operum Dei nullam potest hō inuenire rationem.Et ideo sicut dicitur Rom.12.Necesse est, qd̄ habeamus prophetiam secūdum rationem fidei.Item est ratio reddenda , & sic ratio accipitur pro causa vel ēt pro cōpotu,quia.s.nos sumus rationem.i.causam,& compotū reddituri de omnibus quæ facimus, siue fuerint bona siue mala, iuxta illud Lucæ 16.Redde rationem vilicationis tuæ. Vnde Roma.14.Vnusquisq; pro se rationem reddet. Non solū autem de propriis factis,imo etiam de defectibus subditorum. Vnde de prælatis dicitur Hebre.13. ꝙ ipsi peruigilāt tanquā rationem pro animabus viris reddituri. Item est ratio discēda , & sic ratio accipitur pro causa,& veritate negociorum. 1.Petr.2.Rationabiles sine dolo lac concupiscite.Item est rō diuidēda,& sic ratio idem est, quod portio,iuxta illud.1.Machab. 10. Sumptus dabantur de ratione regis.De quo Ephe. 4. Nullus communicauit mihi in ratione dati, & accepti &c. ¶ Si vis autem de ratione amplius dicere, dic quòd est dare Rationem quæ B

Cuncta superat,quæ non attingitur.	Prima est ra-
Mores reparat,quam iustus sequitur.	tio origina-
Iuste imperat,quæ non subuertitur.	lis. Secunda

est ratio moriginalis.Tertia est ratio iudicialis. ¶ Primo igitur est dare rationem originalem,quę non attingitur.Et ista est ratio qua Deus in secretis naturæ, & fidei solet vti. Constat.n.ꝙ omnia Dei opera quāquā sint ardua, & secreta, siue ad naturam pertineant siue ad fidem,certa & vera rōne sunt facta,licet nobis incognita vel occulta.Et ideo cum humana cognitio ad rationis huius notitiam nō attingat, fatuum est indagare. Seneca.n.in lib.de naturalibus quæstionibus dicit,ꝙ quamuis cometæ stellæ causaliter videantur oriri, certum tñ habēt locum, & ordinem in natura, licet hominibus necdum notum.vnde Eccl.11.dr̄.Quomodo ignoras quę sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in vētre prægnātis,sic nescis opera Dei,q fabricator est oīum Et Iob 38. Quis enarrabit cęlorum rationem,& concentum? Rationē dico originalem.¶ Secundo dico,ꝙ est dare rationem moriginalā. Et ista certe est illa , quæ impressa est cordi humano, quæ.s.ad oēm uirtutē mentē cōponit. Homo.n.a bruto pro tāto differt, quia homo rationem habet, brutum vero rōne caret.Illi igitur magis bruta quam hoīes esse vidētur, qui in suis actibus rationis obsequio non vtuntur.Bene ergo monet Apostolus Rom.12.dicēs.Exhibeatis inquit corpora vestra hostiam viuentē,Deo placentem, rationabile obsequiū vestrum.¶Tertiò dico,ꝙ est dare rationem iudicialem.In iudicando.n.valde est necesse vti iudicio rationis. Ad quod facit illud Exo.39.vbi dicitur qūo vestis sancta,dicta rationale iudicii,continens doctrinam,& veritatē,quæ facta fuit opere polymito cum anulis , & cathenis, & inserta superhumerali cum duobus onychinis, & nominibus patriarcharum, assignata

assignata fuit et tradita Aaron sacerdoti. Ad significandum ꝙ Aaró .i. qlibet superior vel prelatus rõnale iudicę.i. vsum debite rationis in iudicando debet habere, & in omnibus suis iudicijs rationem seruare. Nomina filiorum Israel.i. curam omnium subditorum debet portare, & doctrinam & veritatē præcipue custodire. Superhumerale ét quod onus negociorum signat, cum rõnali cõiungere debet, pro eo ꝙ iudex & superior onera sibi incumbentia debet cum rõnis iudicio moderari. Rõnale autem illud polymitum seu opere polymito factum dr̃, ꝓ eo ꝙ omne iudicium politum.i. examinatum & exquisitum esse tenetur. Cathenæ ét & anuli rationale iudicij circunstare dicuntur, pro eo quòd in oĩ iudicio quod debita ratione regitur, semper debet chatena charitatis haberi, & anulus cœlestis præmij & æternitatis sperari. Hæc oĩa vide & allega sicut Exo.28. & & 39. dr̃. Vnde Leui.8. dr̃ ꝙ Moyses induens Aarõ tunica hyacinthina, desuper humerale imposuit, quod astringens cingulo, aptauit rõnale, in quo erat doctrina & veritas. Sic igitur patet quomodo rõ multipliciter sumi põt. Multa possent dici de rõne & de vsu rõ[...]is & de creatura rõnali, sed paucæ sunt auctoritates vocales, & de his omnib⁹ dictũ est supra de homine, & dicetur infra de sapientia & in alijs titulis &c.

A **Radere. Rasus.** Cum radere nihil aliud sit quã capillos abstergere vel auferre, & hoc duntaxat nouacula mediante, per capillos vero multa significent, s. Virtutes quibus adornamur, Terrena quibus oneramur, Temporalia quibus spoliamur, Peccata quibus inflammamur, seu quibus vermibus & pediculis stimulamur, hinc est ꝙ quadruplex radere potest generaliter inueniri, vnum radere quod est

Fatuitatis. Primo radit impius virque peccator.
Vtilitatis. Sed secũdo radit vir pi⁹ & miserator.
Aduersitatis Sed tertio radit tyrãn⁹ & depdator.
Necessitatis Quarto vero radit vir iniquus culpæ plorator.

¶ Primo ergo dicam ꝙ est dare vnum radere sũme vitiosum, & istud certe est quando quis a seipso per peccatum radit & euellit ornatum & capillaturã virtutũ, quia scilicet barba signat animi virilitatem, capilli vero designãt virtutum ornatum & multiplicitatē. Fatuum est ergo talia radere, & a se vires animi & virtutũ cesariē abdicare, iuxta illud Leuit.19. Neque attondebitis comam, nec radetis barbã. Vnde & de sacerdotibus dicitur Leu.21. Non radēt caput nec barbã, nec in carnib. suis faciens incisurã. Rasura .n. & auulsio capillorum, hoc est dictu, exteriorũ virtutum & bonorum affectionum & cõditionum, vires animi tollit & mētem effeminatam efficit, & in mollitiē vertit. Figura Iudicium 16. vbi dicitur de Sansone ꝙ rasis septē capillis đ capite suo, recessit ab eo fortitudo, & sic decept⁹ a Dalila fuit traditus Philisteis, & ab eis excęcatus. Figura etiam.2. Regũ vbi dicitur ꝙ in vituperium Dauid, rex amon seruos Dauid qui venerãt ad consolandum ipsum, dimidia barba rasit et decaluauit, & sic dehonestatos ad dominum suum misit. Figura insuper Hierē.41. Vbi dicit quòd.80. viri rasi barba & scissis vestibus & squalētes percussi sunt ab Ismahel in medio ciuitatis. In quibus scilicet notatur ꝙ illi qui capillaturã virtutũ & barbam virilitatis & fortitudinis perdũt a Dalila.i. a ꝓpria carne decepti, philisteis.i. demonibus succũbũt & oculos veræ discretionis perdũt & fortitudinē constantiæ amittunt, laxitatemq; & debilitatem incurrunt Iudicum.16. Si rasum fuerit caput meũ, recedet a me fortitudo mea. Rex etiã amon.i. diabolus seruos Dauid. viros Ecclesiasticos Chr̃i seruos capillis & barba virtutũ spoliat ipsosq; multis vitijs dehonestat. Ismahel etiã diabolus illos occidit quos sine capillis & barba virtutũ inuenit & offendit j. Regũ.19. Pueros inquit Dauid decaluauit & rasit. O Deus quot & quanti sunt hodie serui Dauid.i. viri ecclesiastici & Christiani qui taliter barba carent, & qui virtutum cęsarie nudi squalent. Et isti sunt similes sacerdotibus idolorum, de quibus Baruch. 6. dr̃ sic. Sacerdotes inquit sedent habentes tunicas scissas, & capita & barbas rasas, quorum capita nuda sunt. Quia re vera tales tunicam exterioris cõuersationis habent laceratam & scissam, caput intentionis virtutibus denudatum, & barbam virilitatis Abraham. Esa. 15. Oĩs barba radetur, & in triuijs eius accincti sunt sacco.

B Patet igitur ꝙ est dare vnum radere summe vitiosum. ¶ Secundò dico ꝙ est dare vnum radere summe fructuosum, & illud pro certo nihil aliud est quam bona sua tpalia a se radere, auellere & abdicare, & ipsa pauperibus erogare. Quod s. satis potuit figurari in nazareo dño consecrato, qui. s. in fine suæ consecrationis obseruantiæ capillos suos quos intactos seruauerat, abradebat, ipsosque comburens & sacrificans dño offerebat. Ad denotandum ꝙ nazareus qui interpretatur floridus i. vir misericors & pius, qui. s. apud Deum floridus est & gratus, capillos diuitiarum suarum quos diu reseruauit, debet loco & tpe radere & abstergere, pauperibus. s. erogãdo, & Deo ipsos debet offerre & per charitatem incendere, ipsos in Dei vsibus expendendo. Vnde Micheæ. 1. Decaluare & tondere super filios deliciarum tuarum. s. super pauperes Christi. O quam pulchra & honesta talis tonsio, rasio, tersio, seu nuditas capillorũ. Valde .n. placet altissimo videre hoĩem decaluatum, & per eleemosynas diuitijs denudatum. vnde loquēs dñs ecclesiæ de talib. Cant.4. dicit sic. Greges inquit tonsarũ, q̃ ascenduut de lauachro, oēs gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis. Tonsionem tñ seu rasionē.i. consumptionem & expensas faciunt multi sicut Nabal, de quo dr̃. 1. Reg.25. ꝙ cum oues tonderet, dare tñ benedictionē Dauid & suis socijs indigentibus denegauit. Quia sunt multi qui bona sua expendunt & tondent in malis vsibus, non bonis. Patet igitur ꝙ est dare vnum radere summe fructuosum. ¶ Tertio dico ꝙ est dare vnum radere valde dolorosum, & istud pro certo est illud quo raptores & tyrãni C radunt & spoliant vniuersos substantia tpali. vnde Hie. 48. Super oē inquit caput caluitium, & oĩs barba rasa erit. Ista est ét rasura q̃ finaliter faciet dñs impijs, qñ. s. barbam eis & cesariem gloriæ tpalis auferet & abradet. Vnde Esa.7. In die illa radet dñs in nouacula acuta in his, q trans flumen sunt, in rege assyriorũ caput & pilos pedum, & barbã vniuersã. Et bñ sic est ꝙ Deus finalr̃ radet malos, sicut in pñti tyrãni, & impii radunt bonos. Legit .n. de Dionysio tyranno, ꝙ cũ esset in templo Esculapij q fingebat fuisse filius Apollinis, & q cũ barba pingebat, Apollo vero pater pingebat sine barba, Dionysius videns barbã aureã Esculapij, quæ magnum thesaurum valebat, occasione rapinæ accepta, abstulit eã sibi, dicens.i. indecens valde esse ꝙ filius esset barbatus & pr̃ sui ipsius imberbis. Sic re vera tyranni nostri videntur hoc dicere de ecclesiasticis, ꝙ. s. indecens sit eos barbã aureã.i. diuitias tpales obtinere, cum certum sit patrem ipsorũ dñm Iesum Christum barba hmõi caruisse. hac igit̃ occasione nitũtur radere barbas nostras, & spoliare singulos bonis suis, dicentes. s. illud Hie.7. Tōde capillum tuum & proijce &c. Et sic ergo patet qũo ē dare radere valde dolorosũ. ¶ Quartò dico ꝙ est dare vnũ radere valde virtuosum. Et istud certe nihil aliud est quã pillos superfluitatũ nr̃arum. s. malarũ affectionũ interiorũ, malorũ actuũ exteriorũ, & malarũ cõditionum & morũ radere & euellere, & per temperantiã & modestiã eradicare. Figura Leuit. 14. vbi de leproso mũdãdo dr̃ sic. Cum lauerit hõ vestimēta sua, radet oēs pilos corporis, & lauabit aqua, purificatusq; ingrediet̃ castra. Quia ꝓ certo leprosus.i. pctõr qui ad sanitatē & munditiã gratiæ redire desiderat, oĩa superflua per pniam debet mundare, & oĩa per confessionē radere, & per lachrymarum profluuiũ cuncta abstergere & purgare, vt sic castra paradisi purgat⁹ valeat subintrare, sicut de muliere captiua dr̃ Deut.21. ꝙ ad hoc vt viri Israelitæ vxor fieri mereatur, vestē debebat mutare, cęsariem & vngues radere, & parentes proprios deplorare. Ad denotãdum ꝙ mulier captiua.i. ãĩa peccatrix quæ Israelitæ Christi vxor vult fieri siue sponsa, ante oĩa dēt vestem cõuersationis mutare. s. in melius conuertendo. Cęsariem & vngues.i. oēs superfluitates vitiorum debet radere & tollere confitēdo, & parentes. s. carnem & mundum deflere, tralacta crimina deplorando. Exemplo. s. Iob, de quo dr̃ Iob 2. ꝙ testa saniē radebat sedens in sterquilinio. Testa .n. q̃ de terra est, terreitatem nostrã.i. memoriã mortis designat sterquilinium aũt vilitatem nostræ carnis designat. Quia. s. si saniem pctõrum radere volumus & auferre, necesse est testã & sterquilinum.i. propriæ vilitatis & mortis memoriã adhibere. Sic igitur patet qũo est dare quadruplicem rasuram .s. Virtuosam, Dolorosam, Fructuosã, & Vitiosam. Sufficit.

Radix. Nota ꝙ radix in scriptura sumit̃ in bono & in malo. Et iõ dicamus ꝙ per radicem secũdum

suas

suas diuersas proprietates possunt intelligi varia & diuersa. Vnde nota q radix potest denotare scilicet

Iustorum conditionem.
Virtutum perfectionem.
Mundanam successionem.
Peccati corruptionem.
Malorum defectionem.

Per radicem significatur iustorum conditio virtuosa. Quilibet.n.iustus potest dici radix, iuxta illud Proue.12. Radix iustorū proficiet. Sicut.n.radix est pars arboris inferior, occultior, vtilior, sic iustus in arbore ecclesiæ militantis debet esse inferior, s. per superbiæ deiectionē Occultior per bonorum suorum absconsionem. Vtilior p bonorum operum productionē.n, quia.s. iste more radicis debet inferius per humilitatem mentaliter iacere. Esai.37. Quod reliquum est, mittet radices deorsum. Debet etiā sub terra.i.in abscondito per fugam ois inanis gloriæ sagaciter latere. Sap.7. Virtu es radicum & quæcunq; sunt absconsa & inuisa didici. Debet insuper bene operando erga oēs vtiliter se habere. Hie.12. Plantasti eos & radicē miserūt, pficiunt, & faciūt fructum. Et iō bñ de quolibet viro iusto pōt exponi illud Ezec.17. Posuit illud in terra pro semine, vt firmaret radicem super aquas multas. ¶ Vbi aduerte q sicut radix arboris materialis habet.s.tenacitatē, terræ fortiter adhærēdo, iō dr̄. Posuit illud in terra. Viuacitatē, fruct⁹ iugiter pducēdo, iō dr̄. Pro semine. Stabilitatē, pondus arboris sustinendo ideo dr̄. Firmaret. Teneritatem, raram substantiā retinendo, ideo dr̄ radicem, quæ dr̄ à raritate. Humilitatē, totā arborem nutriendo, ideo dr̄. Super aquas multas, sic vere charissimi vir iustus ad modum radicis debet habere.s. Tenacē dilectionē. Ponet illud in terra.i. figet illud in Deo per amorem. Viuacem deuotionem. De semine inquit. Stabilem durationem. Firmaret inquit. Plicabilem subiectionem. Radicem inquit, Fluxibilē compassionem. Sup aquas inquit, Dico ergo q in ista radice dēt esse tenax dilectio & adherentia, quia sicut radix fortiter, adhæret terræ & totaliter figitur infra terram, & per quosdam capillos fortiter ligatur cum terra, & ideo fit q radix infra terram viuit, extra terrā vero siccatur & deficit, sic iustus fortiter debet terræ.i.cū Deo per amorem ligari, & in ipso profunde inijci & infigi, & in eo mediātibus venis seu capillis bonarū affectionū totaliter radicari, quia si in eo & infra eum per charitatem fuerit, ipse pōt per gratiā viuere, si vero per pctm̄ terrā istā exiuerit, necesse est eum arescere spūaliter & perire. Posuit inquit illud in terra. Dan.4. Germen radicū eius in terra dimittite. Sicut.n. aliquę sunt arbores & plantę quæ conuertuntur in radices, & quæ in omni parte sui habent virtutem seminariā, sicut patet de ficu, vite, ruta, salice & similibus, quarum ramus plantatus efficitur radix & terræ adhæret, q̄uis primo a terra esset penitus separatus; sicut etiā patet in propagine, vbi ramus in terram depressus & infossus nouā radicem acquirit, & per se efficitur vna planta, sic vere quāuis qñq; contingat nos à terra, i. ab amore Dei & proximi separari, nos tamen debemus iterum ibidem per charitatem infigi, & ibi radices.i.tenaces fieri, & per tenacem amorem ibi veraciter radicari. Posuit inquit illud in terra. Quod est contra illos qui in terra.i.amore Dei & proximi per dilectionem, vel in terra.i. paradiso per contemplationem, vel in terra.i.morte vel inferno per timorem & consi derationem nolūt seipsos radicare, nec se ibi mētaliter pro fundare. Vnde de talibus pōt dici illud psa.q.s. diabol⁹ euellet te, & emigrabit de tabernaculo tuo, & radicē tuā de terra viuentium. Non sic charissimi, sed sit in nobis tenax dilectio, & adhærentia. Posuit inqt in terra. ¶ Item sit in nobis viuax deuotio & influentia. Pro semine inquit. Sicut.n.semē habet in se radicalem humorē, virtute cuius fructus producit, sicut etiam radix habet quandam naturalem vitam & vigorem, virtute cuius in ramos arboris foliorum & fructuū vis influitur, & per quam tota ad productionem disponitur & aptatur, sic vir iustus dēt habere in se vitam, vigorē & humorem gratiæ, quæ ipsum debet interius spūaliter vegetare, & ad productionem fructuum bonorum operū dispone re, & aptare. De semine inqt Dan.11. Stabit de germine radicum eius plantatio. Multæ.n. sunt plantæ quæ habent fructus suos inferius in radice, sicut patet de allio & de cepa. Quædam ēt sunt arbores quæ habent virtutem seminariā in radice, sicut de croco dr̄, cuius radix in plures partes diuiditur, & de qualibet particula plantata, planta vna (quod mirum est) gñatur. Ad denotandum q in radice, i. in viro iusto sp debet fructus bonorum operum abundare, & virtus seminaria ad productionem bonorum operū apparere. De qualibet.n.particula istius radicis.i.de quolibet bono cogitatu vel affectu boni cordis vel etiam viri iusti debet nasci vna planta.i.debet produci aliquod bonum opus. De semine inquit. Quia sicut dr̄ Luc.8. Semen cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum. Quod est contra multos qui non habent viuacitatem gratiæ, imo per peccatū sunt mortui & siccati, & ideo fructus bonorum operum non producunt. Figurati in semine qd' cecidit in petra, q quia caruit radice, natum aruit, quia non habebat, humorem. Vnde dr̄ ibidem. Et hi radicem non habent, sed sunt temporales. Vnde de talibus dr̄ Oseę 9. Radix eorum exsiccata fructū nequaquam faciet. Nō sic ergo, sed sit in nobis viuax deuotio & influentia. Per semine inquit. ¶ Deinde dico q in ista radice.s.in corde seu in viro iusto, debet esse fortis duratio & pmanentia. Firmaret inquit. Sicut.n.radix inter alias partes arboris est firmior & stabilior, & hoc qa terræ est adhærentior, & sub terra profundior, & pondere terræ oneratior, & ab impulsu ventorum occultior & remotior, & inde est q radix propter suam firmitatem est totius arboris fundamētum, sic verè cor iusti vel ipse iustus debet esse in fide & moribus valde stabilis atque firmus. Et hoc certo faciet tenacitas & adhærentia charitatis, profunditas humilitatis pondus timoris, & remotio a vento vanitatis, & ita poterit esse sui & aliorum fundamentum totius firmitatis. Ro. 11. Nō tu radicem portas, sed radix te. Firmaret inquit. Eccl.15. Firmabitur in illo, & nō flectet. Et Eccl.24. In electis meis mitte radices. Et in syon firmata sum Sicut.n.corallus radix est quæ sole exsiccata efficit lapis durus, sic iustus in stabilitatē lapideam cōuertitur, qñ soli iustitiæ per amorem & desiderium exponitur. Ideo de illa fortitudine dr̄ Esai. 11. Radix iessæ, qui stat in signum populorum. Quod est contra multos qui non sunt radices stabiles, sed magis debiles & flexibiles. Quod patet, quia in bono non perseuerant, sed ad mala faciliter se cōmutant. Vnde de diabolo potest dici illud Iob.28. Extendit ad silicem manum suam, subuertit à radicibus montes. Non sic charissimi, sed sit in nobis fortis duratio & permanentia. Firmaret inquit. ¶ Denique dico q in nobis debet esse mollis subiectio & reuerentia, quę notatur in vocabulo. Radicem. Radix.n. dr̄ à raritate, hēt.n. substantiam valde teneram atq; raram, valde publicabilem atque mollem. significans illos qui mente sunt, humiles & teneri, & benigni ad obediendum, molles quoq;, flexibiles atque prompti, quia.s.tales ad voluntatem Dei vel prælati debet se flectere ad oēm partem per promptæ obedientiæ famulatum. De quo potest dici illud Esa.11. Egrediet virga de radice iessę, & flos de radice eius ascendet, & requiescet sup eum spiritus dñi. Quia proculdubio spritus dñi super illos libenter quiescit, qui sunt sicut virga & sicut radix.i.flexibiles per obediētiam & humilitatē, qui sunt Iessę.i.incendium per pœnitentiam & paupertatē, qui sunt flos de radice ascēdens per munditiam & castitatem. Tales.n.castos, obedientes & pauperes visitat spiritussanctus, qa sicut dr̄ Esa.66. Ipse non respicit nisi ad pauperculū & contritum spiritu & trementem sermones suos. Sit igit in nobis grandis subiectio & reuerentia. Radicem inquit. ¶ Insuper dico q in nobis vel in corde nostro debet esse dulcis cōpasio affluentia, & ista ostendit cū dr̄. Super aquas multas. De natura.n radicis est q hēat multū de humore & de medulla ad totius arboris nutrimentum. Vñ radix humorē à terra sugit, & in se reseruat & recolligit, & tādē ad nutriēdos ramusculos ipsū mittit Et iō a philosophis radix, os & stomach⁹ arboris dr̄, eo q ī radice humor terræ gerit, vt in nutrimētū arboris cōuertatr. Sic vere vir iustus dēt habere multā medullā cōpassionis, qa alios foueat & sustentet. Humorē.n. bonorū tpaliū dēt à terra recolligere, vt inde ramos.i. pauperes valeat enutrire, vt sic toti⁹ arboris ecclesiæ os atq, stomachus possit esse; de platis etiam doctorib. & pdicatorib. pōt dici q vere isti humorem sciētiæ debent in se recolligere & habere, vt alios possint istruere & docere. Et istud ostēdit cū dr̄. Super aquas multas, quia.s. aquæ significāt roriflutū pietatis, & dulcorē eloquētiæ, vel doctrinę. Iob.29. Radix mea aperta est

ta est secus aquas. Et Ezec. 32. Radix illius iuxta aquas multas Q𝔡 est contra multos qui pro certo non sunt humida radix, sed arida, de quib. Mar. 11. Viderunt ficum aridam a radicib. Quia. s. multi sunt ita aridi atq; sicci, ꝙ nihil habẽt de humore scię vel doctrinæ. Eccl. 10. Radices gentiũ superbarũ arefacit dñs. Nõ sic ergo, sed sit in nobis vel in corde nostro cõpassio & affluentia, subiectio & reuerentia, duratio & permanentia, deuotio & dei gratia, dilectio, & dei amicitia. Istę n. sunt quinq; conditiones radicis. s. corpis deuoti vel etiam viri iusti. Et hoc est primũ principale, per quod ostendit q𝔡 radix signat iustorũ cõditionem. Et ꝺm hoc etiam Christus se vocat radicẽ. Apoca. 22. dicens. Ego sum genus & radix Dauid, stella splendida & matutina. Et Apoc. 5. dicitur. Vicit leo de tribu iuda, radix Dauid. Radix .n. dicitur Christus. s.

In conceptione.
In passione.
In ascensione.
Iudicij discussione.

Dico in conceptione. Vnde illud Esa. 11. Egredicẽ virga de radice iessæ &c. Dico in passione. vnde illud iam dictũ Apoc. 5. Vicit leo &c. Itẽ in ascensione. Vnde Esa. 53. Ascẽdet sicut radix de terra sitienti &c. Itẽ in iudicij honore & prelatione vnde illud Esa. 11. Ecce radix iessę, quæ stat in signũ populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Signat ergo radix viri iusti cõditionẽ. ¶ Secũdo principaliter dico ꝙ radix signat virtutũ perfectionẽ. Radices. n. summe sunt medicinales, & vitę

G & sanitati humanę valde necessarię & vtiles. Sic virtutes &c. Et potissime illæ virtutes radices dicuntur, quæ se habent ꝑ modũ fundamẽti, principij vel radicis, sicut est charitas, quę est vinculum pfectionis. Sicut est fides, q̃ est fundamentũ ois veræ cognitionis. Sicut est sapientia, quæ est principium totius discretionis. Sicut etiam est timor, qui est origo omnis bonæ operationis. Quod charitas sit radix & origo, patet Eph. 3. In charitate radicati & fundati &c. Item ꝙ fides sit radix, patet Colos. 3. vbi dicitur. Ambulate radicati & confirmati & supeædificati in fide. Itẽ q𝔡 sapientia sit radix patet Ecclesi. 1. vbi dicitur. Radix sapientiæ cui reuelata est? Item ꝙ timor sit radix, patet ibidẽ eodem capitu. vbi dicitur. Radix sapientiæ, timere deũ. Istæ ergo sunt species & radices q̃ in apotheca cordis tritę, faciunt electuarium sanitatis. Et sic verificabit illud Esa. 37. Mittet radices deorsum, & faciet fructũ sursum. Radix ergo signat virtutum perfectionem. ¶ Tertio principaliter dico ꝙ radix designat mundanam possessionem. Bona. n. mundi dicuntur radices, iuxta illud Hiere. 12. Quare via impiorum prosperatur bene est omnibus qui prę uaricantur, & inique agunt? Plantasti eos, & radicẽ miserunt proficiunt, & faciunt fructum. Ista. n. mundi bona sunt illę radices de quibus viuunt porci idest peccatores, de quibus dicitur Iob. 30. quod esse sub sentibus, diuitias reputãt, & radix iuniperorum est cibus eorum. Istæ sunt radices quæ faciliter siccantur, & de leui ad nihilum perducuntur, & ideo fatui sunt qui in talibus radicibus delectantur. Vnde Iob 18. Deorsum siccentur radices eius, & sursum atteratur messis eius &c. Significant ergo radices terrenã possessionẽ. ¶ Quarto principaliter dic ꝙ radix significat criminũ infectionẽ. Et sic potissime per radicem intelligunt pc̃tã radicalia & principalia, sicut est cupiditas, & sicut est præsumptio & fatuitas, de qua dr̃ Iob 3. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudinem eius statim. ¶ Quinto principaliter dico q𝔡 radix signat malorum defectionem, quia. s. mali sunt sicut quædam venenosæ radices plantatæ in horto diaboli, de quibus 1. Machabeorum 1. Et exiuit ex eis radix peccati Antiochus illustris & cætera. Isti enim more radicis sunt

Flexibiles per inconstantiam.
Tortuosi per malitiam.
Terræ adherentes per auaritiam.

Etiã despecti coloris per inhonestam apparentiam. Tales tamen radices persequitur securis diuinæ iustitiæ, quia sicut dicitur Mat. 3. Iam securis ad radicem arboris posita est. Et ipsos inflammabit ignis infernalis in fine, quia sicut dicit Malac. 3. Omnes superbi & omnes facientes impietatem, quasi stipula. Dies veniens inflammabit eos, & nõ derelinqui & eis radicem & germen. Ista igitur de bonis radicibus & de malis sufficiãt. Vide supra in multis titulis, vbi de radice fit mẽtio & cætera.

A **Raguel.** Pastor dei, vel ægrotans deo interpretatur. Fuit enim pater Saræ vxoris iunioris. Thobiæ. Vide historiã in Thobia, & applica & moraliza. De Ramatha, ramasses & alijs nominibus hebræis incipientibus ꝑ R. vide historias in concordantijs & in biblia & interpretationes, & applica & moraliza &c.

Ramus. Nota ꝙ sicut arbor constat ex ramis, & corpus ex membris, sic homo vel anima spiritualiter loquendo, cõstat ex plurib. rebus adiacentibus & diuersis. Sed vt breuiter omnia perstringantur, notandum ꝙ tam homo quam arbor multiplices habet ramos. Habet. n. homo scilicet quosdam ramos A

Interiores.
Exteriores.
Superiores.
Inferiores.

Rami ĩteriores sunt virtuales cordis affectus. Rami exteriores sunt temporales charitatis perfectus. Rami superiores sunt Christi crucis aspectus seu cõflictus. Rami inferiores sunt nostræ carnis defectus. ¶ Rami cordiales sunt erigẽdi ꝑ charitatis desideriũ. Exẽplo palmæ cuius oẽs rami tendunt in sursum, & ẽt rami cypressi ad modũ pyramidis sursum tendunt, ꝙ totũ facit humor purus, calidus & subtilis, qui sursum eleuat materiã & humorem significans illos quorum rami, i. quorum affectus & desideria superius sunt in cælum eleuati, iuxta illud Colossen. 3. Quæ sursum sunt quærite. Ecclesiast. 50. Circa illum steterũt quasi rami palmæ. Vt de ipso dicatur quod de cedro dicitur Ezech. 31. Eleuati sunt rami eius prę aquis multis. Anima enim est sicut arbor, quæ tot habet ramos & frondes, quot habet bonas affectiones & virtutes. Et sic dico quod ipsa habet scilicet

Ramos floridos castitatis.
Ramos virides honestatis.
Ramos vberes pietatis.

De ramis castitatis potest dici illud Iohel. 1. Albi facti sunt rami eius. De ramis honestatis potest dici illud. 2. Mac. 10. Ramos virides & palmas proferebant. De ramis vero pietatis põt dici illud Iob. 14. Rami eius pullulant. Et Neemiæ. 8. Afferte frondes oliuæ & ramos palmarum. Oliua enim pietatem designat. Isti sunt ergo rami cordiales, qui sunt erigendi per charitatis desiderium. ¶ Rami temporales sunt extendendi per pietatis refrigerium. Rami enim bonorum temporalium ad pauperes dilatandi sunt, & eorum fructibus pauperes sunt recreandi, eorumque vmbra & suffragijs sunt benigniter refrigerandi. B Exemplo quercus & terebinthi, quæ ramos suos valde in latum protendunt. Exemplo etiam ficuum indiæ, quorum rami ita vndique dilatantur, quod sub vna ficu centum milites competenter armantur. Quia scilicet rami bonorum nostrorum temporalium debent ad pauperes per pietatem dilatari, vt sub ipsis possint misericorditer recreari. Vt sic dicat homo pius illud Ecclesiasti 24. Ego quasi terebinthus extendi ramos meos & rami mei honoris & gratiæ. Et Esaiæ 6. Erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus quæ expandit ramos suos. Rami Christi crucis sunt frequentandi per deuotionis mysterium. Rami enim crucis sunt sicut rami arborum,

Vbi florent frondes varij decoris.
Vbi pendent fructus optimi saporis.
Vbi gaudent aues iocundi canoris.
Vbi sperant gentes diuersi laboris.

Isti enim rami crucis sunt

Fructuosi per Christi corporis sustentationem.
Speciosi per Christi sanguinis colorationem.
Gaudiosi per meditantium consolationem.
Virtuosi per confitentium sustentationem.

Et iõ arbor crucis cũ ramis suis fuit optime figurata in illa larbore Dan. 4. quæ habebat folia pulcherrima, quãtum ad primũ. Fructus eius erat nimius, quantum ad secũdum. In ramis eius conuersabantur volucres cœli, quantum ad tertium. Et ex ea vescebatur omnis caro quantum ad quartum. Et ideo breuiter crux est illud granum sinapis quod facit hoies flere ꝑ nimio sui feruore, & cum sit minus omnib. seminib. fit tamen maius omnibus oleribꝫ ita quod rami eius inhabitantur à cæli volucribus, sicut dicitur Matth. 13. Marci 4. Lucæ 13. Crux enim dicitur granum sinapis, in quo tantus feruor deuotionis est, quod deuotos ad fletum compassionis inducit. Istud enim granum primo fuit valde modicum immo penitus nullum quantum ad dignitatem & reputationem, immo erat vltimata confusio & contem-

ptus,ficut reorũ patibulũ generale.Veruntñ ex quo Christ⁹ ibi pependit,tm̃ creuit in gloria & honore quod hodie maius est oĩb.oleribus,& iõ volucres cæli.i.viri cõtẽplatiui ramos eius per deuotionẽ inhabitant & volitando desup per cõpassionẽ plurimũ ibi se delectãt vnde Sap.17. Inter seipsos arborũ ramos erat auiũ sonus suauis. Patet ergo ꝙ rami crucis Christi sunt frequentandi ꝑ deuotionis mysteriũ. Rami nostræ carnis sunt detruncandi ꝑ cõfessionis magisteriũ. Caro enim nostra habet multos malos ramos,videlicet.

Culpas criminales.
Motus carnales.
Amicos temporales.

Isti.n.rami sunt à nobis ꝑcidẽdi,& per confessionẽ penitus abdicandi.Malus.n.dr̃ sterilescere,qñ rami superflui nõ amputant̃.Pinus ẽt tunc dr̃ altius crescere,quando rami inferiores eidẽ auferuntur.Sic vere si volumus in altum per vitæ perfectionẽ crescere, & si volumus à bonis operibus non sterilescere,nos debemus ramos inutiles & supfluos vitiorũ vel carnalium affectuum, vel ẽt comitiuã parentum & nepotulorum à nobis abscindere,& ab affectu cordis penitus elongare,iuxta illud Iudic.9.Præcidentes ramos de arboribus sequebantur ducem. Ista sunt ergo quatuor genera ramorum quæ potest habere hõ, siue in bono siue in malo.

C ¶Sed adhuc dico quod per ramos intelliguntur subditi.Prælatus enim est quasi radix, quæ ramos,i. subditos habet portare,habet cibare,habet augmentare, & habet eos conditionem propriã immutare. Quia.s. necesse est quod rami complexionem radicis sequantur.Rami vero radicẽ habent ornare,habent circunstare,& habent humorem suum ad eam in hyemis tempore deriuare. Sic pro certo charissimi radix,i.prælatus debet ramos suos,i. subditos portare per patientiam,cibare per doctrinam vel clemẽtiã, augmentare per promotionem,& ad suam conditionem immutare per conuersionem,quia sicut dicitur Rom.11.Si radix sancta,& rami.Econuerso vero rami,i. subditi debẽt suã in qua sunt.s.ecclesiam,patriam,plātum vel etiam bonos parentes ornare digne conuersando,circundare prompte obediendo,& humorem suum,idest propriã substantiã eis mittere sibi in necessitatis tempore succurrendo Ezechiæ.17. Respicientibus ramis eius ad eam, & radices eius sub ipsa erant,quasi dicat.Ad istos ramos pertinet radices suas,idest parentes,prælatos,ecclesiam vel patriam respicere, & si necesse fuerit,subuenire.De ramis vero malis,id est de peccatoribus qui more ramorum ramni & tribuli pleni sunt,aculeis peccatorum vel etiam rapinarum quibus scilicet alij læduntur & inflammantur,potest dici illud Ezechi.19.Egressus est ignis de virga ramorum eius,& fructũ eius comedit. Hoc igitur de armis sufficit,siue in bono siue in malo

A Rapina.Rapere.

Nota quod rapere idem est quod aliquid subito & violenter auferre.Et possum notare quod in scriptura inuenitur rapina

Virtualis.
Corporalis.
Criminalis.
Aeternalis.
Spiritualis.
Supernalis.
Temporalis.

Virtualis est rapina iustorum, qui scilicet subito,& ex insperato vendicant & rapiunt gloriam paradisi.vnde Matth.11. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Corporalis est rapina luxuriosorum,qui scilicet rapiunt mulieres ad suam libidinem adimplendam.Vnde de Dina rapta dicitur,quod Sichem adamauit eam & rapuit & dormiuit cum ea.Genes.34.Criminalis est rapina gratiarum,quas scilicet à nobis rapit & aufert diabolus per peccatum.Et de hoc Matt.13. Venit malus homo,& rapit quod seminatum est.¶Aeternalis est rapina animarum,qua scilicet animæ de demonibus rapiuntur,& ad infernum ducuntur.Et de hoc dicitur Oseæ 13.Erant quasi nubes matutina,quasi puluis turbine raptus ex area.¶Spiritualis est rapina deuotorum,qua.s.rapiuntur mentaliter superius ad contemplationem paradisi.Et de hac Actu.8.dicitur Spiritus domini rapuit Philippum.Et 2.Corinthio.12.Scio hominem(siue in corpore siue extra corpus, nescio deus scit)raptum vsque ad tertium cælum.Item est rapina supernalis,& ista est rapina beatorum,qui.s.de mundo à deo per mortem rapiuntur,& in paradisum subito inferuntur. De quo 2. Thess.4. Nos autem simul rapiemur cum illis obuiam Christo in aera,& sic semper cum domino erimus.Sic fuit raptus Enoch,de quo dicitur Sap.4.ꝙ raptus est iustus ne malitia mutaret animam eius.¶Temporalis est rapina tyrannorum,qua scilicet ipsi rapiunt bona temporalia aliena. De quo in psal.Insidiatur vt rapiat pauperem,rapere pauperem dum attrahit eum.¶Notemus ergo.quod vitium rapinæ est detestandum,quia scilicet B

Humanitatem transcendit.
Diuinitatem offendit.
Fraternitatem incendit.

¶Primo ergo dico ꝙ rapina trãscendit humanitatem,quia.s.magis videntur raptores esse feræ quam hominũ,quia videlicet isti more leonum & luporum viuunt de rapinis innocentium bestiarum.i.simplicium pauperum & egenorũ Esa.3.Rapina pauperis in domo vestra.Ista potissime patent in mundi principibus & tyrannis, in mũdi vsurariis & auaris,in mundi officialibus & balliuis.Isti enim sunt sicut aues rapaces,inter quas illa reputatur nobilior & melior,quæ est crudelior & rapacior.Quia procul dubio hodie inter tyrannos & nobiles impios & puersos illi quo ad mundum valentiores reputantur,qui in crudelitate & rapina alijs præponuntur,& qui rapacius cõtra pauperes debacchantur, & qui amplius patriam & ecclesiam depopulãtur. Et ideo ist isti in scriptura non hoĩes,imo lupi vel leones merito nuncupantur.Ezec.22.Principes eius quasi lupi rapientes.Et in psal.Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, sicut leo rapiens & rugiens.Et ideo breuiter bene dico qđ isti transcendunt humanitatem.¶Secundo dico quod raptores offendunt diuinitatem.Sunt enim raptores deo summẽ contrarij,quia.s.deus est iustus,isti sunt iniqui.Deus est misericors,isti impij.Deus dat sua,isti vero rapiunt aliena, Isti ergo deo sunt contrarij,& ideo ab eo odiuntur tanquam ipsius publici inimici.Ouis.n.naturaliter odit lupum.Sic deus qui tanquam ouis ad occisionem ductus,odit istos, qui lupi (sicut dictum est)nominantur,& qui more lupi in rapinis & excoriationibus occupantur.Vnde ipse dominus dicit Esa. 61.Ego dominus diligens iudicium,& odio habens rapinã. Vnde ipse conqueritur de raptorib.dicens.Ezech.43.Facti sunt greges mei in rapinam,& oues meæ in decorationem omnium bestiarum.¶Tertio dico ꝙ raptores incendunt fraternitatem,quia.s.tales oẽs fratres vicinos & compatriotas per rapinas excoriant & inflammant. Hyena enim animal est crudelissimum,& naturaliter odit pantheram, & ideo si pellis pantheræ iuxta pellem hyenæ ponatur,pili pantheręꝑ violentiam abraduntur,vt dicit Plin.Sic vere cum raptores sint viri simplicibus inimici,si contingat ꝙ pelles.i. possessiones pantheræ,i.simplicium sint contiguæ & vicinæ pellibus i.possessionibus hyenæ,i.raptorum,paulatim pellis pantheræ,idest possessio simplicis per hyenæ pellem,idest rapinam spoliatur.De quibus dicitur Ezech.22.Rapiebant violẽter egenum & pauperem,& aduenam opprimebant absque iudicio.Et pro certo tales sunt fatui.quia pro certo tales diuitiæ sic per rapinæ violentiam acquisitæ,vt communiter nec proficiunt nec sufficiunt,immo inficiunt & deficiunt. Patet in mundi tyrannis,qui quanto sunt ad rapinam promptiores,tanto sunt à diuitijs remotiores.Exemplo auium prædalium,quæ vt communiter nunquam pingues sunt, immo sunt vt communiter macilentæ,iuxta illud Prouer. 11.Alij diuidunt propria,& ditiores sunt,alij rapiunt non sua, & sp in egestate sunt.Isti etiam deberent aduertere quomodo lex talionis exigit vt qui rapinam committit,rapinam sentiat. Et ideo quia isti rapiunt aliena, iusto de iudicio fit quod à demonibus ab eis rapiuntur & auferuntur propria, videlicet corpus & anima,quæ sunt sua. Exemplo formicaleonis, qui formicas capit & venatur,& tandem à passeribus rapit & voratur.Quia vere tales qui ad rapiendum pauperes occupantur,a passerib.qui patiuntur morbum caducum, idest à demonibus qui de cælo propter superbiam ceciderunt in inferno finaliter rapientur.Vnde Iob 5.Cuius messem famelicus comedet,& ipsum rapiet armatus,& bibent sitientes diuitias eius.Patet ergo quõ rapina est fraternitatis grauatiua.Diuinitatis est offensiua.Humanitatis est excessiua. Maligni enim hoĩes & peruersi,qui.s.delectãt & gaudent in violentijs rapinis,fugiendi sunt & vitandi,iuxta illud Prou. 14. Ne emuleris viros malos,nec desideres esse cum eis, quia rapinas meditatur mẽs eorũ,& fraudes labia eorũ loquuntur.Quia re vera omnis rapinæ vitãda est & fugienda, quia

Deus

Deus hoc præcipit stabiliter. Raptus intercidit faciliter. Inde mors accidit finaliter.

Quia dico deus hoc tradidit scripturis mandando, & sic ipse dicit Ezec. 45. Iniquitatē & rapinas intermittite, & iudiciū & iustitiam facite. Quia ēt cito raptus intercidit. Cōstat.n. ꝙ diuitiæ quę ꝑ rapinā veniunt, cito deficiūt & pereunt. Tn̄ de deo & fortuna pōt dici illud Dan. 11. Rapinas & ꝑdā & diuitias eorū dissipabit, & contra cogitationes firmissimas inter cōsilium. vn̄ Seneca dicit. Nemo est cui rapina diu fæliciter cessit, qa ēt mors raptu procidit. Constat.n. quod rapina causa est dānationis & mortis. vn̄ Prouerb. 21. Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium. Ista ergo sufficiant de rapina. Vide de auaritia & præda.

A **Rachel.** Nota ꝙ rachel vxor Isaac ꝑdilecta interpratatur ouis, vel visio videns deum, seu videns principium. Et potest applicari ad quamlibet sanctam animam aut personam deuotā, Isaac, i. Christo fide & charitate desponsatam, benignam, & mitem, & super omnia deum q̄ est rerum principium, videntem & speculātem. Vide igitur historiam, & applica vbi volueris.

Raphael. Raphael interpretatur medicina dei, Angelus, s. qui Thobiā sanauit filij filiū eius conduxit & vxorauit, sibiq; restitui pecuniam procurauit & cætera. Applica.

Raphaym. ciuitas Amorreorum, interpretat̄ gigātes vel medici, siue facturæ nostræ, seu laxati eorum & cætera.

Raro. De raro multa possent dici, sed in Biblia nihil inueni vocale. Vide de tarde, & sæpe &c.

A **Rebecca.** Nota ꝙ Rebecca filia Batuelis vxor Isaac patriarchæ, interpretatur patiētia seu ēt multum accipiens, vel accepit. Et si vis dic ꝙ Rebecca fuit. s.

Oneri subiugata.
Hospiti valde grata.
Munere subarrata.
Isaac coniugata.
Geminis fæcundata.
In Ebron tumulata.

Hæc applica de qualibet deuota anima seu deuota ꝑsona, q. s. interpretatur patientia, seu multum accipiens, pro eo. s. quia in hac vita patienter mala tollerat multa in paradiso recipit & reportat. Dicā ergo ꝙ ista fuit oneri subiugata per patientiā. & ad hoc facit quod dictū est. s. ꝙ Rebecca interpretat̄ patientia. vnde Gene. 15. Ecce inquit Rebecca egrediebatur habens hydriā in scapula sua, puella decora nimis, virgoq; pulcherrima, & incognita viro. Itē ista fuit hospiti valde grata. vnde. ibidem dicatur q̄uo seruus Abrahæ petijt ab ea aquā, & Rebecca celeriter hydria deposita dixit. Bibe dn̄e mi, q̄n ēt camelis tuis hauriā aquā. Item ista fuit munere subarrata, s. munere gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Vnde etiam ibidem dicitur quod Eliezer, qui interpretatur deus meus fortis, seu adiutor, prolatis vasis argenteis & aureis dedit ea Rebeccæ ꝓ munere. Argentum .n. gratiam, aurum gloriam signat quas scilicet deus noster adiutor & fortis animæ beatæ præsentat & donat. Item ista fuit Isaac coniugata. Isaac enim interpretatur gaudium, significās ipsum deum, qui in gaudio paradisi anima finaliter coniugatur. Sic beata Agnes de seipsa dicebat. Illi sum desponsata, cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur. Gene. 25. Isaac cum 40. esset annorum, duxit vxorem Rebeccam. Item ista fuit geminis fæcundata. Peperit enim Rebecca prolem geminam, scilicet Esau & Iacob, signans ꝙ anima beata seu etiam quælibet sacra virgo duplicem prolem, i. duplicia bona opera producit, scilicet corporalia & spiritualia. Prou. 31. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Vel duplicem prolem, i. duplicem corporis & animæ stolam. Genes. 25. Dedit dominus conceptum Rebeccę. Romano. 9. Rebecca ex vno cōcubitu habens geminos filios Isaac patris nostri. Itē ista fuit in Ephron tumulata, qa. s. ista in cimiterio paradisi final̄r est sepulta. Ephrō.n. interpretat̄ visio sempiterna. vn̄ Gen. 49. In agro Ephron sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge &cę.

A **Reus. Reatus.** Cū reatus idem sit quod peccatū seu obligatio ad pænam debitam pro peccato, igitur notabo quod homo efficitur peccator seu reatu ad pænam astrictus.

Propter omissam reuerentiam.
Propter commissam violentiam.
Propter remissam diligentiam.

Efficitur dico reus propter omissam reuerentiā, & sic reus Propter dimissam continentiam. peccati d̄r qui deū & parentes non debite reuerer̄; Deū dico sicut illi vere qui irrenter ad sacramentum altaris accedunt, sicut dicitur 1. Corinth. 11. quod quicunque manducauerit panem aut biberit calicē dn̄i indigne, reus erit corporis & sanguinis dn̄i. Parētes ēt, quia. s. quicunq; patrem aut matrē irreuerenter offenderit criminis reus erit. Gen. 44. Nisi inquit reduxero puerū (supple sicut patri promisi) peccati reus ero in patrem meū. Item efficitur homo reus propter commissam violentiam, vtpote quando committit homicidiū seu furtum. vnde Numeri. 35 Qui volens sanguinem fuderit. Sequitur. Siquis hominem ferro percusserit, & percussus mortuus fuerit, qui ꝑcussit, erit reus homicidij. Sequitur. Non accipies præcium ab eo qui reus est sanguinis. Item reus efficitur homo propter remissam diligentiam. Et sic dicitur Leuitic. 15. q̄d anima quæ tetigerit aliquid immundum aut occisum à bestia, aut per se mortuum, & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est & deliquit. Itē efficitur homo reus propter dimissam continentiam, sicut de adultera dicitur Num. 5. Cum inquit mulier biberit, si contempto viro adulterij, rea est, pertransibūt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur. Multa possent dici de reo, sed satis dicitur de peccatore De reo autem inquantum sumitur secundum iura scilicet pro defensore causæ, seu etiam persona inuasa vel accusata, nihil ponitur vocaliter in scriptura.

Rebellio. Nota ꝙ rebellare idem est quod rursum vel iterum bellare. Est.n. idem quod contradicere. Nota igitur quod inuenitur scilicet A

Rebellio aduersus spiritum, quæ fit interius.
Rebellio aduersus iudicem seu prælatum, quæ fit exterius.
Rebellio contra paracletum, quæ fit superius.
Primo modo rebellat animus.
Sed secundò modo rebellat infimus.
Sed tertio rebellat pessimus.

¶Primo igitur dicā quod est quædam rebellio contra rationem, quæ fit in animo. Constat enim quod in mente nostra semper inueniuntur aliqui mali proterui affectus, qui sensualitatē sequentes, contra rationem rebellant. Caro enim concupiscit aduersus sp̄m & sp̄us aduersus carnem, sicut d̄r Galath. 5. Dicit.n. Plin. lib. 2. naturalium, quod in ripa Beatis oppidi putei vacuātur & diminuuntur cum Oceanus inundat & augetur, quando vero Oceanus diminuitur, tunc illi putei plus replētur. Putei abyssi sunt nostri interiores affectus, quia. s. isti sunt quia Oceano, i. motui rationis obuiāt, & suis inclinationibus rebellant. Vnde de talibus potest dici, illud Iob 34. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierūt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Ipsi inquit scilicet carnales & sensuales affectus, lumini, id est rationi rebelles existunt, & per ipsius semitas non incedunt. Ista est igitur quædam rebellio contra rationem, quæ fit in animo. ¶Secundo dico in B quo inuenitur quædam rebellio contradictionum, quæ fit ab infimo. Et ista est illa qua scilicet mali subditi & inferiores rebellant contra prælatos & superiores. Multi. n. ita rebellis & contrariæ sunt naturæ, quod superioribus & melioribus semper obstant, similes illi pisci qui dicitur accipēser vel accipender vel elopes secūdum librum de rerū natura, cuius squāmæ tendunt in contrarium versus caput, qui etiā cauda ꝑuia contra aliorum naturam per maria semper natat. In isto.n. pisce cauda natando pręponitur, caput vero retrocedit & post trahitur. Sic vere dicam ꝙ in multis cōmunitatibus & collegijs inuenitur quod. s. squamæ, i. subditi contra caput, id est contra superiores & meliores per rebelliones, inuidias & detractiones se ordināt, & caudas, idest deteriores & minus valentes ꝓponunt & erigunt, capita vero, id est illos q̄ capitaneatu digni fuerant, ipsosq; post alios sequi Et ideo de congregatione talium potest dici illud 1. Esd. 4. Ciuitas illa a diebus antiquitus aduersus reges rebellat, & seditiones & bella concitantur in ea. Et ibidem dicitur sic. Rebellis est, & nocens regibus. Numeri 20. Audite rebelles & increduli. Ista est ergo rebellio contra dominum, quæ fit ab infimo. ¶Tertio dico quod inuenitur rebellio contra sanctionē, quę fit a pessimo, idest rebellio contra deum. Constat enim quod peruersi & obstinati semper contrariant & rebellant deo, ipsiusq; voluntati & iussionib. contradicunt, cōtra illud Num. 14. Nolite rebelles esse contra dominū. Et C

merito q̄a certe qui contra dñm rebellat & recalcitrat, finaliter morte & dānatione reportat. Paule Paule, durū est tibi contra stimulū recalcitrare. Act. 9. Cuius tñ cōtrariū faciūt quidā superbi, quia certè q̄dā sunt qui licet è deo ꝓ tribulationes sint pressi, ita tñ superbi & obstinati sunt, ꝙ ſp̄ deo recalcitrare & rebellare cōtendunt. Similes anguillæ, q̄ ēt post quā excoriata est, palpitat & recalcitrat & se mouet. Sic tales ēt tribulationib. excoriati, & per paupertatē bonis oīb. denudati, ꝓ superbiā tñ palpitare & recalcitrare nō cessant, deoq; murmurādo & peccādo rebellāt. Audiāt ergo isti illđ Num. 15. Aīa q̄ ꝓ superbiā aliq̄d pc̄ti cōmiserit, q̄ñ aduersus dñm rebellis fuit, peribit de populo suo. Talib. ergo bene dr̄ Deu. 10. Cōtēpsistis inquit imperiū dñi dei vestri, & non credidisti ei, neq; vocē eius audire voluistis, semper fuistis rebelles. Sic igitur patet q̄uo multiplex rebelio reperitur. Vide vbi contra, vbi aduersus in similibus titulis.

A **Recedere.** Nota ꝙ recedere idē est qđ ab aliquo fugere & elongare. Et iō nota ꝙ multiplex recessus inuenit in scriptura, videlicet recessus

Damnabilis & vitiosus.
Laudabilis & virtuosus.
Tristabilis & dolorosus.

Primus est recessus impij à virtutib. Scd̄s est recessus iusti à criminib. Tertius est recessus dei à pc̄tōrib. Recedit impius ab oī bonitate. Recedit iustus ab oī prauitate. Recedit deus à cordis fœditate. ¶ Dico ergo primo ꝙ est q̄dā recessus malus & vitiosus. Et iste fit q̄ñ hō recedit ab illis cū quib. ipse debet manere, vel q̄ ipse secū debet habere. Et sic nota ꝙ mali recedūt. s. à deo, à plato, à seipso, à ꝓximo, & à viro iusto. A deo. n. recedunt per nequitiā & obstinationē. A plato recedunt per proteruiā & indignationē. A seipso recedunt per superbiā & elationem. A proximo recedūt per fallaciā & proditionem. A viro iusto recedunt per inuidiam & perturbationē. ¶ Dico ergo ꝙ à deo recedunt ꝓ nequitiam & obstinationem, quia. s. hō qui cum deo ꝓ gratiam cōiungitur à deo per pc̄tm̄ recedit, & diuidit, & maxime q̄ñ ab ipso per obstinationē & malitiā elongat. Exemplo lunæ, q̄ tunc tp̄is cornua esse incipit, q̄ñ primo à sole recedit. Quia pro certo isti cornua supbæ præsumptionis & duræ ēt obstinationis accipiūt, q̄ à deo per vitia se disiungunt. De istis dr̄ Iob. 34. Quasi de industria recesserunt à deo, & vias eius intelligere noluerunt. Potissime aūt à deo recedunt illi qui sibi per idololatriam opponunt, & qui aduersario eius diabolo per vitia coniungunt, & sequi viā ipsius dedignant. De idololatris. n. dr̄ Eccl. 10. Initium superbiæ hoīs apostatare facit à deo q̄m ab eo qui fecit illū, recedit cor eius. De illis ēt qui nolunt esse de eius amicis, & iunxerūt se inimicis illius, dr̄ Hie. 5. Recesserunt & abierunt, & non dixerunt, metuamus dñm. & Hie. 17. Maledictus hō q̄ confidit in hoīe, & ponit carnem brachium suum, & à dño recedit cor eius. Et sic dico ꝙ isti recedunt à deo per nequitiam & obstinationē Item dico ꝙ à prælato recedunt per proteruiam & indignationem. Et isti sunt inobedientes apostatæ & negligentes, & mandata doctorum maiorum facere contemnentes. De q̄bus dr̄ Zach. 7. Auerterunt scapulā recedentes, & aures suas aggrauerunt ne audirent, & cor suū posuerunt vt adamātē. Isti sunt figurati in Naaman, q̄ salubre mandatū Helisæi facere contēnebat, immo recedebat indignās, sicut dr̄ 4. Re. 5.

B Quia sicut 4. Re. 8. dr̄. Recessit, Edom ne esset sub iuda. ¶ Itē dico ꝙ recedunt à seipso per superbiā & elationē. Auiculæ. n. vt cōiter recedunt à nido suo vbi sunt genitæ & nutritæ, statim q̄ñ sciunt volare, & quod plus est, vix aut nunquā ibi consueuerunt amplius reuenire. Sic vere charissimi hō à nido propriæ vilitatis in quo est creatus & alitus & nutritus. i. à cōsideratione cōditionis ꝓpriæ tunc recedit, q̄ñ volatū superbiæ incipit, & qđ pius est à seipsum vix aut nunquā amplius reuenit aut accedit. Sola. n. superbia facit hoīem recedere à seipso, & obliuisci penitus q̄d sit hō. Vñ Hie. 44. Oē volatile cæli recessit. Itē recedūt à ꝓximo per fallaciā & ꝓditionem. Sicut. n. canis frequentat hoīem quandiu videt ipsum tenere panē in manu, postquā vero nihil habuerit, recedit & dimittit eum, sicut ēt locustæ, hirundines & turtures in æstate apparent & veniunt, in hyeme abeunt & recedunt, sic falsi amici optime frequentant hoīem dū habet panē in manu i. dū est diues, & dū est in æstate prosperitatis, statim vero q̄ñ ista cessauerint, isti ab eo recedūt, & de ipso amplius nihil curant. Prou. 19. Fratres pauperis hominis oderunt eū & insuper amici eius longe recesserunt ab eo. Item recedunt à viro iusto ꝓ inuidiā & perturbationē. Inuidus. n. nunquā vult esse cū meliore neq; cū potentiore se. Vñ dicebat Abimelech ad Isaac. Gen. 26. Recede a nobis, quia potētior nobis factus es. Et Gen. 36. Recessit Esau à fratre suo Iacob. Iste est ergo multiplex recessus malus & vitiosus. ¶ Secundo principaliter C dico qđ est quidam recessus malus & vitiosus, & iste est recessus a malo & a peccato, quia sicut dr̄ Thob. 4. Multa bona habebimus si timuerimus deū, & si recesserimus ab omni peccato. Vnde nota quod recedendum est scilicet

A nefaria societate.
A contraria crudelitate.
Ab omnimoda iniquitate.
Ab incommoda iniquitate.

Recedendum est ergo à mala societate & amicitia. Libenter. n. recedit lepus a societate canū, & ouis a societate luporū, sic & hō iustus a societate malorum. Vnde Esa. 52. Recedite, recedite, pollutū nolite tangere, & exite de medio eius, mundamini q̄ fertis vasa dñi. Et illud Num. 16. Recedite a tabernaculis hoīum impiorum. Itē recedendū est a vana crudelitate & idololatria. Homo. n. qui diligit dñm suum libenter recedit à cultura & a familia aduersarij sui. Sic fidelis recedere debet a quacunque cultura & reuerentia diaboli. Ezec. 14. Conuertimini, & recedite ab idolis. Itē recedendum est ab omni iniquitate & malitia. Aues. n. aliquæ de religionib. frigidis solent in hyeme recedere, ne ipsas propter frigus oporteat succumbere. Iniquitas est frigus cōgelans animā per indeuotionē & peccatum, & ideo est ab eo recedendum. vnde Prou. 3. Time deum & recede a malo. contra illud 4. Reg. 15. Non recessit Zacharias rex Israel a peccatis Hieroboam. Item recedē dum est ab impietate & in iustitia vnde. Ecclesia. 35. Salutare sacrificium attendere mandatis, & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia. Iste est ergo recessus bonus fructuosus. ¶ Tertio principaliter dico qđ est recessus grauis & dolorosus. Et iste est ille recessus quo dominus recedit a peccatoribus & iniustis, ipsis gratiam subtrahēs in præsenti, & gloriam in futuro. Vnde. 1. Reg. 28. Philistiim pugnat cōtra me, & dominus recessit a me. Et vere q̄ñ dominus recedit ab homine, bene sequitur quod philistiim id est demones contra eum pugnant, quia vere qui à domino deseritur, multis impugnationibus fatigatur. Vnde Oseæ 9. Sed & væ eis cum recessero ab eis. Istum tamen recessum procurant tria genera personarum, videlicet D

Prosperitate gaudentes.
Carnalitate madentes.
Præsumptuositate tumentes.

De illis autem qui gaudent prosperitate, dr̄ Iob 21. Ducunt in bonis dies suos &c. Qui dixerūt deo, recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. De istis autem qui madens carnalitate dicitur, Iob 22. Fluuius (deliciarum supple) subuertit fundamenta eorum qui dixerunt deo, recede a nobis. De illis vero qui tument præsumptuositate, dicitur Esa. 65. Recede à me, non propinques mihi, quia immundus es. ¶ Si autem vis aliquid dicere negatiue, s. de non recessu, qđ E idem est quod alicubi vel cum aliquo stabiliter permanere, & ab eodem non excedere vel exire, dic quod viri stabiles & constantes à deo & à virtutibus non recedunt, sed durabiliter ibi sistunt. Exemplo Iob, quē dicebat. Iob. 27. Donec deficiā, non recedam ab innocentia mea. Igitur nota qđ est dare non recessum fortis cōstantiæ, quem iustus appetit. Nō recessum iugis malitiæ, qui malis competit. Non recessum duræ tristitiæ, qui malos appetit seu impetit. Non recessum gratæ lætitiæ, qui semper suppetit. i. sufficit. Primus nō recessus pertinet ad iustos. Secundus non recessus pertinet ad stultos. Tertius non recessus pertinet ad damnatos. Quartus autem non recessus spectat ad beatos. ¶ Dicam igitur quod est vnus non recessus qui est perfectorum. Vir enim iustus & ꝑfectus nunquam fugit aut recedit à Christi fide quam semel suscipit, à Christi verbis quæ semel percipit, à sancta vita q̄ semel incipit, à bono amore quē semel accipit. Dico à Christi fide quam semel suscipit. psal. Non recessit retro cor nostrum. & Eccl. 8. Ne festines recedere à facie eius. Item nō recedit à Christi verbis seu mandatis quę semel percipit. vnde de Ezechia dicitur 4. Reg. 18. quod adhæsit domino, & non recessit à vestigijs eius, fecitq; mandata eius. Et Iob 3. A mādatis labiorum eius non recessi. Item non recedit a sancta vita quam semel incipit, sicut scilicet facit bonus religiosus.

fus, quia via incepta non faciliter recedit. Exo. 33. Iosue nō recedebat a tabernaculo. Vnde 1. Reg. 12. Præcipitur sic. Nolite recedere à tergo dñi, sed seruitute domino ī omni corde vestro. Itē nō recedit ab amicitia q̄ semel accipit, iuxta illud Sen. Sic diligamus, quasi desinere non liceat: hic est igit̄ non recessus hoium pfectorū. ¶ Deinde dico q̄ est dare nō recessum hoīum iniustorū, illorū, s. q. in suis malitijs obstinati nū quam volunt recedere ab iniquis. 4. Reg. 17. Ambulauerunt filij Israel in vniuersis pc̄tis Hieroboā, & non recesserunt ab eis. Nauis. n. vbi est ferrū, qñ à casu ad rupem adamantis trahitur, vix aut nunquam potest amplius recedere: ferrum. n. q̄ ibi est tanto impetu trahitur ab adamante, q̄ amplius recedere non permittitur. Sic vere in naui mentis humanæ ferrū duræ obstinationis cum fuerit coniunctum adamanti attractiuo. i. pc̄tō & eius cōplacentiis, taliter adhærebit, q̄ amplius recedere non licebit, quia sicut dr̄ Prou. 22. Adolescens iux ta viam suam graditur, et cū senuerit, non recedet ab ea. Senuerit inquit. i. in pc̄tis antiquatus fuerit. Quō igit̄ euadet aut recedet durus & obstinatus pc̄tōr? certe necesse est q̄ faciat sicut nautæ, qui videntes se in mari ab adamēte detentos, rupem illā adamātinā circueunt, & qñq; fit qd̄ talem angulum rupis inueniunt, qui ferrū non attrahit, immo fugat. Sicut. n. dicunt doctores, & ego per experientiā vidi sæpe in eodem lapide est vnus angulus attractiuus, & alius retractiuus. Sic vere est de peccato. Habet. n. cum suis angulis & conditionibus complacētibus & attractiuis multos alios retractiuos Circui ergo & considera, & certe multas causas inuenies recedendi. vnde Naum. 3. Omnis qui viderit te, resiliet à te. Vt & sic dicat peccator pænitens ipsi peccato suo dimisso illud Hiere. 3. Recessimus non veniemus vltra ad te. Est ergo dare non recessum hoīum iniustorū. Deniq; dico quod est dare non recessum hominum damnatorum, & iste certe est ille quo in inferno liga tis recedere non licebit. Iob. 15. Non recedet de tenebris, & ramos ipsius arefaciet flamma. Isti enim amplius non recedent à malis, & mala amplius non recedēt ab eis. Proue 17. Nō recedet malum de domo eius. Et Nau. 3. Non recedet a te rapina. ¶ Vltimo vero dico quod est dare non recessum hominum beatorum, illorum. s. qui sunt in patria & gloria sempiterna, q̄a. s. isti exinde recedere nec volunt nec possunt. Ipsa etiam gaudia paradisi ab eis recedere nunquam possunt Esa. 54. Misericordia aūt mea nō recedet à te. Sufficit. Vide de fugere, de dimittere, de relinquere.

Recensere. No. q̄ recensere idem est q̄ iuuare vel computare. Et si vis, vide ibi.

A **Recidiuum.** Nota q̄ recidiuū dicitur à reincido, dis. seu recido. dis. Et est ꝓprie recidiuum idē quod reiteratus casus. Est autem recidiuus casus magis periculosus & magis vituperabilis quam casus. Quia s. primus casus debet esse cautio & præseruatio recidiui, sicut Seneca in prouerbiis dicit q̄ cautio est in reliquū, lapsus anterior. Etiam in infirmitatibus periculosiora sunt recidiua. Igitur dico q̄ loquendo moraliter ille recidiuare dicitur qui post conuersionem aut pænitentiam relabitur in pc̄tm̄. Quia tamen non inueniuntur concordantiæ vocales de huiusmodi recidiuo, transeo, quia. s. in alijs titulis sicut sunt redire, retrorsum & reuerti, plenarie satis tangam &cæ.

Reclinare. Vide vbi Inclinare.

A **Recludere.** Vbi Includere.

Recipere Nota qd̄ recipere sumitur multipliciter in scriptura. est enim generaliter loquēdo, receptio.

Contributiua.
Retributiua.
Consolatiua.
Castigatiua.
Condemnatiua.
Charitatiua.
Obeditiua.

¶ Primo ergo dico q̄ est generaliter receptio contributiua, & illa est qua quis recipit vt cō tribuat & vt reddat. Et ita recipiunt illi qui à deo recipiunt gratias & virtutes, & ipsi cōtribuunt & reddunt opera virtuosa. Exemplo terræ, quæ recipit semen, & fructū reddit. Exēplo radicis, q̄ humorem a terra recipit, ipsum tamen sibi nō retinet, sed ad ramos restituit & trāsfundit. quia s. homo iustus recipit deo semen bonæ inspirationis, & retribuit fructum bonæ operationis. recipit a deo temporalem possessionem & ipsam retribuit per gratiarum actionem, vel per elemosynarum recōpensationem. Exemplo speculi quod speciē & imaginem a facie recipit, & eam ꝑ reflexionem radiorum iteru faciei & oculis restituit et remittit. Quia. s. viri gratifici q̄cquid beneficij à dño recipiūt, statim ipsi dño per gratiarum actionem vel ꝑ boni vsus exequtionem vsq; ad oculos dei repræsentant, reijciunt & remittūt. Et sic faciunt iux ta illud quod dicitur Eccl. 4. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Quod est contra illos qui bene recipiunt, sed nihil reddunt, similes aeri vel alii corpori diaphano, quod bene species & imagines recipit, ipsas tamen non replicat oculo neq; reddit. Sic vere mali continue dei & aliorum beneficia recipiunt, ipsa tamen nec ꝑ recompensationem nec per gratiarum actionem restituunt neque reddunt, contra illud Rom. 13. Reddite omnibus debita. Quod est etiam contra illos qui non solum bona recepta non restituunt, immo quod etiam peius est ꝑ bono recepto malū reddunt. Exemplo malæ terræ, quæ quamuis recipiat bonum semen, reddit tamen aliquotiens malum fructum. ps. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatē aīæ meæ. Ista est ergo receptio cōtributiua seu restitutiua. ¶ Secūdo dico B q̄ est receptio retributiua, & ista est illa qua mali in isto mūdo laute recipiūt mundi bona ꝑ totali retributione & mercede. Mat. 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Isti. n. non habent oculum nisi ad recipiendū & aggregandū. Et isti sunt fatui, quia cū natura plus de cib. recipit q̄ digerere possit infirmitatē incurrit. Sic isti quia de bonis mūdi magis recipiunt q̄ digerant, & q̄ debite dispensent infirmitates diuersorum vitiorum, & postea mortē æternalium tormentorum exinde finaliter incurrunt. Et ista quotidie inueniunt in auaris, qui non cessant bona mundi plenis haustib. recipere, & nullam satietatem habere. Sunt. n. de natura materiæ, q̄ ſm philosophos habet possibilitatem recipiendi omnē formā. Sic isti capacitatem habent ad recipiendum omnem pecuniā. Sed audiant quid dictū fuit epulanti diuiti. Lu. 16. Filij recipisti bona in vita tua, Lazarus aūt similiter mala. Nūc aūt iste consolatur, tu vero cruciaris. Quia pro certo de receptione diuitiarū peruenit ad receptionē pænarū. Et sic dico q̄ ista est receptio retributiua, q̄a. s. tales recipiunt suū præmium in hoc mūdo. ¶ Tertio dico q̄ est receptio cōsolatiua & ista est illa qua iustiā deo in paradisum recipiunt, & qua ipsi à deo sua ꝓmia recipiunt & amplectuntur. Luna. n. tūc à superiori parte plenā à sole illuminationem recipit, qñ ei immediatius in nouilunio se cōiungit. Tunc à parte cęli plene illuminatur, quamuis à parte terræ carere lumine videatur. Sic vere beati in patria qñ cum sole iustitiæ Christo coniuncti sunt tunc à parte superiori, s. quantum ad animam illuminationem gloriæ paradisi recipiunt, & tunc a deo per gloriam superius illuminantur, quamuis a parte inferiori idest quantum ad corpus eclipsari, & perire hic inferius superficialiter cognoscantur. Et de tali receptione dicitur Galath. Vt adoptionem filiorum dei reciperemus. Ibi recipiunt

Operarij lucrum & vtilitatem.
Obsessi pacem & securitatem.
Deuij hospitium & humanitatem.
Infirmi remedium atque sanitatem.
Famelici conuiuium & satietatem.

Dico q̄ ibi recipit plena merces, et vtilitas ab operariis. Ruth. 2. Plenā mercedē recipies à dño Item recipitur pax & securitas ab obsessis. Tho. 3. Recepi in pace spiritum meū. Itē recipitur hospitium à deuijs. Lucæ 16. Recipiant vos in æterna tabernacula. & 1. Mach. 2. Helias dum zelat zelum legis, recipitur in cęlum. Item recipitur remedium ab infirmis 4. Reg. 5. Recipiet sanitatem caro tua. Item recipitur conuiuium a famelicis. Vnde Iudi cum 19. Postquam lauit pedes eorum recipit eos in conuiuium. Ista est ergo receptio consolatiua. ¶ Quarto dico quod est receptio castigatiua, & ista est illa qua homo in mundo isto recipit castigationes & flagella, quia sicut dicitur Hebræorum. 12. Flagellat deus omnem filium quem recipit. Et non solū viri iusti recipiunt tribulationem, immo etiam viri impij & iniusti, quia sicut dicitur Prouerbior. 11. Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? Ista tamen est differentia, quia iusti recipiunt patienter, iniusti vero ipatienter, quia sicut dicitur Hierem. 7. Hæc est gens quæ non audiuit vocē dei, nec recepit disciplinam. ¶ Quinto est receptio condemnatiua, & ista est illa quā post laborem huius vitæ ma-

li recipiunt in inferno loco denarij diurni. ad Coloſ. 3. Qui iniuriã facit, recipiet id qđ inique geſſit. ¶ Sexto eſt receptio charitatiua, & iſta eſt illa qua quis recipit alios ad hoſpitiũ & ad veniam. Heb. 13. Hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc enim quidã placuerunt angelis hoſpitio receptis. De quo Mat. 10. Qui vos recipit, me recipit. ¶ Septimo eſt receptio obeditiua & iſta eſt illa qua deus per fidẽ & deuotionẽ in corde recipitur à deuotis de qua Io. 1. Quotquot autẽ receperũt eũ, dedit eis ptãtẽ filios dei fieri. Iſta igĩ de receptiõe ſufficiãt. Vide ſupra de accipere, & infra de Suſcipere.

A **Recordari.** Cũ de meminiſti & memoria, de meditatione & cõſideratiõe ſint ſuperiꝰ multa dicta, de recordari breuius eſt dicendũ. Cum igitur recordari nihil aliud ſit quam aliquid preteritum meditari, poſſumus notare ꝙ in ſcriptura inueniť recordatio duplex, humana. ſ. & diuina. Recordari. n. pertinet ad mentem rationalem, quia recordatio eſt actus ipſius rationis. Dicamus ergo primo de his quæ dominus recordať. Recordatur enim aliqua quantum ad ſe, & aliqua quantum ad nos. Quantum ad ſe enim recordatur ſcilicet

Suam immenſam nobilitatem.
Suam clementem benignitatem.
Suam coniunctam fraternitatem.
Quantum ad nos vero ipſe recordatur.
Noſtram paternalem generoſitatem.
Noſtram deuotam ſedulitatem.
Noſtram ianatam fragilitatem.
Noſtram perpeſſam aduerſitatem.
Noſtram commiſſam iniquitatem.

Iſta. n. oĩa recordatur deus vel ad noſtrã miſerationẽ, vel ad noſtrã punitionem. Recordať ergo dñs ſuæ ſupnalis nobilitatis. Vir. n. potens & nobilis nocere debili dedignatur, qñ ſuã eminentem celſitudinem recordatur. Et iſtud allegat Hieremias, volens deũ ad miſericordiã ꝓuocare, dicens Hie. 14. Solij gloriæ tuę recordare, ne irritum facias pactum tuũ nobiſcũ. Itẽ recordatur ſuæ naturalis benignitatis. Lu. 1. Recordatꝰ eſt miſericordiæ ſuæ & veritatis ſuæ domui Iſrael. & in pſal. Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Itẽ recordatur ſuæ fraternalis cõitatis, quia. ſ. ipſe recordať qũo ipſe p incarnationem fuit humano generi fraternaliter copulatus. Gen. 6. & 9. Cũque apparuerit arcus meus in nubib. recordabor pacti mei quod pepigi tecum. Item ipſe recordatur noſtræ paternalis generoſitatis, ſicut faciunt hoĩes qui qñq; recordantes parẽtum nobilitatẽ ſeu probitatẽ, contẽplatione eorum faciunt filijs multa bona. Sic deus recordatur ſanctorũ fundatorũ & ꝑdeceſſorũ noſtrorum. Exo. 32. Recordare Abraham Iſaac & Iacob. Itẽ ipſe recordať noſtræ ſpiritalis ſedulitatis, quia. ſ. hõ alteri facilius miſereť, qñ præcum ſuarum inſtantiam recordatur. vnde Hie. 18. Recordare ꝙ ſteterim in conſpectu tuo. Itẽ recordať noſtræ corporalis fragilitatis. Deus. n. nobis facilius indulget, qñ fragilitatem conditionis noſtræ videt. pſ. Recordatus eſt qm̃ puluis ſumus, hõ ſicut fœnũ, dies eius tãquam flos agri ſic efflorebit. Et iterũ Recordatus eſt quia caro ſunt ſpiritus & non rediens. Itẽ ipſe recordatur noſtræ temporalis aduerſitatis. Deus. n. illis libentius compatitur, qui mundi tribulationibus affliguntur. pſal. Requirens ſanguinem eorum recordatus eſt, non eſt oblitus clamorem pauperum. Item recordatur noſtræ criminalis iniquitatis, quia. ſ. quamuis modo crimina noſtra diſſimulat, tamen recordatur, & ea finaliter puniet. Oſeæ 8. Nunc recordabitur
B iniquitatem eorum, & viſitabit peccata eorum. Iſta ſunt igitur illa quæ dominus recordatur. ¶ Secundo dico quod ſunt aliqua de quibus iuſtus recordari tenetur. Et ſic nota quod ad quemlibet iuſtum pertinet recordari multa, videlicet

Flagitia quæ commiſimus.
Supplicia, quæ meruimus.
Solatia quæ amiſimus.
Iudicia quæ perpendimus.
Seruitutem quam euaſimus.
Maieſtatem quam offendimus.
Chriſti paſſionem quam cauſauimus.
Tribulationem quam habuimus.
Beneficia quæ recepimus.

Igitur recordemur flagitia quæ cõmiſimus. Ezech. 16. Recordaberis viarum tuarum, & confunderis. Et 20. ca. Recordamini viarũ veſtrarũ. Exemplo Petri, de quo dicitur Matth. 26. ꝙ recordatus verbi ꝙ dixerat illi Ieſus, egreſſus foras fleuit amare. Itẽ recordemur ſupplicia quæ meruimus, ſ. mortem iudicium, & infernum. Contra quod dicitur Thren. 1. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui. Itẽ recordemur ſolatia quæ perdidimus. ſ. bona paradiſi, quæ per pctm̃ perduntur. pſ. Super flumina babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur tui ſyon. Item recordemur iudicia quæ perpendimus. Iſta. n. ſunt ſumme recordanda. ſ. iudicia dei, quomodo ſ. deus punit nocentes, & ſeruat innocẽtes, de quo Iob. 4. Recordare obſecro quis vnquam innocens perijt. Contra qđ de malis iudicib. dicitur Dan. 13. ꝙ auerterant oculos ſuos ne recordarẽtur iudiciorum iuſtorum. Item recordemur ſeruitutem quam euaſimus, quia. ſ. homo qui euaſit à pctõ ſemper debet recordari ſeruitutem peccati Deu. 16. Recordaberis, quoniam ſeruus fueris in Aegypto. Item recordemur maieſtatẽ quam offendimus. Eſa. 46. Redite præuaricatores ad cor, recordamini prioris ſæculi. & Eſa. 64. In viis tuis recordabuntur nominis tui. Itẽ recordemur Chriſti paſſionẽ quam cauſauimus. Thre. 3. Recordare paupertatis meæ abſynthij & fellis. Item recordemur tribulationem, quam propter peccatum pertulimus. Thren. 1. Recordata eſt Hieruſalem dierum afflictionis ſuę. Item recordemur beneficia q̃ recepimus. Luc. 16. Fili recordare quoniam recepiſti bona in vita tua. Iſta igitur ſunt illa quæ vir iuſtus recordari tenetur. C
¶ Tertio dico quod ſunt aliqua quæ vir vnicus recordari ꝓbatur. Et ſic nota quod peccator recordatur

Deliciarum ad delectandum.
Iniuriarum ad vindicandum.
Nequitiarum ad complacendum.

De deliciis dicitur Nume. 11. Recordamur piſcium quos comedebamus in Aegypto. De iniurijs etiam dicitur 1. Mac. 10. Recordati ſunt malitiæ magnæ quã fecerunt. De nequitijs etiã de quib. ſ. ad complacendum mali recordantur, dicitur Ezech. 21. Recordati eſtis iniquitatis veſtræ, reuelaſtis ꝑuaricationes veſtras, & apparuerunt pctã veſtra. Sic ergo patet quomodo aliqua recordatur deus, aliqua iuſtus, aliqua impius. Vide ſupra de Memoria, & de Conſideratione &c.

Rectus. Rectitudo. Nota ꝙ rectitudo eſt q̃dã rerũ dimenſio per q̃ in æqualitate & ꝓportione debita perſeuerẽt, ita ꝙ nõ plus ad vnam partem quam ad alteram ſe inclinãt. In morib. autẽ rectitudo idem eſt quod perfectio veritatis, ſanctitatis, & debita cõditio. Rectum ergo idem eſt quod debitum & iuſtũ, & iõ poſſumus dicere ꝙ rectitudo nihil eſt quam morũ iuſtitia & ſanctitudo. Et ſic rectus dicitur quilibet homo iuſtꝰ qui in nulla parte ſui eſt per hypocriſim vel per fallaciã vel per aliam nequitiam tortuoſus. Et ineſt iſta rectitudo hoĩ naturaliter, niſi per accidẽs inclinetur, ſicut exemplum habemus de iſtis arboribus ſicut ſunt tribuli ſeu vepres. De intentione enim naturæ eſt quod faciat arborem rectam, & ꝙ recte ipſam eleuet verſus cælum, ita etiam ꝙ in principio qñ de terra naſcuntur, recte ſunt, & verſus cælum tendunt ſed pro certo tanta eſt in eis debilitas naturalis, ꝙ ſtatim quãdo creuerunt ad terram inclinantur, & quanto plus ſenuerint tanto amplius incuruantur, & tanto magis a rectitudine deprauantur. Sic vere homo naturaliter creatur rectus quantum ad animã, quia. ſ. homo a natura habet ſynderesim ſeu rectitudinem rationis per quam cognoſcit naturaliter quid ſit iuſtum, & per quam naturaliter tendit ſurſum ad deum per deſiderium & affectum, quia ſicut dicitur Prou. 27. Cor rectum exquirit ſapientiã. Sed procul dubio conditio carnis & mentis noſtræ ita eſt debilis, ꝙ ſtatim ad terrã. i. ad terrenorum miſeriam inclinatur, & ad mundum & mundana quanto plus vixerit incuruatur, & ſic tota ipſius rectitudo in tortuoſitatis vitium cõmutať. Et hoc eſt quod dicitur Eccle. 7. Hoc ꝙ inueni ꝙ fecerit deus hominẽ rectũ, & ipſe infinitis ſe immiſcuit quæſtionib. Quia igitur talis rectitudo naturalis de facili corrumpitur per pctm̃, neceſſe eſt ꝙ homini inſit alia rectitudo quæ eſt moralis & virtualis, quæ. ſ. idẽ eſt quod iuſtitia, quæ nõ ſinat hominem deflecti ad aliqua vitia vel peccata. De quo in perſona Iob dr̃ Iob. 1. ꝙ erat vir ille ſimplex & rectus, & timens deum. Vbi aduerte quod res recta ſiue ſit regula ſiue columna, eſt vt communiter,

Firmior ad manendum.
Pulchrior ad videndum.
Planior ad tangendum.
Verior ad ſequendum.

Eſt firmior per patiẽtię fortitudinẽ. Erat inqt vir. Eſt pulchrior p apparentiæ gratitudinẽ. Ille inqt, demõſtratiuẽ loquitur. Eſt planior per innocentiæ mititudinẽ. Simplex inquit. Eſt verior per exiſtentiæ certitudinem. Rectus inquit. ¶ Primo igitur

tur dico ꝙ ille qui simpl'r est rectus, habet fortitudinē patiētiæ ꝙ ōndit cum dr. Erat vir. Istud.n. verbum erat, signat firmā stabilitatē, & istud nomen vir, signat virtualē fortitudinē & firmitatē. Nā sicut columna quanto magis est recta, tāto magis est firma, & tāto sub onere plus est solida atq; fixa, sic hō quanto in morib. est rectior, tanto ad sustinendū onera tribulationū per patientiā est fortior, & ad perseuerandū in bono per fortitudinē est firmior. 2. Esdr. 9. Cū absoluisset legē, oēs recti steterunt. Iste.n. vr similis colūnæ cypressinæ, q cū est bene recta, vix aut nunquā flectit sub onere. Sic nec iustus. vn Sene. Stat rectus sub quolibet pondere, nulla illum res moueri facit. Vir inquit erat in terra hus, noie Iob. Vnde de stabilitate & perseuerantia talium dicitur Iob. 4. Recordare obsecro quis vnquā innocens perijt, aut qn recti deleti sunt. quasi diceret. Tales qui sunt recti & iusti non facil'r pereunt per pctā, & iō non merent deleri per tormenta. Isti igitur habent fortitudinē patientiæ. Erat inquit vir. ¶ Secundo dico ꝙ illi qui sunt spūaliter recti, habent pulchritudinē apparentiæ, quod ostenditur cum dicitur Ille, quod est pronomen demonstratiuū. Res.n. q sunt notabiliter pulchræ, solent esse libentius demōstratæ. Et iō cum isti demonstrantur per istud pronomen ille, bene videt significari ꝙ isti sunt per honestam apparentiā demonstrabiles atq; pulchri. Res.n. q sunt rectæ & altæ, sunt ad videndū vt cōiter valde pulchræ, sicut patet de illis arborib. & columnis q quāto sunt altiores & rectiores; tanto sunt ad videndū pulchriores, delectabiliores & mirabiliores. Et maxime quia tales rectæ & altę arbores sunt vt communiter continue reuirentes. Sic vere illi q sunt recti in actu p iustitiā, sunt vt cōiter delectabiles in aspectu per honestā apparentiā. Et iō de isto ille. i. de ista demonstrabili apparentia dr Sap. 10. Iustum deduxit dñs per vias rectas, & ostendit illi regnū dei. Isti ergo habent pulchritudinē apparētiæ. ¶ Tertio dico ꝙ isti qui spiritualiter sunt recti habent mititudinem innocentiæ. Simplex inquit. Res.n. quæ sunt bonæ & rectæ sunt vt cōiter bene leues, suaues & planę, quia alias si haberent gibbositates & asperitates, non essent rectæ. Sic vere illi qui spiritua r sunt recti, debent esse innocentes, simplices atq; plani. non.n. debent habere aliquā concauitatē falsitatis, sed simplicitatē & planitiē toti⁹ veritatis. Simplex inquit. i. sine plica, quia. s. res q sunt sine plica & sine tortuositate, sunt rectæ. Sic illi q sunt innocētes & simplices, sunt sine fraude. vnde Prou. 2. Qui.n. recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. Ac si diceret. Ijdem sunt recti & simplices. Habent igitur isti aptitudinem innocentię. ¶ Quarto dico ꝙ isti qui spiritualiter sunt recti, habēt certitudinem existentiæ, quia. s. tales nihil habent curuum, fictum & falsum, sed totum quicquid est in eis, & interius in intētione, & exterius in conuersatione, totum est verum, solidum atq; fixū. Et hoc notatur in verbo. Rectus & timens deum. Rectum.n. & verum pro eodem supponunt. Et iō ille proprie rectus dicitur, qui sine quacunq; fictione verus, firmus & solidus inuenitur, vt sic cuilibet tali possit dominus dicere illud quod dictum fuit Dauid 1. Re. 29. Rectus tu, & bonus in conspectu meo. Istā aūt rectitudinem existētiæ debemus habere potissime religiosi & clerici, qui sumus exemplar & regula aliorum. Regula.n. summe debet esse recta, quia si esset falsa & curua, oīa regulata fierent simil'r ita curua. Sic vere nos q sumus exēplar & regula aliorū, habemus necessario esse recti & virtuosi, qa alias si essemus torti, curui & defectuosi, oēs alij nri imitatiōe fierēt vitiosi. Rect⁹ ergo & timēs deū. Prou. 21. Qui aūt rect⁹ est, dirigit viā suā. Sed pcul dubio istud est aduertēdū ꝙ ad habendū rectitudinem oimodā pfectiōis multa recta sūt necessaria. Debem⁹.n. hře

Rectum cor intentionis.	Omnes enim rectitudines
Rectos oculos discretionis.	istas debet habere homo
Rectos pedes affectionis.	ad hoc qd' possit spirituali
Rectos amplexus dilectionis.	ter esse rectus. Igit habeat
Rectas pennas contemplationis.	rectitudinem in corde intē
Rectas manus operationis.	tionis, quia sicut dicitur in
Rectas vias conuersationis.	psal. Lux orta est iusto, & re
Recta verba prædicationis.	ctis corde lætitia: & iterū,
Recta labia eruditionis.	Quā bonus Isrł deus his
Rectam vocem iubilationis.	qui recto sunt corde. Alibi
Rectos frenos moderationis.	vero. Rectitudo.n. intētio-
Bñfac dñe bonis & recte corde.	nis & cordis super omnia

placet deo. Itē habeat rectitudinē in oculo discretionis. Hie. 26. Facite mihi vt bonū est & rectum in oculis vestris. Qd' est cōtra inuidos, qui rectis oculis nō possunt respicere alios, vt patet. 1. Reg. 18. vbi dr. Non rectis ergo oculis aspiciebat Saul Dauid. Quod est contra fatuos, qui ēt de suis proprijs actib. recte nesciunt iudicare, quia sicut dr Prou. 12. Via stulti recta in oculis eius sed non sic, sed iuxta illud quod dicit Prou. 4. Oculi tui recta videant. Itē habeat rectitudinem in pede affectiōis. Eze. 1. Pedes eorū pedes recti. Itē rectos amplexus dilectionis. Can. 1. Recti diligunt te. Itē rectas pēnas cōtēplationis. Ezec. 1. Pennæ eorū rectæ alterius ad alterā. Itē rectas manus operationis. Prou. 20. Ex studijs suis intelligitur puer si recta & munda sunt opera eius. & 3. Reg. 15. Fecit asa rectū in conspectu dñi. Itē rectas vias vitæ & conuersationis. vñ Sap. 10. Iustū deducit dñs per vias rectas. & Eccl. 51. Ambulauit pes meus iter rectū. Quāuis de malis dicat illud Prou. 2. quod ipsi relinquunt iter rectū, & ambulant per vias tenebrosas. Quinimmo sicut dicitur Proue. 29. Abominantur impij eos qui in recta sunt via. Quia sicut dicitur Proue. 16. Est via quę videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem. Item recta verba prędicationis. Prou. 8. Veritatē meditabitur guttur meum, aperientur labia mea, vt recta prædicet. Item habeat recta labia eruditionis. Prouer. 8. Recti sunt omnes sermones mei. Item rectam vocem iubilationis. psal. Rectos decet collaudatio. Laudabuntur omnes recti corde. Iustitiæ domini rectę, lætificantes corda. Rectis corde lætitia. Item habeat rectum frenum moderatiōis & Eccl. 28. Facito frenos ori tuo rectos. Et sic habebit spiritum rectum gratiæ & deuotionis. psal. Cor mūdum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Et sic finaliter perueniet ad terrā rectam æternæ habitationis. ps. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Istis igitur modis efficit homo rectus, quamuis multi sunt ita peruersi, quod nihil volunt cogitare, dicere aut facere recte, similes cancro, qui nūquam vadit recte, & similes cani rabido, qui vacillādo & nūquam recte dicitur incedere, quia breuiter hodie sunt pauci homines ita recti, quia sicut dicitur Miche. 7. Perijt iustus de terra, & rectus in hominibus non est & Amos. 3. Nescierunt facere rectum &c. Non sic ergo, sed sit homo verus, rectus, realis & non deuius vel obliquus. Rectus inquit, & timens deum. Sic habebit existentiæ certitudinem, innocentiæ mititudinem, apparentiæ pulchritudinē, pmanentiæ fortitudinē. Et sic bene dicetur. Erat vir ille simplex & rectus, & timens deum. Sufficit. Vide supra de iustitia.

Reconciliatio.

No. ꝙ reconciliatio idē est qd' de discordia ad pacem & ad cōcordiam reductio. Et quia supra de pace & pacificatiōe plenarie est tractatum, mō superest aliquid dicendum. Nota ergo quod reconciliatio est. s. actus charitatis, actus benignitatis, indulgentiæ, veniæ & pietatis. Et iō est triplex reconciliatio, videlicet vna quam. A

Fecit deus carnem assumendo.	Est igitur reconci
Facit homo corde pænitendo.	liatio cælestis nu-
Facit iustus mente remittendo.	minis placatiua. &

ista est illa per q deus fuit mundo recōciliatus, quando filius extitit incarnatus. Ista enim reconciliatio facta est per matrimonium filij dei, quando sororēm nostram humanam naturam per incarnationem accepit in vxorem. Christus. n. fuit sicut sapphirus, qui dicitur discordes reconciliare, quia s. iste deum & hominem reconciliauit ad vanitatem fidei concordauit. vnde 2. ad Corinth. 5. Omnia autem ex deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum. Et ibidem. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Itē est reconciliatio dei & hominis & vnitiua, & ista fit per pænitentiam. Quando.n. deus est inimicus & contrarius alicui propter peccatum, si vult reconciliari, necesse est ꝙ pænitentia interueniat satisfaciendo, culpam cogitando, & emendam agendo, & se in hominib. humiliando. Adamas.n. & magnes dicuntur lapides reconciliationis, quia sicut dicit Dioscorides, p istos mulier repudiata redit in gratiam viri sui. Sic pænitentia aīam peccatricem Christo viro suo reconciliat, ipsosq; simul pacificat & cōcordat. Iud. 19. Secutusq; est eā vir suus, volēs reconciliari. Potissime autem ista reconciliatio fit quando mater ipsius dei pro peccatorib. intercedit. Oratio enim beatæ virgi-

virginis & sanctorũ,& ẽt oratio ꝓpria multũ facit. vñ 2.Mach.1.Exaudiat dñs orationes vestras,& recõciliet vobis,nec vos deserat in tpe malo.Itẽ est recõciliatio fraterni turbinis lenitiua,& ista est illa qua hõ tenet̃ reconciliari fratri suo sibi discordi & offenso.Charitas.n.nõ debet pati ꝙ nos q̃ fratres sumus in Christo,per rixam aut per odium diuidamur, quinimmo necesse est quod statim inuicem concordemur. Exẽplo gruũ,q̃ q̃nq; inter se dñr fortiter pugnare,sed statim finita pugna inuicẽ recõciliatæ,nõ omittunt pp hoc inuicẽ volitare,& cõiter vt prius habitare.Sic vere nos si alter alteri aliquotiens irascimur,necesse est qđ inuicẽ recõciliemur & ꝙ omni odio & rancore dimisso, in habitatione & in volatu.i.in oratione simul iterũ copulemur.Et hoc Matth.5.Si frater tuus habet aliquid aduersum te,vade prius recõciliari fratri tuo,& sic offeres munus tuũ .Rom.5.Recõciliati salui erimus ab ira.Deus.n.q̃ charitas est,nõ haberet munꝰ gratũ si sibi ab odiosis & iracũdis offerret̃,& iõ vult vt ante oia reconciliemur,& vt ꝑ charitatẽ inuicẽ concordemur 2. Mach.13.Reconciliatus obtulit sacrificiũ.Patet ergo ꝙ est recõciliatio fraterna,interna,externa &c.Vide supra de Pace. Pacificare.Cõcordia.Charitate.Amore, & similibus &cæt.

A **Recumbere.** Vide vbi Accumbere,seu Accubare,& vbi discumbere.

Redarguere. Reprehẽdere.seu

Reprobare.Nota quod multiplex redarguere inuenitur, videlicet redarguere quod facit

Animus.
Optimus.
Pessimus.

¶Primo dico ꝙ est vnum redarguere qđ facit aĩus, est euitandum.Et istud ꝑ certo nihil aliud est q̃ remorsus cõsciæ,quia.s. scia vt hõ malum aliqđ facit,ipsum redarguit atq; remordet.Est.n. sicut verticulũ supra cãpanille,ꝙ statim & subito vento contrario se opponit.vñ Sap.17.Frequenter.n.præoccupant pessima,redarguente eos cõscientia.Boni aũt & iusti huiusmodi redargutionẽ vitant,quia.s.ã reprehensibilibus rebus cauent,& sicut impij corda sua non molestant, sicut Iob de seipso dicebat Iob 27.Iustificationẽ q̃ cepi tenere, non deserã, neq;.n rephẽdit me cor meũ in tota vita mea,& Iudith.8. dr̃ Oia q̃ locuta es,vera sunt,& non est in sermonib.tuis vlla reprehẽsio.Sic est tñ quod certè talis conscientię reprehensio tũc est vtilis,q̃n ex tali redargutione emendatio sequitur,& q̃n per pn̄iam mordente conscientia reformatur,sicut Iob de seipso dicebat Iob 42.Ipse me reprehendo,& ago pn̄iam in fauilla & cinere.Et bene dicit Ago pn̄iam,quia .s. ex tali cordis redargutione non debet sequi obstinatio vel desperatio, sed potius spes veniæ & pn̄ia seu conuersio,sicut bene vr̃ innuere scriptura.s.1.Ioan.3.vbi dr̃ sic.Si reprehendit nos cor nostrum,maior est deus corde nostro.q.d.maior est deus vt indulgeat,quã debeat esse cordis desperatio vt remordeat. Ista est igitur redargutio quam facit animus. ¶Secundo dico quod est redargutio quam facit optimus , hoc est dictu, bonus prædicator seu prælatus,qui.s.malos redarguit & castigat,iuxta illud Iudæ.Redarguere oportet impios . Vt de malis operib.dicatur illud Eph.5. Nolite cõicare operib.infructuosis tenebrarum,magis autem redarguite.Et certe nõ solum mali & mala redargui debent, immo etiam ipsi boni si ipsos contingat male agere,sicut Paulus legitur reprehendisse Petrum pro eo quod gentes iudaizare cogebat,sicut.s. ipse dicit ad Galath.2.Restiti inquit Petro in faciem quia reprehensibilis erat:ista est igitur redargutio quam facit optimus.¶Tertio dico ꝙ inuenitur redargutio quam facit pessimus.Inuidi.n.& detractores nihil inueniunt ita bene factum quin iugiter reprehendat.Boni autem econuerso.quia.s.boni redarguunt se & non alios,alii,vero non se sed alios . Vñ de viro iusto dicitur in psal.Factus sum sicut homo non audiens,& non habens in ore suo redargutiones.Sufficit.Vide de Arguere & Corrigere & similibus.

A **Reddere.** Nota ꝙ reddere p̃supponit promissionẽ, receptionem,vel aliqualem obligationẽ. Et quia homo obligatur & tenetur deo,proximo,sibi & prælato,quia etiam deus tenetur homini sicut creator creaturę, factor facturę,genitor genituræ,hinc est quod aliqua reddit deus,aliqua reddit homo,& aliqua sunt reddẽda deo,& aliqua homini.¶Primo quidem dicamus de deo.Sicut.n.dicit Eccl.5.Altissimus est patientissimus redditor. Patiẽtissimus mdr̃,quia.s.non statim reddit promissa sua siue bona siue mala,quinimmo cõiter consueuit differre vsq; ad tempus,sed finaliter optime reddit homini q̃cquid debet:ipse.n.est sicut grus,quæ subito nõ mouetur à terra,immo in principio antequam volare incipiat,dicitur facere nouẽ passus, postquã vero incepit cito volat.Sic deus non statim ꝓrumpit ad volatum suorum actuum exequendum,vel ad reddendum præmia iustis,vel supplicia iniustis.Multos.n.passus solet transire,dissimulãs peccata hominum vt emendẽtur,& merita iustorum vt melius probentur.Sed pro certo quando ipse incipit reddere,ipse non solet pro modico desistere,immo solet actum suum exercere celeritur & complere,& vnicuiq; restituere & reddere quod meretur.ps.Tibi domine misericordia,quia tu reddis vnicuiq; s̃m opera sua.Ipse est.n.sicut terra,q̃ si bene colit̃,reddit homini fructus bonos,si vero non bene colitur reddit ei spinas & tribulos , & alios fructus malos.Quia pro certo deus reddit generaliter bona bonis, & ẽt vt cõiter mala malis.Apoca.22.Ecce venio cito,& merces mea mecũ est reddere vnicuiq; s̃m opera sua. Dispensatõr.n.qui est sup opera sua,non reddit mercedem operariis omni sero,immo expectat vsq; in finẽ septimanæ,& tũc reddit oĩb.salarium quod promisit . Sic deus finem septimanæ huius vitæ expectat,vbi post mortẽ reddet oĩbus quod debebit.Prou.24.Seruatorem animæ nihil fallit, redderq; homini iuxta opera sua.Notemus igitur quod deus reddet

Gratiam pænitentibus.
Copiam indigentibus.
Gloriam triumphantibus.
Eloquentiam prædicantib.
Brauium militantibus.
Præmium laborantibus.
Gaudium lamentantibus.
Salarium miserantibus.
Supplicium delinquentibus.

Dicamus igitur ꝙ deus pænitentibus reddit gratiã. Eccle.3.Dñs prospector est, qui reddet gratiã 3.Reg.2.Filijs Berzellay reddes gratiã.Item indigentibus reddit copiã.Ioel 2.Reddam vobis annos quos comedit locusta.Item triumphantibus reddit gloriam.Zacha.9.Hodie quoq; annuncians duplicia reddã tibi.Per duplicia.n.intelligitur gloria paradisi,pp duplicem stolã , aĩæ s.& corporis.Item prædicantib. reddit facundiam.vnde Sophon.3.Tunc reddam populis labium electum.Item dico ꝙ deus militantib.reddit brauium.unde 2.ad Tim.4. Cursum consummaui,fidem seruaui,bonum certamen certaui, iõ reposita est mihi corona iustitiæ,quã reddet mihi dñs iustus iudex.Item laborantib.reddit præmium.vnde Sap.10.Reddet deus iustis mercedẽ laborũ suorũ,& deducet eos in via mirabili.Item lamentantib.reddit grauiũ psal.Redde mihi lætitiam salutaris tui,& spiritu principali confirma me.Item miserantib.reddit salarium,quia.s.deus valde remunerat homines misericordes.Vñ Dauid postquam pepercisset Sauli,dictum sibi fuit 1.Reg.24.Reddat tibi dñs viscitudinem . vnde Prou.25.Si esurierit inimicus tuus, ciba illum , & dominus reddet tibi.Item delinquentib.reddit supplicium, quia.s.ipse est qui reddit retributionem superbis.psal.Ipse est qui reddit impijs & p̃ctõribus reddit vindictã.Eccl. 12. Ipse est qui reddit vltionẽ hostib.suis,& his qui oderunt eum,retribuet. Et sic patet quod est quædam redditio superior & diuina. B ¶Secundo vero dico quod est quædam redditio inferior & humana,& ista est illa qua homo tenetur reddere vnicuique quod suum est.Omnia enim,quæ sunt,libẽter reddunt illud ad quod naturaliter obligantur,sicut patet de stellis, quæ libenter reddunt illuminationem,de terra, quæ libenter reddit fructuum productionem.Quia breuiter omnes creaturę sine difficultate cõsueuerunt reddere illum debitum famulatum ad quem ipsas natura voluit obligare. Et quia homo Græcis & Barbaris,sapientib.& insipiẽtibus debitor est,necesse est quod vnicuiq; reddat quod debet, videlicet deo,ꝓximo,prælato,subdito,sibiipsi,iuxta illud Matt.22. Reddite quæ sunt cæsaris cæsari,& quæ sunt dei deo.Vbi aduerte qđ in ista redditione tria sunt breuiter attendenda,videlicet

Voluntatis promptitudo.
Aequitatis rectitudo.
Dignitatis celsitudo.

Primum facit auctoritas legis.Reddite.Secundum facit necessitas gregis.Quę sunt inquit cæsaris cæsari.Tertium ꝓbat sublimitas regis.Quæ sunt inquit dei deo . Istæ.n.sunt tres causæ Propter quas debet homo reddere illud quod debet,videlicet Propter timorem legis mandatorũ . Reddite. Propter amorem gregis proximorum.Quæ sunt cæsaris cæsari

ſari. Propter honorē regis ſupernorū. Quę ſunt Dei Deo. ¶ Igitur dico ꝙ ad reddendū debita nos excitat auctoritas mandatorū Dei vel legis. Et hoc oſtenditur cum dr̄. Reddite, quod eſt imperatiui modi ſignificans ꝙ ex legis imperio & mandato ad reddendū debita obligamur, iuxta illud Ro. 13. Reddite oībus debita cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorē. & Matt. 18. Redde quod debes. Quicquid. n. à Deo vel à proximo recepimus, neceſſe eſt ꝙ vno modo vel alio reddam⁹. Exemplo maris, quod aquas fluminum & fontium recipit, ipſaſq; iterum fontibus & fluminib. reſtituit atque reddit. Sic & nos bona quæ à Deo recepimus, reddere debemus ꝑ gratiarum actionē. pſal. Vouete & reddite dn̄o Deo veſtro. illa vero quæ recepimus à proximo, debemus ſibi reddere per compenſationem Hier. 50. Reddite illi ſecundum opus ſuū. Aduerte tamen ꝙ quidam ſunt ſimiles ſanguiſugæ, quæ ſanguinem bene bibit & recipit, ipſum tamen non niſi per violentiam reddit, ſic ſunt multi qui ſemper volunt recipere, & nihil reddere. Hier. 22. Mercedem eius non reddet ei. Nō ſic ergo, ſed reddamus, quia ad hoc excitat auctoritas mandato

C rum Dei legis. ¶ Itē reddamus debita, quia ad hoc nos inuitat neceſſitas proximorum gregis. Quæ ſunt inquit cæſaris cæſari. i. quæ ſunt hominis homini. Ac ſi dicat. Reddite proximis veſtris illa quæ tenemini eis reddere. Vnde nota ꝙ nos debemus reddere, ſ.

Parentibus pietatem.
Maioribus humilitatem.
Vxoribus charitatem.
Seruitoribus vtilitatem.
Conquerentibus æqualitatem.
Delinquentibus ſeueritatem.
Arguentibus veritatem.

Igitur reddamus noſtris parentib. pietatē, Exemplo quorūdam auiū quæ parētes ſuos ſenio confectos fouēt & nutriunt, ſicut in iuuentute ab eis, fuerāt enutritę. Et vocantur iſtę aues ciconiæ, & tales ſunt aues illius naturæ, ſicut dicit Plin, dantes nobis exemplum vt parētibus vicem reddamus, & ꝙ eos neceſſitatis tp̄e nutriamus. 1. Tim. 5. Mutuā vicem redde parentib. Item reddamus noſtris maiorib. humilitatē, quia. ſ. ad ipſos pertinet dicere nobis illud Lu. 16. Redde rationē villicationis tuę. Tenemur. n. eis humiliter reddere rationē de regimine vitæ noſtræ. Itē reddamus charitatē noſtris vxorib. videlicet vxorib. naturalibus, ſi ſumus laici, vel ſpiritualib. ſ. eccleſijs & beneficijs, ſi ſumus clerici. vnde 1. Cor. 7. Vir vxori debitum reddat. Itē reddamus vtilitatem noſtris ſeruitorib. Matt. 20. Voca operarios, & redde illis mercedē. Itē reddamus æqualitatem de nobis conquerentib. Luc. 19. Si aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Item reddamus ſeueritatem malis delinquentib. vnde Heſt. 9. Percuſſerunt iudæi inimicos, reddētes eis quod ſibi parauerant facere. Itē reddamus veritatē arguentibus. Act. 14. Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimoniū reſurrectionis Ieſus Chriſti &c. Sic igitur patet ꝙ homo debet reddere quæ ſunt cæſaris cæſari. i. reddere cuilibet qđ ſm̄ diuerſam conditionem ipſius ſibi debet. vnde Marc. 12.

D Reddite quę ſunt cæſaris cæſari. Patet igitur ꝙ ad reddendū debita nos inuitat neceſſitas proximiorum gregis. ¶ Tertio dico ꝙ ad hoc nos inuitat ſublimitas ſupernorū regis. Quæ ſunt inquit Dei, Deo. Quia. ſ. honor & excellentia tanti principis nos debet inducere ad ſibi reddendum illa quæ debemus eidem. pſal. Redde altiſſimo vota tua. Nota ergo ꝙ ſibi reddenda ſunt vota & promiſſiones, præces & orationes, laudes & gratiarū actiones. De promiſſionib. dr̄ Eccl. 5. Si quid voueris Deo, non moreris reddere, de orationib. dr̄ Oſe. 14. Reddemus vitulos labiorum noſtrorum, de gratiarū actionibus autem dr̄ Eccle. 35. Bono animo gloriam redde Deo. Et in pſa. Tibi reddetur votum in Hieruſalē. Sic igitur patet qūo reddendum eſt aliquid ſupernorum regi, aliquid proximorum gregi, aliquid mandatorum regi. Et iſta eſt redditio inferior & humana. Iſta igitur de reddere ſufficiant. vide ſu-

A pra de Recipere, & de Reſtituere.

Redigere. Redactus.

Cum redigere idē ſit quod aliquid in aliud conuertere vel mutare, poſſumus dicere ꝙ in ſcriptura reperitur redigere quo

Vita terminatur.
Corpus caſtigatur.
Virtus eneruatur.
Libertas ligatur.
Fortuna mutatur.

Eſt igitur quædā redactio terminātiua. Et iſta eſt illa qua caro noſtra finaliter redigitur in cinerē & in mortem. vnde Iob. 16. In nihilū redacti ſunt oēs artus mei. & Iob 17. Caligauit ad indignationem oculus meus, & membra mea quaſi ad nihilum redacta ſunt. Itē eſt redactio carnis ſubiugatiua, & Iſta eſt illa qua iuſtus corpus ſuum in ſeruiutē redigit, & qua ēt mentē & intellectū in fidei obedientiā ſupponit. de corpore. n. qūo per ſpiritum viri iuſti in ſeruitutē redigitur, patet 1. ad Corin. 9. vbi dr̄. Caſtigo corpus meū, & in ſeruitutē redigo, ne forte cum alijs prędicauerim, ipſe reprobus efficiar. De intellectu vero qūo in fidei obedientiā captiuatur patet 2. ad Corin. 10. vbi Apoſtolus dicit ſic. In captiuitatē redigētes oēm intellectū in obſequium Chriſti. Itē eſt redactio virtutis deſtructiua, & iſta eſt illa qn̄ per peccata boni mores & conditiones ad nihilum rediguntur, & in malos & ſuperfluos conuertūtur, & qua etiā mens humana in ſeruitutem carnis ſeu diaboli redigitur & frenatur, ſicut Dauid de ſeipſo dicebat in pſal. Et ego ad nihilum redactus ſum, & neſciuī. Vt ſic peccatorib. dicatur illud Iob 13. Memoria nr̄a comparabitur cinere, & redigentur in lutū ceruices nr̄æ. Cuius tn̄ contrarium dicebat Apoſtolus de ſeipſo. 1. ad Cor. 6. vbi. ſ. dicebat ſic. Oīa mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Item eſt redactio pauperū grauatiua, & iſta eſt illa qua iuſtos impij & tyranni ſub ſuæ tyrannidis redigunt poteſtate, ſicut. ſ. de Circe legitur in Ouid. li. 14. fabu. 14. ꝙ hoſpites ab ea recollectos in porcorū effigiē cōuertebat, & in ſeruitutē propriā redigebat. Quia. ſ. tyranni hoſpites ſuos. i. illos qui in ſuis territorijs hoſpitantur & manent, ſolent in ſeruitutē ſuā redigere, & a libertatis effigie tranſmutare. vnde Sap. 19. Alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij aūt bonos hoſpites in ſeruitutē recipiebant. Vt & ſic de bonis talib. iniurias ſuſtinētibus. dicatur illud 2. ad Cor. 11. Suſtinētis inquit ſi quis vos in ſeruitutē redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis in faciem vos cedit. Item eſt redactio fortunę mutatiua, & iſta certa eſt illa qua mundi diuites & peccatores, qui. ſ. modo magni & excelſi quo ad mundanam gloriam reputantur, finaliter in nihilum rediguntur. pſal. Dn̄e in ciuitate tua imaginem ipſorū ad nihilu rediges. & 2. Eſdræ 1. Oīa honorifica eius ad nihilum redegerūt. Vt & ſic breuiter de redactione fortunę eorū in nihilū, quæ fit per tribulationē, & ēt de redactione aīæ eorū in nihilū, quæ fit per gr̄æ & gloriæ amiſſionē & finalē damnationē, dicat dn̄s illud Ezec. 26. Petro cum dedero gloriam tuam in terra viuentium, in nihilum redigam te, & non eris pſal. Ad nihilum rediges valde Iſrael. Iſtam autem redactionē in nihilum, quæ. ſ. per culpam & pœnam efficitur ſumme timebat Hieremias dicens Hier. 10. Scio inquit domine quia non eſt hominis via eius, nec vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Corripe me domine veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Et ſic igitur patet quomodo diuerſi diuerſimode in aliud rediguntur. Si vis latius cum exemplis & figuris, vide vbi Conuertere vel mutare.

Redimere.

Nota ꝙ redemptio proprie habet locū in ſeruitute, in captiuitate, in venditate, vel hæreditate. Et ideo quia mundus fuit ſeruituti peccati ſubiugatus, ad captiuitatem inferni damnatus. & hęreditate paradiſi priuatus, Chriſtus nobis iſta tria reſtituit & redemit, qn̄ pro iſtis obligationibus Deo patri in crucis ſupplicio pro ſuo populo ſatisfecit. Eſa. 63. In dilectione. n. ſua redemit nos. Et generaliter & ſpūaliter loquendo per redemptionē intelligitur illa ſalus & liberatio quā Chriſtus natus & mortuus ſuis fidelib. procurauit. Et ita redemptio idē eſt quod ſalus vel ſaluatio. ¶ De iſta ergo aliquid eſt dicendum. Et dicamus ꝙ ſicut hæreditas vendita, per proximum poteſt redimi, ſicut habemus ex legibus ciuilibus & diuinis, & hoc introductum eſt, ne hæreditates extra genus illorum quorū ſunt, deuoluātur, & ſi caſu venditæ fuerint vel diſtractæ, vt ꝑ redemptionem ad genus & ad ſanguinem reuertātur, ſic vere chariſſimi, cum primogenitus frater noſter Adam vendiderit poſteritatem ſuam & noſtram. ſ. hæreditatem gratiæ & glorię, ipſamq; diabolo obligauerit pro vno miſerabili morſu pomi, voluit Dei filius per carnis aſſumptionē fieri frater noſter, vt haberet ius hęreditatē redimēdi, & nobis reſtituēdi & reddendi. Leui. 25. Si attenuatus frater tuus vendiderit hæreditatem ſuam, propinquus eius poterit eam redimere. A

Deus

Deus.n.pater misit filium suum sicut thesaurũ preciosum repositum in sacco humanitatis vteri virginalis, ad redimendũ captiuos suos, quos diabolus subiugauerat seruituti suę, quia sicut dr̃ in psal. Redemptionẽ misit dñs populo suo mãdauit in æternũ testamentum suum. Quia.s. iste est qui venit dare aĩam suam in redemptionẽ pro multis sicut dr̃ Mat.20. Tantum est.n. preciũ salutis humanæ, ꝙ nulla res corporalis poterat sufficere ad redemptionẽ, ideo oportuit ꝙ pro ista redemptione daret Dei filius vitam suam, quia sicut dr̃ 1. ad Timo.2. Ipse dedit redemptionẽ semetipsum pro nobis.¶ Et nota ꝙ sicut ille qui redimit aliquẽ à captiuitate, facit sibi generaliter tria bona, quia.s. ipse ab hostib. liberatur, ipse qui erat seruus, liber efficitur, ipsi etiam patria & hæreditas restituitur, sic vere Christus nos redimendo, hostium tulit potestatẽ, gratiæ dedit libertatẽ, gloriæ restituit hæreditatem. Quantum ad primũ ipse nos redimit à demonũ iurisdictione. psal. Quos redemit de manu inimici, de manu peccatoris liberauit eos. Quantũ ad ꝯm ipse nos redemit de criminum obligatione. psal. Ex vsuris & iniquitate redimet aĩas eorũ. Quantũ ad tertiũ ipse nos redemit de inferni inflammatione, quia sicut dr̃ in psal. Ipse est qui redemit de interitu vitã tuã, q coronat te in misericordia & miserationib. In prima redẽptione cõfringitur hostiũ ditio, quia iste est qui redemit nos de manu tribulationis. psa.77. In scd̃a redemptione abo letur vilis cõditio, s. seruitus pc̃ti. psal. Et ipse redimet Israel ex oĩbus iniquitatib. eius. In tertia vero redemptione aperitur patriæ regio vel conceditur cęli possessio, de qua Lu.21. Appropinquat redemptio vestra. Quia sicut dr̃ de Christo ad Heb.9. Ipse ꝑ propriũ sanguinẽ introiuit semel in sancta, æterna redẽptione inuenta. Et de ista ẽt dr̃ Ro.8. Expectãtes redẽptionẽ corporis nr̃i. Ista est igitur triplex redẽptio qua dñs nos redemit. Sicut.n. dr̃ in lib. Odorici de mirabilib. oriẽtis, est in India quædã regio vbi hoĩes vadunt nudi, faciẽ caninã habentes, qui si hoĩem in bello capiunt, si non sit qui eũ redimat, ipsum comedunt, si vero aliquis redẽptor fuerit, ipsum liberũ dimittunt. Sic vere charissimi, in regione inferni seu mundi sunt demones, qui sunt nudi spũaliter virtutibus, vel naturaliter sine corporib. vel tp̃aliter sine rebus mũdialibus. Et ꝯm hoc dicit Grego. Nudi ergo cũ nudo luctemur. Isti igit̃ faciẽ habent caninã, ꝑ crudelẽ insatiabilitatẽ, & iõ hoĩes quos in bello tentationũ possunt capere per pc̃tũ, solent in inferno cõmedere & vorare, ꝑter illos quos Christus ex sua misericordia voluerit redimere & saluare. psa. Dñs.n. redẽptor meus & adiutor meus, & in ipso sperauit cor meũ, & adiutus sum. In isto ergo redẽptore nr̃o debemus gaudere, & ei de redẽptione per eum nobis data gr̃as agere, & eũ collaudare, iuxta illũd psal. Dicant nunc qui redẽpti sunt à dño, quos redemit de manu inimici, de regionib. congregauit eos. Ista ergo de redemptione sufficiant. vide supra de Liberare, & infra de Saluare, & similibus titulis &c.

A Reducere.

Nota ꝙ reducere idẽ est quod iterũ vel retro aliquid ducerę. Et pertinet reductio ad illos qui sunt extra locũ proprium vel extra statum. Et sic dico ꝙ reducere pertinet.s.

Ad victores.	Per victorem reducimur de captiuitate.
Ad pastores.	Per pastorem de deuietate.
Ad rectores.	Per rectorẽ ab iniquitate.
Ad prædicatores.	Per speculatorẽ seu

Prædicatorem à fatuitate. Deus.n. est victor qui reducit captiuos virtualiter eruendo. Prælatus est pastor, qui reducit deuios exemplariter præcedendo. Iudex est rector, qui reducit iniquos corporaliter puniẽdo prædicãs vero est speculator, qui reducit fatuos terribiliter clamando.

Quidam ergo reducuntur per Deum victorem virtualiter.
Quidam reducuntur per bonum pastorem exemplariter.
Quidam reducuntur per iustum rectorem manualiter.
Quidam vero reducuntur per verum doctorẽ affabiliter.

¶ Primo igitur dico ꝙ est reductio virtualis quę completur per Deum victorem. Sicut enim rex potens de aduersario suo triumphans, captiuos suos quos alius primo acceperat, solet de captiuitate liberare & ad propria reducere & saluare, sic vere Deus qui de diabolo triumphauit in cruce, captiuos sanctos patres de inferno liberauit, & ad patriã q̃ perdiderant reduxit, & superius ad gloria secũ duxit & traxit. Ipse .n. (sicut dr̃ 1. Reg.2.) mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Deus.n. mortificauit, & ad inferos humanum genus deduxit, qñ ipsum ꝑp peccatum Adę morti corporis animæ, pœnæ.s. æternæ condemnauit. Ipsum vero tunc viuificauit & reduxit, qñ per mortẽ suã eripuit & saluauit. Nu. 35. Liberabitur innocens, & reducetur per sententiam in vrbem.i. in paradisum. Quotidie etiã illos qui in carcere obstinationis à diabolo tenẽtur captiui solet dñs ad salutẽ reducere, & eos misericorditer liberare Deut.30. Reducet te dominus Deus tuus de captiuitate tua. ipsos.n. reducit qñque per consolationes, qñque per inspirationes, qñque per tribulationes. Per consolationes.n. reducitur, per prospera blandiendo. Iud.19. Secutus est eam (.s. animam peccatricem) vir suus, volens blandiri, & secum reducere. Per tribulationes ẽt reducit, per aspera deterrẽdo. Ruth.1. Egressa sum plena, sed vacuam me reduxit omnipotens. Per inspirationes vero reducit, mirabiliter conuertendo, sicut fecit Paulũ. Quia.s. ꝯm occulta sua iudicia sæpe dimittit hoĩem ire in adinuentionibus suis ꝯm praua desideria cordis sui, vt postea eũ mirabiliter reducat. vnde Esa.58. Vias eius vidi, & dimisi eũ, & reduxi eum. Et sic de ista reductione & conuersione quam multipliciter facit Deus, ipsemet dicit Zach.10. Reducã eos de terra Aegypti. Vt sic hõ sic reductus dicat sibi illud psal. De abyssis terrę iterũ reduxisti me. Ista est ergo reductio spiritualis, quæ cõpletur per Deum victorẽ. ¶ Scd̃o dico ꝙ est reductio exemplaris, quę cõpletur per iustũ pastorẽ. Quia.s. B
sicut pastor ouium præcedit gregem, ita ꝙ oues eum sequũtur, & sic à cãpis & pascuis ad domiciliũ reducuntur, sicut ẽt oues errantes qñque vocando, qñque verberando, quandoque etiã præcedendo & viam ostendendo ad semitam rectã reducit, sic prælatus præcedendo per bona exempla, clamãdo per bona monita, vel feriendo per aspera facta, debet deuios subditos ad viam rectitudinis reducere, & eos vsq; ad domiciliũ.s. ecclesiæ vel religionis, gratiæ ẽt vel æternæ saluationis domicilium anteire 2. Regũ.15. Reduc tecum fratres tuos. Elephas.i. dr̃ hoĩem errantẽ ad viã reducere, & in via se ponens, dicitur eum præcedere, & viã ostẽdere. Sic verè bonus prælatus in via iustitiæ exemplũ dando se ponit, & ne subditos errantes ad veritatẽ reducit. Vnde prælatus dicit illud Ezec.34. Quod perierat, requiram, quod abiectũ fuerat, reducã, quod confractũ fuerat, alligabo, & quod infirmum fuerat, consolidabo, & qđ pingue est & forte, custodiã. Ista est ergo reductio exemplaris, quæ cõpletur per bonum pastorẽ. ¶ Tertio dico ꝙ est reductio manualis, q̃ completur per iustũ rectorẽ, & ista est illa quam faciunt mundi iudices & rectores, qui violenter & per timorẽ pœnarũ reducunt hoĩes à deuio vitiorũ, similes alchimistis, qui vi metalla puluerizata & calcinata non reducunt in corpus, nisi per ignis violentiã, cum adiũctione rerũ liquabilium admixtarum. Baculus etiam tortus ad rectitudinẽ non reducitur, nisi primo in igne ponatur, & nisi per violẽtiam ad partem oppositam conuertatur. Sic verè necesse est ꝙ mali & impij per rigorem iustitiæ reducantur ad bonum, quia alias semp vacarent ad malũ, quamuis isti sunt qñque sicut asina Balaã, de qua dr̃ Nu.22. ꝙ cum Balaam verberaret eam, volens ad semitã reducere, ipsa increpabat eum reprehẽdendo, dicẽs. Cur me cedis ecce iam tertio? &c. Quia.s. tales in patientia non recipiunt hmõi castigationes, sed potius cum murmure & querela. Propter hoc tñ non debet iustus iudex cessare, sed proteruum populum ad rectitudinem iustitiæ reducere. (Exemplo bubulci, qui stimulo boues reducit) dicens. Esai. 37. Ego reducam te in viam per quam venisti. Ista est ergo reductio manualis, quæ completur per iustos rectores. ¶ Quarto dico quõd est reductio verbalis, quæ exercetur ꝑ prædicatores, doctores enim & pręedicatores clamando, docendo, monendo, arguendo reducunt homines ad salutem. Vnde ipsis dicitur illud Gene.39. Date potum ouibus, & sic ad pastum eas reducite. Et sic igitur patet quomodo est quadruplex reductio.

Redundare.

Sed vide supra de cõuersio, & infra de Reuerti.

Vide vbi Abundare.

Reædificare.

Vide vbi Aedificare.

Referre. Reportare.

Nota ꝙ Referre idẽ est quod iterũ ferre seu

seu iterato portare aut reportare & sic dico quod nos inuenimus multiplex referre. Et sic certe dico quod a diuersis diuersimode refernutur

Fructus & opera
Merces & munera.
Verborum pondera.
Grates, non aspera,

¶primo igitur dico ꝙ refernutur fructus & opera quia sicut arbor recipit humorem, & ager semen, & tandem fructum restituunt & referunt prout possunt, sic homines semen & humoré gratiæ & boni propositi recipiunt, & tandem fructum bonorum operũ reportant & referunt. Vt sic dicant tales fructifici relatores illud Gen.43. Inuenimus pecuniam in ore saccorũ, quam nunc eodem pondere reportamus. Pecunia.n. ista est diuina gratia, quæ.s.in ore sacci consciẽtiæ recipitur, sed tandem per multiplicationẽ bonorum operum eodem pondere, id est proportione debita reportatur. Vnde ibidem dicit Iacob filiis suis. pecuniam duplicem ferte vobiscum, & illam quam inuenistis in sacculis, reportate. Cuius tamen contrarium faciunt multi, qui .s.bonos fructus non referunt, immo nullos, vel saltẽ inutiles seu paucos. Nullos dico, quia.s.multi sunt qui sicut bonæ arbores in fide & in ecclesia plantantur & seminantur, qui tamen per peccata corrupti a bonis fructibus impediuntur, sicut de semine iacto inter spinas dicit dominus Lucæ.8. Et hi sunt qui audiũt, & a sollicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructũ. Paucos etiam, quia.s.multi sunt qui paucos bonorũ operum fructus reportant. sicut Hierem. 14. dicitur ꝙ.s.iuerunt ad auriẽdũ aquam, & non inuenerunt, reportauerũt vasa sua vacua. patet ergo ꝙ referuntur fructus & opera.

B ¶ Secundo dico ꝙ referuntur munera. Ille enim referre debitum munus dicitur a quo merces iuxta quod meruit reportatur. Homo .n. qui alicui domino seruiuit, hoc solum debet ab eo reportare, qđ apud eum noscitur meruisse. Ideo bene dicitur. 2. Corin.5. ꝙ oẽs nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonũ siue malũ. Vt sic de bonis dicatur illud Heb.10. Patientia inquit nobis necessaria est, vt facientes voluntatẽ dei reportetis promissionẽ. ¶ Tertio dico ꝙ referuntur verborũ pondera, quia reuera illi qui verba dei referũt, sicut sunt prædicatores & qui aliena verba reportãt & dicunt sicut sunt nuncii vel relatores, debent verba sua debitẽ põderare, & id qđ iustum & verum est reportare 3. Regum 6. Reuersi nuncii retulerunt omnia. & Iudic.7. In modum referebat quod viderat. Quod tamen est contra multos relatores verborũ, qui.s. non caritate sed adulatione moti, solent quæ & plus quã audierunt referre. Sed de talibus relatoribus & relationib. seu reportationib. bonis vel malis trãseo, quia multa dicta sunt vbi Dicere vel Narrare, & vbi verbũ seu Sermo & similia, & vbi detractio, Inuidia, seu Murmur. ¶ Quarto autem dico ꝙ referuntur grates, non aspera, quia.s.gratias benefactorib. nostris debemus referre, & ipsos de sua munificentia cõmendare. vnde Neemiæ 12. secundus gratias referẽtium ibat ex aduerso. Vide supra satis de gratiarum actione, & supra de Narrare & similib. quia leuiter transeo de Referre.

A Reficere. Refectio.

Nota ꝙ reficere qñque sumitur pro reparare, sicut cum dicitur Matt. 4. ꝙ Christus vidit duos fratres reficientes retia sua. Quandoq; vero & cõiter sumitur pro satiare seu recreare. Et sic igitur dico ꝙ in scriptura reperitur

Refectio spiritualis, qua reficitur homo serenus.
refectio fraternalis, qua reficitur languens egenus.
refectio supernalis, qua reficitur homo præclarus, s.beatus.
Refectio mundialis, qua reficitur ardens auarus.

¶Primo igitur dicã ꝙ est dare refectionẽ hoĩs sereni, hoc est dictu, refectionẽ hoĩs spũalis & iusti. Nonne paterfamilias cõsueuit seruos suos post laborẽ ad refectionẽ vocare, & auicula ẽt pullis suis refectionẽ afferre, & procurare? Sic Deus deuotos suos reficit, & qñq; per gratiã qñq; p Eucharistiã, & qñque per diuinæ scripturæ scientiã eos pascit. Vnde ipse dicit Matt.11. Venite ad me oẽs q laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Iustus.n. à Deo spũaliter reficitur, ipse ẽt e cõuerso delectat spiritualiter & reficit ipsum deũ, sicut ipse Deus noster innuit Mar.14. vbi ait, Vbi est refectio mea, vbi pascha cũ discipulis meis manducẽ Et ẽt homo iustus reficit & recreat alterum, sicut.s.Paulus dicebat Philemoni. Ita quẽ frater ego te fruar in dño refice viscera mea in Christo. Ista est igitur refectio animi sereni. ¶Scđo dico ꝙ est dare refectionẽ pauperis egeni, & ista est illa qua pij & elemosynarij nutriunt & reficiũt indigentes. Iudith.6. Vocatis omnib. expleto ieiunio refecerũt. & Act.28. dicit Paulus & post exitũ maris incolę regionis accensa pyra reficiebãt eos. Et certe talis refectio facienda est, quia.s.ipse Deus repetat sibi factã, sicut ipse dicit Esai.28. Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc meũ est refrigeriũ. Est igitur dare refectionẽ pauperis egeni. ¶Tertio vero dico ꝙ est dare refectionẽ hoĩs superni, & ista certe est illa qua beati in patria per fruitionem beatificã reficiuntur, & qua ibi perpetuo delectantur. psalm. Dñs regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquã refectionis educauit me. ¶ Quarto autẽ dico ꝙ est dare refectionẽ diuitis externi, illã.s.qua diuites in hoc modo replentur, & qua facultatibus & voluptatibus satiantur. Contra quos dicitur Ecclesi.10. Beata terra cuius rex nobilis, & cuius principes vescuntur tempore suo ad reficiendum. & non ad luxuriam. Transeo, quia satis dictum est ibi Satietas &c.

Refrigerium. Refrigerari. A

Nota ꝙ refrigerari est de calore ad frigiditatẽ transire. Et ideo secundum ꝙ inuenitur multiplex æstuatio, sic inuenitur multiplex refrigeratio. Et sic nota, ꝙ est dare refrigerium quod fit in

Pectore interiori.
Littore exteriori.
Sub arbore superiori.
Iecore deteriori.
Feruore posteriori.

Iustus refrigeratur ab ardore tentationis. Pauper refrigeratur à furore vexationis. Beatus refrigerat à feruore mutationis. Peccator refrigeratur à sudore solationis. Dãnatus refrigeratur à sudore consolationis. Primo igitur inuenitur refrigerium quod interior facit deuotio. Sicut.n.videmus ꝙ feruor cõtinuæ febris hoĩem occideret, nisi refrigerium interueniret, quod feruorem hmõi terminaret, sic vere ardor tentationũ animam per consensum occideret, nisi ipsas gratiæ & deuotionis refrigeriũ temperaret. Ideo iusti dicere videntur domino illud psal. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. ¶ Aduerte aũt ꝙ sicut medicus pro refrigerando ardorem infirmitatis plura exhibere solet antidota, sic vere si ardorẽ tentationis refrigerare volumus, plura temperatiua adhibere debemus. Adhibeatur igitur

Contritionis gemitus.
Confessionis vomitus.
Subiectionis aditus.
Turbationis fremitus.
Deuotionis spiritus.

Refrigerat igitur mentẽ gemitus & fletus contritionis seu compũctionis. Aqua.n.frigida summe solet refrigerare, sic aqua seu profluuiũ lachrymarũ, & de hoc Hie.18. Nunquid de petra agri deficiet nix libanis, aut auelli possunt erũpẽtes aquę frigidæ & defluentes? q.d.non, imo tales aquæ frigidæ sp debent in petra agri.i.in firma consciẽtia reperiri. Itẽ refrigerat mentẽ vomitus & iactus cõfessionis. Homo.n. qñq; refrigerat & sanatur per vomitũ, sic peccator per cõfessionis iactũ. Vnde Eccl.31. Surge de medio, & vome, & refrigerabit te & non adijcies corpori tuo infirmitatẽ. Itẽ refrigerat mẽtem aditus & motus subiectionis. Motus.n. in rebus subtilib. solet refrigerare, patet in aere & in vẽto. Sic vere motus obedientiæ & diligentiæ mentẽ ab ardore tentationis solet refrigerare. vnde Eccle.3. Qui obedit patri refrigerabit matrẽ .i.consciẽtiã seu mentẽ. Itẽ refrigerat animũ fremitus & metus turbationis, s.diuini timoris. Vnde ipsi menti humanæ põt vici illud Hie.47. Vsquequo cõcideris o mucro dñi? Vsquequo non quiesces? ingredere in vaginã tuẽ, refrigerare, & sile. Itẽ refrigerat mentẽ spũs & virtus deuotionis. Ros.n. & ẽt aurę flatus solent refrigerare. sic veræ deuotionis ros & inspirationis flatus refrigerãt mentem æstuantem & motã. vnde Eccle.18. Nonne ardorẽ refrigerabit ros? Quia.s.sicut dicitur Eccl.43. Ros obuians ab ardore venienti humilẽ efficit eum. Vnde etiã Dauid talẽ refrigeratiuum spiritum appetebat, dicens. Remitte mihi vt refrigeret priusquam abeã & amplius non ero. Et breuiter iustus debet esse frigidus & non feruidus, quia ad tẽperandum se & alios debet esse refrigeratus & maturus, exemplo cerebri, quod cum sit frigidæ naturæ cordi, quod est naturæ feruentis, pro tanto fuit oppositum, vt refrigeraret & temperare suo frigore cordis æstum.

æstum. Quia re vera frigidi & temperati viri feruorem & rigorem diuinæ iustitiæ & etiam alienum rigorem temperat, ipsum quoque refrigerant atque sedant dicentes. s. illud prædictum Hier. 47. Vsquequo concideris o mucro dñi? &c. In oi .n. communitate deceret habere tales, qui. s. Deum per orationē, rigorosos socios per discretā monitionē sciant & valeant tēperare, & debito refrigerio moderari. Sicut. n. dictū est supra Eccl. 18. Ardorē refrigerabit ros. Sic igitur patet ꝙ

B inuenitur refrigeriū quod interior facit deuotio. ¶ Scđo dico ꝙ inuenitur refrigeriū quod exterior facit compassio. Et istud est refrigeriū misericordiæ, quo. s. pauperes & egeni à viris misericordib. refrigerantur per opera pietatis, & à mūdi tribulationib. & miserijs recreatur. Qñ. n. fatigatus & æstiuans inuenit arborē folijs & fructibus plenā, magnam cōplacentiam & refrigerium sumit ibi. sic certe pauper & tribulatus qñ inuenit hoiem misericordem, qui. s. ipsum sub vmbra hospitij sui recolligit, & fructib. elemosynarum suarū cū pascit & nutrit, maximū refrigeriū ibi sumit. vnde Apostolus de seipso dicebat 2. ad Tim. 1. Det misericordiam dñs onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit. Vnde dñs de tali refrigerio dicit Esa. 28. Reficite lassum, & ecce hoc est meū refrigerium. Istud est ergo refrigerium quod exterior facit cōpassio. ¶ Tertio dico ꝙ inuenitur refrigeriū quod superior facit saluatio seu habitatio seu mansio, & istud est certe refrigerium gloriæ paradisi. In altis. n. montib. inuenitur gratius refrigeriū quam in vallibus. Vnde pro habendo aere frigidiore & puriore solent diuites loca ardua frequentare in regionib. feruentib. sic vere in altis montib. paradisi inuenitur & est locus refrigerij & quietis, & non in vallibus huius mūdi. Sapi. 4. Iustus si præoccupatus fuerit morte, in refrigerio erit. Et ideo monet scriptura Hier. 6. dicens sic interrogate de semitis antiquis quæ sit via bona, & ambulate in ea. & in-

C uenietis refrigerium aīabus vestris. ¶ Quarto dico ꝙ inuenitur refrigeriū ꝙ inferior facit defectio, seu etiā ꝙ deterior facit affectio, & istud est illud quo per indeuotionē à feruore charitatis & deuotionis peccator refrigeratur, & in diuersis vitijs congelatur. Matt. 24. Qm̄ abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorū. Vnde de infrigidatione tali dicit Zach. 14. In illa die non erit lux, sed frigus & gelu. ¶ Quinto vero dico ꝙ inuenitur refrigeriū quod posterior facit damnatio. Pœna. n. inferni frigori cōparatur, pro eo ꝙ ibi morte tam temporali quā æterna virtus totaliter eneruatur, & oīs præcedens fortuna pœnitus adnullatur. Deut. 28. Percutiet te dñs febre & frigore. Vt de dānatis & demonib. dicatur illud Iob 24. Nudos dimittunt hoies, vestimēta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. Demones. n. dimittūt damnatos nudos, ab oī. s. vestimento spei gratiæ & fortunæ, & ipsos frigore damnationis æternæ grauant. Beati vero huiusmodi refrigerium non timent, sed cælesti & consolabili refrigerio gaudent. Prou. 31. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis, omnes. n. domestici eius vestiti sunt duplicib. Ista ergo de Refrigerio sufficiant tam in bono quàm in malo. Vide supra vbi frigus seu frigiditas &c.

Refugium

A Nota breuiter ꝙ quia ille qui non est satis potens hostibus obuiare, solet ad alterius refrigerium recurrere & adire, hinc est ꝙ cum nos satis fortes & potentes nō simus vt nostris hostib. spiritualibus obuiemus, necesse est vt ad tuta secura refugia recurramus. Igitur nota ꝙ nos inuenimus refugium

Tutum & securum.
Bonum atque purum.
Vanum & obscurum.

¶ Primo dico refugium tutū & securū, est Deus. Ad istū. n. debemus refugere, & suæ protectioni & custodiæ nos cōmittere, & nrā, à facie inimici. Exemplo. s. piscium, qui à facie leuiathan refugiunt ad caudam ceti, vt ab eo defendantur, qui. s. pugnat ꝓ ipsis viriliter contra illum, sicut dicit Iorath. Sic vere nos leuiathan diaboli pugnā atq; insidias metuentes, debemus ad Christum per orationem refugere, & eius protectioni & custodię nos committere, qui. s. nouit suos defendere & saluare. Dicat igitur quilibet illud psal. Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationib. quæ inuenerunt nos. Et certe dico ꝙ iste est refugium. s.

Pauperibus, ne fame pereant.
Debilibus, ne hosti pareant.
Vagantib, ne domo careant.
Sperantibus vt tuti floreant.

Est dico Deus refugium ne fame pereant pauperibus. Psal. Factus est dñs refugiū pauperi, adiutor in oportunitatib. Itē est refugiū ne hosti pareat debilib. q. s. se defendere nō possent. ps. Petra refugium herinacijs. Item est refugiū ne domo careant vagantib. psal. Esto mihi in Deū protectorē, & in domum refugij, vt saluum me facias. Item iste est refugiū vt tuti floreant sperantib. psal. Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circūdedit me. Deus est igitur refugium tutū & securum. ¶ Scđo dico quod inuenitur refugium sanum atque purum, & istud certe nihil aliud est quàm religionis atque pœnitentiæ securitas, seu etiā bonorū & iustorū societas. Homo. n. qui fortes & impios habet hostes, solet refugere ad loca seu ad castra

B fortia atque tuta, seu et ad consortia solida atq; firma. Vnde et de conchyli marino dicit Solinus ꝙ videns piscatorū insidias, ad scopulos refugit, vel ad canum marinorū auxiliū refugiens, ipsorum consortio seu refugio se committit. Sic vere homo qui hic insidias tot hostium experitur, ad asperos scopulos & ad castrū religionis vel pœnitentiæ debet refugere, & canib. marinis. i. bonis pastorib. seu alijs iustis hoīb. lupos. i. demones impugnātibus, se cōmittere, seque eorum orationib. commendare, vt sic possit horum confugio tutus esse. Vnde illud prædictum. Petra refugium herinacijs. Petra inquit. i. pœnitentiæ duritia. Vt & sic cuilibet taliter refugiēti dicatur illud psa. Altissimū posuisti refugium tuum. Istud est igitur refugium sanum atque purū. ¶ Tertio dico ꝙ inuenit refugium vanum & obscurum, illud. s. quo mali recurrūt ad auxilia seu refugia mundanorum. Quod potissime est contra illos qui refugiunt in necessitatibus ad sortilegia & ad artes magicas, & ad demonum refugia, quæ non valent 2. Machab. 2. Eos qui ab igne refugerant, gladius peremit. Et hæc de refugio sufficiant, quia paucæ sunt auctoritates. Vnde supra vbi Fugere.

Refulgere.

Vide supra vbi fulgor seu Fulgere.

Regalis

Vide vbi de Rege. & vbi Regius.

Regere

Nota ꝙ regere pertinet ad rectorem. Et inde dicitur rectitudo, eo ꝙ ad rectorem pertinet ꝙ sit rectus. Dicamus ergo primo de rege & rectore, & A postea de rectitudine & de recto, & successiue de rege & regina & regno. Notemus igitur ꝙ regere est actus.

Sapientiæ.
Diligentiæ.
Eminentiæ.

Ille. n. qui vult se & alios bene regere, debet habere sapientiā & subtilitatem. Para. 2. 1. Det tibi dñs sapientiam & sensum vt regere possis Israel. Quia. s. illi qui alios regūt, & regere per sapientiā debent. vnde Prou. 13. Qui autem omnia agunt cum consilio, reguntur sapientia. Itē debet habere diligentiam & sedulitatem. psal. Qui regis Israel, intende. Item debet habere eminentiā & auctoritatem. Reges eos in virga ferrea. Ista. n. tria pertinent ad rectorem, quia. s. sicut ille qui ducit alios non debet esse cæcus, sed clare videns non debet esse dormiens, sed ad viam attendens, non debet esse impotens, sed gradu & auctoritate alios præcedens, sic vere ille qui se & alios vult bene regere & docere debet clare videre per discretionē, debet bene attendere per diligentiæ meditationem, debet etiā alijs præeminere per prælationem & iurisdictionem. vt sic de quolibet dicatur illud Apoc. 7. Agnus qui est in medio throni, reget eos. Prælatus. n. vel doctor dicitur agnus, ab agnoscēdo, propter sapientiam, dr̄ esse in medio regendi, propter diligētiam, dicitur esse in throno propter eminentiam. ¶ Dicamus igitur hic ꝙ secundum verba illius auctoritatis propter illa quæ dicta sunt, rector debet habere tres speciales virtutes. denotat ꝙ ipse debet habere

Clementiam & mititudinem, quia debet esse agnus.
Iustitiam & rectitudinem, quia debet esse in medio.
Potentiam & celsitudinem, quia debet esse in throno.

Primum probat nomen pietatis, sed secundum locus æquitatis, sed tertiū status dignitatis. ¶ Dico ergo primo ꝙ rector debet habere mitiudinē, & clementiā, quia debet esse agn9. Ec B exemplo rectoris apum, qui aculeo dr̄ carere iuxta illud Eccles. 32. Rectorē te posuerunt, noli extolli, esto in illis, sicut vnus ex ipsis. Valde. n. commendatur clementia in rectore, sicut dicit Seneca in libro de Clementia ad Neronem. Quia scilicet rector debet esse agnus dulcis & humilis & benign9.

Apoc. 14. Vidi supra montem syon agnum stantem. Nō austerus, impius aut crudelis. Pietas.n.in suos, gladi⁹ est in hostes Et ideo pius debet esse, vt ſm doctrinam Apostoli 1. Ad Tim. 5. discat prius domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentib. Habeat ergo mititudinē & clementiam, iuxta illud Esa. 49. Miserator eorum reget eos. ¶ Secundo dico ꝙ rector debet habere rectitudinē & iustitiam, quæ notatur cum dr̄ In medio. Medium.n. iustitiam signat, sicut supra de Medio visum est. Quia.s. rector debet esse in medio per æquitatem, non in angulo per personarum aut munerum acceptionem & partialitatē. Vt sic sit ille de quo dicatur illud Gen. 1. Firmamentum in medio aquarum. Firmus.n.& firmamentum debet esse rector, vt nō nisi ſm iustitiam moueatur. Vt de eo dicatur illud Ecc. 49. Natus est homo princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi. & Eccl. 10. In medio fratrum illorum rector in honore. ¶ Tertio dico ꝙ rector debet habere celsitudinem & potentiam. Throni inquit. Quia.s. ad rectorē pertinet vt habeat auctoritatem, vt honoretur, & potentiam. vt timeatur. Exemplo rectoris apum, qui duplo dr̄ alijs esse maior. Alias .n. nunquam posset bene regere nisi haberet potentiam qua rebelles posset per violentiam gubernare. Exemplo celi, qđ planetas inferiores regit & mouet, ipsosque malo velle suo contra naturam sui proprij cursus secum per suam potētiā ducit & tenet quia.s. rector debet esse potens in iurisdictione, dignitate & virtute, vt subditos rebelles possit per violētiam gubernare, & proteruos qui volunt obedire, possit violenter regere, & ad sequendum cursum & ordinē iustitiæ cōtra appetitum proprium coercere. psal. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Throni inquit. Quia.s. thronus signat iudiciariam potestatem de qua in psa. Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Quia sicut dicitur Apoc. 4. De throno procedebant fulgura & voces & tonitrua. Et sic igitur dico quòd ad rectorem pertinet habere potentiam & auctoritatem, iustitiam & æqualitatem, clemētiam & benignitatem. Sufficit. Vide infra de rege, & supra de Iudice &c.

A **Rex Reges. Regnare.** Nota ꝙ rex ē nomen dignitatis, officij & potestatis. Et dr̄ rex, ille qui regnat dominando, & regit etiam gubernando. Et possumus distinguere ꝙ in scriptura inuenitur rex

Aeternalis.
Spiritualis.
Temporalis.
Infernalis.

Rex æternalis est superior, s. Deus. de quo Esa. 33. Dn̄s rex noster, legifer noster dn̄s iudex noster. Rex spiritalis est rex interior, & iste est q-libet homo iustus, qui bene & debite se regit, de quo 1. Petr. 1. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. psalm. Dn̄e in uirtute tua lætabitur rex. Rex temporalis est rex exterior, vt sic per regē intelligantur omnes mundi principes & prælati, siue boni siue mali, de quibus Luc. 21. Reges gentium dominantur eorum. Rex infernalis est rex inferior, & de isto dicitur Iob 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. & Apoc. 9. dicitur ꝙ ipsi habebāt regem super se Angelum abyssi. Igitur charissimi cæteris amissis, dicamus aliquid scilicet de rege

B Glorioso & admirabili.
Virtuoso & laudabili.
Vitioso & damnabili.

¶ Primo ergo dicamus ꝙ est quidam rex admirabilis & gloriosus. Et iste est Deus, qui est rex regū & dn̄s dominantiū. Apoc. 1. & 19. Quia sicut dr̄ in psa. Iste est Deus magnus, & rex magnus super oēs Deos. Sicut.n. qualibet cōitas hoīum vnum platū, iudicem vel rectorem habet (sicut Eccl. 17. dr̄ In vnaquanq; gentem constituit rectorē) sic necesse est ꝙ sit vnus rex regū qui præsideat oībus alijs regibus, & oībus ēt creaturis, vt sic non sit processus in infinitū. Quia sicut dr̄ Ecc. 5. Excelso excelsior alius est, & insuper vniuersæ terræ rex imperat seruiēti. Non.n. est dare aliquid quin habet superiorē, præter Deū, qui est dn̄s super oēs. Oēs.n. numeri ad vnitatē resoluuntur, ibi aūt est status nec vlterius est processus. Sic oēs mundi dignitates ad vnitatē diuinę potentię terminātur. Vltra istā.n. non est præcedere, nec vltra aliū regem dare, summum.n.& vltimum gradū tenet. Iste.n. vnus est, & modum vnitatis tenet, à qua omnes numeri oriuntur, & ad quā etiam resoluentur, quia iste vnus est omnium principium atque finis. Ecc. 1. Vnus est altissimus creator omnium, omnipotens rex, potēs & metuendus nimis. Et ideo breuiter de isto rege vnico possumus exponere illud Ezec. 37. Rex vnus erit omnibus imperans. Vbi aduerte ꝙ iste rex habet quinque cōditiones boni regis. Quilibet.n. rex debet esse.s.

Sapiens.
Liberalis
Fortis.
Communis.
Seueris.

Sapiens ad gubernandum. Rex inquit. Liberalis ad præmiādū. Vnus inquit. quia vnitas se cōicat alijs numeris. Fortis ad defendendū. Erit inquit. quod est verbum substantiuum. Cōis ad iudicandum. Omnib. inquit. Seuerus ad castigandum. Imperans inquit. quod.s. est verbū correctiuū. Sic vere dico ꝙ Deus habet Sapientiam prudentissimam, quia rex. Clementiam diffusissimam, quia vnus. Potentiā stabilissimam, quia erit. Prouidentiam communissimā, quia oībus. Iustitiam seuerissimam, quia imperans. Ad istos.n. quinq; actus pertinet quicquid in mundi regimine Deus facit. Oīa.n. quæ ipse facit, aut sunt actus suæ sapientię, aut suę clementiæ, aut suæ potentiæ, aut suæ prouidētię, aut suæ iustitiæ. ¶ Dicamus ergo ꝙ Deus est rex sapiens & prudentissimus quod ostenditur in nomine rex, qui dr̄ a regendo, quia.s. regere & se & alios, est actus hoīs sapientis, iuxta illud. Si bene regna regis dignus es nomine regis. Iste aūt regit & ordinat vniuersa. Et ideo presupponere oportet ipsum habere sapientiā infinitā, qui tot creaturas scit regere & ordinare. Similis soli, qui dr̄ rex naturæ, qui.s. splendore lucis oēs planetas alios excedit, & qui vr̄ regere vniuersa, quia.s. iste lucem habet sapientiæ infinitæ, per quā oīa bene regit. vnde Martianus dicit ꝙ sol est principium lucis, rex naturę mens mūdi, fulgor olympi, moderator firmamenti. Vnde de Christo sic sapiente & lucido dr̄ in persona Dauid. Suscitabo Dauid germē iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Quia sicut dr̄ Iob 9. Sapiens corde est, & fortis robore. Rex inquit. Et ideo de sapienti regimine huius regis pōt sibi dici illud 3. Reg. 21. Grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Israel. iste est ergo rex sapiēs & prudentissimus. Item Deus est rex pius & clemētissimus, quod ostenditur cum dr̄. Vnus. Vnitas.n. se cōicat omnib. numeris. Non.n. est dare numerum quin constet ex vnitatib. aggregatis. Sic dn̄s cum sit vnus, oībus se communicat per misericordiam & liberalitatem. Nec est dare aliquem qui donā suæ communicatiuæ clementiæ non sentiat in seipso. Prou. 20. Misericordia & veritas custodiūt regem. & Eccl. 1. Vnus est altissimus omnipotens rex &c. ¶ Itē Deus est rex ꝑpotēs & stabilissimus erit inquit. Ad regem.n. pertinet ꝙ habet potestatem ad impugnandum inimicos, & stabilitatē ad defendendum subditos. Sic Deus potēs est ad operandum, & stabilis ad perpetuo perseuerādum. Erit inquit, quod signat essentiæ stabilitatē & tp̄is ęternitatem, quia sicut dr̄ Dan. 7. Potestas eius potestas æterna & regnū eius non auferetur. alias corrumpetur. & I. Reg. 11. Regnabis super oīa quæ desiderat anima tua, erisq; rex super Israel. Alij.n. reges proprie loquendo non sunt nec erunt, quia oīs potentatus breuis vita. Eccl. 10. & Esa. 40. Oēs gentes quasi non sint sic sunt corā eo. Iste aūt solus est & erit psal. Dominus Virtutum ipse est rex gloriæ. ¶ Item Deus est rex prouidens & cōmunissimus Omnib. inquit. Iste.n. rex per suam occultissimam prouidentiam non solū de vno vel de plurib. solet curare, sed de omnibus rebus & personis solet vniuersaliter prouidere. Causę .n. vniuersales æqualiter se habent ad oīa, sicut patet in sole qui est pater planetarum secundum Ambr. & alijs corporibus similibus, quæ generaliter influunt vniuersis, propter qđ sol in medio aliorum à Deo est creatus, vt omnib. equaliter esset influere magis promptus. Sic Deus ꝑ certo ad omnes & ad omnia generaliter mediocriter & æqualiter se habet sicut causa vniuersalis & pater & dominus numinis, quia.s. nō est personarum acceptio apud dominum, quia ad modū solis paratus est omnes illuminare, & per suam prouidentiā paratus est de regimine oīum tam naturali quā spirituali curam gerere & habere. Omnib. inquit. Sapi. 6. Equaliter est ei cura de omnib. Oculi.n. qui sunt ad regimen corporis cōstituti, non magis curant de salute vnius membri quā alterius, imo generaliter de omnib. curant. Sic Deus facit, quia sicut dicitur in psal. Rex omnis terræ Deus, psallite sapienter. Est ergo rex prouidens & communissimus. ¶ Item Deus est rex iustus & seuerissimus, quod ostēditur cum dr̄ Imperans. Imperium

perium.n.iustitiam & rigorem signat. In signum cuius imperator solet ensem euaginatum ante se facere portare, in signum ꝙ est semper paratus malos & impios detrūcare, iuxta illud ad Ro.13. Vis non timere potestatē? bonū fac, & habebis laudem ex illa. Sequitur. Si aūt malum feceris time, nō .n. sine causa gladium portat. Leo.n. qui est rex animaliū, est aīal asperum & seuerū, quia.s. qñ famescit, dure solet bestias deuorare. Sic verè Deus rex omniū qui continuè esurit & sitit iustitiā, seueriter solet bestias.i. bestiales hoīes cōdemnare, & eos per mortē aīæ & corporis acerrime deuorare. Prouer.20. Sicut rugitus leonis, ita est ira regis. Imperās inquit. Esa.45. meæ sunt iustitiæ & imperium. & Esa.9. Multiplicabitur eius imperium, & regni eius non erit finis. Et potissime ista seueritas istius regalis iustitiæ apparebit in iudicio, vbi impios seueriter condemnabit, iuxta illud Sap.11. Illos tanquam durus rex interrogans condēnasti. Sic ergo patet quō & quare Deus dr̄ rex. Vnde et de Christo dr̄. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Istū.n. regem quærebant magi cum sedulitate. Istū regem deridebant iudæi cum fatuitate. Istū regem describebat Pilatus cū subtilitate. Magi.n. dicebant inquirendo Matt.2. vbi est qui natus est rex iudæorum? Iudæi autem dicebant deridendo. Marci 15. Aue rex iudęorum. Pilatus vero dicebat describendo. Luc.23. Hic est Iesus nazarenus rex iudæorum. & Io.10. Ecce rex vester. Iste aūt rex fecit in sua beata incarnatione sicut solent facere reges prælium ingressuri, qui qñque accipiūt arma & habitum alienum, ne ab hostib. cognoscantur, iuxta illud quod dixit rex Israel 3. Reg 22. Mutabo habitum, & sic ibo ad pugnandū. Sic Deus prælium mundi ingrediēs, habitū & arma aliena nostræ humanitatis assumpsit, in quibus cum demonib. dimicauit. figuratus in Ioue, de quo dicit Ouid. ꝙ de cœlo veniēs ad terram occidere illum tyrannum impium Lycaonem, mutauit se in hoīem. Vt de Christo dicatur illud 3. Reg.22. Rex Israel mutauit habitum suum. Vbi describitur vt notabiliter honoratus, quia rex. Vt laudabiliter sociatus, quia rex Israel.i. videntium Deum, s. sanctorum & Angelorū. Vt mirabiliter alteratus, quia mutauit habitum suum. de isto ergo rege possumus notare ꝙ ipse est rex

Amorosus. Speciosus. Gloriosus. Gaudiosus. Vigorosus. Rigorosus.

Quod sit rex amorosus, patet in psa. vbi animæ dr̄ Concupiscet rex decorē tuū, qm̄ ipse est dominus Deus tuus. Quod sit rex speciosus, patet Esaiæ.33. Vbi de homine beato dr̄. Regē in decore suo videbit. Quod sit rex gloriosus, patet 2.Reg.6. vbi dr̄. Quam gloriosus fuit hodie rex Israel. Et in psal. Dn̄s virtutum ipse est rex gloriæ. Quod ipse sit rex gaudiosus, patet in psal. vbi dicitur. Domine in virtute tua lętabitur rex. Et alibi. Rex vero lætabitur in Deo. Quod sit rex vigorosus, patet Esa.19. vbi dicitur. Rex fortis dominabitur eorum Quod sit rex rigorosus, patet Esa.32. vbi dicitur. Ecce in iustitia regnabit rex. psal. Honor regis iudicium diligit. Et ideo Hieremias dicebat Hier.10. Quis non timebit te o rex gētium? Et sciendū est ꝙ sedes istius regis fuit crux, diadema fuit de spinis, sceptrum fuit de clauis. Et ideo iudęi dicebāt. Si rex Israel es, descēde de cruce. Contra quos Ber. dicit. Imo si rex Israel es, regni solium non dimittas. Et sic ergo dico quòd Deus dicitur rex, s.

Propter iustitiam.
E Propter prouidentiam.
Propter potentiam.
Propter clementiam.
Propter sapientiam.

Bene ergo dicit. Rex vnus erit omnibus imperans. ¶ Secundo principaliter dico ꝙ dicendum est de rege laudabili & virtuoso. Et sic dico ꝙ per regem intelligitur omnis bonus iudex, princeps, prælatus, vel ēt vir perfectus, qui se & alios bene regit. Quælibet.n. caterua apū dr̄ habere vnum regem, cui aliæ obediunt & obsequūtur, & à quo aliæ reguntur & gubernantur. Sic vere in oī caterua populi, in oī.s. regione vel legione, religione vel natione, necesse est esse aliquē regē.i. aliquem dñm, iudicē vel rectorē, cui à subditis obediatur, & per quē subditi debite gubernētur. Eccl. In vnāquamq; gentem proposuit rectorē. Vt sic de quolibet tali rege dicatur illud Hiere.23. Suscitabo Dauid germen iustum & regnabit rex, & sapiens erit. Istam auctoritatem vide supra diuisam & prosecutā titulo de Dauid, vbi ostendūtur quæ debent quinq; esse in quolibet principe vel prælato. ¶ Sed adhuc nota ꝙ rex tēporalis vel spūalis debet habere multas perfectiones & conditiones. Quāto.n. maior est honor, tanto magis debet habere de bonitate. Nota ergo quòd iste debet esse.s.

Audax ad præcauendum.
Fortis ad resistendum.
Cautus ad præuidendum.
Clemens ad indulgendum.
Iustus ad iudicandum.
Diligens ad inquirendum.
Humilis ad seruiendum.
Astutus ad cognoscendum.
Stabilis ad perseuerandum.
Autenticus ad imperandum.
Liberalis ad præmiandum.
Sapiens ad gubernandum.
Innocens ad operandum.
Pacificus ad conuiuendum.
Honestus ad conuersandum.
Flebilis ad Deum timendum.
Deuotus ad offerendum.
Tranquillus ad audiendum.
Seuerus ad corrigendum.
Modestus ad loquendum.
Facilis ad consilium credendum.
Parcus ad vina gustandum.

Istæ sunt.n. vigintiduæ conditiones quas debēt habere boni reges & boni prælati, & etiā quicunq; boni iudices & pręfecti, sicut possūt probari exēplis creaturarum & auctoritatib. scripturarū. Dico ergo ꝙ quilibet talis debet esse audax ad præcedēdum, quia.s. platus debet alios audacter præcedere, bonū exemplū eis dādo, terribilia pro eorū defensione nō timēdo, & ꝑ defensione reipublicæ primus ad terribilia incedendo, sicut de rege apum legitur ꝙ primus de alueari egreditur, & post ipsum totus grex apum sequitur & obsequitur. Sicut ēt de Iulio Cæsare legitur nunquam eum dixisse militibus suis, ite illuc, sed semper venite huc. Exēplo leonis regis animalium, qui est animal audacissimū, ita ꝙ de eo dr̄ Prou.30. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum. Vt de tali processiua & exēplari audacia dicatur illud Micheæ 2. Trāsibit rex eorum coram eis. & 1.Reg.12. Nunc rex graditur ante vos, & pugnabit bella vestra. Sit ergo audax ad præcedendum. Itē debet esse fortis ad resistendum. Bos.n. qui dr̄ esse rex iumentorum, est animal fortissimum in labore. Prou.14. Ibi manifesta est fortitudo bouis. In quo notatur ꝙ illi qui sunt reges & præsides aliorum, debent esse virtutib. fortiores, & ad sustentationem laborum terribilium, & pœnarum pro defensione populi & vtilitate patriæ infatigabiliter ꝓ ptiores. exemplo etiam regis apum, qui in duplo dr̄ alijs apibus esse maior & corpore & virtute. Quia breuiter si fortitudo spiritalis ad pugnandum contra diabolum requiritur in subditis inferiorib. multo magis in prælatis & in regibus. vnde Esa.19. Rex fortis dominabitur eorum 1.Esdr.4. Reges fortissimi fuerunt in Hierusalem. Item debet esse cautus ad præuidendū, quia.s. ipse debet caute præuidere pericula gregis sui, & insidias hostium demonum.s. hęreticorum. Exemplo regis gruum, qui caput cæteris frequentius erigit, & vndique frequenter circunspicit, & si aliquē insidiantem viderit, ad præcauendum clamando ꝓmunit. Sic prælatus debet curā de subditis gerere, caput intentionis & intellectus sępe sursum erigere, & ne sibi & subditis suis aliquod periculum accidat debet cautius circunspicere & videre, & si quod periculum videt imminere, dēt eos clamore ꝑdicationis ꝓmunire, & ad ꝑcauendū periculum aīare. iuxta illud Act.20. Attēdite vobis, & vniuerso gregi, super quē spiritussanctus vos posuit Episcopos regere ecclesiā Dei. Itē debet esse clemens ad indulgendum. De natura.n. regū & principum debet esse ꝙ sint clementes illi qui pęnitent deliquisse. Non.n. debent esse crudeles nec vindicatiui. Exemplo regū apum, qui quāuis habeant aculeū, nunquam tñ vtuntur aculeo, ſm Ambr. & Plin. Exemplo etiā leonis regis animalium, qui mulierib. pueris & prostratis solet parcere, & ipsos nisi fame compulsus nunquam lædere. Quia videlicet prælati & superiores debent parcere miseris & pauperib. & quauis habeant aculeum.i. potentiam vindicandi, ipso tñ non debent vti nisi forte fame.i. Zelo iustitiæ compellātur. 3.Reg.20. Reges domus Israel clementes sunt. Nihil.n. melius sedet quā clementia in principe, sicut vult Sene. lib. de clemētia ad Neron. vide ibi. In signum cuius de Dauid qui etiam inimico suo capitali bis pepercit, s. Sauli, dicitur 1.Mach.2. ꝙ Dauid in sua misericordia consecutus est sedem regni in secula. & Prouerbi.20. dr̄ Misericordia & veritas custodiunt regem. Item iste debet esse iustus ad iudicandum. Iustitia enim super omnes alias virtutes debet esse superioribus desponsata. Ista enim est illa per

per quam cōitates reguntur,per quam iura ſua omnib. red-
duntur & per quā impij puniuntur, & per q̃ innocentes ab
impijs defenduntur. Iſtam ergo debent habere reges tam
temporales q̃ ſpirituales.pſal.Honor regis iudicium diligit.
& Prou.29.rex iuſtus erigit terram ſuam.Exemplo ſolis,qui
rex dr̄ planetarū,& ideo locum tenet medium inter eos.Ad
denotandum ꝙ tales debent eſſe iuſti & medij inter partes,
& non plus ad vnam partē q̃ ad aliam per acceptionem per-
ſonarum tendere ſeu pendere.Vnde de talib.regibus loquit̃
ſub metaphora ſolis Ambr. in hexameron dicens ſic. Sol in-
quit eſt oculus mundi,iocunditas diei,pulchritudo cęli,mē
ſura tēporū,virtus & vigor oīum terrę naſcentium,decor &
perfectio ſtellarum,rex & dn̄s planetarum. Et ideo breuiter
de tali virtuti iuſtitię dr̄ 2.Paral.9.Idcirco poſuit dn̄s regem
ſuper populū ſuum,vt faciat iudiciū & iuſtitiam. Itē iſte de-
bet eſſe diligens ad inquirendum. Debet.n.prælatus diligen
ter inquirere veritatē,& de illis quæ pertinent ad aīam,& de
illis quæ pertinent ad rēpublicam,quia ſicut dr̄ Prouerb.35.
Gloria regum eſt inueſtigare ſermonē. Diligentes.n.debēt
eſſe,& potiſſime ad cuſtodiam ſubditorum. Exemplo regis
apum,qui in domo manens non ceſſat vndiq; circuire,dans
exemplū ſuperiorib.qualiter debent eſſe ſoliciti & diligētes
ad cuſtodiam domus Dei.Can.3.Surgam,& circuibo ciuita
tem. Vnde de diligenti inquiſitione & circūſpectione taliū
regum dr̄ Iob 29.Cum ſederē quaſi rex circunſtante exerci-
tu ſequitur.Oculus fui cęco, & pes claudo & cauſam quā ne
ſciebā,diligenter inueſtigabā. Itē iſte debet eſſe humilis ad
ſeruiendū,quia.ſ.ipſi debent ſeruire & deo & populo.Vnde
etiam papa qui eſt rex regū,vocat ſe ſeruū ſeruorū Dei.Vt &
de illis dicatur illud pſal.Reges vt ſeruiāt dn̄o.& Eſa.60. Re
ges eorum miniſtrabunt tibi. Item iſte debet eſſe aſtutus ad
cognoſcendū, quia ſ. ſicut aquila Regina auiū viſum habet
lympidiſſimum & clariſſimum, intātū ꝙ ab altitudine aeris
videt piſces in mari natantes, leo etiā rex aīalium dr̄ oculis
apertis dormire,ſic vere tales qui aliorū ſunt rectores & re-
ges,debent habere oculos cordis & intellectus lympidos at
que claros,apertos vigiles & attentos, vt.ſ.diſcretę videant
agenda & fugienda,tenēda pariter & vitanda, ita ꝙ ſiue dor
miant in temporali proſperitate, ſiue ſurſum præſideāt in di
gnitatis ſublimitate,debent tn̄ ſemper cogitare, attēdere &
videre quid inferius faciūt piſces.i.ſubditi in huius ſeculi va
nitate.Eſa.49.Reges videbunt,& conſurgent principes.pſal.
Et nunc reges intelligite,erudimini qui iudicatis terram.Itē
Iſte debet eſſe ſtabilis ad perſeuerandū.Non decet.n.regem
eſſe nec in dictis nec in factis mutabilē atq; vanū. Exemplo
leonis regis aīalium,qui collum dr̄ habere immobile,quia.ſ.
edictum & voluntas talium debēt eſſe immobilia atque fir-
ma. Dan.7. Scito rex ꝙ lex medorum & perſarum eſt vt oē
decretū quod ſtatuerit rex,non liceat immutari.Itē iſte de-
bet eſſe autenticus ad imperandū.Exemplo leonis regis aīa-
lium,qui inceſſu,vultu,geſtu & rugitu,auctoritatem præten
dit,intantum quod ſolo viſu vel auditum à cunctis aīalibus
timetur.Sic vere reges & prælati debent eſſe autentici,in ge
ſtu habitu,opere & ſermone,& hoc non vt ſuperbiāt,ſed ne
ſubditi eos deſpiciant,& vt terrorem malefactorib.incutiāt
2.Paral.9.Magificatus eſt Salomon ſuper oēs reges. Itē iſte
debet eſſe liberabilis ad præmiandum.Exemplo aquilę auiū
reginæ,& leonis aīalium regis,quæ conditionem habent mi
rabiliter liberalem,quia.ſ.prædam ſuam ſoli non comedunt
.ſ.ipſam alijs auibus ſe inſequentib.cōdiuidunt,quia.ſ.ad iu-
ſtos pertinet liberabilitatē habere, bona ſua alijs diuidere,
& bene meritos præmiare.Exemplo regis Darij, de quo dr̄
2.Eſdræ 3.Rex darius fecit cęnam magnā.Et in ſignū huius
reges cōſueuerunt inungi, ad denotandū ꝙ oleo pietatis &
liberalitatis debent totaliter eſſe vncti.2.Re.5. Vnxerūt Da
regem ſuper Iſrael:manus.n.vncta faciliter mittit labi quod
tenet.Res ēt vncta valde eſt ſuauis,mollis & lænis.ſic vere il
li qui ſunt vncti oleo pietatis,ſ.reges ſpiritales,bona ſua de-
bent alijs libenter dimittere & largiri, & mites & ſuaues ab
omnib.inueniri 2.Reg.2.Me vnxit domus Iuda in regē. Pie
tas.n. eſt mamilla qua tales reges debent ſubditos nutrire
iuxta illud Eſa.49.Erunt reges nutritij tui,& Reginæ nutri-
ces tuę.& Eſa.40.Mamilla regū lactaberis. Sis igit̃ liberalis
ad præmiandū.Item iſte debet eſſe ſapiens ad gubernandū.
vnde illud Eſa.32.Ecce in ſapientia regnabit rex.& Sapiē.6.
Rex ſapiens populi ſtabilimentum. Item innocens ad ope-
randum 2.Reg.13.& Rex & thronus eius ſit innocēs. Itē pa
cificus ad conuiuendū 3.Re.1. Viuat rex Salomon,qui.ſ. in-
terpretatur pacificus.Itē honeſtus ad cōuerſandum Eſa.33.
Regē in decore ſuo videbit.Itē flebilis ad Deum timendū 2.
Re.13.Rex & oēs ſerui eius fleuerunt.Itē deuotus ad offerē-
dum.pſ.Reges tharſis & inſulæ munera offerent &c.Itē trā
quillus ad audiendū.Sap.6.Audite reges & intelligite.Itē ſe
uerus ad corrigendum.Prou.20.Diſſipat impios rex ſapiēs.
Item modeſtus ad loquendū.Eſa.52. Continebunt reges os
ſuum.Itē facilis ad cōſiliū credendū,quia.ſ.illud ſumme ꝑti
net ad regem iudicē vel ꝑlatum,eſt credere & habere bonū
conſilium,quia ſicut rex apum ſp eſt circundatus multitudi
ne apū,aculeo armatarū,ipſum iuuare & defendere parata-
rum,ſicut quilibet talis dēt ſecū habere multitudinē bonarū
perſonarū & diſcretorū conſiliariorū aculeo & ſtimulo ſtri
ctę conſcientiæ munitorū,quorū conſilio regatur,& quorū
adiutorio vtatur.Iob 29.Cum ſederē quaſi rex circunſtante
exercitu,erā tn̄ merentiū conſolator.Itē parcus ad vina gu-
ſtandū.Nā & ſi immoderatus vini vſus in oī ſexu.in oī ętate,
in omni hominū conditione turpitudinis alicuius & vitij ſit
adminiculū & fomentū,magis tn̄ in regib. & principib. qui
maieſtatis nomen,incrudelitatis crimen vertere non erube
ſcētes,putant ſibi quicquid libet,licere,maxime vino æſtuā-
tes.Propterea Salamon quàmuis rex, regib.tn̄ vinum prohi
bet,dicens Prou.31.Noli regib.dare vinū.Iſtæ ſunt ergo cō
ditiones boni regis. Et ſic dico ꝙ dictū eſt de rege laudabili
& virtuoſo,quāuis hodie poſſimus dicere illud Iudic. 17.In
diebus illis nō erat rex in Iſrael.¶Tertio principaliter poſſu
mus aliquid de rege odibili & vitioſo dicere.i.de fatuo prin F
cipe vel prælato. Et poſſumus dicere ꝙ mali prælati & prin
cipes hodie ſunt vitioſi,quia.ſ.

Delicijs impinguantur.
Blanditijs delectantur.
Luxurijs inquinantur.
Seuitijs effrenantur.
Ignorantijs hebetantur.

Dico ꝙ tales impinguātur
magnis delicijs.vnde Gen.
49.Aſer pinguis panis eius,
& præbebit delicias regib.
Itē dico ꝙ delectātur falſis
blanditijs, quia.ſ. tales hodie non diligunt niſi adulatores.
Ozeæ 7.In malitia ſua lætificauerunt regem, & in mēdacijs
ſuis principes.Itē dico ꝙ iſti inquinantur fędis luxurijs,ſimi
les baſiliſco venenoſiſſimo regi ſerpentū, cui luxurioſi cōpa
rantur,qui viſu interficiunt & aſpectu.Et cōpara eos pluto-
ni regi inferni.pſal.Concupiſcet rex decorē. Item effrenant̄
diris ſæuitijs,ſimiles aquilæ Reginæ auium,& leoni regi ani
malium,qui ſuper oīa ſunt crudeles.vnde Dan.2.dr̄ ꝙ rex in
furore & in ira præcepit vt perirent ſapientes. Item iſti he-
betantur magnis ignorantijs,ſimiles boui regi iumētorum,
quod eſt animal hebes,ſtolidum & ināne.Eccl.10. Rex inſi-
piens perdet populum ſuum,& Eccle.10. Ve terræ cuius rex
puer eſt.Iſta igitur ſufficiant de rege vitioſo,virtuoſo & glo
rioſo.¶Sed ſi velis vlterius procedere, dic ꝙ in ſcriptura fit G
mentio principaliter de quatuor regibus,ſ.de rege iudę, de
rege Dauid, de rege Salomone, de rege Iſrael qui,ſ. quat-
tuor ſtatus eccleſiæ ſignificant,quorū res ſunt in via,& vnus
in patria.Et iſti certe ſunt

Incipientes
Proficientes
Virtuosè viuentes
Gloriosè gaudentes

Primi viuunt in vera fidei confeſſio-
ne.Rex Iuda,qui interpretatur confi
tens. Secundi viuunt in boni operis
patratione Dauid, manu fortis.Ter-
tij viuunt in quieta virtutum perfectione. Salomon pacifi-
cus.Quarti vero viuunt in beata ſalutis adeptione.Iſrael vi-
dens Deum.

¶Primum eſt regnum nouiter conuerſorum.
Secundum eſt regnum fortiter actiuorum.
Tertium eſt regnum pęnitus perfectorum.
Quartum vero eſt regnum cęlitus beatorum.
¶Primum eſt regnum pœnitentium.
Secundum eſt regnum militantium.
Tertium eſt regnum ſuperantium.
Quartum vero eſt regnum triumphantium.
¶In primo regno incipiunt tyrones.
In ſecundo regno exercentur agones.
In tertio regno vincunt commilitones.
In quarto regno condiuidunt prædones.
¶Dicamus ergo ꝙ eſt dare vnū regnum incipientiū, in quo
viuunt

viuunt hoīes pęnitentes,& isti signantur per regē Iuda,quia .s.Iuda interpretatur confitens vel glorificās,quia videlicet illi qui nouiter cōuertuntur ad Deū dēnt pc̄tā sua cōfiteri & dicere,Deū ēt dēnt per veræ fidei confessionē agnoscere,ipsumq; laudare,benedicere & agnoscere. Hie. 17.Sta in porta per q̄ ingrediuntur reges Iuda. Porta.n.ista est pęnitētia seu fides,q.s.est porta ingrediētium ad salutē.Vnde breuiter de quolibet tali rege iuda seu rege iudęorū pōt dici illud Mat. 2.Vbi est q natus est rex iudæorū? vidimus stellā eius in oriēte.Talis.n.rex nouiter natus dr̄ stella,quia ipsius vitę claritas in oriente spectatur,vbi certe à magis seu regib.i.à perfectis oībus laudatur & adoratur.Cōstat.n.ꝙ viri iusti nouiter incipientes cōmendant,ipsorumq; nouū regnū, & regimē magnificant atq; laudant dicendo,s.Mat.27.Tu es rex iudęorū, & ibidē.Aue rex iudæorū.Aduerte tñ ꝙ multi sunt reges Iuda.i.reges bene incipientes,cito aūt deficientes, & mala per oīa finientes, sicut ad litteram videmus de mundi regibus & principibus,& etiam de nostris prælatis antistitibus,& sic notabis de talibus nouis regibus,quod isti,s.

Christi ecclesias solent spoliare.	Isti dico grauāt & spo-
Vanas fantasias solent frequentare.	liant Christi ecclesias.
Legis iustitias solent abdicare.	vñ 4.Re.12. Tulit Ioas
Pęnæ molestias solent tolerare.	rex iuda oīa sacrificata

q̄ sacrificauerunt pr̄es sui reges iuda Itē isti agunt & frequētant multas nequitias.vnde 4.Re.21.Fecit Manasses rex iuda abominationes pessimas sup oīa q̄ fecerant ante eū amorrei. & ponūtur ibi horribilia auguria de isto rege iuda.Itē isti solent abdicari legis iustitias.vnde Eccl.49.Reliquerūt regem potentis(alias altissimi)reges iuda,& contēpserunt timorē Dei,Itē isti solēt tolerare duras molestias,s. finaliter in inferno,vbi.s.demonib. subiugantur 4. Reg. 24.Egressus est Ioachim rex iuda ad regē babylonis, & trāstulit fortes exercit⁹ in captiuitatē &c.Non sic boni incipientes nō,quia sicut dictū est, est dare vnū regnum incipientiū,quo viuunt hoīes

H pœnitentes.¶ Deinde dico ꝙ est dare vnū regnū proficientiū,quo viuunt hoīes laborātes,seu ēt militātes.Ibi.n.regnat & imperat rex Dauid,qui interpretatē manu fortis,quia.s.illi q per bonas opationes & fortes manualiter seu actualiter laborāt & militāt,in isto regno,i.in isto statu ecclesiæ imperāt atq; regnāt.Et si vis,de istis manu fortib. & ad bene operandum & laborandū habilibus possumus notare ꝙ isti reges.

Deuotionis titulo sunt dotati.	Dico ergo ꝙ tales reges
Compassionis riuulo sunt rigati.	Dauid dotantur titulo
Durationis tumulo sunt fundati.	deuotiōis,q.s. isti sunt
Saluationis cumulo sunt lætati.	qui Deo ꝑ orōnē & de-

uotionē astant,& qui ideo sacrificāt & immolant.Et hoc est quod dr̄ 2.Reg.7. Ingressus aūt Dauid rex sedit corā dño. & 1.Paral.18. Vasa aurea argentea & ænea consecrauit Dauid rex dño.Itē isti reges Dauid rigantur riuulo cōpassionis,sicut.s.de Dauid rege legitur 2.Re.13.ꝙ cōpassione ductus cessauit persequi Absalon,quāuis amon ipsius primogenitū occidisset . Itē isti reges Dauid fundantur tumulo durationis, durant.n.& pseuerāt in bono 3.Reg.1.Rex Dauid senuerat. Senectus.n.signat longam durationē & perseuerantiā. vnde ibidē.Viuat dñs meus Dauid rex in æternū. Itē isti reges Dauid lętātur ioculo cōsolationis 1.Paral.19.Sed & Dauid rex

I lætat⁹ est gaudio magno,& benedixit dño. Patet ergo ꝙ est dare vnū regnū ꝓficiētiū,quo regnāt hoīes laborātes.¶ Deniq; dico ꝙ est dare vnū regnū sanctè viuentiū , quo regnāt vitia superātes.Et istud est regnū hoīum perfectorū,q.s.intelliguntur per regē Salomonē,qui interpretatur pacificus,q.s.viri perfecti reges pacifici proprie nūcupanē. Reges dico, eo ꝙ debite se & alios regere dinoscūtur.Pacifici,& ꝙ pacē cū hostib.mentalib.mundialib.& infernalib.per virtutis pnominantiā consequuntur.De viro.n.perfecto dicit Sen.ꝙ iste fecit sibi pacē,nil timēdo,diuitias nō cōcupiscēdo.Vnde de tali rege Salomone dr̄ Ecc.47.Salomō imperauit in diebus pacis,& 3.Re.4.Salomon pacem habebat ab omni parte.Et breuiter nota ꝙ talis rex Salomon,i.vir perfectus solet

Affluere dono liberali.	Dico ergo ꝙ tales
Mitescere more maternali.	dono liberali solēt
Clarescere luce doctorali.	affluere 3.Reg.10.
Fragrescere fama virtuali.	Rex Salomō dedit
Excelcere trono magistrali.	reginæ oīa quæ vo

lult.Itē tales more materiali solent mitescere, quia.s.tales solent esse vncti in regē,i.benigni,misericordes & mites 3.Re 5.Misit hyrā rex tyri seruos suos ad Salomonē, audiuit.n.ꝙ vnxissent eū in regē.Itē tales luce doctorali solēt clarescere, quia.s.isti luce sapientiæ fulgent 3.Reg.3.Dedit dñs Salomoni sapientiā.vnde 3.Re.10. Vasa de quibus bibebat rex Salomon,erant aurea.Aurū aūt splendorē Sapientię signat.Item tales fama virtuali solent fragrescere.Ista sunt aromata bonæ famæ quæ regina Sabba attulit Salomoni,quia sicut dr̄ 3.Reg.10.aromata dedit regina Saba regi Salomoni. Aromata aūt significant fragrātiā bonæ famæ, q̄.s.regina virtutū sapientia solet dare.Itē tales trono magistrali solent ꝓcellere, quia.s.tales viri perfecti & in hoc seculo & in futuro excellētia maiestatis digni sunt ꝓsidere.3.Re.10.Fecit rex Salomon thronum de ebore.Et ibidē.Magnificatus est rex Salomō super oēs reges &c.Sic igitur patet ꝙ est dare vnū regnum sanctè viuentiū,quo regnāt vitia superātes.¶ Quarto dico ꝙ est dare vnū regnū sp lætantiū,quo regnant cęlitus triūphates. Et istud certe est regnū paradisi , quod.s. per regnū Israel & per reges Israel denotatur quia,s. interpretatur videns deū, quia,s.visio beatifica est merces & gloria triūphalis,q.s.beatis cōceditur post obtentā victoria vitiorū.Vt sic cuilibet tali dicatur illud Io.1.Rabi,tu es filius Dei,tu es rex Israel. Sic ergo patet ꝙ in scriptura fit mentio de quadruplici bono rege.¶ Sed si vis adhuc dic ꝙ in scriptura fit mentio de quadruplici malo rege,videlicet de rege.

Assyriorum.	Isti.n.quattuor reges & regna fi-
Amorreorum.	lios Israel grauauerunt , Deum
Babyloniorum.	cōtempserunt, & superbe super
Aegyptiorum.	alios regnauerunt.Et ideo certe

per istos possum dęmones vel tyrānos intelligere, qui.s.semper superbè & tyrannicè solēt alijs imperare.De diabolo.n. legitur ꝙ ipse est rex super omnes filios superbiæ.Iob.41.De tyrnnis autem seu malis prælatis dicit dominus Oseæ 8. Ipsi regnauerunt , sed non ex me , principes extiterunt sed non per spiritum meum . Nota igitur de talibus malis regibus quoniam isti sunt

Qui captiuant iustos & exulant.	Dic igitur ꝙ mali
Qui prædantur atque depopulant.	reges libertatē so-
Qui occidunt grauant & iugulant.	lent exulare , q.s.
Qui affligunt pungunt & stimulant.	demones aīas li-
Qui promittunt falsum & stipulant.	bertate gratiæ glo
Qui se malis iungunt & copulant.	riæ spoliant,& eas
Qui se morte æterna iaculant.	in seruitutē pc̄ti &

inferni captiuāt.vnde 4.Re.18.Trāstulit rex assyriorū Israel in assyrios & 4.Reg.24. Oēs viros fortes & bellatores duxit rex babylonis captiuos.Itē facultatē solent populare,seu ēt depredando vastare,quia.s.demones depopulāt possessionē virtutū,tyrāni vero possessionē diuitiarū.vnde Hie.36.Rex babylonis vastabit terrā hanc.Itē innocentes solent iugulare.Tyranni.n.ēt innocentibus non parcunt vnde Hie.52. Iugulauit rex babylonis filios Sedechiæ.Itē quiescentes solent stimulare,seu ēt perturbare. Esa.7. In die illa reddet dñs his qui trans flumen sunt in rege assyriorum. Itē verbis & promissionib.suis confidētes solent decipere, & eis falsa & mendacia narrare.sicut patet 1.Mach.11.vbi dicitur ꝙ Ionathas misit ad regē Demetrium vt eos qui in arce erant , eijceret. Cui respondit Demetrius . Non hoc tñ faciam tibi & genti tuæ,sed ēt gloria illustrabo te & gentē tuā.sequitur.Mentitus est Demetrius cuncta quę dixit,& abalienauit se à Ionatha.Itē pestilentes solent exaltare seu copulare,s.sibi, quia,s. mali principes & tyranni malos & impios sibi iungunt & copulant, ipsosq; in suis curijs & officijs promouēt & exaltāt. vñ Hest. 3. Rex Assuerus,exaltauit Amā & posuit soliū eius sup oēs principes quos habebat.Itē delinquētes solēt damnare,s.in fine,qn̄ Deus postquā isti durealios grauauerūt,auferē ipsos in inferno cōdēnat.vnde Ezec.30.Ecce ego ad pharaonē regē ægypti,& cōminuā brachiū eius forte,sed cōfractū,& eijciā gladiū de manu ei⁹ , & cōfortabo brachia regis babylonis(.i.diaboli contra eos & brachia Pharaonis concident.Et hæc de rege in bono & in malo sufficiant &c.

Regina.

A Nota ꝙ regina in scriptura potest intelligi anima deuota,vel quælibet sancta virgo,vel etiam virgo Maria.Istæ.n.reginæ sunt,quia s. ipsas bene rexerunt,& regis summi sponsæ & vxores sunt.Nota ergo ꝙ ad reginam pertinet scilicet

Regem cum populo concordare.
Semper clementiam demonstrare.
Semper decentiam adornare.
Hostis potentiam refrenare.
Regis amicitiam vendicare.

Hæc.n. omnia facit beata virgo, vel etiã sancta anima vel persona. Ista ergo est regina cũ rege populi cõcordatiua. Populus.n. ad reginam solet recurrere, qñ vult regem ad veniam aut clementiã inuitare. Exemplo reginæ Hester, ad quã Mardochæus cũ populo iudæorũ recurrens, regis Assueri iram & sententiã mutauit & ipsum iudæis reconciliauit & concordauit, sicut patet Hest. 7. vbi dr̃ q̃ cum rex Assuerus vidisset Hester reginã, placuit oculis eius, & dixit ei. Quid petis Hester regina? quæ est petitio tua? si dimidiam partem mei regni petieris, dabitur tibi. At illa respondit. Da mihi aĩam meam, pro qua rogo, & populũ meũ, pro quo obsecro. Ista.n. regina intantum placet regi Assuero.i. Deo, q̃ peccatores sibi pro libito recõciliat, & oĩa quæ vult ab ipso acquirit & impetrat. Item dico q̃ ista magnæ clemẽtiæ est demonstratiua. Ad reginã.n. propriè pertinet q̃ sit clemens & misericors, & ad indulgendũ, & ad gratiã impetrandum, & ad beneficia concedendũ, & ad miseris veniã procurandum. Dan. 5. Regina ingressa est domum quia conuiuij. & Hester. 1. Regina Vasthi fecit conuiuium quia.s. ista est liberalis, ita q̃ cõuiuiũ misericordiæ suæ oĩbus est paratũ. vnde Esa 49. Erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ. Itẽ dico q̃ ista est magnæ decentiæ repræsentatiua. Ad reginã.n. p̃tinet decentissimè sit ornata. Sic ista ornata fuit virtualiter per honestatẽ, nunc vero ornata est supernaliter per gloriã & maiestatẽ. vnde in psal. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Itẽ ista est hostis potentiæ refrenatiua, quiã.s. ista sola est quæ hostẽ humani generis superat & prosternit. Luc. 11. Regina austri surgit in iudicio aduersus generationẽ istam, & condemnabit eam. Itẽ ista est Dei amicitiæ obtentiua vel vendicatiua, quia.s. regina super oẽs alias personas à rege diligitur, & familiaritatẽ ipsius assequitur, & amplectitur. vnde. Neem. 2. dr̃ q̃ regina sedebat iuxta regẽ. Istis ergo rõnib. ad istã reginã debemus per orationẽ recurrere, & eã per deuotionẽ colere, & per humilia obsequia venerari. Hier. 44. Venite, sacrificemus reginæ cœli. vnde Hester 7. Aman aũt surrexit vt rogaret reginam pro aĩa sua, intellexit.n. paratũ à rege sibi malũ. Ista igitur q̃ tanti regni est regina, & q̃ tanti regis est mater, filia & amica, põt dicere illud Apoca. 18. Sedeo vt regina, & vidua non sum. Vbi ostenditur q̃ ista caret labore, pollet honore, feruet amore. Primũ probat status tranquillitas. Sedeo. Sed secundum regni sublimitas. Vt reginę. Sed tertium viri communitas. Vidua inquit non sum. Ista.n. est in refrigerio firmitatis. Sedeo. Est in fastigio dignitatis, vt regina. Est in coniugio charitatis. Vidua non sum. Et breuiter dic quòd regina debet esse

B Decens & speciosa.
Placens & amorosa.
Clemens & viscerosa.
Tremens & timorosa.
Cultu religiosa.
Statu imperiosa.
Egeno pascuosa.
Impio rigorosa.
Solio gloriosa.

Igitur dic q̃ regina debet esse decens & speciosa. Decet.n vt reges pulchras vxores habeãt ne vxorũ turpiũ tædio, ad adulteria aliarũ prorumpãt. Vnde de Assuero dr̃ Hest. 1. q̃ p̃cepit vt introducerent reginã Vasthi corã rege, vt ostẽderet cunctis populis & principibus illius pulchritudinẽ. Itẽ debet esse placẽs & amorosa. Vnde de Assuero dr̃ Hest. 5. Cumq; vidisset Hester reginã stantem placuit oculis eius, & dixit. Quid petis regina? &c. Itẽ debet esse clemens & viscerosa, quia.s. decens est vt reginæ clementia mitiget irã regis. vnde Hest. 7. Surrexit Aman vt rogaret reginã pro aĩa sua, intellexit.n. paratum à rege sibi malũ. Itẽ debet esse tremens & timorosa, quia.s. regẽ debet timere & reuereri. vnde Hest. 15. Cunque inquit rex eleuasset faciẽ, & ardẽtib. oculis furorẽ pectoris indicasset, regina corruit, colore in pallorẽ mutato. Itẽ debet esse cultu religioso, Deũ orando, & ipsum deuotè colendo. vnde Hest. 14. Hester quoque regina fugit ad dñm &c. Itẽ debet esse statu imperiosa. vnde in psal. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Itẽ debet esse egenis pascuosa, quia.s. libenter debet pauperes recreare. vnde Hest. 1. Vasthi quoq; regina facit cõuiuiũ &c. Itẽ debet esse impijs rigorosa, quia .s. regina nunquã debet esse ita clemens & pia, quin bene permittat impios & proteruos suspendi, sicut Hester regina p̃misit Aman suspẽdi, licet legatur ipsam rogasse pro aĩa sua. Matt. 21. Regina Austri surgit in iudicio contra generationem istam, & condemnabit eam &c. Itẽ debet esse solio gloriosa, dicens.s. Apoc. 18. Sedeo vt regina, & vidua non sum. sufficit vide supra de Filia, de Puella, & infra de Vxore.

Regius. Regalis.

A Cum regnũ seu regalẽ dicatur illud quod ad reges noscitur pertinere, seu à regib. dependere, hinc est q̃ s̃m diuersitatem regum inuenitur diuersitas regiorũ. Et quia est dare reges bonos & malos, hinc est qđ regiũ sumit̃ in bono & in malo Et primo quidẽ in bono. Et sic certè dico q̃ illud regiũ dr̃, quod bonum dignum, virtuosum, honestũ & autenticum inuenitur, sicut.s. id quod à summo rege Deo procedere inuenitur, vel quod ad viros sanctos & iustos (qui in scriptura, s. Apoca. 1. regnum seu reges & sacerdotes dicuntur) pertinere probatur. Sic ergo dico q̃ est dare aliquod regiũ.

Temporaliter. Primum debet parum reputari.
Virtualiter. Sed secundum multum honorari.
Aeternaliter. Sed tertium semper affectari.

¶Igitur dico q̃ est dare regiũ tẽporale, quod est vanum & transitorium, quia re vera omnia illa quæ in hoc mundo regalia vel regia dicuntur, periculosa, vana & transitoria comprobantur. Et hoc certè multiplici ratione, videlicet p̃pter

Dissensiones & controuersias
Vagationes & insolentias.
Occisiones & iniustitias.
Detractiones & inuidentias.
Ambitiones & auaritias.
Proditiones & fraudulentias.
Extorsiones & violentias.
Delectationes atque blanditias.
Epulationes & gastrimargias.

Et breuiter dicam q̃ in domibus & curijs regijs solent communiter esse & vigere cõtrouersiæ & dissensiones. vnde 3. Reg. 10. dicit̃ q̃ suscitauit dñs aduersarium Salomoni de semine regio. Item ibi solent vigere insolentiæ & vagationes. Vt cõiter.n. tales regij ocijs & vagationib. intendunt. Sicut de Dauid legitur 2. Reg. 11. q̃ cũ deambularet in solario aulæ regiæ, vidit Bersabeæ se balneantem, & eam concupiscẽs fœdauit, & Vriã virũ eius occidit. Itẽ ibi solent vigere iniustitiæ & occisiones. Multa.n. homicidia iniusta vel publica vel occulta solent in curijs regijs perpetrari, sicut in multis regnorum historijs legitur q̃ semen regiũ extinctũ, est vt alij iure possent succedere loco sui, sicut 4. Reg. 11. legitur q̃ Athalia omne semen regium interfecit, vt regnaret in Hierusalẽ. Itẽ ibi solent vigere inuidentiæ & detractiones, sicut de Aman legit̃ Hest. 5. q̃ inuidia motus dixit. Cum hæc inquit oĩa habeam, nihil me habere puto quãdiu videro Mardochæũ iudæum sedentem ante fores regias &c. Itẽ ibi solent vigere auaritię & ambitiones. Semper.n. solent ad ampliores diuitias anhelare, & ad altiores status ambire. Exẽplo Aman, de quo dr̃ Hest. 6. q̃ Aman atriũ domus regiæ intrauerat, qñ.s. vocatus fuit à rege vt diceret quo honore dignus esset quẽ rex honorare vellet) credẽsq; pro se fieri quæstionẽ, dixit sic. Homo quem honorare rex cupit, debet indui vestib. regijs, & accipere regium diadema &c. Item ibi solent vigere fraudulentiæ & proditiones, sicut de Ismael legitur Hiere. 41. quòd Ismael qui erat de semine regio, venit ad Godoliam in Masphat, & comederunt panes simul, & tñ interfecerunt eum ipse & socij sui. Et sequitur ibidẽ quòd Ismael incedens & plorans venit in occursum 40. virorum, & occidit eos &c. Item ibi solent vigere violentiæ & extorsiones quia.s. tales officiales regij solent rapinas & extorsiones facere, & crudelitatib. & violentijs se & regium palatium inflãmare. vnde 3. Regum 16. dicitur quòd Zamri ingressus est palatiũ, & succendit se cum domo regia. O. quot sunt hodie tales in regijs palatijs, qui.s. per suas adinuentiones & consilia domos regias igne rapinæ violentiæ incendunt? Itẽ ibi solent vigere blanditiæ & delectationes, quia.s. tales regij delicijs & blanditiis solum vacant. vnde Esa. 7. dicitur Babylonicæ ciuitati. Ornasti te inquit regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. Item ibi solent vigere gastrimargiæ & epulationes. Vnde de Vria legitur 2. Reg. 11. quòd cibus regius secutus est eum, dormitque ante portas domus regię. Et tñ constat qđ occasione illi⁹ dormitionis fuit mors ipsius machinata. Sic igitur patet quòd est dare regium temporale, quod est vanũ & transitorium. ¶Secundò dico quòd est dare regiũ virtua- B

le, quod est sanum & meritorium. Et sic dico ꝙ illi dicunt̃ regij vel regales, qui.s. Christo regi cęlesti sunt dedicati, vel ipsius regijs virtutib. sunt dotati. Illa.n. bona regia dicũtur vel regalia, quæ.s. sunt magnifica & honesta, & à Christo rege regum data, & ex ipso dependẽtia & concessa. Siue igitur nos agamus de supremis, siue regalibus, seu regijs, dico ꝙ in scriptura reperitur.s.

Regia seruitus.	Et sic dico ꝙ viri iusti & sanct
Regius transitus.	pro tanto dici pñt regij vel re
Regius habitus.	gales, quia subsunt sub regis
Regius affectus.	districtu, quia.s. isti in seruitute
Regius aspectus.	regis Christi viuunt, sibiq; in
Regius pastus.	statu religionis, timoris, vel pę
Regius potus.	nitentiæ seruiunt atq; subsunt
Regius cętus.	dicẽtes illud Gen.47. Emenos
Regium genus.	in seruitutem regiã sequitur.
Regium munus.	Et læti seruiemus regi. Itẽ, q̃a

viuunt virtuoso vel regio conuictu, vita.n. virtuosa, vita est regia & gloriosa, de qua.s. dr̃ Num.21. Via regia gradiemur, non declinabimus ad dexterã aut sinistram. Item quia pollẽt regio contextu, hoc est dictu sancta & honesta conuersatione, quia.s. honesta conuersatio est regius habitus regis Christi. Vñ de quolibet sancto & honesto viro pôt dici illud Hes.7. Mardochæus aũt de palatio ac de conspectu regis egrediens, fulgebat vestib. regijs, hyacinthinis & aerinis, coronã aureã portãs in capite, & amictus repellio serico atq; purpureo. Itẽ quia parcunt regio affectu, quia.s. viri perfecti debẽt habere pium & regium animũ, faciliter indulgendo. Exemplo regis Assueri, de quo dr̃ Hest.8. ꝙ sceptrum regiũ aureũ protendit, s. ad Hester, quo signum clementiæ mõstrabatur. Itẽ placent regio aspectu. Isti.n. habent aspectum regiũ, autenticum videlicet & honestum. vnde Dan.2, dr̃. Dentur inquit nobis legumina ad vescendũ, & aqua ad bibendũ, & cõtemplare vultus nostros, & vultus puerorum qui vescũtur cibo regio &c. Item quia cibantur de regio pastu, s. sacramẽto altaris. vnde 2.Reg.11. Secutus est eum cibus regius. Et illud supra dictum. Puerorum qui vescuntur cibo regio. Itẽ quia potantur de regio gustu seu potu, s. sanguine præcioso Christi. Hester 1. Vinum quoq; magnificentia regia dignum erat. Itẽ quia sociantur & à regio cetu hoc est dictu, à digna & honesta iustorũ societate. Vnde de rege Assuero dr̃ Hest.1. ꝙ ipse interrogauit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant. Itẽ quia extollũtur regio genere 1. Pet.2. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. & Dan.1. Ait inquit rex præposito eunuchorũ vt introduceret de filijs Israel & de semine regio, s. finaliter in paradisum, vt.s. illis dicatur quod dictum est.3.Reg.10. de regina Saba, i. de aĩa beata ꝙ rex Salomon.i. Christus dedit ei oĩa q̃ voluit, & q̃ petiuit, exceptis his q̃ vltro obtulerat ei munere regio. Sic igitur patet ꝙ est dare regiũ virtuale, qđ est sañ & meritoriũ. ¶ Tertio dico ꝙ est dare regiũ ęternale, quod est dignum & permãsorium, & istud certẽ signat bona & dona regia gloriæ paradisi, vt sic de aĩa beata & Christo rege & spõso suo dicatur illud qđ de rege assuero & regina Hester dr̃ Hest.15. Cunq; (inquit) Hester regio fulgeret habitu, stetit contra regẽ, vbi ipse residebat super solium regni, indutus vestib. regijs, auroq; refulgẽs. Et sic ergo patet ꝙ est dare quoddam regium quod est æternale, quoddam regium quod est virtuale, quoddam regium quod est temporale. Et hæc sufficiant pro præsenti.

A Regio.

Nota quòd regio inuenitur multiplex in scriptura, dicitur regio

Viatorum.	Regio viatorum est vita tempo-
Perfectorum.	ralis. Ista est.n. regio in quã missus
Beatorum.	est Adã perigrinari post pc̃m. Ru
Peccatorum.	th.1. Abijt homo de Bethleem, vt
Vitiorum &	peregrinaretur in regione Moabi
Meritorum.	tide. ¶ Regio perfectorum est vi-
Tormentorum.	ta spiritalis, & ista ẽ regio religio-

nis vel ecclesię, vel sanctę scripturæ, in qua.s. viri perfecti habitant & meditantur. Ista est regio de qua dr̃ Ioẽ.11. ꝙ Iesus abijt in regionẽ iuxta desertũ. Ista est regio ad quã venit dei filius ꝑ incarnationẽ accipere sibi regnũ, & recuperare possessionẽ aĩarum. Luc.19. Homo quidã nobilis abijt in regionem longinquã, accipere sibi regnũ. Ista est regio in qua sancti sicut spũales mercatores merces virtutũ portauerunt, & lucrũ meritorum & præmiũ reportauerunt. Quia sicut dr̃ in psa. Deus dedit illis regiones gentiũ, & labores populorum possidebunt. ¶ Regio beatorum est patria supernalis, & ista est illa regio vbi sc̃ti post huius vitę labores quiescũt de qua in psal. dr̃ Placebo dño in regione viuorum. ¶ Regio pc̃tõrũ est patria mũdialis, & ista est regio quã alter alteri aufert violenter, & in qua vnus multa mala facit & infert, de qua Esa.1. Regionẽ vestram corã oculis vestris alieni deuorant. Ista est regio quæ quãuis peccatorib. sit deliciosa, est tñ ipsis dãnabilis & periculosa, sicut de Loth. legimus ꝙ ipse eleuatis oculis vidit oẽm regionẽ circa Iordanẽ, quæ vniuersa irrigabat aquis. Et sequitur ꝙ ibi fuit paulo post captus & captiuatus. ¶ Regio vitiorũ & meritorum est habitatio cordialis, & ista est de qua dicitur Esa.9. Habitantib. in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Regio.n. vmbræ mortis est excęcatio cordis, vbi lux spiritalis orit̃, qñ expulsis vitijs gratia subintrat. ¶ Regio damnatorum est habitatio infernalis. & de ista pôt dici illud Ioelis.1. Flamma succendit omnia ligna regionis. Ista igitur de regione sufficiant. Vide de regno, de patria de Habitatione, de Ciuitate & alijs similibus titulis locum vel patriam significantibus.

Regnum. Regnare.

Nota breuiter qđ in scriptura multiplex regnum inuenitur tam in bono quam in malo. In bono.n. inuenitur regnum

Superius.	Primum est regnum ec
Inferius.	clesiæ triumphantis. Se-
Interius.	cundum est regnum ec-
Exterius.	clesiæ militantis. Tertiũ

est regnum animæ vel conscientiæ virtuosæ. Quartum vero est regnum scripturæ vel sapientiæ luminosæ.

In primo regno regnant beati.	Ista.n. sunt quattuor
In secundo regno regnant prælati.	regna Dei, videli-
In tertio regno regnant deuoti.	cet Patria, Ecclesia,
In quarto regno regnant edocti.	Anima, & Scriptu-

ra. Regnat.n. Deus in patria, sicut rex in conuiuio, de quo Luc.14. Beatus qui manducabit panẽ in regno Dei. Regnat Deus in ecclesia, sicut rex in exercitu seu ꝑlio, de quo Hier.23. Regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudictũ & iustitiam in terra. Regnat Deus in aĩa, sicut rex in camera seu in palatio 3.Reg.2. Salomõ sedit super thronũ, & firmatũ est regnũ eius. Regnat ẽt Deus in scriptura, sicut rex in secreto consilio, & de hoc Micheæ 4. Regnabit dñs super illos in monte Syon. Et breuiter ista sunt regna quibus loquitur Dauid in psal. Regna terræ cantate Deo, psallite dño. Et ideo sicut legitimi hæredes regni naturaliter habent affectum & appetitum ad regnum, sic cum nos simus hæredes & successores istius quadruplicis regni Dei, (Iacob 2. Hæredes regni qđ repromisit &c.) debemus istud regnum diligere & appetere, & ad ipsum totis affectibus anhelare, iuxta illud Matt.6. Primum quærite regnum Dei.

Regnum.n. gloriæ est quærendum, vt occupetur.
Regnum ecclesiæ est quærendum, vt gubernetur.
Regnum animæ est quærendum, vt reparetur.
Regnum scripturæ est quærendum vt contempletur.

Et ideo breuiter de isto quadruplici regno exponam⁹ illud Luc.13. Videbitis Abraham Isaac Iacob, & omnes prophetas in regno Dei. Vbi ostenditur ꝙ (sicut dictũ est) Deus habet quadruplex regnum quod à nobis diuersimodẽ est quærendum, videlicet regnum

Beatorum.	Beati.n. regnant in pa-
Prælatorum.	tria. Et isti sunt Isaac, q.
Perfectorum.	interpretatur risus. Prę
Discretorum.	lati regnãt in ecclesia,

& isti sunt Abraham, qui interpretatur pater multarũ gentium. Perfecti regnant in propria cõsciẽtia, & isti sunt Iacob .i. supplantator, s. diaboli. Discreti regnant in scripturæ sapiẽtia, & isti sunt prophetæ. ¶ Primò ergo dicamus ꝙ est vnum regnum paradisi, quod datur intelligi per Isaac, qui interpretatur, risus seu gaudiũ, pro eo ꝙ illi qui sunt illic, sunt in perpetuo gaudio atque risu. psa. Dominus regnauit, exultet terra, lętentur insulæ multæ. Gen.21. Vocauit Abraam nomen filij sui Isaac, dicẽs. Risum fecit mihi dominus. Et possumus notare ꝙ istud regnum affectandum multiplici ratione, videlicet quia habet semper

Intermi-

Interminabilem seu durabilem æternitatem.
Indefectibilem fertilitatem.
Imperturbabilem tranquilitatem.
Inobfuscabilem claritatem.
Inæstimabilem amæniratem.
Indepressibilem auctoritatem.

Quòd.n.sit æternitas interminabilis,patet Dan. 7.vbi dr̃ potestas eius potestas æterna, & regnũ eius non corrũpetur.& Dan.7.Regnum eius regnũ sempiternũ.Itẽ ꝙ ibi sit fertilitas indefectibilis,patet in illo verbo Luc.14. Beatus q mãducabit panẽ in regno Dei.Ideo de pauperib.dr̃ Matt.5. beati pauperes spiritu,qm̃ ipsorum est regnum cęlorũ.sequitur.Beati qui esuriunt & sitiũt iustitiã,qm̃ ipsi saturabunt.Itẽ ꝙ ibi sit tranquillitas imperturbabilis,patet Lucę.12.vbi dr̃. Nolite timere pusillus grex,quia cõplacuit patri vestro dare vobis regnũ . Itẽ ꝙ ibi sit claritas seu formositas inobfuscabilis,patet Matt.13.vbi dr̃.Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum . Item ꝙ ibi sit iocunditas incontristabilis,& amænitas inæstimabilis.patet Sap.5. vbi dr̃ ꝙ sancti accipiẽt regnũ decoris,& diadema speciei de manu domini . Item ꝙ ibi sit auctoritas indepressibilis,patet in psal,vbi dr̃. Regnũ ipsius oĩbus dominabitur.Istud est regnũ superius,quod est
C affectuum.¶Secundo dico ꝙ in scriptura inuenitur regnum inferius,quod est gubernandũ,& istud est regnũ ecclesiæ militantis,quod nullus debet appettere vt prosit,sed solũ.vt ꝓsit,vt.s.sibi possit dici illud 3.Reg.23. Grãdis auctoritatis es, & bene regis regnum Israel.Et hoc ostenditur cem dr̃ Abraham,qui interpretatur pater multarũ gentium, significans ꝑlatos,qui in regno ecclesiæ principãtur,qui.s.patres spirituales merito nuncupantur. Lucæ.1.Sicut iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. Et nota quòd in isto regno debet esse

Iustitiæ rectitudo.
Innocentiæ mititudo.
Perseuerantię longitudo.
Pœnitentiæ arctitudo.
Concordiæ quietudo.

De iustitia dr̃ Esa.32. Ecce ĩ iustitia regnabit Rex. De innocentia dr̃ Matth. 19.Sinite paruulos venire ad me, talium est.n.regnũ cœlorum.De perseuerantia dr̃ Luc. 9. Nemo mittens manũ ad aratrum & respiciens retro,aptus est regno Dei. De pœtentia dr̃ Matt.3.Facite pœnitentiam,appropinquabit.n.regnum cęlorũ.De concordia dr̃ 3.Reg.3.Confirmatum est regnũ in manu Salomonis,qui.s.interpretatur pacificus. Istud est regnũ inferius , quod est gubernandum. Abrahã inquit.
D ¶Tertio dico ꝙ in scriptura inuenitur regnũ inferius quod est reformandum,& istud est regnum potentiarum aĩæ,& appetitiuum corporis , & desideriorũ corporalium sensuum. Ista.n.simul iuncta faciunt vnum regnum, in quo nullus nisi perfectus dominatur ad plenum . vnde Seneca epistola 37. Multos reges,si te rõ rex erit.Et de isto regno dr̃ Luc. 17.Regnum Dei intra vos est.Iacob inquit,qui.s.interpretatur supplantator , & qui etiã fuit luctator, quia.s.illi qui sunt Iacob .i.illi qui sciunt diabolum deludere & supplantare, & qui cõtra propria desideria sciunt lucrari,sciunt in anima sua spiritualiter regnare,& suĩs appetitibus imperare. Et istud est illud regnum de quo dr̃ ad Ro. 14. Non est regnum Dei esca & potus.Quia.s.illi qui volũt escis & potib.indulgere,nunquam possunt in regno animæ imperare , quia videlicet non per carnis delectationes, sed per multas tribulationes oportet nos regnum cęlorum intrare. Act.14.Iacob inquit.Luc. 1.Regnat in domo Iacob in æternum.Et ideo de isto regimine siue regno dicit Origenes,& habetur in glo.Rex inquit à reggndo dictus est.Si ergo animus ritè regnat,& corpus obtemperat,si vitia freno sobrietatis premas , merito rex vocaris,quia iustè te regis , & affectus talis vt dignè ad audienda verba rex voceris . Istud est ergo regnum interius quod est reformandũ. Et ſm istum modum regnandi quilibet viri iusti dicuntur regnum & reges,iuxta illud Apoc.1.Fecisti nos Deo nostro regnum.Et secundum illud cõe.Seruire Deo,regnare est.Quartò verò dico ꝙ est regnum exterius,quod est habitandum.Et istud est regnũ sacrę scripturæ & fidei Christianæ,quod designatur per prophetas,quia.s. Deus multifariè loquens patribus in prophetis,i. in scripturis prophetarum &c.Heb.1.Et de isto regno dr̃ Luc.13.Multi venient ab oriente & occidente , & recumbent cum Abraham Isaac & Iacob in regno cœlorum , fili aũt regni eijcientur in tenebras exteriores.Tenebras inquit.i.in cęcitatẽ & obstinationem æternam. Istud est.n.regnum quod perdiderunt iudæi, & translatum est ad gentes,quia sicut dr̃ Eccl.10.regnũ trãsfertur de gente in gentem propter iniustitias,iniurias, contumelias.& diuersos dolos.vnde Matth.21.Auferetur à vobis regnum Dei,& dabitur genti facienti fructus eius. Istud igitur est quadruplex regnum Dei.s.scripturę,animæ,ecclesiæ,& patriæ.Et sic dico ꝙ regnum accipitur in bono. ¶Sed E
adhuc dico ꝙ regnum accipitur in malo.Et sic dico ꝙ est triplex malum regnum.s.regnum.

Eminentiæ temporalis.
Conscientiæ criminalis.
Pestilentiæ infernalis.

Regnum temporale est regnum tyrãnorum.Regnum criminale est regnum vitiorum.Regnum infernale est regnũ damnatorũ.Regnum tyrãnorum est transitoriũ.& de hoc dr̃ Dan.2.ꝙ Deus mutat tẽpora,& ætates,transfert regna,atq; constituit. Regnũ vitiorũ est infectoriũ,quia.s.qñ vitia in aĩa regnant & dominant, oẽs virtutes ipsius corrumpuntur.Ideo dr̃ Ro.6. Nõ regnet pctm̃ in mortali corpore vestro,vt obediatis concupiscẽtijs eius.Regnũ damnatorum est afflictoriũ.& de hoc dr̃ Apoc. 16.ꝙ quintus angelus effudit phialam suam in bestiam,& factum est regnũ eius tenebrosum. Quia.s.angelus Christus q quintus potest dici,pro eo ꝙ ipse supereminet spiritib. sicut essentia quinta corporibus,phialã veneni suæ indignationis in bestiam.i.in diabolum effudit,& sic totum regnum inferni triste & tenebrosum fecit.Et de hoc dr̃ in psal.Effunde irã tuam in gentes quæ te nõ nouerunt, & in regna q̃ nomẽ tuũ non inuocauerũt.Et sic dico ꝙ in scriptura inuenitur triplex malum regnum. ¶ Sed de tẽporali regno possumus ad hoc notare ꝙ illud regnum est vituperabile.s.propter suam

Instabilem mobilitatem.
Turbabilem diuersitatem.
Terribilem crudelitatem.
Odibilem fallacitatem.
Mirabilem carnalitatem.

Istud.n.regnum habet mobilitatẽ mutabilem , quia .s.sicut dr̃ Eccl.10. Regnũ transfertur à gente in gentem.Istud est regnum tyri, vbi semel accidit ꝙ serui dominos expulerunt & occiderũt, & loco eorum regnauerunt,sicut ponit Iustinus. Sic verè in regno mundi & præsentis ecclesiæ mali imperant , serui regnant,dñi vero.i.viri iusti & boni seruiunt atque subsunt.Eccl.10.Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terrã vnde 4.Regũ.2.dicit Adonias.Meum erat regnum,sed translatũ est regnũ,& factũ est fratris mei.& Dan. 4.Regnum tuũ transibit à te.& Dan.5. Diuisum est regnum tuũ,& datum est Persis & Medis.Itẽ habet diuersitatẽ turbabilẽ.quia.s.in regno huius mundi non est pax.vnde psa.Conturbatæ sunt gentes,& inclinata sunt regna.& Lucæ.21.Surget gens contra gentem,& regnum aduersus regnum.Item habet crudelitatem terribilem.vnde Prou.30.dr̃ terra mouetur per seruũ cum regnauerit.vnde versus. Crudelius nihil est humili cum surgit in altum . Item habet fallacitatem cũctis odibilẽ.vnde Dan.11.Veniet clam & obtinebit regnũ in fraudulentia.Item habet carnalitatẽ valde mirabilẽ,quia hodie in multis regna regũtur per mulieres.vnde versus.Regna regunt vuluæ,clamat gens tota simul væ.Dedecus est regi,à muliere regi.Ista ergo de regno & de regnare sufficiãt. Vide supra de Regere,& de Regno & de rectitudine,& vbi princeps & Ministrare,& vbi Pugna,quia ibi inuenies de regno & ministerio bonorum & malorum angelorum &c.

Regredi.

Vide vbi Reuerti.

Regula.

Nota ꝙ regula dr̃ à regẽdo,quia.s.illud debitè regulatum,dr̃ , quod est iustè & debitè A
gubernatum & rectum. Est.n.regula idem quod regimẽ vel mensura.Et si vis dic ꝙ nos inuenimus regulam.

Rationis.
Lectionis.
Iussionis.

Regula rationis est in cordiali conscientia,quia.s.quilibet in corde suo habet instinctum & regulam rationis,secundum quam si se regulauerit,non errabit. Ista est.n. regula valde recta, ad cuius exemplar si lineas operum tuorum protraxeris,opus rectum & perfectum operaberis. Ad quod monet scriptura Leuit.19.dicens.Nolite facere iniquũ quid in iudicio,in regula in pondere,in mensura . Ille enim in regula iniquum aliquid facit , qui contra conscientiam suam agit.Ista est ergo regula rationis,quæ est in cõcordiali conscientia.¶ Regula lectionis est in litterali sapientia, quia scilicet scriptura sacra regula est & doctrina secundũ quam

rectè & sanctè viuitur in hoc mundo. Figura ad hoc.3.Reg.6.vbi dicitur ꝙ Salamon in tẽplo sculpsit Cherubin & palmas, operuitq; oĩa laminis aureis opere quadro ad regulã. Cherubin.n.interpretatur plenitudo sciẽtiæ. Palmæ semper virentes significant immortalitatẽ. Qui pro certo verus Salomen dñs Deus in tẽplo ecclesiæ sacrã scripturam durabilẽ & immortalẽ posuit, vbi plenitudinẽ sciẽtiæ collocauit, quã certè opere quadro ad regulã fabricauit, inquantum in ipsa oĩum virtutũ regulas & oĩs certitudinis quadraturas signauit. Et de ista dr̃ Phil.3. Idẽ sapiamus, & in eadem permaneamus regula. Cuius tñ contrariũ faciunt hæretici, qui.s.in ista sacræ scripturæ regula non idẽ sapiũt cum fidelib. nec in eadem regula permanent cum eisdẽ. Figurati in illo Achior q̃ abscõdit regulã aureã, pp quod populus Israel cecidit in p̃lio, & ideo lapidatus est. Quia.n.istam regulã aureã scripturæ diuinæ & ipsius veritatẽ hęretici cœlant & abscondunt, imo etiam male interpretando confundunt, & sic populum Israel decipiendo, cadere ante hostes suos demones per diuersos errores faciunt, ideo pp hoc ipsi finaliter in inferno pereunt & succũbunt. Non sic, sed sequamur verã regulã lectionis, q̃ est in literali sapientia, iuxta illud 2.Cor.10. Spẽ inquit habentes crescẽtis fidei vestræ, in vobis magnificari ſm regulã nostram. ¶ Regula iussionis est in fraternali seu in virtuali obseruantia. Et ista certè est regula ecclesiæ vel religionis, quæ stat in obseruantia mandatorũ, quam.s.qui professus semel fuerit, perpetuò seruare debebit, quã si dignè seruauerit, æternæ vitæ pręmium reportabit, iuxta illud Galat.6. Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israel dei. Quod nobis concedat qui viuit & regnat.

A **Religio. Religiosus.** Nota ꝙ religio nihil aliud est q̃ status hominum perfectorum sub certis mandatis & regulis Deo famulantium. Et dr̃ religio à religo religas, quia.s.illi qui in baptismo ad fidei cognitionẽ obligantur & ligantur, in religione ad morũ perfectionẽ voluntariè abstringuntur. & per certa vincula votorum ibidẽ fortius religantur. Et breuiter, religio debet esse in mundo sicut turris fortior & altior in castro. Quia sicut illi qui in ciuitate vel in castro tuti non sunt, ad turrim pro securitate refugiunt, sic infirmi qui in mundo à diabolo timent capi, ad turrim religionis accedunt. Ibi.n.a longè concursus hostium speculantur, ibi tutius viuitur, & ibi securius habitatur. Ista est.n.sicut turris libani quæ respicit contra Damascum, mille clypei pendent ex ea, oĩs armatura fortium. Breuiter igitur nos possumus notare ꝙ status talis est tanquam securior eligendus propter multas laudabiles virtutes quæ ibidem esse noscuntur. Et istæ procul dubio sunt.s.virtus

Castitatis.
Paupertatis.
Humilitatis.
Communitatis.
Taciturnitatis.
Habitus vilitatis.

Ista sunt.n.quædam spiritalia ligamina quibus homo ligatus religiosus efficiẽ. Castitas.n. ligat luxuriã. Paupertas auaritiã. Obedientia & humilitas superbiam. Communitas inuidiã. Parcitas gulæ immunditiã. Charitas iracundiã. Taciturnitas oris insolentiã. Operositas accidiam. Habitus vilitatis inanẽ gloriã. Ista sunt ligamina quib. religauerunt sancti patres pueros & subditos suos in cunabulo ecclesiæ vel religionis, ne.s.per vitia defluerent, sed vt intra disciplinæ limites persisterent & manerent. ¶ Dicamus ergo primo de virtute floridæ castitatis. Ista est.n.spãlis virtus religiosorũ, quia sicut apes quæ cõiter in eodem alueari morantur, perpetuam castitatẽ seruant, & nũquã carnaliter cohabitant, nec immundas aut fętidas sedes libenter visitãt aut frequentant, sic verè religiosi quæ cõiter habent viuere, debent castitatem perpetuam tenere, oĩa immunda & carnalia fugere, & nunquam se per carnis vitiũ maculare. Et ideo dr̃ Iacob.1. Religio munda & immaculatá apud Deum hęc est, immaculatum se custodire. Et ideo Cyprianus lib.de 12. abusionib. dicit ꝙ pudicitia seu castitas est ornamentum nobilium, exaltatio humiliũ, nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium, solamen mærentium, augmẽtum pulchritudinis, decus religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, amica creatoris omnium. Ista aũt procul dubio sunt hodie contra multos, similes columbis, quæ quauis in cõitate viuant, & quãuis sub eiusdem columbaris ambitu redeãt, sunt tñ aues vltra modum luxuriosæ & immundæ, intantum ꝙ etiã tpe senectutis etsi operari non valeant, tñ osculari nõ cessant. In quo notatur ꝙ non oẽs illi qui in collegijs & cęnobijs viuunt, casti sunt, quinimmo multi sunt qui vltra modũ luxuriæ & immunditiæ non solum in iuuẽtutis, sed etiam in senectutis tpe se submittũt, sicut ad præsens patet de religiosis infinitis, qui plus vacant hodie voluptati quàm castitati, plus luxuriæ q̃ continentiæ vel religioni, & hoc est, quia luxuria domina mundi, tantæ est improbitatis, ꝙ vbique se ingerit. Reserat.n.palatia principum, penetrat cameras prælatorum, possidet aulas clericorum, subuertit currus contemplatiuorum, rumpit cellulas religiosorum. In senib.n.fumigat, in iuuentibus militat, in mulieribus imperat. Quid plura? totum fędat, totum inficit, totum aquis diluuij consumit ista dña luxuria. Patet igitur ꝙ religiosi debent habere virtutem floridæ castitatis. B ¶ Secundò dico ꝙ ipsi debent habere virtutem intimę paupertatis, quia.s.religiosi debent esse pauperes voluntarij, & oĩa bona temporalia debent ũilipendere, & à mente sua totaliter abdicare. Exemplo apum, q̃ stercora sua volãdo eijciunt, ita ꝙ ad alueare suum ipsa nunquã portant neq; deferunt. Columbæ & hirundines dicuntur de nidis stercora sua eijcere, & ad hoc suos filios edocere. Sic verè religiosi qñ alueare religionis sunt ingressuri, debent oĩa stercora diuitiarum dimittere, & ipsa à nido cordis sui quantum ad amorem & desideriũ totaliter abdicare. Vnde dicit Cæsarius in admonitione 25. ꝙ ad perfectionẽ religionis pertinet subiectione & abiectione gaudere, paupertatis studiũ quærere, & nõ solum facultates, imo etiam volũtates de cordibus extirpare. Nihil.n.habere, interdũ necessitatis est, nihil aũt cupere, est virtutis. Et ista sunt contra multos religiosos, qui magis sunt ad tẽporalia inclinati, & in amore tẽporalium inuoluti, quã alij qui sunt in seculo nutriti similes vpupæ, quæ de nido stercora non eijcit, immo ipsa ibidẽ aggregat & dimittit, quia.s.tales stercora diuitiarũ nõ eijciunt nec relinquunt, sed in nido cordis & hospitij sui ipsa per auaritiã accumulant & dimittunt, intantum ꝙ multi qui paupertatẽ professi sunt, ditiores in claustro fiunt q̃ essent si in seculo remansissent. Quod bene apparet de religione alborum monachorũ, qui faciũt de formicis illud aĩal quod vocatur grillus, quod semper stat iuxta ignem in muro, & spãliter in furno, & de illo animali faciunt formicas. quod est dictu, ꝙ religiosi qui deberent semper stare in claustro & in ecclesia ad deuotionem & orationẽ, assimilantur formicis aggregãtibus corporalia, & conuersi qui deberent facere tẽporalia & congregare in horrea pro monachis, modo sunt grilli, q̃ stant iuxta monasterium ad seruitium, monachis vagantib. ad exteriora, de quibus Hiero.in epistola ad Heliodorum. Multi inquit sunt ditiores monachi q̃ fuerant seculares, & sub Christo paupere opes possident, quas sub diabolo locuplete non habebãt. Suspirent ergo eos religio diuites, quos mundus habuit indigentes. Non sic ergo, sed habeãt religiosi virtutẽ intimæ paupertatis. ¶ Tertiò dico ꝙ isti debent habere virtutẽ obedientiæ & humilitatis. Obedientia.n.est propria virtus religiosorũ, qui propriæ voluntati renunciant, & voluntati p̃latorũ se subiugãt. Exẽplo apum, q̃ miro modo obediunt regi suo, ipsumq; præcedentẽ sequuntur, & ipsum fatigatũ deferunt, & ei obsequũtur. sic religiosi miro modo debẽt regi, i.p̃lato suo obedire, & ipsum patienter & humiliter supportare. vnde Bernard⁹ in quodã sermone dicit ꝙ in religione viuendũ est ordinatè, socialiter & humiliter. Ordinatè.s.quantũ ad se, socialiter quantũ ad proximũ, humiliter quantũ ad Deũ & p̃latum. Quæ tñ sunt cõtra multos religiosos, qui p̃latis nolunt obedire, sed cõtraire, nõ eis obsequi, sed eos persequi, non sub ferula laborare, sed vndiq; sine regula diuagari. Similes vapori igneo in vẽtre nubis detento, qui dedignãs ibi manere, & exterius ad libertatẽ appetens exire, nubem rumpit, & exterius fulminãdo oculos intuentiũ valde lædit, quia.s.tales in vẽtre nubis, i.in claustrali obedientia morari non curantes religionẽ rumpũt, exterius vagando exeunt, & corruscationẽ malorũ exemplorũ oculos intuentiũ valde lædunt. Cõtra quos loquitur Bernard. super Cãt. sermone 10. Nõ inquit estis cõtẽti Chr̃i vita, nõ sufficit vobis regulare ieiuniũ, solẽnes vigiliæ, imposita disciplina.

priuata

priuata præfertis cōibus,& illam quam nobis ſemel ſubieci
ſti,ſ.propriam voluntatem,iterum habetis magiſtrā.Nonne
iſta eſt quæ docet nos naturæ non parcere, rōni non acquie
ſcere,ſeniorum exemplis & concilijs contraire,nobis etiam
non parere,cum tñ melior ſit obediētia quam victima, & vt
noſtra teſtatur regula, quicquid ſine patris ſpiritalis manda
to fit,vanæ gloriæ deputabitur,non mercedi. Debent ergo
D habere virtutem obedientiæ & humilitatis.¶ Quarto dico
ꝙ iſti debent habere virtutem amicitię & cōmunitatis,quia
.ſ.apes commune habent exercitium,communem regem &
dñm Sic religioſi omnia debent habere communia.Actu.4.
Et ſpecialiter ad bonos religioſos pertinet habere commu-
nem vitam,non partialem,quia.ſ.vita partialis ſemper habet
aliquid de hypocriſi vel de vana gloria intermixtum. Quia
pro certo vita communis religionis cuicunque perfecto ſa-
tis eſt ardua,& cuicunq; infirmo ſatis eſt congrua. vnde Hu
go de clauſtro animę li.1.dicit ſic.Abundans eſt pauperi re-
ligio, mediocri ſufficiens, tollerabilis diuiti,infirmis larga,
delicatis compatiens,fortioribus moderata, pœnitentibus
miſericors,peruerſis ſeuera,bonis optima. Hæc ſunt inquit
beneficia religionis. Quod eſt contra multos qui vitam cō-
munem nolunt tenere,& maximè contra illos qui in diuerſi
tate lauti victus.diſſoluti geſtus,curioſi habitus,amæni can-
tus, & oīs ſuperflui actus ſtudent quanto plus poſſunt, à cōi
conuictu aliorum totaliter deuiare. Contra quos Hugo de
12.abuſionibus dicit ſic.Sunt quidam qui mēte vagi, oculis
attoniti,habitu diſſoluti,aliud cantant,aliud cogitāt.In cho
ro ſunt corpore, in foro mente, nunc intus ſunt,nunc foris
exeunt &c. Non ſic ergo, ſed ſit in ipſis regula communita-
tis.¶ Quintò dico ꝙ in eis debet eſſe ſilentiū magnæ tacitur-
E nitatis.Apes.n.certis horis ſilentium dicuntur ſeruare,& nō
niſi vſque ad craſtinum poſtquam licentiam ſurgendi habue
rint, amplius ſtrepere vel aliqualiter murmurare nō audēt.
Sic & boni religioſi ſilentium ſeruant, & non niſi cum licen
tia vel pro neceſſitate debita locutionib.vacant Apoc.8. Fa
ctum eſt ſilentium in cęlo tribus horis &c.Quamuis de mul
tis dicat Cæſarius admonitione 28.ꝙ nihil prodeſt in habi-
tatione ſilentium,ſi in cogitatione ſit vitium. Nec valet exte
rior ſerenitas,ſi in corde vel animo ſit tempeſtas.¶Sextò di-
co in religione debet eſſe habitus magnæ vilitatis, & etiam
cibus magnæ ſobrietatis. Exemplo formicarum,quæ in con
gregatione,viuunt,quę habent coloris deformitatem quan
tum ad vilitatis habitum, penitus ſtrictam tenuitatē quantū
ad ſobrietatis victum,laboris continuitatem,quantum ad ſe
dulitatis actum. Et ideo dicit Euſebius in ſermone ꝙ verus
religioſus debet eſſe neglector quietis, fugax voluptatis,ap
petitor laboris,patiens abiectionis, impatiens honoris,pau
per in pecunia,diues in conſcientia,humilis ad merita,ſup-
bus ad vitia.Quę tñ procul dubio ſunt hodie cōtra multos,
qui re uera in religione nō diligunt ſobrietatē,ſed ebrietatē,
non habitus vilitatē,ſed curioſitatē, non laboris ſedulitatē,
ſed magis quietis & laſciuiæ voluptatē,O Deus vbi ſunt ho
die religionis priſtini ꝓfeſſores,eremorū frequētatores,de-
liciarū corporis contēptores,diuitiarū ſeculi relictores,cę-
leſtiū contēplatores, diuitiarū ſeculi relictores celeſtiū con
tēplatores,diſciplinæ & pœnitentiæ ſectatores,& Dei ſolius
amatores,& ſub aſperitate & vilitate habitus,dñi ſeruitores?
Pauci ſunt.n.hodie in clauſtro tales,quia ꝓ certo modo ob
ſcuratū eſt aurum,mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt
lapides ſanctuarij in capite oīum platearum,vt ſcribit Thre.
4.Modo.n.non eſt qui conſoletur Hieruſalē ex omnib.cha-
ris eius,quia hodie facta eſt quaſi vidua dña gentium, prin-
ceps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Teſte.n. Proſpero
libro de vita contēplatiua,quidā ad religionē cōuerſi,ex pri
ſtinis morib,nihil abijciunt, quia,ſ.non mutantur mēte,ſed
veſte,non actu,ſed habitu,non opere, ſed ſermone. In reli-
gione.n.ſæculariter viuunt, opinionem virtutis pro virtute
quęrunt,prędicāt magna,nec faciant:accuſant vitia,nec de-
ponunt,publice ſibi diſplicere ſimulant,quod occultè com
mittunt Quid plura?Magni ſtudent non fieri,ſed videri.Nō
ſic chariſſimi,ſed habeat religioſus in habitu vilitatē. In ver
bo taciturnitatem.In conuictu communitatem.In obedien
tia humilitatem.In mente paupertatem.In carne continen-
tiam & caſtitatem.Et ſic erit religioſus,i.virtutibus & ſpiri-
tualibus vinculis religatus. Sdiicit. Vide de pra dict.s vir-
tutibus in titulis ſuis.Item vide de Iuſto & de Perfecto &c.

Relinquere.

Nota quòd relinquere ſumit in bo-
no & in malo, quia,ſ.malū eſt relin- A
quere bona.& bonum relinquere mala.Et eſt relinquere idē
quod dimittere,fugere,ſpernere,abijcere, &c.ſimilia. ¶ Et
poſſumus breuiter notare quòd in ſcriptura inuenitur. re-
linquere

Virtuoſum.
Vitioſum.
Fructuoſum.
Doloroſum.
Amoroſum.
Glorioſum.
Periculoſum.

Virtuoſè.n.relinquit
ſanctus iniquitatem.
Eccl.17.Conuertere
ad dominū, & relin-
que peccata tua. Vi-
tioſè relinquit iniu-
ſtus bonitatē. Prou.
2.Relinquunt inter rectū, & ambulant per vias tenebroſas.
Fructuoſè relinquit iuſtus poſt ſe bona documenta & exem
pla. Doloroſè relinquit diues proſperitatem, & hoc eſt in
morte,qñ relinquēt alienis diuitias ſuas, & ſepulchra illorū
domus eorum in æternum.Amoroſè relinquit Deus hęredi
tatem,ſ.paradiſi,qñ fuit incarnatus. Hier.12. Reliqui domū
meā,dimiſit hæreditatem meam,dedi dilectam aīam meam
in manu inimicorum eius.Glorioſè relinquit beatus morta
litatem,videlicet qñ in morte relictis temporalib.aīa anhe-
lat ad æterna,dicens illud Io.16.Exiui a patre,& veni in mū
dum,& iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.Peri
culoſè relinquit Deus fragilitatē,quia.ſ.ſi Deus propter pec
catum relinquit hominem ſibiipſi,ſtatim cadit. Vnde Ezec.
6.Qui relictus fuerit obſeſſus,fame morietur. ¶Dicamus er
go primo ꝙ eſt quoddam relinquere virtuoſum.Et iſtud eſt
illud quo viri ſancti relinquunt illa quæ ſuæ contraria ſunt
ſaluti. Naturale eſt.n. animalibus aliquibus præſentire peri-
cula, & ipſa relinquere & fugere toto poſſe, ſicut de equis
pluries eſt expertū.Sic homo qui peccata ſua ſcit ſibi eſſe pe
riculoſa,debet ipſa relinquere, & ne ꝑꝑ ipſa pereat,refuta-
re.Exemplo caſtoris,qui propria membra virilium venatori
reliquit,ꝑꝑ quæ imminere periculū ſibi ſentit, & ſic venato
ris periculum effugit & euadit. Quia.ſ.homo videns ſibi im
minere periculum mortis ſpiritalis & æternæ, debet oīa illa
propter quę ſibi imminet,relinquere,vt ſic poſſit periculum
euitare iuxta illud Prou.28.Qui confeſſus fuerit & reliquę-
rit pctā ſua,miſericordiā conſequetur.ſicut de apoſtolis le-
gimus Matt. 4. ꝙ relictis retibus & patre,ſecuti ſunt domi-
num In quibus verbis oſtenditur ꝙ tria ſunt quæ ſunt princi
paliter relinquenda,videlicet.

Anxiæ ſeculi facultates.
Noxiæ corporis voluptates.
Propriæ cordium voluntates.

Mundi faculta-
tē probat factio
alligatiua.Reti-
bus.Carnis voluptatē probat dictio generatiua. Patre.Cor
dis voluntatem probat optio proſecutiua. Secuti ſunt dñm.
Homo.n. alligatur à ſeculi facultatibus. Et hoc oſtenditur
cum dicitur. Retibus. Homo etiam generatur ex corporis
voluptatibus,& hoc oſtenditur per vocabulum Patre. Ho-
mo inſuper famulatur cum animi voluntatibus, & hoc oſtē
ditur cum dicitur. Secuti ſunt dominum. Per rete ergo in-
telligitur ſeculi facultas. Per patrē intelligitur corporis vo-
luptas.Per conſecutionem intelligitur animi voluntas. ¶Et
breuiter dico quòd relinquere debemus anxiam rerum poſ B
ſeſſionem,quæ notatur per rete. Noxiam carnis infectionē,
quæ notatur per patrem.Propriam mentis affectionem.quę
notatur per hoc quod dicitur.Secuti ſunt dominum. Sequi
enim alium quam ſe, ſignum eſt quòd hoc eſt contra pro-
priam voluntatem.Igitur relinquamus rerum anxiam poſ-
ſeſſionem,quod oſtenditur cum dicitur.Relictis retib.Mun
di.n. poſſeſſiones & bona ſunt quædam retia quibus in hoc
mari magno & ſpatioſo piſcator diabolus per auaritiam ho
mines cepit,ipſoſque per malam conſuetudinem taliter in-
voluit,ꝙ ad littus inferni ipſos pertrahit & perducit. Abac.
1.Facies homines ſicut piſces maris,& ſicut reptilia non ha
bentia ducem.totum in hamo ſuo ſubleuauit: traxit illud in
ſagena ſua,& congregauit in rete ſuum.Talia.n.retia ſunt re
linquenda.& à prudenti animo contemnenda.Exemplo cui
uſdam piſcis qui dicitur mugil,qui per mare diſcurrens,vbi
rete piſcatoris ſentit, ita fortiter in oppoſitum reſilit & re-
cedit, quòd dum ante ſe rete relinquit, à periculo ſe libe-
rat & euadit. Quia vere dum retia iſte, ſcilicet mundi bo-

na videmus ante nos, non debemus illuc per desideriũ fortius impingere, sed per contemptum ipsa refugere & relinquere, & retrorsum ad cõsiderationem illorum quæ primo retro nos veniunt, s. mortis iudicij & inferni, toto conatu animi nos transferre, & ita poterimus auaritię periculũ euadere, & à diaboli insidijs nos saluare. Relictis inquit retib. Marci 1. Relictis retibus secuti sunt eum. Figurati Gene. 39. vbi dr̃ ꝙ Ioseph relinquens pallium in manu mulieris quæ tenebat eum, & ad peccatum inducere volebat, fugit, & peccatum luxuriæ & proditionis euasit, pp quæ super totum regnum postmodum præfectus fuit. Diabolus. n. dr̃ mulier, pp malitiam, quia breuis oĩs malitia super malitiã mulieris. Eccles. 25. Bona mundi dicũtur pallium, quia exterius nos operiunt, & quia nos calefaciunt per auaritiã. Sed pro certo dũ illud pallium per contemptum relinquitur, multiplex pctm̃ vitatur, & regni cœli solium impetratur. Vnde Christus discipulis suis quærentib. Matth. 19. & dicentib. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. quid ergo erit nobis? legitur respondisse. Omnis qui reliquerit propter me domum, patrem, matrem, sororem, fratres vxorem, filios & agros, cẽtuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Relictis ergo retibus, i. contemptis bonis temporalib. Quod est cõtra multos qui ista retia non relinquunt, sed ipsa pro virib. reparant & reficiunt, & in eis quod peius est, per auaritiam se inuoluunt, iuxta illud Iob 18. Immisit in rete pedem suum, tenebitur planta eius laqueo. Pisces. n. habent visum valde obscurum, & ideo in reti faciliter capiuntur. Aues vero quæ visum naturaliter habent clarum, in reti non faciliter inuoluuntur, nisi forte de nocte, qñ ab ipsis retia non videntur. Et ideo dr̃ Prouer. 1. quòd frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, ipsi. n. contra sanguinem suum insidiantur. Sic verè illi q̃ sunt pisces fragiles & defectuosi, qui. s. visum discretionis habent debilem & obscurũ, in talia retia faciliter per cupiditatem impingunt. Illi vero qui visum discretionis habent clarum, & qui pannis contemplationis sursum tendũt, tales dico talia retia præcauent, fugiunt & relinquunt, ita ꝙ quilibet talis & de se & de alijs potest dicere illud psal. Cadent in retiaculo peccatores, singulariter sum ego donec transeam. Relinquamus igitur rerum anxiam possessionem 1. Mach. 2. Relinquebant quæcunq; habebant in ciuitate. Et procul dubio charissimi relinquere temporalia quãtum ad affectum, non debet esse nobis graue: cum certi simus ꝙ infra breue siue velimus siue nolimus, necesse erit nobis oĩa in morte dimittere. Eccl. 11. Nescit inquit ꝙ vita prætereat, & mors appropinquet, & relinquat oĩa alienis. & Eccles. 14. Relinques alienis labores tuos. Præueniamus ergo voluntate necessitatem, & relinquamus mentaliter (vt dictum est) rerum anxiam possessionem. Relictis inquit retibus. ¶ Deinde
C dico ꝙ nos debemus relinquere carnis noxiam voluptatem seu infectionem, quæ ostenditur cum dr̃. Patre, quia. s. carnis voluptas est ille pater qui producit & generat vniuersos. De quo Ezech. 16. Pater tuus amorræus, & mater tua Cethæa. Talem ergo patrem. s. carnis voluptatem & infectionem, debemus relinquere & horrere. Genes. 2. Propter qđ relinquet homo patrem & matrem suam, i. corpus & carnem & omnem carnis infectionem, & adhærebit vxori suæ, i. gratiæ & virtuti. Sicut. n. dicit saluator. Qui diligit patrẽ suum & matrem suam plus quàm me, non est me dignus. Matt. 10. & Lucæ 14. Relicto ergo patre, i. relicta omni carnali infectione, & omni carnali affectione. Vnde 2. Esdræ 4. Homo patrem suum reliquit. Quod est contra illos qui non possunt relinquere carnis infectionẽ, sicut sunt viles & luxuriosi, nec carnalis parentelæ excessiuam affectionem, sicut sunt multi ecclesiastici prælati, qui sunt vltra debitum circa parentes affectuosi. Isti. n. non relinquunt patrem, filios & fratres. hoc est dictu affectionem carnalium amicorũ, quinimo ipsos ꝑ nimium affectum continuũ secũ portant. Similes simiæ, quæ filios nimis diligens & eos relinquere nolens sed potius secũ portans, à venatore capitur &c. Vide supra de filijs. Nõ sic ergo, sed relinquamus carnis infectionẽ, iuxta illud Prouerbi. 9. Relinquite infantiam, & viuite. Et etiam carnalem affectionem, i. nimium affectum parentum. Vnde Thob. 14. Reliquerunt gentes idola sua. Igitur relinquamus carnis noxiam infectionem. Pater inquit. Ruth. 2. Nunciata sunt oĩa q̃ feceris, & quod reliqueris parentes tuos, & veneris ad terram quam nesciebas. ¶ Deniq; dico ꝙ debemus relinquere mentis propriæ volitionem seu affectionem. Secuti sunt inquit dominum. Quamuis. n. canis quandoque appetat alicubi currere, videns tñ dñm & magistrum suum ad partem oppositam ire, solet proprium iter dimittere, & ad sequendum dominum se trãsferre. Sic vere quamuis nos ex appetitu nostro multa velimus facere, si tamẽ dominus noster Deus vel prælatus contrarium nobis dicat, propriam voluntatem nostram debemus relinquere, & nos voluntati domini conformari. Secuti inquit sunt dominũ. Vnde de paralytico per dominum saluatorem curato dicitur Luc. 5. quòd relictis omnibus surgẽs secutus est eum. Sic igitur patet quomodo tria sunt principaliter relinquenda, & quomodo est vnũ relinquere virtuosum. ¶ Sed secundò principaliter dico quod est D vnum relinquere vitiosum. Et istud est relinquere malorũ, qui. s. relinquunt illa quæ sunt vtilia ad salutem, similes puero, qui libenter relinquit castrum, vt habeat pomum. Et qui libenter relinquit scholas, vt currat ad choreas. Quia breuiter peccator voluntariè relinquit bonum, & eligit malum. Relinquit paradisum, & currit ad infernũ. Vnde nota quòd isti relinquunt.

Deum per iniquitatem.	Dico ergo quòd
Parentes per impietatem.	isti relinquunt
Correctionem per proteruitatem.	deum per iniqui-
Religionem per apostasię prauitatem.	tatem Deutero-

nom. 32. Deum qui te genuit, dereliquisti. Et ideo ipse dñs dicit 2. Paral. 12. Reliquisti me, & ego reliqui vos. Et 3. Para. 5. Reliquerunt dominum Deum patrum suorum. Item relinquunt parentes per impietatem 2. Esdræ 4. Homo patrem suum relinquit, & ad mulierem suam coniungitur Item relinquunt correctionem per peruersitatem. Vnde Prou. 10. Qui autem odit increpationem, errat. Item relinquunt religionem per apostasiæ, prauitatem. vnde Prou. 27. Sicut auis transmigrans de nido suo, sic homo qui relinquit locũ suũ. Istud est ergo relinquere vitiosum. ¶ Tertio vero dico ꝙ est vnum relinquere fructuosum. Et istud est illud quod faciũt iusti qñ relinquunt posteris suis bona documenta & bona exempla. vt dicitur. 2. Mach. 6. Adolescentibus exemplũ fortè relinquam. De relinquentibus vero bonam doctrinam & bona documenta dicitur Eccl. 24. Prophetiam quasi aquam effundam, & relinquam eam quærentibus sapientiam. Mali vero post relinquunt mala exempla. similes limaci, quę post se infectionis suæ vestigium relinquit. Sic isti relinquũt vbique signa & vestigia suæ malę vitæ. Sap. 2. Vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ. De relinquere doloroso, amoroso, glorioso. periculoso collige ex præmissis & est ex tabula. Ista igitur de relinquere sufficiant.

Reliquiæ.

Nota quod reliquiæ dicuntur oĩa illa q̃ A post consumptionem alicuius rei remanent & relinquuntur Et sic relinquiæ proprię idem sunt qđ residuum Et ideo nota ꝙ in scriptura inueniuntur Reliquię

Mortalitatis.	Et sic dico ꝙ reliquiæ nostræ
Prosperitatis.	sunt illa quæ post nos rema-
Posteritatis.	nent de corpore, de rebus, &

de genere. Et sic dico ꝙ sunt reliquiæ.

Naturæ.	Primæ sunt reliquiæ corporales.
Fortunæ.	Secundæ sunt reliquiæ temporales.
Parentelæ.	Tertiæ sunt reliquiæ personales.

¶ Reliquiæ corporales sunt honorandæ, & istæ sunt reliquię sanctorum, quæ nobis post eorum mortem sunt relictæ. Istæ . n. deuotè debent recolligi, & honorificè pertractari. Mich. 5. Erũt reliquiæ Iacob quasi ros à dño. Istæ. n. sunt reliquiæ & fragmenta quæ nobis remanserunt de mensa Christi. In mensa. n. Christi quæ est ecclesia, mundus & sui tyranni parauerunt diuersa genera ferculorum. i. diuersa genera sanctorũ, iuxta illud Matthæ. 22. Tauri mei & altilia mea occisa sunt. De quibus reliquiæ suorum corporum & eis adiacentium nobis sicut pauperibus remanserunt. De Christo. n. remanserunt nobis; vestimenta quibus fuit vestitus, s. crux, claui quibus fuit astrictus, spinæ quibus fuit infixus, securis cum qua fuit perfossus, s. lancea, & quod plus est, secundum aliquos præputium quo fuit circuncisus, lachryma qua fuit plorando perfusus, sanguis qui fuit, in cruce excussus. Præputium enim dicitur ab Angelo Karolo regi delatum, & in eius nomine monasterium de Corrosio Pictaneñ. Diocesis est e

esse factũ,& corrosiuum à carne sibi nũcupatum. Lachrimæ vero in monasterio vindocimensi ostẽduntur. Et sanguis in diuersis mundi locis à fidelib, honoratur & veneratur. Quãuis.n. mirũ aliquibus videatur ꝙ aliquid de corpore in virgine assumpto remansit in terra, non est tñ inconueniens, quia sufficit, dicere ꝙ illud solum de Christi corpore cum eo resurrexit, quod de necessitate humanæ naturæ fuit. Ista verò quæ non necessaria, imo quodammodo superflua ipsi naturę fuerunt, in mundo ad consolationem fidelium remanserũt, & pro incomparabilibus reliquijs, regi Franciæ & eius populo tanquam speciali filio fideli & pacifico ex Dei prouidẽtia restituerũt. psal. Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Istæ.n. primo fuerunt in Hierusalem, tandem Athenis, tãdẽ Romæ, tandem Parrisius. Esa. 37. De Hierusalem exibunt reliquiæ. Istud tñ mirum vr̃ ꝙ in prędictis ciuitatibus quandiu ibi reliquiæ istæ fuerunt, tandiu liberales artes & scientię floruerunt. Hierusalem.n. Athenis & Romæ magna suis temporibus fuerunt studia, quæ modo cum reliquijs Parisius sunt trãslata. Zach. 9. Possidere faciã reliquias. Istæ.n. reliquiæ quę fuerunt nobis in testamẽto patris nostri Christi relictæ, per diuersas successiones ad nos sunt postmodũ deuolutæ. Quia sicut dr̃ Esai. 10. In veritate reliquiæ Israel conuertentur. Et bene dicit conuertentur, quia. s. istæ ad francos finaliter sunt conuersæ. Micheæ 3. reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israel. Istæ sunt igitur reliquiæ corporales q̃ sunt venerandæ. De diuersis autem reliquijs sanctorum & de infinitis miraculis eorum possent infinita narrari, sed transeo gr̃a breuitatis. Illud solum adde ꝙ quando repriuntur reliquiæ sanctorum, magnum debet esse gaudiũ & deuotio populorũ, iuxta illud quod dicitur 4. Reg. 19. Fac orationem pro reliquis quę repertę sunt. Quia. s. tunc debet homo orare, & plus quàm alias deuotus esse. Et ecce ꝙ hic ostenditur grãdis deuotio quã debes habere. Fac orationem. Diues possessio quã debes splẽdere. Pro reliquiis. Noua detectio quã debes gaudere. Repertæ sunt. Prosequere sicut vis. Sunt igitur quædã reliquiæ corporales, quæ sunt venerandæ. Et si vis pone hic quomodo satis possibile videtur, & non est mirum si reliquię sanctorum faciant miracula, cum etiam membra hominum mortaliter viuentium miranda faciunt in hac vita. Ponit.n. Plin. lib. 2. ꝙ in Scithia quædam erunt mulieres quæ aspectu suo homines occidebant. Nec mirum, cum & Cicero fœminas omnes vbique visu nocere asserat, quę duplices pupillas habeant. Adeo natura cũ ferarum more, comedendi homines, in homine rabiem voluit generare, & etiam venena in aliquibus membris aliquorum hominũ ponere, ne quid mali esset, quod homini deesset. Sicut tñ natura posuit venenũ in aliquibus membris hominum aliquorum, sic certè nõ mirum si in aliquibus hominum membris posuit remedia sanitatum. vnde ait idem lib. 7. c. 2. ꝙ pollex dextri pedis Pyrrhi regis solo tactu lienosos seu arenosos curabat. vnde etiam (vt ait) dictus pollex cum reliquo corpore cremari non potuit, imo in templo pro reliquijs conditus fuit. Sicut etiam dicit idem Plinius, & Varro asserit, certum est quosdam esse quorũ saliuæ serpentum ictibus medeantur. Etiam hic apud nos, reges Francorum tactu suo infirmitatem gutturis, seu glandulas curant. Quæ certè omnia ad virtutem sanctarum reliquiarum applicari possunt. Quia certè si membra infidelium paganorum talia potuerunt, multo fortius talia posse debunt membra fidelium sanctorum. Sicut.n. ponit Ouid. li. 13. fab. 3. quòd mortuo in bello troiano Mennone ab Achille occiso, & in phrygia sepulto, omni anno ad sepulchrum Mennonis conueniunt aues dictæ Mennonides, & memores belli, ibi fortiter inter se confligunt (quod etiam Plin. li. 19. cap. 26. dicit) sic non mirum si etiam à fidelibus sanctorũ corpora visitantur & honorantur, ex quo aues irrationabiles simile facere comprobantur, quia. s. Deus vult sancti in memoria hominum viuãt, qui. s. dum viuerent in hac vita soli domino viuere curauerunt vnde Eccl. 44. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & viuẽt nomina eorũ in ęternum. Roma. 9. Reliquiæ Israel saluæ fient. ¶Secundò dico ꝙ sunt quædam reliquiæ tẽporales, quæ sunt erogandæ. Et istæ sunt reliquiæ bonorum temporalium, quæ reliquiæ dicuntur, eo quòd ad modum reliquiarum ista parum valẽt & parum reputantur, & quia tanquam superflua & non necessaria esse dinoscuntur, vel etiam quia post mortem filijs & parentibus & alijs relinquuntur. psa. Dimiserunt reliquias paruulis suis. Et pro certo isti dimittunt reliquias bonorum temporaliũ paruulis suis, nolentes ipsas pauperib. dare, sed magis studentes eas suis successoribus erogare. Quia sicut diuites prælati & alij magna reliquias faciunt vt pauperibus dẽtur, sic impij auari magnas possessiones congregant vt suis filijs relinquantur. Relinquunt.n. alienis diuitias suas, & sepulchra illorum domus eorum in æternũ. ¶Tertiò verò dico ꝙ sunt quędam reliquiæ personales, quæ sunt informandæ. Et sic reliquiæ accipiuntur pro successionib. & filijs, qui post hoĩem relinquuntur. Istæ reliquiæ quandoq; sunt bonæ, q̃nque malæ. Bonæ.n. reliquiæ sunt boni filij bene docti, de quibus dicitur Thob. 13. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndum ciuitatem Hierusalem. Vnde de bono filio sic relicto, dr̃ Eccl. 30. Mortuus est inquit pater eius, & est quasi nõ mortuus, similem.n. sibi reliquit post se filium. Malæ vero reliquiæ sunt mali filij male docti, de quib. dr̃ in psal. Reliquiæ impiorum interibunt. Quia sicut dr̃ Eccl. 16. Vtilius est mori sine filijs, quam relinquere filios impios. Et sic ẽm istum modum accipiendi, per relinqias, per relictos & per reliquos intelliguntur viri iniqui, qui. s. a Deo relinquuntur, & qui reliquiæ nullius valoris esse noscuntur, & qui reliqui, superflui & non necessarij inueniuntur. Vnde nota quod isti relicti, i. peccatores, per

Discordiam diuiduntur.
Sęuitiam efferuntur.
Auaritiam alios persequuntur.
Inconstantiam facilè dilabuntur.
Inanem gloriam de paradiso expelluntur.
Iniustitiam damnati finaliter puniuntur.

De relinquorum.n. diuisione dicitur 1. Reg. 11. quòd reliqui dispersi sunt, ita vt non relinquerentur duo pariter. De reliquorum crudeli inuasione, dicitur Matt. 22. quòd reliqui tenuerunt seruos parrisfamilias, & cõtumelia affectos eos occiderunt. De auara vero talium persecutione dicitur Zach. 11. Reliqui deuorent vnusquisque carnẽ proximi sui. & Abacuch 2. Spoliabunt te omnes qui reliqui fuerunt de populis. De talium autem inconstantia & fugitiua delapsione dicit 1. Machab. 3. Reliqui autem fugerunt in terram philistijm. De finali vero talium a paradiso exclusione dicitur Matthæ. 25. quòd nouissimè venerunt reliquæ virgines, quibus dictũ fuit. nescio vos, & quibus clausa est ianua nuptiarum. De finali autẽ talium damnatione & punitione dicitur Apocal. 12. quòd draco, idest diabolus abijt facere bellum cum reliquijs &c. Sufficit.

Remanere

Cũ recedere & remanere sint contraria, hinc est ꝙ vbicunque recedere est bonum, remanere semper est malum, & econuerso. Si.n. recedere est malum, procul dubio remanere bonum. Nota ergo quò remanere signat vt communiter stationem & perseuerantiam, siue in bono siue in malo. In bono.n. signat bonam perseuerantiã, qua. s. homo remanet in statu gratiæ, nec exinde per peccatum recedit. Exemplo regis apum, qui semper dicitur in alueari remanere, & exinde nunquam recedere, nisi ad locum competentiorem cum toto agmine suo ex toto decreuerit se trãsferre. Sic vere nec nos à statu gratiæ, vel à gradu promotionis, ecclesiæ vel religionis nobis à Deo cõcessæ, vnquam per peccatum vel per ambitionẽ vel alias recedere debemus, sed ibi per perseuerantiã cõtinuè remanere, nisi forte ad locum & gradum & statum alium meliorem contingat ex cã rationabili nos transferre, quod potissimè pertinet ad curatos & ad pręlatos qui reges sunt & pręsides aliorum, qui. s. de suis officijs beneficijs & ecclesijs non debent sine causa recedere, sed ibi continuè residere. Exemplo Christi, de quo dr̃ Luc. 2. Remansit puer Iesus in hierusalem. Vbi nota quòd taliter remanẽtes, & in suo loco & statu perseuerantes, vt communiter

Solent viuere magis humiliter.
Solent regere magis vtiliter.
Solent cernere magis subtiliter.

Talis enim remanentia valet ad magis synceriter conuersandum, quia facit hominem esse puerum. Ad magis vtiliter gubernandum, quia facit hominem esse Iesum, id est saluatorem. Ad magis subtiliter contemplandum, quia facit hominem esse in Hierusalem, quæ scilicet interpretaẽ visio pacis. Quòd ergo homo remanendo in

domo vel clauſtro efficiatur mundior in conuerſandò patet
cum dicitur Puer, quia ſcilicet ipſe efficitur quaſi purus aer.
Vide ſupra de puero, titulo de puero. Cõſtat enim ꝙ multa
mala exterius exeundo cõmittimus, quæ nõ fierent ſi in do-
mibus, clauſtris & beneficijs maneremur. Manus.n. Moyſi
dum in ſinu manebat, erat munda, dum vero eã extrahebat,
apparebat leproſa. Puer inquit. Ioã.6. Eſt puer vnus hic &c.
Quòd etiã homo ſic remanendo, ſit vtilior in gubernando,
patet, quia.ſ. homo fit Ieſus, i. ſaluator, quia conſtat ꝙ homo
magis iuuat & ſaluat populũ & ſubditos ſuos cum eis rema
nendo q̃ ab eis recedendo. vnde Io. Remanſit Ieſus ſolus, &
mulier in medio. Quòd inſuper homo ſic remanens ſit ſubti
lior ad contemplandũ, patet in verbo Hieruſalẽ, q̃ interpre-
tatur viſio pacis. quia vacat homo melius ad videndũ & cõ-
templandũ vitam æternam interius remanendo, q̃ exterius
euagando. In Hieruſalẽ inquit. 2. Re. 11. Dauid ergo reman-
ſit in Hieruſalem. Sic ergo patet ꝙ recedere ſignat in bono.
Quod tñ eſt contra multos, in quibus nihil boni remanet.
Dan. 10. Nihil remanſit in me viriũ. Et qui in nullo bono re-
B manent. pſal. vnus ex eis nõ remanſit. ¶ Sed adhuc dico ꝙ re
manere ſignat in malo. Et ſic remanere nihil aliud eſt q̃ in
malo perſeuerare, vel à bono deſiſtere & tardare, & ſic rema
nere pertinet ad tardos & ad pigros. Iſti.n. ſunt ſicut vina-
ceũ quod remanet poſt primã expreſſionẽ, quod exinde nõ
exit niſi per violẽtiã torcularis, & ideo vt cõiter parũ valet,
Sic tales qui ad omne bonũ faciendũ ſemper volunt vltimi
remanere, & nunquã à malis ſuis conſuetudinib. niſi violen-
ter exire, parũ certè poſſunt aut facere, aut valere. Num. 33.
Qui remanſerint, erunt vobis quaſi claui in oculis. Et iõ do
cet in ſcriptura Exo. 10. dicẽs. Nõ remanebit ex eis vngula.
Et ſicut dr̃ Eze. 21. Qui remanſerint, gladio cõcidẽt &c. Vi
de ſupra de Perſeuerare, de Manere, Permanere, & ſimilib.

A **Reminiſci.** Vide ibi Memoria & vbi recordari. Et
ſi vis dic ꝙ nos inuenim⁹ reminiſci Dei
iuſtitiæ, dei clemẽtiæ, & nr̃æ prudẽtiæ. Eſt dico reminiſci dei
iuſtitiæ, quod eſt metuendũ. Et ſic dicebat Thobias. Thob. 3.
Ne reminiſcaris dñe delicta noſtra vel parentũ noſtrorũ ne
que vindictam ſumas de peccatis noſtris. ¶ Itẽ eſt reminiſci
Dei clementiæ, quod eſt appetendum. Et ſic dicẽdũ eſt illud
pſal. Reminiſcere miſerationũ tuarum dñe, & miſericordia-
rum tuarum, quæ à ſeculo ſunt. Item eſt reminiſci nr̃ę prudẽ
tiæ, quod eſt faciendum. Et ſic certè dico ꝙ nos debemus re
miniſci malorum quæ commiſimus 1. Mach. 6. Reminiſcor
malorum quæ feci in Hieruſalẽ. Et in pſal. Reminiſcentur &
conuertentur ad dominum vniuerſi fines terræ. Et bonorũ
quæ recepimus, ſ. à Deo & à parentibus & ab amicis. vnde
Eſa. 63. Qui reminiſcimini domini, ne taceatis &c. Tranſeo,
quia non ſunt authoritates, & ſupra ſatis dictum eſt de me-
morati ſeu memoria.

A **Remittere. Remiſsio** Nota ꝙ remittere
qñque idem eſt ꝙ
retro ſeu iterum mittere. Et ſic ſumitur Luc. 23. vbi dr̃ ꝙ He
rodes remiſit Ieſum ad Pilatum. quem. ſ. idẽ Pilatus ſibi mi-
ſerat. ¶ Item ſumitur pro relaxare. Vnde res dicitur eſſe re-
miſſa, quando eſt inanis & laxa. Vnde ſic ſumitur Eccl. 4. No
li eſſe remiſſus & inutilis in operibus tuis. Et hoc quia ſicut
dicitur Prouerbiorum 12. Manus remiſſa tributis ſeruiet.
¶ Item ſumitur remittere pro indulgere, parcere, miſereri,
condonare. Et ſic communiter ſumitur in ſcriptura. Et ita
remittere eſt actus.

Pietatis.
Libertatis.
Benignitatis.

Vnde nota ꝙ tam
Deus quàm homo
remittãt & indul-
gent. Et ſic eſt remiſſio diuina & ſuperior, & remiſſio huma
na & inferior. Et dico remiſſio diuina & ſuperior, & iſta eſt
illa qua. ſ. Deus remittit & remittet

Peccata pœnitentibus.
Debita poſtulantibus.
Tormenta reſurgentibus.
¶ Et iſta eſt triplex remiſſio. ſ.
Remiſſio culparum.
Remiſſio debitorum.
Remiſſio pœnarum.

Primò ergo
dico ꝙ Deus
remittit pec
cata pœnitẽ-
tibus, quia. ſ.
ſtatim qñ ho
mo pœnitet
de peccato, Deus eſt paratus indulgere delicto ps. Cogita-
bo ꝓ peccato meo, & tu remiſiſti iniquitatẽ peccati mei. Si-
cut.n. videmus ꝙ homo remittit offenſam ſibi factam quãdo
plures amici eius pro remiſſione hmõi intercedũt, ſic Deus
tunc remittit nobis peccata, quando amici eius, ſ. gratiæ &
virtutes pro parte noſtra ſunt, & ſe pro nobis apud Deum
interponunt. Iſtæ autem virtutes quibus mediantibus Deus
nobis peccata remittit, ſunt. ſ. Chriſti

Nominis inuocatio.
Sanguinis irrigatio.
Fluminis expiatio.
Luminis apparitio.
Fluminis inflammatio.
Culminis exoratio.
Duri turbinis tribulatio.
Parui criminis confeſſio.

Remittuntur dico
per Chriſti nomi-
nis inuocationem
1. Io. 2. Remittun-
tur vobis peccata
per nomẽ eius. Itẽ
per Chriſti ſangui-
nis irrigationẽ. vn-
de Heb. 9. Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Item per
Chriſti fluminis expiationẽ, ſ. baptiſmum. Luc. 3. Pręedicãs ba
ptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem omnium peccatorem.
Item per Chriſti luminis apparitionem. ſ. per lumen fidei &
ſcientię. Lu. 1. ad dandã ſcientiã ſalutis plebi eius in remiſſio
nem peccatorum eorũ. Itẽ per Chriſti flaminis inflãmatio-
nem, ſ. per ardorem charitatis. Vnde Luc. 7. Remittuntur ei
pctã multa, qm̃ dilexit multũ. Item per Chriſti culminis exo
rationem, ſ. per humilẽ deuotionẽ & precẽ. vnde Act. 8. Ro-
ga Deũ ſi forte remittat tibi pctã. Itẽ per duri turbinis flagel
lationẽ. ſ. per tempeſtates & miſerias huius vitæ. vnde Eccl.
2. Remittet in die tribulationis pctã. Item per oĩs criminis
confeſſionẽ. vnde in pſal. Dixi confitebor aduerſum me ini
quitatem meã dño, & tu remiſiſti impietatẽ pctĩ mei. Patet
ergo ꝙ Deus remiſit pctã pœnitentib. quod eſt primũ. ¶ Se-
cundò dico ꝙ ipſe dimittit debita poſtulantib. Nos.n. tene-
mur ſibi ad multa debita, quia. ſ. non ſolum tenemur ſibi rõ
ne pctõrum quæ erga eum commiſimus, imo etiam ratione
beneficiorum quæ continuè ab eo recipimus, tenemur ſibi
recõpenſare. Et quia impotentes ſumus ei retribuere, neceſ-
ſe eſt ꝙ nobis clementer remittat. Matt. 18. Omne debitum
dimiſit tibi, qm̃ rogaſti me. Vnde 1. Mac. 10. Remittimus vo
bis præſtationes multas. Et 11. Quæ ad nos pertinebant deci
marũ & tributorum, remittimus. Deus ergo remittit debita
petentib. ¶ Tertiò vero dico ꝙ Deus remittet tormenta ſan
ctis reſurgẽtib. Pater.n. noſter Adam obligauit nos Deo ad
habendum miſeriam, mortem & pęnã, ſed pro certo iſta oĩa
in reſurrectione vltima ſanctis remittẽtur, qñ abſorbebitur
mors in victoria, & immortalitas reſtituerur. Et ideo vita
æterna ſignificatur per iubilæum annum, in quo oẽs poſſeſ-
ſiones ad primos dominos reuertebantur, in quo oĩs ſeruus
ad libertatẽ reſtituebatur & omnia quæ vendita fuerant, ſi-
ne præcio redimebantur, ſicut dr̃ Leu. 25. ſignificans ſtatum
illum in quo eſt plena remiſſio omnium miſeriarum huius
uitæ. De quo Leuit. 26. Sanctificabitis annum quinquageſi-
mum & vocabitis eum remiſſionem. Sic ergo patet quomo
do Deus remittit offenſam, debitum, & pœnam. Et ſic dico
quod eſt quædam remiſſio ſuperior & diuina. ¶ Sed adhuc
dico ꝙ eſt quædam remiſſio inferior & humana. Et iſta eſt il
la qua nos tenemur alijs remittere & offenſas & pęnas, & nõ
vltra debitum nec rigoroſè procedere contra ipſos, ſed ip-
ſis potius indulgere. Sed de hoc vide ſupra de Parcere, quia
hic nõ ſunt auctoritates vocales. Vide ſi vis iu Mauricio, vbi
inuenies multam theoricam.

Renes. Nota ꝙ renes ſunt mẽbra corporis ad humo- A
rum depurationẽ, & ad coloris conuerſatio-
nem, ad prolis ſuſcitationẽ & generationem ordinata. Vis.n.
generatiua, vis veneris excitatiua, vis humoris venerei cõ-
municatiua, latet in renib. Et ideo ſpiritualiter loquẽdo, per
renes poſſunt multa intelligi, videlicet.

Viri ſpirituales.
Affectus cordiales.
Appetitus carnales.

Viri.n. ſpirituales ſunt
renes Eccleſiæ. Affe-
ctus cordiales ſunt
renes animæ. Appetitus carnales ſunt renes carnis noſtræ.
¶ Primò ergo dico ꝙ per renes deſignantur viri ſpirituales.
Renes.n. habent virtuti generatiuæ ſeruire, calorem natu-
ralem fortificare, ſanguinem purificare, & vrinam à ſangui-
ne ſugere, & ad veſica deſtinare. Sic vere viri perfecti in cor
pore eccleſiæ generationi bonorum operum, vel gñationi.
ideſt cõuerſationi fideliũ deſeruiunt. Calorem charitatis in
ſe & in alijs cuſtodiunt. In alijs etiam purificant ſanguinem,
id eſt

i.deuotioné. Et vrinã.s.pcti, ab alijs fugunt, audiendo eorũ confessioné. Isti sunt ergo renes Christi & ecclesiæ, de quib. dicitur Esa. 11. Fides cinctorium renum eius. Et Dan. 10. dr ꝙ ille vir mirabilis quẽ vidit Daniel, per quẽ Christus significat, habebat renes accinctos auro obryso. Quia.s. viri spũales accincti auro splẽdidæ honestatis. Et sicut videmus ꝙ inter renes ille qui est dexter, est sp altior q̃ sinister. & ẽt vt cõiter minus pinguis, sic iter viros spiritales illi qui sunt magis dextri, i. magis virtuosi & perfecti, sunt per cõtẽplationẽ, & affectioné magis alti & magis macri per paupertatem & rerum attenuationé. Vnde ẽt potest dici de istis illud Thre. 3. Misit in renib. meis filias pharetræ suæ, s. sagittas paupertatis. Per renes ergo possunt significari viri spũales. ¶ Scd'o dico ꝙ per renes possunt denotari affect⁹ cordiales. Sicut.n. ĩ reb. est desideriũ carnis, sic in affectu est desideriũ mentis. Vnde de deo dr. Scrutans corda & renes deus. vñ in psal. Vre igne renes meos & cor meũ, deus meus & spes mea, deus in æternũ. & Hier. 11. Prope es tu ori eorũ, longe aũt à renib. ipsorũ. A renib. inquit. i. ab affectibus. ¶ Tertio dico ꝙ per renes possunt denotari appetitus carnales. Quia.n. in rebus est sedes & domicilium libidinis, bene potest per renes tota carnalis infectio, & tota carnalis conditio designari. i. Isti sunt .n. renes qui per delicias inficiũtur, dissoluti p lasciuiã. Renes cõmutati per inconstantiã. Renes madefacti per affluentiã. De dissolutione.n. lasciuiæ dicitur Ezech. 29. Dissoluti sunt omnes renes eorum. De commutatione vero debilis inconstantiæ dicitur in psal. Renes mei cõmutati sunt. De madefactione seu indefectione temporalis affluentiæ dicitur Ezec. 27. Transduxit me per aquã vsque ad renes. Et iõ quia tales renes sunt ita dissolubiles, ita variabiles & defectibiles, ita madefactibiles & corruptibiles, necesse est ꝙ isti scilicet per

Mundam continentiam contegantur.
Strictam abstinentiam arceantur.
Arctam pænitentiam vrgeantur.
Mortis reminiscentiam compescantur.

De munditia.n. continentiæ dr Exo. 28. ꝙ sacerdotes debent operiri fæminalib. lineis à renib. vsq; ad fæmora. De abstinẽtijs põt dici illud Exo. 12. Renes vestros accingetis. i. stringetis. Et loquitur de esu agni, qui cũ lactucis agrestib. comedebatur. De pñia dr in psal. Vre renes meos & cor meum. De mortis memoria dicitur 3. Re. 1. quod Helias erat Zona pellicea accinctus renib. Zona.n. pellicea quæ fit de pellib. animalium mortuorum, mortis memoriam designat. Sufficit.

A **Renouare.** Nota ꝙ supra de Nouitate satis dixi, & ẽt alibi in titulis plurib. Sed quia supra de innouare nihil dixi, ideo modo simul & de renouare aliquid est dicendum. Igitur dic quod in scriptura reperitur renouatio.

Naturalis.	Prima est innouatio naturę.
Virtualis.	Secunda est innouatio gratiæ.
Mundialis.	Tertia est innouatio fortunæ.
Criminalis.	Quarta ist innouatio culpæ.
Supernalis.	Quinta est innouatio gloriæ.
Infernalis.	Sexta est innouatio pænæ.

¶ Primo igitur dico ꝙ est quædam innouatio seu renouatio quæ est naturalis, & ista est illa quæ per vicissitudinem tẽporum omnia renouat omni anno, sicut. s. patet de florib. herbis & fructibus, qui virtute diuina cũ adminiculo cælestium corporum, pluuiarum, nubiũ & ventorum, annis singulis renouantur, & ad nouitatem pristinam reducunt. De quo literaliter intelligit illud ps. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrę. Spiritus.n. ventus est, cuius flatus ad terræ renouationem cooperatur. Vnde de sapientia æterna dr Sap. 7. ꝙ in se permanens innouat oĩa. Deus .n. idẽ manet, omnia autem alia per eũ immutantur & innouatur. Ista est ergo renouatio naturalis. ¶ Secundo dico quod est renouatio virtualis, & ista est illa quo hõ de venustate peccati mediante pænitentia per gratiam renouatur. Quia. s. sicut aquila iuuenescet & renouat quando ascendens sursum versus solem calefit, & tandem in fonte balneatur, quia. s. tunc pẽnis antiquis relictis ipsius iuuenilis nouitas reparatur, sic in vitijs antiquatus, feruore cõtritiõis calefactus, & fonte lachrymarum rigatus, & per confessionem pennis veterib. i. preteritis criminibus denudatus fit spiritualiter renouatus. ps. Iuuentus mea renouabit vt aquilæ. Th. 5. Innoua dies nostros sicut à principio. Nõne sicut supponit Ouidius li. 7. fabula 2. Medea incantatrix esoné thessaliæ regẽ patrem Iosanis viri sui in lebetæ decoctũ renouauit, & ad iuuentutẽ pristinam reparauit, stellarum .s. & herbarum influentia mediante? Quia re vera summa hominum incantatrix fides nostra, quæ. s. mentes humanas sic spiritualiter incantat, ꝙ ipsas facit credere ꝙ nulla ratio nobis dictat (ps. Venefici incantantis sapienter) ista dico sapiens incantatrix hoïes in vitijs antiquatos per deuotionem contritionis & pnĩe renouat, & mediante lumine & influentiæ gratia ipsum ad statum pristinum restituit & reformat. psal. Cor mundũ crea in me deus & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Et breuiter dico quod iusti renouantur per pænitentiam vitia relinquendo, & semper etiam per gratiam, de virtute in virtutem procedendo, & semper in melius se mutando & florendo. psal. Et refloruit caro mea. Vnde nota quod isti renouant

Conscientiam interiorem.	De renouanda conscientia interiori fit mentio Ephes. 4. vbi dicitur Renouamini spiritu mentis vestrę
Apparentiam exteriorem.	
Amicitiam intimiorem.	
Sapientiam synceriorem.	
Pænitentiam asperiorem.	

& induite nouum hominem: de renouanda apparentia exteriori dicitur Col. 3. Expoliantes veterem hominem, induite nouum hominem, qui renouatur in agnitione dei. Istud enim est speciale dei templum, quod certe semper est virtutib. reparandum 1. Mach. 4. Ascendamus nunc mundare sancta & renouare Thob. 3. Domus quæ est in ea incensa, reædificabitur. De renouanda amicitia intimiori dicitur 1. Mach. 12. ꝙ Ionathas summus sacerdos misit Romã renouare amicitiã cum romanis. Vera.n. amicitia nunquã veterascit imo continue renouatur, bonum tamen est quod per gratas epistolas, & per visitationes & munuscula multotiens renouet: Vnde ibidem dicitur. Elegimus inquit eumenium & antipatrem & misimus ad romanos renouare cum eis amicitiã & societatem pristinã. De renouãda sapientia interiori seu lympidiori dicitur Eccl. 50. Iesus filius syrach renouauit sapientiam in corde suo. De renouanda pænitentia asperiori dicit in psal. Obmutui & humiliatus sum, & silui a bonis & dolor meus renouatus est. Qui.n. vult se per pænitentiam renouare, aut in se pænitentiam renouare, necesse est eum ab huius seculi & mundi delicijs abstinere. Pænitentia.n. est illud p ꝙ (sicut supra dictum est) omnia renouantur, & per ꝙ domus conscientia reædificatur, & ad statum pristinum renouatur. vnde Amos 9. In die illa visitabo tabernaculum Dauid qd' cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea q̃ corruerant, instaurabo. Ista est ergo renouatio virtualis. ¶ Tertio dico ꝙ est renouatio mundialis seu fortunalis. Et ista est B illa qua fatui pctores quotidie multiplicant & innouant in se mala, & qua mũdus quotidie mutat & innouat malos mores. Membra.n. superflua quemadmodum in homine continue renouantur, sicut sunt vngues & capilli, sic mali cogitatus & actus. Sed de hoc vide supra de nouitate. ¶ Quarto dico qd' est renouatio criminalis, & ista est renouatio dolorũ, qui in peccatoribus quotidie renouantur. Superbus.n. etsi corporis pulchritudine vigeat, si honoris & dignitatis conscendat fastigia, sp tamen dolet aliqua superesse ad quæ non põt attingere. Auarus & si multa possideat, dolet tñ quia timet se illa non semper aucturũ, vel scit se ista aliquando relicturum. Iuuentuti, ad veneris oblectamẽta, suspitio, senectuti impotentia obstat, vterq; dolore torquetur. Ira sæpe fieri suadet ꝙ post factũ pęnitet fecisse, vel pæna est facere nõ potuisse. Gulæ, stomachi tarda digestio est molesta. Inuidia pri⁹ lædit inuidentem quam inuisum. Accidia & si plurimũ corporis mollitiem foueat, & animæ contemnat salutem, diuina negligendo, humana tñ verecundia stimulata, dolet se delicijs nõ posse frui ad sanitatem. Itaq; nullum est crimen ꝙ non aliquo dolore quotidie renouet, ex quo criminosus non offendatur. Bene igit dico ꝙ est renouatio criminalis, ita vt quocunq; vitio quis fuerit irretitus, dicere cogatur illud psal. Dolor meus renouatus est. ¶ Quinto dico ꝙ est renouatio æternalis seu supernalis, & ista est renouatio beatorũ in paradiso, quorum. s. gloria nunquam cessat immo continue renouatur, sicut, scilicet lux solis renouatur & renascit omni die. vnde Iob 29. Sicut palma multiplicabo dies, gloria mea semper innouabitur, & arcus meus, & manu mea semper

per instaurabitur.¶Sexto vero dico q̃ est renouatio infernalis.Renouatio dico & continuatio tormentorum,sicut s. posuerunt poetæ de sisypo à dijs in inferno damnato, qđ s. pœna ipsius perpetuo renouatur.Damnatus.n.fuit saxū grauissimū ad altissimi montis cacumen portandum, vbi cū statim saxū portauit,inferius cū saxo ruit,qđ iterū sursum reportat & extollit,& sic pœna ei⁹ vbi cessare visa fuerat renascitur & recrescit.Sic est de pœnis & miserijs damnatorū,renouat.n.quotidie & reuenit.Vnde de Antiocho rege dicit. 1.Mach.6.q̃ decidit in languorem,& erat illic dies multos qa cū eo renouata est tristitia magna. Sufficit de renouare.

Renunciare.

Vide supra vbi Annunciare,& vbi Narrare,& vbi Referre &c.

A Repellere.

Nota q̃ repellere idem est q̃ retro seu iterū pellere.Et est idē quod Fugare, Abijcere,Repudiare,& refutare ,& sic notabilibus qđ nos inuenimus Repellere.

Summi creatoris.	Primum repellere facit iustitia.
Iusti viatoris.	Sed secundum facit prudentia.
Stulti peccatoris.	Sed tertium facit stulta nequitia.

¶Primo igit̃ dico q̃ est vnū repellere quod diuina facit iustitia.Ista est.n.q̃ quosdā repellit ordinatiuè: Quosdā repellit castigatiuè. Quosdā repellit exequtiuè. ¶Prima repulsio fit p̄ ęternā derisionē.Et ista est illa qua ab ęterno duxit ipsos reprobādos,& à sua misericordia repellēdos. Ab æterno.n. vidit q̃ erant mali futuri,& iō repudiauit & repulit, & à sua p̄destinatione & gratia re,p̄bauit.Mala.1.Iacob. n. dilexit,& Esau odio habuit.Et repulit tabernaculū sylo,& tribū effraim nō elegit,sed tribū iudā,mōtē syon quē dilexit, sicut dr̄ i p̄s.Alia dei repulsio fit p̄ modernā correctionē.Et ista est illa q̃ dn̄s facit ad tp̄s,inquantū.s.bonos & prædestinatos solet tpaliter affligere,& eos quātum apparet, à suo amore repellere,& ac si de eis non curaret,ipsos à sui amoris scrinio reijcere & fugare,& variis tribulationib.subiugare. De quo.s. conqueritur Dauid in psal.dicēs.Quare me repulisti,& quare tristis incedo dum affligit me inimicus;Et aduerte q̃ talis repulsio superficialis apparet in tormentorum inflictione. p̄s.Vt quid deus repulisti in finem,despicis in opportunitatib.in tribulatione?¶Itē in petitorum negatione.Deus.n.vr̄ petentem repellere,qñ non statim concedit quod petit.psal. Vt quid repellis orationem meam de medio sinu tuo in finē?¶Itē in præmiorum dilatione.psal.Tu vero repulisti,& despexisti,distulisti Christum tuum.Sed quid?certe talis tribulatio nō est repulsio,sed est attractio,nec reprobatio, sed finalis miseratio sicut,s.ipse Dauid dicit in p̄s.Deus repulisti nos,& destruxisti nos,iratus es,& misertus es nobis.Quia p̄ certo deus fideles suos à se finaliter nō repellit,sed ad se potius tribulādo attrahit & impellit.p̄s.Non repellet dn̄s plebē suā,quia in manu eius sunt omnes fines terrę.Et Thr.3.dr̄. Non repellet in sempiternum dominus, quia si abiecerit,& miserebitur.Ista est igitur dei repulsio quæ fit per modernā correctionem.Est adhuc alia vera dei repulsio,quæ fit p̄ postremam seu per finalem damnationem,quando, s. ipse dn̄s exequetur repulsionem superius primo dictam , quod.s.ordinauerat ab æterno.Et ista est illa q̃ metuebat Dauid quando dicebat in psal.Exurge,quare obdormis domine,exurge & ne repellas in finē.Et quantū ad istā repulsionē dr̄ alibi in p̄s.de bonis.Qm̄ nō repellet dn̄s plebē suā,& hæreditatē suā nō derelinquet.De malis aūt & de dānatis dr̄ alibi. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris,quorum non es memor amplius,& ipsi de manu tua repulsi sunt.Patet igitur q̃ est vnū repellere q̃ diuina facit iustitia.¶Secundo dico q̃ est vnum

B repellere q̃ humana facit prudentia.Et istud certe est illud quo iusti repellunt & abijciunt à se malum, sicut.s.bene dicitur Ezech.43.Nūc ergo repellant à se procul fornicationes suas,& ruinas regū suorum,& habitabo cū eis in medio eorū sp.& Eccl.38.Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te,& memento nouissimorum . ¶Tertio vero dico q̃ est vnum repellere qđ insana facit stultitia.Et istud est illud quo peccatores & fatui repellunt & abijciunt à se bona. Exemplo.s.phrenetici,qui repellit à se medicos & etiam medicinas.Vnde nota quod isti repellunt

Deum,ipsum contemnendo.
Amicum,ipsum fugiendo.
Seipsum,sensum & scientiam non curando.

Repellunt igitur deum,detestando suam iustitiam. Et sic de deo dixit Stephanus loquens iudęis.Act.7.Cui inquit noluerunt obedire patres vestri,sed repulerunt eum . Repellunt etiam proximum,abdicando suam fiduciam, sicut de Dalila dicit Iudicum 16.quod postquā totondisset Sanlonē, cepit abijcere eū,& a se repellere.Repellunt insuper cor suum,nō curando veram sciam.Vnde de talibus dicit dominus Oseæ 4.Quia tu sciam repulisti, repellam te. Patet ergo quod in scriptura reperitur triplex repulsio.Vide supra de expellere & Abijcere & Eijcere &c.

Repente.Repentinus.

Nota q̃ repentè idē est q̃ subito, cito,celeriter & instanter.Et possumus notare quod aliqua sunt quæ repente operantur,scilicet A

Dei benignitas peccatores conuertendo.
Dei seueritas peccatores puniendo.
Iustorum sedulitas maioribus obediendo.
Malorum crudelitas innocentibus officiendo.

Dicā ergo q̃ est quoddam repente diuinæ benignitatis. Et istud est illud quo deus quandoq; repente inspirat & couertit hominem ad bonum,sicut apparuit in Paulo, qui repētè fuit à domino inspiratus.Vnde Ambr.Nescit.n.tarda molimina spiritussancti gratia.Et ideo dicit Act.2. Factus est repente de cælo sonus tanquam aduenientis spiritus vehemētis,& repleuit totā domū &c.Itē dico quod est vnum repente diuinæ seueritatis.Et sic dico q̃ tria sunt quæ repētè à diuina seueritate fiunt.s.Mors,Casus,& Iudicium . De morte n.planum est q̃ repente subito & insperato corrigat. Hie.6. Repente veniet vastator super vos.Et 1.Thes.5.Cū dixerint pax tunc repentinus superueniet interitus.De casu et apparet,quia.s.quotidie videmus q̃ diuersi casus & isfortunia repente accidūt diuersis,sicut de Iob habemus Iob 1.quod repente ventus irruit à regioni deserti,qui domū cōcutiens,filios eius oppressit.vnde Ezech.26.Attoniti super repentino casu tuo mirabuntur & Hier.4.Repente vastata sunt tabernacula tua.Ista potissime videmus de his qui florentes p̄speritate mundana,repente quandoq; infortunijs obruuntur. Esa.48.Repente veniet super te miseria quā nescis.De iudicio etiam certum est quod dn̄s repente veniet.Marc. 13.Ne cum venerit repente,inueniat vos dormientes.Et Lu.21.Repētè superueniet in vos dies illa.Itē dico q̃ est vnum repētè moralis sedulitatis,quia.s.boni obedientes repente.i.subito obediunt.Iudicium 21.Exite repente de vineis.¶Item dico quod est vnum repente mundanæ crudelitatis quia .s.mūdi principes & tyrāni sine deliberatione repente solet alios molestare.De quo dr̄ Prouer.3. Ne paueas repentino terrore impiorum.Sed pro certo sicut ipsi repente lædunt alios,sic a deo repente perimuntur,& diuersa cladib. obruuntur, sicut ad sensum patet.Vnde Prou.24.Repente veniet iudiciū eorum &c.Sufficit A

Reperire.

Nota q̃ in sacra scriptura inuenitur reperire Dei,Iusti,& impij.¶Primo quidē reperire dei.Quāuis enim ipsum multi videantur in p̄nti vi subterfugee,& ab eo se abscōdere vel cassare, finaliter tamē ipsos reperiret,& bonum vel malū secundum quod meruerunt,eis reddet,sicut facit bonus iudex,qui facta inquisitione,secundum qđ tūc iustitiam reperit, iura dicit.vñ de deo qualiter in fine reperiat mala nostra dicitur Iob 4. Ecce qui seruiunt ei,non sunt stabiles,& in Angelis suis reperit prauitatem.Etiam de venialibus qualiter deus ipsa reperit atq; punit,patet Iob 33.vbi Iob de deo dicit sic.Quia inquit querelas in me reperit,arbitratus est inimicum suū.Istud est igitur reperire dei.¶Secundo dico quod inuenitur reperire iusti.Canes enim nobiles,& maxime parui & qui habent aures pendentes,magis valent ad reperiendum prædam quam rustici vel maiores.Ad denotandum q̃ illi q̃ in morib.& virtutibus nobiles sunt,& qui per humilitatem sunt parui, & p̄ obedientiam auribus inclinati,sunt ad reperiendū & obtinendum prædam gratiæ gloriæ magis apti,vt sic dicat quilibet hō iustus illud Iob.31.Lętatus sum sup̄ diuitiis meis multis,& quia plurima manus mea reperit.Diuitijs inq̃t.s.virtutibus.Iustus.n.multa reperire dicit,inquātū illa quæ sibi saluando sunt vtilia,acquirit,reperit,& sectatur.Et sic dico qđ iusti acquirunt & reperiunt & intendunt scilicet B

Summam diuinitatem,vt diligatur.

Dicam ergo quod iu-

Gratiæ voluptatem, hauriatur.
Rerum vtilitatem, vt acquiratur.
Bonam societatem, vt habeatur.
Cordis iniquitatem, vt expellatur.
Scripturæ veritatem, vt addiscatur.
Sensus maturitatem, vt teneatur.
Cæli fælicitatem, vt nanciscatur.

ꝙ iustus reperit si summã diuinitaté. Ista.n. se voluntariè quærentib' offert. Et iõ nõ mirũ si ab eis reperit vt sic de quolibet iusto dicat illud Iob. 11 Forsitan vestigia dei cõprehendes, & vsq; ad pfectũ oipotété reperies. Ité reperit gratiæ voluptaté. seu et bonitaté. Vñ Gen. 26. dr̃ de seruis Isaac ꝙ ipsi foderunt in toréte, & repererũt aquã viuã. Ité reperit rerũ vtilitaté. vnde Iud. 17. dr̃ de illo leuita qđ ipse peregrinari voluit vbicunq; sibi cõmodũ reperisset. Ité reperit bonã societaté. Vnde de Helia dr̃ 3. Regũ 19. ꝙ profectus inde reperit Heliseũ. Sequitur. Consurgensq; abijt, & secutus est Heliã, & ministrabat ei. Ité reperit cordis iniquitaté, s. vt ipsam per pœnitentiam & confessioné expellat. Vnde 2. Para. 29. Sacerdotes quoque ingressi sunt templum domini vt sanctificarent illud, & extulerunt oẽm immunditiã intus repererant Sacerdotes.n.i.sacri duces.i.quilibet iusti tẽplũ dñi.i.propriã conscientiam ingrediuntur per considerationem, & immunditiam peccati quam ibi reperiunt, extra per confessioné ꝓcul repellere moliuntur. Sacerdotes ét reales cõscías subditorũ debent inuestigare, & pctã q̃ reperiunt, expellere & fugere. Ité reperit scripturæ veritaté. Vñ 4. Reg. 22. Librũ legis reperi in domo dñi. Ité reperit sensus maturitatem. Vñ Proue. 16. Corona dignitatis senectus, quæ in vijs iustitiæ reperitur. Item reperit cæleste vbertaté, quia, s. iustus postquam in mundo isto reperit plura meritoria & virtuosa, in fine reperit præmia gloriosa, s. vbertaté gloriæ paradisi 1. Paralip. 4.
C Vberrima ibidem pascua reperiunt. Patet igiť quod inuenit reperire iusti. ¶ Tertio dico quod nos inuenimus reperire stulti. Et hoc certe est illud quo peccatores & impij res malas & inutiles reperire nituntur. Vñ nota ꝙ mali reperiunt

Diuitias temporales.
Delicias gutturales.
Luxurias corporales.
Discordias fraternales.
Molestias æternales.

Mali ergo temporales reperiũt diuitias & ad hoc tendit tota intentio auarorum, s. ad diuitias rapiẽdas & acqrẽdas. Ad hoc enim vacat tota suarum venatio rapinarum. Vnde proue. 1. dicunt alterutrum: Abscondamus tendiculas contra insontem. Sequitur. Omnem præciosam substantiam reperiemus, replebimus domos nostras spolijs. Et Genes. 42. dicitur qđ reperiunt in ore saccorum ligatas pecunias. Item illi gutturales reperiunt delicias. Vnde Prouer. 23. dicitur in persona hominis ebriosi. Quando euigilabo, & rursus vina reperiã? Ité isti corporales reperiunt spurcitias seu luxurias. Vnde de muliere luxuriosa & iuuene dicitur. Prou. 7. quod. s. apprehẽsum deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicẽs idcirco egressa sum in occursum tuum desiderans te videre, & reperire. Item isti fraternales reperiunt discordias. Vnde iudicum 5. Diuiso contra se Rubeu, magnanimorum reperta est cõtentio. Item isti æternales reperiunt molestias, s. in infernali pæna. Vnde Iosuæ 10. dicitur quod Iosuæ cuncta quæ in ebron reperit consumpsit gladio. Ebron quæ fuit ciuitas paganorum, interpretatur transcẽdens vel trãsgressio. Quia s. omnes illi qui in transgressione dei mandatorum reperiuntur æternæ mortis, gladio finaliter feriuntur. Et sic igitur patet quomodo est vnum reperire quod fit à peccatore. Aliud a iusto viatore Aliud vero à summo creatore. Sufficit. Vide supra vbi inuenire &c.

A Replere. Plenus. Plenitudo.

Nota ꝙ plenitudo seu repletio significat generaľr abundantiã & cõplemẽtum, siue in bono siue in malo. Plenitudo.n. se habet positiue, sicut vacuitas priuatiuè: possumus ergo notare ꝙ est repletio seu plenitudo humana & diuina. Humana autem est multiplex, scilicet

Interior quæ est virtualis.
Exterior, quæ est temporalis.
Inferior, quæ est criminalis.
Superior, quæ est æternalis.
Subterior, quæ est infernalis.

Iusti .n. replentur interius plenitudine meritorum. Diuites replentur exterius plenitudine pecuniarum. Mali replentur inferius plenitudine vitiorũ. Beati replentur superius plenitudine gaudiorum. Damnati replentur subterius plenitudine tormentorum. De plenitudine virtuali dicitur Eccl. 36. Reple syon inenarrabilib. virtutibus tuis. De plenitudine temporali dicitur in psal. Dextera eorum repleta est muneribus. Et alibi. Promptuaria eorũ plena, eructãtia ex hoc in illud. De plenitudine aũt criminali dr̃ Ecclesi. 23. Vir multum iurans replebitur iniquitate. De plenitudine vero ęternali dr̃ in ps. Replebimur in bonis domus tuæ, sanctũ est tẽplũ mirabile in æquitate. Esa. 6. Plena est oĩs terra gloria tua. De plenitudine vero ĩfernali, qua, s. anima damnata repletur dicitur Threno. 1. Subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum. Et Ezec. 16. Eras nuda, & confusione plena. ¶ Primo igitur dicamus de plenitudine virtuali, quæ est meritorum. Viri.n. iusti sunt pleni gratijs & virtutibus. Sicut.n. quod vacuitas in scriptura reprobatur Exod. 23. & Deutero. 16. Non apparebis in conspectu dei tui vacuus. Et ideo isti student donis & gratijs se replere, vt digne coram domino valeant comparere. Sicut.n. videmus ꝙ pisces & animalia tunc habent plenitudinem medullarum, quãdo luna superius plene lucet, s. in plenilunio, sic iusti tũc medullis gratiæ & deuotionis pleni sunt quando luna perfecta in æternum & testis in cælis, s. Christus super eos plene lucet. i. qñ per suam gratiam ipsos illuminat atq; replet, dicentes illud psal. Repleti sumus mane misericordia tua, Exultauimus & delectati sumus. Istud bene apparuit in Apostolis in die pentecostes, quando luna illa, s. dei filius, plene eis reluxit, & lumé sancti spiritus eis misit, quia. s. tunc pleni & repleti fuerunt spiritussancti donis & vniuersis gratijs atque bonis. Act. 2. Factus est repente de cælo sonus aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes, & repleti sunt omnes spiritu sancto &c. De ista ergo spiritali plenitudine qua repletur vir iustus, potest dici illud psal. Replet in bonis desiderium tuũ, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. In quibus verbis oñdiť quod ſm quod homo triplicem vacuitatem naturalem habet in trib. potentijs animæ, ſm hoc triplici bono debet repleri. Hõ.n. habet tres potentias in anima, s. Concupiscibilé, quæ tendit in bonum. Rationabilem, quæ tendit in verum. Irascibilem, quæ tendit in arduum & in sũmum. Et quãtum ad istas tres potẽtias dico quod homo habet, dum est in via, triplicem vacuitatem, quia. s. homo caret boni debita obtentione. Et ideo deus cõtra istam triplicem vacuitatem, triplici plenitudine gratiæ replet iustos, sicut ostenditur in auctoritate prædicta, quia scilicet ipsos replet

Debito feruore dilectionis.
Inclyto splendore cognitionis.
Prædicto honore promotionis.

Iste.n. replet iustos boni dilectiõe quãtum ad affectũ. Replet in bonis inquit desiderium tuum. Veri cognitione quãtum ad aspectum seu ad intellectum. Vt aquilæ inquit. Summi promotione quantum ad profectum seu quantum ad finale obiectum, quia scilicet ipse facit renouari iuuentutem tuam. Iste ergo replet iustos

Sanctitatis amore.
Veritatis splendore.
Dignitatis honore.
Primum facit in ingressu.
Sed secundum in progressu.
Sed tertium in egressu.

In ingressu enim repletur virtuali sanctitudine. Replet inquit in bonis desiderium tuũ. In progressu repletur cordiali lympitudine quæ notatur per aquilã. In egressu repletur supernali beatitudine, quæ notatur per renouationem iuuentutis. ¶ Dico igitur ꝙ isti sunt pleni virtuali sanctitudine, qđ ostenditur cum dicitur. Replet in bonis desiderium tuum. Desiderium.n. & affectus aiæ, hoc est dictu, voluntas seu potẽtia concupiscibilis, sunt recte in anima sedes omniũ virtualium bonorum, quia. s. nihil est bonũ, nisi inquantum est voluntariũ. Vt cum dicitur. Replet in bonis desideriũ tuum, istud intelligitur de bonis virtutum moralium, quib. viri iusti se cumulant atq; replent. Prou. 12. De fructu oris sui vnusquisq; replebitur bonis. Sicut.n. malagranata plena sunt granis rubentibus, sicut fæcundæ arbores replentur in æstate pomis & fructibus, sicut etiam prata replẽtur herbis virentibus, sic procul dubio viri iusti pro posse suo se replent bonis virtutibus. Replent inquit in bonis desiderium tuum. Luc. 1. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Luna.n. plena est lumine à parte superiori quãdo obscura est à parte inferiori. s. in nouilunio, significãs desideriũ & voluntaté humanam, quæ ad modum lunæ fluit & B

refluit

refluit per varios cogitatus. Quia sicut dr̄ Iob 20. Multæ cogitationes versant̄ in corde viri. Quæ procul dubio tunc est plena lumine virtutis superius quo ad deū, qn̄ caret lumine bonorū tpaliū inferius quo ad mundū. Quia pro certo mēs tunc in virtutib. plenius illuminat̄, qn̄ in affectione bonorū tpaliū eclypsat̄. Et iō sancti pleni lumine virtutū superius in aīa fuerunt, quia lumine consolationē tpaliū inferius in corpore caruerunt. Replet inquit in bonis desideriū tuū. Thob. 12. Bonis oīb. per eū repleti sumus. Et bene dn̄r pleni, quia. s. illud ꝙ est plenū non pōt amplius aliquid recipere ꝙ maioris ponderis solet esse, & si pcussum fuerit, sonū non consueuit emittere, & exterius solet abundāter supereffluere, sicut ad sensum videmus de dolio vino pleno. Sic vere charissimi illi q. sunt pleni deo & dei gratia, meritisq; & operib. virtuosis, nihil aliud in hoc mundo recipere & acquirerā quærunt. Patet in apostolis & primis ecclesiæ discipulis, q. repleti spiritu sancto bona sua vēdebāt & distribuebant, & nihil præter deū in mundo habere volebant, sicut dr̄ Act. 3. Isti ēt graues & ponderosi per humilitatē erāt, per iustitiā & misericordiā alijs supereffluebant, & quando mundi tribulationibus pcutiebātur, vllum sonum impatientiæ non reddebāt, sed ꝙ maius est, in tribulationibus exultabant: sicut de ipsis sic repletis dr̄ Act. 5. quod ibant Apostoli gaudentes à conspectu consilij, qm̄ digni sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. ¶Prima est plenitudo religiosorum, qui. s. debent bona tēporalia refutare, dicētes illud ps. Si esuriero, nō dicat tibi meꝰ est. n. orbis terræ, & plenitudo eiꝰ. ¶Scd̄a est plenitudo cōpassiuorū, qui. s. ad modū fontis pleni solent bona sua abundanter alijs erogare. ps. Flumen dei repletum est aquis, parasti cibū illorum. ¶Tertia est plenitudo virorum stabilium & perfectorū, qui sine murmuratione solent mundi tribulamina tolerare. De quo Iob 6. Nunquid mugiet bos cum ante psepe plenum fuerit? q d. nō. Quilibet ergo talis sit sicut Stephanus, de quo dicitur Act. 7. quod ipse erat plenus sapientia & fortitudine, & faciebat signa & prodigia magna in populo. Replet ergo in bonis desideriū tuum. ps. Replebimur in bonis domꝰ tuę: Ad ostendendum autem quæ sunt ista bona quib. replentur viri iusti possumus notare ꝙ est sicut paterfamilias, qui ſm quod habet vasa diuersarum cōditionum, replet ea rebus diuersorum valorum sicut dolia vino, arcas grano bursas argēto, & sic de alijs. Sic vere deus secundum quod videt fideles suos diuersimode dispositos, varijs & diuersis virtutibus replet ipsos. Vnde nota quod ipse replet

Pænitentes contritione.	Dico quod deus contritione replet pænitentes. Et sic loquitur Hier. 15. vbi dicit Solus sedebam, qm̄ amaritudine replesti me. Item discretione replet præsidentes. Esa. 58. Replebit splendorib. animam tuam. Item
Præsidentes discretione.	
Innocentes deuotione.	
Contemplantes sapientia.	
Laborantes permanentia.	
Prædicantes eloquentia.	
Indigentes abundantia.	
Miserantes affluentia.	

deuotione replet innocentes ps. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Item sapientia replet contemplantes. Esa. 11. Repleta est terra scientia domini. Et Eccle. 39. Spiritu intelligentiæ replebit illum. Item permanentia replet laborātes. Mich. 3. Ego autem repletus sum fortitudine spūs domini. Item eloquentia replet prædicātes. Act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto, & ceperunt loqui. Item abūdantia replet indigentes. Luc. 1. Esurientes impleuit bonis. Et Iohel. 2. Dabo vobis frumentum, vinum & oleum, & replebimini in eis. Item affluentia replet miserantes. Luc. 11. Date, & dabit̄ vobis. vnde Prouerb. 3. Da pauperibus inquit, & implebunt horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt. Et sic igitur patet quomodo sancti à parte virtutis concupiscibilis pleni & repleti sunt virtuali sanctitudine. Replet inquit
C in bonis desiderium tuum. Et hoc est primum. ¶Dein de dico quod isti sunt pleni cordiali lympitudine. Vt aquilæ inqt. Aquila. n. clarissimū habet visum, significās illos q. sunt pleni sapientię claritate, quia. s. deus replet viros iustos splendore sapientiæ doctrinæ, vt. s. sciant quid agere vel quid omittere teneantur. Vt aquilæ inquit Iob 36. Ad præceptum tuū eleuabitur aquila, &c. Vnde de homine sic repleto lympitudine cordiali potest dici illud Ezec. 27. Tu cherub extentus & protegens, plenus sapientia & perfectus decore &c. Vide eā supra de Cherub. Cherub. n. figuram aquilæ prętendere dicitur, & plenitudo scientiæ interpretatur. Vnde Exod. 28. Loquere cunctis sapientibus corde quos repleui prudentia. Iusti ergo replentur cordiali lympitudine. ¶Denique dico quod iusti replentur ęternali beatitudine, & hoc ostenditur cū dr̄. Renouabit iuuentus tua. Sicut. n. ſm Macrobium, quādo luna renouat̄, mare in summo dicitur esse plenū, sic quādo per coniunctionem cum sole iustitiæ anima in gloria efficitur noua, tunc vere in mari voluntatis redūdat bonorum omnium plenitudo. ps. Cōmoueatur mare, & plenitudo eiꝰ. Astrios. n. lapis est vbi refulget stella ad similitudinē plenæ lunę significās beatos in q b. refulgebit splendor æternę gloriæ deus, ad similitudinem ipsius lunæ, i. ipsius Christi, qui sicut luna plena in diebus suis lucet. Eccl. 50. Renouabitur iuquit iuuentus tua. vt anima possit dicere illud psal. Introibo ad altare dei, ad deum, qui lætificat iuuentutem meā. Et nota ꝙ sancti qui sunt in patria, replentur

Laudis amœnitate.	De laudis amænitate dr̄ in ps. Repleatur os meū laude, vt cantē gloriam tuā &c. De status auctoritate dicitur in psal. Re
Status auctoritate.	
Vitæ æternitate.	
Mentis iocunditate.	
Bonorum fertilitate.	

plebitur maiestate eius omnis terra. De vitæ æternitate dicitur in psal. Longitudine dierum replebo eum. Et Eccl. 24. In plenitudine. sanctorum detentio mea. De mentis iocunditate dicitur in psal. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem. Lucę 15. Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. De bonorum fertilitate dicitur in psal. Campi tui replebuntur vbertate, & valles abūdabūt frumento. Sic ergo patet quomodo iusti replentur. s. Gloriæ beatitudine. Sapientiæ lympitudine. Gratiæ sanctitudine. Et sic patet quod est q̄dam repletio virtualis, quæ est interior. Et hoc est primū principale. ¶Se D
cundo dico ꝙ est q̄dā repletio tpalis, quę est exterior. Et ista est plenitudo bonorū tēporalium, qua. s. mūdi diuites sunt repleti. Sicut. n. arbores Siluestres sunt cōiter fructib. fæcundiores & pleniores, sic mundani sunt diuitijs abundantiores & sicut pili vituli marini existēte in plenitudine feruoris sui solēt horrescere, dato quod sint in pelle mortua & detracta, summe etiam in plena luna dn̄r gaudere, sic vere mundi diuites qn̄ vident mare & lunā plenā esse. i. mundi prosperitatem, quæ ad modum maris & lunæ sp est in augmento vel decremento, solent p superbiā horrescere, & per inanē gloriā exaltare. De tali ergo plenitudine dr̄ Iob 3. ꝙ reges, consules & principes terræ ædificant sibi solitudines & possidēt aurū, & replent domos suas argento. psal. Impleta est terra possessione. Ista est ergo plenitudo temporalis, quæ est exterior. ¶Tertio principaliter dico ꝙ est quædam plenitudo criminalis, quæ est inferior seu deterior. Et ista est illa repletio B
qua mali replentur vitijs & peccatis. Repletio. n. malorum humorum generat mortem temporalem, & repletio vitiorum generat mortem æternalem. Pleni. n. dicuntur peccatores, s. pctis, quia homo natus de muliere breui viuens tpe, repletur multis miserijs. Iob 13. Nam sicut res plena (put certe dictū est) nihil amplius potest recipere, sicut patet de phiala, quæ quamuis ore aperto in aqua immergatur, nihil tn̄ de aqua in eā subintrauit. (Quia. n. vas plenū est aere, q. exinde fugere nequit nec exire, necesse est ꝙ non possit inibi aqua subintrare, non obstante ꝙ os vasis sit apertum, quia. s. duo corpora non possunt esse simul.) Sic vere cū isti sint pleni vitijs & pctis, cōstat ꝙ de bonis gratiæ & gloriæ nihil possunt aut volunt recipere, & hoc pro tāto, quia cū gratia & culpa, gloria & pœna, virtus & vitium, dolor & gaudium simul nequeant habitare, necesse est pctoribus vitia emittere, si intra se velint gratiā & virtutes recipere. Et iō cuilibet pctōri sic pleno potest dici illud Act. 13. O plene oī dolo & oī fallacia filij diaboli. inimice omnis instítiæ, vsquequo non desinis puertere vias dn̄i rectas? Et sic possumus notare. ꝙ peccatores hodie sunt repleti

Stultitia. & fatuitate.	Pleni & repleti sunt dico fatuitate & stultitia. Proue. 12. Vijs suis replebitur stultus. Item cupiditate et auaritia.
Auaritia & cupiditate.	
Gastrimargia & gulositate.	
Violentia & crudelitate.	
Immunditia & carnalitate.	
Ignorantia & obscuritate.	
Ignominia & vilitate.	

Superbia & pompositate. tia. Vnde Mat.24. Intus
Malitia & fallacitate. aūt pleni estis rapina. &
Iob.3. Replet domos suas auro. Itē gulositate & gastrimargia. Esa.28. Oēs mensæ repletæ sunt vomitu. Itē crudelitate & violentia. Hie.19. Reges mundi repleuerunt locū istū sanguine innocentiū. Itē carnalitate & immunditia. Ezec.9. Repleta est terra sanguinib. Itē obscuritate & ignorātia. Baruc.3. Deus perfecit terrā in sempiterno tpe, & ipleuit eā pecudib. & quadrupedib. Itē vilitate & ignominia. Ezec.16. Erat nuda, & confusione plena. Et Abacuc 2. Repletus est ignominia pro gloria. Itē pompositate atq; superbia. vnde 2. Mac. 9. Superbia repletus, ignē spirans aīo. Itē fallacitate & malitia. Vñ illud pdictū Act.13. O plene oī dolo & fallacia &c. Sic ergo patet, quō est multiplex repletio seu plenitudo, s. criminalis & deterior. Mūdialis & inferior. Virtualis & superior. De æternali vero visum est supra in §. Deniq; dico. De infernali. i. de repletione quæ suo pondere mergit in infernum, poteris dicere omnia quæ in hoc ipso. §. sunt dicta. Sufficit.

A Reponere.

Nota quod reponere idem est quod retro seu in abscondito ponere, seu deponere, seu idem quod in loco tuto ponere, vt scilicet reseruetur. Dicam ergo quod est dare vnum Reponere quod est

Prudentiæ.
Miseriæ.
Clementiæ.
Stultitiæ.
Fiduciæ.
Dementiæ.
Iustitiæ.

Est dico vnum reponere qđ faciunt prudentes, & istud est illud quo reseruamus & reponimus pro futuris casibus bona certa. Et sic reponūtur thesauri & ēt blada & vina & alia necessaria pro se, suis, & pauperibus loco & tempore refouēdis. Vnde Leu.10. Comedetis in loco mūdissimo, tibi. n. & liberis tuis reposita sunt. Sicut ēt fit in thesauris regū & ecclesiarum. vnde Iosuę 6. Quicquid auri & argēti fuerit & vasorum æris & ferri, dño consecretur, repositū thesauris. Itē dico ꝙ est vnum reponere quod incurrunt cadentes. i. morientes, quia. s. post casum mortis reponūtur in loculo vel in sepulchro, sicut de Iacob dicit Gen.50. ꝙ conditus aromatib. repositus est in loculo. Itē dico ꝙ est vnū reponere ꝙ faciunt clementes, qui. s. diuitias suas in sinu pauperū reponunt, vt eas inueniant post hanc vitam. Illa. n. quæ hic pauperib. in ecclesijs dantur, sicut in quodam thesauro pro alterius vitæ necessitatibus reponūtur, sicut de Salōmone legitur 3. Reg.7. ꝙ aurum & argentum & vasa reposuit in thesauris domus domini. Item est reponere quod faciūt dementes. s. auari, qui. s. nō cessant congregare & reponere diuitias & thesauros, nihil in bonos vsus expēdentes. Sicut de illo qui acceptam mna abscondit, & ipsam dando pauperib. non multiplicauit, dicitur Luc.19. Ecce mna tua quā habuit, repositam in sudario. Item est vnū reponere quod faciunt fidentes, seu in vita æterna sperantes. Virtutes. & merita iustorum seu sicut quidam thesauri repositi in cœlis, quos s. inueniēt in gloria beatorum, sicut Iob.19. Reposita est hęc spes mea in sinu meo. Et ad Col.1. Propter spem inquit quæ reposita est vobis in cælis, q̄ ante audiſtis in verbo veritatis euangelij. Item est vnum reponere quod faciūt delinquētes. Et istud nihil aliud est quam pœna æterna, quam, s. isti peccādo sibi reseruant, & sibi in inferno reponunt, vbi. s. animę eorum finaliter reponuntur. Vnde de talib. potest dici illud 2. Pet.3. Repositi sunt igni reseruati in diem iudicij & pditionis impiorum hominum. Item est vnum reponere ꝙ acquirunt seu faciūt triumphantes, s. superius in paradiso. Vñ apostolus 2. Ad Tim.4. In reliquo autē reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi in illū diē iustus iudex. Hęc ergo

B de reponere sufficiāt. Vide infra de reseruare. ¶ De cōponere vero quia supra dictū est in litera, C. quod scilicet idem est quod simul ponere, Aggregare, Cōficere, vel Patrare, qđ etiam quādoque sumitur pro Ordinare, Facere vel Ordinare, notare possumus ꝙ in scriptura, (cęteris omissis) inuenitur scilicet Componere

Moralis ornatus.
Verbalis affatus.
Realis conatus.

Igitur habeamus compositā conuersationem, vt. s. habitus & gestus nostri sint ornati & cōpositi sicut. s. de ornatu Iudith dr Iud.10. ꝙ oīs illa cōpositio ei non ex libidine, sed ex virtute pendebat quasi diceret. licitū est cuicunq; ſm statum suum ponere habitum & ornatum, dum tamē ornatus ille nō ex libidine, sed ex virtute procedat. Cuius tamen contrariū faciunt multi, se libidinose & superflue componentes. ps. Filię eorum compositę, circū ornatę &c. Et Esa.3. Pro eo ꝙ eleuatę sunt filię, syō, & ambulauerūt collo extēto, & pedib. suis composito gradu incedebāt, decaluabit dñs verticē filiarum syon &c. Non sic ergo, sed habeamus cōpositā conuersationē. Eccl.49. Memoria Iosiæ in cōpositiōe odoris. ¶ Itē habeamus compositā p locutionem. Valde. n. decet ꝙ verba nostra sint ornata, composita, & honesta, ad quod facit ꝙ lingua nostra certis clausuris & limitibus est inclusa, ita quod extra limites ad illius clausuram ordinatos se vt communiter non extendit. Sic vere debet esse lingua locutionis nostræ certos. n. & ordinatos habere debet limites atq; fines, quia sicut dicitur Proue.16. Fauus mellis verba composita. Istud certe summe decet oratorē & aduocatum seu etiam prædicatorem atq; prælatum. Quia breuiter omnis q̄ plurib. habet loqui, summe indiget pulchra serie verborum. Verba. n. quandoque magis mouēt quam opera. Ideō Hester volēs suadere Assuero regi, & populū suū de mortis manib. liberare, recurrebat ad dominū & dicebat. Hest.14. Tribue inquit sermonem compositū in ore meo in conspectu leonis huius, & transfer cor eius in odium hostis nostri. Aduerte tñ ꝙ multi vtuntur, verbis. cōpositis & ornatis ad malum finem, nō ad bonū, videlicet

C

Ad fatua narrandum.
Ad impia tractandum.
Ad simplices fallendum.
Ad debiles lædendum, seu terrendum.

¶ Primi sunt vani torculatores, de quibus dicit Prouer.17. Non decent stultum verba composita, nec principē labiū mētiens. Cuius tamen contrarium faciunt principes nostri, qui s. in talium labijs mentientib. delectantur. Compositio. n. talium inanium verborum similis est compositioni opij vel veneni, quod. s. facit comedentes dormire. Contra qđ dicitur Exo.30. Talem compositionem non facietis. ¶ Secundi sunt falsi machinatores, qui. s. cum suis falsis verbis compositis & ornatis falsa & proditoria cōsilia machinant, sicut de duobus senibus dr Dan.13. Ecce morior cum nihil horum fecerim, quæ ipsi malitiose composuerunt aduersum me. Et Dani. 2. Vna est inquit sentētia de vobis, ꝙ interpretationē quoque fallacē & deceptione plenam composueritis, vel loquamini mihi donec pertranseat tempus. ¶ Tertij sunt cauti exoratores seu fabulatores, illi. s. q̄ ornatis fictis, & cōpositis verbis q̄stus gratia orant, prædicat & supplicant, & sic quasi obdormire faciunt audientes, sicut. s. sunt caymandi, quorū quidam se fingunt mēbris truncatos aut deficcatos, alij patria expulsos & ab hostib. captos, alij morbo caduco cadentes, alij reliquias sanctorū portantes &c. Omnes enim isti verbis compositis ad decipiendum vtuntur, & tamen viri prudentes de talib. fictionib. & cōpositionib. nihil admirati, sed auisati, verbis suis fallacibus facitr non fraudantur iuxta illud Iob 41. Non parcam ei verbis potentibus ad precādum cōpositis. ¶ Quarti sunt diri cōminatores, qui ex certa sciētia verba terribilia componunt & dicunt, & verbis etiam dura & crudelia facta adijciunt, & sic ad faciendum voluntatem suam alios attrahunt & inducunt. vnde Gen.22. dicitur qđ pro Isaac immolando Abraam ædificauit altare, & desuper ligna composuit. Non sic ergo, sed bono & honesto mō habeamus cōpositam plocutionem. ¶ Tertio vero dico ꝙ habere debemus compositam operationem. Opera. n. nostra debent esse composita & honesta, & finib. & limitibus debitis ornata. Boni. n. artifices in omnibus quæ faciunt & cōponunt, solent seruare regulā & mēsurā, sicut patet de latomis & alijs manualib. artificibus quibuscunq;: omnia enim opera talium composita, s. pondere, numero & mēsura ordinata & facta. Sic certe dicam in moribus, quia scilicet oēs actus nostri debent esse compositi, & debitis modis & regulis ordinati, vt sic dicatur de quolibet tali illud 2. Mach.8. Diligēter omnia composuerūt. Et bene dicit omnia, quia. s. omnia debita & honesta sunt à iustis fidelibus componēda. Et hęc certe principaliter, scilicet

D

Lux & scientia veritatis claræ.
Pax & concordia vnitatis charę.
Ros & clementia pietatis miræ.
Flos & fragrantia sanctitatis puræ.

De luce veritatis & sciētia qualiter, s. debeat componi & ordinari, patet Exo.30. vbi dr quod Aarō mane quādo componet lucernas, adolebit incēsum. De pace & cōcordātia verę vnitatis & charitatis q̄ s. sit cōponenda & ordinā

dā

da,patet 1.Mac.11.vbi dr̃ quod Ionathas misit ad bachidē, componere cū eo pacem,& reddere ei captiuitatē. Et 1.Mach.9.dicitur sic.Veni cōponamus inter nos pacem, & dabo tibi filiā meā.De rore autem clementiæ & pietatis qualr̃ sit componenda & conficienda,patet Exo.37.vbi dicitur quod Moyses composuit oleum ad sanctificationis vnguētum, & thymiama de aromatibus.Oleum.n.& vnguentum dulcedinem pietatis designant.De flore vero bonæ famæ & fragantiæ sanctitatis potest dici illud Exo.30.Facies thymiama cō positū opere vnguentarij,mixtum diligenter & purū,& sanctificatione dignissimum.Thymiama enim quæ erat confectio summe redolens,bonæ famæ fragrantiam signat, quam s.summe decet sanctos habere.vnde ibidem dicitur. Facies oleum vnctionis sanctum, vnguentum compositum opera vnguentarij.Sic ergo patet quomodo iusti debent habere compositam operationem,prolocutionem,conuersationē. Hæc igitur de componere & Reponere sufficiant.

Reportare. Vbi Referre,& vbi Narrare.

Reprehendere. Vbi Arguere & redarguere.

A **Reprobare.** Nota ꝙ reprobare sumit̃ pro repudiare,ꝓ refutare,pro repellere, ꝓ respuere,pro damnare,vel ēt pro abijcere,vel pro non curare Et sic dicā ꝙ in sacra pagina reperit̃ reꝓbatio multiplex, secundū ꝙ multi sunt qui diuersimode reprobātur, videlicet

Christus quem reprobat iudea regio.
Iustus quem reprobat malorum legio.
Stultus,quem reprobat diuina sanctio.
Fractus idest pauper,quem reprobat diuitum optio.

¶Primo igit̃ dico ꝙ Christus fuit reprobatus per iudaicam concionē,& tñ sæpe contingit quod lapis qui ab ædificantibus reꝓbatur,& tanquam inutilis refutatur,& locus pro ipso ponendo in ædificio non inuenitur finaliter vbi nō speratur,inuēto sibi loco idoneo non reprobat̃,sed vtilis iudicat̃, & ab omnib.qui reꝓbatus fuerat,acceptatur. Sic Christus qui à iudæorum populo reprobatus fuit,tandem ab ipsorū plurib.est approbatus.ps Lapidem quē reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli.Tunc.n.ipsum iudęi reprobauerunt quando dixerunt.Tolle, tolle, crucifige eum. Tunc vero ipsum receperunt & approbauerūt, qñ reuertentes in pectora sua dixerūt.Vere filius dei erat iste.Et certe simile sæpe videmus in mūdo,ꝙ.s.illi qui vilipendunt̃,& reꝓbantur,tandē magistri se probantium efficiuntur. Vnde de Christo dr̃.1.Pet.2.Ad quē accedentes, lapidem viuum ab hominib.quidem reprobatum,à deo autem electum & honorificatum.Iudæi.n.& alij infideles non solum reprobant Christum,immo ēt exprobrant sibi & fidelib.suis.Sibi dico, ipsum blasphemando,sicut dr̃ 1.Reg.17.de Golia ꝙ.s.ipse exprobrauit acies dei viuentis.Fidelib.vero,ipsos arguēdo & vilipēdendo,sicut.s.Dauid de seipso dixit in psa.Posuisti nos in opprobriū vicinis nostris,subsannationē & derisum &c. Sequitur.Cōfusio faciei meæ cooperuit me à facie exꝓbrātis & obloquentis &c.Sed q.d.Certe dñs consolatur tales sic reprobatos,dicens.s.Lu.6.Cum vos oderint homines & exprobrauerint,& eiecerint nomen vestrum tanquam malum ꝑꝑ filiū hominis gaudete & exultate in illa die,ecce.n.merces vestra multa in cælis.Christus ergo fuit reprobatus per iudaicam concionem.

B ¶Scd'o dico quod iustus est reprobatus per pestificam legionē,hoc est dictu,per impios & peruersos,q.s.isti sunt qui bonos reprobant & contemnūt, q.s.sicut dr̃ Eccl.33.Contra bonum malum est,& cōtra vitam mors,sic & contra virum iustum peccator.Mali.n.reprobāt & bonos & bona,quia.s.non placent talib nisi mala, iuxta illud Esa.30.Reprobastis verbum,& sperastis in calumnia. Et Ezech.20.Leuaui inquit dominus manum meam vt disperderē illos & ventilarem eos,eo ꝙ iudicia mea non fecissent & ꝑcepta mea reprobassent,& sabbata mea violassent.Cui⁹ tñ contrarium faciunt viri iusti,quia.s.ipsi approbant bonos & bona,reprobant vero malos & mala,vt sic sint de illis de quib.dicitur Esa.7.qui.s.butyrum & mel comedunt, vt sciāt reprobare malum,& eligere bonum. Butyrū dico suaue & pingue.hoc est charitas.Mel vero sapidum & dulce, hoc est sapientiæ dulcis hæreditas q.s.dicit.Eccle.24.Spiritus meus sup mel dulcis,& hæreditas mea super mel & fauum. Patet ergo ꝙ iustus reprobatur per pestiferam legionem.

C ¶Tertio dico ꝙ stultus seu peccator reprobatur per dominicam sanctionē.De⁹.n.ab æterno sciuit & nouit q.s̃m merita vel demerita sui erant futuri,& qui bona opera vel mala ex ꝓprio suo arbitrio essent facturi,& exinde vitā æternā merituri vel ꝑdituri.Hos igit̃ ꝑdestinauit,& alios reꝓbauit. Iste n.ab æterno oīa pñtialiter vidit,nullum habēs ꝑteritū aut futurū.Et iō de futura malorū dānatione tanquā sibi præsenti & tanquam causas ipsius damnationis præsentialiter videns potuit iudicare,& eos reprobare.Isti.n.vñr similes leprosis & bannitis seu relegatis,qui.s.sicut indigni à societate sanorum & bonorum reprobantur, & sententialiter expellunt. Ita quod anima sic reprobata vr̃ figurari in muliere cui vir suus libellum repudij dabat,& eam à se & a suo coniugio expellebat.Deu.24.Quia.s.deus ab æterno talem libellum scripsit,dicens illud Hier.6.Argentum reprobum vocate eos, quia dominus proiecit illos.Et breuiter dico quod peccatores dicuntur reprobi multiplici ratione, videlicet ꝑpter

Stultitiam qua sunt hebetati.
Luxuriam qua sunt inflammati.
Pigritiam qua sunt eneruati.
Facundiam qua sunt effrenati.
Cæcitatem qua sunt obscurati.
Vbertatem qua sunt denotati.
Voluptatem qua sunt delicati.
Vanitatem qua sunt eleuati.

Tales ergo reprobi possunt dici propter stultitiam qua sunt fatuati, quia.s.sicut dr̃ ad Rom. 1.Quia nō probauerunt habere deū in notitia, tradidit eos in reꝓbū sensum,vt faciāt ꝙ eis nō expedit.Itē isti reprobi dñr ꝑꝑ luxutiā qua sunt inflamati.vñ Eccl.9.ꝑꝑ speciē mulieris multi perierūt.Et ex hoc cōcupiscentia quasi igni exardescit. Sequit̃.Spēm mulieris alienæ multi admirati, reꝓbi facti sunt. Itē isti reꝓbi dñr ꝑꝑ pigritiā quā sunt eneruati,quia.s.isti nō vacant ad aliquod bonū opus.vnde ad Titum 1. Confitētur inquit se nosse deū,factis aūt negant,cum sint abominati & incredibiles,& ad oē opus bonum reprobi.Itē reprobi dici possunt ꝑꝑ facūdiā qua sunt effrenati seu inordinati, quia.s. isti non loquuntur moderate vel ordinate.vnde Eccl.20.Ex ore fatui reprobatur parabola,eo ꝙ non dicit eā in tēpore suo.Itē reprobi possunt æstimari & dici ꝑꝑ cæcitatem qua sunt deuiati.s.a fidei veritate.vnde 2.ad Timo.3.Resistunt inquit veritati circa fidē,sed vltra non proficient. Insipiētia.n. eorum manifesta erit omnib.Item isti reprobi dici possunt propter vbertatem qua sunt vacuati,quia.s.isti opulentia bonorum moralium carent & malorum copia clarent, spinas & tribulos producunt,bonos vero fructus non proferunt vnde ad Heb.6.dicitur ꝙ terra proferens spinas & tribulos reproba est & maledicta.Itē reprobi dici possunt ꝑꝑ voluptatē qua sunt delicati.Et iō Apostolus dicit 1. ad Corint.9. Castigo corpus meum,& in seruitutem redigo, ne forte cū aliis prædicauerim,ipse reprobus efficiar. Itē reprobi dici possunt propter vanitatem qua sunt eleuati. Vanitatem dico præsumptiōis & vanæ spei sicut de Esau dicitur Heb.12. ꝙ cupiens hæreditare benedictiōem,reprobatus est. Et causa redditur ibi,quia.s.antea vendiderant primogenita sua,& iō benedictionē quæ sibi non debebatur, præsumptuosē & vanē & indebite petebat.Patet igitur qualiter reprobat̃ stultus per dominica sanctionem.vnde psal. Dominus reꝓbat cogitationes.i.vanas ꝑsumptiones populorum, & reprobat consilia principum.Vnde etiā de reprobatione seu repudiatione aiæ peccatricis.dicitur Leu.21.& Eze.44.quod sacerdos viduā & repudiatā non ducet vxorem. Non mirum ergo si deus tales repudiatas non acceptat,& si propter ipsarū demerita ipsas reꝓbat atq; damnat.Aduerte tñ qd' talis reprobatio necessitatem peccandi non inducit, quia.s. liberū arbitriū homini dedit,quo videlicet peccator libere peccās mortē æternam incurrit.Vnde ipse deus illos qui de necessitate peccare se dicūt,redarguit Esa.50.vbi ait; quis est inqt iste liber repudij matris vestrę quo dimisi eā?aut quis est iste creditor cui vēdidi uos?Ecce.n.in iniquitatib.uestris venditi estis,& in scelerib.vestris dimisi matrē vestrā. quasi diceret.Talis repudiatio aut reꝓbatio ꝑꝑ peccata vestra à deo, ab æterna præsentia fit,libertatem tñ arbitrij nunq̄ tollit,q.s.tēpus nostrum quo peccamus,cum ipsa dei æternitate concurrit,temporisq; successio q̄ nos mensurat æternitatis dei præscientia non immutat.Et si vis adhuc aliquantulum dilatare,dic quod deus nō solum malos reprobat,immo etiam malos,

malos,& malis,& mala redarguit & exprobat.Quia ſpāliter iſte duob.generib.hoīum pc̄tōrum inſultat &; exprobat in ſcriptura,videlicet nolētib.pænitere,& fidei nolentibus adhęrere.De nolentib.n.pænitere dr̄ Mat.11.ꝙ Ieſus cepit exprobare ciuitatib.in quib.factæ fuerant plurimæ eius virtutes.quia nō egiſſent pnīam.De incredulis vero & fidei adhærere refutantib.dr̄ Marc.6.ꝙ Chriſtus recūbentib.diſcipulis apparuit,& exprobrauit incredulitatē illorum & duritiam cordis,quia ijs qui viderant illum reſurrexiſſe , nō crediderant.Patet igitur ꝙ reprobatur ſtultus per dn̄icam ſanctionē,& hoc eſt tertiū.¶Quarto vero dico ꝙ reꝓbatur fractus hoc eſt dictu,pauper & egeſtate contemptibilis , fractus per tyrannicam preſſionem.Conſtat.n.quod pauperes & ſimplices à malis non probantnr,& ab ipſis non releuantur,ſed aggrauantur 1.Reg.15.Quicquid aūt vile fuit & reprobum,demoliti ſunt.Vt ſic dicat quilibet taliter à talib. reprobatus illud pſal.Dum confringuntur oſſa mea,exprobauerunt mihi qui tribulant me inimici mei. Et tamen iſti deberent aduertere ad illud quod dr̄ Prouer.14.quod .ſ. ille qui calumniatur egentem exprobrat factori eius , honorat autem eū qui miſeretur pauperis.Patet ergo ꝙ reprobatur,ſeu exprobatur factus per tyrannicam preſſionem.Sufficit &cæ.

A **Reptile.Reptilia.** Cū reptilia ſint animalia circa terram repentia,quæ à reptando dicta ſunt reptilia,notandum quod per reptilia poſſunt intelligi

Occulti tentatores.
Auari peccatores.
Affectus vagatores.

Repunt.n.demones circa nos per tentationes inuenenando, quia ſicut dr̄ in p̄s. Hoc mare magnum & ſpatioſum manib.illic reptilia quorū non eſt numerus.Qđ Amb.in ſermone de confeſſione,de demonibus ponit.¶Repunt auari circa terrā ſolū terreſtria diligendo. Mich.7.Sicut reptilia terræ perturbabunt.¶Repunt ēt carnis affectus in nobis nos ꝑ delectationes inficiendo , & per cogitationes moleſtando.Vn̄ Ezec.8.Omnis ſimilitudo reptiliū depicta erat in pariete.¶Si vis dic vltra ꝙ per reptilia intelliguntur pc̄tōres,qui affectione & occupatione nō ceſſant repere circa terrā.Et ſic nota ꝙ nos īuenim⁹ Reptilia q̄

Fædant tangentem.
Spernunt regentem.
Gubernant gentem.
Feriunt cogentem.

Peccatores ergo dn̄r reptilia, quia fædant ſe cōtingētes. Immunda.n.erant ſm̄ legē reptilia,& iō quicquid tāgebāt,immundū faciebant.Sic vere pc̄tōr quicquid per ſocietatē frequentat & tangit,immundū & ſimile ſibi reddit . Leu. 5.Aīa q̄ tetigerit aliquid immundū aut quodlibet reptile , rea erit. Et Leu.22.dr̄ ſic.Qui tāgit reptile,immūdus erit. Itē q̄a ſpernunt ſeſe regentes.Abacuc 1.Facies hominis ſicut piſces maris,& ſic reptilia non habentia ducem.Item quia regunt populos & gentes.Lacertæ.n.& ſcarabei & alia reptilia aſcendunt ſuper tecta.Sic mali ſunt illi qui præ cæteris ad altas dignitates aſcendunt.Sicut.n.dr̄ Ezec.8.Omnia genera reptilium depicta erant in parietib.templi,ipſiſq; thurificabatur, & contra deum a populo colebantur.Quia.ſ.mali ſunt illi q̄ parietes templi eccleſiæ præ cæteris aliquando tenent & occupant , & quos alij hodie exaltant & honorant . Ad quod etiam facit illud quod dicitur Act.1. vbi beatus Petr⁹ dicit ꝙ in lintheo ſibi miſſo de cælo ipſe videbat quadrupedia terræ,& beſtias,& reptilia,& volatilia cæli.Quia re vera in lintheo Petri.i.in eccleſia.q̄ fuit à principio cælitus ſibi data & miſſa habitant hodie omnia genera peccatorum, ſcilicet quadrupedes.i.illi quos quatuor regunt affectiones.Beſtiæ.i.illi q̄ ſenſu carent per ignorantias & obliuiones.Reptilia.i.illi qui mundi querunt occupationes. Volucres cæli.i. illi qui alta ambiunt ꝑ ſuperbias & elationes.Illic ergo reptilia quorum non eſt numerus.Itē finaliter pereunt per penas ingentes.ſ.in inferno.Vnde Gen.7.Conſumpta eſt omnis caro quæ mouebatur ſuper terram,volucrum,animantiū, beſtiarum,omniumq; reptilium quę repebant ſuper terram.In bono vero ſignificato dic ꝙ reptilia ſunt boni ruſtici & laborantes,qui circa terram præ cæteris intendunt.Iſti enim.

Cum deo ſunt colligati.
In deo ſunt occupati.
Per deum ſunt liberati.

Colligati dico ſeu confęderati . vnde Ozeæ . 2. Percutiā. fædus in die illo cum beſtia agri,& cum volucre cæli , & cū reptili terrę,& dormire eos faciam fiducialiter.Occupati ēt .i.in laudib.Dei.vn̄ in p̄s.Laudent illum cæli & terra mare & omnia reptilia in eis.Liberati inſuper, ſ.a ſubmerſione damnationis æternæ.Vnde Gen.8.Omnia reptilia egreſſa ſunt de arca ſecundum genus ſuum.Et hæc de reptili ſufficiāt in bono & in malo &c.

Reputare.Reputás.Reputatus. A

Nota quod reputare,ſumitur pro æſtimare,opinari , credere,aſſcribere,iudicare.Igitur dicam breuiter quod ſiue actiue ſiue paſſiuè loquimur,nos inuenimus in ſcriptura multiplex reputare.Eſt enim reputatio quæ eſt

Verax & certiſſima.
Fallax & nequiſſima.
Audax & ſtultiſſima.

Primo igitur dicam quod eſt reputatio cognitionis veracis.Et iſta eſt illa qua deus & vir iuſtus res appreciāt & reputāt quātū valent.Et ſic dicam quod iſti reputant

Culpæ ſtatum vilem & ſordidum.
Mundi ſtatum vanum & fluidum.
Iuſti ſtatum ſanctum & fluidum.

Igitur dico ꝙ iuſti reputant culpæ ſtatum abominabilem.Et ſic de diuerſis generib. immūdorū animalium & reptilium dicitur Leuit.11. Omnia hæc immunda ſunt vobis,hæc quoq; inter polluta reputabūtur . Et ſic dicat illud p̄s.Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ.Item iuſti reputant mundi ſtatum parum durabilem, & ſic de vana mundi lætitia dicitur Eccl.2. Riſum reputaui errorē,& gaudio dixi.Quid fruſtra deciperis ? Et de gloria hic viuentium & dominantium dicitur Eſa. 40. Ecce inquit gentes quaſi ſtilla ſitulæ,& quaſi momentum ſtare reputatæ ſunt.Sequitur.Omnes gentes quaſi non ſint,ſic ſunt corā eo, & quaſi nihilum reputatę ſunt.Et Act.16.Magnæ dianæ templum in nihilum reputabitur. Vnde & de mundi diuitib. dicatur illud Dan.4.Habitatores terrę in nihilū reputati ſunt. Item deus & ſancti reputant iuſti fructum dignum, & nobilē,quia.ſ.& deus & ſancti viros iuſtos reputant & æſtimant omni honore tp̄ali & cæleſti dignos ſicut de fideli Abrahā dr̄ Gen.15.ꝙ credidit Abraham deo,& reputatum eſt ei ad iuſtitiā.Et de Zelo legis quem habuit phineæs,dicitur in p̄s. ꝙ ſtetit phineæs & placuit &c.& reputatū eſt ei ad iuſtitiā &c.Cuius tamen in multis videtur hodie contrariū, quia,ſ. multi ſunt ita impij & ſuperbi quod nullum reputant aliqd valere,niſi ſe aut ſibi ſimiles.Vn̄ de impio dicitur Eſa.33.Diſſipatæ ſunt viæ,ceſſauit tranſiens per ſemitam,irritum factū eſt pactum,proiecit ciuitates,non reputauit homines. Et ſic igitur patet quod eſt reputatio cognitionis veracis. ¶Scđo dico quod inuenitur reputatio opinionis fallacis.Et iſta certe eſt illa qua mali reputant bona eſſe mala,vel etiam bonos malos.Et ſic nota quod hi Reputant B

Fatuos vigere.
Pauperes fætere.
Deum nil videre.
Iuſtum non valere.

Reputant dico ꝙ vigeat ſtultorum poteſtas.Vnde iſti nihil reputant niſi ſtatum & gloriā mūdanorum.Vnde de mundi gloria & proſperitate dicitur Deut.2.Terra gigantum reputata eſt,& in ipſa olim habitabant gigantes.¶Reputant etiā ꝙ fætant pauperum egeſtas.Nihil enim reputant pauperes & egenos.Vnde iſti videntur dicere de paupere illud Eſa. 53. Et nos reputauimus eum quaſi leproſum,& ꝑcuſſum a deo, & humiliatum.Sequitur.Et cum ſceleratis reputatus eſt. ¶Reputant inſuper quod non videat diuina maieſtas , quia ſcilicet eo quod dei patientia iram ſuam non oſtendit,videt̄ quod mali ipſum reputant non videre.Nam ipſi dicunt.Ezech.8.Dereliquit dominus terram,& dominus non videt . vt ſic de deo videantur dicere illud Eſa.53.Quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus , vnde nec reputauimus eum. Vnde Iob 22.Quaſi nihil poſſet facere omnipotens,ęſtimabant eum. Reputāt nihilominus quod nil valeat ſanctorum honeſtas.Vnde de hoc quod iſti nihil valere reputant viros iuſtos,poteſt dici illud Threnorum 4.Filij ſyon & incliti eius amicti auro primo,quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli.Vt ſic talibus dicant ipſi iuſti illud Iob 18.Reputati ſumus vt iumenta,& ſorduimus coram te.Patet igitur quomodo inuenit̄ reputatio opinionis fallacis.¶Tertio vero dico quod inuenitur reputatio præſumptionis audacis,quia.ſ.mali & ſuperbi ſeipſos reputant vltra debitum honore & gloria dignos eſſe.Exemplo.ſ.aman,de quo dicit̄ Heſt.6.qđ honorādum à rege ſummo honorē iudicauit extollendū.Reputans inquit neminem alium quam ſe hono- C

rare

rare vellet.vt & de illo qui fortitudinem ſuā reputat nimis mãgnā,deriſoriè dicatur illud Iob.41.Reputabit inq̄t quaſi paleas ferrū,& quaſi lignū putridum æs,& non fugabit eum vir ſagittarius.in ſtipulā verſi ſunt ei lapides fundæ. Sic igiť patet ꝙ triplex reputatio reperitur.ſ.Stulta & præſumptuoſa.Falſa & pniciosā.Vera atq; virtuoſā.De reputatione peſſima,inquãtū.ſ.pōt ſignificare bonā,vel malā famā multa poſſent dici,ſed auctoritates deſūt ad ꝓpoſitū iſtud. Vide ſupra de noīe,de noſcere, & d̄ fama & opinione, & vbi putare &c.

A Requies.Requieſcere.

Nota ꝙ requieſcere qn̄q; accipitur ꝑ ceſſare.Et ſic dr̄ Eſa.13.Requieſcere faciā ſuperbiā infideliū.Aliqn̄ ſumiť pro dormire.ps.In pace idipſum,dormiā & requieſcam.Aliqn̄ vt cōiter ſumitur pro à labore deſiſtere,& pro dilationem & contemplationem habere.Et ſic cōiter ſumitur in ſcriptura.Sic ergo notemus quod in ſcriptura multiplex requies inuenitur.Eſt enim requies.

Interna. — Prima ſignificat mentis tranquillitatem.
Externa. — Secunda deſignat mentis proſperitatem.
Aeterna. — Tertia denotat cæli fælicitatem.
Subterna. — Quarta ſignat mortis finalitatem.

¶Prima eſt requies virtuoſa.Scd̄a eſt requies vitioſa.Tertia eſt requies gaudioſa.Quarta eſt requies doloroſa.Prima eſt requies hoīum perfectorum,qui.ſ.labores ſeculi dimittēs in ſolo domino requieſcunt.De quo Hier.31. Vadet ad requiē ſuā Iſrael.Secunda eſt requies diuitum mundanorū. De qua Eccl.31.Laborauit in congregatione ſubſtantiæ, & in req̄e ſua replebitur bonis ſuis.Tertia eſt requies ſanctorum triumphantium.De qua in pſal.Hæc requies mea in ſeculum ſeculi,hic habitabo,qm̄ elegi eā.Quarta eſt requies oīum morientium. De qua Iob 3.Nunc.n.dormiens ſilerē, & ſomno meo requieſcerem.De quadruplici ergo requie.ſ.interiori. Exteriori.Superiori & Poſteriori aliquid eſt dicendum.¶Primo dicamus ꝙ eſt quædam requies interior & virtuoſa. Et iſta eſt requies mentis in deo per amorem & deſiderium quieſcentis.Omnia.n.quæ ſunt,in locis proprijs requieſcunt. Et cum locus proprius aīæ ſit ſolummodo ipſe deus hinc eſt ꝙ in ipſo ſolummodo requies eius. Piſcis.n.non quieſcit extra aquā.Homo non quieſcit extra patriam. Membrum non quieſcit extra ſui loci exiſtentiam.Quia piſcis extra aquam corrumpitur.Peregrinus extra patriam laboribus afficitur. Membrum detruncatum magnis doloribus affligitur.Sic vere cum deus ſit locus & patria cordis noſtri,reſtat quod cor noſtrū non poteſt alibi requiem inuenire,immo quãdiu extra locum iſtum per peccatum fuerit,& quamdiu diuagãdo per mundum ab ipſo peregrinus extiterit,tãdiu habet doloribus & laboribus & corruptionibus ſubiacere,& ab oī requie longe eſſe Patet in mundi peccatorib & diuitibus, qui pro certo non habent requiem nec in corde nec in corpe, nec in animo,nec in mundo.Quia.ſ.in corde laborãt per varios amores & affectiones.Iuxta illud Iob.30.Interiora mea afferbuerunt abſq; vlla requie.In corpore vero diſcurrūt ꝑ infinitos labores & afflictiones.Figurati in ſpiritu immundo:Luc.11.qui ambulat per loca deſerta & inaquoſa,quærēs requiē & non inuenit,immo finaliter dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui.Quia procul dubio homo qui in locis deſertis,inuijs & inaquoſis huius mūdi.ſ.in officijs ſecularib.in delicijs corporalibus,in diuitijs temporalibus vult requiem q̄rere impoſſibile eſt inuenire.Thre.1.Migrauit iudas propter afflictionem & multitudinem ſeruitutis,habitauit inter gentes,nec inuenit requiem.Quinimmo neceſſe habent ad dominum deum,ſicut ad refugium ſuum à quo per peccatum receſſerant,reuenire,ſi volunt requiem reperire, dicentes illud pſal.Cōuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi.Et illud pſal. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ,& volabo & requieſcam? Vbi aduerte ꝙ ad mētis requiē habendam quatuor ſunt neceſſaria,videlicet mentis ſedulitas,qua requiem ſolet requirere. Quis dabit mihi inquit.Mentis agilitas,quæ requiem poteſt acquirere.Pennas inquit.Mentis ſimplicitas,quæ requiē ſolet diligere.Colūbæ inquit.Mentis ſagacitas,quæ requiē nouit eligere.Volabo inquit.Nā requiem requirit affectio deſideratiua, Quis dabit Nā requiem acquirit perfectio mentis erectiua.Pennas inquit.i.virtutes.Nam requiem diligit cōditio pacis amatiua.Colūbę.Nam requiem eligit diſcretio deliberatiua.Volabo inquit.Primum ꝓbat amoris deſideriū.Quis inquit dabit mihi.Secundū probat valoris opertorium.Pennas inquit,ꝑ quas.ſ.virtutes ſignificantur.Tertium ꝓbat timoris miniſterium.Columbæ inquit,quæ.ſ.ſp timet,& iō diligit pacē & requiē.Quartū vero ꝓbat honoris magiſteriū, B cum dr̄ Volabo.¶Dico igiť ꝙ ad requiē mentis habendā requiritur affectio deſideratiua,quod oñdiť cū dr̄.Quis dabit mihi.Ille.n.qui continue ab hoſtib.fatigatur,ſumme ſolet pacē & requiē deſiderare,& eā prece vel precio procurare, maxime qn̄ videt ꝙ nequit ſe defendere vel ſaluare. Sic vere q̄adū ſumus in corpore,ſumus ſicut in caſtro obſeſſo, in quo à diuerſis hoſtib.i.à varijs tentationib.impugnamur,iō neceſſe eſt ꝙ requiē & pacē cordis deſideremus,& ipſam totis affectib.procuremus.Quis dabit inquit mihi.q.d.Ego indigeo Sic videbatur deſiderando loqui ſponſa.Cant.3.dicēs.Quis mihi det vt īueniā te fratrē meū ſolū foris, & oſculer te? Et illud Hie.9.Quis dabit capiti meo aquā?&c. Quia ꝓcul dubio req̄es ſpiritalis debet deſiderari & ſūmo ſtudio ꝓcurari.Omnia.n.quæ ſunt,mouentur naturaliter ad locum vbi poſſint requieſcere,& ſedere,ſicut patet de igne, qui hic inferius detentus nunquā quieſcit,immo ſemper eſt in motu, ſemper appetens ſurſum ferri,vt in ſphæra propria requieſcat.Sic vere vbicunq; detineať hō hic inferius,nūquā inuenit requiem,nec in officijs nec in beneficijs huius mūdi. Et iō ſi ſit hic inferius per malas complacentias alligatus,ſemper debet deſiderare qd̄ diſſoluatur,& quod ad requiem ꝓpriæ ſphæræ.i.ad tranquillitatem proprię conſcientię reducatur,dicēs.Quis dabit mihi?ſupple requiem. Et ſic deſiderando q̄rebat requiē ille qui dicebat.Eccle.24.Gyrum cœli circuiui,profundum abyſſi penetraui,in fluctibus maris ambulaui,& in omni terra ſteti,in oīb.primatum habui,excelſorum & humilium colla calcaui,& in omnibus his requiē q̄ſiui.Vbi oñditur quod requies ſpiritalis eſt quærenda, cælū circueundo per contēplationem.Abyſſum inferni penetrando per meditationem.Fluctus maris ideſt mundi amaritudines perambulando per patientiæ roborationem. In terra.i. in terrena proſperitate ſtando per ipſius conculcationē, & per nullam animi depreſſionem.In omni populo primatum tenēdo ꝑ debiti regiminis ordinationem.Excelſorum & humilium.i.ſuperborum & hypocrytarum colla calcãdo per ipſorum deteſtationem.In his.n.omnib.requies quęritur,& per iſta ſupradicta hæreditas domini.i.pax & trãquillitas inuenitur.Et ſic ergo dico ꝙ ad iſtam requiem habendam neceſſaria eſt affectio inueſtigatiua ſeu deſideratiua. Quis inq̄t dabit mihi.¶Deinde dico quod ad iſtam requiem habēdam neceſſaria eſt perfectio alleuiatiua.Pennas inquit.quia.ſ.neceſſe eſt quod hō habeat pennas virtutum,quib.ſ. poſſit acquirere requiem iſtam.Sicut.n.aues fluuiales in aqua requieſcunt & delectantur mediantibus pennis ſuis quib.videlicet corpora earum alleuiantur ne inferius ſubmergãtur,ſic vere viri iuſti in aqua huius fluxibilis vitæ ſpiritaliter in domino requieſcunt,quando pennis virtutum induuntur & ſupportantur.Et de hoc diciť in pſal.Si ſumpſero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris.Ac ſi diceret ꝙ in mari huius vitæ non poteſt aliquis quieſcere aut manere ſine pennis virtutum.Eſa.40.Aſſument pennas vt aquile current,& non laborabunt,volabunt,& non deficient. Et nota hic ꝙ animalia ſancta quæ vidit Ezechiel, habebant pennas per quatuor partes ſicut dicitur Eze.1. Ad denotandum ꝙ illi qui mediantibus pennis,virtutum volunt in dño requieſcere debent quatuor ſpirituales pennas.i.quatuor ſpeciales Virtutes acquirere & habere.Et iſtæ ſunt ſcilicet.

Spes ſupernorum.
Timor infernorum.
Horror terrenorum.
Vigor animorum.

Iſtæ enim ſunt quatuor pennæ quibus vir ſpiritualis diuerſimode volat ſ.Spes,Timor, Temperãtia,Patientia.Spes.n.volat ſurſum ad cæli fælicitatem.Iſta.n. eſt in anima ſicut anchora in naui,quæ.ſ.facit nauim requieſcere in mari ſtabiliter & ſecure,& quæ facit eā maris & venti impetus non timere, quia.ſ.qn̄ anima per anchoram ſpei ſuperius in interiori vel animis paradiſi firmiter radicatur, conſtat ꝙ non obſtantib.huius mundi fluctibus, ſpiritualiter requieſcere comprobatur.ps.Caro mea requieſcit in ſpe. Et Iob 11.Requieſces,& non erit qui te exterreat, & habebis fiduciā ꝓpoſita tibi ſpe.Timor volat deorſum ad iferni pœnalitatem.

pænalitatē.Pæna.n.timoris eſt illa qua ſancti volant in infer
num per conſiderationem tormētorū,& iſta ēt facit requie
ſcere hoiem:quia deprimit eū per humilitatem.Res.n. infi-
mæ & depreſſæ ſunt magis quietæ,ſicut patet de terra. Res
vero altæ ſunt in periculo & in motu , ſicut patet de cælo.
Quia.ſ.hoies inferiores ſunt in requie mentali:ſuperbi ve-
ro & ſuperiores ſunt in motu & labore cōtinuo tēporali.Et
iō ꝙ pæna timoris faciat animā requieſcere,patet Num.21.
vbi dicitur ꝙ ſcopuli torrentium inclinati ſunt,requieuerūt
in arnon.Arnon.n.iterpretatur arca mæroris,ſignans timo-
rē diuinum,in quo ſcopuli inclinati requieſcunt,i.in quo vi
ri humiles delectantur. Temperantia volat dextrorſum ad
mundi proſperitatem.Homo.n.in mundi proſperis non re
quieſcit.non enim habet pennam tēperantiæ, per quā ſciat
vti mundi proſperis moderate.Temperantia.n. introducit.
contemptum rerum,eo.ſ.ꝙ non diligit res ꝓpter,à ſe ſed ꝓ
pter neceſſitatem,non ſuperfluè,ſed moderatè, non auarè,
debitè,& iuſtè.Exemplo apoſtoli,dicentis ad Phil.3.Omnia
arbitratus ſum vt ſtercora,vt Chriſtum lucrifaciam,& inue
niā in eo requiem.quaſi dicat.Sine contemptu terrenorum
non inuenit requies ſpiritalis.Patientia vero volat ſiniſtror
ſum ad mundi aduerſitatem.Penna.n.patientiæ facit hoiem
requieſcere ēt in aduerſis.Iſta.n.eſt ſicut mandragora, quæ
ita facit hoiem requieſcere & dormire, quod nō ſentit ſi ab
aliquo ſecetur aut ſcindat.Vñ talis patiens pōt dicere illud
Abacuc 3.Requieſcā in die tribulationis,& aſcendā ad po-
pulū accinctū noſtrū.Et illud Gen.49.Vidit requiē qđ eſſet
bona,& ſuppoſuit humerū ad portādum,& factus eſt tribu
tis ſeruiens &c.Iſtæ ergo ſunt quatuor pennæ,i.quatuor vir
tutes quæ ſunt neceſſariæ ad requiem mentis habēdā. Quia
ſicut dictum eſt,ad hoc requiritur perfectio alleuiatiua. Pē
nas inquit.¶Deniq; dico quod ad iſtam requiē requirit in-
tentio pacis amatiua,quod oſtenditur cum dicitur. Colum
bæ.Columba enim eſt auis ſimplex & quieta,pacifica & mo
deſta,pace gaudens & ſocietate,pacificè requieſcens,ſignifi
cās illos qui ſunt ſimplices,humiles & benigni, qui tūc ſunt
in requie & gaudio,quando ſunt in pacis & concordię con
iugio.pſal.Si dormiatis inter medios cleros pennæ colum-
bæ deargentatæ.Columba enim eſt pacifica.Vnde de ea di-
citur Geneſ.9.quod nos inueniēs vbi requieſceret pes eius,
redijt ad Noe in arcam.Et ibidem legitur quod in ſignum
pacis hominibus reſtitutæ,ipſa poſtmodum ramum virētis
oliuæ in ore ſuo portauit.Vnde talis poteſt dicere illud pſa.
In pace idipſum,dormiam & requieſcam.Sit ergo in tali in-
tentio pacis amatiua.Inſuper dico quod in eo debet eſſe di
ſcretio deliberatiua,quod oſtenditur cum dicitur Volabo.
deliberatiuè loquendo,quod ſcilicet deliberare eſt opus ho
minis ſapientis. Et bene dicit.Volabo.& requieſcam, quia
vere ad hoc quod homo poſſit requiem mentis habere,ne-
ceſſe eſt eum per cōtemplationem volare,& per mundano
rum contemptum ſe à nocumētis elōgare.Multa enim ſunt
in mundo quæ turbant requiem & pacem.Vide ſupra de ſe
ptem quæ pacem & requiem perturbant,in titulo de pace.
Quia igitur in iſto mundo infinita ſunt quæ requiem mētis
turbant,neceſſe eſt quod omnia iſta fugiat, & quod volan-
do per contemplationem à mūdi tumultib.ſe abſcōdat. Vo
labo inquit Apoc.12.Datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ vt
volaret in ſolitudinem.Marc.6.Venite ſeorſum in deſertum
locum,& requieſcite.Sic igitur patet quod quatuor ſunt ad
requiem ſpiritualem neceſſaria,ſcilicet

Sagax diſcretio.
Simplex conditio.
Morum perfectio.
Ardens affectio.

Et iſtud eſt primum principale.Iſta eſt ergo reqes interior & virtuoſa. ¶Secundo
principalr dico ꝙ eſt quædam reqes exterior & vitioſa. Et
iſta eſt illa requies malorum,qui.ſ.requieſcunt & delectant

In prauitatibus & in vitijs.
In poſſeſſionibus & diuitijs.
In carnalitatibus & delicijs.
In dignitatibus & officijs.

Requieſcunt dico in vitijs & prauitatib. ſimiles porcis, qui in luto & fæci-
bus requieſcunt,& ibi dormiunt & pingueſcunt vbi tamē
nullum animal debet requiem inuenire,quia.ſ.porci.i. pec-
catores ita habent appetitum corruptum,ꝙ ipſi in immun-
ditijs peccatorum delectationē inueniūt & quietem,vbi tñ
omnis homo debet inuenire triſtitiā & dolorē. Vnde nota

Superbi requieſcunt in honoribus.
Auari requieſcunt in ardoribus.
Luxurioſi requieſunt in fætoribus.
Inuidi requieſcunt in doloribus.
Iracundi requieſcunt in furoribus.
Guloſi requieſcunt in ſaporibus.
Accidioſi requieſcunt in torporibus.

Eſt igitur quædam requies ſuperborum, qui ſcilicet requie-ſcunt in honoribus.Vnde ſuperbi ſunt illæ volu
cres cæli,de quibus dr̄ Lu.13.vbi loquitur de ſinapi quæ eſt
herba aſpera,& lachrymarum inductiua,& tamen dicit ibi
dē ꝙ volucres cæli requieuerunt in ramis eius,quia .ſ. emi-
nētiæ huius ſæculi quamuis multas acerbitates & multas la
chrymarum cauſas habeant,ipſæ tñ ſunt requies volucrū .i.
ſuperborum.Eſa.15.requieſcere faciā ſuperbiam infideliū.
Vnde Ezec.24.Tolle ab eis fortitudinem & gloriam digni-
tatis,& deſiderium oculorum,ſuper quæ requieſcunt ani-
mæ eorum.Et nota ꝙ hic oſtendit tres cauſas ſuperbię.ſ.

Fortitudinem & poteſtatem.
Celſitudinem & dignitatem.
Pulchritudinem & oculorum delectabilitatem.

Eſt etiam quędā requies auarorū, qui reqe ſcunt in ardo-
rib.ſimiles ſalamandræ,quæ requieſcit in igne.Quia tales in
igne & ardore auaritiæ quem continue ſentiunt in acquirē
do,ſuper omnia delectantur.Vnde de auaris poteſt intelli
gi illud Eſa.13.Requieſcent ibi beſtiæ, & implebuntur do-
mus eorum draconib.Dracones.n.ignem ſpirantes,auaros
deſignant,qui in diuitijs requieſcunt temporaliter,& tamē
abſq; requie intus ardēt cordialiter.Iob 30. Interiora mea
efferbuerunt abſq; vlla requie.Item eſt quædam requies lu
xurioſorum,qui requieſcunt in fætoribus,quia.ſ.iſti delectā
tur in rebus & membris fætidiſſimis,ſimiles vpupæ,q̄ quam
uis ſit auis colorata,criſtata & valde pulcra, eſt tamē valde
immunda,quia in nido de ſtercoribus canis facto dormit.
Sic iſti quāuis ſint pulchri corpore,ſunt tamen valde immū
di & fætidi in opere.Et de hoc Hier.48. Fertilis fuit Moab
ab adoleſcentia ſua,requieuit in fæcibus ſuis, in captiuita-
tem non abijt.Vbi etiam oſtendit tria quæ luxuriam indu-
cunt,quæ.ſ.ſunt.Rerum opulentia.Fertilis inquit fuit. Gra-
tiæ inſolentia . Ab adoleſcentia,inquit. Laboris carentia.
Quia in captiuitatem non abijt.Iſti ergo requieſcunt, & eſt
tamen iſta falſa requies & non vera,ſicut eſt requies ſomniā
tium terribilia,qui plus laborant requieſcendo & dormien
do quam facerent vigilando.quia.ſ.omnibus conſideratis,
plus eſt in iſto vitio de labore quàm de requie, quod bene
figuratum eſt in Dalila,quæ ſicut dicitur Iudicum 15.mole
ſta erat Sanſoni per multos dies, nec ei ad requieſcendum,
ſpatium tribuebat.Item eſt quædā requies inuidorum, qui
requieſcunt in mꝑoribus, quia ſcilicet iſti gaudent de illis
de quibus conſuetum eſt dolere, ſcilicet de infortuniis alio
rum.ſimiles Syrenis & Delphinis,qui magis delectantur,&
gaudent in tpe tēpeſtatis quam ſereno.Vnde Num.21. Sco-
puli torrentium inclinati ſunt,requieuerunt in arnon.Arnō
enim interpretatur arca mæroris,quia, ſ.iſti requieſcunt in
mæroribus vicinorum.Et nota quod iſti dicuntur ſcopuli,
propter aſperitatem.Dicūtur torrentes,à torreo torres,q̄a
torrentur per doloris immenſitatem.Item eſt quædā reqes
iracundorum qui requieſcunt in cruoribus ſeu in furorib.
Et iſti ſunt tyranni,quorum requies & delectatio tota eſt in
ſanguine & in ira.Exemplo leonis qui tunc eſt in gaudio &
requie quando poteſt ſangninem bibere animalium inno-
centium occiſorum.Leo enim eſt animal iracūdum, impiū,
& crudele. Sic iſti & cætera. Vnde Geneſi.49.Ad prædam
aſcendiſti fili mi,requieſcens accubuiſti vt leo:Eccleſiaſtici
7. Ira in ſinu ſtulti requieſcit.Item eſt quædam requies gu-
loſorum,qui requieſcunt in ſaporibus, dicentes illud Lucæ
12.Anima mea,multa bona habes repoſita annos plurimos,
requieſce,comede,bibe,epulare.Sed vere triſte eſt valde qđ
ſequitur.Stulte,hac nocte repetent animam tuam à te;& cę
tera.Item eſt quædam requies deſidioſorum,qui requieſcūt
in torporibus, dicentes illud Eccleſiaſtici 4. quod melior
eſt pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum
labore. Quibus dicitur Prouerbiorum 6. Vſquequo pi-
ger dormis? Vſquequo de ſomno conſurges? parum inquit
dormies,modicum dormitabis,pauxillum conſeres manus
tuas vt quieſcas & veniet tibi,quaſi viator,egeſtas,& mendi
citas,quaſi vir armatus.Ecce ergo quomodo multipliciter

 requieſcunt

requiescũt mali in mundi ꝓsperitate. Ideo de tali requie dr̃ Neem.9. Cũq; requieuissent, reuersi sunt vt facerent malũ. Et certe requies mundanæ prosperitatis, & requies interne malæ cõplacentiæ & voluptatis, cã est oĩs malitiæ & iniquitatis. Exo.8. Cumq; requieuisset, induratũ est cor Pharaonis Ista est ergo requies exterior & vitiosa. ¶Tertio principal'r dico ꝙ est requies superior & gloriosa. Et ista est reqes beatorum. Res.n. tanto magis est in requie quanto magis cõiungitur rei immobili & quietæ. Quia igĩ beati immediatissime coniungunt ipsi deo qui est immobilis & quietus, hinc est ꝙ in perpetua sunt quiete & pace. Et iõ sicut milites qui diu militauerunt, nautæ qui diu nauigauerũt, operarij qui diu laborauerunt, peregrini q̃ diu extra domũ fuerunt, solent finẽ laborũ, viarũ, ꝑmiorũ & exiliorũ desiderare, & ꝑmiũ, portũ, domũ & requiẽ affectare, sic & nos hic q̃ sumus dũ viuimus sicut milites dimicantes (Iob 7. Militia est vita minis super terrã) sicut nautæ transfretantes (Eccl. 43. Qui nauigant mare, enarrãt mirabilia eius) sicut operarij laborantes (Mat.20. Voca operarios, & redde il is mercedem) sicut etiam peregrini per seculum transeuntes (2. Corinth 5. Quandiu sumus in corpore, peregrinamur a dño) debemus paradisum sicut locũ & portũ q̃etis appetere, & vt ibidem quiescamus, illuc totis affectib. debemus anhelare, iuxta dictum Apostoli dicentis, ad Hebræ.4. Festinemus ingredi in illam requiem. Et causam reddit ibidem, dicens quod q̃ ingressus est in illã requiem, requieuit in ipso operibus suis Et ideo bene dicit Festinemus, scilicet

Ad locum tutiorem. Vide eam supra
Ad pastum suauiorem. Et rõ quare de
Et ad agrum vberiorem. beat appeti requies ista, ponitur Esa.32. vbi ponuntur cõditiones istius loci, dicendo sic. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Quia scilicet ibi sedet Irascilis in pulchritudine pacis. Ratiõalis in tabernaculis fiduciæ. Concupiscibilis in requie opulenta. De conditionibus autẽ istius requiei possumus hic aduertere ꝙ est ibi tranquillitas excludens laborẽ. Sedebit inquit. Societas concludens requiem. Populus meus. Amœnitas cõtinẽs decorem. In pulchritudine. Suauitas auferens dolorem. Pacis. Securitas non timens terrorem. In tabernaculis fiduciæ. Fertilitas satiens ardorem. In requie opulenta. Est ergo ibi tranquillitas laboris exclusiua, & hoc ostenditur cũ dr̃ qđ ibi sedebit. Sedebit inquit. Sedere.n. significat carẽtiam motus laboris & constantiam status & vigoris, præsidentiam situs & honoris. Ibi.n. est laboris summa carentia, quia sicut dicitur Apoc.14. A modo iã dicit spiritus requiescant à laboribus suis. Ibi ẽt est vigoris summa constantia, quia .s. isti de cætero non possunt lædi quacunq; tribulatione. Abacuc. 3. Requiescam in die tribulationis &c. Ibi etiam est honoris summa præsidentia, quia sicut dicitur Gen.8. Arca .i. anima requieuit super montes Armeniæ.i. in celsitudine bonorum æternæ gloriæ. Ibi ergo est sedes. Sedebit inquit. Vt aĩa possit dicere illud Apo.18. Sedeo vt regina & vidua non sum. Est igitur ibi tranquillitas laboris exclusiua. Sedebit inquit Item ibi est cõitas amoris cõclusiua. Populus inquit meus. Perfecta.n. cõplacentia seu requies nõ põt esse cũ seipso solo sed magis cũ multitudine bonarũ lætarum, gratiarum & innocentium personarũ, q̃.s. oĩa concurrunt ibi, quia .s. ibi est populus, i. multitudo & communitas beatorum, quia sicut dicitur Hest.2. Rex Assuerus dedit requiẽ vniuersis. Quia scilicet sicut dicitur in psal. Iste est populus quem elegit dominus in hæreditatem sibi. Isti sunt populi qui confitentur domino in æternum. Iste est populus cuius dominus deus eius. Iste est populus de quo dicitur quod beneplacitum est domino in populo suo (filijs.s. israel) appropinquãti sibi. Constat igitur quod est ibi cõitas amoris conclusiua. Populus meus inquit. Item est ibi amænitas decoris cõtentiua. In pulchritudine inquit, quia scilicet ibi est pulchritudo dei, in quem desiderant angeli ꝑspicere 1. Pet 1. Pulchritudo beatæ virginis, quæ est pulchra vt luna, electa, vt sol, cui omnes appetunt reuerentiam facere. Pulchritudo angelorum, quã non posset lingua dicere. Pulchritudo animarum quam angeli solent diligere. Et possemus istam pulchritudinem conficere de diuersis coloribus, quia .s. ibi est color niueus in Maria & virginibus. Color igneus & rubeus in Christo & martyribus. Color aureus in apostolis & doctoribus. Color cælestis & azureus in platis & confessorib. quorum in cælis conuersatio fuit. Color niger seu terreus in eremitis & pænitentib. Est igitur ibi pulchritudo. Eccle 43. Pulchritudinẽ coloris admirabitur oculus. Et maxime ibi est Pulchritudo septem dotiũ &c. Sedebit ergo populus meus in pulchritudine. Ezech.23. Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te. Est igitur ibi amænitas decoris cõtẽtiua. Item est ibi suauitas doloris ablatiua. Pacis inq̃t, quia.s. ibi est pax ab omnibus impugnationibus interiorib. & exterioribus. Mentem enim non impugnabunt delectationes. Ibi.n. homo habebit pacem cum deo, cum proximo, cũ seipso. Ibi non impugnabitur ab inimicis, ibi non decipietur à falsis amicis. Vnde Luc.10. Requiescat sup illam pax vestra. Et Esaiæ 59. Veniat pax, & requiescat in cubili suo. Item ibi est securitas terroris expulsiua. In tabernaculis inquit fiduciç. In isto enim tabernaculo nihil timet hõ, nec mortẽ, nec infirmitatem, nec cuiuscũque tyranni aduersitatem. psalm. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? & cætera. Cuilibet enim beato videtur dominus dicere illud 2. Regum 19. Veni mecum, vt requiescas securus in Hierusalem. Et illud Iob 11. Habebis fiduciam proposita tibi spe, requiesces, & non erit qui te exterrat. Item ibi est fertilitas ardoris repletiua seu satiatiua. quia s. ibi est tanta abundantia requiei, quod ardorem desiderij ex toto satiat atque replet, quod ostenditur cum dicit. Opulenta. Iob 36. requies mensæ tuæ erit plena pinguedine Et Ecclesiastic.31. In requie sua replebitur bonis. Iudicum 18. Vidimus terram valde opulentam & latam. Ista est igĩt requies beatorum, quæ laboribus emitur, quæ peccatorib. interdicitur, quæ à sanctis hominibus inuenitur. Laboribus dico emitur, iuxta illud Ecclesiastici 51. Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. Peccatoribus etiam interdicitur Threnorum 4. Lassis non dabatur requies. Et in psalm. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Sanctis vero hominibus conceditur. Et ideo dixit Christus Matthæ. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Et sic patet quod est quædam requies superior & gaudiosa. ¶Quarto principaliter dico quod est quæ E
dam requies posterior & tædiosa, & ista est requies naturæ corporalis. Et ista secundum Mauricium est triplex, scilicet Sanitatis, Dormitiõis, & Mortis. Requies enim sanitatis est in disposita complexione. Ecclesiastici 38 Medici deprecabunt dominum vt dirigat eorum requiem & sanitatem. Requies dormitionis cõsistit in sensuum corporalium ligatione. Mar.14. Dormite iam & requiescite. Requies mortis est in laborum seculi exclusione. Ecclesiastic.22. Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit. ¶Quinto principaliter possum dicere quod est requies inferior, quæ est periculosa, scilicet requies inferni. De qua Esaiæ 13. Non figet ibi tẽtoria arabs, nec pastores requiescẽt ibi, sed requiescẽt ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, respõdebũt ibi vlulæ & syrenæ in ædibus voluptatis. Vbi ostenduntur multa genera peccatorum quæ in inferno requiescunt. Sed vide eam expositam supra & cætera. Sufficit. Vide supra de quiescere, & supra de Perfectione super vocabulo Noe, qui interpretatur requiescens.

Requirere.

Proprie loquendo nihil aliud est quã aliquid debitum expetere. Ille enim ꝓpriè dicitur requirere, qui illud quod alicui tradidit, vel de quo aliquis sibi tenetur, reperit. Et sic breuiter loquendo, dico secundum Mauricium quod.s. Requirit deus animas de prælatorum. Requirit prelatus bona opera de manib. subditorum. Requirit iudex vindictam de operibus impiorum. Requirit pauper auxilium de manibus dominorum. Requirit peccator misericordiam à facie vitiorum. Requirit vasallus dominum à facie inimicorum. ¶Primo ergo dico quod requiruntur animæ de manibus prælatorum. Ipsis enim traditæ sunt sicut oues pastoribus ad regendum. Et iõ quando propter defectum eorum pereunt, de ipsorum manibus requiruntur tanquam illa de quibus rationem reddere obligantur. Vnde Ezechiel. 3. ipse autem impius in iniquitate sua morietur, animam autem eius de manu tua requiram. A

quirā. Et iō iste pastor qui videt q; anima errantis, subiecti est ab eo requirenda, ipse primo debet eā requirere, & per correctionē ad viā salutis reducere, & ne pereat, ad domū ecclę verbo vel verbere facere reuenire. Vnde bonus pastor dicit Eze. 34. Qđ perierat, requirā, q; abiectū fuerat, reducā, qđ fractū fuerat, alligabo, q; infirmū erat, consolidabo, & q; pingue & forte, custodiā. Quia alias nisi sic faciāt, dn̄s dicit eis illud q; ibidē dr̄. Requirā gregē meū de manu eorū. Et loquit de pastorib. & de speculatorib. per quos, prælati intelligunt, qui sunt pastores, gregem domini gubernando, & speculatores, quæcunq; nocua præuidendo. Requiruntur ergo animę de manibus prælatorum. ¶ Secundo dico quod requiruntur opera bona de manibus subditorum. Sicut. n. agricola requirit fructus ab arboribus quas colit, sic deus & prælatus requirit bona opera à fidelibus quos regit. psal. Nonne deus requirit ipse. n. nouit abscondita cordis. Et alibi. Veritatem requirit deus, & retribuet abundanter facientibus superbiā. ¶ Tertio dico q; requirit vindicta de operibus impiorū. Vn̄ cōstat q; dominus requirit sanguinem & mortem innocentium de manu illorum qui eos occiderunt. Requiritur dico ad vindicandum & puniendum, & sic de alijs iniquitatibus, qa sicut dr̄ Iob 23. Deus inultum abire non patitur. Vnde de tali vindicta dicitur Genes. 9. Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu bestiarum &c. ¶ Quarto requiritur auxilium de manu dominorum, quia. s. pauperes debent requirere auxilium à diuitibus; subditi instructionem à superioribus, peccatores gratiam & veniam à deo & à sanctis cælestibus. Isti enim ad hæc omnia reddenda sunt obligati, & maxime si debite fuerint requisiti. Et nota hic quod ipsi debent requirere & q̄rere à deo tanq̄ à debitore suo ista q̄ sequunt, videlicet

Pacis tranquillitatem.
Laudis iocunditatem.
Vitæ æternitatem.

De pacis ergo tranquillitate dr̄ Eze. 7. q; angustia superueniente requirēt pacē. De laudis iocunditate dicitur in ps̄. Laudabunt dominū q requirunt eū. De vitæ æternitate dicitur in psal. Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini oībus diebus vitæ meæ. Ista igitur de requirere sufficiāt. Qualiter aūt peccator requirat misericordiam & vasallus domini potentiam, vide in tabula, & vide supra de quęrere, de inquirere, de acquirere, de petere, rogare &cæ.

A **Res** Nota q; in scriptura sacra omnia quæ sunt dicūtur res, siue sint substantiæ, accidētia, passiones, habitus siue actus. Vnde breuiter nota quod nos inuenimus in scriptura in malo significato

Res fugitiuas & deficientes.
Res nocitiuas & inficientes.
Res pungitiuas & inficientes.

In bono vero significato nos inuenimus res iuuatiuas & proficientes. Res directiuas & perficientes. Res refectiuas & sufficientes. Ista. n. sunt sex genera rerum tam bonarum quam malarum, de quibus debet quilibet cogitare. ¶ Primo dico qđ nos inuenimus res deficientes & fugitiuas, quæ sunt contemnendæ. Et istæ sunt res hui⁹ mundi. s. bona temporalia & terrena. Ista. n. sunt quędam res quæ nihil habent stabile seu fixum, nihil pacificum aut quietum. Vnde de mundo & de rebus ipsius potest dici cuilibet illud quod dicitur Rom. 13. Non concupisces rem proximi tui. Proximus. n. noster est mundus cuius scilicet res nos non sunt concupiscendæ, nec à perfectis cordibus appetendæ. Narrat Ouidius quod Proserpina filia Cereris à Plutone rapta, de inferno non potuit liberari, pro eo quod de inferni rebus aut fructibus gustauisset. Lex. n. inferni ita erat secundum poetas, quod quicunque descendens ad inferos de inferni fructibus comedisset, nequaquam amplius exinde exire posset. Ad quod facit illud quod narratur, & audiui de insula puellarum, quæ scilicet in mari dicuntur viuere immortales, quas videlicet magis crederem esse spirituum certum genus, quam aliquam rem humanam. Audiui enim qđ cum nautæ quidam casu ad illam insulā applicassent, & ibi solas fœminas excepto vno solo homine reperissent, cōsultū est ipsis per hominem illū q; de bonis & fructibus insulæ nō comederēt aut tangerent quoquo modo, quia si hæc facerēt de insula recedere de cetero nō valerent. Cui nautę credētes bona insulæ non tetigerunt, & sic liberi sine periculo recesserunt. Talis insula est mundus, qui. s. bene insula dicitur, quia mari Occeano vndiq; circuitur, quia re uera bona oia istius insulæ, quæ. s. sunt diuitiæ, deliciæ & honores, talis conditionis existunt, quod si aliquis ipsis vsus fuerit, vel si quis ea per complacentiam tetigerit, inde sine miraculo nō exibit. Qui vero à tactu & amore talium abstinet, exiens sine periculo tutus manet. Res. n. istæ, s. mundi bonæ, venenosæ sunt; quia scilicet suos occidunt & inuenenant dilectores. Vnde Leuit. 7. Qui tetigerit immunditiam omnis rei quæ polluere pōt, peribit de populis suis. De talibus autem rebus dr̄ 1. Regum 15. & consulitur sic. Vade inquit & demolire Amalech, & demolire vniuersa eius, nec parcas ei, nec concupiscas aliquid ex rebus ipsius. Est igitur dare res deficientes & fugitiuas, quas quilibet debet non amare. Res. n. istę fugaces sunt similes vmbræ, quæ scilicet ita fugit q; cum eam apprehendere credideris, nihil habes. Et ideo de talium vanitate dr̄ Eccle. 3. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. ¶ Secundo dico quod B est dare res inficientes & nocitiuas, quas quilibet debet euitare. Et istæ res nihil aliud sunt quā vitia & peccata, malaq; opera & peruersa. De quâ Neem. 5. Non est bona res quam facitis. Et Nee. 13. Quę est res hæc mala quam vos facitis? Et si vis dic quod talia sunt, scilicet

Res luxuriæ, quæ maculant.
Res iniuriosæ, quæ stimulant.
Res deliciosæ, quæ sibilant.
Res proditiosæ, quæ vinculant.
Res periculosæ, quæ iugulant.

De re luxuriosa dicitur Leuitic. 20. Qui duxerit vxorem fratris sui, rem fecit illicitā. Vnde etiā Dauid qui vxorē Vriæ fædauerat, dicitur 2. Reg. 12. Tu es rex qui fecisti rem hanc. Vnde de filijs Iacob, & Sychem qui sororem eorū corruperat, dicitur Gen. 34. quod irati sunt valde, eo quod fœdam rē esset operatus in Israel, & violata filia Iacob rem illicitā perpetrasset. De re etiam iniuriosa dicitur in psal. quod scilicet impij intenderunt arcum rem amarā, vt sagittent in occultis immaculatum. De re deliciosa dicitur Prou. 20. quod luxuriosa res est vinū, & tumultuosa ebrietas. De re proditiosa dixit Dauid in psal. Non proponebam ante oculos meos rem iniustam, facientes præuaricationes odiui. De re periculosa dicitur Leui. 20. Qui acceperit sororem suam & cætera. occidentur ambo, nephariam rem operati sunt. Et Thobi. 2. Huius rei causa interfici iussus es. Est igitur dare res inficiētes & nociuas, quas quilibet debet euitare. ¶ Tertio dico q; est dare res afficientes & læsiuas, quas vir iustus debet tolerare. Et istę res nihil aliud sunt quā mundi miseriæ & tribulationes, quas. s. iusti tollerant patienter. Vnde vir iustus tribulationibus & rebus aduersis assuetus est, sicut ille de quo dicitur 2. Machabæor. 8. Adiuncto inquit Gorgia viro militari & in bellicis rebus expertissimo. ¶ In bono vero significato dic quod est dare res proficientes & iuuatiuas; quas C debet quilibet frequentare. Et istæ certè sunt bona opera quæ proficiunt ad salutem. De quibus potest dici illud 1. Machabæorum 5. Audiuit Iosephus princeps virtutis res bene gestas & prælia quæ facta sunt, & dixit. Faciamus & ipsi nobis nomen. Et nota quod res bene gestæ proprie possunt dici

Res quæ fideliter incipiuntur.
Res quæ viriliter perficiuntur.
Res quæ diligenter examinantur.
Res quæ sapienter expostulantur.

De inceptis fideliter patet Genesis 22. de Abraham proprium filium occidere volente, vt domino obediret, cui dictum fuit. Nunc cognoui quod timeas dominum, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. De perfectis viriliter potest dici illud Ruth 3. Bene res acta est. Et Iudith 1. Perfectam rem faciet dominus tecum. De examinatis diligenter patet Deuter. 13. Diligenter rei veritate perspecta, si inueneris verum esse quod dicitur, percuties ciuitatem. Et 2. Mach. 1. dicitur quod considerans rex, & rem diligēter examinās, cum probasset, sacerdotibus donauit multa bona. De expostulatis sapienter potest dici illud Numeri 27. Iustum rem postulant filię Salphaat. Res enim iustæ à deo petendæ sunt, & non iniustæ, quia alias non obtinerentur, iuxta illud Iacobi 4. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis. Et 3. Regum 3. dicitur quod deus summe gratum habuit quod Salomon rem huiuscemodi, scilicet sapientiam & non diuitias postulasset. Ideo bene dicitur Iob 22. Tunc inquit (scilicet quando iusta postulastis) ele-

uabis ad deum faciē tuā Rogabis eū,& exaudiet te,& vota tua reddes. Decernens rē,& veniet tibi,& in vijs tuis splendebit lumen. Bona ergo opera sunt res proficientes & iuuatiuæ, quas quilibet debet frequentare.¶ Deinde dico q͏ est dare res proficientes & directiuas,quas quilibet debet procurare. Et istę certè sunt virtutes & merita,etiā sacræ scripturæ documenta & verba. Istę.n. sunt res q̄ ornāt & perficiūt vitā nostrā. De quib. Prou.8. Audite(inquit sapientia diuina) qm̄ de reb⁹ magnis locutura sum. Aperient labia mea vt recta p̄dicent. Res.n. magnæ sunt virtutes & sciæ,& certè difficiles ad acquirendū. Sicut.n. dicit philosophus,virtus est de bono & difficili. Vnde de istis dr̄ Eccl.1. Cunctæ res difficiles,& non potest eas homo explicare sermonibus. Est igitur dare &c. Deniq; dico quod est dare res sufficientes & refectiuas,quas quilibet debet affectare,s.res bona gloriæ paradisi,de quibus dicitur Iudicum 18. Tradet nobis dominus locum in quo nullius rei erit penuria eorum quæ gignūtur in terra. Hac igitur de Re in bono & in malo sufficiant, de Re etiam seu de Rebus generaliter.

A Respublica.

Nota q͏ respublica dicitur cōis status plurium simul viuentium & sub eisdē legi p̄us,moribus atq; ritibus coniunctorum , sicut.s.est status regum,vel ciuitatis,vel etiam cuiuslibet collegij vel communitatis. Et sic dic quod nos inuenimus rempublicā

Temporalem.	Prima ē laicorū,q̄.s.signat ciuitates & regna.
Generalem.	Secūda est oium chrianorū.s. fides & eccl'a.
Specialem.	Tertia est religiosorum & collegiatorum.
Spiritalem.	Quarta est hominum perfectorum.
Criminalem.	Quinta est hominum peccatorum.
Infernalem.	Sexta est hominum damnatorum.
Supernalem.	Septima est hominum beatorum.

De oīb.n. istis rebuspublicis īnumera posset dici,sed de qualibet in suo speciali titulo satis dixi. vide ergo de Eccl'a, Religione, Gloria æterna &c. Veruntamen licet in scriptura nullæ sint prorsus authoritates vocales,aliquid tn̄ inquantū tāgit cōitatem regni,ciuitatis,ecclesiæ vel collegij,de republica dicere volo,ne forte ipsam penitus prætermittā. Dic igiē q͏ respublica debet Fidel'r adamari. Viril'r defensari. Nobil'r adornari. Vtiliter ordinari. Sagaciter gubernari. Sufficit.

A Reseruare.

Nota q͏ reseruare idem est quod retro i.in posterum seruare. Et sic dico quod nos inuenimus in scriptura vnum reseruare quod facit

Sapiens.		Sapiens magis iuuantia
Nesciens.	Reseruat.	Nesciens magis placentia.
Patiens.		Patiens magis vtilia.
Puniens.		Puniens magis crudelia.

¶Igitur dico q͏ reseruare qđ facit sapiens,quia.s.iste sibi reseruat meliora,& dimittit & respuit viliora,sicut videm⁹ de prudentib. qui in thesauris suis p̄ciosiora reseruant, viliora vero & magis trāsitoria expēdere nō formidāt. Sic vere spūaliter si sapientes simus,p̄ciosa & nobiliora.s.virtutes & merita in thesauris cordiū nostrorū reseruabim⁹, vilia vero tp̄alia contēnemus. Exēplo.s.auiū,quib.natura dedit vesiculā in gutture pro granis cōtra futurā esuriē reseruandis. vnde Ioseph Gen.42. fratrib. suis dixit. Præmisit me dn̄s vt reseruemini.& Num.31. Mulieres q̄ nouerunt viros,in coitu interficite. oēs vero fœminas virgines reseruate. q.d. meliora sunt reseruāda,deteriora abijcienda.¶Iterū dico q͏ est reseruare q͏ facit nesciens.s.fatuus & ignorās,qui.s.cōtrariū facere cōsueuit,quia.s.reseruat deteriora,dimittitq; & abijcit meliora. Et istud est qđ pharao.i.diabolus præcepit ægyptijs Exo.1. vbi dicit. Si masculus fuerit,interficite illum,si fœmina,reseruate. Masculus.n. bona virtuosa signat,fœmina vero bona tp̄alia,mollia & trāsitoria,necnō mala & defectuosa. Num.31. Cur fœminas reseruastis? Et ista habēt locū in illis q irā & odiū in corde reseruāt,vt.s.vindictā q̄n poterunt,inde sumant. vnde Eccl.28. Qui vindicari vult,a deo inueniet vindictā,& peccata illius seruās seruabit. sequitur. Ipse dū caro sit,reseruat irā,& propitiationem q̄rit a deo. Istud ēt pōt allegari de auaris,qui.s.bona terrena non diuidunt pauperib. sed reseruant filijs & parentib. similes vulturi,qui residuum prædæ more aquilæ alijs auib. non diuidit, sed in nido p̄ se & pullis reponit,cōtra illud Num.18. Oia q̄ offeretis ex decimis,in donaria dn̄i optima & electa erunt. sequiē. Et nō peccabitis sup hoc,egregia vobis & pinguia reseruantes.¶Iterū dico q͏ est reseruare quod facit patiēs,quia si patiens mala quæ sustinet,reseruat iudicio & punitioni, vel ēt quousq; tēpus resistendi valeat inuenire est postea redditio i ocundi tatis. Cuius tamen contrariū faciunt stulti,qui.s.statim indicant irā suā,nec aliquid sciunt in posterū reseruare vel expectare. vnde Prou.29. Totum spiritum suū profert stultus, sapiens aūt differt & reseruat in posterum. ¶Iterū dico q͏ est reseruare quod facit puniens,quia.s.iudices qui malefactores volunt punire,solent ipsos in carcere detinere,& ad dies quib. iura redduntur,ipsos vt ibi s̄m demerita sua recipiant reseruare,sicut parisius facit præpositus, qui.s. malefactorū pœnam solet vsq; ad sabbatum finē hebdomadę referre, & ibi sua p̄mia reseruare. Sic vere deus ad diē iudicij vbi generalia iura reddentur,& ad finē hebdomadæ vitæ præsentis puniendos reseruat,& pœnas etiam ibidem reseruat impijs inferendas. Sicut.n. dicitur Iob 21. Ad diem vltionis seruaē malus. vnde 2.Pet. Nouit deus iustos de tentatione eripere, iniquos vero in die iudicij reseruare cruciandos. Sicut enim ibidem de impijs dicitur, Hi sunt fontes sine aqua,& nebulę turbinibus exagitatę,quibus caligo tenebrarum reseruatur. Sufficit. vide vbi Seruare.

Residere. Residuum. A

No. q͏ residere idē est q͏ remanere seu restare;residuū vero illud q͏ final'r inueniē, seu q͏ in aliquo loco restat,remanet & moraē. Dic igiē qđ in scriptura sacra multiplex residere seu residuū inueniē, videlicet residuum

Luminis intimi.	Primū est residuū virtutū & meritorū.
Criminis pessimi.	Scđm est residuū culparū & p̄ctorum.
Turbinis vltimi.	Tertiū est residuū pœnarū & tormentorū.
Graminis optimi.	Quartū vero est residuū donorū &

p̄miorū.¶Primo igiē dico qđ est residuū luminis intimi, & hoc est virtutū & meritorum. Virtutes.n.& merita sunt illa residua quæ viri iusti sibi reseruant,quia .s. quicquid de bonis tp̄alib. seu ēt de corp̄alib. accidit spūalia tamen & virtualia sicut q̄dā residua expēdere nō audētes de eis apud aīam boni thesaurizāt. Vnde de bonis Iaban datis Iacob dixerunt Rachel & Lya.Gen.31. Nunquid habemus quicquā residui in facultatib.& hereditate domus patris nostri.q.d.sic. Quia s.virtutes & merita sunt residuum quod iustus restat & residet de facultatibus dei patris. Vnde de tali residuo dixerunt filij israel domino 2.Paral.20. Cum ignoremus q̄d agere debeamus,hoc solum habemus residuum , vt oculos nostros erigamus ad te. Istud est ergo bonum residuum scilicet charitas,gratia seu virtus. Et certe ab isto residuo viri iusti residui nuncupantur. Vnde nota quod isti dicūtur residui, quia

Reseruati specialiter.	Iusti.n. dicuntur residui quia
Conculcati temporaliter.	à deo specialiter reseruantur.
Roborati virtualiter.	Isti enim respectu malorum
Dedicati regulariter.	non sunt nisi quoddam mo-
Sublimati singulariter.	dicum residuum, & quædam

modicæ reliquiæ,quas sibi dominus reseruauit. Vnde Le.10. Locutus est dominus ad filios Aaron,qui erāt residui. Tolli te sacrificiū q͏ remansit,& comedite illud iuxta altare absq; fermēto,quia sc̄m sanctorū est. Itē iusti dnr̄ residui, quia à mundo temporal'r conculcantur residui ēt cōtēnunē. Residuū.n. dr̄ quasi retrosedens,quia.s.isti à mundo retro ponuntur & postponunē. Vn̄ Hest.1. dicitur q͏ duces Persarum atque Medorū qui videbant faciē regis,post eum residere soliti erant. Et tn̄ de talib. propositis,residuis & cōtemptus dr̄ Esa.4. Et erit inquit oīs qui relictus fuerit in syon,& residuus in Hierusalem,sanctus vocabitur oīs qui scriptus fuerit in vita in Hierusalem. Item iusti dicuntur residui, quia in seipsis virtualiter roborantur. Et ideo dicuntur residui seu etiā residentes,i.in statu virtutis firmiter remanentes. Luc.7. Resedit qui erat mortuus,& cepit loqui. De quo dr̄ 1.Machab. 9. quod licet videret Iudas q͏ fluxisset exercitus eius, ipse tn̄ dixit his q residui erāt. Surgamus,& eamus ad aduersarios nostros. sequitur. Absit vt fugiamus ab eis,& si appropiauit tempus nostrum,moriamur in virtute,& non inferamus crimen gloriæ nostræ. Dicuntur ergo isti residui,quia in seipsis virtualiter roborantur. Item dicuntur residui, quia deo regulariter dedicantur. sicut.n. videmus quod residua ciborum dantur pauperibus,sic viri iusti & illi qui in mundo reputantur residui , & quasi reliquiæ, modicum reputati, Christo pauperi dedicanē,& ipsius seruitio deputanē, sicut patet

patet de illis qui claudos & mācos in religione ponūt, sanos vero si ponerēt, pditos reputarent. Igit de talib. residuis dño dedicatis dr̃ 2. Paral. 34. ꝙ Iosias rex Iuda abstulit oēs abominationes de vniuersis regionib. filiorū Israel, & fecit oēs qui residui erāt in Israel, seruire dño deo suo. Itē dñr residui quia sursum singulariter eleuanť. Videmus.n. ꝙ illi qui sunt residui de genere alicuius regis, principalib. hæredib. mortuis, qñque sublimantur ad regnum. Sic iusti principalibus hæredib. regni cęlestis, s. angelis decedentib. p pc̃tm̄, ad istud paradisi regnū sicut vltimi & residui assumpti fuerunt, & loco ipsorum finaliter regnauerunt, ibiq; resederunt & remanserunt. vnde de Assuero dicitur Hester. 15. ꝙ ipse residebat super soliū regni sui, indutus vestibus regijs. Vestes enim regiæ quas habent isti residui, idest vestes beatorum, sunt

Iocunditas & exultatio.
Fertilitas & cumulatio.
Aeternitas seu duratio.

Isti.n. residui .s. beati seu sancti lætantur valde iocunde. vnde Esa. 28. Erit dominus in die illa corona gloriæ, & sertū exultationis residuo populi sui. Itē isti fruuntur semper abūde. Vnde de quolibet beato pōt dici illud Cant. 5. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident super fluenta plenissima. Itē ipsi figuntur valde profunde, quia. s. isti sunt fixi, indeficiētes, perpetui & æterni. vnde Apostolus in persona beatorū dicit 1. ad Thes. 4. Nos aūt qui viuimus, qui residui sumus, rapiemur obuiā cum Christo in aera, & sic sp cū dño erimus. Et breuiter de beatis dr̃ Iohel. 2. In mōte syō & ī Hierl̃m erit saluatio in residuis quos dñs vocauerit. De dānatis vero dr̃ ecōuerso. Hiere. 44. Non erit qui effugiat & sit residuus. Et ibidē. Non relinqueť de reliquijs vestris quicquā residuū. Istud.n. potissime patet de impijs quorum subā fama, gloria, progenies & memoria perit cū sonitu, ita ꝙ de his oibus nihil post ipsos restat residui, q̃a. s. ipsis nō reseruat dñs suū residuū, s. gloriā, paradisi, quinimmo etiam residuū quod in mundo relinquūt, finaliter totum perit, quia. s. istud residuum partim per tyrannos, partim per malos famulos aut ēt per hæredes fatuos cito transit. Iohel. 1. Residuū erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit erugo. Nō sic boni nō, quia certe isti habent residuum bonum glorię paradisi, & sunt etiam residui & beati. De dānatis aūt & pc̃tōribus dicitur 2. Regū. 21. Nec vnus quidē residuus sit. Patet ergo ꝙ est dare residuū luminis intimi, qđ est virtutum & meritorum.

B ¶ Secūdo dico qđ est dare residuū fulminis pessimi, quod est culparū & uitiorū. Peccatum.n. residuum dicitur, pro eo qđ semper in conscia residet per remorsum, & ꝓ eo ꝙ ad punitionē ad vltimū iudicij reseruať, quodq; illos q̃ peccāt vltimos & residuos facit esse. Vnde breuiter nota ꝙ tales residui. s. pc̃tōres

Labiliter diffugiunt & vagantur.
Mentaliter superbiunt & leuantur.
Finaliter depereunt & damnantur.

Isti igitur vagantur & diffugiunt labiliter seu faciliter, quia. s. nihil veræ stabilitatis habent. vnde Ezec. 17. Residui aūt in omnem ventū dispergentur. Itē isti leuātur & superbiunt inaniter seu mentaliter 1. Mac. 9. Residui fugerunt in montem. Item isti damnantur & deficiunt seu depereunt finaliter. vnde Deu. 32. Videbit ꝙ infirmata sit manus, & clausi quoq; defecerunt, residuiq; consumpti sunt. Patet igitur ꝙ est dare residiuum fulminis pessimi &cæ. ¶ De residuo ergo gratiæ & culpæ satis dixi, de residuo autem gloriæ & pene transeo, quia etiam aliquid de eis supra dixi.

A **Resistere.** Nota ꝙ resistere est actus cōtrarietatis & obuiationis, controuersiæ, & repulsionis. Resistentia.n. non est inter similia, sed inter contraria. Oia.n. quæ sunt resistunt naturaliter suis contrarijs. Et ideo possumus notare quod est quædam resistentia, scilicet

Supernæ iurisdictionis & potentiæ.
Internæ contradictionis & constantiæ.
Humanæ obstinationis & stultitiæ.

Primo dico qđ resistit potentia dei affectionib. superborum, quia sicut dicitur Iacob. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Video.n. in istis horologijs ferreis ꝙ quauis ibi sint diuersi circuli diuersimode se mouentes, est tamen inter alios vnus circulus qui vadit contra impetum aliorum, qui nihil penitus operať, nisi ꝙ resistit impetui aliorū, ipsosq; facit retardare ne currant citius quā oportet. Natura etiam. videns ꝙ propter impetū firmamēti multa possent cōtingere incōmoda, dedit sibi vnū resistēs, s. cursum & motū naturalē planetarum, qui continue cōtra cursum firmamenti mouentur, & hoc facit vt per talem resistentiam sui motus violentia restringatur. Sic vere deus est circulus contradictiuus, & humano impetui resistitiuus. Cū n. in horologio huius mundi multi & diuersi sunt circuli. i. multæ & diuersæ personæ, quæ diuersos & cōtrarios habent motus. i. multas diuersas & cōtrarias cōditiones, affectiones & inclinationes, vnus.n. currit ad diuicias, alius ad delitias, vnus diligit culmen honorum, alius appetit vindictas inimicorū, dico breuiter ꝙ impetus istorū & se & alios destrueret, nisi circulus cōtrarius, hoc est dictu, motus occultæ dei prouidentiæ per suā occultam resistentiam, ipsorum impetū impediret. Et ideo non sunt timendæ malorum sæuitiæ, cū certissimum sit ꝙ non possunt sæuire vltra q̃ eis permissum est, cū certi simus ꝙ deus qui est circulus & sphæra incircūscriptibilis, cuius centrum vbiq; est, circūferētia aūt nusquā, ſm philosophū, qui habet statum hoīs in manu sua, suo motu cōtrario eorum affectionibus & violentiæ resistit, ipsosq; vltra quā expediat. aliquid facere non permittit. Sap. 18. Restitit iræ, & finem imposuit necessitati. Iste est enim cui nullus potest resistere, & qui solus potest omnibus cōtraire. vñ Hest. 13. in ditione tua cūcta sunt posita, & non est qui tuæ possit resistere voluntati. Et ista est prima resistentia, qua. s. resistit dei potentia affectionib. malorum. ¶ Secūdo dico ꝙ est B quædā resistentia qua resistit iusti constantia tentationib. impiorū. Apes.n. semper dñr paratæ resistere cuilibet domicilliū suū impetenti, & mella sua rapere cupienti. Aper etiam scutum osseū, hoc est dictu, carnē durā ad modū scuti ossei dr̃ habere in latere dextro, quod iaculis venatoris solet opponere, vt sibi possit melius resistere & ab ipsius īpetu se saluare. Sic vere charissimi nos debemus semper esse parati resistere hostib. spiritalibus, s. mundo carni & diabolo, & eorū tentationibus, suggestionibus & impugnationibus scutum fidei & constantię debemus opponere, vt possimus aduersus eos debitē ꝓualere 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus tāquā leo rugiēs circuit q̃rens quē deuoret, cui resistite fortes in fide. Sicut.n. inter lapides præciosos amethystus & Dyonisius dñr resistere ebrietati, amerites alias amatides diciť resistere igni, quia vestis ab eo tacta non comburitur igni, ceramus alias ceraunius & corallus dicuntur resistere tempestati, sic vere charissimi nos debemus resistere.

Ebrietati carnalis voluptatis.
Igneitati auaræ cupiditatis.
Et tempestati diabolicæ malignitatis.

Iudicum 20. Qui simulauerant fugam, versa vice fortius resistebant. & 2. Paral. 26. Viri robustissimi restiterunt regi. Quāuis hodie ꝓcul dubio de multis possit dici illud Leu. 26. Nullus vestrū audebit inimico resistere. Hodie.n. ita sumus spūalr̃ impotentes, ꝙ nec inimicis resistimus, nec ētab eis fugere volumus, sed ꝙ peius est ab ipsis capi nos permittimus. Ad minus.n. ex quo nos nequimus eis resistere, saltē nos debebamus fugere, & occasiones vitiorum totis viribus declinare. Exemplo leporis & capreæ, quæ animalia sunt valde timida & debilia, nullius impetui resistere valentia, & ideo natura ipsis de velocitate cursus prouidit, vt quæ per fortitudinem nequeunt aliis resistere, saltē possint per fugæ remediū se saluare. Sic vere, & nos in q̃bus non est tanta fortitudo, ꝙ possumus resistere multitudini, sicut dicitur 1. Paralipo. 20. debemus nobis fugæ remedia quærere, & occasiones pugnę prudenter, & sagaciter declinare, sicut faciebat ille qui dicebat in psal. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Ista est ergo illa resistentia qua resistit iusti constantia tentationibus demoniorum. ¶ Tertiò dico, ꝙ est quædā resistentia qua C resistit impii stultitia præceptionibus prælatorum. Mali.n. & obstinati resistunt Dei inspirationibus, prælati instructionibus, proximi volūtatibus, subditi supplicationibus. Resistūt .n. mali Deo, similes gallo qui est supra campanile, qui semper versa facie videtur resistere vēto. vnde Act. 3. Dura facie, & incircūcisis cordibus semper spiritui sancto restitistis. Itē mali resistunt prælato, & cuilibet viro iusto 2. ad Tim. 3. Ioānes, & mambres restiterunt Moysi &c. Item mali resistūt proximi voluntatibus 1. Reg. 15. Restitit Amalech filiis Israel in via cum ascenderent de Aegypto. Item mali resistunt subditi supplicationibus 2. ad Timot. 4. Alexander ærarius valde restitit uerbis meis. Sufficit. Vide supra de Cōtrarietate &c. & de. Obuiare & similibus &c.

A **Respicere Respectus.** Nota ꝙ respicere idem est quod aliquid attendere vel videre. Et inuenitur in scriptura duplex respectio, dei scilicet & hominis. ¶ Deus .n. habet tres oculos quibus respicit vniuersa, scilicet

Oculum scientiæ, quo mundum respicit ad gubernandum.
Oculum clementiæ, quo bonos respicit ad adiuuandum.
Oculum iustitiæ, quo malos respicit ad contemplandum.

Istis enim tribus oculis respicit deus vniuersa.

Oculus enim scientiæ, est filius, cui attribuitur sapientia.
Oculus clementiæ est spiritussanctus, cui attribuit bonitas.
Oculus iustitiæ est pater, cui attribuitur potentia.
Et sic dic ꝙ deus habet.
Vnum respectum valde luminosum.
Vnum respectum valde gratiosum.
Vnum respectum valde rigorosum.

Respectus luminosus est respectus suæ scientiæ. Iste est, n. respectus lyncis, quæ videt vltra parietẽ. Respectus aquilæ, q̃ de summo aeris loco videt pisciculos in aqua natare. Respectus solis, qui secundum philosophos dicitur oculus mũdi, & ẜm poetas ante oẽs alios deos oĩa dr̃ prim⁹ respicere & videre, iuxta illud Eccl. 42. Sol illuminãs p̃ oĩa respexit. Quia .s. istũ respũm diuinę sciẽ nullus paries põt occupare, nulla distãtia põt ĩpedire, nulla nox vel obscuritas põt obfuscare. Teste.n. ps. Excelſ⁹ dñs, & humilia respicit & alta a lõge cognoscit. vñ Iob 38. Oĩa q̃ sub cælo sunt, respicit. Respũs amorosus est respũs suę clemẽtię. Iste est.n. sicut oculus charadrij respiciẽdo infirmũ morbũ ipsius ad se trahit, ipsum quoq; q̃ debet sanari, libẽter respicit, ab alio vero oculũ auertit. Sic de⁹ oculo suo misericordiæ respicit illos q̃ ẜm occulta suæ p̃destinationis p̃ eũ finałr sunt saluãdi, & q̃ in paradiso perpetuo sunt collocãdi. Nota ergo ꝙ iste respicit pænitẽtes & tribulatos, indigẽtes & pauperatos, patiẽtes & humiliatos. De pęnitentib.n. dr̃ Lu. 22. ꝙ dñs cõuersus respexit Petrũ, & recordatus Petrus verbi Iesu, egressus foras, fleuit amare. De indigentib. dr̃ in ps. Oculi eius in pauperẽ respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hoĩum. De humilib. vero dr̃ Lu. 1. Respexit humilitatẽ ancillæ suæ, ecce.n. ex hoc beatã me dicẽt oẽs gen̄ationes. Iste aũt respũs diuinę clemẽtię summe apparuit in incarnatione verbi, qñ respexit indigẽtias nostras, & venit nos visitare, iuxta illud psalm. Respice de cælo & vide, & visita vineã istã. Iste est ergo respũs amorosus suæ clementiæ. Respectus rigorosus est respectus suæ iustitiæ. Iste est.n. respectus Basilisci, q̃ inuenenat alios quos respicit. Quia .s. respect. diuinæ institiæ qñ finałr respicit malos, ipsos inuenenat & occidit. psal. Respice inimicos meos, qm̃ multiplicati sunt nimis. & alibi. Qui respicit terrã, & facit eã tremere, q̃ tangit montes, & fumigant. & illud Exo. 14. Respiciens dñs super castra egyptiorũ in columna ignis & nubis, interfecit exercitũ eorũ. Et isti sunt tres oculi dei, quibus .s. respicit vniuersos. Et sic dico ꝙ iste est respũs diuinus. ¶ Secundo dico ꝙ est respectus humanus, & iste similiter est duplex, bonus .s. & malus. Bonus.n. respectus hominis nihil aliud est quã sensus & discretio cordialis, quo .s. homo debet respicere & videre illa q̃ sibi sunt vtilia ad salutem, de quo Ecclesi. 23. Nihil melius & dulcius quam respicere in mandata dei. Et sic nota ꝙ aliqua sunt respicienda superius, aliqua inferius, aliqua exterius, aliqua interius aliqua posterius. ¶ Superius.n. sunt respicienda, .s. gaudia beatorũ, & exẽplo struthiõis, q̃ videndo & respiciendo versus stellas celestes parit & concipit oua sua ẜm Gregor. in moral. Quia verè dũ stellæ cælestes .i. beati qui sunt in patria cõtẽplationẽ & deuotionẽ, per orationẽ & p̃ sui auxilij implorationẽ respiciunt, oua bonorũ operum & bonorũ affectuũ à deuotis fidelib. pariunt. Et iõ Lu. 21. p̃cipit dñs dicẽs. Respicite & leuate capita vestra. Qđ est cõtra illos qui nõ respiciũt ad bona superiora, sed ad inferiora, nõ ad celestia, sed ad terrestria, nõ ad immortalia, sed ad corruptibilia, similes bestiis, q̃ sursum respicere non possunt, sed solum inferius versus terrã. Figurati in illa muliere curua & contracta de qua dr̃ Luc. 13. quod oĩno sursum respicere non poterat. ¶ Inferius sunt respicienda supplicia dãnatorum. Leo.n. terram respicit quando videt venatores, & exinde audaciam contra eos resumit. Sic vere homo debet terram miserię & tenebrarum respicere & ex aspectu tormẽtorum timorem dei concipere, & sic poterit contra venatores inferni fortis esse. Vt sic sibi possit dici illud 2. Macha. 1. Contẽptos & abominatos respice. ¶ Exterius autem sunt respicienda suspiria egenorum. Hõ.n. debet oculis misericordiæ miserias hominum respicere, & eis affectũm cõpassionis ostendere, & sibi quãtũ poterit subuenire, sicut de cherubin p̃cipitur Exo. 25. Respiciãt se mutuo versis vultib. Qđ est cõtra quosdã superbos & crudeles, qui hominem in necessitate positum respicere non dignantur. Hier. 47. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis. ¶ Interius respicienda sunt flagitia vitiorum. Exemplo mulieris quæ in speculo diligenter respicit maculas vultus sui. sic & nos in speculis cõscientiæ nostræ debemus respicere defectus & maculas vitę nostræ 2. Paral. 13. Respiciens Iudas vidit instare bellum. Posterius respicienda sunt dispendia futurorum, illa .s. q̃ veniũt põst nos .s. demones, mors & iudicium, & similia. Exemplo serpentis qui hoc habet p̃prium ꝙ põt post se respicere ẜm Plin. Et scribitur 2. Reg. 2. Respexit abner post tergum suũ. Isti sunt igitur boni respectus quibus homines respiciũt vtilia ad salutem. ¶ Sed de respectu malo potest dici quod multi sunt qui libentius respiciunt vilia quam vtilia, sicut sunt illi qui respiciunt mulieres & delectabilia mũdi. Similes ceruo, qui omnem nouitatem admirans, quicquid pulchrum videt, libenter respicit, propter quod sibi aduenit ꝙ à venatoris iaculo sæpe perit. Sic tales qui pulchritudinem incaute respiciunt, sæpe per malas concupiscentias pereunt. Ideo consulitur Eccle. 25. Non respicias in mulieris speciem. Et hæc de respicere sufficiant. Vide de aspicere, de considerare de oculo, de videre &c.

Respondere. No. ꝙ rñdere nihil aliud est quam aliquid dicere, vel causam alicui⁹ allegare. Et est rñdere verbũ satisfactoriũ, q̃a ille qui rñdet intendit satisfacere potenti. Est igitur respondere verbum A

Obedientiæ & humilitatis.
Sapientiæ & subtilitatis.
Iustitiæ seu æquitatis.
Stultitiæ seu præsumptuositatis.

Quod.n. sit verbũ humilitatis, patet, q̃a .s. ad humiles personas p̃tinet humiliter de petitis respondere. Quia .s. secundum quod dicitur Prouer. 15. Responsio mollis frangit iram, sermo durus excitat furorem. Humilis.n. nunquam dedignatur alijs respondere. Iob 12. Loquere terræ, & respondebit tibi. Superbi vero sæpe respondere dedignantur, quamuis audierint quæ dicunt. Iob 19. Seruum meum vocaui, & non respondebat mihi, ore proprio deprecabar illum. & Prouer. 29. Seruus, quod dicis intelligit, & respondere contemnit. Item quod respõdere sit verbum sapientiæ, & sagacitatis, patet, quia constat quod ad sapientem pertinet de dubijs & arduis respondere, iuxta illud Eccles. 5. Si est tibi intellectus, rñde proximo tuo, sin autẽ, sit digitus tuus sup os tuum, ne capiaris in verbo disciplinato, ac si diceret. Ad sapientes & intelligentes pertinet respõdere, ad ignorantes vero pertinet subijcere. Item ꝙ rñdere sit verbum iustitiæ & æqualitatis, patet in hoc ꝙ sicut respõsio debet adæquari petitioni, sic responsioni debet esse proportio adæquata interrogantis, quia .s. inter petitionem & respõsionem debet esse proportio adæquata, sic secundum adæquationem iustitiæ, pæna culpæ, & præmium merito p̃portionabiliter comparatur. De pæna.n. & culpa dicitur Esa. 59. Peccata vestra responderunt vobis. De præmio vero ꝙ merito dr̃ Gen. 30. Cras rñdebit mihi iustitia mea. Itẽ ꝙ respondere sit qñ verbum fatuitatis, patet, quia fatui nullam habẽtes patientiam, loquaces nullã habentes moderantiam, semper volũt ad verba oĩa rñdere, similes illi voci mõtium quæ dr̃ echo, q̃ ad oĩa vltima verba rñdet, similes campanæ, quæ non põt ita parũ tangi quin respondeat & quin sonet. Sic tales impatientes modo tactu dure respondent, & tales loquaces ad oĩa verba respondere student. De responsione.n. taliũ loquacium dicitur Prou. 28. Qui prius rñdet quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. De respõsione impatientium dicitur Esaiæ. 13. Respondebunt ibi vlulæ in ædibus suis &c. Vlula, n. dicitur ab vlulando. Sic igitur patet quando respondere diuersimode potest sumi &c.

Restituere. No. ꝙ in scriptura inuenitur multiplex restitutio. Restituitur.n. gratia, restituitur gloria, restituitur temporalis substantia. A

Gratia enim restituitur pænitentibus.
Gloria restituitur triumphantibus.

De restitutione.n. gratiæ constat quia,

Substantia restituitur indigentibus. quia videlicet pnia est vna virtus quæ gratiam perditam solet restituere, & reddere pęnitenti. Coluber.n. post pellis veteris dimissioné restituitur ad pristinam fortitudinem & virtutem, sic hō sed per pænitentiam restituitur ad pristinam gratiam & saluté. Vt sic ei possit dici illud Gen.40. Tres adhuc dies sūt post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradū pristinum. Isti.n. tres dies sunt tres partes pęnitentiæ, scilicet contritio confessio, & satisfactio, quæ scilicet plenam restitutionem faciunt de perditis per peccatum. Et nota quod restituendo gratiam, deus restituit

Discretionis visum.
Locutionis vsum.
Operationis actum.
Habitationis pratum.

De visu discretionis dicitur Marc. 8. ꝙ cæcus ille restitutus est ita vt clare videret. De locutionis vsu patet de Zacharia, de quo dr̄ Luc.1. ꝙ nato Ioāne, solutū est vinculū linguæ eius, & restituta est ei locutio. vnde Soph.4. Reddā populis labiū electū. Ioānes interpretaē in quo est gratia, quia.s. in ortu & in natiuitate diuinæ gratiæ, recta locutio solet restitui peccatori. De actu bonæ operationis dr̄ Matth.12. de illa quæ habuerat manū aridā, puod Christus dixit sibi Extende (inquit) manum tuam. & extendit, & restituta est manus illius. Manus autem operationem designat. De statu pristinæ dominationis qualiter quandoq; restituitur à domino. patet Dan.4. vbi rex Nabuchodonosor à deo propter peccata fuit de regno eiectus, tādem peracta pænitentia ad regnum iterum restitutus. Vnde ipse dicit ibidem. In tempore illo sensus meus reuersus est ad me. sequitur. Et in regno meo restitutus sum, & magnificentia amplior reddita est mihi. Et breuiter deus est ille qui (sicut dr̄ Iob 12.) multiplicat gētes, & ꝑdit eas, & subuersas in integrum restituit. Pone hic si vis materiā iuris, quomodo.s. aliqui sunt quos iura restituunt in integrum, vt sic dicatur de quolibet a deo restituto illud 2.Reg.16. Hodie restituit mihi dominus Israel regnum patris mei. De situ vero tutæ habitationis, & potissime de situ cælestis patriæ quomodo bonis restituitur, potest dici illud Dan. 14. Angelus domini restituit Abacuch in locum suum. Et breuiter de restitutione virtutum quæ fit per gratiam, dixit Dauid in ps. Domine quādo respicies, restitue animam meam a malignitate illorum, & à leonib. vnicam meam. Hęc igitur est restitutio gratiæ. ¶ De restitutione etiam gloriæ planum est. Homo.n. hæreditatem gloriæ paradisi per pc̄m Ade perdidit, Christus vero per suā beatam incarnationē eam sibi restituit. ps. Tu es q̄ restitues hæreditatem meā mihi. Phenice.n. in igne consumpto, ipsa eadē auis ex eisdem cineribus in integrum restituitur, & noua auis de antiquis cineribus efficitur. Sic in vltima resurrectione restituetur nobis humana forma, q̄ per ignem & incinerationē mortis fuerat destituta 4. Reg. 5. Restituta est caro eius sicut caro pueri. Istam autem plenā restitutionem faciet dominus in vltimo iudicio, quia tunc (sicut dicitur Matth.17.) Helias vēturus est, & restituet oīa. Et bene dixit omnia, quia.s. tūc restituetur bonis gloria, malis pæna. Gloria dico bonis, sicut de Thobia dicitur Thobiæ 1. ꝙ facultas eius restituta est ei. Vnde etiam de pauperibus qui tunc beatificantur, dicitur Ezec.38. Deserti fuerunt, & postea restituti. Pæna etiam ipsis malis restitui dicitur Iob 34. Iuxta vias singulorum restitues eis. ¶ De restitutiōe vero tēporalis substātiæ patet ꝙ debeat fieri, quia.s. quicquid de alieno habetur, debet restitui creditori. vnde 4.Reg.8. Restitue ei oīa q̄ sua sunt. Vñ ēt anima poterit dicere illud Dan. 4. In regno meo restitutus sum. Quod est contra multos qui nihil volunt restituere ꝙ debeant vel cā debiti vel causa meriti, vel causa iniuriæ vel delicti nisi violenter. Exemplo spōgiæ, q̄ scilicet aquam ebibitam nunquam restituit aut reuomit, nisi violenter comprimatur. Item exemplò sanguisugæ quæ etiam sanguinem bibitum nunquam restituit vel euomit, nisi violenter comprimatur. Sic vere multi sunt qui illud quod de alieno biberunt, nolunt restituere nisi ꝑ tribulationē vel aliam diuinam vel humanam compulsionē compulsi fuerint vel coacti. cōtra illud Tho.4. Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, ei statim mercedem restitue. Statim.n. voluntatem denotat, non coactionem. Ad denotandum qđ restitutio debet fieri voluntariè, non coactè. Sic ergo patet quod est triplex restitutio, s. gratiæ, gloriæ, & temporalis substantiæ &c. Vide supra de Reddere, & infra de Retribuere.

Resurgere Resurrectio

Nota ꝙ resurgere idem est qđ iterū surgere. Res.n. qñ cecidit, tunc resurgit quando ad statum pristinum iterum surgit. Specialiter aūt resurrectio nihil aliud est, quàm de morte ad vitā reuersio. Et ideo ẜm, ꝙ vita & mors diuersimodè capiuntur in scriptura, ẜm hoc multiplex pōt resurrectio reperiri. Sicut.n. contingit hoīem cadere a status prosperitate, a vitæ mortalitate, a gratiæ stabilitate, ẜm hoc est dare triplicem resurrectionem, videlicet. Temporalem, corporalem, & spiritualem. Et sic dico, quòd Resurgit anima spiritualiter per gratiæ restitutionem. Resurgit homo temporaliter per substantiæ recuperationē. Resurgit corpus personaliter per naturæ reparationem. A

¶ Dicamus primo, ꝙ est resurrectio aīæ, quæ ē spiritalis. Aīa .n. per peccatum efficitur mortua, iuxta illud Ezech.18. Aīa quæ peccauerit, ipsa morietur. Sed ab ista morte aīa resurgit, qñ vita gratiæ restituta de peccato consurgit. Et de ista dicit Salomon Prouerb.24. Septies in die cadit iustus, & resurgit. Similis ficui Aegyptiacæ, quæ contra naturam omnium arborū si in aqua ponatur, statim submergiē, sed cū bene imbibita fuerit, iterum mirabiliter resurgit, & superius reascēdit significans virum iustum, qui si aliqñ in aqua mundanæ voluptatis per peccatum mergitur, ibi tñ non remanet, sed iterū ad gratiam resurgere, & reascendere comprobatur. Etiā sæpe fit ꝙ quanto plus primo per peccatū imbibitur, tāto plus post cōuersionē ad altiorem gradum gratiæ resurgere multotiens inuenitur, iuxta illud Apostoli ad Roma.5. Vbi abundauit delictum, ibi superabundauit, & gratia. Et ista est propriæ resurrectio prima, de qua dr̄ Apoc.20. Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. Prima enim dicitur ista resurrectio, q.a.s. prius debet anima resurgere per gratiam, quàm corpus resurgat ad gloriam. Et possumus aduerte, ꝙ tria sunt istius spiritalis resurrectionis effectiua, vel iuuatiua, & tria sunt ipsius impeditiua, & retardatiua. Prima tria sunt scilicet

Elemosyna.
Eucharistia.
Pœnitentia.

De elemosyna dr̄ Eccle.17. Elemosyna viri quasi sacculus, & gratiā hoīs conseruabit, & postea resurget. De Eucharistia vero dr̄ Io.6. Qui mādUcabit meā carnē, ego resuscitabo eū. De pœnitentia vero dr̄ 1.ad Thessal.4. Mortui q̄ in Christo sunt, resurgēt primi. Mortui.n. signāt illos qui per pęnitētiā mortificāt mēbra sua. Tria vero q̄ istā resurrectionē impediūt, sunt

Obstinatio voluntatis.
Perpetratio iniquitatis.
Detentio in bonis mundanæ prosperitatis.

Et de istis dr̄ in psal. Nunquid q̄ dormit, nō adiiciet vt resurgat? & Esaiæ.24. Grauabit eā iniquitas sua, & non adiiciet vt resurgat. Ista est ergo resurrectio animę, quę est spiritualis 2.ad Timo.1. Admoneo te vt resuscites gratiā Dei &c. ¶ Secundo dico, ꝙ est quędam resurrectio fortunæ, quæ est temporalis. Et ista est illa qua quis quandoq; cadit à statu mundanę prosperitatis, & tandem inde, iterū ad prosperitatem resurgit. psal. Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Quamuis multi sunt qui ita penitus cadant, ꝙ nūquam amplius resurgūt. Esa.24. Corruet, & nō adiiciet vt resurgat. ¶ Tertiò vero dico, ꝙ est quędam resurrectio naturæ, quæ est personalis. Et ista est illa quā oīs hō in nouissimo die resurget, & ante tribunal Christi personaliter assistet, vt iudiciū pro se vel cōtra se recipiat, & pœnam aut gloriam reportet, & habeat, de qua dr̄ Iob 19. In nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo saluatorem meum, quem visurus sum ego ipse, & nō alius. Et possumus notare de ista resurrectione, quòd ista

Naturaliter exemplatur.
Exemplariter demonstratur.
Figuraliter prædicatur.
Spiritualiter reuelatur.

Dico ergo, ꝙ ista exēplatur naturaliter. Natura.n. naturans Deus volens, quod articulū resurrectionis firmiter crederemus, nobis plura exempla posuit in natura. Leo enim filios mortuos natos, suo rugitu, & clamore in cubili vbi sunt, motu pariter, & tremore facit resurgere, & uitam recipere, & habere. Filii etiā pellicani mortui à matre resuscitantur, & per matris sanguinem personaliter ad vitam pristinam restaurātur. Coluber etiam dimissa veteri pelle in foramine arcto dr̄ renouari, & per nouę pellis resumptionem ad iuuentutē pristinam restaurari. In quibus quidem exēplis designat natura, ꝙ ad terrorē, & clamorem

ipsius leonis Christi, per Angelos clamātis & pconizantis, surgitē mortui venite ad iudicium, oēs qui mortui fuerant resuscitabunt, & resumpta pelle corporū q̄ in arcto mortis foramine iā antiquatā dimiserant. iuuentutem & nouitatē corporū assequētur. ad Ro. 6. Chrs resurrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ. Resurrectio ergo exēplat naturalib. ¶ Itē dico q̄ ista demōstrat exēplariter. Istius. n. vltimæ resurrectionis exēplū pcessit in resurrectione Chri, qui sicut dr̄, vbicunq; intrat caput intrant vel possunt intrare cōiter alia mēbra. Sic q̄a Christus ad immortalitatē intrauit per resurrectionē, signū & exēplū est q̄ ad eandē possumus finalr̄ introire. Christus. n. f̄m Apostol 1. Ad Cor. 15. resurrexit, primitiæ dormientiū, q̄m quidē per hoiem mors, & per hoiem resurrectio mortuorū. Ista ergo demonstrat exemplariter. ¶ Itē dico prædicatur figuraliter. Resurrectio. n. vniuersaliter figuratur Ezec. 37. in illo cāpo magno pleno ossib. aridis, quæ spiritum non habebant, in quæ venerunt carō, nerui & cutis, & ingressus est in ea spiritus, & vixerunt, steteruntque super pedes suos exercitus magnus valde. ¶ Et sic quarto cōcluditur q̄ ista ordinatur seu reuelatur spiritualiter, quia. s. in scriptura in multis locis ponitur ista materia resurrectionis. Io. 11. Resurget frater tuus. Cui respondit Martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. & 1. ad Corin. 15. Omnes quidē resurgemus, sed non omnes immutabimur. Vbi aduerte q̄ resurrectio vniuersalr̄ extendetur. Omnes inquit. Infallibiliter concludetur. Quidem inquit. i. certe Diuisibilr̄ distinguetur. Quia nō oēs immutabimur. s. à sua prima vili & pōderosa conditione. Corpus. n. beatū immutabit per dotes animæ & corporis, quia. s. quidam resurgent ad vitā æternā, & immutabuntur per dotes animæ & corporis, q̄dā resurgent ad penā æternam, & isti non immutabunt à sua prima vili & ponderosa conditione. Corpus. n. beatū immutabitur in resurrectione de passibilitate ad immortalitatem & impassibilitatem, de pōderositate ad agilitatem, de obtusitate ad subtilitatē, de obscuritate ad claritatē. Sed p certo corpus dānatum mutationes hmōi non habebit, quin immo in sua obscuritate, grauitate & passibilitate ppetuo remanebit. Sola. n. immortalitas sibi dabitur, & hoc non ad præmium, sed ad supplicium, quia sicut dr̄ Apoc. 9. Tunc desiderabunt mortem, & fugiet mors ab ipsis. Non ergo oēs īmutabimur, quia pro certo sicut dicitur 1. ad Corinth. 15. Stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorū. Sic ergo dico q̄ est resurrectio probatur spiritualiter, figuraliter, exemplariter, naturaliter &c. vide infra de vita, & resurrectione Christi in litera X. & infra de Surgere.

A **Rete.** Nota q̄ rete sagena sunt quædā filorū vel viminum instrumenta, ad captionem piscium, animalium vel volatilium ordinata, & potest significare ī bono & in malo. In bono. n. significato dico q̄ est vnum rete mētale, aliud verbale, aliud reale. ¶ Primo dico q̄ est rete mentale, qd̄ significat cordis affectionem. Ista est. n. qua mediāte, hō capit bona gratię & glorię Et ideo pręcipit Luc. 5. Laxate retia in capturam. Et respōsum est ibidem. Per totam noctem laborauimus & nihil prendidimus, in verbo autē tuo laxabo rete. Ad denotandum q̄ nihil de bono acquiritur, nisi quando ad voluntatem Dei rete affectionis ad capturam spiritualium relaxatur, iuxta illud Io. 21. Mittite in dexteram nauigij rete. Dextera enim nauigij est ecclesia, & signat bona spiritualia, & æterna, ad quorum procul dubio captionem rete voluntatis & affectionis debet extendi, & non ad sinistram bonorum temporalium relaxari. Ista sunt etiam retia.

Mergenda per contritionem.	Quòd ergo retia affectionū
Lauanda per confessionem.	sint per contritionē in mari
Reficienda per satisfactionem.	mergenda, patet Matt. 4. Vi

di duos fratres mittentes retia in mare. i. in amaritudinē cōtritionis. Item q̄ ista retia per confessionem sint lauanda, patet Lu. 5. vbi piscatores descenderant ad littus, & lauabant retia sua. Item q̄ per satisfactionem sint reficienda, patet Matt. 4. vbi Iesus vidit Iacobum & Ioannem reficientes retia sua. Istud est ergo rete mentale, quod signat cordis affectionem. ¶ Secundo dico qd̄ est rete verbale, quod signat verbi prædicationem Prædicatio. n. doctorum dicitur rete, q̄a isto mediante hoīes in naui vel mari huius mundi per conuersionē capiunt, & ad littus fidei & ecclesiæ pertrahunt. vnde Mar. 1. dicitur qd̄ Iesus cum videret Simonem & Andream mittentes retia sua in mare (erāt. n. piscatores) dixit eis. Venite post mē, faciam vos fieri piscatores hoīum. Istud figuratur 3. Reg. 7. vbi Hyram fecit capita duarum colūnarū ad modū retis. Duæ. n. colūnę duo sunt testamēta. quę. s. rete authoritatē, & sentētiarum habent, in quo mysteria regni Dei spiritualiter continentur Ezo. 27. Facies craticulam in modū retis ęneā. ¶ Tertiò dico, q̄ est rete reale, q̄ signat ecclesię congregationem. Ecclesia. n. est rete, & sagena missa in mare huius mūdi, in quo oīa genera piscium. i. hominum congregantur, & in fine ad litus mortis, & iudicii pertrahuntur, & boni in reseruatione paradisi eliguntur, mali vero in infernum reiiciuntur. Matt. 13. Istud est retē Simonis quod plenū fuit magnis piscibus centum quinquaginta tribus, & cū tanti essent, nō est scissum rete. Ioan. 21. Per istos. n. pisces vniuersitas fidelium designatur, pro eo quia quotquot fuerunt ibi pisces, tot spēs hoīum sunt ecclesiam repręsentantes. Rete tñ istud. s. ecclesia propter istorum multitudinem nō scinditur, quia. s. ecclesia nunquā per schismata diuiditur aut cassatur. Vna est. n. columba mea &c. Istud est ergo triplex bonum rete, & spirituale, s. ecclesiasticę cōgregationis, dominicæ prędicationis, sanctificæ affectionis seu meditationis. ¶ Sed adhuc dico, q̄ rete B pōt accipi in malo. Et sic signat oē illud per quod homo capitur, inuoluitur vel decipitur. Et sic dico, q̄ secūdum q̄ inueniuntur tria genera rerum quæ retibus capiūtur, videlicet pisces cum cęteris natatilibus, ferę cum cęteris gressibilibus aues cum cæteris volatilibus, secundum hoc possunt inueniri tria genera malorum retium spiritualium, videlicet

Rete deliciarum, ad capiendum carnales & natatiles.
Rete diuitiarum, ad capiendum auaros & gressibiles.
Rete eminentiarum, ad capiendum superbos & volatiles.

Irretiūtur ergo carnales in reti corporalium deliciarum, & sic loquitur scriptura Eccl. 7. vbi nominat mulierē sagenam. Vincula inquit sunt manus eius, sagena cor eius. Sic loquitur ēt Prouer. 7. vbi de mala muliere loquēs dicit, q̄ irretiuit iuuenē multis sermonibus, & statim eā sequitur quasi bos ductus ad victimā, & nescit q̄ ad vincula stultus trahat Et bndicit sermonibus, q̄a p certo falsi sermones siue mulierū siue adulatorū sunt rete q̄bus incauti hoīes capiunt. vñ Prouer. 29. Homo qui blandis fictisq; sermonibus loquit amico suo, rete expandit pedibus suis. Itē dico, q̄ irretiunt auari in reti diuitiarum tēporaliū. Summa. n. mundi bona sunt quædā retia, vbi dū incautē hoīes appropinquāt, subito diabolus auceps trahit chordā auaritię, & eos ibi detinet & inuoluit. Figuratus in illo leunculo q̄ magnus leo factus ē, & didicit rapere pdā, cui dr̄. Extendā sup te rete meū. Quia. s. tales hoīes leonini qui non q̄runt nisi prędā bonorum temporalium acquirere, in rete auaritię finaliter inuoluuntur, de quo recedere à diabolo prohibentur. Ezechi. 12. Extendam super illum rete meum, & capietur in sagena mea, adducaq; eum in Babilonē ibiq; morietur tales. n. qui in reti auaritiæ capiunt in Babylonē, infernalē deducuntur, & ibi per ęterna supplicia moriuntur. Et ista sunt propriè retia relinquenda, de quibus fit mentio supra de relinquere. §. 1. Item dico, q̄ irretiunt superbi in rete eminentiarum secularium. Mundi. n. dignitates & eminentiæ sunt quędā retia quibus capiuntur superbi, & ambitiosi, sicut aues quæ altè volantes quandoq; inueniunt rete appensum in altis mōtibus, & arboribus q̄bus subito se inuoluūt, sicut patet de aue quæ dr̄ auicena. Sic superbi altè volātes in dignitatibus mundi, inueniunt rete pōparum q̄bus per superbiam se inuoluūt. Oseæ 5. Quasi rete expansum super mōtes Thabor. Thabor. n. interpretat, veniat lux. Quia. s. illi qui inuoluunt in reti eminētiæ seu auaritiæ in montib. dignitatem, nihil q̄runt nisi aduentū lucis. i. nisi q̄ p in lucem veniant facta sua. Ista ergo sunt tria genera malorum retiū quæ procul dubio sunt fugienda & relinquenda, iuxta illud Mat. 4. Relictis retib. & patre, secuti sunt eū. Vide supra de relinquere. §. 1. Et ista de retibus sufficiant in bono & in malo. Vide de ligare, & de vinculis, & in cæteris titulis similibus.

Retinere. Nota quòd in scriptura multiplex retentio reperitur, videlicet

Retentio nocens & damnificans.	Primò dico q̄ inuenit
Retentio docens & notificans.	retentio dānificatiua.
Retentio arcens & rectificans.	Et ista pro certo est re
Retentio seruans & saluificans.	tentio diuitiarum, quę

per eleemosynas non expellunt. Retentio miserorum, qui in seruitute

seruitute retinentur & includuntur, nec libertati restituunt. retentio pctõrũ, q̃ per confessioné non excluduntur. Oĩs.n. talis retẽtio periculosa est. Quia pro certo sicut sanguis mẽstruus & alij mali humores in corpore retenti nec euacuati, multas infirmitates & q̃nq; ẽt morté causant, sic bona terrena in arcis, pctã vero in cõsciẽtijs retẽta multorũ vitiorũ, & finaliter mortis ęternę & infernaliũ tormentorũ pericula generant. Quod ẽt de impijs verũ est, qui.s. in suis carcerib. retinẽt pauperes & captiuos. Et ẽt de vsurarijs, quia.s. pauperes suis falsis contractib. laqueatos retinẽt & obligatos, ipsosq; proprijs substãtijs spoliant deuorãtes. similes illi pisci qui dr̃ pinna, qui teste Plinio. cũ sit de natura cõchyliũ, testam suã late aperit, & pisciculos ibi recipit, quos tãdẽ retinẽdo se claudit, & retentos deuorat & cõsumit. Sic vere vsurarij pisciculis.i. pauperib. sub spẽ charitatis se aperiunt, quos cũ suis laqueis & contractib. inuoluerint, tãdiu retinent inuolutos, q̃ quicquid habent deuorant & consumunt. Ideo vero faciũt tyranni, qui.s. captiuos suos vsq; ad morté solent (nisi se redimant) retinere, dicentes.s. illud Matt.5. Amẽ dico tibi, nõ exibis inde.s. de carcere, donec reddas vltimum quadrantẽ. Talis fuit Pharao, qui.s. filios Israel in seruitute perpetua retinere volebat, ita q̃ ipsos nõ nisi violenter dimittere volebat. vnde Exo.9. sibi dñs dr̃ mandasse. Adhuc inquit retines populũ meũ, & nõ vis dimittere eũ. En pluã grandinẽ multam nimis, qualis non fuit in Aegypto. Quod ẽt dici põt de tentationib. qui diuitias suas retinent nec dimittũt. nisi forte q̃n p̃ morté aut tribulationẽ premuntur. Exemplo spongiæ, quæ aquas bibit & eas retinet, nec dimittit nisi q̃n comprimitur violenter. Apoc.3. Tene qđ habes. Ista est igitur retentio dãnificatiua. ¶ Scđa dico q̃ inuenitur retentio notificatiua. Et ista certe est illa qua nos in mente nostra retinemus Dei mãdata & documenta, pctã & nocumenta. Virtus.n. retentiua valde proficit sanitati, quia.s. nisi ista esset, cibaria statim emitterentur nec digererentur, & sic corpus minime nutriretur. Sic vere virtus retentiua & memoratiua valde proficit aĩæ sanitati, quia.s. nisi đ quinq; sensus recepta retinerent & memoriæ commendarentur, nunquam aĩa spiritualiter nutriretur. vnde Luc.8. dr̃. Qui aũt in terrã bonam, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbũ retinent, & fructũ afferunt in patientia. Ista est igitur retẽtio notificatiua. ¶ Tertio dico q̃ inuenitur retẽtio modificatiua, & ista est illa qua nos retinemus & retrahimus & cohibemus malos appetitus ne corruant in malos consensus, & qua ẽt nos retinemus alios, quos.s. videmus ad malũ labiles & decliues, ne.s. ruant in aliquos malos actus. Rota.n. molẽdini retinetur, nec nimis impetuose currat, per pondus lapidis seu molæ & per retinaculum quod est ibi. Sic vere pondus diuini timoris, & retinaculũ tẽperantiæ moderantis, & prudentiæ gubernãtis, & boni ẽt prædicatoris admonentis, debet mentes nostras ab impetu malorũ appetituũ aut actuũ retinere, & sub debita regula coercere. vnde 2.Reg.18. dr̃ q̃ Ioab cecinit buccina, & retinuit populũ ne persequeretur fugientẽ Israel. Ista est ergo retentio modificatiua. ¶ Quarto dico q̃ inuenitur retentio saluificatiua, & ista nihil aliud est q̃ perseuerãtia, q̃.s. alias virtutes retinet & reseruat. Non sufficit.n. q̃ canis prædam capiat, nisi prædam ceptã reseruet & retineat. Virtutes igitur capiamus & custodiamus. vnde Heb.2. domus inquit Christi sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem firmam retineamus. Hæc igitur sufficiant de retinere. Vide de tenere, seruare, & reseruare &c.

A **Retrahere.** Cum retractio sit idem quod alicuius ab aliquo termino vel proposito retrotractio, possumus dicere q̃ est.s. retractio

Virtuosa.
Vitiosa &
Periculosa.

Virtuosa dico, sicut cum nos retrahimus nos & alios à peccato. Vitiosa etiam cum retrahimus nos & alios à bono proposito facto seu consortio. Periculosa etiã, sicut cum per diuinam & occultam sententiã mali retrahuntur ab huius mundi vita & solatio. De talib. ergo retractionibus multa possent dici, sed auctoritates vocales desunt. Vide ergo de trahere, extrahere, amouere reducere &c.

Retorquere. Retortus. Vide infra Torquere.

A **Retribuere.** Nota q̃ retribuere idem est quod recompensare. satisfacere, reddere, vel pro aliquo beneficio vel maleficio cõpetens præmiũ assignare. Et dr̃ à re, quod est cõtra, & tribuo, buis. Vnde retribuẽs, quasi econtrario tribuẽs. Retributio.n. semper supponit pręcedere tributionem. Et sic tribuere se habet per domum meriti, & retribuere per modũ præmij. Notare ergo possumus q̃ in scriptura inuenitur.s. retributio

Meritoria.
Damnatoria.
Saluatoria.
Afflictoria.

Primo dico q̃ est retributio æquitatis & iustitiæ, & ista est illa qua q̃libet tenetur retribuere & recõpensare alteri beneficia q̃ ab ipso recepit, tam Deo.s. quã proximo. Deo dico ẽm q̃ est sibi possibile, iuxta illud psal. Quid retribuam dño, pro oĩbus quæ retribuit mihi? Calicẽ salutaris accipiam, & nomen dñi inuocabo. Ac si diceret. Si alias non possum deo tribuere seu satisfacere, saltem teneor per orationẽ & gratiarũ actionẽ nomen ipsius inuocare. Proximo ẽt facienda est retributio, satisfactio & recõpensatio de benefactis & de beneficijs per ipsum acceptis. vnde Prou.12. De fructu oris sui vnusquisq; replebitur bonis, & ẽm opera manuũ suarum retribuetur ei. Ecc. Honora patrem tuũ & matrem tuã, & retribue illis, quõ & illi tibi. Exemplo ciconiarũ, quæ ẽm Plin. sunt aues maximæ pietatis. Parentes.n. suos senio confectos solẽt nutrire, sicut in iuuentute ab ipsis fuerant enutritæ. Quod est contra multos ingratos &c. de ista aũt retributione vide supra vbicunq; agitur de gratiarũ actione. Ista est ergo retributio æquitatis & iustitiæ. ¶ Secundo dico q̃ est retributio prauitatis & nequitiæ, quia.s. multi sunt ita peruersi, q̃ nõ solũ pro bonis nõ retribuunt bona, imo ẽt pro bonis multotiens reddunt mala. psal. Retribuebant mihi mala pro bonis sterilitatẽ animæ meæ. ¶ Tertio dico q̃ est retributio bonitatis & clemẽtiæ, & ista est illa qua Deus retribuit bonis & iustis retributionem vitæ æternæ. Prou.13. Iustis retribuentur bona. Nullũ.n. bonum facit homo quin retribuatur ei, vel in hoc seculo, vel in futuro. Veruntñ melior est futura retributio q̃ sit p̃sens. Melius.n. retribuit filio q̃ seruo, quãuis seruus quotidianã mercedẽ accipiat, filius vero ad futurã attendat hæreditatẽ, quia.s. seruus modico p̃senti salario contentatur, filius vero expectans hæreditate paterna finaliter præmiatur. Sic vere multi sunt sicut serui, qui in pręsenti seruiũt, & aliqua bona faciũt, & bona tpalia à Deo sicut totale suũ salariũ accipiunt. Boni vero sunt sicut filij, qui à Deo patre parũ recipiũt in hoc mũdo, sed ab ipso retributionẽ æternæ gloriæ recipiẽt in futuro. Luc.4. Retribuetur tibi in retributione iustorũ. & in psal. Expectãt iusti donec retribuas mihi. Ista est ergo retributio bonitatis & clementiæ. ¶ Quarto vero dico q̃ est quædã retributio seueritatis & potẽtiæ, & ista est illa qua Deus remunerat malos in inferno retribuens eis supplicia q̃ merẽtur, dicẽs illud Deu.32. Mea est vltio, & ege retribuã eis in tpe, & labatur pes eorũ. Teste.n. sapiẽte Ecc.11. Facile est Deo in die obit' retribuere vnicuiq; ẽm vias suas. Deus.n. tũc retribuet abundãter facientib. superbiã, quia sicut dr̃ Esa.76. Vox dñi reddẽtis retributionem inimicis suis &c. Vide supra de reddere, de restituere, de dare, de p̃mio, de mercede & simil.

Retro. Retrorsum. Nota q̃ ista aduerbia retro & retrorsum videntur significare partem anteriorem & posteriorẽ. Significat.n. quandoq; præteritum, quandoque futurum. Et sic generaliter est aduertendum quòd diuersimode significant in scriptura. Vnde nota quòd retro sunt aliqua A

Videnda.
Timenda.
Cauenda.
Habenda.
Spernenda.
Promerenda.
Pauescenda.
Et sic dico q̃ est retro
Pęnalitatis.
Mortalitatis.
Iniquitatis.
Humilitatis.
Prosperitatis.
Diuinitatis.
Aduersitatis.

Primo ergo dico quòd est vnum retro quod est attendendum, & istud signat oĩa illa quæ nobis retroacto tempore acciderunt, videlicet vitia quæ cõmisimus, beneficia quę recipimus, supplicia quæ sustinuimus, & bona quæ facere potuimus & omisimus. Collum enim factum fuit flexibile & mobile, vt homo posset post se respicere ad denotandum quòd ad virum discretum pertinet seipsum per considerationem ad retroacta flectere, & ipsa in mente gerere & habere. sicut de ciuitate peccatrice dicitur Thre.1. q̃ ipsa gemens cõuersa & retrorsum. Et ideo sancta animalia non solum à parte ante, sed etiam a patre

à parte retro habebant oculos. Apoca. 4. Aīalia erant plena oculis ante & retro. & Iud. 20. Beniamin aspiciens retro vidit flammas in sublime ferri. Esa. 44. Conuersi sunt sapientes retrorsum. Istud est ergo vnū retro attendendum. ¶ Secūdo dico ꝙ est vnū retro metuēdū, & istud signat mortē, iudiciū & infernū. Ista .n. dicuntur esse retro, quia non sequuntur & persequuntur, quia nō videntur nec cognoscuntur, quia .s. hō non videt retrorse, & quia ēt ista præ oculis à fatuis non habentur. Inimici .n. qui pugnāt à parte retro, magis sunt timēdi, quia .s. eorū insidiæ nō possunt bene perpendi. 2. Paral. 23. Hieroboā retro moliebatur insidias. Dū .n. ceruus ad venatorē qui ante ipsum sibilat, respicit, venator qui retro latet, ipsum sagitta percutit & occidit. Et ideo talia q̄ modo sunt retro, & q̄ modo sunt nobis incognita & ignota, dēnt discrete meditari, & magis à sapientib. formidari. psal. Cōuertant retrorsum, & erubescāt. Istud est igitur retro qđ est metuendū. ¶ Tertio dico ꝙ est vnū retro qđ est pcauendū, & illud retro nihil aliud est quā pc̄tm̄ vel etiā status pc̄ti. Peccator .n. & peccatum dr̄ esse retro, quia .s. peccatores pc̄tm̄ retroponunt, nec de ipso tollendo curant vel ēt quia pc̄tm̄ occultè
B nobis insidiatur, vel pro eo ēt ꝙ ante oculos non habetur. Peccatores etiā retro dicuntur, pro eo ꝙ de ipsis apud dn̄m non curatur, imo in inferno retroponentur, & retro à facie dn̄i reijcientur. Vnde de peccatorib. dr̄ Hiere. 7. ꝙ facti sunt retrorsum, & non in ante .i. in statu pc̄ti, nō gratiæ. Peccator .n. est semper retro Deum .i. in statu pc̄ti. Iustus vero dr̄ semp esse ante Deum, .s. in statu gratiæ, iuxta illud psal. Non recessit retro cor nostrum, & declinasti semitas nostras à via tua. Istud est illud retro in quod cecidit Heli p̄ desperatione, de quo dr̄ 1. Reg. 4. ꝙ audita morte filiorū & captione arca dedit de sella retrorsum, & cōfractis ceruicib. expirauit. Quia .s. quicunq; retro à statu gratiæ ad statum pc̄ti cadit, nisi ipsum subleuet Deus, mortē incurrit spiritalē & æternam Gen. 49. Cadat ascensor eius retro. Et ideo 1. ad Tim. 5. dr̄ ꝙ multę viduæ abierūt retro post sathanam. Retro .n. ire, nihil aliud est quā à recto itinere iustitiæ retrocedere & abire. Exēplo planetarum, qui qn̄que efficiuntur retrogradi. Exemplo etiā fluminis, quod per virtutē lapidis achatis qn̄q; a magis retrouertitur à rectitudine cursus sui, sicut dicit Plin. Quia .s. magis demones mediante lapide .i. duritia pc̄ti retrouertunt à rectitudinæ iustitiæ spiritales, & faciunt eos retrogrados .i. peccatores & obstinatos, quēadmodum sunt illi qui nihil volunt facere iuste vel recte, imo quicquid faciunt agunt more cancri retrogradè & iniustè. Io. 6. Multi discipulorū abierūt retro, & iam cum Christo non ambulabant. Cuius tn̄ contrarium est de iustis, de quibus dictur 2. Reg. 1. quod sagitta Ionatæ .i. volūtas viri iusti nunquā retrorsum abijt. Et Esa. 50. Ego aūt non contradico, retrorsum non abijt. Dico igiī ꝙ est vnum retro quod est præcauendum. ¶ Quarto dico ꝙ est vnū retro quod est acquirendum, & istud est retro quod signat statum pœnitentiæ, quia .s. pœnitentia facit hoīes reuerti ad statū gratiæ quem dimiserūt per peccatum, sicut de Magdalena pœnitente dr̄ Io. 20. ꝙ conuersa retrorsum vidit Iesum & illud Thr. 1. Ista gemens cōuersa est retrorsum. Vel ēt signat statum humilitatis, quia .s. viri humiles non se reputant dignos apparere ante, sed magis esse retro .i. in statu posteriori & depressiori, sicut de muliere hemorrhoissa legimus Lucę. 8. ꝙ ipsa accessit retro, & tetigit fimbriā Iesu, & iō meruit sanari. Sicut ēt de Magdalena legitur Luc. 7. ꝙ stās retro secus pedes Iesu, flendo, lauando, tergendo & osculādo pedes dn̄i, meruit audire à dn̄o. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum Istud est ergo vnum retro acquirendum & habendum .s. status pęnitentiæ & humilitatis, quia .s. sicut bos secundum Plin. pascitur retrocedendo, sic iustus pascitur gratijs, & impinguatur virtutib. retrocedēdo p pœnitentiā, & per humilitatē retro se tenendo. de quo Gen. 49. Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum. Istud est ergo vnum retro quod est acquirendū. ¶ Quinto dico quòd est vnum retro quod est dimittendum, & istud retro signat prosperitatē mundanam & bona huius mundi, quæ .s. retro dicuntur esse, quia retro nō ante in morte .s. remanebunt, Vel retro, quia .s. retro nos debent esse .i. in oblione & contemptu, ipsaq; debemus retroponere, & ante mentis oculos non habere, iuxta illud Apostoli ad Philip. 3. Quæ retro sunt, obliuiscens, ad ea vero quæ ante sunt, extendens meipsum, destinatum prosequor ad brauium. Et istud potissime requiritur in religiosis, qui .s. nunquam bebent retro respicere ad bona mundi quę post se reliquerunt recto itinere sine retrocessione ad deū per paupertatis semitā ambulare, quia sicut dr̄ Gene. 19. Vxor Loth retro respiciendo mutata est in statuā salis. Quia sicut dr̄ Luc. 9. Nemo mittēs manū suam ad aratrū & aspiciens retro, aptus est regno dei. Quod tn̄ est contra multos modernos religiosos, qui p certo oculum cordis semper habēt retro ad desideriū terrenorum. Similes Saturno, qui tunc dr̄ esse pessimus, qn̄ est retrogradus, quia .s. illi religiosi sunt pessimi qui retrogradi dicūtur .i. qui ad retro dimissa per ipsos, more canis reuertētis ad vomitum, conuertuutur. psal. In cōuertendo inimicos meos retrorsum, ipsi infirmabuntur & peribūt à facie tua. Et ideo bene pcipit Luc. 18. Qui in agro est, nō redeat retro. Quia sicut dr̄ 2. Pet. 2. Melius est via veritatis non agnoscere, quam post agnitā retrorsum conuerti. Istud est ergo vnū retro qđ est dimittendū. ¶ Sexto dico vero ꝙ est vnū retro qđ est promerendum, & istud est retro quo Christus à dignitate propria retrocessit, qn̄ humanam carnem assumpsit. Figuratus in sole, qui (sicut 4. Reg. 20. dr̄) reuersus est retrorsum decē gradib. vnde Eccl. 48. Retro redijt sol, & addidit vitam regi. ¶ Sed septimo etiam potest dici ꝙ est vnum retro quod est pauescendum, & istud est illud quo mali in iudicio proijciētur retrorsum, .s. inferius in inferno, de quibus dicitur Iu. 18. Abierunt retrorsum, & ceciderūt. Sic ergo patet quomodo ad septem genera rerum potest referri illud aduerbium retro &c. Vide supra de post & posterius.

Reuelare

Nota ꝙ reuelare nihil aliud est q̄ secretum suum alicui declarare, & illud dicitur reuelare, quasi retro velare .i. cōtrarium de velare. Et notemus ꝙ in scriptura inuenitur quadruplex genus reuelationis, .s. reuelatio

Admirabilis & gratiosa.
Commendabilis & virtuosa.
Detestabilis & vitiosa.
Confusibilis & tædiosa.

Prima est reuelatio diuinæ inspirationis, quia sicut dicit Iob. 12. Ipse est qui reuelat profunda de tenebris. Secunda est reuelatio mentalis confessionis de qua in psal. Reuela domino viam tuam. Tertia est reuelatio humanæ ostentationis, contra illud Prou. 25. Secretum extraneo ne reueles. Quarta vero est reuelatio æternæ confusionis & damnationis. Vnde aīæ damnatæ dr̄. Esa. 47. Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum. De istis igitur quatuor generibus reuelationum & manifestationū aliquid per ordinem est dicendum. ¶ Dicamus igitur primo ꝙ est quædam reuelatio diuina valde mirabilis, & ista est illa qua Deus reuelat secreta quæ latuerant illis quibus datū est desuper reuelari, quia .s. deus multa abscondit a sapiētib. & prudentib. & reuelat eā paruolis, sicut dr̄ Matt. 11. Deus .n. est sicut rex qui secrete cū consiliarijs suis tractat de regimine regni sui, & tandē quod ordinatū secrete fuerat, diuersis diuersimode publicat & reuelat. Quia .s. deus in secreta camera suę occultæ pꝛuidētiæ primo disponit oīa q̄ facit, ipsaq; primo suis secretarijs .s. angelis ostendit, & tandē senescallis & balliuis regni sui .s. prophetis & Apostolis ipsa primo declarat, & finaliter p ipsos oīb. publicat & denunciat. Sic fecit Deus de secreto suæ beatæ incaernationis. Sic facit Deus de secreto suæ prouidētiæ & mūdi gæbernatione. Sic faciet de° in vltimo iudicio & in die suę magnæ iurisdictionis. Et ideo de multiplici reuelatione Dei possumus exponere verbū illud Esa. 56. Iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reuelet. In quib. verbis ostēduntur quattuor q̄ à Deo sunt vel erunt hoīb. reuelata. Et ista sunt. Aliqua q̄ pertinent ad ligā amoris. Aliqua quæ pertinent ad culmen honoris. Aliqua q̄ pertinent ad limam rigoris. Aliqua quæ pertinent ad lucem splendoris. Et ideo dico ꝙ apud Denm est .s. reuelatio

Amorosa.
Fructuosa.
Rigorosa.
Luminosa.

Prima fuit in verbi incarnatione. Iuxta est inquit. Secunda est in aīæ præmiatione. Salus mea. Tertia est in impiorū condemnatione, Iustitia inquit. Quarta est in secretorum demonstratione. Reueletur inquit. Et sic dico ꝙ est quædam reuelatio.

Grandis amoris.
Summi valoris.
Magni rigoris.

Est dico quædam amoris reuelatio inæstimabilis, & ista est illa qua ipse Deus se p carnis assumptionem

Magni splendoris. ptionē hominibus reuelauit,quæ ōnditur cum dr̄.Iuxta est,quia.s.per istā iste factus est iuxta nos in hoc seculo,socius & vicinus.ps.Iuxta est dn̄s his qui tribulato sunt corde,& humiles spū saluabit.de quo Esa.40. reuelabitr̄ gloria dn̄i,& videbit ōis caro pariter salutare dei. Sicut.n.Sol aliquando diu latet in nubilo,qui tandē clare ho minib.reuelatur,sic deus q̄ ab origine mundi latuerat à visibus hoīum,fuit in incarnatione publice reuelatus.Lu.3.Viderunt oculi mei salutare tuum,qd' parasti ante faciem omnium populorum.Lumen ad reuelationem gentium,& gloriam plebis tuæ Israel. Ista est ergo reuelatio amoris inæstimabilis.Iuxta est inquit. Amor.n.inæstimabilis iudicatur q̄ rex iuxta pauperem velit sedere,& multo fortius q̄ deus voluerit per incarnationē iuxta homines homo corporeus apparere.Iudi.9.Constituerunt regem abymelech iuxta quercum quæ est in sychē.¶Deinde dico q̄ est quædā Dei reuelatio valoris incomparabilis, & ista est illa qua Deus se reuelat aīabus quæ sunt in paradiso, se eis per visionem beatificā intimando, & salutē perpetuā influendo, & hoc ostenditur cū dr̄.Salus mea Esa.45.Israel saluatus est in dn̄o salute æterna.Vnde de tali reuelatione dr̄ 2.ad Cor.3.Nos aūt reuelata facie gloriam dn̄i speculantes,transformamur à claritate in claritatē.Ista est ergo reuelatio valoris incōparabilis.¶Denique dico q̄ est quædā Dei reuelatio rigoris intemperabilis.Iustitia inquit mea.Et ista est illa qua Deus reuelabit in iudicio abscōdita & occulta hoīm fallacium,& malorum,qui recte sunt sicut tortuca, quæ infra testam suam taliter se occultat,q̄ nihil de ipsa videtur penitur pręter testam qn̄ tamē in aqua calida ponitus,tunc ostēdit & manus & pedes,& sic quicquid sub testa latuerat,reuelatur.Sic vere multi sunt ita inuoluti in vita ista in testa cuiusdā exterioris fictæ conuersationis,q̄ malefacta ipsorum non possunt nec inspici nec cognosci.Sed pro certo in die iudicij qn̄ in aqua calida æternæ miseriæ bullient, tunc oīa quæ ipsis latuerant,reuelabuntur, & caput suæ malæ intentionis, pedesq; suæ malę affecti onis omnibus intuentibus monstrabuntur, iuxta verbum saluatoris.Matt.10.Non est opertum quod non reueletur, & occultum quod non sciatur. Tunc.n.omnis vsurariorum contractus falsus reuelabitur.Tunc hypocritarum coopera falsa intentio manifestabitur,& quicquid in conscientia latuerat quod non per confessionem vel contritionem deletū est, ibi coram cunctis viuentib.ostendetur. Iō bene consulitur Eccl.1.Ne fueris hypocrita in conspectu hoīm, ne forte cadas, & reuelet Deus absconsa tua in medio synagogæ 1.ad Cor.3,Dies dn̄i declarabit,quia in igne reuelabitur vniuscuiusq; opus quale fuerit.Iustitia inquit mea.vnde in psal.In cō spectugētiū reuelabit iustitiā suā.Ista est ergo reuelatio rigoris intemperabilis. ¶ Insuper dico q̄ est reuelatio splēdoris inobfuscabilis, & ista est illa qua Deus prophetis & sanctis secrete reuelauit futura. Et hoc est quod ostēditur in verbo Reuelabitur.Quia sicut dr̄ in psal.Dn̄s reuelabit cōdensa,& in templo eius oēs dicent gloriam. Et ēst sciendū q̄ releuatio secretorum Dei voluntatis magis consueuit fieri simplicib.q̄ sapientib.magis humilib.q̄ sublimibus,magis pauperibus q̄ diuitib. sicut ad litterā videmus de prophetis & Apostolis, qui fuerunt de valde modico statu.i.de humili plebe. Amos.n.fuit pastor.Petrus piscator. Paulus persecutor &c. Spiritus vbi vult spirat &c.Sicut.n.sol solet s̄m diuersitatem nubium se diuersimode reuelare,& inde est q̄ s̄m quòd nubes magis est rara,vel clara dēsa vel spissa,sol clarius vel turbulentius in ea reuelatur,sic secundum q̄ Deus inuenit mētē humanam dispositā,ita sibi per reuelationes & inspirātiones amplius intimatur.Oleū.n infusum in profundum maris clarificat totū mare, ibiq; facit reuelari & apparere illa quæ primitus latitabant. Sic vere gratia Dei effusa in profundo cordis,ibidē reuelat & manifestat illa quæ pertinent ad salutem.Vnde de Deo dr̄ Dan. 2. q̄ spiritus reuelat profunda & abscondita,& nouit in tenebris cōstituta, & lux cum eo est. Et ista sunt contra illos qui reuelationes & occultorum manifestationes quærunt ab aliis q̄ à Deo,sicut sunt augeres & sortilegi,& demonum consultores, cum tn̄ solus Deus sit ille à quo omnis spiritalis reuelatio procedit.vnde ad Eph. 1. deus det vobis spiritum reuelationis in agnitione eius.Et sic patet q̄ multiplex est reuelatio diuina,s.luminosa,rigorosa, gloriosa,& amorosa.Et sic dico q̄ est quædam reuelatio diuina valde mirabilis.&c.¶Secundo principaliter dico q̄ est q̄dam reuelatio humana valde laudabilis,& ista est illa reuelatio qua homo reuelat peccata sua sacerdotib. Qua prædicator reuelat Dei volūtatem auditorib. Prælatus reuelat periculorum incommoda subditis inferiorib. Peccator.n.debet esse sicut infirmus, qui vilem infirmitatē non verecundatur discreto medico reuelare pro opportuno remedio apponendo,sic & peccator sacerdoti.psal. Reuela dn̄o viā tuā & Hier.11.Tibi.n.reuelaui cām meam.Luc.2. Reuelētur ex multis cordib.cogitationes. Prædicator ēt debet esse sicut p̄co, qui edicta regis alijs annunciat & reuelat vt.s. quilibet sciat voluntatē principis,& vt agnoscat quilibet quid facere teneatur.Vnde p̄dicatori loquēs Deus dicit Esa.49. Dedi te in fœdus populi mei vt suscitares terrā, & possideas hęreditates dissipatas,& diceres his qui in carcere sunt exite,& his qui in tenebris sunt reuelamini. ¶Quod tn̄ est cōtra multos prędicatores,similes cani,qui herbas quibus se purgat,p̄ inuidia solet occultare,nolens q̄ alijs reuelentur.Sic sunt multi p̄dicatores & doctores,qui herbas salutiferas quas cognoscunt.i.secreta scientiarū quæ sciunt,bona verba & documēta,sermones & libros quos habent, q̄.s.ecclesiæ possunt esse necessaria ad purgationē spūalem aīarū,nulli volunt cōicare vel reuelare,sed potius abscondere,& celare, & sibi solūmodo reseruare.Iud.14.Nolunt reuelare q̄ mel de ore leonis assumpsit.Os.n.leonis Christi quo mediante nobis loquir̄, est sacra scriptura,mel vero quod exinde sumitur,est scientia & doctrina.Prælatus ēt est sicut canis qui latratu solet feros & latrones prodere.Et est ēt sicut sanra paruus lacertulus,qui saltando super faciē hoīs dormientis solet serpentis insidias reuelare,q.a.s.ad p̄latū pertinet ad subditorū pericula & hostiū spūaliū insidias p̄uidere,& ipsas subditis vel latratu p̄dicationis, vel salute bonæ operationis sagaciter demōstrare. Esa.22.Reuelabitur operimētum iudæ.Et sic dico q̄ ista est reuelatio triplex humana,q̄ est laudabilis.¶Tertio principaliter dico quòd est q̄dā reuelatio mundana,quæ est damnabilis,& ista est illa quā habent Proditores & simulatores, & suorum criminū ostentatores.Isti.n.nihil sciunt celare, quin ēt quicquid habent in corde,siue bonū fuerit siue malū,volunt oībus reuelare.Ista.n.tria peccata,s.proditio,iactantia, & hypocrisis,similia sunt cuidā lapidi qui dr̄ Qirin,qui est talis conditionis quòd suppositus capiti dormientis facit eum cōiter reuelare oīa secreta cordis. Sic pro certo facit proditio,quia sicut dr̄.Prou.11.Qui ambulat fraudulenter,reuelat arcana.Ita etiā facit hypocrisis & simulatio, seu ēt iactantia seu elatio,quia.s.tales quicquid habēt de bono, semper volunt alijs reuelare.Ezec.13.Destruam parietem, & reuelabo fundamentum. Istō etiam modo facit detractio & diffamatio, quæ semper consueuit reuelare omnia vitia aliorum,cōtra illud Leuit.18.Turpitudinē patris, matris,filij,neptis sororis,fratris &c. non reuelabis. Istud etiam facit malorum iactantia & ostentatio,quia.s.volunt omnibus reuelare mala sua Esa.26. Reuelabit terra sanguinem suum.Istud etiam facit luxuria & infectio, q̄.s. secreta impudicitiæ discooperit. Vnde de luxuriosis dr̄ Leu.20.Occidantur ambo quia turpitudinem suam reuelauerunt. Et sic igitur dico quòd est quædam reuelatio mundana,q̄ est damnabilis.¶Quartò dico q̄ est quædam reuelatio æterna quæ est tristabilis,& ista est illa qua Deus reuelabit in iudicio & in inferno cuncta abscōdita malignorum. Et qua ēt ira Dei & rigor suæ iustitiæ q̄ modo.non percipiunt ipsi mali eisdem reuelabuntur in futurū. Ad Ro.1.Reuelabitur ira Dei super omnem impietatem & iniustitiam.Sed de tali reuelatione vide supra.§. Deniq;. Et hęc igitur de reuelatione sufficiāt. Vide supra de Apparere. Ostendere.Manifestare & similibus.

Reuereri.Reuerentia.

Nota quòd reuereri idē est q̄d dubitare & ideo reuerentia vt cōmuniter accipitur pro honore cum quadam dubitatione exhibitio vel impensio,licet quandoque accipiatur pro confusione vel terrore.Nota igitur quòd est dare reuerentiam. A

Humilis & subiecti.
Nobilis & perfecti.
Flebilis & deiecti.

Primo dico q̄ est reuerentia hominum humilium & subiectorū, & ista est illa qua viri humiles & subiecti solent alios & maxime superiores seniores & humiliores honorare & reuereri,

uereri,& eiſdem cũ reuerentia in geſtu, ſitu, ordine & affatu ſubmitti. Genua .n. facta ſunt flexibilia, vt ad reuerentiã poſſunt curuari. Manus & brachia flexibilia ſunt, ad exhibendam reuerentiam poſsint cõiungi. Etiã caput & collũ, vt ad reuerentiã valeat inclinari. Vult enim deus quod maiores, meliores, ſeniores & doctores, potentiores & ſupiores ab alijs honorentur,& inferiores, iuniores atque minores ipſos honorent & reuereantur, & quòd eis cum reuerentia ſubmittantur. Heb.12. Patres inquit habuimus eruditiores, & reuerebamur eos. q.d. decet filios reuereri patres,& ignaros reuereri doctores. Exemplo vituli, qui teſte Plinio, voce & vultu populũ ſalutat. & ſic nos debemus locutione & operatione noſtros reuereri maiores j. ad Corin.15. Vigilate iuſti, & nolite peccare. Ignorantiã.n. Dei quidã habent ad reuerẽtiam vobis loquor. Quod certe eſt contra multos irreuerẽtes, deuios & proteruos, de quibus dicitur Lucę 18. ꝙ deũ non timebat & hominem non reuerebatur. Similes. ſ. leoni, qui dicitur nõ poſſe flectere collum. Et etiã ſimiles elephãti, qui ſua genua nunquam flectit, quia. ſ. iſti nec per reuerentiã caput ſubmittunt, nec ꝑ humilitatẽ genua ſua poſſunt flectere, quia,. ſ. neminem reuereri ſeu honorare volunt. Figurati in illis vineæ dominicę cultoribus, de quibus dominus dixit Mar.12. Reuerebuntur inquit filium meũ. quẽ tñ ſibi miſſum reueriti non fuerunt, ſed potius occiderunt. Quia pro certo cultores vineæ dñi. i. mundi rectores iuſtos qui filij Dei ſunt miſſos, non reuerentur, ſed potius perſequuntur. Vnde ipſi dicere videntur illud Sap. 2. Nõ parcamus viduæ nec veterano, nec reuereamur canos multi tp̃is. vnde Bar.4. Nõ ſunt reueriti ſenem, neque puerorũ miſerti ſunt. Et loquiẽ de crudelitate hominum furore armatorum, qui. ſ. nec ſenem verẽtur, nec iuueni miſerentur. Cuius tñ contrariũ faciunt aĩalia bruta. Quædam.n. naturali inſtinctu faciem hoĩs reuerentur, ſicut de lamia monſtro marino valde crudeli dr̃ ꝙ ſi hominem capere põt, ipſum occidit. Vnde nautæ qui in mare deſcendent pro anchoris qñ retentæ ſunt, expediendis, ſi lamiã viderint, mortuos ſe putant. Remedium tñ habẽt, quia q̃ diu monſtrum illud recto vultu & apertis oculis reſpiciunt, ipſos nunquam tangere audet. Et ideo monſtrum directe aſpiciendo retrocedunt, & ad nauem retrocedẽdo refugiunt & ſaluantur. Cuius ſimile dr̃ de leone. In hoc.n. apparet ꝙ reuerentiam faciei humanæ exhibent, quã. ſ. ſe digniorem ſentiunt atq; vident. Multo igitur fortius nos qui rõnem habemus, debemus, alios digniores & meliores nobis reuereri, & ipſis tanquã venerabilib. & reuerendis honorẽ debitũ impartiri. Bene ergo docet ſapiens Eccl.32. Audi tacens,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adoleſcens, loquere in tua cauſa vix cum neceſſe fuerit. Et aduerte ꝙ reuerẽtia inuenitur duplex, ſ. Actiua de qua dixi, illa. ſ. qua quis alios reueretur,& dr̃ venerans aut reuerens. Paſſiua qua quis alios reueretur,& dr̃ venerãs aut reuerens. Paſſiua, qua quis ab alijs veneratur,& dr̃ venerabilis ſeu ẽt reuerẽdus. Viri.n. nobiles & prudentes, honeſti pariter & potentes reuerendi dicũtur. Et loca ẽt diuina & ſancta,& ẽt ſanctorũ reliquiæ ſeu feſta dicũtur ſimiliter veneranda ſicut Exo.39. Fecerũt laminã ſanctę venerationis. & Num. 28. Dies primitiuorum venerabilis & ſancta erit. Hic tñ nota ꝙ multi videntur venerabiles ſeu reuerendi, qui non ſunt, ſed potius contemnendi, ſicut ſunt hypocritæ, ſimiles idolis, quę dij reputabantur,& non erant, de quibus dr̃ Baruc 6. Non ſunt dij inquit. non ergo reueremini eos. Mali.n. non attendunt ad reuerẽtiã ſtatus ſui,& ideo merentur à dño derelinqui, ſicut dr̃ Eccl.29. Repromittit de ꝓximo ſuo,& cum perdiderit reuerẽtiã, derelinquetur ab eo. Patet igitur ꝙ eſt reuerentia hoĩum humilium & ſubiectorũ

B ſeu diſcretorũ. ¶ Scd̃o dico ꝙ inuenitur reuerentia hominũ nobilium & perfectorum ſeu deuotorũ,& iſta eſt illa qua viri ſancti & iuſti Deum ſuper oĩa reuerentur, ipſumq; timent & honorant, atq; magnificè venerantur, iuxta illud Heb.12. Seruiamus inquit placentes Deo cum metu & reuerẽtia. Et bene dicit placentes Deo, quia. ſ. tales reuerentes & tremuli Deo placent, ſicut de Ioſia patet 2.Paral.34. vbi dixit. Quia inquit audiſti verba voluminis huius atque mollitum eſt cor tuum. ſequitur. Reueritusq; faciem meam, ſcidiſti veſtimẽta tua,& fleuiſti, ego quoque exaudiui te, dicit dñs. Et bene dixit, exaudiui te, quia pro certo Deus prę cæteris tales reuerẽtes exaudit, ſicut de Chriſto legitur ad Hebr. 5. ꝙ exauditus eſt pro ſua reuerentia. Quod tñ eſt contra illos qui Deũ non timent, reuerentur, ſeu honorant, de quibus dr̃ 2.Paralip.33. Non eſt reueritus Amon faciẽ dñi ſicut reueritus eſt Manaſſes pater eius. Iſta eſt igitur reuerentia hoĩum nobiliũ & deuotorũ. ¶ Tertiò dico ꝙ inuenitur reuerentia hoĩum flebilium & damnatorũ ſeu ẽt miſerorũ. Et ſic reuerentia idẽ eſt quod confuſio ſeu timor, quia. ſ. mali ſemper ſunt in confuſione, miſeria & timore. pſal. Confundantur & reuereantur quærentes aĩam meã. ſequitur. Induantur confuſione & reuerentia, qui maligna loquuntur ſuper me. Et ſic ergo patet ꝙ triplex reuerẽtia reperitur. Vide infra de Verecundia,& de vereri & infra de Salutare. & ſupra de Honorare &c. C ¶ Quia tamen reuereri quandoque ſumitur pro vereri, notabis ſi vis quòd reuereri eſt idem quod timere, ſeu etiam dubitare. Et ſic dic ꝙ vereri in bono ſumitur & in malo. Vnde nota quòd iuſti reuerentur

- Præſidentem diuinitatem.
- Præcedentem iniquitatem,
- Nunc præſentem calamitatem.
- Defluentem proſperitatem.
- Imminentem feſtiuitatem.

Igitur uereatur & reuereaẽ à iuſtis diuinitas, quæ ſumme p̃ſidet. Eccl.8. Cognoui ꝙ erat bonum hominibus timentib. deum, qui reuerentur faciẽ eius. Item vereri debet iniquitas, q̃ factis inſidet. Et ſic dr̃ Iob.9. Verebar oĩa opera mea, ſciens ꝙ non parceres delinquenti. Quod tñ eſt contra multos, qui, ſ. non verentur pauperes opprimere & grauare, ſicut Iob de ſeipſo dicebat Iob 30. Abominanẽ me,& longe fugiunt à me,& faciem meã conſpuere non verenẽ, Innocentes occidere & turbare, ſicut 2.Mac.4. dr̃ de Andronico, qui Oĩa etiã datis dextris peremit, non veritus iuſtitiã. Item vereri debet calamitas, quæ præſens aſſidet ſicut. ſ. Iob de ſua præſenti calamitate dicebat Iob.3. Antequam comedam, ſuſpiro. ſequitur. Quia quod timebam, euenit mihi,& quod verebar, accidit. Nonne diſſimulaui? nõne ſilui? nonne quieui & venit ſuper me tribulatio. Item vereri debet proſperitas, quæ parum reſidet. vnde Eccl. 10, Qui gloriatur in ſubſtantia paupertatem vereatur. Item vereri debet feſtiuitas ſi qñ euitet. vnde 2.Mac.6. dr̃ de illis ſanctis Machabeis ꝙ verebãtur, propter religionem, ſibimet auxilium ferre. ¶ De malis autem dic econuerſo, ꝙ. ſ. ipſi nihil verentur, propter præſumptuoſitatem quam habent dicentes. ſ. illud Eccl. 23. Quis inquit me videt? tenebrę circundant me, & nemo circunſpicit me quem verear, quaſi diceret, nullum &c. Vide de Verecundia &c.

Reuerti. Reuertens: Reuerſus. A

Nota quòd in ſcriptura poteſt multiplex reuerſio reperiri. Inuenitur enim reuerſio

- Chriſti aſcendentis.
- Cordis pœnitentis.
- Culpæ redeuntis.
- Carnis morientis.
- Vitæ renaſcentis.

Et ſic poſſum dicere ꝙ Chriſtus reuertitur ad patris gloriam. Pœnitens reuertitur ad patris gratiam. Peccator reuertitur ad culpæ materiã. Caro reuertitur ad mortis miſeriam. Natura reuertitur ad reſurrectionis victoriã. Chriſti reuerſio fuit in ſua aſcẽſione, de qua Tho.12. Tẽpus eſt vt reuertar ad eum qui miſit me. Pęnitẽtis reuerſio eſt in ſua conuerſione. vnde Oſeæ 3. Reuertẽtur filii Iſrael, & quærẽt dñm Deum ſuum. Culpæ vero reuerſio fit in mẽtis obſtinatione, & peccati reuerſio fit in culpæ iteratione. Vnde Oſeæ 7. Reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo. & Neemię 9. Reuerſi ſunt vt facerent malum. Carnis reuerſio fit in mortis diſſolutione, de qua Iob 1. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. vitæ reuerſio fiet in vltima reſurrectione, de qua põt dici illud Eccl.1. Oritur ſol & occidit, & per circulos ſuos reuertitur. Et ſic ergo dico quod in ſcriptura reuerſio accipitur quandoque pro

- Chriſti reaſcenſione.
- Gratiæ renouatione.
- Culpæ iteratione.
- Mortis diſſolutione.
- Vitæ reſtitutione.

Dicamus ergo primo de reuerſione Chriſti reaſcendẽtis. Chriſtus.n. fuit ſicut aquila, quę in arduis locis habet nidum, & ſurſum eſt ſolita in altis montis habitare. Et ideo ſi ad terram pro præda deſcenderit, ibi diutius non reſtabit, quinimmo ſtatim aſſumpta præda ſurſum ſolet reuerti, & ab infimis fugere, & diuerti. Fuit etiam Chriſtus ſol, qui in mane ſuper noſtrum hemiſpherium oritur, ibique mundum illuminando

aliquandiu

aliquandiu labitur,& finaliter per vmbram terræ à nostris visibus occidit & abscondirur,& in crastino iterum reuenit & reuertitur.Fuit insuper Christus sicut ciconia,quæ in hyeme nidū suū solet dimittere,& ad remotas regiones trāsire, sed tandē in æstate solet ad nudū quem dimiserat,reuenire,& ibi pullos facere & nutrire.Sic charissimi Christus qui est aquila ꝑꝑ regiam maiestatē, qui est sol ꝑꝑ nimiam claritatē,qui est ciconia,quæ.s.iuxta domos hominum nidificat,ꝑꝑ eximiam charitatē,altā rupem & nidum paradisi reliquit, & pro præda sanctorum patrum de inferno liberāda, hic inferius ad remotā mundi regionē nuper in hyeme.i. in die natiuitatis intrauit,ibiq; personaliter oriens,mundum per 33.annos illuminauit, & tandē modo in æstate ad propriū nidū & domicilium reuertens,iterum vnde venerat reascendit,dicens illud Num. 10.Reuertar in terram meam in qua natus sum.Vbi aduerte quòd Christus reuersus fuit per ascensionem,s.

Ad maiestatem supernæ prælationis.Reuertar inquit.
Ad vbertatem æternæ possessionis.In terram inquit meam.
Ad ciuitatem paternæ successionis.In qua inquit natus sum.

Iste ergo reuersus fuit in sua ascensione Post victoriā ad statum honoris,vt coronetur.Reuertar.Post miseriā ad locū valoris,vt satietur.In terrā inquit meā.Post tristitiam ad locum amoris vt consoletur.In qua inquit natus sum. Dico ergo ꝙ iste reuertitur ad statum honoris post victoriā.Et hoc ostenditur cum dř.Reuertar.Romæ.n.antiquitus legati & milites qñ contra hostes reipublicæ victoriā habuerant.victor solebat à populo vrbis eidē occurrente & obuiante mirabiliter honorari,& super currum quē trahe bant quatuor equi candidi,solebat in vrbem recipi, & oēs captiui quos in bello ceperat,solebāt ad currum ipsius alligari, & sic cum hymnis & laudibus solebat honorabiliter acceptari. Sic vere Christus qui ab vrbe paradisi à Deo patre ad istum mundum legatus missus fuit,vbi in prælio crucis de lucifero triūphauit,& captiuos sanctos patres de eius dñio accepit, ipsosq; secum ad vrbem paradisi reuertens traxit & duxit,(iuxta illud Hiere. 49.Reuerti faciam captiuos clam) ibi in curru nostræ humanitatis cum quattuor equis.i. cum quattuor corporis glorificati dotibus introiuit, cui & reuertenti populus ciuitatis.i. collegium angelorum applaudens victoriæ redeuntis,obuiā veniens multipliciter honorauit.Ideo dř de ipso in psal.ꝙ ipse ascendit in altum captiuam duxit captiuitatem. Reuertar inquit.vnde Zach.1.Reuertar in Hierusalem.Et Exod.4.Reuertar ad fratres meos.& Luc.11. Reuertar in domum meā vnde exiui. Et sic igitur dico ꝙ iste reuertitur ad statum honoris post victoriā.Reuertar inquit.sup.de prælio cum corona,vel de prælio ad honorem,quia sicut dř 1.ad Tim.3. Non coronabit nisi qui legitime certauerit.Ergo supponit ꝙ Christus qui legitime certauerat, in reuersione ad cęlum debuerit coronari 2.Reg.19.Reuersus est rex pacifice in domū suā.

B ¶ Deinde dico ꝙ iste reuertitur ad locum valoris post miseriam.Et hoc ostenditur cum dř. In terram meam Terram.n. nomen est fertilitatis & abundantiæ & vbertatis, quia.s.non est elementum ita fęcundū sicut terra,vt in psal.dř.Terra dedit fructum suum.Et ideo per terram bene potest intelligi cęli fertilitas,& fęlicitas denotari, vbi pōt oīum abundantia reperiri,quia.s.sicut peregrinus dum vadit per mundum, solet multa sustinere, qui tandē ad terram suam reueniēs & reuertens, solet bonis quā plurimis abundare, sic Christus qui in peregrinatione huius mundi sustinuerat multa mala,& magnis pęnis fuerat aliquotiens fatigatus, debuit modo qñ ad terram suā paradisi reuersus fuit,infinitis opulentijs & gaudijs redundare.Terrā inquit meā.Vnde pōt exponi illud Psā. Spiritus.n.reuertetur in terram suā.Hirundines.n.q̄ de terra sua in hyeme egrediūtur in terram longinquam,in æstate iterum reuertuntur.Sic Christus qui de terra opulenta paradisi fuit egressus,ad eandē terrā in præsenti τpe est reuersus.Ecc. 12.Reuertetur puluis in terrā suā.Iste ergo reuertitur ad locum valoris post miseriā. ¶ Deniq; dico ꝙ iste reuertitur ad locum amoris post angustiam seu tristitiā, & hoc ostenditur cum dř.In qua natus sum.Homo.n.naturaliter diligit locum natiuitatis suæ,& nullus vt cōiter maior amor q̄ inter illos q̄ de eodem sanguine vel patria generantur. Et ideo quando dicit ꝙ ibi natus est,bene supponit ibi esse locum dilectionis & amoris.Columba.n.locum in quo nata est, naturaliter diligit,& si alibi deferatur,illuc reuertitur atque redit. Et inde est ꝙ in ægypto columbæ ad loca remota portantur, & cum necesse est,litteræ eis sub ala ligantur,& volari permittūtur, & sic per se ad locum natiuitatis vna cū dictis litteris reuertuntur,quāuis sæpe contingat ꝙ antequā attingant reuersionis suæ terminū,ab hostib.ꝑꝑ litteras sagittantur. Christus igitur est columba, qui in locū natiuitatis suæ paradisi & sinum patris naturaliter dilexit, & ideo qñ ad terrā remotam huius mundi per Gabrielis ministerium portatus fuit, ibidē spiritussanctus litteram nostræ humanitatis sibi coniunxit & alligauit,quā ad terram natiuitatis reuertens, hodie trāsportauit. In cuius tñ itinere ipsum hostis.i. iudæorum populus mortis aculeo sagittauit.In qua inquit natus sum. vnde Eze. 21.Reuertere in vaginam tuam o mucro dñi, in locū in quo creatus es,in terram natiuitatis tuæ.& 2.Regū.19.Reuersus est Berzellai in locū suum. Vbi ostenditur Ministerium suæ ascēsionis.Reuersus est.Fastigium suę prælationis.Berzellai, qui interpretatur fortitudo mea. Refugiū suæ possessionis. Locum inquit suum.Vel dic ꝙ ibi ostenditur Virtus suæ cōditionis.Berzellai.Actus suæ redditionis. Reuersus est.Stat* suæ ꝑlationis in locum suū. Sic igitur patet q̄uo Christus reuersus fuit ad locum amorosum & amicabilem,ad locū fructuosum & delectabilem,ad statum gaudiosum, & honorabilem.Ista igitur est reuersio numinis ascendentis.Et hoc est primum principale. ¶ Secundo principaliter dico ꝙ est reuersio hominis pœnitentia,& ista est illa qua homo reuertitur à pctō, vel qua reuertitur à bono cōmutabili ad bonum incommutabile.Animalia.n.quamuis careant rōne, illam tñ habent industriam ꝙ optime sciūt reuerti ad domicilia sua, quamquam ad remota spatia multotiens transferantur,sicut patet generaliter de auibus & de bestijs vniuersis.Multo fortius ergo homo vtens rōne, si per pctm̄ à domo sua quæ est ecclesia & cōitas fidelium recesserit, & in longinquā regionem peccati peregrinatus fuerit,nunquā debet per Dei obliuionē taliter peruerti, nec inter mundi negotia taliter diuerti,quin illuc sciat reuenire per pęnitentiā & reuerti. Ad hoc est illud Esa.55.dicentis.Derelinquat impius viam suā,& vir iniquus cogitationes suas,& reuertatur ad dñm,& miserebitur eius.& Ezec. 18.dř & quare moriemini domus Israel?sequitur.Reuertimini,& viuite.Et loquitur ac si pastor loqueretur oui erranti,& ad hospitiū reuerti nolenti, & se luporū & latronum periculis exponenti.Peccator.n.errat sicut ouis quæ perijt,& tamen reuerti ad domum dedignatur,nisi boni pastoris prædicatoris vel prælati diligentia reducatur. Et ideo omnibus peccatoribus generaliter loquitur scriptura dicens.Et quare moriemini ? &c. Vbi ostenduntur tria propter quæ à peccato ad pœnitentiam est generaliter reuertendum,s.propter quoddam.

C

Damnabile nocumentum.	Primum probat
Amabil eligamentum.	moris occasio.
Notabile documentum.	Et quare morie

mini inquit.Sed secundum prolis coniunctio.Domus inquit Israel.Sed tertium dulcis instructio.Reuertimini inquit & viuite. Ista.n.tria bene consideratā faciunt reuerti hominem à peccato,s.Periculū terroris qd̄ declarat. Quare inquit moriemini?Tenaculum amoris quo alligatur.Domus inquit Israel.Domus.n.accipitur pro cognitione.Nam est vocabulū dulcoris quod prædicatur.Reuertimini inquit & viuite.Igitur dico ꝙ reuerti debemus per pœnitentiam ad dominum, vt caueamus nocumentum ęterni terroris.Quare inquit moriemini ? q.d. nisi reuertamini,parata est vobis mors æterna. Videmus.n.ꝙ aīalia bruta dum præsentiunt pericula,nūquā volūt vltra progredi,sed retrocedere potius & reuerti.Istud videmus de aliquibus equis,qui citius se permitterent laniari calcaribus,q̄ vltra procederent præsentibus insidijs vel latronibus. Homines etiam non libenter per illam viam incedunt per quam & in qua prædecessores suos perijsse vel cecidisse cognoscūt. Pisces in semper & eti ā boues illum locum abhorent & fugiunt,vbi aliquos pisces & boues occisos fuisse vident,& vbi eorum sanguinē cernunt. Sicut.n.dicit Sene. in prouerb.Ruina præcedentium posteros docet.Et quia incedenti per viam vitiorum paratum est periculum mortis æternæ,intantum quòd quilibet potest videre ibidem prędecessores suos cecidisse , & etiam perijsse, & nullum tute ibi trāsiuisse,merito debemus istud periculum timere & iniquorum ꝑcedētium mortē & sanguinem abhorrere, & à tali via

per

per pœnitentiã retrocedere & abire. Et quare inquit moriemini? q.d. mortui estis si proceditis, saluati si reuertimini vel reditis. Sicut.n. dr̃ Ezech. 18. Non vult Deus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Ideo consulit Ezech. 33. Conuertimini a vijs vestris pessimis. Et quare moriemini? Figura de Iorã, de quo dr̃ 4. Regum 8. Vulnerauerunt viri ioram, qui reuersus est vt curaretur. Igitur reuertendum est vt caueamus nocumentum æterni mæroris. Quare inquit moriemini? q.d. defectus vester erit si moriamini pp defectũ nõ

D reuertendi. ¶Iterum dico ꝙ reuertendũ est ne dissoluamus tenaculum amoris, & hoc ostenditur cum dicitur. Domus Israel. Domus enim accipitur pro cognatione vel pro congregatione, quæ omnia significant amorem. Et ideo quando rogat ꝙ domus Israel dominum reuertatur, bene videt̃ supponere vt hmõi reuersio ex amore & amicitia compleatur. Domus Israel. Iuxta illud Abdię 1. Erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma. Flamma.n. & ignis ardorem dilectionis designant. Sicut.n. naturaliter oĩa libenter reuertuntur ad illa q̃ diligere tenentur, & maxime ad illa a quibus originale principium sortiuntur, quia.s. res de facili reuertunt̃ ad naturam priorem (& inde est ꝙ filius fatuus postquã diu vagatus fuerit ad patrem reuertitur, & eius mãdatis necessario subiugatur, sicut de filio prodigo exẽplum habemus Lucæ 15. qui postquam oĩa consumpsit, ad patrem suum sicut ad vltimum refugium reuersus fuit) sic quia nos deum sicut patrem & creatorem, & originalem omniũ fundatorem diligere debemus, ipsumq; naturaliter diligimus (vt & tenemur) hinc est ꝙ si ab ipso per peccatũ recessimus, necesse est ꝙ pro dicto amore reparando ad ipsum per pœnitentiã reuertamur. Domus inquit Israel 2. Regum 20. Reuertere in tabernacula tua Israel. Ad quod ipse etiam deus monet nos, dicens aĩæ peccatrici illud Hiere. 3. Tu aũt fornicata es cum amatoribus multis, tñ reuertere ad me, & ego suscipiam te. Quod tñ est contra obstinatos, qui nec amore paterno, nec dolore interno, nec labore externo, possunt moueri, ꝙ ad dñm debeant regredi vel reuerti. Auis.n. ꝑdalis aucupẽ clamantem voce non reuertitur, qñ in venti contrarij flatibus delectatur, quando plus debito impinguatur, vel etiam qñ laqueis stringitur. Sic vere peccatores ad Deum patrẽ suum dedignantur reuerti ꝑdicta triplici ratione, s. Propter ventũ superbiæ, quæ ipsos agitat. Propter carnalitatem luxuriæ, q̃ ipsos impinguat. Et propter laqueum auaritiæ, quæ ipsos detinet & alligat. Istis.n. tribus rationibus peccatores in vitijs indurantur, ita ꝙ reuerti ad dominum non dignantur. Hiere. 5. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Non sic ergo, sed reuertamur ad dominum, quia ipse cepit & saluabit nos &c. ne dissoluamus ligamentum amo-

E ris. ¶Rursum dico ꝙ est reuertendum vt impleamus documentũ valoris. Et hoc ostenditur cum dr̃. Reuertimini & viuite. Istud.n. saluberrimum est documentum. Deus.n. his verbis docet, imperat, & promittit Reuertimini inquit & viuite. Ac si diceret. Reuertimini & viuetis. Auersio.n. a deo, causat mortẽ, reuersio vero ad Deum, causat vitam. vnde Ezec. 33. Viuo ego dicit dominus Deus, nolo mortẽ impij, sed vt reuertatur impius a via sua, & viuat. Et notandum ꝙ ista reuersio est facienda propter multa, quia videlicet per ipsam

Acquiritur honesta pulchritudo.	Reuertimini igitur
Promittitur salutis certitudo.	quia per hoc acqui
Dimittitur culparum turpitudo.	ritur honesta pul-
Procuratur diuina gratitudo.	chritudo. Per re-
Roboratur humana fortitudo.	uersionem enim ad
Renodatur amoris vicissitudo.	Deum efficitur ho
Renouatur virtutum plenitudo.	mo pulcher, & ho-
Præparatur animæ quietudo.	nestus, & summe

delectabilis ad vidẽdum. Esa. 30. Reuertamini, & quiescatis & salui eritis, vñ Can. 16. Reuertere sunamitis vt intueamur te. Itẽ quia per hoc promittitur salutis certitudo. Esa. 30. Reuertimini & salui eritis. Itẽ quia per hoc dimittitur culparũ turpitudo. Vnde Eccl. 17. Reuertere ad dominum, & auerte re ab iniustitia. Itẽ quia per hoc procurat̃ diuina gratitudo. Esa. 19. Reuertentur ægyptij ad dominũ, & placabitur eis. Item quia per hoc roboratur vigoris fortitudo. vnde Dan. 10. Nunc reuertar vt plier aduersus principẽ regis persarũ. quia. Itẽ ꝑ hoc renodat̃ amoris vicissitudo. Vnde dñs dicit Malach. 3. Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos. Item quia per hoc renouat̃ virtutis sanctitudo. vnde Iob. Cõsumpta est caro eius à supplicijs, reuertatur ad dies adolescẽtiæ. & Ezec. 16. Tu autem & filiæ tuę reuertimini ad antiquitatẽ vestram. Item quia per hoc præparatur animæ quietudo 1. Reg. 29. Reuertere ergo & vade in pace. Bene ergo dicit. Reuertimini & viuite quia. s. per talem reuersionem acquiritur vita gratiæ, & vita gloriæ & ista charissimi sunt contra multos qui ad dominum nolunt reuerti, sed ab ipso per peccatũ diuerti. 2. Parali. 36. Indurauit ceruicem suam & cor, vt non reuerteretur ad dñm. Et quod plus est, multi sunt qui quãuis tot beneficijs alliciantur, quamuis ẽt multis pœnis & supplicijs affligantur, ita tñ corda eorum in vitijs indurantur, ꝙ nequaquam ad dñm reuertuntur. Esa. 9. Adhuc manus eius extenta, & populus eius non est reuersus ad percutiẽtem se. & Hier. 15. Interfecit & perdidi populum meũ, & tñ à vijs suis nõ sunt reuersi. Non sic charissimi, sed reuertimini & viuite. Hier. 3. Reuertimini filij reuertẽtes. Sic igitur patet ꝙ reuertendum est ad dñm vt impleatur vtile documentum, vt reiungatur amoris ligamentum, ne incurratur ęternum nocumentum. Et sic dico ꝙ est reuersio hoĩs pœnitẽtis. Et hoc est

secundum principale. ¶Tertio dico ꝙ est reuersio hoĩs delinquentis, & ista est illa qua homo reuertitur ad retroacta vitia & peccata, similis cani, qui malos honores euomit dũ infirmatur, & tandem ad eosdem humores seu cibos reiectos reuertitur cum sanatur. Idem autem facit serpens, quis coiturus cum murena, venenum euomit, sed completa copula, ad illud tandem redit, & ipsum iterum recipit & resumit. Idem etiam de leone dr̃, qui. s. cibos ipsum grauantes timens venatorem reijcit, sed tandem fame cõpulsus, ad eos cibos comedendos iterum redit. Sic procul dubio faciunt multi, qui qñ vidẽt infirmitatem tribulationis inesse, & venatorem. i. mortem timent adesse, tunc vt cum murena. i. cum Christo ꝑ gratiam copulentur, aliquando venenum & humores peccatorum per confessionem euomere & dimittere comprobãtur. psal. Cum occideret eos, quærebant eum, & diluculo reuertebantur venientes ad eum. Sed procul dubio cessante tribulatione vel infirmitate, ad venenũ peccatorum reuertuntur, & ipso sicut prius imbuũtur & replentur. Prou. 27. Sicut canis reuersus ad vomitum, sic stultus qui iterat stultitiã suã. & Neem. 9. Reuersi sunt, vt facerent malum. & Hier. 11. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorũ priores. Quod pro certo sancti viri non faciunt, figurati in sanctis animalib. de quibus Ezec. 1. dr̃ ꝙ non reuertebantur cum incederent. Ista est ergo reuersio hominis delinquentis. ¶ Quarto principaliter dico ꝙ est reuersio hoĩs morientis, & ista est illa qua hõ qui de terra est, in terram per mortem reuertitur, quia sicut dr̃ Eccl. 3. facta sunt oĩa, & in terram pariter reuertẽtur. Oĩa.n. naturaliter reuertũtur ad aliã originalem materiã de qua facta sunt & creata. Et ideo cum de terra fuerimus procreati, necesse est ꝙ ad eã simus finaliter reducti & in eam commutati. Gen. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. & in Psa. Auferes spũm eorum, & deficient, & in puluerem suũ reuertentur. Quinto vero dico ꝙ est reuersio naturæ resurgentis, & ista est illa qua natura est reuersura de morte ad vitã in nouissimo die, de qua põt dici illud Prou. Nõ est vir in domo sua. abijt via lõgissima, in die plenæ lunę reuersurus est. Spiritus.n. hominis quam diu est à corpore superatus, est sicut peregrinus extra domũ suã, qui tunc ad domũ corporis reuertĩt, qñ in resurrectione corpori personaliter reunit̃. ps. Exibit spũs eius, & reuertet̃ in terrã suã. Tunc.n. reuertetur spũs ad corpus ad resurrectionẽ, aĩa ad Deũ ad reddẽdũ rõnẽ, Deus ad mundũ ad rationis auditionẽ. Iste est.n. ille homo quidã nobilis qui modo abijt in regionẽ longinquã accipere sibi regnũ, post multũ vero tp̃is reuertetur cũ suis famulis rõnẽ positurus, malos seruos ꝑ negligentia puniturus, bonos aũt pro apportato cõmodo præmiaturus. Lucæ. 19. Quia igitur ad istum iudicem à quo per creationẽ exiuimus, iterum per resurrectionẽ reuersuri sumus debemus facere sicut apes, q̃ ad alueare non reuertuntur, nisi prius florib. onerentur. Elephantes ẽt postquã simul cohabitauerunt, ad gregẽ nõ prius dicũtur reuerti, quàm prius fuerint in flumine balneati. Igitur antequam reuertamur ad illum magnum gregem & ad illud magnum alueare quod in valle Iosaphat congregabitur in nouissimo die oneremus nos floribus virtutum, & lauemus nos à maculis vitiorum, & sic nõ solũ reuertemur ad

Deum

Deum corpore resumpturi, imò etiam reuertemur ad paradisum cum ipso & per ipsum ęterna pręmia recepturi 1.Esd. 2.Reuersi sunt de babylone in Hierusalem &c.Sufficit.

Reuiuere. Vide vbi Viuere & resurgere.

A **Reuocare.** Nota ꝙ reuocare idē est qđ retro seu iterum vocare, & de termino ad quem itur ad præcedentem terminum reducere. vel vocare. Et sic dic moraliter ꝙ in scriptura reperitur reuocatio

Ad bonum prouocatiua.
Ad malum reclinatiua.
Ad statum reparatiua.
Ad supplicium directiua.

Reuocatur homo ꝑ pęnitentiam ad vitę brauium. Stultus ꝑ insolentiam ad culpæ deuiū. Miser per Dei gratiā ad cœli gaudium. Diues per Dei pestilentiā ad mortis tœdium. ¶Dicam ergo ꝙ est reuocatio quā facit pęnitentia. Per pœnitentiam.n.homo de malo ad bonum reuertitur, & de morte ad vitam, & de iniquitate ad iustitiam reuocatur. Sicut.n.videmus ꝙ venator qñ videt quod canes prædam indebitam persequūtur, solet eos clamando seu cornuādo ad se iterum reuocare, quod ēt venator solet de accipitre per aerē vagāte facere, & eum ad laqueum & muscipulā clamando iterū excitare, sic Deus mediante cornu & tuba sacrę scripturæ, vel ēt aucupis seu ꝑdicatoris voce peccatores deuios & arrantes, & prædas inutiles, hoc est dictu, pctā seu bona terrena sequentes & diligentes; ad se & ad viam salutis reuocat, & eos ad gratiæ statū reformat. Vnde videtur ꝙ bonus ꝑdicator, pastor vel rector, qui.s.reuocat hoīes ad salutē, similis est illi regi Iosaphat dē quo dr̄ 2.Paralip.19.ꝙ ipse reuocauit populū Israel ad dñm Deum patrum suorum. Vt & sic de Deo aīas interius inspirante, & ad Deum reuocante, dicatur illud Iob.35.Ecce hęc oīa operatur Deus vt reuocet aīas singulorum à corruptione, & illuminet in luce viuentium. & 2.Reg.14. Reuocā puerum Absalō. Sicut.n.aīa reuocatur ad corpus, & mortuus reuocatur ad vitam suam, sic per pęnitentiam homo reuocatur ad gratiā. Vnde de eo pōt dici illud Ezec.37. Insulta super interfectos istos, & reuiuiscent. Vt & sic de quolibet sic reuocatur dicatur illud Luc.15. Frater tuus mortuus fuerat, & reuixit. Et 2.Esdrę.1. Misit dñs Angelū suum & reuocauit eos. Hæc est ergo reuocatio quā facit pœnitentia. ¶Scđo dico ꝙ est reuocatio quā facit insolētia. Sicut.n.videmus ꝙ canis rusticus & indoctus facile reuocatur à persecutione, sic vir insolens & inconstans facile solet à persecutione bonorū operū & virtutum cessare. Vnde de illis qui bonos reuocant ad pctm̄, pōt dici illud Exod.10.vbi dr̄ ꝙ serui Pharaonis reuocauerunt Moysen & Aaron ad Pharaonē, quia pro certo serui diaboli semper nituntur bonos ad Pharaonis.i.diaboli magistri sui seruitium reuocare. ¶Tertio dico ꝙ est reuocatio quā facit Dei gratia, & ista est illa qua miseri & depressi de hac mundi miseria ad cęli gloriā reuocantur. Sicut.n.qñque de captiuitate reuocatur quis ad libertatem, sic reuocātur & reducuntur hoīes de præsenti miseria ad salutē. vnde dñs dicit Baruc 2. Reuocabo inquit illos in terram quam dedi patribus eorū. sequitur, multiplicabo eos, & non minorabuntur. Quarto dico ꝙ est reuocatio quam facit Dei iustitia & hæc est illa qua Deus iuste iudicās reuocat à præsentibus gaudijs peccatores &c. Vide infra de vocare, & superius de Conuocare, de Reducere, de Appellare, de Restituere, & de Reconciliare &c.

A **Ridere. Risus.** Nota breuiter quod in scriptura inuenitur multiplex risus tam in bono significato quàm in malo. Inuenitur.n.risus iustorum, scilicet risus

Spei & iocunditatis.
Amoris & charitatis.
Gloriæ & fœlicatis.
¶Item inuenitur risus. malorum, s.risus
Stultitiæ & fatuitatis.
Gaudij & alacritatis.
Iactantię & pompositatis.
Ignauię & dubietatis.
Blanditiæ & fallacitatis.
Derisionis & peruersitatis.
Dissimulationis & tepiditatis.
Temporalis consolationis.
& prosperitatis.

Dico ergo primo ꝙ ridēt iusti per spem futurorum & iocunditatē, & sic Abraham spe futuræ prolis legitur risisse. Gen.17. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit, audito.s.ꝙ erat filium geniturus. Et sic iusti in tribulatione ridēt, pro eo ꝙ ęterna pręmia tādem sperāt. vnde Iob 5. In vastitate & fame ridebis, & bestiam terræ non forminabis. Item dico ꝙ iusti rident ꝑꝑ amorem & ꝑꝑ charitatem. vnde 2.Esd.4.dr̄. Si arriserit, ridet. Vnde sic vr̄ risisse Daniel, Dan.14.vbi dr̄ ꝙ risit Daniel, & tenuit regem. Et sic vr̄ Sara risisse in partu suo filij sui Isaac, dicens Gen.21. Risum fecit mihi dñs. Et ideo filium suum Isaac nominauit, qui interpretatur risus. Itē dico ꝙ iusti rident ꝑꝑ ęternam gloriam & fœlicitatē, & iste est risus & gaudium beatorum, de quo Luc.6. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Sardinia.n.insula habet quendam herbā quæ dr̄ risus apum, quia pro certo in insula cęli (quæ proprie dr̄ insula, quia ibi non intratur nisi per fluctus tribulationum) est hæc herba gloriæ æternæ, quæ risus apum dr̄ pro eo ꝙ apes.i. viri iusti risu huius consolantur. vnde prou.31. Fortitudo & decor indumentū eius, & videbit in die nouissimo. Isti sunt ergo diuersi risus bonorum. ¶Sed quantum ad risus malorum dico ꝙ aliqui rident per stultitiam & iniquitatem seu fatuitatem. vnde Prou.10. Quasi per risum stultus operatur scelus. Item aliqui rident per gaudium & alacritatē, sicut voluptuosi & immundi pro speritatib. & vanitatibus iocundi, de quibus Eccl.27. Narratio peccātium odiosa, & risus illorum in delictis peccati. Itē aliqui rident per iactantiam & pompositatem. Eccl.21. Fatuus in risu exaltat vocem suam, vir aūt sapiens vix tacite ridebit. Item aliqui rident per scrupulum & dubietatē. Et sic risit Sara, credens impossibile ꝙ posset parere tam antiqua: vnde Genes.18. Risit Sara post ostium, & tandem negauit dicens. Non risi. Item aliqui rident per blanditiam & fallacitatem, sicut sunt adulatores. vnde Eccl.10. In risu faciunt panē. Item aliqui rident per derisoriam verbositatē & sic dr̄ Hier. 51. Vana sunt opera, & risu digna. & sic etiā loquitur Iob 21. Sustinete me vt ego loquar, & post mea (si videbitur) verba ridete. Item aliqui rident per dissimulationem & tepiditatē. Et tales sunt quidam qui nihil habent seueritatis in morib. de quibus dr̄ Ecc.7. Melior est ira risu quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. Item aliqui rident per mundi consolationem & prosperitatem. Ista.n.est sicut herba quæ dr̄ āpum risus, quæ interficit hominem ridendo. Vnde Prou.14. Risus dolori miscebitur, & extrema gaudij luctꝰ occupat. & Lucæ.6. Væ vobis qui nunc ridetis, quia plorabitis &c. Sufficit ergo de risu tam in bono quàm in malo. Vide supra de Gaudio, & de Lætitia.

Rigare. Nota ꝙ rigare est aqua seu re humecta, vel liquida aliquid irrigare. Sed vide supra de Irrigare, vbi dixi, satis plene.

Ripa. Nota ꝙ ripa idem est quod littus fluminis seu maris, illa.s. exerna pars terræ quæ aquā immediate contingit, cum igitur ripa sit illa pars terræ per quam de aqua ad terram solidam subintratur, possum dicere ꝙ cum mare vel fluuius significent A

Vitam moralem.
Statum vitalem.
Culpam letalem.
Mundum venalem.
Statum mortalem.

Possem notare ꝙ per ripam designatur mortis cōclusio, quæ vitam terminat, culpæ corruptio, quæ mentem fulminat, sancta conuersio, quę corda ruminat, cœli possessio, quam virtus germinat, legis instructio, quę mores seminat ¶Primo igitur est dare ripam mortalis conclusionis. Mors.n.ripa est & terminus huius vitæ, quia.s. qñ de mundi amaritudinibus & Luctibus exitur, tunc ad ripam terræ solidæ, hoc est dictu, ad terram & ad sepulchrum, seu etiam ad ex tunc inuariabilem & solidū mortis statum tanquàm ad finalem terminum peruenitur, quod s.figuratur Exod.2.vbi dr̄ ꝙ mater Moysis exposuit eū in carecto ripæ fluminis. Quia pro certo mater nostra, licet natura, deponit nos finaliter in carecto seu in arundineto fluminis, hoc est dictu in conclusione fluminus huius vitæ, & supra ripam torrentis.i.in ripa & littore mortis, vbi.s.finaliter est status & repositio nostræ carnis. vnde de Heliseo dr̄ 4.Regū 2.ꝙ ipse reuersus stetit in ripa iordanis cum pallio Helię. Helias.n.est de Deus, pallium autem ipsius humanæ naturæ datum est sudarium. Heliseus ergo.i. quilibet mortalis homo rerersus.i. qñ reuertitur de hoc mundo, cum tali pallio in ripa iordanis.i.in statu mortis stat, vbi finaliter seu perenniter perseuerat. Eze.47. Eduxit inquit me, & conuertit me ad ripam torrentis. Ista est ergo ripa mortalis conclusionis.

¶Secun

B ¶ Secundo dico q̄ est ripa lethalis corruptionis. Et sic p̄ ripa intelligitur pctm̄, quia. s. istud est finis & meta, & ēt littus & ripa vbi fluuius gratiæ & mare pœnitentiæ terminatur. Piscis .n. sine aqua non viuit, & ideo qñ per violentiā fluctuum & ventorum ad ripā & ad ar enas proijcitur, necesse est vt moriatur. Sic homo qñ ad ripam & arenā pcti proijcitur, oportet q̄ spūaliter moriatur. Vt sic de aīa peccatrice dicatur illud Iosuæ 13. Aroher sita est in ripa torrentis arnon. Aroher. n. interpretatur vacuatio, & signat aīam gratia vacuatā. Arnon interpretatur anathema erroris, vel imago tristitiæ, & signat peccatum, quia re uera ciuitas aroher. i. aīa gratia vacuata super ripam Arnon. i. super statum peccati ponitur, ibiq; sedet, sistitur & firmatur. Hæc est ergo ripa lethalis corruptionis. ¶ Tertio dico q̄ est ripa vitalis conuersionis. i. ripa pœnitentiæ, ad quam. s. nauis aīæ quæ per fluctus pcti vagata erat, applicatur finaliter & saluatur, & ab æternæ mortis & damnationis periculo liberatur. Ripæ. n. fluminum vt cōiter habent arenas squalentes, habent herbas virentes, habent fluctus ingentes. Et sic vere dico q̄ pœnitentię vel religionis status continet squalorem siccitatis & asperitatis, virorem honestatis & virtuositatis. fluctus bonæ operationis & bonitatis. Ezec. 47. Ecce in ripa torrentis ligna multa. & Dan. 12. Duo alij stabāt, vnus hinc sup ripā fluminis & alius inde ex altera ripa fluminis. Ligna. n. multa. i. multæ virtutes & merita in ripa religionis & pęnitæntiæ inueniuntur, & ibi Angeli. i. viri angelici conuersantur. Hæc est ergo ripa vitalis cōuersionis.

C ¶ Quarto dico quod inuenitur ripa finalis saluationis, & ista est paradisus, quæ. s. est finalis terminus seu ripa vbi fluctus & labores huius seculi terminantur, vt sic de beatis possit dici illud Gen. 41. Pascebātur inquit in ipsa amnis ripa in locis vberibus & virentib. ¶ Quintò aūt si vis dic q̄ inuenitur ripa realis instructionis, & ista est sacra scriptura. Ista est. n. ripa fluminis imperscrutabilis voluntatis diuinæ, in qua. s. ripa bibunt hoīes & iumenta. i. docti & indocti. Vnde illud prædictum Dan. 12. Ecce inquit duo alij (videlicet Angeli stabāt, vnus hinc super ripā, & alius inde ex alia ripa fluminis. Quia re vera scriptura duas habet ripas, s. hinc & inde, hoc est dictu duplicē intellectum, rudem videlicet. & subtilem. Ibi igitur duo Angeli. i. duo genera hoīum, docti, s. indocti, & hinc solidū cibum alij inde lac simplicis eruditionis hauriunt &c. sufficit. vide de Littore.

A **Ritus.** Cum ritus nihil aliud sit quàm mos, obseruātia, conditio siue modus, dico q̄ est dare ritum

Iustum & tolerabilem.
Sanctum & admirabilem,
Stultum & detestabilem.

Ritus tolerabilis est iustorum seculariū. Admirabilis seu obseruabilis est religiosorum & ecclesiasticorum. Ritus vero detestabilis est virorum criminalium. ¶ Primo ergo dico qđ est dare ritum supportādū & tolerabilē. & iste est ritus, mos & modus & obseruantia secularis. Iste. n. etsi in plurib. est fugiendus, est tamen ad euitandū scandalum tolerandus. Exēplo, s. samaritanorum, de quibus dr̄ 4. Reg. 17. q̄ Deum quidē colebant, ritum tñ gentis suæ. vnde originaliter processerāt. obseruabant. Quia. s. seculares licet Deum colant fidem credendo, diuersos tñ ritus diuersæ nationes seruant se quęlibet alteri pferendo. Quilibet. n. in sua secta ritu & obseruantia credit saluari. Et ideo oportet de iudicio reseruatos cū patientia tolerari, sicut etiā de schismaticis videmus & de græcis. quos ecclesia tolerat patiēter, & maxime de georgeanis, armenis, nubianis, & græcis, quorum diuisiones certe malę sunt & vitandæ, sicut ēt singularitas rituum atq; morum inter fideles & catholicos est vitanda, & vnitas & communitas obseruanda, iuxta illud Num. 15. vbi dr̄ sic. Tam inquit indigenæ q̄ peregrini eodem ritu offerēt sacrificia. Vnum erit præceptum atq; iudicium tam vobis q̄ aduenis terræ. Est igi

B tūr dare ritum supportandum & tolerabilē. ¶ Secundo dico q̄ est dare ritum admirandum & venerabilem, & iste est ritus obseruantiæ ecclesiasticæ & fidei, & etiā ritus religionis & honestæ conuersationis. Vnde de ritu bonorum ecclesiasticorum & religiosorum dici potest illud 1. Paral. 23. Separatus est Aaron vt ministraret in sancta sanctorum ipse & filij eius in sempiternum, & adoleret incensum domino sm ritum suum. Sequitur in fi. cap. Coram domino custodiāt obseruationes tabernaculi fœderis & ritum sanctuarij. Hic possēs dicere de diuersis & mirabilibus ritibus orientalium religionum quos pretextu sanctitatis obseruant, sicut, s. est apud columbum, vbi homines præ fatua deuotione pro Deo suo se occidunt, seu etiam trucidantes sub curru idoli se supponunt. Sicut etiam de illis qui filios suos dijs suis immolat & offerunt, & amorem Dei sui sibi & filijs anteponunt. Sicut in super de illis mulierbus quæ in rogum maritorum mortuorum cum ipsis comburendę, viuas se inijciunt, & vt cum ipso ad aliud seculum transeant, seipsas cum eodem cōburūt, sicut hæc & multa alia similia narrant Marcus Paulus Orosius & Odoricus, de mirabilib. orientis, quæ tñ ad propositum possunt adduci. Quod si isti per fatuas credulitates dijs suis. i. demonib. tam incredibilia faciant, æquum ergo & cōsonum rationi vr̄ q̄ nos iustè & rite credendo vero Deo debitas obseruantias faciamus, & q̄ amore ipsius ritus sanctos & tolerabiles obseruemus. Bene ergo dicit ille Ietro socero suo Moysi Exod. 12. vbi ait sic. Esto populo in his quæ ad Deum pertinent vt referas ad eum quæ dicuntur, ostendasque populo cerimonias ritumq; colendi. Et bene dicit Cerimonias ritumq;, quia. s. non est inconueniens si diuersæ religiones & ecclesiæ, diuersos & varios habent ritus, dum tñ oēs sint ritus & obseruantiæ catholicæ, & diuino cultui opportunæ. Ezec. 43. Hęc dicit dominus Deus. Hi sunt ritus altaris. Et breuiter dico q̄ circa altare, hoc est, in statu religionis & ecclesiæ inueniuntur ritus

Arctæ pœnitentiæ.
Puræ continentiæ.
Deuotæ obseruantiæ.
Sumendæ eucharistiæ.

De ritu pœnitentiæ potest dici illud Nume. 19. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit aīa eius de populo suo. De ritu vero continentiæ potest dici illud. Numero. 8. Tolle inquit læuitas de medio filiorum Israel, & purificabis eos iuxta ritum hunc. Aspergantur aqua lustrationis, & radant oēs pilos carnis suæ. Ritus. n. continentiæ requirit q̄ homo à societate seculariū separetur, aqua lacrimarum lustretur & expietur, & q̄ pili carnis suæ. i. oēs carnales motus reijciātur, radātur & ab stergantur. De ritu ēt deuotæ obseruantiæ, sicut. s. est ritus obseruantiæ festorum, dr̄ Exo. 12. Custodietis diē istum ritu perpetuo. De ritu insuper sumendo eucharistię dici potest illud quod de agno paschali dr̄ Exo. 12. Iuxta quē ritum tolletis & hædum, immolabitq; hedum vniuersa multitudo filiorū Israel &c. Sed quid certe multi sunt qui ritus tabernaculi. i. ritus & obseruantias religionis & ecclesiæ nunqua tenent, sed ad ritus seculares & fatuos se transportant, & in gestu & in habitu, actu pariter & affectu ritib. secularib. & moribus se gubernant, sicut de filijs Israel dr̄ 4. Reg. 17. qđ coluerunt Deos alienos, & ambulauerunt iuxta ritū gentium. Et potissime religiosi & clerici nr̄i, qui excurtant & circuncidunt vestes suas ad ritum & formā iuuenū seculariū fatuorum, pñt dicere illud Gen. 24. Si circūcidamus masculos nostros ritum gentis imitantes, & substantia eorū & pecora cūcta q̄ possident, nr̄a erunt. Nō sic sed obseruemus ritu religionis & ecclesię debitos & honestos, dimittamus seculares ritus inutiles superuacuos & funestos, iuxta illud Iudith. 14. Achior relicto gentilitatis ritu credidit Deo. Vt sic ipsi dicatur illud Leu. 8. Septē inquit diebus finitur consecratio, sicut in psentiarum factū est, vt ritus tabernaculi cōpleretur. die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruātes custodias domini. vt & dicatur illud 2. Paral. 35. Oīs ergo cultura dn̄i rite compleatur. Patet igitur q̄ est dare ritum admirandū & venerabilem. ¶ Tertio vero dico q̄ est dare ritum euitandum C & detestabilem, & iste certe est mors & ritus hoīum impiorum, & potissime idolatrorum & hæreticorū, & diuersis hypochrisibus & suspectis obseruantijs deditorum, sicut de prophetis Baal dr̄ 3. Reg. 18. q̄ clamabant voce magna incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis. Et breuiter dic quòd mali sequuntur ritum.

Popularis insolentiæ.
Secularis auaritiæ.
Singularis obseruantiæ.

De ritu insolētię popularis quomodo. s. oēs mali ipsum sequi nituntur, patet de Iasone, de quo dr̄ 2. Mach. 4. q̄ post principatum receptū contribules suos ad gentilem ritum transferre cepit. Quia re uera illi qui in hoc mūdo diuitias & principatū habēt, cōtribules suos. i. filios & amicos ad superfluos mūdi ritus trāsferre student. De ritu auaritiæ secularis dici potest illud 2. Parali. 28. vbi dr̄ quòd ille pessimus rex Achaz adoleuit incensum in valle Hennon. & lustrauit filios suos in igne iuxta ritum gentium,

tium, quas interfecit dñs. Lustrare.n. in igne nihil aliud est q̃ ardore auaritiæ pro viribus filios atque subditos inflammare. De ritu insuper obseruantiæ singularis quem.s. hypocritæ obseruant,& à cōi ritu aliorū se separant, potest dici illud 2.Mach.11. Audiuimus inquit iudæos non consensisse patri transferrentur in ritum Græcorum. Sic igitur patet quo est dare ritum tollerandum, venerandum,& detestandum. vide vbi Mos. Modus. Consuetudo &c. similia.

A Riuus. Riui.

Cum riuus nihil aliud sit q̃ profluuium aquarum fluentium de flumine vel de fonte, possumus notare breuiter ꝙ in scriptura inueniuntur multæ species riuorum. Sunt.n. riui

- Cruoris & afflictionis.
- Mæroris & compunctionis.
- Dulcoris & compassionis.
- Splendoris & discretionis.
- Saporis & vegetationis.
- Valoris & fruitionis.
- Fœtoris & infectionis.
- Laboris & vexationis.

Dico igitur ꝙ inueniuntur riui cruoris Christi passionis per varias plagas sicut ꝑ quosdam riuos. vnde Deut. 8. dr̄ ꝙ pro potādo populo in deserto, Deus eduxit riuos de petra durissima. Petra autē erat Christus, sicut dr̄ 1.ad Cor, 10. Item inueniuntur riui mœroris in cordis cōpunctione, & isti riui nihil aliud sunt q̃ profluuia lachrymarum. Iohel.3. Super riuos Iuda ibunt aquæ. Iuda.n. interpretatur confessio vel confitens, qui.s. debet habere riuos & profluuia lachrymarum. Item inueniuntur riui dulcoris in fraterna cōpassione. Homo.n. cōpassiuus & prius ad modū fontis semper consueuit ad alios beneficia sua effundere sicut quosdam riuulos pietatis. Iob 29. Petra fundebat mihi riuos olei. Item inueniuntur riui splendoris sancti spūs diffusione. De fonte.n. sancti spiritus proueniunt ad nos inferius septē dona. Esa.11. Percutiet dñs fluuium in septem riuis, ita vt trāseant per eum calciati. Isti sunt riui super quibus debent crescere & vegetari aīæ deuotæ,& ibidem fructificare. Eccl.39. quasi rosæ plātatæ super riuos aquarum fructificate. Isti sunt riui spiritalis doctrinæ in sacræ scripturæ apertione quibus est anima riganda,& in quibus spiritualiter est pascenda. vnde Ezech.33. Pascam eos in montibus Israel,& in riuis & in cunctis sedibus terræ. Item inueniuntur riui valoris in cœli beatificatione, & isti sunt illi riui æternæ gloriæ quibus aīæ in patria superius irrigantur, in quibus perpetuo delectant̄. Deuter.8. Dominus introducet te in terram bonam, terram riuorum, aquarum atq; fontium. Item inueniuntur riui fœtoris in carnis infectione.& de hoc dr̄ Exo.7. Extende manū tuam super fluuios, riuos & paludes. Item inueniuntur riui laboris in mundana prosperitate, i. possessione. Isti sunt riui bonorū huius mūdi, qui fluunt, & defluunt Amos 8. Defluet quasi riuus ęgypti &c. Vide supra de Fluuio, de Aqua, de Fonte,& infra de Rore.

A Rixa.

Nota si vis breuiter ꝙ rixæ fugiendæ sunt & vitādę multiplici ratione, quia.s. fouent naturā discordiam, continent stultam facundiam, reuelant structam infamiam, generant promptam iniuriam. Rixa.n. est

- Discordiæ nutrix.
- Stultitiæ tutrix.
- Infamiæ dictrix.
- Iniuriæ factrix,

Est dico discordiæ nutrix. Odia enim & discordię & iracūdiæ & etiam inimicitię nutriuntur & generantur & continuantur per rixas. Prou.17. Qui meditatur discordias, diligit rixas, qui sapiens est, suscitatas mitigat. Est etiā stultitiæ tutrix. Multa.n. stulta verba dicuntur in rixis. Prouer. 18. Labia stulti immiscent se rixis. Est insuper infamiæ dictrix seu etiam reuelatrix. vnde Eccle.6. Est amicus qui conuertitur ad imicitiam, & est qui odium & rixam & conuitia denudabit. Est nihilominus iniuriæ factrix. quia pro certo et rixis in brigis multæ iniuriæ & violentiæ solent sequi. Eccl.27. Effusio sanguinis in rixa superborum. Sufficit. Vide vbi Iracundia. Discordia. Lis. Contentio. vel Tumultus &c.

A Roboam.

Nota ꝙ Roboā successor atque filius Salomonis fuit rex Israel. Sed q̄a superbè locutus est populo,& quia audiuit consilia iuuenum,& reliquit consilia seniorum, sicut dr̄ 3.Reg.12. ideo decem tribus ab eo recesserunt,& Hieroboam in regem elegerunt,& solū duæ tribus, videlicet Iuda & Beniamin, Roboā adhæserunt. Interpretatur.n. Roboam impetus vel latitudo, seu etiā dilatans populum, seu ēt dissipans populos. Igitur si per Roboā vis intelligere bonum principem aut prelatum, dic ꝙ iste est successor & vicarius Salomonis. i. pacifici Iesu Christi 3. Re 11. Dormiuit Salomon, regnauitq; Roboā. Iste.n. licet sit sui populi dilatator, fit tñ q̄nq; ꝙ à Hieroboam. i. à malis & aduersarijs impugnatur,& ꝙ ēt q̄nque magna pars suæ potētię sibi subtrahitur & aufertur. quia etiā de isto Roboā legitur 3.Reg. 14. ꝙ quinto anno regni sui ascendit contra eum Sesach rex ægypti in Hierusalē,& tulit thesauros tēpli, & thesauros regios. Boni.n. multotiens malis succūbunt,& à proprijs subditis regno & platura priuantur, & mali loco eorū succedunt. vnde 2.Paral. 13. dr̄ ꝙ viri vanissimi & filij Balial cōgregati sunt ad Hieroboā,& præualuerūt contra Roboā filium Salomonis. Quod.s. pōt applicari ad platorum & maiorū electiones, quia ꝓ certo ibi solent viri vani & impij ad Hieroboā inuicē coniurare, propriū regē & hæredem. i. iustum & bonū electū dimittere, & cū Hieroboā. i. cū aliquo insufficienti & impio conuenire,& cōtra Roboā. i. boni electi iustitiā ꝓualere. ¶ Si vero per Roboā velis fatuum principem designare, dic ꝙ iste sit electus in locum Salomonis. i. regis vel prælati mortui substitutus, qui.s. solet.

- Carere sensus gloria.
- Contemnere sana consilia.
- Incurrere bella transuaria.
- Regere sine modestia.
- Presidere cum sæuitia.
- Amittere regni imperia.

Sic certè dico ꝙ mali principes & plati ī sensus gloria nō solent vigere 2.Para.13. Porrò Roboā erat rudis,& corde pauido. Itē isti sana cōsilia nō solent habere, quia.s. magis sequuntur consilia iuuenum q̃ senum. vnde 3.Reg.12. dr̄ ꝙ Hieroboā adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum eo, & non acquieuit consilio senum. Item bella transuaria solēt sustinere, quia vt cōiter tales nunquam sunt in pace, sed in continuis discordijs litibus seu guerris. 3.Re.14. Fuit bellum inter Roboā & Hieroboā cunctis diebus. Item oī prudētia seu modestia hi solent carere. Et ideo Roboā interpretatur impetus, quia.s. non moderata, sed impetuosè regnauit. vnde Eccl.47. Dormiuit inquit Salomon cum patrib. suis & dereliquit post se de semine suo gentis stultitiā, minutum sensū Roboam. Item pleni sæuitia solent præsidere, quia.s. tales ꝑ crudelitatem dissipant subditos atque grauant. Ideo Roboā interpretatur dissipans populos. Vnde de isto Roboam legitur 3.Reg.12. ꝙ ipse respondit populo. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cedam vos scorpionib. &c. Et ideo sequitur quòd isti solent dominia diu non tenere, quia.s. tales vel moriuntur vel deponuntur, sicut.s. de Roboam dictum fuit. Sufficit.

Roborare. Robur. Robustus. A

Nota ꝙ cū robur nihil aliud sit q̃ fortitudo & stabilitas, possumus breuiter trāseūdo notare ꝙ ī scriptura inuenit̄ robur

- Diuinæ firmitatis.
- Humanæ bonitatis.
- Tyrannicæ potestatis.
- Diabolicæ prauitatis.

Robur dominicum est venerandū. Canonicū est amplexandum. Tyrannicum est detestandum. Demoniacum est formidādum. ¶ Dico ergo primo ꝙ est quoddam robur quod debet admirari seu etiam venerari,& istud est robur diuinæ potentiæ, quod tantū est, ꝙ à nullo potest concuti, quod etiam tantū est, ꝙ per ipsum possunt omnia alia roborari, sicut Dauid de se dicebat 2.Reg.22. Dominus petra mea,& robur meum. vnde Iob.9. Sapiens corde est & fortis robore. Et ibidem. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. ¶ Secundo dico ꝙ est quoddam robur humanæ virtutis & constantiæ, quo.s. iusti sunt fortes & robusti ad resistendum tentationibus, ad subsistendum tribulationib. & ad insistendum bonis operationibus. Iosue 1. Confortare,& esto robustus valde. vnde de Dauid dr̄ 1.Reg.16. Vidi filium Isai fortissimum robore, virum bellicosum &c. Vide eam supra de Dauid. ¶ Et nota ꝙ ad spirituale robur habendū plura sunt necessaria & proficua, videlicet

- Clementia lenificatiua.
- Prudentia modificatiua.
- Consultatio deliberatiua.
- Exhortatio fortificatiua.

De clementia.n. legitur Prouer.20. ꝙ misericordia & veritas custodiūt regem & roborabitur clementia thronus eius. De prudentia vero dicitur Prouer. 14. ꝙ sapientia ædificabitur domus,& roborabitur prudentia. De consilio autem dr̄ Proue.20. ꝙ cogitationes consilijs roborantur. De exhortatione autem dicitur Iob 16. Cōsolarer vos

res sermonib. roborarē vos ore meo. Ad corroborandū.n. cor populi in prælio valde facit exhortatio ducum & tubicinarum, & sic exortatio Dei, scripturæ, prælatorum & prædicatorum. Et ideo ad istud robur exhortatur dñs Deu. 31. Confortare & esto robustus. & 2. Reg. 13. dr̄. Roboramini, & estote viri fortes. ¶ Tertiò dico ꝙ est quoddā robur qđ debet detestari, & istud est robur mundanæ ptātis & potentiæ tyrannorum, quod procul dubio est detestandū, quia istud

per superbiam erigitur.	Erigitur dico per su-
Per auaritiam accenditur.	perbiam. Ezech. 28.
Per pestilentiam destruitur.	Eleuatū est cor tuū

in robore tuo. Item accenditur per auaritiam. Iob. 18. Attenuetur fame robur eius. Item destruitur per finalem pestilētiā, ꝙ sicut dr̄ Exo. 15. Robustos Moab obtinuit tremor &c. & Hier. 71. Deuoratum est robur eorum, facti sunt quasi mulieres. Istud est ergo robur quod debet detestari. ¶ Quartò vero dico ꝙ est quoddam robur quod debet formidari, & istud est robur demonum. Vnde de demonib. videtur loqui deus in figura Gad. Eze. 38. Venient inquit latera aquilonis, & totum robur eius, & multi populi tecum &c. Et sic patet ꝙ est quadruplex robur. Vide supra de Fortitudine bona & mala. Et vide vbi Vir, & vbi potentia &c.

A **Rogare.** Nota quòd rogare idem est quod precari, orare, petere, requirere, supplicare. Et est rogare officium.

Humilitatis.	Breuiter ergo dico ꝙ debe-
Sedulitatis.	mus Deum rogare cum cor-
Flebilitatis.	dis humilitate. Tanta.n. est
Pœnalitatis.	nostra infirmitas & ipsi⁹ Dei
Credulitatis.	sublimitas, ꝙ bene requirit
Vtilitatis.	ꝙ in eius rogatione debeat
Sagacitatis.	humilitas inueniri. Ira.n. leo

nis dr̄ mitigari, qñ homo coram ipso ad terrā prosternitur, sic ira Dei contra hoīem temperatur, qñ homo coram ipso ad adorandum prosternitur & humiliatur 2. Mach. 10. Rogabant dñm prostrati in terram. Itē rogari debet cum grādi sedulitate. Multū.n. valet deprecatio iusti assidua. Iac. 5. Ergo si non sit assidua, nihil valet. vnde Lu. 7. dr̄ ꝙ pharisæi rogabāt dñm sollicitè vt sanaret filium Cēturionis dicentes. Dignus est vt hoc ei pstes &c. Item rogari debet cum mentis flebilitate. Deuotè.n. & flebiliter est deprecatio facienda. Ose. 12. inualuit ad angelum, & confortatus est, fleuit & rogauit eū. Item rogari debet cum pœnitētię pœnalitate. Ieiunare.n. & pęnitentiam facere debemus, si impetrare volumus quod rogamus. Dan. 9. Posui faciem meam ad Deū rogare & deprecari in ieiunijs. Item rogari debet cum firma credulitate. Fides.n. ad obtinēdum quod petitur, summè est necessaria, iuxta illud. Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis. vnde Lucæ. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua &c. Item rogari debet cum intentionis vtilitate, quia.s. quicquid rogare volumus, debemus vel pro nostra vel pro proximi vtilitate rogare. Et sic debemus rogare gratiam, cōcordiam, & gloriam. De gratia potest dici illud Act. 3. Rogauit vt elemosynā acciperet. De concordia dr̄ in psal. Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem. De gloria vero pōt dici illud Ioā. 12. Rogabant dicentes. Dñe volumus Iesum videre. Item rogari debet cum discreta sagacitate, quia.s. sagaciter & discretę sunt orationes faciendę. Necesse est.n. plura considerare, s. proprium meritum, arduitatem negocij, rē de qua agitur, personam à qua petitur. Debemus ergo cogitare sagaciter, vt.s. rogemus illud quod necessarium est, & ab illo q̄ potest replere omne quod necessarium est, & id.s. à Deo, nō à diabolo vel à mundo, quod cōtra idololatras est & sortilegos, qui inuocant alium q̄ Deum. vnde Esa. 45. Rogant Deū non saluantem. & Sap. 13. Pro sanitate infirmum inuocat, & pro vita mortuum rogat. Non sic ergo, sed sagaciter rogemus illū qui potest proficere & iuuare, s. Deum 1. Esd. 8. Rogauimus dominum, & euenit nobis prospere. Ista igitur de Rogare sufficiant. Vide supra de oratione & similibus.

A **Roma. Romanus.** Cum Roma fuerit tēporaliter, nunc autem spiritualiter caput orbis, multa certè possent temporaliter dici de Romæ

Nobilitate.	Nobilitas, à dijs est fundata.
Antiquitate.	Antiquitas, est à Troia nata.
Strenuitate.	Strenuitas, cunctis est prælata.
Fidelitate.	Fidelitas nunquā est mutata. & ecōtra. s.
Malignitate.	Malignitas, nunquam est paccata.
Cupiditate.	Cupiditas, nunquam est satiata.
Pompositate.	Pompositas, est semper elata.
Finali calamitate.	Calamitas cunctis est monstrata.

¶ O quot & quanta de romanis virtutib. & vitijs possent tangi, si fas esset moralia dimittere, & ad historica me trāsferre. Ille.n. excellentissimus historiographus Titus Liuius (cui certè in stili nobilitate, breuitate & difficultate nemo est scdus, quem & beatus Hieronymus in prologo Bibliæ de eloquētia cōmendat in libro suo de Romana historia, quē ego (licet indignus) ad requisitionem dñi Ioannis incly ti Frācorū regis, non sine labore & sudorib. in lignam Gallicam trāstuli de latina) tot & tanta miranda memorat de prudentia, cōstantia, fide & amicitia Romanorum, etiam qñque de ipsorū discordia, inuidia, superbia & auaritia, & alijs vitijs, quæ plerunq; virtutib. sunt admixta, (ꝙ vt verū fateat) audiuisse de alio quocunq; populo similia non recordor. Quia tñ in hoc opere tractare de historicis non intendo, cum istius libri materia sit moralis, remitto lectorem historica cupiētem, ad ipsum Titum Liuium, & ad Trogum Pompeium, Iustinum pariter atque Florum, & etiam ad Orosium, qui.s. Romanorū historias tractauerunt, & etiam ad innocentiam, qui certè in libro suo de miseria conditionis humanæ, de Romanorū vitijs multa dicit. ¶ Moraliter ergo dicam ꝙ Roma quę fuit orbis caput, & quæ interpretatur magisterium frangens, tonās & sublimis, seu tonitruum aut sublimitas, potest moraliter quattuor designare, s. quendam.

Lucum interiorem.	Lucus interior est no-
Lucum exteriorem.	ster animus, qui intus
Statum inferiorem.	latitat. Lucus exterior
Situm superiorem.	est mundus pessimus,

qui foris habitat, & q iustos fatigat. Status inferior est vitijs proximus, quo iustus militat. Situs superior est polus optimus, quē Deus visitat. ¶ Primò ergo dico ꝙ per romam pōt B intelligi humanus aīus, qui est interior. Sicut.n. Romæ antiquitus fuit Imperator, Papa, clerus, senatus cōsistorium, aduocati cardinales & auditores, ita ꝙ ibi iustitia tūc vigebat, sic dico ꝙ in aīo seu in aīa viri iusti habitat Imperator, i. libera voluntas, Papa, i. ratio, clerus, i. memoria, senatus virtutū moralium, cōsistorium virtutum Cardinalium, aduocati, i. bonæ affectiones, cardinales diuinarum contemplationum, auditores. i. bonæ scientiæ & bona iudicia & determinationes. Et sic certè à tali Roma, i. à tali perfectione virtutum poterit quilibet vir iustus dici Romanus, i. virtutum plenitudine decoratus, & omnium virium rectitudine moderatus. Et sic certè de ipso dicetur illud Act. 22. Hic.n. homo citius Romanus est. Luc⁹ ergo interior est noster animus, qui intus habitat. ¶ Secundò dico ꝙ per romam potest intelligi lucus exterior, i. mundus pessimus, qui iustos fatigat. Sicut.n. in luco .i. in vmbroso & tenebroso nemore qñque habitāt latrones, qui homines, qui ibi transeunt depredantur, sic verè huius simile fuit Romæ, quia sicut in varijs libris & historijs inuenitur, multi viri boni fuerunt ibi depressi, sicut.s. dicit Titus Liuius de Camillo prudentissimo & fortissimo, inuidia populi bannito, & postea in angustia temporum contra Gallos & populos hostiles reuocato. sicut etiam patet de Scipione, duce quidem Romano fœlicissimo, finaliter tñ à Romano populo taliter infestato, ꝙ post tot pclaras victorias, totq; parta & parturita Romanis imperia, necesse habuit fugere, & in exilio vitā finire. sicut ēt patet de Coriolano à Romanis iniustè exulato, qui tandem tñ cum contra eos adduxisset exercitū, solo obiectu matris, vxoris & matronarū vrbis pacatus ab obsidione destitit. Sicut.n. apud Romanos benemeritis & iustis virtus profuit, sic verè ipsis aliquotiēs furor & inuidia populi nocuit. Talis ꝓcul dubio est ista exterior Roma nr̄a, videlicet iste mūdus. Quia re vera sæpissimè cōtingit, ꝙ boni, prudētes, virtuosi & benemeriti, ab honorib. & dignitatib. eijciuntur, quodq; necessitatis tpe repetuntur. vnde de expulsione bonorū pōt dici illud Act. 8. ꝙ pcepit claudius oēs iudæos à Roma recedere. vt & sic iniustè repulsi dicāt de talib. Romanis illud Io. 11. c. ꝙ venient Romani, & tollent locū nostrū & gentē. Patet igit ꝙ lucus exterior est mūdus pessimus qui iustos fatigat. ¶ Tertiò aūt de significatione Romæ C dicam

dicam ꝙ status inferior est vitijs proximus, quo iustus militat. Et iste certè est status & vicus ecclesiæ militantis, q.s. Roma dr̄, pro eo ꝙ realiter & imperator & papa, senatus & cõsilium prælatorum, & etiam cohabitatio fidelium & iustorũ ibi reperitur. Vnde Lucas Act.28. dixit sic. Cum autem venissemus Romam, permissum est paulo manere sibimet. Et si vis, nota ꝙ in Roma.i. in ecclesia debet inueniri.s.

Amicitia corda confœderans.
Diligentia quærens & properans.
Eloquentia docens & reserans.
Patientia ferens & tollerans.
Sapientia dictans & moderans.

De amicitia confœderatiua patet 1. Machab.8. vbi dr̄ ꝙ Iudas Machabæus misit Legatos suos Romam constituere amicitiam & 1. Mach.14. dr̄ ꝙ Simon summus sacerdos misit legatos suos Romam amicitiam renouare. De diligentia exercitatiua dici põt illud ꝙ Paulus de discipulo suo dixit 2. ad Tim.1. Cum Romam venisset, sollicitè me quæsiuit. De eloquentia insinuatiua, hoc est dictu, de officio prædicationis & doctrinæ dr̄ Act.23. ꝙ.s. dñs dixit Paulo. Te oportet Romæ testificari. Ro.1. dixit Paulo. Te oportet Romæ testificari. Et Ro.1. dicebat Apostolus. In me inqt promptum est & vobis qui Romæ estis, euangelizare. De patientia pœnarum passiua dicebat Paulus Actu.16.ca. Cæsos inquit nos publicè indemnatos homines romanos miserũt in carcerẽ. De sapientia vero seu etiam de iustitia moderatiua dr̄ Act.25. Non est consuetudo Romanis damnare aliquẽ hoiem priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumq; defendẽdi accipiat. Patet igitur ꝙ ista Roma seu etiã ꝙ status inferior est vicus proximus, quo iustus militat. Quartò vero tractando de significatione Romæ dico ꝙ situs superior est polus optimus, quẽ Deus visitat, s. paradisus, quem.s. Paulus summè desiderabat, dicens Act.19. Postquam fuero ibi.s. Hierosolimæ, Oportebit me Romam videre. Romam inquit.i. paradisum. Hæc igitur de Roma & Romanis breui moralique sermone sufficiant.

A **ROS.** Nota ꝙ ros est quædam aeris impressio frigida & humida, quæ in medio aeris generaẽ, & hic ad nos inferius deriuatur. Et potest significare multipliciter in scriptura. inuenitur.n.s. ros

Proficiens.
Reficiens.
Inficiens.
Perficiens.

Ros qui proficit, stilla à cœlo superiori. Et iste est Dei filius, qui ad modum roris in maris conchylia descendentis, & ipsa præcioso lapide imprægnãtis, in beatam virginem inuisibiliter descendit, & eam præcioso lapide, s. Christo Deo & homine fœcuudauit. Figuratus in rore qui vellus Gedeonis tota terra existẽte sicca mirabiliter madidauit. Iudi.6. quia.s. ros sancti spiritus contra naturam omnium aliarum parientium fęminarum, vellus istud.s. beatam virginẽ mirabiliter imprægnauit & madidauit. de quo Esa.40. Rotate cęli desuper, & nubes pluant iustum. Aperiaẽ terra, & germinet saluatorem. Ros qui reficit, stillat in parte posteriori, & iste ẽ ros paradisi, & dulcedo vitę æternæ. Quia sicut ros post occasum solis venit, ita & gloria æterna post occasum vitæ, & iste est ille ros de quo dr̄ Genes.17. In rore cęli desuper, & in pinguedine terræ erit benedictio tua. Ros qui inficit, stillat in parte exteriori. Et iste est ros, dulcedo & pinguedo mundanę prosperitatis. Sicut.n. ros corruptus frumentum & alias segetes nouas solet inficere & inde generaliter fit illa segetum pestilentia quæ dr̄ rubigo vel erugo, qñ .s. tota spica cedit in puluerem, & nigredinem, sic mundi prosperitas oĩa quæ tangit, solet ad nihilum deducere. Ros.n. faciliter dissoluitur, & fructus arborum rore madidi facilius ab arbore cadere dinoscuntur. Et inde est ꝙ ꝑpter roris grauitatem fructus solent de nocte magis cadere, q̃ de die. Sic vere mundi prosperitas faciliter destruitur, & illi quos imbuit, faciliter de arbore diuinę gratię cedere & corruere cõprobantur. Et iste est ergo ros quo fuit intinctus Nabuchodonosor de regno eiectus & in bestiã mutatus, sicut dr̄ Dan.4. Alligetur inquit vinculo ferreo in herbis quæ foris sunt, & rore cęli tingatur, & cum feris sit pars eius in herba terrę, quia pro certo tales qui de regno Dei.s. de statu gratiæ per peccatum eijciuntur, in bestiam i. in virum bestiarum & peccatorem mutantur, vinculo ferreo auaritię ligantur, & cum feris.i. cum alijs crudelibus peccatoribus in herbis bonorũ temporalium conuersantur, & rore cæli.i. mundanæ prosperitatis dulcedine intingunt se. vnde ibidem Dan.4. dr̄. Rore cœli corpus eius est intectum, donec capilli eius crescerent sicut capilli aquilarum & vngues eius. Ros qui perficit, stillat in parte interiori, & iste est ros, dulcedo & suauitas gratiarum, quæ sursum est descendẽs à patre luminum, interius rorificãs corda nostra, de quo Iob 38. Quis est pluuiæ pater aut quis genuit stillas roris? q.d. Deus. Sicut.n. ros occultè dã te austro per influentiam lunarem in aere generatur, [illegible] quo tandem herbarum superficies irrigatur, & earũ vir[illegible] quæ p ardorem diurnum marcuerant, reparantur, & in [illegible] ore virore & pulchritudine renouatur, sic verè ros diui[illegible] grã oc cultè & inuisibiliter per austrũ & per lunam.i. per spiritumsanctum & beatam virginem in aere humanæ conscientiæ generatur, ibiq; ardores tẽtationũ tẽperat, virtutes spũales reparat, & virorem honestatis, & decorẽ conuersationis introducit & renouat. Eccl.18. Ardorẽ refrigerabit ros. Et iõ breuiter de rore isto põt dici cuilibet viro iusto illud Ge.17. In rore cœli desuper & in pinguedine terræ erit benedictio tua. In quibus verbis ostenditur ꝙ sicut ros naturaliter est.

Lucidus.
Humidus.
Frigidus.
Fluidus.

Sic vere ros diuinæ grã dr̄ lucidus & illuminatiuus, ideo dr̄. Cęli. Dicitur humidus & mollificatiuus, ideo dr̄. Pinguedo. Dicitur frigidus & refrigeratiuus. Terræ. Dicitur fluidus & fructificatiuus, iõ dr̄ benedictio tua. Et sic dico ꝙ diuina gratia est Ros illuminatiuus quantum ad actum discretionis. In rore cæli inquit. Ros moltificatiuus quantum ad tactum cõpassionis. In pinguedine inquit. Ros refrigeratiuus quantum ad motum repressionis. Terrę inquit. Ros fructificatiuus quantum ad habitum deuotionis. Erit inquit benedictio tua. ¶ Primò ergo dico ꝙ diuina gratia est ros illuminatiuus per sciẽtiam & discretionem. Cęli inquit, quod.s. rutilat, & illuminat atq; splẽdet. Ros.n. de se splendet & lucet. Habet.n. naturam specularẽ, cum sit naturæ aqueæ. Sic ẽt gratia quantum ad habitum scientiæ, est lucida, & per spiritalem inspirationem splendida & fulgida. Esaię.26. Ros lucis ros tuus. Et hoc ostenditur cum dicitur. Celi. Cęli.n. qui fundunt lumen. sunt, Deus, Angeli, sancti, & prædicatores, boni viri & iusti, qui fundũt nobis sapientiæ & doctrinæ & scientię rorem. Gen.27. Det tibi Deus de rore cęli. quãuis dicatur Aggæi 1. ꝙ prohibiti sunt cœli ne darẽt rorem suum. Ros.n. facit germinare, crescere, viuere terram & herbam. sic doctrina. Nam sicut ros quãuis faciliter dissoluatur, effectus tñ & virtus eius in herba remanet, per q̃ spiritualiter vegetatur & impinguatur, sicut patet de margarita, quæ virtute roris in piscium ventriculis generatur, sic vere quamuis ros doctrinæ superficialiter videatur transire, solet tamen virtus ipsius remanere, quæ corde nostra facit spiritualiter donis & gratijs impinguari, & præciosum lapidem.s. Christum in nostris cordibus generari. vnde Ozeæ 14. Ero quasi ros, & Israel germinabit quasi lilium. Israel interpretatur quasi videns Deum, significans illos qui ꝑ rorem doctrinæ ad videndum dominum illustrãtur. Ista est ergo ros illuminatiuus per scientiam & doctrinam & discretionem. Secũdò dico ꝙ gratia est ros mollificatiuus per clementiam & compassionem. Pinguedine inquit. Pinguedo.n. quæ mollis est, & quæ est nutrimentum ignis, signat virtutẽ clementiæ quæ ignem dilectionis nutrit, & mollit terram, & benignam reddit, i. mollit diuitem terrenis abundantem. Et iste est ros qui mollis est & humidus, qui est & humoris in herbis reparatiuus, & pullorum coruorum in nido dum nõ habent qui ipsos nutriat, depastiuus. Quia.s. dulcedo & pietas virorum misericordium deferunt humores bonorum tpalium per elemosynas & alia beneficia, quibus restaurant, supplent, fouent & nutriunt pullos coruorum.i. pauperes, q aliunde non habent auxilium. Ozeæ.6. Misericordia nostra quasi nubes matutina, & quasi ros cito pertransiens. Viri.n. misericordes sunt sicut nubes roris in die messis. Pinguedine inquit Gen.27. Det tibi Deus de rore cęli, & de pinguedine terræ abundantiam. Ista tñ sunt contra multos qui istius roris pinguedinẽ nunquã habent. Ros.n. flante aquilone nũquam inuenitur bonus. Sicut.n. ventus aquilonis rorem generari non permittit, imo si rorem inuenerit, ipsum penitus destruit & consumit; sic vere frigidus ventus aquilo.i. auaritia quæ corda per indeuotionem infrigidat, ipsaq; per par- B

citatem congelat & indurat, rorem cõpassionis & clemẽtiæ non sinit venire, imo ipsum solet destruere & siccare. 2. Reg. 1. montes Golboe nec ros nec pluuia veniant super vos. Cõ[illegible]ra illud quod in persona doctorũ dr̃ Deut. 32. Fluat vt ros [illegible]loquium meum, quasi imber super herbam. Non sic ergo, [illegible] habeamus rorẽ gratiæ, quia iste est ros mollificatiuus ꝑ

C c[illegible]mentiã & compassionem. ¶ Tertiò dico ꝙ gratia est ros ref[illegible]atiuus per potentiam & repressionẽ. Tertiæ inquit. Quia [illegible] terra est elementum frigidum, sic ros ita est naturali[illegible] frigidus, & ardorem & intemperantiam aeris refrigerat a[illegible] sedat. Ros est etiã ita potens & virtuosus, ꝙ animalia ven[illegible]osa de nocte parũ aut nihil nocere possunt qñ rore cęlest[illegible] [illegible] ipsorum frigescunt. Sic procul dubio ros diuinæ gr[illegible] [illegible] carnis & animi appetitus refrigerat, demones etiã [illegible] tyrannos ne vltra debitum noceãt, contẽperat & refrenat. vnde Ecc. 43. Ros mane obuiãs, ab ardore venienti humilem efficiet eum. Terrę inquit. Iud. Totum vellus siccum sit, & oĩs terra rore madens. Et istud refrigerium roris grãæ bene figuratur Dan. 3. vbi dr̃ ꝙ cũ tres sancti pueri essent in fornace, cuius flamma quadringinta nouem cubitis ascendebat, angelus dñi descendebat de cœlo, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flãtem. Fornax .n. babylonis mũdum designat, vbi flamma auaritiæ, luxurię, iracundiæ, seuitiæ & pestilentiæ hominem afficiat & inflammat, & quadringinta nouem cubitis .i. num. 49. qui cõstat ex septem septies ductis, hoc est dictu, per vniuersitatem temporalium bonorum, per vniuersitatem septem capitalium vitiorum (quia .s. numerus septenarius vniuersitatem designat (ipsos grauiter cremat atque grauat. Sed quid? pro certo qñ angelus magni consilij Dei filius interponit misericorditer partes suas, tunc facit medium fornacis sicut ventum roris flantem, hoc est dictu ꝙ omnem talem ardorem vitiorum & tormẽtorum rore suæ gratiæ refrigerat & temperat, & exinde fideles liberat, soluit atq; saluat. Vnde Eccl. 18. Nõne ardorem refrigerabit ros? Gratia igitur est ros refrigeratiuus per potentiam & repressionem. Terra inquit, quæ .s. est elementum frigidum. ¶ Quartò verò dico ꝙ gratia est ros dulcificatiuus per pietatem, & deuotionem. & hoc ostendit cum dr̃. Erit benedictio tua. Benedictio .n. designat dulcedinem deuotionis, iuxta illud psal. Dñe præuenisti eum in benedictionib. dulcedinis. Dulcedo .n. roris solet & mel in florib⁹, & manna in quibusdam graminibus (quæ sunt res dulcissimæ, generare. Sic vere ros diuinæ gratiæ, mel & manna deuotionis generat, & totum cor benedictionẽ dulcificat & irrorat. Num. 11. Cumq; descenderet supra castra ros, descẽdebat pariter & mãna. Vnde de tali benedictione dr̃ Deute. 33. De benedictione domini terra eius, de pomis cœli & rore. Sic ergo patet quomodo diuina gratia est ros .s. dulcificatiuus, refrigeratiuus, mollificatiuus, illuminatiuus. Et sic patet quo sunt quattuor genera spiritalis roris, videlicet. Ros qui perficit stillans interius. Ros qui inficit stillans exterius. Ros qui reficit stillans posterius. Ros qui proficit stillans superius. Et ista de rore sufficiant, vide de pluuia & de aqua & cætera.

A **Rosa.** Nota ꝙ rosa est flos fragrantissimus, placentissimus, amantissimus, virtuosissimus. Cuius decor, cuius odor, cuius valor, quasi cunctis florib. antefertur. Et põt significare rosa Mariam, ecclesiã Christũ, & quemlibet martyrem seu iustum. Sed quia in biblia valde paucę sunt authoritates de rosa, omitto gratia breuitatis. Vide ergo in diuersis lois vbi exempla habentur de rosa. Et maximè supra de licentia, vbi pone illa quæ habentur in sermone de lætare Hierusalem, vbi Papa dat rosam auream &c.

A **Rota.** Nota ꝙ rota est instrumentum volubile & rotũdum, faciliter vertibile & mobile, strepitum faciens & clamorem. Est .n. rota idem quod circulus seu sphęra, quamuis inter se differant aliquo modo. Dicamus ergo quod inuenitur

Rota naturalis.
Rota temporalis.
Rota supernalis.
Rota magistralis.
Rota scripturalis.
Rota virtualis.
Rota criminalis.

Ista enim sunt septem genera spiritualium rotarũ. ¶ Primò dico ꝙ in mundo inuenitur rota naturalis, & ista est illa quã omnia naturalia sunt in circulo & in rota. Cœlum .n. & omnes orbes continuè circueunt & rotantur, rotũda .n. sunt & mobilia more rotæ. Generatio etiam .i. alteratio rerũ, mutatio & variatio temporum, nihil sunt aliud nisi rota. continuè .n. voluuntur de vno statu ad alium & semper reueniũt in idipsum. Vnde 3. Reg. 7. dr̃ ꝙ bases lucernæ tẽpli habebãt quattuor rotas & axes æreos. Quia res naturales q̃ sunt bases & fundamentum omnium, habent quattuor rotas, quæ .s. voluuntur. Et istæ quattuor rotæ quattuor humores, quattuor tempora, quattuor elementa designant. Istis .n. rotis voluuntur omnia, & potissimè vita nostra, & humana complexio naturalis. Ista .n. continuè mouentur & rotantur, & nunquam in eodem statu versantur. Et ista est rota figuli de qua dr̃ Hier. 18. Descendi inquit in domum figuli, & ecce faciebat opus super rotam, & dissipatum est vas quod faciebat de luto. Figulus .n. noster est Deus iuxta illud Hier. 18. Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel. Iste ergo figulus Deus super rotam humanæ mortalitatis & fluxibilitatis vas humani corporis fabricat, quod tandem mors dissipat atq; truncat. Et sic dico ꝙ ista est rota naturalis. ¶ Se- B
cundò dico ꝙ inuenitur temporalis. Et ista est rota fortunæ & mundani successus, quæ more rotæ

Modo est altè.
Modo est balsè.
Modo vnus ascendit.
Modo idem descendit.

Et breuiter mundus & status mũdanorum casuũ siue sint prosperi, siue aduersi, semper sunt in rotatione & commotione, ita ꝙ in mutatione & conuersione istius rotæ quod erat superius, fit inferius, & quod inferius, fit superius, & hoc potissimè fit in morte & in iudicio, vbi rota mũdani status & fortunæ penitus reuoluta, inferius fiẽt superiores, pauperes diuites, depressi sublimes, & econuerso, magni, fient parui, diuites egeni, maiores minimi. Vnde de Deo & eius occulta prouidentia rotam hmõi gubernante dicitur Ecc. 38. Figulus sedet ad opus suum, conuertens pedibus rotam. ¶ Tertiò dico ꝙ est rota supernalis. Et ista est tumultus & strepitus diuinorum iudiciorum, quibus terret ne deuient rectores. Istę autem rotæ in vltimo iudicio specialiter resonabunt. Sunt .n. inter animalia quædam quę timent summè sonum & strepitum rotarum secundum Pli. Sic vere iusti valde debent timere strepitum diei iudicij, de quo Dan. 7. Antiquus dierum sedit, & libri aperti sunt. Et sequitur. Rotæ eius ignis accensus, fluuius igneus rapidusq; egrediebatur à facie eius. Loquitur .n. scriptura more regum, qui qñ vadũt ad pręliũ solẽt facere strepitum præ multitudine curruum & rotarum. ¶ Quartò dico ꝙ inuenitur rota magistralis, & sic per totum possunt intelligi prædicatores & doctores, qui more rotæ prædicando & docendo solent facere strepitum & tumultum. psa. Vox tonitrui tui in rota. ¶ Quintò dico ꝙ inuenitur rota scripturalis, & ista est volubilitas diuinę scripturæ, quę more rotæ põt ad omnem partem volui ꝫm intellectum & subtilitatẽ lectoris. Figurata in rota Ezechielis. Eze. 1. & 10. quæ erat plena oculis ante & retro, & quæ sequebat̃ animalia sancta, & erat rota in medio rotæ. Scriptura sancta plena est oculis, .i. intellectibus varijs & diuersis. Ista tamen rota quattuor aĩalia, .i. quattuor euangelistas sequitur, inquãtum quicquid est in scriptura, totum ad quattuor euãgelia ordinatur. Rota vero in medio rotę dr̃, quia testamentum vetus in testamento nouo impletur, & testamentum nouum in testamento veteri figurat̃. vnde de rotis sacræ scripturæ potest dici illud Ezec. 20. Sume ignem, supple charitatis, de medio rotarũ. ¶ Sextò dico ꝙ inuenitur rota virtualis, & sic per rotã intelligitur quilibet homo iustus, velox, volubilis, obediẽs, sollicitus & attentus, de quo Ezec. 11. Apparuit rota vna super terrã. Vbi aduerte ꝙ hic ostenditur cuiuslibet iusti volubilitas cõuersationis. Mobilitas operationis. Agilitas contemplationis. Probat conuersationẽ apparitio generosa. Apparuit inquit. Probat operationẽ reuolutio vigorosa. Rota. Probat cõtẽplationẽ eleuatio virtuosa. Super terrã inqt, nõ infra. ¶ Septimò dico ꝙ inuenit̃ rota criminalis. Et sic ꝑ rotã intelligit̃ stat⁹ malorũ, qui ad modũ rotæ est valde tumultuosus, valde ẽt mutabilis, volubilis & defectuosus, de quo dr̃ in psa. Deus meus pone illos vt rotã, & sicut stipulã ante faciẽ vẽti. Et Ezec. 26. à sonitu rotarũ & equorũ mouebunt̃ muri tui Et sic igit̃ patet quõ rota signat septempliciter in scriptura. sufficit &c.

ube-

A **Ruben.** Nota ꝙ Rubē filius Iacob, vnus s. de 12. patriarchis, fuit ille qui Balam concubinā patris fœdauit, qui Ioseph liberare tentauit, qui vltra Iordanē possessionē accepit & hæreditauit, & qui tñ fratres suos ad prælium anteiuit, & hostes præcedens alios expugnauit. Qui s. interpretatur videns filium visionis seu etiam videns in medio, aut videns per medium. Possumus ergo notare ꝙ p Ruben pōt intelligi vir perfectus, & ēt vir infectus. Vir dico perfectus, quia. s. iste est q fratres miseros cupit liberare. Qui trans hoc seculum vult hæreditare. Qui exemplariter vult p ambulare. Qui Dei filium vult considerare. Qui se medium semper vult monstrare. ¶ Igitur dico ꝙ per Ruben intelligit vir perfectus, quia hic miseros nititur saluare, quia. s. Ruben visus fuit liberare Ioseph de manibus impiorum fratrū Ge. 37. Vnde Ioseph in cisterna nō reperto dixit puer non comparet, & ego quo ibo? Item iustus trans istud seculū vult hæreditare, sicut. s. fecerunt illi de tribu Ruben, qui citra Iordanem hæreditatem habere noluerunt, sed vltra, sicut dr̃ Nu. 32. quia. s. viri iusti citra Iordanē, qui interpretatur riuus iudicij. i. citra riuum mortis, hoc est dictu, in vita ista nolunt hæreditatē habere. psal. Portio mea dñe sit in terra viuentium. Et alibi. Dñs pars hęreditatis meæ &c. Itē iustus dr̃ Ruben, q exemplariter vult præambulare, quia. s. sicut filij Ruben præcesserunt filios Israel ad prælium contra hostes sic iusti contra vitia præcedunt exemplariter subsequentes, dicente. s. illud Num. 32. Nos aūt ipsi armati & accincti pergemus ad p̄lium ante filios Israel. vt sic dñs dicat cuilibet tali Ruben illud Gen. 49. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, tu principium doloris mei. Viuat ergo Ruben & non moriatur. Deutero. 33. Item iustus dr̃ ruben, quia Dei filium vult considerare, quia. s. Ruben interpretatur videns filium, seu ēt filius visionis. Gen. 29. Genuit filium, & vocauit nomen eius Ruben. Item iustus dicitur Ruben, quia se medium semper vult monstrare. Medium. n. & mediatorē se monstrat iustus, quia. s. semper vult esse in medio æquitatis & debitæ iustitiæ constitutus. Et ideo Ruben interpretatur videns in medio, aut videns per medium. Et ideo de Ruben legitur Gen. 37. ꝙ mediatorem inter fratres suos & Ioseph se exhibebat, inquantum Ruben nitebatur liberare eum. Et breuiter de filijs Ruben. i. de viris iustis, constat ꝙ Apoc. 7. dicitur. De tribu ruben duodecim milia signati. ¶ Si autem per ruben vis peccatores intelligere, dic quòd isti

Luxuriæ fœce maculantur
Discordiæ lite perturbantur.
Iniuriæ verbis efferantur.

Isti. n. sunt immundi & luxuriosi Vnde Gen. 35. dr̃ ꝙ ruben dormiuit cū Bala concubina patris sui. Item suot discordes & litigiosi. Iud. 5. Diuiso contra se Ruben magna minorum reperta est contentio. Nu. 16. cap. Choræ inquit & Dathan de filijs Ruben surrexerunt contra Moysen. Item sunt verbosi & iniuriosi. vnde Deuter. 27. dicitur ꝙ filij Ruben fuerunt ordinati ad maledicendum.

A **Rubor. Rubedo.** Nota ꝙ Rubedo ſm quod possum inuenire, est color igneus, color roseus, color fulmineus, color sanguineus, color purpureus. Et hinc est ꝙ multa pōt significare. Signat. n. charitatem & amicitiam, quæ est ignea. Thren. 4. Rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchriores. Itē signat humilitatem & verecundiam, quæ est rosea. Can. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Candidus dico per castitatem. Rubicundus per verecundiæ venustatē. ¶ Itē signat crudelitatē & sæuitiam, quæ est flammea. Matt. 16. Hodie erit tempestas, rutilat. n. triste cœlum. Item signat carnalitatem & luxuriam, quæ est carnea seu sanguinea 4. Reg. 3. Viderunt Moabitę aquas rubeas quasi sanguinem. Item pœnalitatem & patientiam, quæ est purpurea. Et sic signat martyres & sanguinem Christi & martyrum. Figurata in operimento tabernaculi, quod erat de pellibus arietum rubricatis. Exod. 26. Ideo Christi martyri dr̃ Esa. 36. Quare ergo rubrum est indumentnm tuum? Et respondet Torcular calcaui solus &c. De martyribus dr̃ Sap. 10. ꝙ Deus transtulit illos per mare rubrum, & transuexit eos per aquam nimiam. ¶ De rubore vero inquantum signat confusionem finalem, quam damnati in inferno sustinebunt, potest dici illud Luc. 14. Cum inuitatus fueris ad nuptias, nō recumbas in primo, loco, ne forte honoratior te fuerit inuitatus, & dicatur tibi da huic locum & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere Locus. n. nouissimus est infernus, qui. s. cū rubore & verecūdia possidetur, qñ in hac vita nimis præsumitur & ambitur. Rubedo. n. confusionem designat, eo ꝙ cum quis verecundia suffunditur, facies ipsius rubricatur. Et dic si vis per mare rubrū vbi filij Israel perambulauerunt, & vbi persequentium ægyptiorū periculum euaserunt, ibi tñ ipsi ægyptij submersi fuerunt & perierunt, & qui etiam transacto Israelitæ ad terram promissionis venerunt, quam. s. obtinuerunt & possiderunt, pōt designari pęnitētiæ status, vbi. s. amaritudo est in contritione, rubedo vero verecundiæ in cōfessione, quia re vera ibi Aegyptij, i. demones & peccata delentur & submerguntur. psal. Excussit pharaonem & virtutem eius in mari rubro. Ibi filij Israel, i. Christi fideles deuoti. s. & pœnitentes & saluantur & liberantur. Sap. 10. Transtulit illos per mare rubrum. Et 1. Macha. 4. Mementote quomodo salui facti sunt patres nostri in mari rubro. Ibi etiam, hoc est circa maris rubri. i. pœnitentiæ fines, iusti habitant & cōmorantur. vnde Nu. 33. dr̃ ꝙ filij Israel fixerunt tentoria super mare rubrum. quia pro certo per mare rubrum, hoc est, per pœnitentiam ad terram promissionis, hoc est dictu ad terrā paradisi, & ad statum salutationis de hoc seculo pertrāsitur. Vnde Exo. 15. Tulit autem Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt per desertum sur. Hæc igitur sufficiant.

Rubigo. Cū rubigo sit illud qđ in metalli, ferri vel gladij superficie generatur, à quo. s. splēdor ipsius hebetatur, & substantia consumitur & damnatur, quę ēt qñque in aquis & segetibus inuenitur potest dici ꝙ per rubiginem intelligitur pc̄tm̄, quia. s. Istud est quod metallum, i. fortē conscientiam inficit, infectam vero per remorsum corrodit, corrosam aūt spiritualiter destruit & consumit. Ideo de aīa peccatrice dr̃. Exe. 24. Væ inquit ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit ex ea. Ista est etiam quæ segetes virtutum dissipat, & famem infernalis pœnæ procurat Leu. 28. Fruges terræ tuæ rubigo consumet. Igitur necesse est ꝙ talis rubigo per pœnitentiam abstergatur, vt vasi seu metallo, hoc est dictu, aīæ seu cordi humano pulchritudo quā perdidit, inferatur. Proue. 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Nam qñ vas seu ferrum in igne ponitur, tunc liquescente metallo rubigo ipsius adnullatur. Quia pro certo qñ aīa peccatrix p cōtritionem liquescit rubigo pc̄ti ab eo recedit & euanescit, & pristina mūditia reuertitur & recrescit. vnde ergo dr̃ Ezech. 24. Pone eam. s. ollam. i. animam peccatricem, super prunas vacuam, vt incalescat æs eius, & liquefiat, & rubigo eius consumatur. Specialiter autem per rubiginem quæ adhęret ollæ & corrodit substantiam eius potest intelligi peccatum originaliter, quod animæ noscitur, originaliter adhærere, ipsamq; per motus & concupiscentias continuè molestare, & nisi per baptismum tergatur, totam eius substantiam vr̃ deuorare, & p damnationē æternā consumere & grauare. Ioh. 1. Residuum bruci comedit rubigo. Sufficit. Vide de pc̄tō. A

Rubus. Nota ꝙ rubus est frutectum seu arbor in desertis abundans & crescens, spinosa & lædens & pungens Et quia spinæ sitæ sunt recuruę, vellera ouium vestesq; hoīum ipsam tangentium est dilacerans atq; rumpens, rosas tñ candidas generās atq; ferens, & ad medicinas varias valde valens Est etiam arbor superius non se erigēs, sed ad terram inferius respiciens & inclinans. Medulla etiā plena est & abundans, & pro pastorum & pauperum edulio rubeos fructus portans. Tales fuerunt homines pęnitentes, & maximè eremitæ & anachoritæ & etiam alij religiosi deuoti. Quia pro certo isti in desertis & solitudinibus habitauerunt, spinis diuini timoris & conscientiæ pungentis cum curuitate reuerentiæ & honoris armati fuerunt, rosis patiētiæ & candidæ pudicitiæ floruerunt, tangentes se, i. subditos seu socios male operantes per correctionem læserunt, & pupugerunt, sursum per superbiam non se erexerunt, sed inferius ad terram, i. ad mortem continuè respexerunt, medulla pietatis & deuotionis abundauerunt, & per diuersas medicinas virtutum saluti hominum valuerunt, & pauperes suis fructibus nutrierunt. Testatur. n. Plinius quòd radix rosæ siluestris, i. rubi contra morsum canis rubidi summè valet, quia, s. tales rubi, id est viri sancti contra morsum canis rabidi, id est contra tentationes diaboli solent valere, & sanitatis

tis remedium procurare. ¶ Vel si vis dic q talis est pœnitẽtiæ virtus, vel etiã beata virgo, quæ bene figurata est in illo rubo qui ardebat & non cõburebatur, & in quo dñs Moysi loquebatur. Exo. 3. Vadã inquit Moyses, & videbo quare nõ cõburebatur rubus. Et tñ dictũ est sibi. Ne appropies inquit huc. Solue calciamenta de pedibus tuis, locus. n. in quo stas, sanctus est. Quia re uera maria, quæ rubi proprietates superius positas præ cunctis habuit, ardere, hoc est dictu, virginitatem perdidisse visa est, inquãtũ. s. filium genuit & peperit, incombusta tñ mansit, inquantum & in partu & ante & post partũ virginitatem habuit & seruauit. Deus. n. in isto rubo per incarnationem latuit, & exinde. i. in carne ibi assumpta, Moysi. i. humano generi locutus est & prædicauit, rubumq; istum, s. virginem gloriosam locum esse sanctissimum demõstrauit, appropinquari, tñ ad locum prohibuit, hoc est dictu quod inuestigari mysterium diuinæ incarnationis, partũq; virginis & conceptionis per fatuam præsumptionẽ fieri denegauit. Act. 7. Apparuit aũt Angelus in igne flammæ rubi. ¶ Sed si vis in malo significato dic quod rubus est auarus, ad terram. i. terrena inferius inclinatus, aculeis rapinæ plenus, & gentium, hoc est dictu, vicinorum velleribus. i. possessionibus trahendis & rapiendis intentus, fructibus tamen bonis. i. bonis operibus vacuus, omni soliditate fortitudinis & virtutis priuatus. Luc. 6. neque. n. de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vuam. Sufficit, quia valde paucæ sunt auctoritates.

Rudis. De ruditate seu rudi, incomposito, indocto & in gestu, & ĩ actu, & ĩtellectu materiali & grosso multa possent dici, sed auctoritates desunt. Vide ergo vbi Imbecillis, Stolidus, vel Ineptus.

A **Ruere. Ruina.** Cum ruere nihil aliud sit quam subito & insperate cadere, inde est quod illud dr̃ ruinosum, quod est propinquum & facile ad ruendum. Cum ergo inueniantur aliqui qui ruunt à statu suo spiritualiter, aliqui temporaliter, aliqui ęternaliter, hinc est quod est quædam ruina spiritalis, quæ est præcauenda, q̃dam ruina temporalis, quæ est toleranda, quædã ruina æternalis, quæ est formidanda.

Prima est ruina peccatorum.
Secunda est ruina miserorum.
Tertia est ruina damnatorum.
Prima ruina est interius.
Secunda ruina est exterius.
Tertia ruina est inferius.

Prima est ergo ruina q̃ debemus cauere. Et ista ẽ ruina peccati, qua. s. homo ruit de gratia in culpã. de qua Eze. 18. Agite pœnitẽtiam, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Sicut. n. fortis vẽtus facit magnas arbores, ruere quanquã videantur fortiter radicare, sic verè ventus diabolicæ tentationis facit qñq; ruere, cadere & deficere à statu gratię & virtutum arbores. i. homines sublimes & fortes, qui videbantur alios in virtutib. eminere. Istud autem accidit qñ nõ sunt bene fundati in fundamento humilitatis, sicut sunt præsumptuosi, qui. s. nimis p̃sumunt de seipsis, & alios ruentes contemnunt. tales. n. permittit Deus ruere in peccatum, quia sicut dr̃ Prou. 17. Qui in ruina lætatur alterius, nõ erit impunitus. vnde Mat. 7. Venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt super domũ illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Et vere magna & terribilis est ruina talium. Magna. n. fuit ruina luciferi qñ cecipit. Magna fuit ruina Adæ qñ peccauit. Magna fuit ruina Petri qñ negauit. Magna fuit ruina Iudæ qñ desperauit. Non est ergo bonum nimis præsumere, quia exinde contingit faciliter ruere & cadere. Esai. 26. Terram gigantum detrahes in ruinã. Ista est ergo ruina quã debes præcauere. ¶ Item est
B ruina temporalis fortunæ, quæ. s. facit nos per multa infortunia cadere & ruere. Mundi. n. ruinæ, tribulationes & pœnæ, sunt sustinendæ, sicut propria onera, proprij census, & propriæ redonantiæ terrę nostræ. Parum. n. sumus & impossibile est quin à statu prosperitatis sæpissime corruamus, & ideo pœnitentiam habere debemus, & laudare dominum quotiẽs ruinas hmõi sustinemus. Leu. 9. Laudauerunt dñm ruentes in facies suas. Multa autem sunt quæ in ruinis & tribulationib. mundi possunt ad pœnitentiam nos mouere, videlicet quia tales etiam & ipsi maioribus sæpius inferuntur. Quia etiam istæ à Deo occultè ordinantur. Quia insuper in istis fideles suos Deus consolatur. ¶ Quod. n. ipsi maiores sæpe patiatur ruinam totã die videmus ad oculũ. Alta. n. ædificia & citius & periculosius ruunt quã infima. Sic vere altas personas videmus qñque citius ruere, & periculosius declinare. Proue. 17. Qui altam facit domum suam, quærit ruinam. Quod ẽt à Deo proueniant hmõi ruinæ vel ad hoĩum punitionem vel ad probationẽ, patet Esai. 2. vbi dr̃ Ruina hæc in manu tua. Quod insuper Deus consoletur bonos qñ sustinẽt hmõi ruinas, patet in psal. vbi dicitur. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. & illud Esa. 51. Cõsolabitur Deus oẽs eius ruinas. Ista est ergo ruina quam debet iustus sustinere. ¶ Tertio dico quod est quædam ruina quã abhorrere debemus. Et ista C
est illa ruina qua peccatores per huius mundi solatia ruunt inferius in infernum. 2. Mach. 15. Cognouerunt nicanorẽ ruisse cum armis suis. Fulgur. n. de cœlo cum impetu ruit ad terram, & non solum vsque ad terram, imo etiam se profundat infra terram. Sic verè peccator de cęlo. i. de altitudine dignitatum ruit finaliter, & hoc non solum ad terram. i. ad sepulchrum, imo etiam infra terram. i. ad infernum. de quo. 2. Paralyp. 14. Ruerunt Aethiopes vsque ad internecionem, quia domino cedente contriti sunt. Et sicut in ruina magnorum ædificiorum fit magnus strepitus & tumultus, sic in ruina talium clamat atque tumultuat, loquitur & murmurat totus mundus. Hiere. 49. A voce ruinæ eius commota est terra. Et possumus notare quod istam ruinam æternæ mortis procurant multa, videlicet

Amor & amicitia peruersorum.
Cultus & reuerentia idolorum.
Contemptus & iniuria diuinorum.
Imprudens eloquentia labiorum.
Tumor atque superbia animorum.
Iniusta pręeminentia malignorum.

Dico ergo q æternam ruinam operat peruersorum amicitia. Vnde Exod. 34. Caue ne cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, q̃ tibi sint in ruinam. Item idolorum reuerentia. Leuit. 26. Cadetis inter ruinam ipsorum vestrorum. Item diuinorum offensa. psal. Irritauerunt Deum in adinuẽtionibus suis & multiplicata est in eis ruina. Item labiorum mala eloquentia. Proue. 25. Os lubricum operatur ruinas. Item superborum excellentia. Prouerb. 16. Ante ruinam exaltatur spiritus. Itẽ malignorum præsidentia. Vnde Prouerb. 28. Regnantibus impijs ruinæ hominum. Ista est ergo triplex ruina, scilicet æternalis, externalis, & internalis. Vide supra de Cadere & similibus.

Rufus. Rufedo. Nota q tam in bono quam in malo significato rufus dicitur in scriptura Christus sanguine cruentatus. Iustus flamine rubricatus. Peccator crimine maculatus. Rufedo. n. color est rubeus, sub nigris maculis punctuatus. ¶ Primo igitur dicã q Christus dicitur rufus pp sanguinis cruentationem. Sanguis. n. suæ benedictissimę passionis carnem & pellem ipsius irrufauit. Et ideo iste in vacca rufa extitit figuratus, quia sicut dicitur Num. 19. ad Moysen adducebatur vacca, à quo. s. occidebatur, & populus eius sanguine expiabatur. Moyses. n. Populum Iudaicũ designat, qui. s. vaccam rufam, i. Christũ occidit & immolauit, & sic popul⁹ fideliũ à peccatis suis expiatus fuit. Vnde ibidem, s. Num. 19. dr̃. Adducant inquit ad te vaccam rufam &c. Vide historiam. Christus igitur dr̃ rufus propter sanguinis cruentationem. ¶ Secundo dico q iustus dr̃ rufus propter flaminis rubricationem. Calor. n. interior & complexio cholerica & ignea efficit colorẽ rubicundum & rufum. Sic verè ignis & calor sancti spiritus qñ abundat in hoĩe, ipsum per charitatem facit rufum, & per honestam verecundiam rubicundum. Vt sic de quolibet tali rufo dicatur illud 1. Reg. 16. Erat autem Dauid rufus & pulcher aspectu. Iste. n. est ille angelus de quo dr̃ Zach. 1. Ecce inquit vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta quæ erãt in profundo. Quia pro certo vir virtuosus equũ rufum. i. corpus charitate & verecundia rubicundum habet & in profundo inter myrteta hoc est, in societate bonorum habitat atq; manet. Myrtus. n. arbor est, significans viros famosos & bonos. Myrtetum vero, hoc est, viridarium myrtorum, habitationem signat eorundem. Zachar. 6. In quadriga prima equi rufi. Et si vis dic qd isti sunt religiosi qui portant habitũ rufum &c. Sed de hoc plene dixi in reductorio meo morali, vbi bibliæ figuras moralizando, de visionib. Zachariæ tractaui. Iustus ergo rufus dicitur propter flaminis rubrica-

bricationem. ¶ Tertiò dico ꝙ etiam vir impius dr̃ rufus ꝑ criminis maculationem. Et ideo de Esau peccatore dr̃ Gen. 25. ꝙ qui primus egressus est, rufus erat. Vnde etiã iste dixit fratri suo, ibidem. Da mihi de coctione ac rufa. Color.n. rufus vt dicit Physionomus, malitiam signat, & in facie subnigras maculas multas portat, & ꝑ cholericam complexioné quam prætendit, ad vindictam & sanguinem cito volat. Talis certè est vir impius, quia.s. iste est iniquitate, & malitia plenus, maculis infamiæ textus, & ad vindictam & iracundiam semper promptus. De malitia.n. talium pôt figuraliter dici illud Apoc. 12. Ecce inquit draco magnus, rufus, habens capita septem, & cornua septé. Vide expositionem alibi si vis in reductorio meo prædicto. De iracũdia autem istorum dici pôt illud Apoc. 6. Ecce inquit alius equus rufus, & qui sedebat super eum, datum est, vt sumeret pacé de terra &c. De infamia vero luxuriæ istorum potest dici illud Leuit. 13. vbi dr̃ ꝙ si cicatrix subrufa apparuerit in cute, iudicabatur esse leprosus. Sequitur. Vestis inquit q̃ alba vel rufa macula fuerit infecta, lepra inquit iudicabitur. Lepra autem quæ inficit, vitium luxuriæ signat &c. Vide vbi rubedo vel rubor.

A **Rugitus.** Nota ꝙ rugitus est vox, & clamor leonis, sicut barritus est vox, & sonitus elephantis. Et est rugitus quædã vox terribilis audientib. furoré pectoris significans à quo procedit. Et vt breuiter trãseamus, per rugitũ potest denotari oĩs vox dolorosa, clamorosa, & præ pectoris impetu furiosa. Et sic nota ꝙ inuenitur

Rugitus pœnitentium.
Rugitus præsidentium.
Rugitus iudicantium,
Rugitus prædicantium.
Rugitus murmurantium.
Rugitus seruientium.
Rugitus insidiantium.

Dico ergo ꝙ præ dolore gemunt & rugiunt homines pœnitentes. psal. Rugiebam à gemitu cordis mei. Item dico ꝙ rugiunt iudices præsidentes. Vox.n. illorum debet esse sicut rugitus leonis ad terrendum malefactores, sicut ad rugitũ leonis alia animalia deterrentur. Amos 3. Leo rugiet, quis non timebit? Vnde. Prou. 20. Sicut rugitus leonis. ita est furor regis. Item rugiunt Deus & Angeli iudicantes. Vnde Iohel 3. & Amos 1. Dñs de syon rugit, Hierusalem dabit vocem suã. Ad litteram.n. rugitus iudicij fiet circa Hierusalem & circa montem synai, de quo Ozeæ 11. Ipse rugiet, & formidabunt filij maris. Item rugiunt hoĩes indigentes. A quibus se liberatum videns, gratias agit Deo sapiens. Eccl. 51. Liberasti inquit me à rugientib. præparatis ad escam. Item rugiunt prædicatores diuina iudicia resonantes. Iob. 37. Post eum rugiet sonitus. Item rugiunt rebelles contra superiores murmurãtes. Hier. 2. Super eum rugierunt leones. Item rugiunt tyranni in subditos sæuientes. Iud. 14. Apparuit catulus leonis sæuus & rugiens. Item dico ꝙ rugiunt demones insidiãtes. Vnde 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiés circuit quærens quem deuoret &c. ¶ Cum igitur rugitus idé sit quod terribilis vox leonum (quia.s. rugitus est vox leonũ, mugitus boum, garritus auium, & hynnitus equorum, barritus elephãtum, grunitus porcorum, ruditus asinorum, balatus pecudum, sibilusque serpentum) possum adhuc dicere
B quòd sicut rugitus est terribilis vox leonis, sic multiplex rugitus.i. multiplex terribilis vox & sonus in sacra pagina reperitur. s. rugitus.

Mirificè dominantium
Mestificè pœnitentium.
Iuridicè præsidentium.
Famelicè indigentium.
Authenticè prædicantium.
Veneficè murmurantium.
Tyrannicè sæuientium.
Malignicè nos mordentium.
Damnificè desperantium.

¶ Primò ergo dico ꝙ inuenitur rugitus mirificæ dominationis. Et iste certè est ille rugitus qué facit deus in scriptura viris impijs cõminando, & post hanc vitam in iudicio terribilius arguendo. De præsenti.n. rugitu terribilis cõminationis dicitur Ozeæ 11. Dñs quasi leo rugiet, & formidabunt filij maris. Filij.n. maris, i. filij amaritudinis, s. hoĩes timorosi & pœnitentes, formidant & tremunt qñ rugitum leonis.i. verba Christi in sacra scriptura audiunt. De futuro vero rugitu quem in iudicio exercebit, quando, s. impios iudicabit, potest dici illud Hier. 25. Dñs inquit de excelso rugiet & de habitaculo suo dabit vocem, regiens fugiet super habitatores terræ. & Amos 3. Leo rugiet, quis non timebit? Omnia.n. animalia timent rugitum Leonis, etiam homo stupefit qñ audit. Sic certè omnes hoĩes tunc timebunt, qñ audient rugitum Christi. etiam homines.i. viri rationabiles & iusti, timebunt asperitatem & sententiam iudicantis. Iste est igitur rugitus mirificæ dominationis. ¶ Secundo dico ꝙ est rugitus mestificæ lamentationis, hoc est dictu, rugitus pœnitentiæ. Quia re vera sicut leo tunc rugit & frendet qñ prædam suam se percipit perdidisse, sic homo considerans quãtam prædam & quantum lucrum amisit, præ dolore cõmissorum frẽdere pariter & dolere incipit. psal. Rugiebam à gemitu cordis mei, afflictus sum, & humiliatus sum nimis. Vnde pœnitens potest dicere illud Iob 3. Antequam comedo suspiro, & quasi ĩnnundantis aquæ, sic rugitus meus. Penités .n. debet habere suspirium contritionis innundationem seu irriguum lachrymationis, vocem & rugitum doloris cõfessionis. ¶ Tertiò dico ꝙ est rugitus magnificæ iurisdictionis. C
Sicut.n. leo raro se ostendit familiarem alijs animalibus, nisi forte catulis secum nutritis, imo toruitate vultus & rugitu vocis sicut dictum est, terret eos, sic bonus prælatus & princeps nunquam debet subditis suis nimis familiaris esse, sed toruitate vultus.i. auctoritate personæ suæ, & rugitu etiam & terrore vocis suę debet eos à malo coercere, & in obediẽtia debita continere. Prou. 20. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis, princeps.n. & iudex debet esse ita fortis, & ita etiã in loquẽdo seuerus, ꝙ solo rugitu vocis suæ debet superbos quoslibet deterrere. Zach. 11. Vox rugitus leonum, qm̃ vastata est superbia iordanis. Iste est ergo rugitus magnificè iurisdictionis. Quarto dico ꝙ est rugitus famelicæ seu tristificæ desolationis. Et iste certè est ille rugitus & ille clamor quem miseri in paupertate & tribulationib. faciũt in hac vita, sicut .s. Esaias de se & suis similib. dicebat. Esa. 59. Rugiem⁹ inquit quasi vrsæ oẽs, & quasi columbæ meditantes gememus. Expectauimus iudicium, & non est, salutem, & elõgata est à nobis. Quintò dico ꝙ est rugitus authẽticæ prædicationis. Prædicator.n. altè clamans & comminans similis est rugienti leoni, qui, scilicet solo rugitu suo infra circulum cauda factũ continet ne exeant omnes feræ. Quia pro certo prędicator rugitu prædicationis suæ debet auditores taliter deterrere, quòd de circulo Dei mandatorum non audeant prorumpere vel exire. Vnde de Israel Hier. 2. dr̃ sic. Super eum rugierunt leones, dederunt vocem suam. Hic est igitur rugitus authenticæ prædicationis. ¶ Sextò dico ꝙ est rugitus veneficæ D
murmurationis. Detractores.n. terrent & inficiunt autores, & etiam illos de quibus obloquuntur, qñ contra eos, ipsos diffamando rugiunt & obloquuntur. Vnde de talibus detractoribus potest dici illud Baruc. 6. Sacerdotes inquit sedent habentes tunicas scissas. Sequitur. Rugiunt autem clamãtes contra Deos suos sicut in cœna mortui, q. d. ꝙ detractores contra Deos suos solent faciliter murmurare. ¶ Septimò dico ꝙ est rugitus tyrannicæ deprædationis. Tyranni.n. more leonis rugiunt, & prædam & lucrum capere violenter semp quærunt. Sopho. 3. Principes in medio eius quasi leones rugientes. Et illud. Prou. 28. Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Sicut.n. rugiendo & seuiendo leo rapit, & si non potest rapere, magis rugit, sic tyranni rugiendo & comminando rapiunt alienum, & si rapere nequeunt, tunc amplius irascuntur. Vnde Esa. 5. dr̃ de tyranno. Rotæ inquit eius quasi impetus tempestatis, rugitus eius vt leonis, rugiet vt catulus leonum. Et Ezec. 19 Leo inquit factus est, & didicit capere prędam, & homines deuorare. Sequitur. Et desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus ipsius. ¶ Octauò dico ꝙ est rugitus malignicę machinationis. Et iste est ille quem diabolus nos tentando contra homines rugire & machinare non cessat 1. Pet. 6. Fratres sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. ¶ Nono dico quòd est rugitus pestificæ desperationis, ille.s. quo damnati in inferno reclusi dolét & rugiunt incessanter. Vnde de inferno & rugitu habitatorũ suorum dici potest illud Hier. 51. Erit inquit babylon in tumulos, habitatio draconum, stupor & sibilus. Simul vt leones rugient, excutient comas velut catuli leonum. Et hæc sufficiant. Vide supra de leone &c.

A **Ruminare.** Cum ruminare & mastigare idē sit loquendo spiritualiter qđ cogitare desiderare, studere, & deliberare, multa possent dici, sed authoritates desunt. Vide si vis in reductorio meo super Leuit. 11. cap. vbi fit mentio de animalibus ruminantibus in lege mūdis vel immundis.

A **Rumor.** Nota ꝙ rumor dr̄ nouitas alicuius facti de nouo auribus publicata. Vide supra vbi nouitas quia authoritates non sunt.

A **Rumpere.** Nota ꝙ rumpere idē est quod cōtinuitatem intercidere vel cassare. Et pōt significare in bono & in malo. In bono.n. signat dissolutionē culpæ & tentationis, & sic dicitur in psal. Disrumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugū ipsorū. In malo vero designat diruptionem culpæ & tentationis, spiritualium bonorum, & Dei specialiter mandatorum. Et ideo breuiter nota quòd rumpunt

boni culpæ prauitatem.
mali morum honestatem.
Mors vitæ vanitatem.
Fortuna mundi prosperitatem.
Diabolus bonorum tranquillitatem.
Deus malorum potestatem.

Quòd ergo boni rūpant culpæ prauitatem, patet Iudicum 16. vbi dicitur ꝙ Sanson rupit vincula Dalilæ, quō si rumpat quis filum de stuppa. Item ꝙ mali rumpāt morū honestatem, patet Lu. 8. vbi de demoniaco dr̄ ꝙ ruptis vinculis agebatur à demonijs in deserto. Itē & mors rumpat vitæ vanitatem, patet Eccl. 7 Antequā rumpatur funis argēteus, & confringatur hydria super fontē. Itē ꝙ fortuna rūpat mundi prosperitatē patet Gen. 7. vbi dr̄ ꝙ rupti sunt oēs fontes abissy. Et Esa. 59. Oua aspidum ruperunt, & tales araneæ texuerunt. q.s. difficiliter texuntur, & faciliter rumpūtur. Itē ꝙ diabolus rumpat bonorum trāquillitatem, patet Iob 30. vbi de demonib. pōt dici illud. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt in me. Item ꝙ Deus rumpat malorum potestatem & pompositatem. patet Luc. 5. vbi dr̄ ꝙ vinum nouū
B rumpit vtres veteres. ¶ Si vero vlterius vis aliquid dicere de ruptura, dic ꝙ in scriptura reperitur ruptio quam facit

Christus
Iustus.
Stultus.
Lætus, vel
Fletus.

Primò dico ꝙ est ruptio quā facit Christus Et ista pro certo est illa quā deus dirūpit diuersimodè diuersa. Ipse.n. dirumpit scelera, quę mētes vinculant. Aspera, quæ iustos iaculant. Prospera, quæ mali cumulant. ¶ Dirumpit dico scelera q̄ vinculant mentis libertatem. Peccata.n. funes & vincula dici possunt, quibus.s. aīa taliter vinculatur, ꝙ non nisi per Dei gratiā liberatur, sicut dr̄ Eccl. 4. Funiculus triplex difficilè rumpitur. Peccatum.n. dr̄ funiculus, eo.s. ꝙ triplicem aīæ potentiam ligat, videlicet intellectum, memoriam, volūtatem. Sed pro certo vincula diaboli Deus rumpit, qñ gratiam suam in mentem influit & infundit. Exemplo.s. sapphiri lapidis præciosi, de quo.s. dicit lapidarius ꝙ vincula tacta dirumpit. Et ideo in psal. dr̄. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiā laudis. Quod potissimè contigit in inferno, qñ Christus ruptis vinculis diabolicæ potestatis, ipsos inde eripuit & extraxit. psal. Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit. Deus ergo dirupit scelera quæ vinculant mētis libertatem. ¶ Deinde dico ꝙ dn̄s dirumpit aspera quæ iaculant iusti bonitatem. Asperitates.n. mundi tribulationum quib.s. in hoc mundo affliguntur iusti, qñq; Deus misericorditer rumpit, sicut ad litteram factum fuit de temporalibus vinculis beati Petri Actu. 12. Vnde Hier. 30. Conteram iugum (.s. Israelis) de collo suo, & vincula eius dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni. ¶ Denique dico ꝙ dn̄s dirumpit prospera quæ cumulant culpæ prauitatem. Deus.n. fatuorū prosperitates dirumpit, & per temporales & æternales aduersitates gaudia peruersorum subuertit. psa. Tu dirupisti fontes & torrētes, tu siccasti fluuios Ethan. Deus.n. irritatus nequitijs impiorum solet primo secretum suæ patientiæ rumpere, iuxta illud Gen. 7 Rupti sunt omnes fontes abissi, & cataractę cęli apertæ sunt. Et post solet iram suam contra eos fulminare, & eorum prosperitates & gaudia dirumpere & vastare. Sicut.n. videmus ꝙ rupta nube fulmina mittuntur, tonitrua audiuntur, & pluuiæ inferius in terram iaculantur & transmittuntur. (psa. Disrupit petrā, & fluxerunt aquæ, abierūt in sicco flumina. Vnde etiam dicit dn̄s de impijs. Oze. 13. Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum) sic etiam Christus. Patet igitur ꝙ est ruptio quam facit Christus. ¶ Secūdo principaliter dico ꝙ est ruptio quam facit iustus. Et ista certè est illa qua quis

Peccatorum rumpit habenas.
Miserorum rumpit cathenas.
Malignorum rumpit sequelas.

Rumpit dico iustus vitiorū habenas. psal. Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum.s. demonum vel vitiorum. Item rumpit iustus miserorū cathenas. Esa. 58. Dimitte eos qui cōfracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe. Item dirumpit iustus impiorum sequelas, hoc est dictu, concordias & fœdera hominum peruersorum, sicut.s. monebat Asa rex Iuda regem Syriæ, dicens 2. Paralip. 16. Rupto itaque fędere quod habes cum Baasa, eum facias à me recedere. Ista est ergo ruptio quam facit iustus. ¶ Tertiò principaliter dico ꝙ est ruptio quam facit stultus seu impius vel iniustus. Mali enim dirumpunt & rumpunt.s.

Diuina
Fœdera iurata.
Secreta ligata.
Honesta relata.

Diuina inquit mandata, quia pro certo rumpūt vincula mādatorū nec iugo dei, quod est obediētia & obseruantia, ferri possunt, exemplo.s. illius demoniaci qui ruptis vinculis agebatur à demonibus in deserto, sicut dicitur Lucæ. 8. Quod potissimè potest dici de insolentibus & apostatis, quos vincula mandatorum seu obedientiæ nulla tenent. Hie. 2. A seculo confregisti iugum rupisti vincula mea, & dixisti, non seruiam. Et Hier. 5. Noluerunt inquit accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, noluerunt reuerti. Sequitur. Ecce hi simul cōfregerunt iugum, ruperunt vincula &c. Rumpunt ergo mali diuina mandata. Item mali dirumpunt fędera iurata, quia .s. vincula fęderum & naturales etiam leges quæ sunt de iure gentiū, tales rumpūt, & omnem fidelitatem confundunt, sicut de illo Antiocho dicitur 1. Mach. 6. ꝙ rūpit citius iuramentum quod iurauit &c. Item mali dirumpunt secreta collata seu ligata, s. secreta cordis sui, quia.s. nullum proprium secretum sciunt cęlare, similes vtribus seu dolijs plenis musto, quę si aperta dimittantur, non rumpuntur, si vero clausa fuerint & obstrusa, statim per violētiam spiritus qui ibi per ebullitionem dilatatur & generatur, necesse est ꝙ rumpant. Sic verè multi sunt qui melius tenēt res apertas quam clausas, & minus tentantur dicere & reuelare res cōes & publicas quàm secretas. Quod patet sic quia quicquid eorum fidelitati committitur, statim totū illud secretum rumpitur, & oībus publicatur. Vnde ille helia dicebat Iob 33. En venter meus quasi mustū absq; spiraculo, quod lagunculas primas dirumpit. Mat. 9. Rumpuntur, & vinum effunditur. Itē mali dirumpunt honesta relata, s. bonā formam aliorum, quam.s. per detractionē dissipant & dirumpunt. Vnde Mat. 7. Ne cōuersi canes dirumpant vos. Ista est ergo ruptio quam facit stultus. ¶ Quartò vero dico quòd inuenitur ruptio quam facit lætus, hoc est dictu, mors tēporalis.s. & æterna, quia mors temporalis rumpit & dissipat.s.

Corporum naturam.
Charorum iunctarum.
Fortunæ figuram.

In morte.n. tam temporali q̄ æterna maxima fit diruptio, diuisio & destructio. De quibus sup. satis dixi. vt.s. de diruptione mortis ęternæ, q.s. aīam dissecat & dirumpit, dicatur illud Esa. 19. Dirumpetur spūs in visceribus eius, & consilium eius præcipitabo. Et Sap. 4. dr̄ sic. Illos inquit dn̄s irridebit. Et erunt post hæc decidētes sine honore, & in cōtumelia inter mortuos imperpetuum, quoniam dirumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos à fundamentis, & vsque ad supremum desolabūtur. Sufficit de rumpere & dirumpere.

Rursus. Rursum. Cum rursus vbicunq; adiūgatur, semper significet iterationem, multiplicationem vel reuersionem, possum breuiter notare quòd in scriptura inuenitur rursus. A

Corporalis resurrectionis.
Spiritalis reformationis.
Virtualis iterationis.
Criminalis reformationis.

¶ Primum rursus fiet in temporum vltimis finibus, quia.s. in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum.

meũ Iob 19. Vñ ẽt de rursus resurrectionis dicebat ipse Iob 17. Rursum post tenebras spero lucem. Vide supra exẽpla de resurrectione. ¶Secũdum rursus fit in pectorum intimis cordibus vel sordibus.s.rursus pniẽ spiritalis, quo,s.hõ post pctm̃ rursus vertitur ad viã salutis. De isto dr̃ Iob. 14. Putas ne mortuus hõ(supple, per pctm̃) rursus viuat, supple, p gratiam? q.d. difficile est, tñ est possibile. Et de hoc dr̃ Iob. 14. Si pcisum fuerit lignũ rursum virescit, & rami eius pullulant. Vide supra de pnia & conuersione. ¶Tertium rursum fit in operum oportunis fructibus. Et istud est illud quo iusti rursus.i.iterum & iterum multiplicant opera bona sua, similes naturæ, q̃ non est contenta semel producere fructus, immo tã in arboribus q̃ in aialib. rursus & rursus omni anno multiplicat & renouat fructus suos. sic isti bona opera. Vñ Iob 36. In manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat. ¶Quartum rursus fit in scelerum pessimis fructibus. Et istud est illud rursus quo mali rursus & rursus nõ cessant reiterare, renouare & facere mala facta. De quo dicitur He-
B bræo. 6. Rursus crucifigentes in semetipsis filium dei. Istud est ergo quadruplex rursus. ¶Sed si vis dic adhuc de bono rursus hoc est dictu, de bona & virtuosa bonorum operum multiplicatione & iteratione. Et sic dic quod iusti semper volunt & quærunt scilicet rursus

Concipere, vt bona pariant.	Dicam ergo quod
Effodere, vt aquam hauriant.	iusti rursus conci-
Respicere, si bona veniant.	piunt vt bona rur-
Comedere, vt rursus dormiant.	sus pariant virtutũ
Quiescere, vt alta videant.	opera. Non sufficit
Consulere deum, ne pereant.	enim iustis semel
Tremiscere, vt fletu madeant.	bona opera conci-
Horrescere vana quæ transmeant.	pere & parere, im-
Acquiescere sanctis vt valeant.	mo rursus & sæpi⁹
Resurgere, vt semper videant.	nituntur bona ope
Consolantur, vt cælum habeant.	ra parere. Gen. 30.

Rursusq; bala concipiens peperit alterum filium. Item rursus effodiunt vt rursus hauriant gratiæ munera. Effodiũt dico.s.per humilitatis profundum. Genes. 26. Rursus Isaac fodit alios puteos. Sequitur. Foderunt in torrente, & inuenerunt aquã viuã. Itẽ iusti rursus respiciunt si forte veniant bona vel pspera. Quia.s.iustus qñ aliq̃d orãdo ã dño petit, non debet cessare si statim nõ exaudit, sed rursus & iterũ attẽdere & respicere quousq; veniat q̃ optauit. Vñ Helias daturus aquam populo dicebat 3. Regum. 18. puero suo. Ascende & prospice contra mare. Et rursum ait illi. Reuertere septẽ vicib. septima aũt vice peracta facta est pluuia grandis. Itẽ viri iusti cibos accipiunt vt rursus dormiant in patris dextera. Iusti.n. iterũ & iterũ comedũt & recipiũt corpus Christi, vt iterũ per deuotionẽ dormiant & quiescãt. Vñ de Helia dr̃ 3. Reg. 19. q̃ ipse comedit & bibit & rursus obdormiuit. Item iusti rursus requiescunt, & ita somniãt læta vel aspera. Et sic de Pharaone dr̃ Gen. 41. qd̃ rursus dormiuit, & vidit aliud somnium, s. de septem spicis & plenis & vacuis. Sequitur ibidem. Rursus sopore depressus vidi somnium &c. Item iusti rursus consulunt Deum, ne pereant per læti vulnera. 1. Regum 24. Rursum ergo Dauid consulit dominum. Item iusti rursus contremiscunt vt rursum defleant culpas & scelera. Iob 37. Flãte Deo concrescit gelu, & rursus latissime fundũtur aquæ. Itẽ iusti rursus perhorrescunt bona q̃ transmeant in vita misera, s. bona tpalia. Ecclesia. 2. Vidẽs mala vniuersa esse sub sole, & cũctã vanitatem & afflictionem spũs, rursus detestatus sum. Item iusti rursus deprecantur vt ipsis valeãt supera, sicut, s. de Helia dicitur Iacob. 5. Rursus orauit, & cælum dedit pluuiam. Item iusti formantur, vt rursus gaudeãt sursum in æthera. Vnde de spiritali resurrectione & reformatione ista potest dici illud Dan. 9. Rursus ædificabitur platea. & Ionæ 2. Rursus videbo templum sanctum tuũ. Et Zac. 12. Rursus habitabitur Hierusalem. Item iusti rursus cõsolantur, vt tandem habeant cælum & sydera. Iob 17. Rursum post tenebras spero lucem. Et Baruc. 4. qui enim induxit vobis mala ipse rursus adducet vobis sempiternam iocundita-
C tem cũ salute vestra. Sic ergo rursus sumitur in bono. ¶Iterum vero dico quod rursus quandoque sumitur in malo. Quia scilicet viri peccatores & impij multiplicant & iterãt mala sua. Habent enim vnum rursus

Carnalis infectionis.	In istis enim rursus
Mentalis præsumptionis.	iteratur carnis affe-
Realis dissensionis.	ctio. Ista est enim
Letalis obliuionis.	Dalila. de qua dici-
Finalis perditionis.	tur Iudicum. 16. q̃

rursum Dalila vinxit Sansonem. Item in his rursus iteratur mentis præsumptio, & sic dicitur Iudic. 20. quod filij Israel rursus fortitudine & numero confidentes conflixerunt contra filios Beniamin, & victi sunt. Item in ipsis rursus iteratur dira dissensio. Vnde 2. Re. 21. Factum est rursum præliũ philistinorum contra Israel. & 4. Reg. 24. Rursum rebellauit Ioachim contra Nabuchodonosor. Item in istis iteratur cæca obliuio. Heb. 5. Cum deberetis magistri esse propter tẽpus, rursus indigetis vt doceamini. Itẽ in ipsis iteratur dura perditio seu etiam damnatio. Vnde 4. Regum. 1. dicitur quod rex Israel rursum misit alium principem ad Heliam, qui q̃a loquebatur superbe, descendit ignis de cælo, & deuorauit eum. Sufficit. Vide vbi Iterum, & ibi reuerti, & supra de retro & retrorsum & similia & cætera. ¶Finit litera. R.

¶Incipit litera S.

Sabbatum. Nota q̃ sabbatũ accipitur pro festiuitate. dies.n. sabbati fuit prima dies quæ precepta est à domino feriari. Ista.n. fuit & est dies septima, quæ sabbatũ dicitur, à saturno, qui prima hora diei sabbati dominatur. Istud igitur sabbatum fuit in præcepto ad literam obseruatum, sed tandẽ in lege euangelica sabbatũ spiritualiter intellectum in diem dominicum est mutatum, & ad alia festa ecclesiæ dilatatum. Præceptum enim de obseruãtia sabbati partim fuit cerimoniale, & sic trãsiit. partim fuit morale, & sic in noua lege remansit. Sabbatũ enim idẽ est quod requies, quia sicut dicitur Gen. 2. Dominus in sabbato requieuit. signans requiem spiritalẽ & cessationẽ à vitiis, quæ principaliter in sabbatis & solennitatib. est habẽda. Quia tñ non est intentionis meæ loqui sentialiter, sed solũ moraliter possum notare quod in scriptura fit mentio de quatuor generibus sabbatorum, videlicet de sabbato A

Exteriori.	Primum fuit sabbatum legale.
Interiori.	Secundum est sabbatum mentale.
Anteriori.	Tertium est sabbatum festiuale.
Superiori.	Quartum est sabbatum æternale.

Primũ fuit sabbatum iudæorum. Istud.n. seruauerunt iudæi ita stricte, q̃ nec ignem ascendere, nec aliquid coquere nec vltra mille passus ire de suis tabernaculis audebãt. Istud ita ad literã seruauerũt, q̃ ẽt ipsam terrã colere sabbato noluerunt, nam septimam diem & septimum annũ sabbatum vocauerunt. Septima.n. dies erat sabbatum personarum. Exo. 20. Memento vt diem sabbati sanctifices. Septimus autẽ annus erat sabbatum terrarum, quo.s. etiam ipsa terra nõ colebat, sed quasi quiescere in suo sabbato videbat. Leu. 25. Septimo anno sabbatũ erit terræ. ¶Secundum sabbatũ est deuotorum. Isti enim celebrant sabbatum spiritale in corde suo in quo scilicet ab operib. seruilibus.i.à vitijs requiescitur in quo deus laudatur & honoratur, in quo insuper sacrificium deo spũs contribulatus in ara cordis & in igne, & feruore charitatis offert. Leu. 16. Sabbatũ requietiõnis est.i. reqetionis aĩ. ¶Tertium sabbatum est sabbatum Christianorum, & istud est sabbatum festiuitatum dei & sanctorum, quæ debemus colere, & festiuare, & in quibus nos debemus in dei & sanctorum laudibus occupari. Ezec. 46. Adorabit populus terræ in sabbatis & in Kalendis. ¶Quartum sabbatũ est beatorum. Gloria enim æterna dicitur sabbatum, quia ibi est

Requies sine labore.	Istud est enim illud sabba-
Festiuitas sine dolore.	tũ in quo post labores heb-

domadæ huius vitæ tranquilliter sine timore, beatæ animæ requiescunt. Esaiæ 58. Vocaberis sabbatum delicatum. Et sic ergo patet quod p sabbatum potest omnis festiuitas designari, & ideo ad culturam sabbati.i. omnium tam spiritualium quam temporalium festiuitatum monet nos deus dicens. Exodi 31. Custodite sabbatum meum. Qua sicut dicit Neemiæ. 11. Præcepta bona & sabbatum sanctificatum ostẽdisti eis. ¶Breuiter ergo possumus notare quod in diebus sabbatorum & festorum si ipsa bene volumus colere, plura necessaria requiruntur. Est enim necessarium.

Abstergere fœces carnalitatis.	Quod ergo in istis
Deponere pondus cupiditatis.	sabbatis fit carna-

litas.

Peragere opus vtilitatis.
Persistere statum stabilitatis.
Adorare culmen diuinitatis.
Informare plebem simplicitatis.
Cogitare statum mortalitatis.
Manducare cibum suauitatis.
Liberare à pœnis aduersitatis.

litas abstergēda, patet Esa.65.vbi dr̄ ꝙ beat⁹ vir custodiēs sabbatū ne polluat illud. Qđ est contra multos, qui magis tunc vacant pollutionibus carnalitatis & immunditiæ quam in alijs dieb. quibus dicitur Ezech.22. Sanctuaria mea spreuistis, & sabbata mea polluistis. ¶ Itē quod ibi sit cupiditas deponenda, patet Hier.17.vbi dr̄. Nolite portare onera die sabbati. Onera.n. signant pondus terrenæ cupiditatis, & onus terrenorum negociorum, quę.s. in sabbatis nullatenus sunt ferenda. Qđ est contra illos qui magis se implicant in secularib. negocijs in festiuitatib. q̄ alias, sicut patet de vsurarijs & mercatoribus Vnde Neem.23. Vidi calcantes torcularia in sabbato. Item quod in festis sit operum vtilitas exequenda patet Matt.12. vbi dicitur. Itaq; licet sabbatis benefacere. Quod est cōtra illos qui magis vacant in diebus festiuis ad mala opera quā ad bona, de quibus Eze.20. In præceptis meis non ambulauerunt, iudicia mea proiecerūt, & sabbata mea violauerūt. Itē ꝙ in festis sit stabilitas amplectēda patet Mat.24.vbi dr̄. Orate vt non fiat fuga vestra in hyeme vel in sabbato. Item quod ibi sit diuinitas adoranda, patet Ezec.46.vbi dr̄. Adorabit populus in sabbatis. Itē ꝙ ibi sit simplicitas informanda & docenda, patet Mar.6.vbi dicitur qđ Christus facto sabbato incepit in synagoga docere. Item quod ibi sit mortalitas meditanda patet Mat.28.vbi dicitur quod Valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam sole. Venire aūt ad monumētum, nihil aliud est, quam mortis memoriam habere. Item quod ibi sit eucharistiæ suauitas manducanda, patet Lu.14.vbi dicitur quod Iesus intrauit domum cuiusdam Pharisei sabbato manducare panem. Itē ꝙ in festis sit miserorum calamitas supportanda, patet Luc.14. vbi dicitur. Si bos cadit in foueam sabbato liberatur. Et sic ergo patet quomodo plura sunt necessaria ad spiritualē obseruantiam sabbatorū. Sed ꝓ certo charissimi hodie nō sic quia ꝓcul dubio pauci sunt hodie q̄ in obseruātia festiuitatum faciunt supradicta. Diabolus.n. plus nititur tentare homines de peccatis in festis, quam alias, iuxta illud 2.Mac.15. vbi ille nicanor cogitauit cum omni impetu die sabbati cōmittere bellum. Et ideo quia magis ibi vrget diabolica tētatio, maior est hodie vitiorum cōmissio, quia breuiter nō est hodie qui dignè colat festa, vel qui digne obseruet sabbata, q̄nime in modernis festiuitatib. & sabbatis plura fiūt hodie diabolica maleficia, quā diuina officia, plura peccata quam sacramenta, plura delicta quam præparamenta aīæ. In festis .n. modernis corpora lautius pinguantur, ludi & choreæ frequentantur, gentes superflue adornantur, & immundis operib. plus quam alio tempore occupantur. Nota. Serpētes.n. plus nocent de die sole præsente, quam de nocte ipso absente. Sic mali plus peccant in festiuitatibus in præsentia dei & sanctorū quam in alijs diebus. Quod potissime apparet in istis qui in festis non veniunt ad ecclesiā ad audiendum diuina, sed potius ad cōmittendum delicta, sicut sunt illi q̄ ad videndum mulieres visitant ecclesias, & cætera similia. Vnde procul dubio iā videmus fieri illud quod alias fuit dictū 2. Mac.5.ꝙ.s. templum luxuria & comessationibus erat plenū & scortantium cum meretricib. Et sequitur. Neque autem sabbata custodiebantur, neq; solennes dies more patrio seruabantur. Et ideo ꝓcul dubio dominus hodie in nostris sabbatis non delectatur, sed ipsa potius abominatur, sicut dicit Esa.1. Neomeniam, sabbatum & festiuitates alias nō feram, iniqui sunt cetus vestri, incensum abominacio est mihi. Nō sic, sed custodiamus sabbata sicut dictū est, iuxta illud Deu. 5. Obserua diē sabbati, & sanctifica eū. Ista sufficiāt de sabbato. Vide supra de celebrare.

A **Sacrificium Sacrificare.** Nota ꝙ cum sacrificiū idē sit ꝙ officiū seu sacrā oblationem, facere vel offerre, & fit sacrificare vel offerre sub spe gratiæ vel veniæ vel gloriæ ipetrādæ possumus notare ꝙ sacrificiū sumit in bono & in malo, s̄m quod videmus quod non solum inueniunt sacrificia sanctorū, sed etiā sacrificia idolorū. Opera.n. nostra actus & affectus, sunt quędā sacrificia, q̄ si bona sint, sunt sacrificia virtuosa, si vero mala, tunc sunt sacrificia vitiosa. Dico ergo quod est inuenire, scilicet

Sacrificium quod est mirabile.
Sacrificium quod est laudabile.
Sacrificium quod est damnabile.

Primum est quo sacrificamus corporis munera gloriosa. Secundum quo sacrificamus domino opera virtuosa. Tertiū quo sacrificamus demoni scelera vitiosa. ¶ Primum ergo sacrificiū est cū summa reuerentia offerendum, quia ꝓ certo sacramentum seu sacrificium eucharistiæ est offerendum non à personis immundis, sed ab hominibus humilib. & honestis deo placitis reconciliatis & gratis iuxta illud 2. Mach.13. Recōciliatus obtulit sacrificium. Qđ primo Deo patri pro peccatis nostris in ara crucis fuit oblatum, quod etiam à sacerdotib. in altari & in sacramēto continue sacrificatur figuratū. Leu.2.vbi dicitur quod de simila sacrificiū coctū in clibano immolatur. Et Leu.23.vbi præcipit ꝙ nouum sacrificium domino de nouis nouarum frugum panib. offeratur. Quia.s. sacrificium istud ad literam de simila (quātum ad suam primordialem materiam) conficitur, & in clibano coquitur, & sic in altari deo offerē, vbi in corpus Christi transformat. Veruntamen nota quod quotieus simila sacrificabatur, sp oleum apponebat, & semper in clibano coquebatur, sicut dr̄ Leu.26. Ad denotandum quod illi qui sacrificant corpus Christi, debent habere ardorem dilectionis, & oleum deuotionis & compassionis. Num.7. Simila cōspersa oleo in sacrificio. Quamuis procul dubio de multis possit hodie dici illud Iohel.1. Interijt de domo Dei nostri sacrificium & libatio. Quia.s. pauci sunt hodie in domo Dei (quæ domus sumus nos, teste apostolo ad Heb.3.) qui sacrificiū istud faciant, & qui libationē deuotionis habeāt. Istud ergo sacrificiū est cū summa reuerentia offerendū. ¶ Secundū sacrificium est laudabile, quod est cum diligentia faciendum, & istud est sacrificium spūale, quo hō offert spiritualiter se & suā domino, s. personam & bona. Et sic illa spiritualiter deo sacrificat, q̄ cor verbum & opus ad ipsum ordinat. B Et sic breuiter potest notare quod inuenitur sacrificium

Contritionis.
Confessionis.
Correctionis.
Deuotionis.
Dilectionis.
Orationis.
Afflictionis.
Religionis.
Gratiarum actionis.

De sacrificio contritionis dr̄ in ps. Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritū & humiliatum deus nō despicies. De sacrificio cōfessionis dr̄ Mal.3. Placebit Deo sacrificiū iuda & Hierusalē. Iuda.n. confitens interpretatur. De sacrificio correctionis psalm. Sacrificate sacrificium iustitię, & sperate in domino. De sacrificio deuotionis dicitur Nume.28. quod sacrificia singulorum erant ex simila conspersa oleo. Simila.n. & oleum dulcedinem deuotionis designant. De sacrificio dilectionis dicitur Leuitic.6. Omne sacrificium sacerdotum igne consumetur. ignis.n. ardorem dilectionis signat. de sacrificio orationis dicitur in psalm. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. De sacrificio afflictionis dr̄ 1. Esd.9. In sacrificio vespertino surrexi de afflictiōe mea. De sacrificio religionis dr̄ Exod.5. Viam trium dierum earum vt sacrificem⁹ deo nostro in solitudine. De sacrificio laudis & gratiarum actionis dicitur in psal. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic ter, quo ostēdam illi salutare Dei. Ista sunt sacrificia offerenda, & deo spiritualiter exhibenda, quia procul dubio sicut dicitur Eccl.35. Salutare sacrificium attēdere mandatis, & discedere ab iniq̄tate. Et si vis, potes ponere quo antiquitus sacrificabantur Boues, Oues, Tauri, Hędi, Columbæ, Turtures, Thus, Oleum, Farina, & sic de alijs, quæ omnia possent exponi, nisi esset prolixum, & ideo vide de hostia & de offerre. Illud ergo est sacrificium laudabile, quod est cum diligentia faciendum. ¶ Tertium est sacrificium damnabile, quod est cum vigilantia fugiendum, & illud est sacrificiū malorū operum ꝙ diabolo faciunt pctōres 1. Mach.2. Accessit quidam iudeus in oculis omnium sacrificare idolis. Antiquitus.n. solebant sacrificare filios & filias suas demonijs & etiam in aliquibus partibus Indiæ aliqui sunt q̄ idolis suis immolant & sacrificant semetipsos. In pñsentia enim idoli se occidunt, & sic pro deo se mori dicunt. Sic vere charissimi hodie multi sunt q̄ diabolo & se & filios suos. i. se & imitatores suos sacrificant, & offerunt, inquātū mala opera faciunt, & inquantum ad volūtatē ipsius viuūt.

Vnde

Vnde nota quod sacrificant diabolo
Quidam sacrificium superbiæ.
Quidam sacrificium pigritiæ.
Quidam sacrificium iustitiæ.
Quidam sacrificium luxuriç.
Quidam sacrificium rapinæ,seu auaritiæ.

De sacrificijs superbiæ dr̃ 3.Reg.22.Adhuc populus sacrificabat in excelsis.Et Esa.65.Sacrificauerunt super mõtes.De sacrificij pigritiæ dr̃ in psal.Comederunt sacrificia mortuorum.Pigri.n.dicuntur mortui,quia non possunt se mouere De sacrificijs iniustitiæ dicitur Sap.12.quod odibilia opera faciebant per medicamina,& sacrificia iniusta.De sacrificijs luxuriæ dicitur Sap.12.quod ægyptij obscura sacrificia faciebant,hoc est dictu,opera luxuriæ,quæ semper volunt fieri in obscuro.De sacrificijs vero rapinæ & sæuitiæ dicit̃ Ecclesia.36.Qui offert sacrificium de substãtia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris.Sic ergo patet quo modo sunt sacrificia sceleris vitiosi.Sacrificiã operis virtuosi.Sacrificia muneris gloriosi.Sufficit de sacrificio. Vide supra de hostia & de offerre.

A **Sacramentum.** Quia loqui de sacris magis p̃tinet ad sciam q̃ ad mores,quãuis ipsa sacra sunt remedia cõtra pctã,supersedeo , maxime q̃a paucæ sunt auctoritates ĩ biblia,& potissimẽ q̃a de sacris faciunt tractatus infinitos theologi doctores in libris, quorũ corrigiã soluere non sum dignus,& maxime quia de particularibus sacris locis pluribus est tractatum. Et vide infra de septẽ,vbi forte aliquid dicam de septem sacramẽtis &c.

A **Sacerdos.** Nota q̃ sacerdos nomen est officij p̃ qđ quis diuinis vsibus deputatur,& ad exequendum cultum diuinum specialiter dedicat̃.Et quia breuiter per sacerdotes intelligi possunt omnes illi qui sunt in ecclã diuino cultui deputati siue sint subditi siue p̃lati,possumus dicere q̃ ex ipsa noĩs sacerdotalis significatiõe sacerdotes tenent̃ esse hoĩes virtuosi.Sacerdos .n. etymologizat̃.

Sacer dux. Quia pro certo iste debet esse sacer
Sacra dans. dux per vitę sanctę cõuersationem.
Sacra docens. Sacra dans per sacramentorum ministrationem.Sacra docens p̃ sanctæ doctrinæ p̃dicationẽ.

Iste.n.est sacer dux,quia habent alios exemplariter præcedere.Exemplo arietis qui est dux gregis ouiũ 2.Regũ.7.Elegi te vt esses dux super populũ meum Israel.Item iste est sacra dans q̃a iste habet alios sacramentaliter pascere , & ideo tales dicuntur pastores à pascendo,quia.s.ad tales pertinet tẽporaliter & spiritualiter,subditos pascere & nutrire. vñ sacerdotib.dr̃ 1.Pet.5.Pascite qui in vobis est gregem.Itẽ iste est sacra docens,quia habet alios spũaliter instruere. Vnde Malac.2.Labia sacerdotis custodiunt scientiam,& legem requirent ex ore eius. Et breuiter de bonis sacerdotibus põt dici illud 2.Esdr.5.Steterunt sacerdotes habentes stolas cũ tubis.Vbi aduerte quod sacerdos hic describitur.

Quantum ad intentiora
Quantum ad exteriora.
Quantum ad vlteriora.

Et sic dico q̃ illi describuntur ad illa q̃ sunt habenda interius quantũ ad cordis purificationem.Exterius quãtũ ad operis vel cor B poris honestatẽ. Vlterius quantum ad verbi veritatem.¶Et ita dico q̃ sacerdotes debent habere cõsciæ & innocentiæ sanctitudinẽ,quia debent esse sacerdotes,i.sacri duces.Apparentiæ & euidentiæ pulchritudinem,quia debent habere stolas.Sapientiæ & eloquentiæ rectitudinem,quia debẽt habere tubas.Isti.n.debent esse sacerdotes idest sacri duces p̃ innocentiam interiorem.Isti etiam debent habere stolas,i. mundas vestes per apparentiam honestiorẽ.Isti insuper debent habere tubas.i.resonantiam vocis per eloquentiã vberiorem.¶Dico ergo primo qđ in istis debet esse conscientiæ & innocentiæ sanctitudo,quod ostendit̃ cum dr̃. Steterunt sacerdotes.i.perseuerauerunt sacri duces.Ille enim sacer dicitur,qui in mente purus & innocens inuenitur, & iõ proprie illi sunt sacerdotes,q̃ sunt in conscientia innocẽtes. Nota.Res sacra dicitur,quando deo simpliciter dedicatur. Sic vere illi sacerdotes & sanctæ personæ dicuntur , qui per mentis & vitæ innocẽtiam domino spiritualiter dedicant̃. Steterunt inquit sacerdotes 2.Paral.35. Steterunt sacerdotes in officio suo.Et bene dicit steterunt , ad denotandũ, q̃ personę ecclesiasticæ debent in fide, & moribus stabiles p̃sistere.Igitur sunt sacerdotes.i.sacri, & sancti duces. Et vere charissimi isti debent esse sancti , & à cũctis vitijs expediti. Hõ.n.debet merito esse sanctus,qui tam sancti principis est famulus, & qui est ad tractandũ tam sanctas reliquias deputatus iuxta illud Leu.19.Sancti estote quoniam ego sanctus sum. Quod ergo isti debeant esse sancti & sacri exemplo naturali patet,quia.s.illa corpora quæ sunt situaliter altiora, sunt vt communiter puriora sicut patet de stellis superioribus respectu & inferiorum.Illa etiam quæ magis suo principio appropinquant in puritate potius perseuerant,sicut patet de riuulo qui magis est purus vbi est contiguus ipsi fonti,quam qñ ab eo est remotus.Sic vere cum sacerdotes sint in gradu & dignitate cæteris altiores,& fonti sapientiæ,verbo Dei,omnium originalium principio in sacramenti ministerio propiores,ita quod stellæ positæ in firmamento cœli ad alios illuminandum,& riui aquarum viuentiũ ad alios irrigandum bene & congrue possunt dici,ipsi procul dubio debent esse puri,sacri & sancti,& ab omni culparũ macula mũdi,iuxta illud 1.Mac.4.Eligit sacerdotes sine macula. Dicit enim Plin.quod arabes circa thura tantam religionem seruãt,quod arborem thuris nullus est ausus incidere vt gũmi distillet,nisi sit sacerdos mundus & sanctus præ omnib. circa illud tempus non pollutus.sic.n.credunt (vt dr̃) thus maiorem efficaciam habere,& ampliori influentia præminere.Multo ergo fortius sacerdotes nostri mundi & sancti esse debent qui non solum thus,immo etiam illum qui thurificatur in altari,sanctificant atq; tractant.Et ista procul dubio non solum exemplantur naturaliter,immo & figuratur literaliter,vt pote Leu.21.vbi præcipitur quod si homo maculas habuerit non offerat panes deo suo . nec acccedat ad ministerium eius.Maculas autem enumerat,dicẽs. Si cæcus fuerit,si claudus,si paruo vel grãdi vel torto naso, si fracto pede,si mancus,si gibbus,si lippus,si albuginẽ habẽs in oculo,iugem scabiem,si impetiginem in corpore, si herniosus. Ecce quot sunt maculæ vitiorum à quib.debent mũdari sacerdotes.Isti.n.non debent esse cæci in intellectu, nõ claudi in affectu,non pigri in opere vel effectu.Item non debẽt habere difformitatẽ in naso discretionis,q̃a nasus discretiõis, talium non debet esse nimis paruus per ignorantiã,nõ tortus per malitiam,non nimis magnus per p̃sumptionis stultitiam,iuxta illud Rom. 12. Non plus sapere quam oportet sapere.Isti non debent esse

Per affectionem defectuosi.
Per imperfectionem monstruosi.
Per superbiam gibbosi.
Per inuidiam lipposi.
Per vanam gloriam albuginosi.
Per luxuriam scabiosi.
Per auaritiam impetiginosi.
Per pigritiam herniosi.

Tales.n.difformitates corporis,maculas signant mentis.Et ideo si tunc temporis illi qui sic erant difformes corporaliter,repudiabuntur,multo fortius repudiandi sunt illi q̃ vitiorum maculis defædantur.Dicit.n.psa.Qui ingreditur sine macula,debet in tabernaculo domini habitare, & ambulans in via immaculata,debet dño ministrare.Et hoc nõ solum naturaliter vel auguraliter,ĩmo,etiã scripturaliter & figuraliter præcipitur.Vnde Exo.19.Sacerdotes qui accedũt ad dominum,sanctificentur,ne p̃cutiat eos.Ecce ergo quomodo quod isti debeant esse sacri,patet in natura, in figura, in scriptura,q̃a,scilicet Sacerdotes id est sacri duces, & sancti principes & magnates. Et possumus notare plura quæ requirũtur ad hoc quod sacerdotes sancti & sacri efficiant̃. Requiritur enim quod

Maneant stabiliter per mentis firmitatem.
Caueant diligenter prauam societatem.
Horreant mentaliter mundi prosperitatem.
Polleant synceriter carnis castitatem.
Fulgeant moraliter per mentis sanctitatem.
Arceant viriliter regni iniquitatem.
Subeant carnaliter grauem pænalitatem.Vel
Sustineant corporaliter penitentiæ asperitatem.
Defleant veraciter culpæ malignitatem.
Teneant realiter cibi sobrietatem.
Præbeant vtiliter exempli veritatem.

Habeant

Habeant humiliter orandi voluntatem.
Videant subtiliter status sublimitatem.
Istæ ergo sunt 12.conditiones q̃ in sacerdote requirunt̃ ad hoc ꝙ spūaľr possit esse sanctus. Dico ergo ꝙ iste per ꝓ mētis firmitatē debet manere, q.a. s.ipse debet esse firmus & stabilis in morib.& in fide, iuxta illud Exo.29.Erūtq; sacerdotes mei in religione perpetua. In ecclesijs ēt suis debent personaliter residere, non vndiq; diuagari. vñ 1.Mac.7.Sacerdotes steterunt ante altare. Itē iste debet cauere prauā societatem. Vñ Leu.21.ꝓcipit̃ cū dr̃ Sacerdotes ad mortuos nō accedant, ne cōtaminent̃ in mortuis. Itē iste mūdi prosperitatē debet horrere, quia. s. iste debet habere in mēte bona paradisi, non bona huius mundi. Vñ Deu.18.dr̃. Nō habebūt sacerdotes & leuitę hęreditatē cū reliquo populo Israel. Dñs n.ipse est hæreditas eorū. Vñ 4.Reg.12.Prohibiti sunt sacerdotes accipere pecuniā. Itē isti per carnis castitatem debēt pollere. Vñ Nee.12.Mūdati sunt sacerdotes & leuitæ, & mūdauerunt populū. Item isti vitæ sanctitate debēt fulgere. Vñ 1.Paral.15.Sanctificati sunt sacerdotes & leuitæ. Itē isti principum prauitatem debent arcere. Vñ 2.Para.26.Sacerdotes domini restiterunt regi. Item isti debent pænitētiæ asperitatem sustinere. Iudith.4.Induerūt se sacerdotes cilicijs. Figura 2.Paral.4. vbi dr̃ quod sacerdotes in mari lauabantur. Mare n.amaritudinem pænitentiæ designat. Item iste culpæ malignitatem debet deflere. Culpam.n. suam debet flere per cōpunctionem. Iohel.1.Plāgite sacerdotes & vlulate ministri altaris. Et culpam aliorum per compassiōem. Iohel.3.Inter vestibulum & altare plorabant sacerdotes ministri domini, & dicēt parce, domine, parce populo tuo &c. Item iste vitæ sobrietatem debet tenere. Vnde Ezec.44.Vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. Itē exempli vanitatem debent præbere. vnde Deut.17.Accipietis exempla à sacerdotib. leuiticæ tribus. Item orandi volūtatem debent habere vnde 2.Mac.1.Sacerdotes autem psallebant hymnos vsquequo cōsumptum esset sacrificium. Itē humilitatem debēt habere. videre enim & attendere debēt ad sublimitatem & eminentiam sui status, de quo dr̃ 1. Pet. 2.Vos autem estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Ista ergo sunt quæ faciūt sacerdotes esse veros sacerdotes. i. sacros duces, sacros doctores, & sacrorum datores. Et sic igit̃ patet quod in istis debet esse innocentiæ sanctitudo, quod ostenditur cum dicitur Sacerdotes. ¶ Secundo dico quod hic ostenditur apparentiæ vel euidentiæ pulchritudo, quæ ostenditur cum dr̃ Stolas. Stola idem est quod nobilis vestis, quia. s. sacerdotes debent habere vestes. i. exteriores cōuersatiōes nobiles & honestas. Honesta enim conuersatio summe requiritur in sacerdote, q.a s. sicut illa communiter libentius parantur & ornantur, quæ visib. hoīum principaľr exponuntur, & ēt q̃ hoīes libentius intuent̃, & inde ēst ꝙ mulieres solēt melius & ꝓciosius suas facies ornare, ad quas sciunt visus intuentiū aspirare, sic q.a vita sacerdotis est sicut signaculū, sicut spectaculum, & sicut miraculū. ad cuius citā & mores respiciunt vniuersi, necesse est ꝙ bene stolet̃, & honesta conuersatione & virtutum multiplicatione multipliciter adornetur. Stolas inquit. de quib. dicitur 2.Esd.1.Statuit sacerdotes per vices dierū, amictos stolis. Vt sic sacerdotes figurentur in 24.Senioribus, de quibus dicitur. Apo.4.quod sedebant super thronos amicti stolis albis. Inueniuntur.n. binæ stolæ, s. prima & secūda. Prima est gratia, quæ datur filio prodigo reuertenti. Lucæ 15.Cito ꝓferte stolam primam, & induite eum. Secunda est gloria, quæ datur bonæ animæ de corpore exeūti, de qua Eccl.45. Stola gloriæ induit eum. Et istæ sunt binæ stolę quib. Ioseph induit fratres suos. Gen.45. vbi dicitur quod proferri fecit singulis binas stolas. Beniamin autem dedit quinque stolas optimas. In generali enim omnibus dantur binæ stolæ, s. gratia in præsenti, & gloria in futuro. In speciali autem dabuntur, quinq; stolæ, s. quando resumpto corpore quinque sensus corporis quintuplici gloria dotabuntur, & tunc implebitur quod dicitur Apoc.7.Vidi turbam magnam &cæ. amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Et nota qđ hic per stolas idest per vestes sacerdotales possunt intelligi illæ virtutes quæ requiruntur ad ornandum conuersationem sacerdotis & cuiuslibet viri iusti. Vestes enim sacerdotales sunt, ista, scilicet.

Prima est linea interior.
Secunda est amictus.
Tertia linea exterior, vel superior.
Quarta est cingulum.
Quinta est stola.
Sexta est manipulus.
Septima est casula.

¶Secundum.n. ista septem ego inuenio septem spirituales stolas quibus viri iusti ornantur, scilicet.
Stolam puritatis & innocentiæ.
Stolam firmitatis & patientiæ.
Stolam castitatis & continentiæ.
Stolam charitatis & amicitiæ.
Stolam humilitatis & obedientiæ.
Stolam stabilitatis & perseuerantiæ.
Stolam fælicitatis & affluentiæ.

Est igit̃ habenda stola innocentiæ & puritatis, & ista est illa vestis linea q̃ interius prius est ante oīa & habēda, & à viris ecclesiasticis induenda. Vnde dr̃ 2.Reg.6.quod Dauid indutus stola bissyna saltabat ante arcam. Byssus.n. est species lini candidissimi. Quia, s. Ezech.44.præcipitur quod sacerdotes C & leuitæ lineis induantur. Item est habenda stola patientiæ & firmitatis, & ista significatur per amictum, quod est ornamentum humerorum, qui portant onus. quia, s. patiētia munit & ornat ad hominem ad hoc qđ possit tribulationum onera sustinere. Et de ista stola dr̃ Esa.63.Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ 3. Reg.8. Tulerunt sacerdotes, & portauerunt arcam domini. Et Genes,49.Supposuit ad humerum ad portandum. Item habenda est stola continentiæ & castitatis. Ista significatur in veste linea superiori, quæ dr̃ esse lata & longa qđ pedes attingat. Quia, s. castitas debet se extendere vsq; ad pedes, i. affectus interiores, quia. s. nō sufficit castitas corporis, nisi adsit castitas mentis. Quod est cōtra hypocritas, qui istam stolam habent exterius in corpore, sed nunquā in corde. de quo Mar. 12.Cauete vobis à scribis & phariseis, qui volunt ambulare in stolis supple exterius, & non interius. Iō de stola perfectę castitatis potest dici illud quod de Angelis dicitur Marci 16.quod viderunt iuuenem sedētē in dextris, coopertū stola cādida, i. viderunt iuuenē angelicum stola castitatis indutum. Item est habenda stola amicitiæ & charitatis, & ista significatur in cingulo quo pectus sacerdotale debet stringi.
Amor enim est cingulum copulantium.
Amor est vinculum colligatiuum.
Amor est cingulum amplexatiuum.
Isto ergo debent ecclesiastici cingi, q.a deo & proximo debent charitatis amplexibus ꝓ cingi seu iungi. Vnde de istis dicitur illud 2.Mach.5.quod apparuerunt equitantes p aera discurrentes, auratas stolas habentes. Aurum enim charitatem designat. Item habenda est stola obedientiæ & humilitatis, & ista significatur in stola qua ligatur collum sacerdotis quæ designat Christi iugum suaue, & onus eius leue, scilicet obedientiam voluntariam & humilitatem. Ecclesiastic.6.Torques illius in stola gloriæ. Torques enim quæ pendet in collo, obedientiam significat, cui subijcimus colla nostra. Item habenda est stola perseuerantiæ, & stabilitatis, & ista significatur in manipulo, quod ponitur in sinistra manu quia scilicet in sinistra aduersitatis necessaria est perseuerantia ne succumbat. Vnde igitur in impositiōe manipuli dicit episcopus. Accipe minister manipulum, ministerium tuum imple. Et de ista stola potest dici illud 1.Macha. 14. Iuuenes induebant se gloria & stolis belli. Perseuerantia enim est illa stola quæ summe necessaria est in bello. Item habenda est stola æternæ gloriæ & fœlicitatis significata per casulam, q̃ est superior, contexta ex filis nobilissimis, quia vt communiter solet fieri de pannis aureis & sericis & auaris. Quia. s. stola æternæ gloriæ est aurea, splendens, rutilans & fulgēs. Ista est stola qua Deus vestit milites suos post triumphum victoriæ. Apo.6.Vidi sub altari animas interfectorum ꝓpter verbū Dei, & datę sunt ei singulæ stolæ. Ista est illa stola iocunditatis, de qua dr̃ est in psal. Stola iocunditatis induit eū dominꝰ. Et breuiter istę sunt stolę binę & multiplices, & vestes virtutum, quib. debent sacerdotes indui, iuxta illud psa. Sacerdotes eius induantur salutari. Et sic bene dico ꝙ in sacerdotib. debet esse apparētiæ & eminentię pulchritudo, quod notatur

notaē cū dr̄ Stolas. ¶Sed tertio dico ꝙ in ipsis debet esse sapientiæ & eloquentiæ rectitudo, & hoc ostendiē cū dr̄ Cū tubis. Per tubā.n.in scriptura intelligitur prædicatio, redargutio, & comminatio prælatorum & etiam sacerdotū. Ad istos pertinet turbare, i. alios corrigere & eis prædicare. Et quia prædicatio sine scīa non pōt esse, ideo notādum est qđ sicut aquila excedit alias aues in dignitate, & in vocis rebolantis terribilitate, sic sacerdotes & ecclesiastici, qui re uera sunt alijs gradu eminentiores, debent esse in scientia clariores, & in tubali vocis eloquentia auditoribus terribiliores, iuxta illud Ozeæ.9. In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum domini. Aquilæ.n. debent esse propter visus i. scīæ lympitudinē, quia.s. ad istos pertinet scire quid sit agēdum, iuxta illud Nee.7. Donec surgeret sacerdos doctus & eruditus. Isti.n. tenentur scire iudicium inter mundū & īmūdum, inter lepram & peccatum, & potissime, in confessiōe. Ideo leproso dr̄ Mat.8. Vade oñde te sacerdotib. Sicut.n. dr̄ Hie.18. Non peribit lex à sacerdote, nec consilium á sapiente, nec sermo à propheta. Ad denotandum ꝙ isti debent scire legem diuinā & mandata, debent dare cōsiliū & salubria documēta, debent more prophetarū denūciare futura gaudia vel tormenta. Mac.2. Labia sacerdotis custodiunt scīam, & legem requirent ex ore eius. Itē tubā debent habere sup domum dñi per auctoritatē eloquentiæ iuxta illud.2.Paral. 5. Concrepabant stātes sacerdotes canētes tubis, quia teste. Greg. sup illo verbo. Dignus est operarius mercede sua. Magnæ damnationis est sine labore mercedem sumere, & vitiorum præcia manducare, nihilque contra vitia prædicare. Vide infra de tuba. Et sic bene apparet quomodo sacerdotes debent habere ista tria principalia, videlicet

Eloquentiam ad docendi rectitudinem.
Apparentiam ad conuersandi pulchritudinem.
Innocentiam ad viuendi sanctitudinem.

Bene ergo dictū est in auctoritate. Steterunt sacerdotes habentes stolas cū tubis. Ista igiē dicta sint de bonis sacerdotibus. ¶Sed heu procul dubio charissimi quam pauci sunt hodie in sancta ecclesia sacerdotes qui habeant omnia supradicta, quia teste scriptura, impletur hodie illud Esa.24. Et erit sicut populus, sic sacerdos &c. imo vere melior populus quā sacerdos. Postquā igiē visum fuit de illis, dico breuiter sicut ad sensum videmus, moderni sacerdotes non p̄cellunt alios in virtutib. sed in criminibus, non in sanctitate, sed temporali potestate, non in iustitia, sed in stultitia, non in perfectione, sed in vitæ & morum corruptiobe. Nam pro certo charissimi sunt hodie isti

E Simoniæ professores.
Superbiæ præcessores.
Auaritiæ possessores.
Ignorantiæ successores.
Malitiosi machinatores.
Præsumptuosi opinatores.
Delitiosi conuersatores.
Luxuriosi inquinatores.

Quod isti sunt simoniæ professores, patet hodie, q̄a multi sunt qui simoniace ingrediuntur, & qui simoniace p̄grediuntur. De ingressu.n. dr̄ quod intrēt simoniace 3.Regum 12. Igitur quicunque volebat, implebat manum suā, & fiebat sacerdos. q.d. qui manibus plenis ingrediuntur, sacerdotij dignitatem quamuis indigni consequuntur. De p̄gressu etiam simoniaco talium dicitur Micheæ 3. Principes eius in muneribus iudicabant & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabāt. Quod etiam ipsi sint superbiæ præcessores, patet ad literam, q̄a vere nulla est hodie maior superbia quā in personis, ecclesiasticis. Vnde isti sacerdotes excelsorum, quos Hieroboam de nouissimis plebis constituit 3.Regum 13. Quia.s. in ecclesia illi q̄ sunt de nouissimis plebis, i. de vili & humili plebe, sunt sacerdotes excelsorum, i. sunt hodie magis superbi & elati quando ad sacerdotium sunt promoti, & tamen isti deberent timere illud quod dicitur 4.Regum.23. ꝙ Iosias occidit omnes sacerdotes excelsorum. Quod etiam isti sint auaritię possessores, patet Ezec.40. vbi in uisiōe monstratū est ei gazophilaciū sacerdotum qui excubabant in custodijs tēpli. quasi diceret propterea excubant, vt gazā colligant. Ad qđ facit illud Mac.1. Quis est in vobis qui claudat ostia, & incēdat altare meū gratuito? q.d. nullus. Quod etiam sint ignorantiæ successores, patet 2.Paral.5. vbi dicitur quod sacerdotes non poterant stare, nec ministrare p̄p caliginem. Quod isti sint malitiosi machinatores, patet Hier. 6. vbi dicitur. A minore vsq; ad maximū oēs auaritiæ studēt, & à p̄pheta vsque ad sacerdotē oēs faciunt dolū. Qđ ēt isti sint p̄sumptuosi opinatores, patet 1.Mac.5. vbi dr̄ ꝙ sacerdotes ceciderūt in bello dū noluerunt fortiter agere. Qđ ēt isti sint deliciosi conuersatores, patet, quia hodie magis vacant delitijs quā diuinis officijs. patet Esa.28. vbi dr̄. Sacerdos & p̄pheta nescierunt p̄ ebrietate absorpti sunt à vino. Qđ ēt isti sint luxuriosi inquinatores patet ad sensum. q̄libet.n. vult habere suā. Vnde in p̄sona diaboli pōt dici illud Hie.31. Inebriabo aīas sacerdotū pinguedine. Isti.n. ī pinguedine luxuriæ suæ, & nutriendo vxores & filias suas, expendunt patrimoniū crucifixi. figurati in sacerdotib bellis. Dan.14. quibus occulte cum vxoribus & paruulis de nocte subintrantibus, quicquid in altari ponebatur, consumebant. Et iō breuiter de pinguedine luxuriæ suæ potest dici illud Hier. 23. Propheta nanque & sacerdos polluti sunt in domo mea; inueni malū eorū, ait dn̄s. Ecce ergo quales sunt hodie multi sacerdotes nostri, Et inde est pro certo charissimi quia tot vitijs inficiūtur, quod hodie à cuncto populo contemnuntur, & a tyrānis & principib. corroduntur, & finaliter in inferno à demonibus affliguntur. De præsenti maledictione dicitur Malac.2. Ad vos inquit mādatum hoc o sacerdotes. Sequitur: labia sacerdotis custodiuut scientiam, & legem requirēt ex ore eius. Vos autem recessistis de via, & scādalizastis plurimos in lege, & irritum fecistis pactum leui, propter hoc dedi vos contēptibiles & humiles cunctis populis. De futura.n. talium dānatione dicitur 2.Paral.23. Nathan sacerdotē Baal interfecerūt. Et ideo de malis modernis sacerdotibus pulchre loquitur Hugo lib. de 12. abusionibus, vbi dicit sic sacerdotes inquit nostri otio vacant ebrietatib. student, terrena sapiunt, assidui in plateis, rari in ecclesiis, tardi ad inuestigandum culpā peccatoris; parati ad inquirendum vestigiū leporis. libentius congregant canes quam pauperes, velocius panē cani quam pauperi porrigentes, plures seruiunt ad mensam quā ad missam famulos multos, clericos paucos, quorum thalamus ornatior est q̄ ecclesia, mēsa paratior q̄ altaria, scyphus calice p̄ciosior, & equus missali charior, cappa pulchrior casula, camisia delicatior q̄ alba. & ꝙ horribile est auditui, mūdiora femoralia q̄ corporalia. Ecce ergo qūo obscuratū est aurum, mutatus est color optimus. hæc Hugo de sancto Victore. Sic igitur breuiter ostensum est de conditionibus tā bonorum quam malorum sacerdotum sufficientur &c.

Saciare.

Vide infra vbi Saturitas. vbi ponetur vtrūq; simul, & inuenies.

Saccus.

Nota ꝙ saccus est vestis seu instr̄m qđ est vtile ad continendum, pænale, ad induēdum, vile & detestabile ad intuendum. Et ideo possumus dicere qđ A
per saccum in scriptura potest intelligi.

Saccus conscientiæ interioris.
Saccus pænitentiæ exterioris
Saccus mortalitatis fragilioris.
Saccus prosperitatis deterioris.
Saccus iniquitatis horridioris.

Dicamus igitur primo ꝙ inuenit sacc⁹ mētalis conscīæ. Mens.n. humana est q̄dā saccus, qui licet alia re præter dominum impleri non possit, debemus tamen ipsum pro virib. implere rebus pertinētibus ad salutem. Impleatur igitur iste saccus duplici charitate, multiplici pietate, sapientiæ claritate, & totius iustitiæ æquitate. Igitur in isto sacco ponantur duo talenta duplicis charitatis. Vnde 4.Regū.5. Ligauit duo talenta in duobus saccis. Item in isto sacco ponantur frumēta nutricis pietatis Gen.44. Imple saccos eorum frumento. Item in isto sacco ponaē calix scīæ & subtilitatis. Iste est.n. calix Ioseph, de quo dicitur Genes.44. quod inuenit schyphum in sacco. Beniamin, qui.s. erat minor filiorum Iacob. Ad denotandū quod schyphus doctrinæ & scientiæ libentius, inuenitur in sacco, idest mente & conscientia humilium & minorum, q̄ superbentium & malorum. Item in sacco isto ponantur pōdera iustitiæ & quietatis. de quo Deutero 25. dicitur. Non habebis in vno sacco diuersa pōdera. Et sic igitur patet qūo inuenitur saccus mentalis conscientiæ. ¶Secundo dico qđ inuenitur saccus pœnalis pœnitentiæ. Saccus enim qui est vestis aspera & pungitiua, significat punctiones pn̄iæ, de q̄bus dicitur Iohel.1. Cubate in sacco ministri Dei mei. Et Ionæ 3. Vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. & Esa. 22. Vocauit dominus ad fletum, ad planctum, ad caluitium,

& ad

& ad cingulum sacci.Sed de isto sacco pniæ potes videre titulo de pnia.¶Tertio dico q inuenitur saccus mortalis impotentiæ,& iste est saccus corporis humani,q à beato Berna.in quinto libro meditationū dr̃ sperma fętidū,saccus aïarū,cib.vermium.Corpus.n.est saccus aïæ.Vñ sancti in morte post exitum huius sacci dicunt regratiando illud psalm. Conscidisti saccū meum,& circundidisti me lætitia.¶Quarto dico quod inuenitur saccus tpalis affluentiæ,& iste est ille saccus quem dominus prohibet apostolis,dicens.Luc.16. Nolite portare sacculum neque peram.Et Lu.12.Facite vobis sacculos qui non veterascunt, Thesaurū indeficientē in cælis.Saccus.n.est vile indumentum,quo.s.soli viles hoïes induuntur.Vnde Hester 4 dr̃ quod indutum sacco non erat licitum aulam regis intrare.signans mundi prosperitatem,q recte est indumentum hominum peccatorum,quo qui induti sunt vix aulam regis paradisi intrabūt.Et de isto sacco dr̃ Aggei 1.Qui diuitias congregauit,misit eas in saccum pertusum.Quinto vero dico quod inuenitur saccus iniquitatis & nequitiæ.Saccus enim vile est indumentum quod faciliter contrahit multas sordes.sic peccatum.Vnde Esa.20.pręcipitur.Solue saccum de lumbis tuis. Sic igitur patet quod saccus quinque modis sumitur.

A **Sagitta** Nota quod sagitta est instrumētum bellicosum,ad proijciēdum de lege ordinatum, & ad penetrandum,vel pungendum principaliter præparatū. & habet sagitta tria propria,scilicet

Subito currere.
Acutè pungere.
De longe procedere.

Et ideo breuiter dicamus quod sagitta potest accipi in bono & in malo.Vnde nota quod in scriptura inueniuntur tres sagittæ bonæ,& tres malæ.Bonæ sagittæ sunt istæ,scilicet

Sagittæ contritionis.
Sagittæ correctionis.
Sagittæ prædicationis.

Contritio est sagitta cordis compunctiua.Correctio est sagitta carnis afflictiua.Prædicatio est sagitta gentis argutiua.¶Dico igitur primo qđ est sagitta contritionis pro pænitētibus compungendis.Ex dolore.n.contritionis fiunt quædam sagittæ spirituales quib. compungitur cor hominis pænitentis.Ipsæ enim sunt sagittæ potentis acutę cum carbonibus desolatorijs,quia.s.cōtritio est acuta per compunctionis dolorē,& habet carbones desolatorios per peccatorum præteritorum recordationē. Præterea sagittæ tria habent,scilicet

Ferrum durum & acutum.
Lignum rectum & planum.
Pennas ligatas & ceratas.

Sic contritio debet esse vel debet habere ferrum doloris & displicentiæ, lignum æquitatis & iustitiæ,pennas spei & fiduciæ. Habere.n.debet sagitta contritionis,doloris mœstitudinē ad corda transfigendum,& ista est ferrum durum. Aequitatis rectitudinem ad culpam cum pœna compensandum, & istud est lignum rectum.Spei vero & fiduciæ certitudinem & celsitudinem ad veniam,gratiam,gloriam sperandum & affectandum.Et istæ sunt tres pennaturæ sagittæ contritionis,s. spes de triplici bono.s.de venia procuranda, de gratia acqrenda,& de gloria finaliter obtinenda.Istæ ergo sunt tres sagittæ quas deus de longe immittit in cor humanū. Istæ sunt sagittæ volantes,citissime decurrētes iuxta illud ps.Etenim sagittæ tuæ trāseūt,sine tonitrui tui in rota.Istæ sunt sagittę pungentes,& vsq; ad interiora pectoris pænetrantes.ps.Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi,& confirmasti super me manum tuā.Istæ sunt sagittæ quib.venator deus ocultè & subito cepit Paulum & Magdalenam,ipsosq; interius taliter vulnerauit,qđ fons lachrymarū ex eis distillauit.Vnde breuiter ipsi deo potest dici illud psal. Sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent in corda.Istæ ergo sunt sagittæ contritionis pro pœnitentib.compungendis.¶Secundo dico q est sagitta correctionis p delinquentib.puniendis.Sagittæ enim rigorem iudiciarium designant,quo.s.prælati debent pungere & corrigere delinquētes.Prælatus enim in manu tenere debet arcum iudiciariæ potestatis,id quo est lignum durum qđ tamen est curuum,& corda mollis,quę tñ est recta,quia,s.in plato debet esse lignū duri rigoris,quod per pniam flectatur & corda mollis misericordiæ,& dulcoris,q tñ per iustitiam rectificetur,vt.s.nunquam sit sine iustitia pietas,nec sine pietate iustitiæ seueritas.De isto igitur arcu debet prælatus sagittas correctiōis emitttere,& pctōres deuios sagittare.Prę B

lati.n.dñr sagittarij præibant exercitū dñi exercituū. Quia sicut ad sagittariū ptinet clare videre & attēte respicere, & inde est q vnū oculū solet claudere,vt rē sagittandā melius possit discernere,& magis certe sagittā iacere, sic prælatus debet clare videre per discretionē,attente respicere per diligentem deliberationem,vnum oculum, s.oculum carnis, qui.s.non videt nisi præces,fauores odia & pmia,debet claudere per fauoris & odij reiectionē,& cum oculo spūs recte discernere p delictorū examinationē, & sagittāda sagittare p iustā correctionē,& punitionē ne forte sit sicut Lamech, qui cū esset cæcus,& haberet arcū & à puero diceretur,pro bestia hoīem sagittauit,& Cain loco vnius bestiæ interfecit sicut dr̃ in hostia scolastica.Quia pro certo illi qui ducūtur à puero.i.à propria sensualitate,& maxime si careant claro visu.i.discretionis subtilitate,si tales habēt arcū.i. si pollent iudiciaria ptāte,solent sæpe pro bestia hoīem lædere,& iustum loco impij vulnerare 3.Reg.22.In incertum sagittā dirigens,casu percussit regē Israel.Istæ.n.sunt sagittę in manu potentis,quibus vtuntur filij excussorum.Aduerte tñ q sagittæ correctionis debent habere in ferro acutiem seueritatis,in ligno planitiem benignitatis,& rectitudinem æquitatis,in penna molitiem pietatis & dulcifluę charitatis,quia secundum veritatem,in correctione debet esse seueritas,æqtas,benignitas,pietas & charitas.Ista.n.sagitta debet remitti contra contritos & humiliatos,quia tūc sagittæ paruulorum debent fieri plagæ eorum,& debet acui contra proteruos & obstinatos,fortior.n.sagitta requiritur ad vulnerandum hominem armatum q nudum.Sic vere fortior correctio requiritur ad castigandum obstinatos,& duritia & excusationib.armatos,q alios mansuetos.Multi.n.ita sunt fortes in malitia sua,q nullus pōt eos domare.Similes illi militi Troiano qui dicebatur Cygnus,cui Neptunus q est deus maris,pater erat sicut narrat Ouid.li.12.fa.3. & concesserat q nec ferro poterat penetrari,quē tñ Achilles cum toto impetu suæ fortitudinis ad terrā prostrauit,& superauit,& ipsum Neptunus in albā auem mutabit.Quia ergo pro certo chau issimi,aliquando inueniuntur aliqui ita duri & obstinati,q ipsi ferro & sagitta correctionis sunt īpenetrabiles ita quod possit de talibus dici illud Iob 41.Non fugabit eū vir sagittarius,in stipulam versi sunt ei lapides fundæ,cōtra tales ergo non est mitius procedendum,sed cum conatu & impetu est ab Achille.i.a bono prælato talibus obuiādū, vt sic à malis vsibus recedere compellantur,& vt in albā volucrē i.in viros perfectos necessario conuertant.Iudith. 7. Filij Israel nō in lancea vel in sagitta cōfidunt,sed mōtes defendūt eos.Ista est igit̃ sagitta correctionis p delinquentibus puniendis.¶Tertio dico q inuenitur sagitta pdicationis,p auditorib. arguendis.prædicator.n.est sicut sagittarius, q pharetrā sacræ scripturæ q plena est sagittis eloquiorum diuinorum,secū debet portare,quib.debet impios verbaliter vulnerare dicendo.Abacuc 3.In luce sagittarum tuarū ibūt in splendore fulgurantis hastæ tuæ.quasi diceret.Sagittæ diuinorum eloquiorū non solum sunt lux & splendor ad viā veritatis ostendendam,immo etiā sunt sagitta & hasta ad peccatores pungendum,arguendum & percutiēdum. Prędicator.n.aliquando dicitur sagittarius,& aliquando sagitta.Sagittarius enim fingitur esse animal qđ est in inferiori parte corporis equus & in superiori parte homo cum arcu & sagitta.Quia.s.prædicator debet esse equus propter diligentē discursionem,& debet esse sagitta propter diuinorum eloquiorum diffusionem.Et secūdum hoc prædicator pōt cōparari sagittario signo cælesti,qui signum C

Igneum.
Masculinum.
Diurnum.

quia isti debent esse Ignei p feruorē charitatis. Masculini per vigorem probitatis.
Diurni per splendorem veritatis.

¶Sagittarius etiam secundum astrologos est domus

Itineris.
Fidei.
Sapientiæ.
Honoris
Astrorum.
Diuinationis.
Somniorum.

quia isti dnt esse

Discursiui & veloces per sedulitatē.
Firmi per fidei firmam credulitatē.
Sapientes & magistri per doctrinæ subtilitatem.
Honesti per vitæ venerabilitatem
Syderei per cęlestis ciuitatis considerationem.

Diuini

Diuini per æternæ aduerſitatis præmeditationem.
Somniantes per ſupernæ fælicitatis contemplationem.
Ecce ergo qualis ſagittarius debet eſſe qlibet prędicator,&
ēt quilibet vir iuſtus & pfectus. Et ideo breuiter de iſto po-
teſt dici illud Gen.21. Creuit puer,& manſit in ſolitudine,
& factus eſt iuuenis ſagittarius. Vbi aduerte quod quilibet
perfectus debet habere.
In profectu ſedulitatem. Creuit.
In affectu ſimplicitatem. Puer
In effectu ſtabilitatem. Manſit
In conuictu aſperitatem. In ſolitudine
In intellectu ſublimitatem. Factus eſt iuuenis.
In affatu ſeueritatem. Sagittarius
Sed adhuc dico ꝙ iſte nō ſolū eſt ſagittarius, immo & ipſe
aliqñ dr̃ ſagitta, quia ipſe eſt ſagittarius alios verbaľr arguē
do,& eſt ſagitta & de ipſo ſagittā, faciens alios exēplariter
reprehendendo. Et ſic loquit̃ Eſa.49.c. Poſuit me dn̄s ſicut
ſagittā electā in pharetra ſua &c. Et p̄dicator ēt & p̄dicatio
debet eſſe ſagitta irreuocabilis, quia.ſ. nullius timore debet
retrocedere, iuxta illud 2.Reg.1. Sagitta Ionathæ nunquam
abijt retrorſum. Et ſic igitur patet ꝙ inuenitur ſagitta præ-
dicationis. Et ſic oſtēditur qūo in bono ſignificato inueniū
tur tria genera ſagittarum,ſ. prædicatio, correctio,& contri
tio. Sed pro certo dico quod in malo ſignificato inueniunt̃
alia genera ſagittarum videlicet

D Sagitta tentationis.
Sagitta detractionis.
Sagitta tribulationis.

¶ Dico igitur ꝙ eſt ſagitta ten
tationis. Et iſta eſt tētatio dia-
bolica, q̃.ſ. impedit diuerſimo
mode viros. Ceruus.n. dū in latratu canū in ſibilatione vena
toris delectat̃, ab alio venatore ſubito ſagittatur. Ceruus.n.
ſimplex aīal eſt admirās qcquid viderit de nouo, & iō cum
duo ſint venatores ſibi inſidiantes, vnus.ſ. aperte, alius vero
occulte, cū illius aperti & canū ſuorū admirat̃ latratum & ſi
bilū, occulte ſentit ſagittā & venabulū,& nō euadit mortis
periculū. Sic vere chariſſimi, plures venatores ſpiritales no
bis inſidiantur,ſ. vnus apertus cum multis canib.ſ. mundus
cum omnibus delectationibus,& vnus ocultus cum ſagittis
& arcubus,ſ. diabolus cū infinitis tentationū generibus. Cō
ſtat.n. quod ſi incaute in latratu & ſibilo iſtius aperti venato
ris.i. in amplexu delectationum mundi intendimus, venator
occultus diabolus ſagittas tentationum emittet,& dum eū
non præcauemus, nos ſubito per aliquod peccatum morta
le pcutiet & occidet. Tētator.n. eſt ſagitta volās in die, nego
ciū perambulans in tenebris incurſus in demoniū meredia
nū. Sagitta.n. volans dr̃, qa ſagitta perambulans.i. ſubita, in
tenebris, quia occulta, incurſus & dn̄ij, quia volēta. Et iō ſi-
cut ſagittæ baliſtarum nō ſunt expectandæ, ſed potius fugiē
dæ, niſi hō fortiter ſit armatus, ſic & tentationes diabolicæ
ſunt fugiendæ, nō expectādæ, niſi hō magnis virtutib. ita qđ
reſiſtere valeat, ſit munitus. Hier.4. A voce equitis & mittē
tis ſagittas fugit oīs ciuitas. Iſta eſt igitur ſagitta tentatiōis.
¶ Deinde dico ꝙ eſt ſagitta detractionis. Lingua.n. detracto
rum dr̃ ſagitta, quia.ſ. ab occulto & à longinquo, hoc eſt di-
ctu, abſentia venit. Vn̄ in p̄s. Filij hoīum, dentes eorum ar-
ma & ſagittæ,& lingua eorū gladius acutus. Lingua.n. detra
ctorum ſimilis eſt in linguæ ſerpētis, quæ ſimilis eſt ferro ſa
gittæ,& ſp fundit venenum,& iſta ad modū ſagittæ vſq; ad
cor vulnerat,& venenum infamiæ fundit & prauas locutio
nes. Vnde Hie.9. dr̃ ꝙ ſagitta vulnerans lingua eorū, pacē cū
amico ſuo loquit̃,& occulte ponit ei inſidias. ¶ Deniq; dico
ꝙ eſt ſagitta tribulationis. Et iſta eſt illa qua deus vtit̃ aliqñ
ad pbandū bonos, aliqñ ad puniēdū malos. Tyrāni.n. & de
mones ſunt arcus & baliſta diuinæ iuſtitiæ, quibus median-
tibus ſagittas iudiciorum ſuorum & mundi tribulationum
& tormentorum emittit. pſal. Emitte ſagittas tuas, & cōtur
babis eos. Iſtis autem ſagittis pungūtur boni in præſenti ad
ipſorum probationem. vnde Iob 6. de ſeipſo dicebat. Sagit
tæ domini in me ſunt quarū indignatio edidit ſpūm meum
& terrores domini militant contra me. Vnde 2. Reg. 11. dr̃
ꝙ dixerunt iacula ſagittarij ad ſeruos Dauid. Iſtis igitur per
cutiuntur mali per multiplicem tribulationem. Deuter.32.
Sagittas meas cōplebo in eis. Iſtis inſuper percutiuntur dā-
nati,ſ. in iudicio per æternam damnationem, quia.ſ. tunc ac
cipient ſagittam ſuæ ſeueræ ſententiæ, iuxta illud Hie.6. Sa-
gittam & ſcutum arripiet, crudelis eſt,& nō miſerebitur. Et
ipſos percutiet per executionem æternę miſerię & triſtitię.
Deu.32. Inebriabo ſagittas meas ſanguine,& gladius meus
deuorabit carnes, de cruore occiſorū,& de captiuitate nu-
dati inimicorum capitis &c. Sic ergo patet quomodo tam
in bono quam in malo multa ſunt genera ſpiritualium ſagit
tarum, videlicet tribulationis, detractionis, tentationis, præ
dicationis, correctionis & contritionis. Sufficit ergo. Vide
ſupra de Arcu.

Sal. Cū ſal ſit illud quo cibi condiuntur, quo carnes ſa-
liuntur, quo a putredine reſeruantur, poſſumus bre A
uiter dicere ſecundum diuerſas proprietates ſalis. Multa.n.
inueniuntur genera ſpiritalium in ſcriptura ſancta. Inueni-
tur enim

Sal ſapientiæ.
Sal pænitentiæ.
Sal amicitiæ.
Sal imprudentiæ.
Sal affluentiæ.

¶ Primo dico ꝙ inuenitur ſal ſa
pientiæ & diſcretionis. Sol.n. ha
bet virtutē condendi cibos, &
ſaporem congruum cōferendi.
Sic vere diſcretio & ſapiētia cō-
dit & temperat omnes actus humanos, ipſiſq; ſaporem tri-
buit & valorē. Sicut.n. ſine ſale nullus cibus eſt ſapidus quā
quam alias eſſet bonus, ſic ſine diſcretione nullus actus eſt
validus, quanquam eſſet alias virtuoſus. Iob 6. Nunquid po
terit comedi inſulſum, quod ſale non eſt conditum? Et iō vi
ris ſapientibus aliorū facta temperantibus dicitur Mat.5.c.
Vos eſtis ſal terræ. Iſtud eſt ēt potiſſime ſal quo debent con
diri verba noſtra iuxta illud Col.4. Sit inqt ſermo veſter in
gratia, ſp ſale conditus. Quia ſicut dr̃ Leu.12. In omni ſacrifi
cio tuo.i. in omni opere tuo ſal appones. ¶ Secundo inuenit̃
ſal pænitentiæ & afflictionis. Sal.n. habet virtutem corroſi-
uam,& carnis ſuperfluæ cōſumptiuam. Sic pænitentia carnē
ſuperfluam.i. carnalitatem conſumit,& corporaliter morti
ficat & affligit. vnde de impoſitione pænitentiæ poteſt dici
illud Ezec.43. Offeres inquit hircum caprarum & vitulum
& arietem & mittent ſacerdotes ſuper eos ſal.
Quia ſcilicet quando peccator qui recte eſt,
Hircus fœtens per luxuriam,
Vitulus ſaliens per ſuperbiam,
Aries lanam portans per auaritiam,
vult ſe dn̄o ſpiritualiter offerre, ſacerdos debet ſibi ſal pn̄īę
imponere & inferre. Sicut.n. ſal p̄ſeruat à putredine, ita pœ-
nitentia à damnatione. Et ideo ſicut per ſalis immiſſionem
Helizeus aquas ſanauit, ſicut dicitur 4 Regū 2. ſic per pn̄īæ
conceſſionem, Chriſtus mundum à vitijs liberauit. Et ani-
mæ damnatæ dicitur Ezech.54. Aqua inquit non es lota in
ſalutem, nec ſale ſalita. Iſtud eſt ergo ſal pænitentiæ & affli-
ctionis. ¶ Tertio dico quod inuenitur ſal amicitiæ & cōiun-
ctionis. Vnde nota. Antiquitus enim quando componebāt B
homines inter ſe pacta & confæderationes, ſolebant come
dere ſal, in ſignum ꝙ ſicut ſal eſt incorruptibile & quodam-
modo perpetuum & æternum, ſic amicitiæ & cōfederatio
nes abſq; vlla corruptela perpetuæ & æternę eſſent futuræ.
Et iō dr̃ ſal fæderis Len.1. vbi dicitur. Non auferes ſal fede-
ris Dei tui de ſacrificio tuo. Et ſic dr̃ etiam 2.Paralip. 13. ꝙ
deus dedit regnum iuda filijs Dauid in pactū ſalis. Sic etiam
loquebantur illi qui ſcribebant regi 1.Eſdræ 4. Damna inqui
unt regis videre nephas ducimus, memores ſalis qđ ī palā
tio comedimus. Iſtud igitur ſal cōfæderationis & amicitiæ
cum deo & cū proximo debemus habere,& de iſto nos aſ-
pgere & ſalire. Mar.9. Habete in vobis ſal & pacem habete
inter vos. ¶ Quarto dico ꝙ inuenitur ſal imprudētiæ & im-
perfectionis,& ſic per ſal intelligit̃ vir iniquus. Sal.n. eſt qđ
ponderoſum, eſt ēt quid infructuoſum, quia nihil creſcit ſe-
minatum in ſale. Sic vere pctōr grauis eſt & oneroſus ad ſu
ſtinendum, iuxta illud Eccl.22. Arenam & ſalem & maſſam
ferri facilius eſt portare quam virum ſtultum, ſterilis ēt eſt
& infructuoſus ad fructum bonorum operum producēdū.
Soph.2. Siccitas ſpinarū,& acerui ſalis, & deſertum vſq; in
ſempiternum. Vnde proprie eſt ſicut ſal ſiciliæ, quod in igne
liqueſcit,& ab aqua reſilit, contra naturam cuiuſcunq; ſalis.
Sic vere peccator aquam deuotionis & gratiæ refugit,& in
igne tentationis deficit & liqueſcit. Matt.5. Si ſal euanuerit
ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras &c. Quinto di-
co qđ eſt ſal affluentiæ & tpalis ſucceſſus. Sal enim terram
vbi ſeminat̃, facit ſterilē in tantū, quod ſi aqua maris egreſ-
ſa limites ſuos effunditur ſup terrā fructuoſam, vix de octo

annis pōt fructificare.Talis eſt mundi proſperitas,quia pro certo facit ſterileſcere ab omnib.bonis operibus dilectores ſuos.Et ideo Deus facit ſicut ſolebant facere antiqui victores qui capta aliqua ciuitate qñ nolebant ꝙ amplius reædificaretur,poſt deſtructionẽ ſeminabant ibi ſal,in ſignum perpetuæ ſterilitatis & deſtructionis . Quia vere diabolus poſt quam animã ſpiritualiter vicerit & deſtruxerit,quandoque ſal mũdanæ ꝓſperitatis in ea ſeminare nititur,vt ſterilis perpetuo poſſit eſſe. Deu.3.Vſq; ad mare deſerti, qď eſt ſalſiſſimum. Vnde de Abimelech.dr̃ Iud.9.quod deſtruxit vrbem ita vt ſal in ea diſpergeret.Et ſic patet quomodo ſal multis modis ſumitur in ſcriptura.

A
Salomon.

Nota quod Salomon poteſt ſignificare Chriſtum,vel etiam quemlibet virum iuſtum,& potiſſime regem,iudicem vel prælatum , & hoc triplici ratione,ſcilicet

Ratione nominis. Habuit.n.nomen gratioſiſſimũ.
Ratione ominis. Omen fructuoſiſſimum.
Ratione culminis. Culmen glorioſiſſimum.

Nominis gratioſitas patet in ipſius interpretatiõe,quia.ſ.Salomon interpretat̃ pacificus.iuxta illud . Salomõ imperauit in diebus pacis.Eccl.47.Quia.ſ.ad virũ iuſtum pertinet qď ſit pacificus & modeſtus interius quantum ad ſe,& exterius quantum ad proximũ,& ſuperius quantum ad Deum.Vñ 3.Reg.4.dicitur Salomon habebat pacem ab omni parte.Omnis fructuoſitas patet in bonorum multiplicatione, quia.ſ. iſte ex diuino munere fuit dotatus omnibus bonis gratuitis & fortuitis,ſicut patet 3.Reg.3.Reg.20.vbi dicit̃ quod magnificatus eſt rex Salomon ſuper omnes reges diuitijs & ſapientia & vniuerſa terra deſiderabat videre vultũ Salomonis,& audire ſapientiam eius.Culminis glorioſitas patet in regiminis adminiſtratiõe,q̃a.ſ.iſte fuit rex potẽs & excelſ⁹. Vñ 3.Reg.4.dr̃ ꝙ in iuriſdictione Salomonis erãt oĩa regna flumine terræ philiſtijm vſq; ad terminum ægypti.Ad denotandum quod ille qui vult eſſe verus Salomon,& ſpiritualiter Salomon debet iuſte rẽgere ſe & ſua & ſuos.Quod potiſſime pertinet ad prælatos.de quo poteſt dici illud 1.Para.29.Sedit Salomon in ſolio Dei in regẽ pro Dauid patre ſuo. vt ſic de quolibet tali Salomone dicat Deus illud 1.Para.22. Salomon filius meus paruulus puer eſt & delicatus.Vbi aduerte quod Salomon ſpiritualiter loquendo, eſt nomẽ amoris & dilectionis.Filius inquit,quod eſt nomen magni amoris.Nomen honoris & promotionis.Meus inquit Deus.Honorabile eſt.n.eſſe filium magni regis.Nomẽ timoris & ſubiectionis.Puer inquit,ad quẽ.ſ.ꝑtinet ſubijci & timere.Nomen ſplendoris & diſcretiõis.Paruulus inquit. Animalia.n. paruula magis ſunt ſagacia, vt patet in formica & aranea. Nomen dulcoris,& deuotionis quia delicatus.Ergo qui velit eſſe Salomon habeat amorem & dilectionem. Filius inq̃t 3.Reg.1.Salomon filius tuus regnabit.Item habeat honorẽ & promotionem,vt.ſ.ſit filius ipſius Dei.Meus inquit; ſupple ipſum imitando &c.vnde 1.Paral.28. Deus elegit Salomonem filium meum.Item habeat timorem & ſubiectionẽ vt ſit puer,quia.ſ.ipſe debet eſſe more pueri ſimplex,timens deum,& ſeruiẽs ei 1.Para.28.Tu autem Salomon fili mi ſcito dominum Deum patris tui,& ſerui ei corde perfecto.Itẽ habeat ſplendorem & diſcretionem,vt ſit paruulus , quia.ſ. paruuli cõiter plus abundant in ſenſu q̃ magni.De Salomone vero dr̃ ꝙ ipſe fuit ſapiẽtiſſimus,ſicut ſupra patet, Itẽ habeat dulcorem & deuotionẽ,quia.ſ.Salomon ſicut vir catholicus & deuot⁹ ædificauit deo tẽplũ,ſicut patet 3.Reg.5. & deinceps.2.Parali.1.Aſcendit ſalomon ad altare . Sufficit.

A
Saluator.Saluare Salus.

Nota ꝙ ſaluare idẽ eſt quod adiuuare,protegere,liberare.Et eſt ſaluare.

Actus pietatis.
Actus poteſtatis.
Actus charitatis.

Et ergo quia ſaluare pertinet ad virum piũ qui hoc velit,& potẽtẽ qui hoc poſſit,poſſumus notare ꝙ ſaluare pertinet ꝓprie ad ſolũ Deũ,q̃ vult & põt ſeruare ſperãtes in ſe. Quia.ſ.& ſalus,honor,virtus,& gloria attribuitur Deo noſtro,qui ſedet ſuper tronum,& agno.Apocali.7.c.Dicamus igitur de ſalute illa quę à ſolo Deo procedit. Et dicamus quod deus

Saluat temporaliter a miſerijs mundialibus.
Saluat ſpiritualiter à nequitijs cordialibus.
Saluat æternaliter à ſupplicijs infernalibus.

¶ Tria.n.ſunt pericula à q̃bus neceſſarium eſt nos ſaluari,ſ.

Mundi miſeriæ & afflictiones.
Cordis nequitiæ & deceptiones.
Inferni moleſtiæ & damnationes.

Eſt dico q̃dã ſaluatio a miſerijs tp̃alib.Et de hac dr̃ in pſal. Clamauerunt ad dñm cũ tribularent̃,& de oĩb.tribulationibus eorum ſaluauit eos.Itẽ eſt ſaluatio a pectoralib. nequitijs.Et de hoc in Pſa.Iuxta eſt dñs his qui tribulato ſunt corde,& humiles ſpiritu ſaluabit Item eſt ſaluatio ab æternalibus ſuppliciis,& de hoc dr̃ in pſal.Salua me ex ore leonis,& à cornibus vnicornium.Deus igitur eſt ſaluator,

Ad cuius ſalutem eſt recurrendum.
In cuius ſalute eſt ſperandum.
Per cuius adiutorium eſt triumphandum.
Per cuius miſericordiam eſt genus humanum liberandum.

Iſtud expertus fuiſſe videbat̃ Iacob,q̃ dicebat Gen.32.Vidi dñm facie ad faciem,& ſalua facta eſt aĩa mea.In q̃b. verbis oñdunt̃ plura genera ſaluationũ quibus Deus ſaluat homines.Ipſe.n.ſaluat homines per mentis illluſtrationẽ.q̃a vidi.

Saluat homines per hoſtis expugnationem, quia dominum.
Saluat homines per carnis intuitionem,q̃a facie ad faciem.
Saluat hoĩes ꝑ cęli retributionẽ,quia ſalua facta eſt aĩa mea.

Deus enim ſaluat hominem,
Fidem & gratiam offerendo.
Hoſtis potentiam conterendo.
Carnis ſubſtantiam deferendo.
Cęli fœlicitatem afferendo.

Primo mõ ſaluat interius à mentis obſcuritate . Vidi inq̃t.Scđo mõ ſaluat exterius ab oĩ aduerſitate . Dñm inq̃t.Tertio modo ſaluat inferius ab inferni captiuitate. Et apparuit ei facie ad faciem.Quarto modo ſaluat ſuperius in cæleſti fælicitate.Salua facta eſt inquit anima mea

Prima eſt ſalus magnæ bonitatis.
Secunda eſt ſalus magnæ probitatis.
Tertia eſt ſalus magnæ charitatis.
Quarta eſt ſalus magnæ largitatis.

¶ Dicamus ꝙ homines ſaluat primo diuina bonitas per mentis illuſtrationẽ.& hoc oñditur qñ dr̃ . Vidi quia.ſ.ille dr̃ ſaluare hoĩem a periculo,qui lucernam accendit,& periculũ ei oñdit,& modum ipſum euadendi ſibi declarat & ꝑtendit. Sic vere deus hoĩem ſaluare dr̃,inquãtum in obſcura domo cõſcientię pc̃õris,lucerna fidei & gratiæ per ipſum accendit, & periculum peccati,moduſq; dictum periculum exeundi oñditur & monſtratur.Vidi inquit Baruc 4.Viderunt in celeritate ſalutem.& Iob 16.Videbo in carne mea deum ſaluatorem meũ.Nulla.n.maior ſalus poteſt dari cæco , quã reſtituere ſibi viſum.Sic nec illi qui eſt mentaliter excæcatus,donum maius poteſt conferri , q̃ ꝙ viſus debitæ diſcretionis in eo reparet̃.Vñ ille cæcus cui dñs dixit.Quid vis vt faciam tibi?nihil carius potuit petere niſi viſum,dicẽs.Dñe , vt videam.ſicut dr̃ Mar.10.Iſta igitur eſt ſalus prima quam introducit bonitas diuina.ſ.liberatio à pc̃tõ . Sed pro certo ſicut ad plenam ſalutem viſus habendã tria naturaliter faciũt,ſ.

Organi diſpoſitio,
Luminis apparitio,
Collyrij appoſitio,

Sic ad ſalutem iſtam facit gratia,quę diſponit mẽtẽ,& aufert omne impediens,ſ.pc̃tã,& per conſequens operatur ſalutem.Vnde Act.15.Credimus ſaluari per gratiam. ¶ Item apparitio luminis.ſ.fidei , quæ eſt lumen dirigens & erigens rationem,& per conſequens lumen ſalutem faciens & procurans.vnde Marc.10.Fides tua te ſaluum fecit.Item appoſitio collyrij ſacræ ſciæ & ſcripturę,quę data eſt in ſalutem omnium credentium,iudæo primum & græco . vñ Lu.1.Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius.Et ſic igitur patet q̃uo ſaluat diuina bonitas per mentis illuſtratiõem.Vidi inquit.¶ Secundo dico ꝙ ſanat diuina probitas per hoſtis expugnationem,& oſtenditur cum dr̃.Dominum.Ad dñm.n. pertinet iuuare,ſaluare,protegere & defendere vaſallũ ſuũ ab omnibus impugnationibus inimicorum,quando.ſ.requiritur à vaſallo.Sic vere dñs noſter ẽt nos vaſallos qui corp⁹ & animam tenemus ab eo neceſſe eſt ipſum per deuotã orationis inſtantiã requiramus,ꝙ cõtra inimicos noſtros ſalutẽ ſui adiutorij ſentiamus.pſal.Domine deus ſalutis meæ obũbraſti ſuper caput meũ in die bellli.Iſte.n.eſt iuſtus dñs qui nõ dimittit nos tentari vltra quã poſſumus ſuſtinere,q̃nimmo ſtatim parat⁹ eſt defendere & ſaluare,qñ eius auxiliũ imploramus dũ tñ de repugnando tentationibus & tribulationibus noſtrũ debitũ primitus faciamus . pſal.Ad ipſum ore meo

meo clamaui & dominus saluauit me. Vnde notandum est dominus noster saluat nos à cunctis hostibus mentis & corporis,& specialiter ipse saluat nos ab istis scilicet

Ab hostili tentatione.
A carnali infestatione.
A temporali tribulatione,
A criminali infectione.
A corporali afflictione.

¶Saluat dico iste dominus deuotos suos à tentationib. hostilibus. Et reuera nullus est qui possit resistere tentationibus diaboli, nisi per ipsum saluetur & iuuetur. Veruntamen iste est sicut adeps leonis, quo s'm Plinium, si quis inunctus fuerit, a cunctis serpétibus & reptilibus eo t'pe saluus erit. Sic vere adeps & gratia istius leonis de tribu Iuda si animam linit vel inungit & quis eo impinguatus fuerit, pro certo à reptilibus .i. à demonibus & eorum tentationibus eum saluat. vnde d'r Hier. 15. Ego tecum sum vt saluem te. Et in psalm. Deus saluauit eos de manu odientium, vt notam faceret potentiam suā. Item saluat ab infestationibus carnalibus. Nota lapis qui dicit gelaticem, seruat & saluat portantem à morsibus vermium & muscarum, quamuis melle fuerit siue lacte inunctus, & à vestibus totus mūdus, sicut v'r dicere Plinius. Sic vere, Deus q̄n præsens est homini per gratiam, seruat eum à muscis carnis .i. a malis & immundis delectationibus & cogitationib. quamuis melle prosperitatis aliquotiens inungatur. Ezec. 36. Ego ero vobis in Deum, & saluabo vos ab omnib. inquinamentis vestris. Item iste saluat à tribulationibus t'palibus. Iste est .n. sicut lapis qui d'r ceraunius, vel sicut lignum arboris quæ d'r lautus, quorum præsentia saluat & seruat hominē à fulgure & tempestate. Quia .s. nulla tempestas tribulationum temporalium nocet homini quam dominus per p'sentiam suæ gr'æ saluare voluerit. Exemplum habemus de martyribus. Vnde Apostoli sentientes tempestatem maris, dixerunt Matt. 8. Domine salua nos, perimus. Et sequitur imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Ipse .n. saluat à tribulationibus, vel eas rollendo, vel temperando, vel in eis patiendi fortitudinem cōcedendo, vel illos q ipsas inferunt, subtrahendo vel auferendo. vnde in psal. d'r Saluasti .n. nos de affligentibus nos, & odientes nos disperdisti. vnde Esa. 43. Ipse valde consolatoriè loquitur cuilibet tribulato, sic dicens. Noli timere seruus meus Iacob, quia ego tecum sum. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris per ignem, non combureris, & flamma non ardebit in te, quia ego dn's Deus tuus, Israel, saluator tuus. Item iste saluat ab infectionibus criminalibus .i. á peccatis. Matt. 1. Iste saluum faciet populum suū à peccatis eorum. Item ipse saluat à passionibus corporalibus. Vnde Marci. 6. Quicunque eum tangebant, salui fiebāt ab infirmitatib. suis. Sic igitur patet q̄uo saluat diuina probitas per hostium superationem. Dn'm inquit. ¶Tertiò dico hoiem saluat diuina charitas per carnis intuitionem. & hoc ostenditur cum dictum est. Facie ad faciem. Iste .n. est sicut charadrius, qui infirmum saluat & sanat q̄n faciem suam sibi vertit, & viuet q̄n facie ad faciē ipsum spectat. Sic vere deus tunc humanum genus p'priè saluauit, q̄n per beatam incarnationem faciem suam personaliter declarauit, & q̄n facie ad faciem mundum vidit. Istud bene videbatur Dauid prætendisse cum dicebat in psal. Veni ad liberandum nos domine Deus virtutum, ostende faciem tuam, & salui erimus. Veni inquit, supple personaliter carnem assumendo, quia .s. filius hominis venit saluare, quod perierat. vnde Matth. 18. & Luc. 19. d'r filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Sciens .n. filius dei quia vana salus hominis, & quia longè a peccatorib' salus operatus est salutē ī medio terræ, vt .s. ipse daret salutem regibus, & redimeret Dauid seruum suum. Vnde nota tunc temporis ipse saluauit mundū

A diaboli potestate.
Ab inferni captiuitate.
A peccati malignitate.

Saluauit dico mundum a diaboli potestate. Esa. 49. Quòd ablatum fuerit a robusto, saluabitur. Item a captiuitate īferni. Hiere. 30. Saluabo te de terra longinqua. Item à malignitate peccati. vnde. 1. ad Timo. 1. Dominus Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Saluat igitur hoiem diuina charitas per carnis intuitionem. Facie inquit ad faciem. De quo Sopho. 3. Dominus Deus tuus in medio tui fortis ipse saluabit. ¶Sed quarto dico saluat hoiem, diuina largitas per cœli retributionem, & hoc ostenditur cū d'r. Salua est inquit anima mea. Ista autem salus fiet sp'aliter in iudicio, quando saluatorem expectamus dominum nostrum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ. ad Phil. 3. Tunc enim saluabitur populus omnis qui inuētus fuerit scriptus in libro vitæ. sicut dicitur Dan. 12. & possumus notare quòd ista salus æterna dabitur finaliter scilicet

Peccata fugientibus.
Tormenta sustinentibus.
In Deo confidentibus.
Dominum inuocantibus.
Humiliter conuersantibus.
Carnaliter continentibus.
Perfectè pœnitentibus.
Pacificè quiescentibus.
Integrè confitentibus.
Lympidè contemplantibus.
Canonicè subintrantibus.
Iustificè cogitantibus.
Seipsos contemnentibus.
In fide permanentibus.
Baptismum profitentibus.
In finem pertingentibus.
seu perseuerantibus.

¶ Dico Deus saluat peccata fugientes. Ezec. 7. Qui fugerint, saluabūtur. vnde dicebat Dauid 1. Reg. 27. Melius est vt fugiā, & saluer: Item saluat tormenta sustinētes. Thob. 13. Tu flagellas & saluas, deducis ad inferos. & reducis. Matt. 10. Qui perseuerauerit vsq; in finem, saluus erit. Itē saluat in Deo confitētes. Vnde psal. Saluabit eos, q'a sperauerunt in se. Itē saluat dn'm inuocantes. ps'a. Clamaui, & dn's saluabit me. & Iohe. 2. Oīs q inuocauerit nomē dn'i, salu' erit. Itē saluat humiles & timētes. ps'a. Humiles sp'ū saluabit. Itē saluat castos & cōtinētes. Proue. 9. Qui abscesserit ab ea, .s. a muliere, saluabit'. Itē saluat p'fectè pęnitētes. vn' Esa. 45. Cōuertimini ad me (supple per pęnitentiā) & salui eritis. Itē saluat ī pace quiescētes. Esa. 30. c. Si reuertimini & quiescatis, salui eritis. Itē saluat integre cōfitentes. Hier. 32. & 33. In die b' illis saluabit' iuda, quæ iterpretat' cōfitētes. Itē saluat lympidę cōtēplantes. Dabo in syon salutē, & in Hierusalē gloria meā. Syō .n. iterpretat' specula. Itē saluat debite subintrātes .s. in ecclesiā & in beneficia. Ioan. 10. Per me si quis itroierit, saluabit'. Itē saluat iustè & sanctè cogitā es. psal. Saluos facit rectos corde. De corde aūtexeūt cogitationes. Math. 15. Itē saluat se ipsos affligētes. Luc. 9. Qui perdiderit animā suā p p me, saluā faciet eā. Itē saluat ī fide permanētes. vn'. Lu. 7. Fides tua te saluā fecit. Itē saluat baptismū p'fitētes. ad Titū 3. Saluos fecit p lauacrum regenerationis & renouationis. Itē saluat semper perseuerātes. vn' Matth. 24. Qui aūt perseuerauerit vsq; in finē, hic salu' erit. Ecce igitur charissimi, quot genera personarū saluat dn's in æternū, quia sicut dicitur Esa. 45. saluatus est in dn'o salute ęterna. Et sic igitur patet charissimi, q̄uo inuenitur quadruplex salus, .s. salus diuinæ largitatis & retributionis, salus diuinæ charitatis & intuitionis, salus diuinæ potestatis & liberationis, salus diuinæ bonitatis & illustratiōis. Et sic sufficit. Vide d' Laborare &c.

Saluare.

Nota salutare nihil aliud est q̄ salutē alicui implorare. Vnde ille saluat hominem, A qui salutem & bonum imprecat' ei & orat. Et est salutare officiū valde cōe, nulli .n. debet denegari saluatio, imo omnibus sicut cōe, debitū debet ab oībus exhiberi. Ad hoc etiā ipsa bruta debēt nos monere. Psitacus .n. seu panagallus ī suo cantu d'r naturaliter promere verbum saluatorium, .s. aue vel chere. Vitulus etiā marinus qui est animal valde disciplinabile, d'r etiā voce & vultu hoies salutare. Elephas edocet' regē congnoscere, & cum reuerentia honorare. In quo instruitur homo saluationē omnibus debet libēter & benigniter cōicare, & nulli penitus denegare. 1. Pe. 3. Salutare īuicē in osculo pacis. Et nota saluatio debet fieri, quia est

Actus charitatis.
Actus pietatis.
Actus largitatis.
Actus fidelitatis.
Actus sedulitatis.
Actus tranquilitatis.
Actus iocunditatis.
Actus necessitatis.

In fluuio.n. sunt diuersæ partes, & diuersa loca, quorum quædam sunt satis parua, quædam valde profunda, quædā ex toto inattingibilia. Sic vere in scriptura sunt loca parua pro simplicibus, loca profunda pro sapientibus, loca inattingibilia pro de se præsumentibus. vnde Gre. in prolo. mora. dicit ꝙ sacra scriptura fluuius est, in quo agnus ambulat, & elephas natat. q.d. Ibi inuenit agnus. i. simplex in quo pōt proficere. Ibi etiā inuenit elephas. i. quicūq; magnus doctor quod non pōt attingere, & in quo ipsum oporteat dubitare, quia sicut Hug. dicit de arca Noe in primo libro, Scriptura liber est vitę cuius origo ęterna, cuius incorporalis essentia, cuius cognitio vita, cuius scriptura indelebilis, cuius aspectus desiderabilis, cuius doctrina facilis, cuius sciētia dulcis, cuius profunditas inscrutabilis, cuius verba innumerabilia, vnum tñ verbum sunt omnia. Iste fluuius figuratur Ezech. 47. vbi dicit ꝙ Angelus mensus est aquas redundantes à latere dextro, & duxit eum per aquā vsq; ad talos. Item mēsus ē & duxit eū vsq; ad genua. Item mēsus est, & duxit eū vsq; ad renes. Item mensus est torrentem, & non potuit pertransire, quia intumuerunt aquæ profundę torrētis, qui nō pōt peruadari. Re vera charissimi istæ sunt aquæ, & torrens sacræ scripturæ, quæ à latere dextro ipsi⁹ Christi. i. ab ipso pectore mētis diuinæ originem habuerunt. Istas.n. mēsurat Angelus testamenti Christus, vni dans vnum talentum, alii duo, alteri quinque, vnicuiq; ſm propriam virtutem Matth. 25. Et inde est ꝙ quidam ibi currunt vsque ad talos, qui inueniūnt sensum literalem, quidam vsque ad genua, qui inueniūt sensum allegoricum, quidam vsq; ad renes, qui inueniūt sensum moralem, quidam ad ꝗ inueniunt torrentem ita profundum, ꝙ non potest peruadari, & isti sunt qui volunt inquirere illud quod transcendit capacitatem naturalem: vnde dicit Augu. super Gen. ca. 3. ꝙ scriptura sic loquit, ꝙ altitudine superbos irrideat, profunditate attentos terreat, virtute magnos pascat, ac stabilitate paruulos nutriat. Et breuiter ista est copiosissima quædā apotheca, in qua inuenit oīs homo qcquid necessarium est ei ad salutem quia sicut dicit Chrys. super Mat. 22. in scripturis sacris inuenit ignorans quid addiscat; contumax quid timeat, laborans quo premietur, pusillanimus quo nutriatur, famelicus conuiuium, vulneratus remedium, impinguatus refrigeriū. Dico igitur ꝙ ista est scriptura sapientiæ, qua scribitur liber mandatorum. Ista est ergo scriptura de qua Apoca. 11. Beatus qui audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. ¶Dico scđo, ꝙ est scriptura pscientiæ, qua scribitur liber secretorū. Ista est scriptura il- B
la qua in libro mentis diuinæ scribuntur boni, & mali cū meritis & demeritis suis, ſm quā quidē scripturam sunt & fient omnia quæ sunt & quæ erunt. Esaiæ. 8. Sume tibi librū grādē & scribe in eo. Sicut enim in libris scribūtur leges & regulæ quibus homines regunt, & quibus humana iudicia disponūtur, sic in libro prouidentiæ dei sunt ordinationes & regulę quibus omnia inferiora gubernātur. psa. In libro tuo omnes scribentur. Scriptura tñ multū est obscura, nullus.n. ibi pōt legere nisi iudex, & secretarii sui, quousq; veniat dies iudicii, qñ liber explicabitur, & legēdus oībus exponet. Ezechiel. n. vidit manū in qua inuolutus erat liber scriptus intus, & foris, q. tādē corā eo est expansus, ita ꝙ scriptura quæ inuoluta fuerat, fuit aperta, sicut dr̄ Ezech. 2. Lamentationes carmen, & væ sunt ibi scripta. Sic pro certo charissimi scriptura diuinæ prouidentiæ, & præscientiæ modo est valde obscura, & inuoluta, in iudicio tamen erit manifesta, ita quòd ibi apparebit quòd ab ista venit

Lamentatio miserorum.
Væ, & damnatio damnatorum.
Carmen, & saluatio beatorum.

Quòd.n. ab ista scriptura veniāt præsentes miseriæ, & dānationes, patet Dan. 5. vbi manus scribēs in pariete mutationē regni Babylonis, captiuos ciuitatis, & mortē regis designauit. Quod etiā in ipsa ordinent futuræ reproborū dānationes, patet Zacha. 5. vbi dr̄ ꝙ omnis fur, & periurus sicut scriptum est in libro, iudicabitur. & Iob 13. Scribis.n. cōtra me amaritudines & consumere me vis peccatis adolescentiæ meę. Tunc.n. scribet dominus libellum repudii quem dabit vxori suę, animæ s. damnatę. Quod in ista scriptura ordinentur sanctorū beatificationes, paret Apoc. 14. vbi dr̄. Scribe, beati mortui qui in domino moriuntur. Ista est ergo scriptura miseriæ quantum ad miseros, mortis quantū ad dānatos, vitę quantum ad beatos. Et de hoc Dan. 12. Saluabitur populus tuus omnis q. inuentus fuerit in libro vitę; de malis vero dr̄ Ezech. 12. In scriptura domus Israel non scribentur. Et iō cōcludit Apoc. 21. ꝙ i ciuitatē nouā hiel'm nō intrabūt nisi illi q scripti sunt in libro vitę. Ista est ergo scriptura diuinæ prouidētiæ seu psciētię. ¶Tertio dico, ꝙ est scriptura moralis apparētiæ, q̄ est C
liber meritorū. Et sic dico, ꝙ qlibet debet de seipso facere librū, & scribere in seipso scripturā virtutū & bonorū exēplorū, vt alij possunt in ipso legere in verbis bona documēta, & in factis bona exēpla, vt sic isti sint de illis de qbus dr̄ Apoc. 14. ꝙ ipsi habebant scriptū in frōtibus suis nomē agni, quia. s. nomen, fama, fides & conuersatio agni immaculati Christi scripta sunt p imitationē in frontibus. i. in cōuersationibus ipsorū. Quarto dico ꝙ inuenitur scriptura mētalis recordātię, qua scribitur liber animorū. Boni.n. debēt scribere in cordibus suis perpetua memoria Dei mandata, & alia ad salutē pertinētia. vnde Hier. 13. dabo legē meā in visceribus eorū, & in cordibus eorum scribam eam. Quinto dico, ꝙ est quædā scriptura iniustitiæ, qua scribitur liber vitiorū. Et sic peccata dicuntur quædam scripturę diabolicę, quæ. s. in cogitatione scribuntur interius, & in conuersatione exterius. Peccator.n liber ē diaboli, in quo scribit diuersa vitia, ita quod cuicunq; legere volenti sunt apparentia. Hie. 22. Scribe virū istum sterilē, virū qui in diebus suis nō prosperabitur &c. & Apoc. 17. dr̄ de babilone (per quā congregatio malorū designatur) ꝙ habebat in frōte sua scriptū nomē mysterii. Babylon meretrix magna, mater fornicationū. ¶Sexto dico, ꝙ inuenit scriptura finalis seu æternalis affluentiæ, qua scribit liber pmiorū, & ista ē scriptura gloriæ paradisi, qua. s. De⁹ scribit in aīabus sanctis, & beatis cantilenas, & gaudia paradisi de quo Apoc. 2. dr̄ ꝙ in calculo erat nomen Dei scriptū qđ nemo scit nisi, qui accipit. vnde & Apoc. 3. dicitur. Qui vicerit, scribam super eum nomen meum, & nomen ciuitatis nouæ Hierusalem. Hæc igitur de scripturis dicta sufficiant.

Scrutari.

Nota, ꝙ scrutari accipitur in scriptura pro A
inuestigare, vel, p diligenter inquirere vel videre. Vide in mauricio de scrutinio. Et inuenitur in scriptura scrutari creatoris, pceptoris, viatoris, peccatoris. Scrutatur enim creator qualitatem nostrorum aīorum. psa. Scrutans corda, & renes Deus. Scrutatur pręceptor qualitatē suorum subditorum. vnde Amos 9. Si abscōditi fuerint in vertice car-

ce carmeli, inde scrutãs auferã eos. Scrutat̃ iustus viator veritatẽ mãdatorũ. vnde psal. Ego aũt in toto corde meo scrutabor mandata tua. Scrutatur peccator vanitatẽ alienorum secretorũ. vnde Gen. 31. Scrutatus es oẽm supellectilem meam

A Sufficit. Vide de diligentia & de Inquirere supra.

Scutum. Not. cũ scutum sit armatura ad defensionẽ, & tuitionem. s. hoĩs ordinata, possumus dicere, ꝙ per scutũ intelligitur illud per ꝙ hõ spiritualiter defenditur vel tuetur. Et sic dico, quòd inuenitur scutum

Aeternum.	Primum est scutum diuinæ tuitionis.
Internum.	Secũdũ est scutũ moralis perfectionis
Supernum.	Tertium est scutum bonorũ prælatorũ.
Externum.	Quartũ est scutũ prauorũ tyrannorũ.

Deus. n. est scutum in se sperantium. Virtutes sunt scutum se possidentium. Prælati sunt scutum sub se iacentium. Iniquitates sunt scutum tirannizantiũ. ¶ Dico igitur primo, ꝙ est scutum diuinæ tuitionis, ad ꝙ est fugiendum, vt sic dicamus ipsi Deo illud psal. Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutoriũ mihi. vnde Dauid dicebat 2. Reg. 22. Dominus scutum meum, & cornu salutis meæ. Dominus. n. scutũ dr̃, quod est triangulum, propter tres personas quę sunt in diuinitate. Dr̃ cornu salutis, quod quidem cornu de carne nascitur, propter salutem, quæ facta est in humanitate, vt sic ei dicamus illud psalm. Scuto bonę voluntatis tuę coronasti eos. Et alibi. Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. ¶ Secundo dico, quod est scutum moralis perfectionis quod est possidendum. Virtutes. n. sunt scutũ contra diabolum, & peccata. Quælibet enim virtus est vnum scutum quo armatus resistit iaculo illius vitii cui opponitur. Scutum. n. in sinistra parte portat̃, sic virtus in sinistra parte, s. aduersitatis & tentationis est necessaria. Et ideo nota, ꝙ in scriptura inueniuntur diuersa scuta spiritualia, s. Scutum fidei, & firmæ cognitionis. Humilitatis & altæ orationis. Iustitiæ, & oĩs æquitatis. Elemosynæ & dulcis pietatis. De scuto fidei dr̃ Eph. 6. In oĩbus sumentes scutum fidei in quo possitis oĩa tela inimici extinguere. De scuto humilitatis dr̃ Sap. 18. ꝙ Moyses protulit seruitutis suæ scutũ orationẽ. De scuto ęquitatis dr̃ Sap. 5. ꝙ Deus in iudicio scutum sumet inexpugnabile ęquitatẽ. De scuto vero elemosynæ, & pietatis dr̃ Eccle. 29. ꝙ elemosyna super scutũ potentis, & super lanceam, aduersus inimicum pugnabit. Istud est igitur scutum moralis perfectionis, quod est possidendum. Sine. n. tali scuto non est hõ bene

B armatus, quia sicut dr̃ 1. Parali. 5. Viri bellatores scuta penetrabunt, & gladios. ¶ Tertio dico, ꝙ est scutũ pastoralis prælationis, in quo est sperandum, quia. s. prælati sunt scuta ad sustinendum ictus tribulationum pro membris, pro corpore, & pro ecclesia, & ꝓ subditis sustinendis, & defendendis. Vnde isti sunt scuta aurea quę Salomon dicitur fecisse 3. Reg. 10. c. Fecit rex Salomon scuta trecenta, & ducentas lanceas, de auro purissimo. Plura. n. scuta quam lanceas ad denotãdum, ꝙ prælati debent magis per patientiam sustinere, quam per seueritatem inuadere. Ipsi. n. debent esse, & scuta, & lancea, quicquid tñ fuerint, debent esse aurei, sancti pręciosi, & perfecti, quamuis ꝓcul dubio videatur illud verificatum hodie 4. Reg. 14. ca. vbi dr̃ ꝙ Sesach rex Aegypti (per quẽ diabolus designatur) diripuit scuta aurea quæ fecerat Salomon, pro quibus facta sunt scuta ęrea. Quia pro certo charissimi in ecclesia hodie aurum mutatũ est in æs, qui erãt aurei, facti sunt ærei. i. qui erant boni, facti sunt mali. Quod in statua Nabuchodonosor significatur, cuius caput fuit aureum, venter vero, & fęmora fuerunt ærea, quia semper (quod dolendũ) mũdus procedit deteriorando, & de auro in æs. i. de bono in deterius se mutãdo, quia hodie, sicut dr̃ in psal. diabolus ibi cõfregit potentias, arcum, scutum & gladium, & bellum. Istud est igitur scutum pastoralis protectionis, qđ est extẽdendũ. ¶ Quarto dico qđ est scutũ tẽporalis iurisdictionis, quod est detestandũ. Per scutũ. n. intelligitur duritia, & obstinatio malignorum. Iob 41. Corpus eius quasi scuta fusilia. Scutum. n. repercutit ictus aduersariorũ. sic obstinatio refutat omnes correptiones, & monita & verba prælatorum. Vnde de crudelibus obstinatis dr̃ Hier. 6. Sagittam & scutũ accipiet crudelis, & non miserebitur. Ista igitur de scuto sufficiant.

A **Secretum.** Nota ꝙ in scriptura inueniuntur plura secreta, videlicet Secretum conscientiæ interioris, quod est reuelandum in confessione. Secretum sapientiæ subtilioris, quod est speculandum cum discretione. Secretum amicitiæ fidelioris, quod est obseruandum sine fictione. Secretũ iniustitiæ deterioris, quod est detestandũ cũ attentione. Secretum eminentiæ superioris, qđ est affectandum cum deuotione. ¶ Primo dico, ꝙ est secretum consciẽtiæ, quod in confessione debet reuelari, quia. s. nullum est ita secretum, & occultum peccatũ, quin sit in confessionis articulo reuelandum. Vt sic dicat homo sacerdoti illud Iudicũ 3. Verbum secretũ habeo ad te rex. Et merito secretum peccatum debet reuelari, quia pro certo quanto magis in cõfessione reuelatur apud Deum, tanto magis est secretum apud mundũ, quia ſm Aug. si tegis, Deus detegit, si detegis, Deus teget. Cõiter. n. illud quod magis tenetur Deo absconsum, amplius publicatur, illud vero quod magis dr̃, amplius abscõditur, & celatur. Rex. n. midas fingitur aures asini habuisse quod quidam secretarius suus volens bene celare, fecit magnam foueam, in cuius profundo secretum domini sui dixit & humo cooperuit, vt secretum domini sui celaretur in perpetuum. Sed quid accidit? in illo loco natus est sambucus, de quo à casu facta fistula nihil aliud poterat dicere nisi ꝙ rex. Midas habet aures asininas. & sic quod magis credebat esse secretum fuit amplius publicatũ. Quia sępissime fit, ꝙ diligẽtissime absconditur, ex Dei iudicio vndecunque exeat, & reueletur, iuxta illud Matthei 10. Non est occultum quod non sciatur &c. Debet igitur in confessione reuelari Deo, ne ex Dei iudicio reueletur mundo. Istud est igitur secretũ cõsciẽtiæ, quod in confessione debet reuelari. ¶ Secũdo dico, ꝙ est secretum sapientiæ, quod cum discretione debet perscrutari. debemus. n. inquirerere Secreta diuinæ voluntatis, vt ea compleamus. Fidei veritatis, vt ea teneamus. Diuinę potestatis siue iustitię, & ęquitatis, vt ea timeamus, vt sic cuilibet nostrum possit dici illud Ezech. 48. Ecce sapientior es tu daniele omne secretum non est absconditum à te. Veruntamen talia secreta nesciunt nec percipiũt nisi secretarij Dei quibus, s. ipsa reuelare dignatur. vnde Iob 11. Vtinam Deus loqueretur tibi, & ostenderet tibi secreta sapientiæ suæ. ¶ Tertio dico, ꝙ est secretum amicitię, quod cum attentione debet obseruari. Inter omnia. n. quę magis decent sapientem, summũ, est seruare linguam suã Vnde versus. Virtutem primam esse puto compescere linguam. Et secreta proximorũ seruare. sicut. n. dicitur Eccle. 27. Desperatio est animæ infelicis reuelare amici commissum. Et ideo quia multi sunt secretorũ perscrutatores, & proditoriè reuelatores, consulit sapiens ne secretum alicui nisi amicis fidelibus reueletur. Prouer. 25. Causam tuam tracta cũ amico, & secretum extraneo ne reueles. Prouer. 21. Nullum secretum vbi regnat ebrietas. ¶ Quarto dico, ꝙ est secretum iniustitiæ, quod cũ abiectione debet refutari. Et istud est secretum vitiorum, quia. s. aliqua sunt vitia quæ sẽp volũt fieri in secreto, sicut luxuria & vsura. Vnde de peccatore põt dici illud Iob 40. Sub vmbra dormit, in secreto calami, in locis humẽtibus. ¶ Quinto dico, ꝙ est secretum cęlestis patriæ, quod cum affectione debet habitari. Vnde nota quod aliqua sunt aĩalia quæ nesciunt morari nisi in locis solitariis, & secretis, sicut Onager, & Pellicanus, & Phęnix. sic & viri iusti per affectionem, & deuotionẽ habitant in locis secretis paradisi. Vnde Iudith. 8. In superiorib⁹ domus suæ fecit cubiculũ secretum sibi. Sic igitur patet ꝙ sunt multa genera secretorũ. Vide supra de Abscõdere, & Reuelare.

Seculum. Nota, ꝙ seculum quãdoq; accipitur pro mensura temporis, s. pro centum annis, & A

sic accipit Ouidius. Aliqñ pro statu hoĩum peccatorum. Aliquando pro statu hoĩum beatorum, & temporũ futurorum. Possum igitur notare, ꝙ in scriptura inuenitur seculum

Transitorium, & defectibile.	Seculum transitorium
Infectorium, & infectibile.	signat huius vitæ labili
Permansorium, & infinibile.	tatem. Seculum. n. istud

. i. præsens vita, semper labitur, & defluit, & finaliter deficit atq; perit Matth. 24. Quod signum aduentus tui, & consummationis seculi. Seculum ergo est transitorium. Seculum infectorium signat status mundi iniquitatem, de quo ad Rom. 12. Nolite conformari huic seculo nequam. Seculum permãsorium signat æternitatem, de quo Esaiæ. 26. Sperastis in domino in seculis æternis. Et istud est seculum futurum, quod est perpetuum, & æternum. In isto enim futuro seculo est Amor charitatis. Est dico ibi amor charitatis.

Honor dignitatis.
Splendor veritatis.
Status qui non labitur
Vita quæ non moritur
Victus qui non minuitur.

tis,& hoc apparet quia ibi eſt de⁹, qui eſt pater omnium. Paternitas autem eſt nomen amoris, & charitais Eſaię.9.Pater futuri ſeculi, princeps pacis. Itē ibi eſt honor dignitatis, quia ſ.deus eſt ibi rex.vnde.j.ad Timo.1. Regi autē ſeculorũ, immortali inuiſibili,honor & gloria. Itē ibi eſt ſplēdor veritatis. Sap.18.Incipiebat incorruptum nomen legis ſeculo dari. Itē ibi eſt ſtatus qui non labit̄.Eccleſia.40.Fides autē in ſeculum ſtabit.Item ibi eſt vita quæ non moritur.Lu.18. Habebitis in futuro ſeculo vitā æternam.Item ibi eſt abundantia quæ non minuitur:vndē.Ephe.2. vt oſtēderet in ſeculis ſuperuenientibus abundātes gratias diuitię ſuę.Iſta ergo de ſeculo ſufficiant,quia ſatis ſupra dictū eſt de mūdo.Iſtud tamen aduerte ꝙ vbicunque dr̄ a ſeculo, ſemper ſumitur de ab ęterno.& ſimiliter ſecula ſeculorum,ſignat ęternitatē temporum futurorū.Vnde breuiter. Illud eſt vnum ꝙ a ſeculo ſignificat ęternitatem præteritam a parte ante,ſecula ſeculorum vero ſignat ęternitatem futuram a parte poſt

Secundus.

Nota ꝙ cū ſecundus ſit ille à parte poſt qui immediate venit poſt primū,poſſumus notare ꝙ ſecundus in ſcriptura eſt nomen

Humilitatis,
Auctoritatis.
Æqualitatis.
Sedulitatis.
Propinquitatis.
Nobilitatis.
Fœlicitatis.
Pœnalitatis.

Eſt dico nomē humilitatis, quia.ſ. ille qui eſt ſecundus, nō præcedit, immo ſequitur. Et ſic ille dr̄ ſecundus, qui eſt Deo vel prælato humilis & ſubiectus 1.Reg.23.Tu regnabis ſuper Iſrael & ego ero tibi ſecundus. Item eſt nomen auctoritatis,quia ſicut dr̄ 1 ad Corin.15. Primus homo de terra terrenus , ſecundus homo de cœlo cœleſtis.Secundus homo dico.ſ.Chriſtus, qui dicit de ſeipſo Matth.28.Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.Item eſt nomen æqualitatis.Nihil.n.tam æquale primo, ſicut illud quod eſt contiguum & ſm̄.vnde Matth.22.Secūdum autem eſt ſimile huic.Item eſt nomen ſedulitatis. Homini.n.ſedulo & intelligenti nō ſufficit ſemel bn̄facere, ſed ſecundo vel tertio iterare.vn̄ de Ioſuæ 5. Circuncide ſecundo filios Iſrael.Itē eſt nomen propinquitatis,& ſic dr̄ ille eſſe ſecundus alicui,qui eſt ſibi magis per amicitiā proximus & vnitus.vnde 2.Eſdr.3.Scd̄o loco poſt Dariū ſedebit. Itē eſt nomē nobilitatis.Familia.n.vadit prima, dn̄s vero q nobilior eſt,vadit ſecundus.vnde Adā & de Chr̄o fit mētio p illud p̄dictū 1.Cor.15.ꝙ primus hō de terra terrenus,ſecūdus hō de cœlo cœleſtis.Item eſt nomen fœlicitatis,quia.ſ. fœlicitas non venit nunc in primo tp̄e, ſed finaliter veniet in futuro.vnde ſicut Hebr.9.dr̄.Factum fuit primum tabernaculum & ſecundum.Sed per primum intelligebat̄ eccleſia militans,& per ſm̄ triumphans 3.Regū.9.Apparuit dn̄s Salomoni ſecundo.Et ſic etiā gloria & fœlicitas dr̄ ſtola ſecunda,ſicut gratia dr̄ ſtola prima Luc.15. Item eſt nomen pœnalitatis,quia.ſ.pœna & mors æterna in ſecundo anno veniet,& non in primo,& in futuro,& non in tempore iſto & ideo dicitur mors ſecunda.vnde Apoc.2.Qui vicerit nō lædetur à morte ſecunda.Sic igitur patet quomodo vir iuſtus dicitur ſecundus multiplici ratione. Et ſic ſufficit.

Secundum.

Nota ꝙ iſta ꝓpoſitio ſecundum , ſꝑ ſignificat mihi quandam adæquationem,quandam imitationem,quandam comparationē. Vnde idem eſt quod ſicut,vt,quemadmodum,quaſi, & ceu,& cætera ſimilia,& de quo ſuperius iam tactum eſt.Poſſum tamen breuiter notare ꝙ ſm̄ ſignat aſsimilationem in bono & in malo.Vnde poſſumus diſtingnere & notare ꝙ tam in bono quā in malo nos inuenimus vnum ſecundum qd̄ eſt

Virtuoſum.
Amoroſum.
Gratioſum.
Viſceroſum.
Rigoroſum.
Gaudioſum.
Fructuoſum.
Vitioſum.
Doloroſum.
Luctuoſum.

Secundum virtuoſum eſt illud per quod nos adæquamur & aſsimilamur regulis legis diuinæ.& de hoc 2. Eſdræ 8. Omnia ſecundum legē Dei fiant.vnde Luc.2.dicitur ꝙ ipſi portauerunt puerum ſuum Ieſum in Hieruſalem vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo. Secūdum amoroſum eſt illud quo homo conformat affectum ſuum Deo per virtutem charitatis,& de hoc ad Rom.7. Condelector.n.legi Dei ſm̄ interiorem hominem. Secundum gratioſum eſt illud quo homo in exteriori conuerſatione ita bonis hominibus ſe conformat, ꝗ Deo & mundo efficitur gratioſus.& de hoc 1.ad Corin.14.Oĩa honeſtè & ſecundū ordinem fiant in vobis.Secundum viſceroſum ſeu dulcoroſum eſt illud quo qs petit ſm̄ viſcera miæ Dei,& non ſm̄ rigorem ſuæ iuſtitiæ iudicari, dicens illud pſa.Miſerere mei Deus ſm̄ magnam mīam tuam.Secūdum rigoroſum eſt illud quod Deus ſm̄ merita hēt hoīem iudicare pſa.Tu reddis vnicuiq; ſm̄ opera ſua. Secundum gaudioſum eſt illud quo Deus p̄miat bonos in patria,aliqn̄ ſm̄ iuſtitiā.pſal.Retribuet mihi Deus ſm̄ iuſtitiam meam,& ſm̄ puritatē manuum mearū. Aliqn̄ ſm̄ miſericordiam. vnde ad Titum 3. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos,ſed ſm̄ ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit . Secundum fructuoſum eſt illud quo Chriſtus conformis fragilitati noſtræ, in crucis arbore peperit nobis fructum redemptionis gratioſę.Ephe.1. Deus gratificat nos in dilecto filio ſuo,in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, ſm̄ diuitias gr̄æ eius &c. Secundum vitioſum eſt illud quo peccator ſe cōformat, & quo homo ambulat ſm̄ praua deſideria cordis ſui.pſal.Dimiſi eos ſm̄ deſideria cordis eorum,ibunt in adinuentionibus ſuis.Secundum doloroſum eſt conformitas qua hominis mors & natiuitas adinuicem adæquant̄, de qua dicitur Oſeæ 2.Statuam eam ſm̄ diem natiuitatis eius , & ponam eam in ſolitudinem.Secundū vero luctuoſum eſt illud quo .ſ.tormenta malorum fiunt in inferno ſm̄ vitia ipſorum. vnde ad Roma.2.Secundum duritiam tuā & impenitēs cor tuum,theſaurizas tibi iram . Sic patet quomodo ſm̄ ſignat in diuerſis materijs aſsimilationem,imitationem,& exemplaria regulæ cōſecutionē &c.vide de Sicut & alijs ſimilib.

Securus. Securitas

Nota breuiter ꝙ in ſcriptura inuenit̄ ſecuritas bona & mala.Vnde generaliter eſt notandum ꝙ eſt ſecuritas triplex,videlicet

Interior.
Exterior.
Superior .

Interior eſt perfectorum,& eſt virtuoſa.
Exterior eſt peccatorum, & eſt vitioſa.
Superior eſt beatorum,& eſt glorioſa.

¶Eſt dico primo ſecuritas quæ eſt virtuoſa, & iſta eſt illa ꝗ habent boni & iuſti in hac vita,quia.ſ.ſecuri viuunt in domino , expectantes beatam ſpem,& aduentum dn̄i ſui magni Dei.Spes.n.eſt mater ſecuritatis , & quia iſti poſuerunt in Deo ſpem ſuam,ideo ſunt ſecuri,iuxta illud 2.Parali. 20. Audite me iuda & Iſrael,credite domino Deo veſtro, & ſecuri eritis.Vbi aduerte ꝙ quattuor ſunt quæ faciūt hoīem ſpūaliter ſecurū,& à timore diſperationis tutum, videlicet

Futurorum ſecreta promiſsio.
Secretorum clara cognitio.
Vitiorum firma expulſio.
Animorum pura conditio.

Prima eſt ſecuritas ſpei. Audite me.Secūda eſt ſecuritas fidei. Credite domino . Tertia eſt ſecuritas pn̄iæ.Iuda.i.confeſsio.Quarta eſt ſecuritas innocentiæ. Hieruſalem inquit.Iſta.n.quattuor reddunt hoīem ſecurū. Spes.n.de Dei auxilio confidit. Fides hoīes in alto & forti caſtro cuſtodit.Pn̄ia omnes inimicos expellit & cōfundit. Innocentia vero cum omnib. pacem reddit, & dum nullū vult lędere,ſe credit à nullo lædi. Dico igitur ꝙ bonos facit eſſe ſecuros certa promiſsio futurorum . Audite me inquit.ſupple quanta ſunt quæ promittuntur electis. Spes.n. pręmij facit militem ſecurum & audacem:vnde dr̄. Securitas præmij minuit vim flagelli . Boni igitur quia audiunt ꝙ bn̄ militantibus promittit̄ vita æterna, & præmium gloriæ paradiſi,non gaudia huius mundi,quæ ſunt ad matutinum lætitia,& ad veſperum fletus, (quæ non erunt illis merces, ſed Gaudia cœleſtis paradiſi dedita ſanctis . Hos faciēt lætos,& pax ęterna quietos.Semper ibi viues,diuino munere diues.)Ideo ſecuri aggrediunt̄ bona,& ſine timore ſuſtinēt mala.Quia br̄ certa ſpes quam habent iuſti de Dei auxilio, & certa ſpes q̄ habet de præmio futuro,facit ipſos ſecuros & inter hoſtes fiducialiter ſtare tutos. Sciunt quia ꝙ deus nō ſinit nos tētari vltra quā poſſum⁹ 1.ad corin. 10.quinimmo protector eſt omnium ſperātium in ſe,ſicut dr̄ in p̄s. Sciūt.n.quòd parata eſt viatoribus corona, quam reddet illis domin⁹ ī illo die iuſtus iudex 2.ad Timo.4.Et ideo talibus loquitur ſcriptura. 1.Mach.4.State in fide cōtra inimi-

cos

cos vestros, & expugnare eos, & post hęc sumetis spolia securi. Audite ergo Apoc.2. Qui habet aures audiẽdi, audiat q̃d spirit⁹ dicat ecclesiis Vincenti dabo mãna abscõditum &c. Facit igit̃ bonos securos certa ꝓmissio præmiorũ Audite inquit. ¶ Insuꝑ dico quod ipsos facit spiritualiter securos clara cognitio secretorũ, hoc est dictu, fides, quæ reuelabit homini secreta dei, & illa quæ pertinẽt ad salutẽ quæ quidem fides notatur cũ dr̃. Credite dño. Fides enim est fortissimum castrum in quo qui bene steterit contra pericula salu⁹ erit. Lux enim mater est securitatis, sicut tenebra est mater timoris. Et ide est ꝙ homo securior est de die quã de nocte Et vere lux fidei securitatẽ mẽtis generat, hominemque ita tutificat & confirmat, ꝙ nihil aduersũ trepidat aut formidat. Ista apparuerũt in martyrib. quos fides it⁹ fecit securos, ꝙ nihil aduersi timuerunt, & ideo contra tyrãnos viriliter perstiterũt. Similes elephãtibus, qui tũc ad pręlium animantur & audaces & securi efficiunt̃, quando vino inebriantur vt ad prælium acuantur. Vinum fidei tñ feruorem generat, ꝙ inebriatos tutificat & lætificat. vnde 2. Esd. 3. Vinum (.i. securitas) mẽtem vertit in iocũditatẽ. Credite inqt dño 1. Pe.1. Credẽtes exultabitis lętitia inenarrabili & glorificata. Facit igitur hoiem securum clara cognitio secretorum. Credite inquit dño. ¶ Deinde dico ꝙ hominem facit securum fortis expulsio vitiorum, quod ostendit̃ cum dr̃ Iuda, quod interpretatur confessio. Nullus.n. bene põt esse securus q̃ diu est hostibus circunseptus. Tunc autẽ securus redditur, quando expulsis hostibus de eorum manib. liberat̃. Igitur hostes nostros .i. vitia & peccata nostra quæ insidiantur animabus hominum, sicut dr̃ Eccl.21. debemus per cõfessionem expellere, vt securi possimus in castro pœnitentię habitare. Iuda inquit .i. confessio. Quia sicut dicit̃ Hie.23. Saluabitur iuda, & Hierusalem habitabit confidenter. Homo.n. cum istis hostib. quos .s. in sua conscientia portat, securus esse non potest, semper.n. est in periculo ꝙ ab eis perimatur, & ideo antequam sit securus, necesse est ꝙ vitia expellantur, & ꝙ ante omnia superentur. vnde Iob 11. Si iniquitatem tuam quæ est in manu tua, abstuleris á te &c. sequitur. Habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies Facit igitur hominem securum fortis expulsio vitiorum. Iuda inquit. ¶ Denique dico ꝙ hoiem facit securum pura conditio animorum, hoc est dictu, innocentia, quod intelligitur in Hierusalem, quia Hierusalem interpretatur visio pacis. Innocentia.n. cum omnibus habet pacem, nullũ.n. ludit, & ideo à nullo timet lædi, & iõ est secura. Zac. 14. Hierusalem sedebit secura. Innocens.n. nihil timet, quia sm Arist. pueri innocentia sua alios mensurant. Cum tales .n. æstiment alios quales ipsi seipsos esse sciunt, ideo qa nullum libenter læderent, securos ab oibus esse se credunt. vnde Aug. de innocentia dicit sic. Gaude inquit & lætare innocentia, qa vbiq; secura. Cum.n. tentaris, proficis, si humiliaris, erigeris, si pugnas vincis, si deprimeris, coronaris &c. Vide autem eam supra de Innocentia. Sic igitur patet quõ quattuor sunt quæ faciunt hoiem spiritualiter esse securũ, .s. innocentia pacificatiua, pœnitentia culpæ expulsiua, fides illuminatiua, spes fortificatiua. Et ista ꝓcul dubio sunt cõtra pc̃tores, qui re uera semper sunt in desperatione & timore, & nunq̃ in securitate & amore. Non.n. habent spem fortificantem, non fidem illuminantem, non pñiam hostes expellentẽ, non innocentiam pacem conseruantem. Qũo.n. securi sunt illi qui in castro conscientię sentiunt ciues rebellare, videlicet mentis affectus & carnis, qui sentiunt hostes expugnare, .s. mundum, carnem & diabolum? qui supra sentiũt Deum flagellare, & qui subtus sentiunt infernum eos expectare? Et bñ isti non possunt habere perfectam securitatẽ, nisi ex toto amiserint rõnem. Cœcus.n. quandoque est securus, quis in periculo sit constitutus. sic isti. Eccle.8. Sunt impij qui ita securi sunt, ac si iustorum facta habeant. Non sic iusti, quia isti habent securitatem in mente, qa sicut dr̃ Prouer.15 Secura mens quasi iuge cõuiuiũ. Ista est ergo securitas virtuosa, quæ est interior. ¶ Secundo principaliter dico ꝙ est securitas vitiosa, quæ est exterior, & ista est securitas ꝑsumptionis malorum, qui .s. in prosperitate mundi gaudẽtes, nõ cogitant periculum damnationis in quo sunt. Nautę.n. qui cognouerunt ire per mare, magis sunt in maris fluctibus securi quam in terræ siccis littoribus, & tñ sæpe fit ꝙ illa die qua securi & læti cantauerunt, ꝙ subuersionis periculum incurrunt vnde Sene. dicit epistola 4. Illa die qua luserant nauigia, absorbent̃. Sic verè mali qui assueti sunt fluctib. maris .i. negocijs seculi, in ipsis securi & læti habitãt, & inferni submergiũ non formidant, sæpe tñ fit ꝙ ipsorum falsa securitas fallit̃ & ꝙ subito ad inferni periculum pertrahũtur. vnde de Gedeõ dr̃ Iudi.8. ꝙ ipse percussit castra hostiũ, q̃ securi erãt & nihil aduersi pati formidabant. Ista est ergo securitas valde fatua. Non est.n. ꝓprie securitas, sed potius ꝓsumptio & fatuitas. vñ de talibus dr̃ ꝙ filij Dan viderunt populum securũ & quietũ, nullo eis penitus resistente, quẽ subito captiuauerunt, & bonis oib. spoliauerunt, sicut dr̃ Iudi.18. Ista est igit̃ securitas exterior, q̃ est vitiosa. ¶ Tertio dico ꝙ est securitas gloriosa, q̃ est superior, & ista est securitas beatorum. Isti.n. sunt in securo, veniũt.n de via ad terminũ, de cursu ad brauium, de labore ad ꝓmium, de nauigatiõe ad portum. Illi ergo mõ sunt in pfecta securitate, qa iã sunt certi de sua fęlicitate. Et de hoc põt dici illud Ezec.34. Securi dormiunt in saltibus, & ponã eos in circuitu collis mei. Vnde bñ de ista securitate loquit̃ Bern. di. Festinemus inqt ad locum tutiorẽ, ad agrum vberiorẽ, vt habitemus sine metu, abundemus sine defectu, iocundemur sine tędio, epulemur sine fastidio. Ista igit̃ de triplice gñe securitatis sufficiãt.

Sedere. Sedes.

A Nota quod in scriptura inuenitur quadruplex genus sedendi, videlicet sedere

Virtuosum. — Sedent iusti in mẽtis trãquillitate.
Gloriosum, — Beati in cęli fęlicitate.
Vitiosum. — Impij in tpali ꝓsperitate.
Luctuosum. — Dãnati in inferni calamitate.

De sessione tranquillitatis dr̃ Lu.10. Maria autem sedens secus pedes dñi audiebat verbum illius. De sessione fœlicitatis dr̃ Esa.32. Sedebit populus meus ĩ pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulẽtã. De sessione vero prosperitatis dr̃ Exo.32. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. De sessione autem infernali vel pœnalitatis dr̃ Thren.1. in persona animæ dãnatæ. Sedet in tristitia domina gentium, princeps ꝓuinciarũ facta est sub tributo. Et sic dico ꝙ est sedere vitiorum

Perfectorum.
Beatorum.
Impiorum,
Damnatorum.

Ista ergo in duas partes solummodo distinguamus, & dicamus ꝙ est sedere bonorum & malorum. Et q̃dẽ dico ꝙ est sedere iustorum & perfectorum. Isti.n. sedere dicunt̃ ꝓ eo ꝙ in serenitate consciæ quietant̃. Ille.n. qui sedet, non se agitat, quia .s. iusti & sancti non sunt in motu vanorũ desideriorum, nec in casu tpalium negociorum, quinimmo ipsi ꝑ trãquillitatẽ animi sunt sedẽtes, & in Deo mẽtaliter & in affectu cęlestium cordi aliter quiescẽtes. Vñ Apo.4. Ecce ĩ cęlo sedes posita erat, & supra sedẽ sedẽs. Vbi aduerte ꝙ boni sedere solẽt triplici gñe sessionis, videlicet

Interiori. — Sedent interius in sede consciæ quietatę. Sedes inquit posita erat.
Exteriori. — Sedẽt exterius in sede præeminentis sublimitatis. Supra sedem.
Superiori. — Sedent superius in sede affluentiæ non create: Sedens inquit.

¶ Triplici.n. ratione contingit hominem sedere. Sedet.n.

Ad quiescẽdum. — Prima sede sedent perfecti.
Ad præsidendum. — Secunda sede sedent prælati.
Ad comedendum. — Tertia sede sedent beati.

¶ Dico ergo primo ꝙ iusti sedẽt in tranquillitate mentalis consciẽtiæ. Sedes inquit posita erat. Sedes.n. iustorum ponitur qñ conscia eorum in trãquillitate animi stabilit̃, & qñ à cunctis mundi motibus & fluctibus segregat̃. Mar.5. Viderunt hoiem sedentẽ vestitũ & sanę mentis. Hõ.n. quãdiu currit, non põt aliquid boni facere, sed qñ stat vel sedet, tũc potest vtilius laborare. Aliquæ sunt bonæ artes q̃ non possunt fieri nisi hõ sedeat, sicut sutura, scriptura, & similia. Sic vere hõ quãdiu in cursu & motu mundanorum negociorum & mẽtalium desideriorum vagatur nequaquã bonũ aliquid operat̃, necesse est.n. si vult opera virtuosa facere, ꝙ in tranquillitate animi sedeat, & a vanis motibus se cõpescat. Elephas.n. sedẽdo dormit. nunq̃.n. totaliter ad terra se ꝓsternit quinimmo flexis posterioribus poplitibus sedendo arbori innitit̃, & sic dormit & quiescit & soporat̃. Sic vere hõ nũq̃ debet ex toto corpore se ad terrã ꝓsternere .i. ad amorẽ terrenorũ deflecti, sed arborem sanctæ crucis per deuotionẽ amplecti, & sedẽdo per mẽtis trãquilitatẽ i illo dño quietari.

Sedes

Sedes inquit posita erat. vt sic viro iusto dicatur illud psal. Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis virga regni tui. Et nota hic ꝙ iusti seruando mentis tranquillitatem diuersimodè solent sedere, sicut nos inuenimus in scriptura. Inuenimus enim ꝙ sedent quidam

In terra.	In terra vt ibi lugeant.
In vmbra.	In vmbra vt minus ferueant.
In petra.	In petra sedent vt tutius meneant.
In cinere.	In cinere sedent vt ibi doleant.
Sub arbore.	Sub arbore sedent vt fructum habeant.
In puluere.	In puluere sedent vt viles pareant.
In littore.	In littore sedent vt mergi caueant.
In mari.	In mari sedent vt fluctus timeant.
In naui.	In naui sedent vt mare transeant.
In domo.	In domo sedent vt ibi studeant.
In sepulchro.	In sepulchro sedent vt mortem videant
In monte.	In monte sedent vt ibi doceant.
In igne.	In igne sedent vt intus ardeant.
In cœlo.	In cœlo sedent vt semper gaudeant.

B ¶ Dicamus igitur ꝙ iusti sedent in terra per suijpsius deiectionem. Vnde Thre.n. Sederunt in terra, conticuerunt senes, filiæ syon asperserunt capita sua cinere, abiecerunt in terra capita sua virgines Hierusalem. Itē sedent in vmbra, .i. in diuinæ protectionis memoria & fiducia per deuotionem. Can. 2. Sub vmbra illius quē desiderabā, & sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Item sedent in petra. i. in fortitudine constātiæ, & ꝓpositi cōfirmatione. Iud. 20. Sederūt in petra remmon quattuor mēsib. Numerus quaternarius quadraturam constātiæ designat. Itē sedent in cinere ꝑ pœnitentiæ maceratione. Ionæ 3. Surrexit rex de solio suo, & scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Item sedent sub arbore. s. crucis per passionis Chri recordationem. Vnde Iudi. 4. dr ꝙ Delbora prophetissa sedebat sub palma. Item sedent in puluere per ꝓpriæ vilitatis æstimationem. Esa. 47. Descēde & sede in puluere virgo filia Babylonis. Itē sedent in littore. s. sacræ scripturæ, ꝑ sciarum discussionem. Vnde de Apostolis dr Matt. 13. ꝙ sagenā plenā piscibus. i. scripturā plenā scientijs educētes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos. Item sedent in mari. i. in amaritudine pœnitentiæ per compunctionē & lachrymationē. Vnde Ezec. 27. In cathedra Dei sedi, in corde maris. Itē sedēt in naui, supple voluntariæ paupertatis per bonorum mundi abdicationem. Vnde de Christo dr Luc. 5. ꝙ sedens in nauicula docebat. Item sedent in domo consciæ, s. per ipsius iugem examinationem. Io. 11. Maria autem domi sedebat. Item sedent in sepulchro per mortis & inferni cōsideratio nem. Vnde Matt. 27. dr ꝙ ibi erat Maria Magdalena, & altera Maria, sedentes iuxta sepulchrum. Item sedent in monte legis diuinæ per scientiam & discretionem. Vnde Matt. 5. dr ꝙ Iesus ascendit in montem, & cum sedisset, aperiens os suum, docebat discipulos suos. Item sedent in igne per charitatem & dilectionem. vnde de Petro dr Marci 14. ꝙ Petrus sedebat cum ministris, & calefaciebat se ad ignem. Item sedent in cœlo per cœlestium contemplationē. Esai. 66. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Ecce ergo charissimi qūo diuersimodè sedent iusti. Bene igitur dictum est ꝙ ipsi sedent in tranquillitate mētalis cōsciæ. Sedes inqt posita erat. Et hoc est primū.

C ¶ Secūdò dico qđ iusti sedēt in sublimitate pastoralis eminētiæ, & sic dico ꝙ sedere ꝑtinet ad ꝓlatos & ad iudiciariā ꝑtātē, qđ notat cū dr supra sedē. In sede.n. sedent ꝓsules ad præsidendum, principes ad imperandum, iudices ad iudicandū. vnde in ꝑsa. Illic sederunt sedes in iudicio, sedes suꝑ domū David. Et possumus notare ꝙ ista sedes debet esse sedes

Iustitiæ.	Hæ sunt.n. conditiones quas debēt habere illi qui sedent super sedem regiminis pastoralis. Dico ergo ꝙ isti debent esse iustitiā tenentes. Ad illos.n.q. sedēt ad iudicia, summè pertinet ꝙ sint iusti. psal. Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. & Esa. 32. Iustitia in Chermel sedebit.
Modestiæ.	
Potentiæ.	
Prudentiæ.	
Clementiæ.	
Concordiæ.	
Innocentiæ.	
Præsidentiæ.	

Item necesse est ꝙ isti sint modestiam possidentes. Patientiam.n. & temperantiam debēt habere in actibus suis, vt possint temperatè & deliberatè procedere & consultè. Vnde de Christo dicitur ꝙ inuenerunt eum in templo, in medio doctorum sedentem, & interrogātem eos. Lucæ. 2. Quod est cōtra multos qui non sedent in medio doctorum bonorum consiliatorum, sed potius in medio raptorum, adulterorum, & iniquorum. Exemplo Danielis, de quo dicitur Dan. 13. ꝙ ipse sedebat in medio leonum. Item necesse est ꝙ isti sint potentes viri. Nihil enim valet iudex prælatus, nisi sit potens. Hoc enim esset dare gladium in manus paralytici. Ideo dicitur Esa. 9. ꝙ super solium Dauid & super thronum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret. Sola.n. potentia puniendi incutit timorem delinquentibus ne delinquant, iuxta illud Prouerbior. 20. Rex qui sedet in solio suo dissipat omne malum intuitu suo. Item isti debent esse viri prudentes, quia alias si essent fatui istud esset dare gladium in manum phrentici. Ideo 2. Regū 23. dicit quòd Dauid sedēt cathedra sapientissimus princeps inter tres. Et inte est quòd Dauid voluit quòd Salomon qui erat sapiens, sederet in solio suo, post ipsum, dicens 1. Paralip. 28. Dominus elegit Salomon filiū meū vt sederet in solio. Itē isti debēt esse viri clemētes. Ad prælatum enī & iudicem summè pertinet ꝙ sit clemens & quòd loco & tempore sciat miseris misereri, quia sicut dicitur Esaiæ 16. Præparabitur in misericordia solium, & sedebit super illud in veritate iudicans. Vnde Iob dixit de seipso. Iob 29. Cū sederim quasi rex circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator. Item isti debent esse concordiā amātes. Ad istos.n. qui sedēt in ista sede, pertinet quòd sint pacifici & modesti. Et ideo de Salomone qui interpretatur pacificus, dicitur. 1. Paral. 29. Sedit Salomō suꝑ soliū pro Dauid patre suo. & Esaiæ. 32. dicitur. Sedebit populus meꝰ i pulchritudine pacis. Itē isti debēt esse inocētiā seruātes, quia scilicet nulla ibi debet esse corruptio & acceptio personarum vel munerum. ꝑsa. Sedet super sedē sanctā suam. Isti etiā debēt esse authēticè pręsidētes 2. Paralipomenon. 18. ꝗ Rex. Israel & Iosaphat Rex Iuda vterque sedebant in solio suo. Sic igitur patet quales debent esse illi qui sedēt in sede pastoralis eminētiæ. Supra sedē īquit. Vt sic quilibet bonus prelatus sit de illis senioribus de quibus dr apocalip. 11. quòd viginti quattuor seniores in conspectu dei sedebāt in sedibus suis. Istud figuratur Apocalipsis 14. vbi Ioannes vidit Angelū sedentem supra nubē candidā, similē filio hominis, habentem in capite coronam aureā, & in manu falcem acutam. Iste enī Angelus est bonus prælatus, qui dicitur Angelus propter sanctitatē, dicitur sedere propter dignitatem, dicitur esse supra nubem candidam propter castitatem, dr habere coronam auream propter charitatem, & dr habere falcem acutam propter iustitiæ seueritatem. dr filio hominis similis, id est Christo propter diuinæ conuersationis conformitatem. Isti igitur sunt qui non sedent in cathedra pestilentiæ, nec sedent in consilio vanitatis, & cū impijs non sedebunt, quinimmo procul dubio charissimi, sicut dictum est, isti sedent in sede pastoralis eminentiæ. Et hoc est ſm.

D ¶ Tertiò dico quòd isti sedent in sede supernalis affluentiæ. Sedens inquit. Et ista sessio est qua in cœlo sedent beati, quæ nihil aliud est quàm sessio seu quies sempiterna, qua beati quiescunt & sedent, dicentes cuilibet illorum illud 1. Regū. 20. Ego ex more sedere soleo iuxta regē ad vescendum. Figurati Genes. 43. vbi dr ꝙ filij Iacob sederunt coram Ioseph, vnulquisq; ſm progenita sua &c. Fiat expositio sicut supra titulo suo. Et nota si vis ꝙ sedes æternæ gloriæ est sedes Honoris, Dulcoris, Splendoris, & Vigoris. Est dico sedes honoris & dominationis. Quælibet.n. anima beata est ibi regia & regina, dicens illud Apocal. 18. Sedeo vt regina, & vidua non sum. Deus.n. eleuat pauperem vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat 1. Reg. 2. Est etiam sedes dulcoris & refectionis. vnde animæ beatæ potest dici illud Ezech. 23. Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te. Est insuper sedes splendoris & illuminationis. Ibi.n. rex regum stellato sedet solio. vnde q libet beatus potest dicere illud Esaiæ vlt. Cœlum mihi sedes est. Est etiā sedes vigoris & triumphationis, qa scilicet in ista sede non sedet nisi qui de vitijs, carne, mūdo & diabolo habuerit triumphum. vnde Apo. 3. dicitur. Qui vicerit, faciam illum sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedeo cum patre meo in throno eius. Ecce ergo quomodo sedes æternæ quietis est sedes vigoris, splendoris, dul-

coris & honoris. Et sic dico ꝙ ista est certa sedes in qua sedent sancti.s.sedes supernalis affluentiæ. Et sic ergo dico ꝙ iusti diuersimodè sedent scilicet inquantum sunt perfecti, inquantum sunt beati seu refecti. Patet igitur ꝙ sedere &
E sedes accipiuntur in bono. ¶ Sed adhuc dico sedere accipitur in malo. Et sic dico ꝙ in scriptura inuenitur multiplex mala sedes, videlicet

Carnalitatis. Prima est sedes immundorum &
Cupiditatis. lasciuorum, de quib. Exod.32. Se-
Prosperitatis. dit populus manducare, & bibere,
Fallacitatis. & surrexerunt ludere. Isti sunt illi
Crudelitatis. qui percussi in posterioribus fece-
Tepiditatis. runt sibi sedes pelliceas 1.Regu. 5.
Flebilitatis. Secunda est sedes auarorum, qui.s.

quotidie sedent ad lucra, sicut patet de mercatoribus & telonearijs, q sunt similes araneis, quæ quotidie sedent in foramine telæ suæ, & expectāt si musca veniant quam capiāt. vnde Matth.9.dr̃ ꝙ Iesus vidit hominē sedentē in teloneo, nomine leui. Et Io.2.dr̃ ꝙ Iesus inuenit in templo nummularios sedentes, & subuertit mensas eorum. Et illi figurantur in cœco, de quo dr̃ Luc.18. ꝙ cęcus sedebat secus viam mendicans. Isti.n. sunt cæci per mentis obstinationem, sunt secus viam per verecundiæ ostentationē sunt mendicātes per auaritiam & ambitionem. Tertia est sedes hoīum superborum, de qua Eccl.10. Sedes ducum superborum destruxit Deus. Quarta est sedes doctorum malignorum, de qua Matt.23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi, quæ dicunt, facite, quæ faciunt nolite facere. Quinta est sedes principum & tyrannorum. Et de hac Eccle.11. Multi tyranni sederunt in throno. Sexta est sedes hoīum tepidorum, quia.s. pigri & deliciosi non faciunt nisi sedere. Cōtra quos Num.32.dr̃. Nunquid fratres vestri vadēt ad pugnā, & vos hic sedebitis? Septima est sedes hoīum damnatorū. Dānati.n. sedent in carcere infernali, vbi perpetuis vinculis sunt ligati, de quib. in psa. Sedētes in tenebris & vmbra mortis, vinctos mendacitate & ferro. Patet igit̃ charissimi quō in scriptura inuenitur diuersitas sedium & thronorum in
F bono & in malo. ¶ Sed quia plerunq; fit mētio de sede vel sessione Dei, notandum est ꝙ in scriptura inuenitur quintuplex sedes Dei. Sedere.n. dr̃ in corde per gratię infusionē, in virgine ꝑ carnis assumptionē, in cruce per mortis tollerationē, in cęlo per gloriosam ascensionē, in iudicio per rigorosam iurisdictionē. In corde sedet sicut in lecto ad quiescendum, & de ista dr̃ in psa. Deus sedet super sedē suā sanctam.i. in anima sancta. In virgine sedet sicut in thalamo ad vestes mutandum, quia.s. in ista sede fecit se Deus calciari & vestiri in noua veste humanitatis. Et iō de beata virgine, q̃ fuit sedes ista, dr̃ in psal. Parata est sedes tua ex tunc à seculo tu es. Item in cruce sedit sicut in ludo ad ludibria sustinendum, & sicut in equo ad dimicandum. Et de hoc pōt dici illud 1.Reg.4. Hely sedebat super sellam. sequitur: Et ce-
G cidit de sella, & fractis ceruicibus mortuus est. Item in cœlo sedet sicut in conuiuio ad festinandum. vnde 3. Reg.22. Vidi dominum sedentem super solium suum, & exercitus cœli erat circa eum à dextris & à sinistris. Item sedebit finaliter in valle Iosaphat sicut in palacio ad iudicādum. Et de hoc Matt.19 Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, tunc & vos sedebitis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Et sic patet quomodo Deus diuersimodè inueniatur sedere. vide supra de habitare & alijs similibus.

A **Seditio.** Nota ꝙ seditio propriè est illa dissensio vel turbatio quam ciues vel domestici inter se suscitant contra superiores, principes & rectores. Teste.n. Gregorio in Homilia de martyribus, bella q̃ppe ad hostes pertinent, seditiones ad ciues. Sic ergo possum dicere spiritualiter ꝙ per seditionem potest discordia, inuidia, murmuratio, & quælibet ciuium ecclesiæ.i. christianorum, & maximè clericorum diuisio & dissentio denotari. Et procul dubio talis seditio debet summopere præcaueri, generat.n. oē malum. Vnde nota. Vrbem.n. Romanam plus destruxerūt seditiones interiores, quàm quæcunq; clades exteriores, sicut patuit de seditionibus pro lege agraria, pro matrimonis patritiorum, pro consule ex plebeis creādo, pro tribunis obtinendis, sicut etiam patuit de sessione plebis in mōte auentino, sicut hæc & alia infinita patent Titum Liuium intuenti. Patet etiam de bellis ciuilibus, Scillano, Scipiano, Pompeiano, Iuliano, & Antoniano, in quibus oībus tot & antæ fuerunt seditiones, ꝙ respublica fere ad nihilum est redacta. Hodie.n. ad litteram videmus ꝙ interiores seditiones quæ fiunt in collegijs & ciuitatibus, causæ sunt destructionis & dānationis earum Actuū 19.capit. Periclitamur argui seditionis hodiernæ. sic tñ est ꝙ q̃dā ita sunt peruersæ & seditiosę naturæ, ꝙ vbicunque sint, solent lites & discordias excitare. Similes sideriti lapidi, de quo dicit Solinus ꝙ maleficus est lapis, nam quoquo inferat̃, discordias suscitat. Sic vere multi ad hoc videntur esse creati, vt discordias suscitent atque lites, ita ꝙ de eis pōt dici illud 2.Macha.14. Illi qui dicunt̃ assidui, bella nutriunt, seditiones mouent, nec patiuntur regnum esse quietum. Et procul dubio talibus solet in fine male accedere, quia vt cōiter seditiosi Nefanda solent committere, Horrenda solent appetere, Stupenda solent incurrere. Isti.n. dico committunt nefanda, sicut patet Matt.15. de Barraba qui in seditione fecerat homicidium. Item appetunt horrenda, sicut de carnalibus populis legit̃ Num.20. ꝙ versi in seditionem dixerunt, vtinā perissemus in ægypto, qñ sedebamus super ollas carnium. Item incurrunt stupenda, sicut de choræ legit̃ Nu.17. Perierunt in seditione choræ. Merito igitur dicebat Apostolus 2.ad Corint. 12. Timeo inquit neforte contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos &c. Vide supra de discordia.

Seductio. Seducere. Not. ꝙ seducere idē est ꝙ decipere vel A fraudare, prodere, fallere vel nocere. Dr̃ aūt seducere, quasi seorsum à via veritatis & recta ducere. Not. Sicut.n. latrones in siluis se peregrinos simulant, & viatoribus se associāt ipsosq; seorsum á via ducunt, & in manib. latronū tradunt & in periculum trahunt, & isti ꝓpriè seductores.i. seorsum ductores sunt, sic hodie multi sunt q à via recta securitatis & veritatis alios solent seorsum ducere, & eos fallere & seducere, & ab oī fortitudine & rectitudine trahere & declinare, & ad pericula trahere & minare. Patet in diabolo tentatore, in vsurario ꝑdatore, in muliere vel luxurioso blanditore, in falso amico adulatore, ī hypocrita ꝓditore. Oēs .n. isti homini se associāt, vt ad spiritale vel æternale periculum ipsum trahāt, & sic fatuos à via securitatis educunt, & seorsum ad periculum secum trahunt. Vnde in secunda Canonica Ioannis dr̃. Multi seductores exierunt in mundum. Et si volumus, possumus illos cōparare cuidam pisci qui dr̃ pinna, qui est piscis cum testa, de gñre conchylium, de quo dicit plin. li.9.c.42. ꝙ coram alijs piscibus se aperit, & mortuum se fingens, tanq̃ ad deuorandum oībus se exponit. cū vero cōcha suā plenā pisciculis senserit, continuò se claudere cōsueuit, & pisciculos sic seductos deuorat & consumit. Etiā potes notare de renardo, qui finxit se esse mortuum, & sic quadrigarij posuerunt eum in curru suo, & deuorauit halleca. Re vera sic faciunt seductores. fingūt.n. se mortuos .i. quasi simplices & ignorantes & incautos, & se etiam alijs qñq; in aliquib. aperiunt, & eis in obsequijs & familiaritatibus se exponunt, vt eos attrahant ad seipsos. seducti igitur simplices, in talibus confidunt, & eis approximant, & accedunt. Ioā.7. Nunquid & vos seducti estis? Isti tñ seductores solent se subito claudere, fauorē & auxilia negare, & deceptos in suis clausuris & laqueis retinere. Patet de diabolo, qui primo se aperit & exponit delectabilia offerēdo, ꝓmotiones & ꝓsperitates dādo, & sub specie boni, tpalia concedendo, q tandem incautos seducit, & clausa manu per mortem ipsos secum retinet, & in inferno cōsumit. Vnde de isto Apoc.12.dr̃. Serpens antiquus qui est diabolus & sathan, seduxit vniuersum orbē. Patet in vsurario, qui bona sua pauperibus exponit, arcas suas eis aperit, & se quasi mortuum.i. simplicē & oīs malitiæ expertem ostendit, tandem vero ipsis ligatis & obligatis se claudit, & eos exhæredat & consumit, & sic eos sub specie boni decipit & seducit 2. Ioannis 1. Hic est seductor & Antichristus. ¶ De muliere vero mala quid dicam? Ista oblectando & obsequēdo se exponit & aperit vt virum demulceat, cum vero ipsum in amore suo ligauerit & incluserit, ipsum vorat, & sic seducit miserū & deuastat. Vnde ista est Iezabel, de qua Apocalip.2. dicitur. Permittis .n. (inquit) Iezabel docere, & seducere seruos meos,

meos, fornicari, & mâducare de idolotícis. De adulatoribus & proditoribus planû est, ꝙ ante oĩa illis quos volunt seducere aliqua secreta sua reuelare solent, & vt ad se eos alliciât se aperiunt, & eis dulcibus promissionibus se exponunt. cû vero ipsos capere possunt, contra eos mox insurgunt, & ad seducendum se eis aperiunt, & ostendunt. Vnde de adulatoribus dr̃ Roma. 16. ꝙ per dulces sermones, & benedictiones seducût mentes innocêtiû. ¶ De hypocritis, & hæreticis idê côstat ꝙ se simplices, & mortuos simulant, vt ad amorê suû gentes attrahant, & vt seducant, & in erroribus iuuoluât, ita ꝙ isti possunt dicere illud Neemiæ 1. Per vanitatem seducti sumus. Breuiter igit̃ notare possumus, ꝙ diuersimodè hoĩes seducûtur, videlicet. Quidam per vinum, & ebrietatê. Quidam per mulierem, & carnalitatem. Quidam per mendaciû, & vanitatem. Quidam per peccatum, & iniquitatem. Quidâ per hypocrisim, & falsitatem. Quidam per diabolum, & malignitatem. Quidam per adulatorem, & verbositatem. Quidam per hæreticos, & eorum peruersitatem. Quidâ per falsos amicos & eorum familiaritatem. Quidâ per malos prelatos & eorum exêpla & prauitatê. ¶ Dico igitur ꝙ quosdam seducit vinum & ebrietas. vnde 2. Esdræ 3. Viri quàm præualet vinum omnibus qui bibunt illud, seducit mentem regis, & orphani facit mentem vanam. Item quosdam seducit luxuria & carnalitas. Vnde Prouerb. 5. Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius? Item quasdam seducit mêdacium & vanitas. Hiere. 23: Seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis. Istud potissimè potest dici contra quæstores & reliquiarum portitores: Item quosdâ seducit peccatum seu iniquitas. ad Ro. 7. Peccatum seducit me, & occidit. Item quosdam seducit hypocrisis atque falsitas. Figurati in illis qui per signa pseudoprophetæ decepti sunt. Apoc. 19. Pseudopropheta qui fecit signa quibus seducit gentes, missus est in stagnum ignis. Item quosdam seducit diaboli malignitas: Apoc. 20. Soluetur Sathanas de carcere suô, & exibit, & seducet gentes. Item quosdâ seducit adulatorum verbositas, de quo Esa. 9. Erunt qui beatificât populû istum seducentes, & qui beatificâtur, p̃cipitati. Et ideo dr̃ ad Ephes. 5. Nolite seduci inanibus verbis: Item quosdam seducit hæreticorum peruersitas à doctrina veritatis ad doctrinâ falsitatis. Vnde taliter seductis pôt dici illud 2. ad Corin. 11. Sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpûtur sensus vestri, & excidunt à simplicitate quæ est in Christo. Item quosdam seducit amici ficta familiaritas. Vnde sedechiæ dictum est Hier. 38: Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui, demerserût in ceno & lubrico pedes tuos Item quosdam seducit malorum superiorum prauitas & exêplaritas. Vnde de manasse Rege Iuda dicitur 4. Reg. 21. Manasses Iudam & Habitatores Hierusalem seduxit vt facerêt malum. Sufficit de seducere. Vide vbi decipere, & vbi fraus, dolus & cætera.

Seges.

A Nota, ꝙ cum seges nihil aliud signet, quàm blada seu spicas adhuc existentes in campis, breuiter, ꝙ dicam discurrendo scripturam, inuenio plures, & multas segetes moraliter intellectas &c. Est igitur seges

Virtutum, & meritorum.
Salutum, & præmiorum.
Sanctorum, & perfectorum.
Paruorum, & peccatorum.
Culparum, & vitiorum.
Gazarum, & terrenorum.

¶ Seges meritorum est multum vtilis. Ista est .n. seges quam boni, & sancti côgregât in horreo cordis sui, vt exinde tempore hyemis, & mortis viuere valeant in æternum. Et de hoc Genesis 41. In manipulos redactæ segetes congregatæ sunt. Seges præmiorum est appetibilis. Ista est .n. seges quam post hiemem huius vitæ beati colligût in gloria æterna. De ista .n. dicitur in psal. Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua .s. dû viuerent. Nunc vero venientes veniût cum exultatione, portâtes manipulos suos. Et de istis dicitur Prouer. 14. Vbi plurimæ sunt segetes, ibi manifesta est fortitudo bonis. Beati .n. quâto fuerunt fortiores, tâto sunt his segetibus pleniores. ¶ Seges perfectorum est commendabilis. Perfecti .n. sunt seges Christi, quam in agro ecclesiæ seminauit, & quam in horreo cœli finaliter congregabit. Vnde de talibus segetibus potest anima dicere illud verbum Ruth. 2. Præcepit mihi Booz vt tandiu messoribus iûgerer, donec oẽs segetes meteretur. Messores enim sunt Angeli, iuxta sententiam saluatoris. Mat. 13. Quibus pro certo anima debet iungi per deuotionem, quandiu segetes, i. côgregatio perfectorum adhuc est in mundo, .s. in agro huius vitæ. ¶ Seges peccatorû vel iniquorû est detestabilis, & ista est illa seges diaboli figurata in segetibus philistinorum, quas vulpes Sansonis ligatis ad caudas facibus combusserût, sicut dr̃ Iudicû 15. Quia vulpes .i. demones qñ à Sãsone .i. à Christo post mortis terminû emittent̃, segetê reproborum in inferno comburent 2. Reg. 14. Succederunt serui Absalô segetê igni. ¶ Seges vitiorû est execrabilis. Ista .n. ê seges quæ in agro cordis reconditur, & quæ tandê à vermibus remorsus côscientię deuoratur. Hie. 5. Comedit segetes tuas &c. ¶ Seges terrenorû est impermanibilis. Ista est .n. seges diuitiarum, quam .s. diuites non debent sibi totaliter retinere, sed partem earum debent pauperibus erogare, iuxta illud Leuit. 19. Cum messueris segetem, non tondebis vsque ad solum, sed relinques aduenis, & pauperibus &c. Sufficiat de segete. Vide supra de messe, & infra de semine satis habebis.

Semen Seminare.

A Not. cum semen de se habeat rõnem principii initiatiui, successiui, termini multiplicatiui, hinc est ꝙ secûdum diuersas suas acceptiões, diuersas habet morales significationes. Et sic dico, quod semen in scriptura tam in bono quam in malo signat. Et sic dico, quòd inuenitur semen

Nobile, & virtuosum.
Vtile, & fructuosum.
Mirabile, & gloriosum.
Damnabile, & vitiosum.
Horribile, & pudorosum, vel
Fluxibile, & lubricosum.

¶ Dico, quòd semen virtuosum signat iustos de quo Ioannis 8. Semen Abrahæ sumus, & non seruiuimus vnquam. Semen fructuosum signat bona opera, de quo Oseæ 10. Seminate vobis in veritate iustitiâ, & metite in ore misericordiæ. Semê gloriosum significat Christû, de quo Gene. 26. In semine tuo benedicentur oẽs tribus terræ. Semê vitiosum signat peccatores, de quo Daniel. 13. Semê Chanaan, & non iuda. spẽs decepit te. Itê semen pudorosum, & lubricosum signat peccatû carnis, de quo Leuit. 15. Vir qui patit̃ fluxum seminis, immûdus est &c. Dicamus ergo de duobus tm̃, & dicamus ꝙ per semper intelligit̃ bonorû congregatio virtuosa. Boni .n. & sancti dicûtur semê quia Semen est illud qđ decidit̃ à parentibus. Semen est illud qđ dat originê ipsis fructibus. Semê est illud quo mûdus ditat̃ fructibus multis. Itê tribus rõnibus sancti dicuntur semê, q. a. s. a sanctis patribus, & parentibus fuerût descẽsi, & deriuati per successionê, & imitationê. Et ideo de sanctis loquens Dauid in psal. dicit semen Abraham, serui eius, filii Iacob, electi eius. Isti etiâ fructibus bonorum operû dederunt originê per sanctitatem, & perfectionem. Vnde de ecclesia dr̃ Esaię 6. Semen sanctû erit id quod steterit in ea. Itê insuper fructus æternæ gloriæ sibiipsis multiplicant per æternæ vitæ adeptionem, de quo Eccles. 44. Cum semine ipsorum perseuerant bona. Isti sunt semen, qđ dñs in agro ecclesiæ seminauit, qđ doctrinis, & gratiis irrigauit, & qđ tandê fructibus bonorum operum pullulauit. Lucæ 8. Semen cecidit in terrâ bonam, & ortum fecit fructum centuplû. O Deus quot boni fructus prouenerunt de bonis seminibus .i. de bonis personis quas dominus antiquitus in agro ecclesiæ seminauit. Sed pro certo mundus, & ecclesia vr̃ esse sicut quædâ terra sterilis, sicut est Noruegia. Nam sicut aliquæ sunt terræ steriles in quibus bona semina iactata degenerant in mala, ita ꝙ si bonum frumentum iacitur, successu temporis siligo efficitur, sic vere charissimi vr̃ esse in ecclesia. Deus .n. seminauit in principio bonum semê, bonum triticû, bonum populum, sed pro certo successu têporis semper fuit deterioratû, quia facta sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Lucæ 11. Ita ꝙ hodie videtur frumentum in siliginem, & aurum in rubiginem commutatum. O quàm obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Thre. 1. Et ideo dominus conqueritur de ecclesia Hiere. 2. dicens. Quomodo conuersa es mihi in amaritudinê vitis aliena? Ego plantaui te uineam electam, & omne semen verum. quasi dicat. modo nô sic. Nos etiam admiratiuè possumus dicere illud Matt. 13. Dñe nonne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? Et ipse potest respondere illud quod sequitur. Inimicus homo hoc fecit scilicet diabolus. Figura habetur in Athalia 4. Reg. 11. vbi dr̃ ꝙ ipsa occidit omne semen regium in Hierusalem. Quia breuiter isti modo non videtur de tâ bonis seminibus p̃cessisse 1. Esdræ

Esd.2. Nõ potuerunt iudicare semen suũ in israel, vtrum ex israel esset. Non sic charissimi, sed simus semper semen bonũ & sanctum, vt simus imitatores bonorum prædecessorum, & detestatores malorum successorum, iuxta illud Neem.9. Separatũ est semen filiorũ israel ab oĩ alienigena. Vbi aduerte ꝙ sicut agricola sapiens semẽ quod seminandũ est, solet purgare, inter alia blada eligere, & a cũctis bladis aliis separare, sic vere illi qui bonũ semen volunt esse in ecclesia, sunt corrigẽdi per disciplinę purgationẽ. Separatum inquit, supple ab immunditiis. Sunt eligendi per examinis discussionem; q.a.s. ipsi debent esse semen filiorum israel. Sunt seiungendi per iniquorum vitationem, quia.s. separandi sunt ab oĩ alienigena. ¶ Dico, quòd isti sunt corrigendi. Separatum inquit. quia.s. sicut semen peruentum, & flagellum separatur à paleis, sic hõ per flatum bonæ doctrinę, & asperę disciplinæ separatur à vitiis. Hier.15. Si separaueris præciosum à vili, quasi os meum eris. ¶ Deinde dico, ꝙ isti sunt eligẽdi, quia sicut agricola de melioribus granis eligit ad seminandum, sic vere illi qui in ecclesia seminantur, electi inter alios esse tenẽtur, iuxta illud Hier.2. Ego plantaui te vineam electam, & omne semen verum. Deut.4. Dilexit dominus patres tuos, & elegit semen eorũ post eos. Et hoc ostenditur cum dr̃. Semen filiorum israel, quod.s. fuit semen electũ a domino super oẽs alias nationes. Vt de tali israelitico semine dicatur illud Hier.31. Adhuc seminabo domum israel, & domũ Iuda semine hoĩum.i. semine personarum rõnabilium, & nobiliũ. Quòd est hodie contra prælatos, qui non seminat domum ecclesiæ semine israel, per quos intelligo bonos, & discretos, & videntes Deum, sed potius ibidem seminant semen suum, scilicet ignorantes nepotulos, & parẽtes, de quibus dr̃ Eccle.47. Dereliquit post se de semine suo gentis stultitiam. Et pro certo tale semen post suos promotores, & carnales introductores non perseuerat, quia sicut per prædecessorum affectum introducũtur, sic sæpè fit ꝙ per successorum odium deponuntur. de quo Sap.3. Ab iniquo throno semen exterminabitur. Quod etiã est contra principes, & tyrannos, qui pro certo non seminauit in patria bonos, & iustos officiales, & balliuos, sed crudeles impios, & iniquos. & de hoc Esa.14. De radice.n. colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem. Colubri .n. id est mali principes, pducunt malos balliuos, qui pro certo sunt quoddam semen pessimum, per quod volucres absorbentur, i. per quos boni qui sunt in patria, rapinis & exactionibus deuorantur. ¶ Deniq; dico ꝙ isti sunt seiungendi. Ab oĩ inquit alienigena. Quia sicut agricola semen suum electũ ad partem ponit, nec ipsum bladis immiscet, sic & isti qui semen sanctum volunt esse, debent esse ad partem positi.s. per vitæ excellentiam, necnon per societatis fugam ab oĩ alienigena, i. ab oĩ mala persona separati, & disiuncti. Quod tñ est cõtra multos in agro ecclesiæ seminatos, qui pro certo à malis personis non seiunguntur, sed eis potius adiungũtur. Scriptura.n. præcepit Leuitici 19. Non seres agrum diuerso semine. Sed pro certo ager ecclesiæ multum diuerso semine seminatur, quia.s. non tantum vnum semen hominum, sed multiplex, & diuersum, s. paruulorum, & mulierum ibi seritur, ita ꝙ hodie verificatur illud 2. Esdræ 8. Commixtum est semen sanctum alienigenis gentibus. Et quid? pro certo dico, ꝙ qa seminatores sunt immundi, necesse est ꝙ semina sint immunda. Quis.n. põt facere mundum de immundo conceptum semine? Iob 14. Et ideo talibus potest dici hodie illud Esaię 57. Accedite huc filii auguratricis, semẽ adulteræ, & fornicarię. Attamen non sic, sed simus semen sanctum, à malis distinctũ, semen electum, semen purgatum atque correptum vt de nobis dicatur illud Esaiæ 61. Isti sunt semen cui benedixit dominus. Et sic nos erimus semen

Humile ad seruiendum.
Vtile ad possidendum.
Stabile ad resistendum.
Flebile ad pœnitendum.
Fertile ad producendum.

Sint igitur boni humiles ad seruiẽdum. psal. Et semen meũ seruiet ipsi. Itẽ sint vtiles ad possidendum. psal. Semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea, s. in terra paradisi. Item sint stabiles ad resistendum. psal. Potens in terra erit semen eius generatio, rectorum benedicetur. Itẽ sint flebiles ad pęnitendum, quia sicut dicitur in psalm. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metẽt. Item sint fertiles ad bona opera producendũ. Iob 5. Multiplex erit semen tuum. Sic igitur patet quomodo per semen intelligitur sanctorum congregatio virtuosa. ¶ Adhuc dico per semen intelligitur B
virtutũ acquisitio fructuosa. Virtutes.n. & bona opera sunt semina quæ in autumno huius viæ seruntur. Paradisus vero & æterna præmia sunt fructus qui in æstate futuri seculi colliguntur. Bona etiam documenta dicuntur semina, iuxta verbum Christi, dicentis Matt.13. Semen est verbum Dei. Istud .n. in corde auditorum seminatur, vt fructus bonorum operum reportetur. Matt.13. Exiit qui seminat seminare semen suum &c. Sic ergo videmus, ꝙ s̃m quantitatem seminum expectatur quantitas fructuum, quia s̃m Apostolum 2. ad Corin.9. Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet. Et sic s̃m quãtitatem virtutum, & meritorum, possumus sperare copia præmiorum, & gaudiorũ. Et ideo multis talibus seminibus debemus conscientiã seminare, vt possimus glorię copiã reportare, vt & simus de illis de quibus dicit psa. Seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerũt fructum natiuitatis. Vbi aduerte, ꝙ semen materiale primo in agro dispergit, secundo in terra affigitur, tertio pluuiis aspergit, quarto in fructus conuertitur. Et sic dico ꝙ per istam quadruplicem seminis cõditionem possunt quatuor semina spiritualiter intelligi, quæ debent à fidelibus seminari, videlicet Semen substantiæ tẽporalis. Semen constantiæ virtualis. Semen scientiæ spiritalis. Semen clementię cordialis. Semẽ substãtiæ est dispergendum. Seminauerunt inquit agros. Semen cõstantiæ i. boni propositi est infigendum. Plantauerũt inquit. Semen scientiæ est effundendum. Vineas inquit. Semen clementiæ est influendum. Fecerunt inquit fructũ. ¶ Dico igitur primo, ꝙ est dispergendum semen substantiæ temporalis, qđ ostenditur, cum dr̃ Seminauerũt agros. Quia.s. ad diuites pertinet semẽ bonorum, & opum temporalium spargere, & exinde agros pauperum irrigare, & impinguare. Teste.n. Greg. Secundus est ager pauperum, & cito reddit seminantibus fructum. Et ideo in tali agro est seminandum, vbi est cęleste præmiũ colligendum. Gen.26. Seminauit Isaac in terra illa, & inuenit in illo anno centuplum. Istud est contra crudeles, qui agros, i. pauperes per elemosynas nõ seminant, sed ipsos per rapinas depopulantur, & exterminant. Quod bene figuratur in parabola seminantis, vbi dicitur, ꝙ volucres cæli comederunt semen quod ceciderat secus viam. Via.n. quæ continuè conculcatur, pauperes tribulatos designat. Quia p certo volucres cœli, i. mundi raptores, & superbi non cessant semen huius viæ. i. substãtias pauperum deuorare. Igitur eis põt dici illud quod dicitur Leuit.26. Frustra seretis sementem, quia ab hostibus deuorabitur. Non sic charissimi, quia sicut ostensum est, dispergendum est semen substantiæ temporalis. Seminauerunt inquit agros. ¶ Secundò dico, ꝙ infigendum est semẽ propositi pectoralis, & hoc ostenditur cum dicitur. Plantauerunt. Bonum enim propositum est quasi quoddam semẽ, à quo scilicet ampla seges pullulat operum, & virtutũ. Istud ergo semen plantandum est, & per perseuerantiam in corde firmiter radicandum. Semen enim nisi mittat radicem, fructum non facit. & sic bonum propositum nisi habeat perseuerantiam, statim perit. Plãtauerunt inquit quod.s. designat radicum firmitatem, iuxta illud Hieremiæ 12. Plantasti eos, & miserunt radicem. Vnde de firmitate talis seminis põt dici illud Iob 21. Semen eorum permanet coram eis. Et illud Genesi.22. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. Stellæ enim à stando dicuntur. Quod tamen est contra multos qui bono proposito non sunt stabiles, sed potius variabiles, & defectibiles. Figurati in semine quod cecidit supra petrã, quod natum aruit, quia radicem figere nõ potuit. Quare vere multi sunt ita duri, & petrei, quod licet semen boni operis, semen boni propositi, & gratiæ diuinæ recipiant, quia tamen in ipsis non figitur, in bono minime perseuerant. psal. Semen impiorum peribit. Non sic ergo, sed dico ꝙ infigendũ est semen propositi pectoralis. Plantauerũt inquit. ¶ Tertiò dico quòd effundendum est semen scientiæ spiritalis. Semen enim verbum Dei est, quod prædicator docendo seminat, & paterfamilias Deus fructum bonorum operum reportat. Vnde Apostolus dicit 1. ad Corinth.9. Si nos spiritalia seminauimus vobis, non magnum est si vestra carnalia metamus. Et hoc semen intelligitur cum dicitur Vineas. Quia scilicet

scilicet vinea quæ emittit vinum quod inebriat & lætificat, signat illū qui semē doctrinæ docet & prædicat. Hier. 2. Ego plantaui te vineam electam, & omne semē verum. Sed quid pro certo multis prædicatoribus potest dici illud quod dicitur Micheæ. 6. Tu seminabis, & non metes. Et Aggei. 1. Seminastis multum, & intulistis parum. Quia scilicet multi sunt q semen doctrinæ bene recipiunt. sed fructum operum non faciunt, immo quandoq; peiores quam ante fiunt, & tunc impletur illud Hiere. 12. Seminauerunt triticum, & messuerūt spinas. Ideo ergo dico ꝙ effundendum est semen scientiæ spiritalis. Vineas inquit. ¶ Quarto dico ꝙ influendū est semen clementiæ supernalis. Fecerunt inquit fructum. Semen enim ꝙ producit fructus ad homines nutriendū, est pietas quæ fructus bonorū producit & quæ indigētes adiuuat atq; nutrit. Math. 13. Semen cecidit in terram bonam, & ortū fecit fructum. Et sicut semē modicum est respectu fructus, sic bonum opus valde est modicum respectu præmij. Et breuiter omnia bona opera sunt qdā semina fruct⁹ gloriæ æternæ productiua, cum tamē lachrymarum profluuio fuerint irrigata, quia sicut dicitur in psal. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Veruntamē ille qui seminat, cauet à nimio vēto. sic & ille qui facit bonū opus, debet cauere à vanæ gloriæ figmento, quia alias de ipso dicet illud Oseæ 8. Seminabunt ventum, & turbinem metent. Quia videlicet quādo cupido vanæ gloriæ & vanæ laudis fit in semine, messis præmij erit turbine. Non sic, seminemus semina nostra sine tali vento, & sic reprortabim⁹ fructū bonum, iuxta illud Gen. 47. Accipite semina, & serite. Quia sicut dicitur ad Galat. 6. Quod seminauerit hō, hoc & metet. Sic ergo patet quomodo quattuor semina sunt habēda, & a fidelibus diuersimodè seminanda. Hoc ergo de semine sufficit.

A **Semita**. Cū semita nihil aliud sit quàm parua & breuis via & sępissmè vnum pro alio assumatur possumus dicere ꝙ per semitā potest intelligi vita nostra & transitus huius mūdi, in quo diuersimodè ambulam⁹. Breuiter ergo dico ꝙ inuenitur triplex semita, s. Quædam breuis & transitiua. Quædā suauis & directiua. Quædam grauis & deceptiua. Semitā breuem currūt omnes mortales. Semitā suauem currunt omnes morales. Semitā graue currunt omnes carnales. Semita ergo signat vitā mortaliū, de qua Iob 16. Semitam per quam nō reuertar, ambulo. Semita etiam signat statum moralium, hoc est dictū, vitam iustorū & perfectorū, de quo Prouerb. 4. Iustorū semita quasi lux splēdens. Significat in super vitam carnaliū, hoc est dictu, vitam & cōditionem malorum. & de hoc Iob 22. Nunquid semitā seculorum custodire cupis, quam calcauerūt viri iniqui? Semita ergo Prima est naturalis, quę morte clauditur. Secūda est semita virtualis, qua iust⁹ gradit. Tertia est semita criminalis, quæ a malo terit. ¶ De prima nihil ad pręsens. de secūda vero & tertia est aliquid dicendum. Dicamus ergo quòd est quædam semita virtuosa & quædam semita vitiosa. semita virtuosa est vita perfectorum. Ista est enim semita per quā Christus ambulauit & perambulandum docuit & mandauit. Esaiæ 2. Venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabim⁹ in semitis eius. Semita enim est arcta via per quam transeūt homines, non quadrigæ, quam vt communiter non omnes sciunt, & quæ breuius ducit ad terminum, quàm via publica, & per quam insup pauci vadunt. Sic & nunc via perfectionis est sicut quædam parua semita iuxta viā publicā huius mūdi posita, quàm procul dubio pauci intrāt, quia sicut dicitur Matth. 7. Arcta est via quæ ducit ad vitam æternam & pauci ingrediūtur per eam. Soli enim homines. i. soli pfecti viri & personæ rōne vtētes, semitā perfectionis ambulāt, quia scilicet quasi omnes vadunt per stratā publicam status mundani, pauci enim videntur scire istā, scilicet pfectionis semitā, & ideo necessarius est ibi ductor, scilicet Christus, qui nos doceat ambulare & cōducat. Quod bene petebat Dauid, dicens. Deduc me domine in semita mādatorū tuorum, quia ipsam volui. quia sicut dicitur Iob 28. Semitam ignorauit auis, nec intuit⁹ est eā ocul⁹ vulturis. Aues. n. altè volantes, id est superbi & pręsūptuosi, vultui es pōderosi & tardi, idest carnales luxuriosi, istam viam ignorant, nec ipsā libēter intrant. Ista eni est via secretior, & per cōsequens securior, & ad transeundum terminū paradisi est breuior. citius. n. & facilius saluatur ibi homo, quàm in via publica. i. quàm in statu seculariū personarū. Sicut igitur cerui & alia aīalia siluestria non libenter vadūt per vias publicas, timentes venatores, & canes & homines transeūtes, sed poti⁹ vadunt per semitas solitarias & secretas, & a paucis transeūtibus frequentatas, sic & nos debemus semitam pfectionis intrare, & nos a via publica. i. a comuni tumultu seculi elōgare, vt si a canibus inferni possimus nos tuti⁹ seruare. quia sicut dicitur Prouerb. 12. In semita iustitiæ vita. Prouerbi. 3. dicitur ꝙ viæ eius (scilicet sapientiæ) viæ pulchræ, & semitæ eius pacificę oēs. Et sic cuilibet poterit dici illud psal. In mari via tua, & semitæ tuæ ī aqs multis. Vbi aduerte ꝙ sicut semita habet tres cōditiones, quia. s. ipsa est strictior, rectior & mūdior, sic semita status & pfectionis habet & continet Pœnitentiæ amaritudinem. In mari.
Iustitiæ rectitudinem. Semitæ tuæ.
Continentiæ seu munditiæ pulchritudinem. In aqs multis. D
¶ Primò igitur dico ꝙ in ista semita dēt esse pniæ amaritudo, cū dr̄. In mari. Mare. n. salsum & amarum, vndosum, difficile ad potandum, vtile tamen ad medicandum, pœnitentiam designat, quæ difficilis est & aspera, & tn̄ vtilis atq; sana. Semita. n. (vt dictum est) stricta est, & ēt difficilis aliquotiens & aspera. transit. n. per loca altiora, quæ sunt ad ascendendum cōiter grauiora. Sic vere pœnitentia grauis est & difficilis ad eundum in cœlum, est tn̄ breuis & penetrabilis. In mari inquit. Esa. 43. Dn̄s dedit in mari viam, & in aqs torrentib. semitam. De ista tn̄ semita nō curant deliciosi. Vnde de carnali muliere dr̄ Proue. 5. Per semitam vitę nōiambulat, vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. Ista semita potissimè designat statū religionis, vbi. s. pnīa valde viget, vel vigere vr̄. Sunt. n. aliqui sicut aīalia quædam indomabilia, q nunquam volunt incedere per rectitudinē semitarum, sed potius vndique sine via & sine semita diuagari, sicut de onagris & bubalis dr̄ quæ sunt aīalia quæ sine iugo disciplinæ p seculum diuagantur. Figurati in asina Balaam, quæ quia vidit angelum cum gladio in via, declinauit à semita, & attriuit pedem sedētis, qui dum verberaret eā, & vellet ad semitam reducere, incepit asina murmurare. sicut dr̄ Numer. 22. quia verè charissimi, asina. i. vir carnalis dum in via pniæ & religionis videt stare Angelū cum gladio. i. prælatum cum puniendi & corrigendi officio, timet illuc accedere, & quādoq; nititur à tali semita retrocedere, sicut potissimè patet in apostatis, quos si quis ad semitam vitæ & pęnitentiæ verbo vel opere reducere voluerit, statim cōtra eum reclamabunt. Et isti deberent aduertere ꝙ Sanson declinans per semitam, inuenit in ore leonis mortui fauum mellis, sicut dicitur Iudicum 14. Quia videlicet illi qui declinant se ad semitam pœnitentiæ, inueniunt ibi fauum mellis diuinæ sapientiæ & gratię. In mari inquit. Sap. 5. Semita carinæ in fluctib. Sic igitur in ista semita est pnię arctitudo, quod ostenditur in verbo semitę. ¶ Quia. s. de natura semitę est ꝙ sit breuis & recta, & quanto breuior, tanto rectior, iuxta illud Lucæ 3. D
Dirigite vias domini, rectas facite semitas Dei nostri. Quia pro certo illi qui in semitā perfectionis ambulāt, rectitudinem iustitiæ & breuitatem expeditionis seruant, quia. s. ipsi sunt breues, alios celeriter expediendo, & recti, nunquam à iustitia deuiando. Esa. 26. Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulādum. vide supra de rectitudine. Quod tn̄ est contra multos, quorum semita non est recta per iustitiam, sed tortuosa per fallaciā. non est breuis per celeritatem, sed prolixa per tepiditatem, sicut ad litterā videmus de modernis multis iudicibus & prælatis, de quib. pōt dici illud. Esai. 59. Semitæ eorum incuruatæ sunt. Semita talium est sicut semita fluminum & aquarum, quæ sp est tortuosa & lōga. Sic & conditio istorum tortuosa est per falsitatem, & longa per plixitatē. Vnde de ipsis intelligit illud Gen. 49. Fiat dan coluber in via, cerastes in semitis. Coluber enim qui semp tortuosè incedit, & dicitur á collabendo, & cerastes qui est serpens cornutus, iuxta semitas insidians bestijs transeuntibus signat tales, qui scilicet sunt tortuosi per falsam intentionē, sunt collabentes per blandam adulationem, sunt cornuti p superbam elationem, sunt etiam insidiantes transeuntibus, per astutam deceptionem. Quia procul dubio aliud non videntur facere hodie tales iudices & prælati & balliui, nisi insidiari transeuntib. vt ipsos mordeant rapinæ dentibus. Ser-

pens.n.quanquam sit in recta semita,nunquam tamen propter hoc rectè incedit,nec etiam venenum dimittit.Sic vere isti qui sint positi in semita recta iustitiæ,hoc est, in officio & in statu iudicaturæ vel prælaturæ,vbi.s.iustitia est facienda,nunquã tamen sunt iusti,sed venenosi,fallaces & infecti. Sunt.n.in semita iustitiæ,sed pro certo ipsam non sequũtur, nec p eã gradiuntur,sed magis in ipsa alijs insidiantur.Vnde ipsi dicere videntur illud Esa.30.Auferte à me viam, declinatá me semitã,cesset à facie nr̃a sanctus Israel. Non sic charissimi nõ,sed sit in ista semita iustitiæ rectitudo,vt sic quilibet dicat illud Prouerb.8.In vijs iustitiæ ambulabo, in medio semitarum iudicij.Vt & eis dominus dicat illud Proue. 4.Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris,non arctabuntur gressus tui.¶Tertiò dico q in semita pfectionis debet esse munditiæ seu continentiæ sanctitudo, quod ostenditur cum dr̃.In aquis multis. Aquæ autem quæ maculas tollunt,munditiam & puritatem designãt. Quia.s. sicut semita de sui natura debet esse munda , sic vita bonorum debet esse munda & pura.Vnde Esa.43. dr̃ q dedit de' in aquis torrentibus semitam. Et hoc est contra illos qui in semita perfectionis & religionis munditiam non obseruat. Quia pro certo ibi debet esse munditia & interius in corde, & exterius in carne,&.s.vlterius in sermone.Prouer. 3.Viæ eius viæ pulchræ,& omnes semitæ eius pacificæ. Istæ sunt igitur semitæ iustorum & perfectorum, scilicet

E

Munditia corporalis.
Iustitia virtualis.
Pœnitentia temporalis.

De quibus admiratiuè loquẽs scriptura dicit. Iob 37.c.Nunquid nosti semitas nubium magnas & perfectas? Sancti enim & iusti dicuntur nubes,sicut superius est ostensum.Istæ enim sunt semitæ quas Dauid sibi doceri petebat, dicens in psal.Semitas tuas doce me. Istæ sunt semitæ in quibus deduci poscebat,dicens in psal.Deduc me domine in semita mandatorum tuorum.Istæ sunt semper semitæ in quibus illuminatum se dicebat.ibidem,Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen semitis meis. Et sic igitur patet q sunt semitæ virtuosæ.¶Adhuc dico q sunt quædam semitæ vitiosæ.Et istæ sunt semitæ impiorum.Peccata.n.sunt semitę per quas gradiũtur iniqui.Et sic nota q in scriptura inuenitur

F

Semita montuosa.
Semita tortuosa.
Semita tenebrosa.
Semita lubricosa.
Semita periculosa.

Montuosa dico est semita superborum. Isti enim semper appetunt alta. Vnde Iudith.15. ca.dr̃ de illis qui erant de exercitu Holofernis,quòd ipsi fugiebant per vias camporum,& semitas collium.Tortuosa est semita auarorum. Isti enim in actibus suis nunquam rectè incedunt. Esai.59. Semitæ eorum incuruatæ sunt.Et semper intendunt ad iniustitiam & rapinam. Prouerbiorum 1.Semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt.Tenebrosa est semita inuidorum.Isti.n.nunquam volunt videre bonum alicuius. Vnde Iob 6.Inuolutę sunt semitæ gressus eius.Lubricosa est semita immundorum.Vnde sicut semita per quam limax gradit, est infecta,ita q apparet ibi vestigium gradientis, sic vita illorum ita est immunda,vt eorum vestigia appareant lubricosa.Iob 41.Post eũ lucebit semita.Periculosa est semita deceptorũ.vnde Iob 18.Decipula eius super semitã. Et sic igit patet q est semita virtuosa & vitiosa.& hoc sufficit.Vide infra de via,& supra de Ambulare,& de Ire,& de Gradiri.

A **Semel.** Nota q istud aduerbium semel in scriptura inuenitur vel sumitur in bono & in malo. Vnde breuiter dico q in scriptura inuenitur semel

Authoritatis.
Necessitatis.
Mortalitatis.
Seueritatis.
Fœlicitatis.
Pœnalitatis.
Confessionis.
Damnationis.

Semel authoritatis pertinet ad quemlibet superiorem. Magni enim homines quod semel præcipiunt, debet fieri.Ad ipsos enim pertinet semel aliquid ordinare,& non nunc vnum, nunc aliud variare, sicut de Deo dicitur Ioa.33.Semel loquitur Deus,& secundò idipsum non repetit.Semel necessitatis est illud quod si quis semel voluerit, necessario obligatus erit.de quo Deuterono. 23. Quod semel egressum est de labijs tuis,obseruabis.Semel mortalitatis est illud quo homines tenentur semel necessario mortem pati.De quo Heb.9.Statutum est hominibus semel mori.Semel securitatis est illud quo De' semel in iudicio sñiam pfert,quã nullus subterfugiet aut puertet.Et de hoc in ps. Semel locutus est Deus.duo hæc audiui, quia ptãs Dei est, & tibi domine misericordia,quia tu reddes vnicuique secundum opera sua.Semel fœlicitatis est illud quo semel beati gloriam adipiscuntur,quam nunq amplius perdere dinoscuntur.Vnde de Christo dr̃ ad Heb.9.q per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta,æterna redemptione inuenta.Semel pœnalitatis est illud quo Christus oblatus est semel pro hominibus Deo patri.de quo.1.Pet.3.Christus semel pro peccatis mortu' est iustus p iniustis &c. Semel cõfessionis est illud quo quilibet ad minus semel in anno teneat cõfiteri.de quo põt dici illud 2.Reg.14.Semel in anno tondebant capilli Absalon . Semel dãnationis est illud quo mali semel dãnati,pptuo remanẽt in iferno. de quo põt dici illud 1.Reg.26.Percutiam eum semel lancea in terra, & scd̃ò opus nõ erit.Sufficiat ergo de semel, quia exẽpla non allegaui,quãuis multa sint,quia transiui gratia breuitatis.

Semper. Nota q semper est vnum aduerbium qd significat continuitatem,frequẽtationem, & æternitatem tam in bono quàm in malo. Et ideo breuiter discurrendo,possumus notare q istud semper potest ptinere ad quattuor genera personarum,videlicet A

Ad perfectos inferius residentes.
Ad beatos superius præsidentes.
Ad infectos exterius delinquentes.
Ad damnatos subterius gemiscentes.

Et dico quod semper potest signare,Perseuerantiam in gratia respectu perfectorum,perseuerantiã in gloria respectu beatorum,Perseuerantiam in culpa respectu peccatorum, Perseuerantiam in pœna respectu damnatorum.¶Igitur dicamus primo de semper quod pertinet ad perseuerantiam perfectorum,quia scilicet perfecti viri semper in bono perseuerant,quia sua bona opera nunquam per peccatum mortale discontinuant seu cessant.Sicut.n.creaturæ semper cõtinuant actus suos,sicut videmus de igne continuè calefaciente,de cœlo continuè currente & influente, de sole semper illuminante, & sic de alijs , sic iusti semper continuant bona opera vel habitu vel in actu.semper.n.mouentur obediendo,semper calescunt charitatiuè diligendo, semper luminant bona documenta & exempla alijs ostendẽdo,vt sic quilibet dicat illud Ioannis.8.ca.Quæ placita sunt illi,facio semper.Et sic possumus notare quòd iusti debent

Semper sperare.
Semper orare.
Semper laudare.
Semper videre.
Semper gaudere.
Semper ardere.
Semper lucere.
Semper docere.

Quòd debeat semper sperare in dño,exemplo.s. paruuli,qui innitit̃ nutrici suæ, ne forte cadat in lutum, patet per prophetã dicentẽ.Ozeę 12. Spera in Deo tuo semp. Quòd etiam ipsi debeãt sp orare , patet per apostolum dicentem 1.ad Thess.5.Semper gaudete , sine intermissione orate. Et Luc.18.Oportet semper orare. Quòd insuper semper debeant laudare,exemplo.s.A laudę & Philomenę, quæ semper sine intermissione cãtant,patet Ephes.5.vbi dr̃. Gratias agentes semper pro omnibus . Item q isti debeant semper per contemplationem videre , exemplo.s.leonis, q semper dormit oculos habens apertos, patet exẽplo angelorum,de quibus dr̃ Matt.18.q angeli semper vident faciẽ patris qui in cœlis est.Item q etiam isti debeant per spiritussancti consolationem semper gaudere,patet ad Phili.4. vbi dr̃.Gaudete in domino semper , iterum dico gaudete. Quòd etiam ipsi sp debeant per dilectionem ardere, exemplo.s.lapidis asbesti,qui semel accẽsus,sp ardet patet Leui. 6.vbi præcipitur.Ignis in altari meo sp ardebit. Quòd nihilominus isti semper debeant per discretionem lucere,exemplo.s.solis,qui lumẽ suum sp seruat,patet Exod.27 vbi dicitur.Ardeat lucerna semper in tabernaculo. Quòd etiam ipsi adhuc debeant semper per prædicationem docere, patet in exemplo Christi,Ioannis 18.dicentis.Ego semper docui in synagoga.Istud est ergo semper.i.perseuerantia inquantum pertinet ad perfectos.¶Scd̃ò.dico q sp pertinet ad perseuerantiã refectorum.i.beatorum.Isti.n.omnia quæ habẽt,habent semper,& omnia quæ faciunt,semp faciunt.Isti.n.sunt

Sicut stellæ semper lucentes.
Sicut palmę semper virentes.
Sicut angeli semper viuentes.
Sicut pisces semper in aqua voluptatis æternæ residentes.
Sicut sponsi semper gaudentes.
Sicut reges semper regnantes.
Sicut hæredes hæreditatem gloriæ semper diuidentes.

B ¶Et ideo breuiter nota de istis ꝙ ipsi
Semper sunt in lauta societate.
Semper sunt in grata societate.
Semper sunt in quieta tranquilitate.
Semper sunt in læta iocunditate.
Semper sunt in tuta securitate.
Semper sunt in noua fœlicitate.
Semper sunt in magna fertilitate.

Dico, ꝙ beati semper sunt i lauta societate, quia.s.cuilibet ipsorũ dñs vr̃ dicere illud quod dixit Dauid Miphiboset 2. Regũ. 9. Tu comedes panem in mensa mea semper. Item dico, ꝙ semper sunt in grata societate. Habent.n. Deum pro socio. Ipse.n.dicit cęlesti. Hierusalẽ. Ezech.43. Habitabo in medio tui semper. Et 1. Reg.10. Beati serui tui qui stant corã te semper. Item dico, ꝙ semper sunt in quieta tranquilitate. nullum.n. inueniunt perturbantem. Vnde Esa. 58. Requiem dabit tibi dominus Deus tuus semper. Itẽ dico, ꝙ isti sunt semper in læta iocunditate. Vnde 1.ad Thessa.5. Semper gaudete sine intermissione. Item dico, ꝙ isti semper sunt in tuta securitate. Vnde 1.ad Thess. 4. Rapiemur simul obuiam Christo in aera, & sic cum domino semper. Itẽ dico, ꝙ isti semper sunt in noua fœlicitate. Iob 29.c. Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus semper in manu mea instaurabitur. Itẽ dico, ꝙ isti sunt semper in magna fertilitate. Vnde cuilibet tali dicitur à Deo patre. Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Lucæ 15. Vbi ostenditur, quòd isti sunt
Nobiliter vocati. Fili inquit.
Tenaciter obligati. Tu semper mecum es.
Vtiliter ditati, quia omnia mea tua sunt.

Et sic dico, ꝙ dictio semper, pertinet ad perseuerantiã perfe-
C ctorum. ¶Tertiò dico, ꝙ semper pertinent ad perseuerantiã malignorum. Mali enim semper sunt perseuerantes in vitiis, & semper addunt peccata peccatis. Et ideo notandum est, ꝙ semper mali multis modis dicuntur mali, videlicet quia
Semper sunt superbi & ambitiosi.
Semper sunt discordes & litigiosi.
Semper sunt peruersi & inuidiosi.
Semper sunt rapaces & penuriosi.

Dico ergo ꝙ isti sunt semper præsumptuosi. Psal. Superbia eorũ qui te oderunt, ascẽdit semper. Item semper sunt litigiosi, quia sicut dicitur Proue.13. Inter superbos semper sunt iurgia. Itẽ semper sunt inuidiosi & odiosi. Gene.27. Odorat semper Esau Iacob. Itẽ semper sunt penuriosi, quia sicut dicitur Prouer.11. Alij diuidunt propria, ditiores sunt, alijs rapiunt nõ sua, & semper in egestate sũt. Istud igitur est semper quod pertinet ad perseuerantiam malignorũ. ¶ Sed quartò dico ꝙ est vnũ semper quod pertinet ad perseuerantiam damnatorum. Et istud est illud quo damnati semper & perpetuo sunt in pœna &c. Allega, quia inuenio ad pręsens, vel dic sicut immediate. sufficiat ergo de semper.

A **Sempiternus.** Not. sempiternus idem est ꝙ semper æternus. Et potest sempiternus accipi, moraliter pro perseuerantia sempiterna, & diurna, siue bona siue mala. quia.s. ille ẽ moraliter sempiternus, qui in bono vel in malo proposito est durabilis & æternus. Et ideo tam moraliter quàm literaliter accipiendo, possum breuiter dicere, ꝙ in scriptura inuenitur sempiternitas.
Virtuosa.
Vitiosa.
Gaudiosa.
Tœdiosa.

Prima est hoĩum perfectorum, q.i.boni dicũtur sempiterni pro eo ꝙ perseuerando in bono sunt stabiles, & diuturni. Vñ Hiere.1. Apponentur ad dñm fędere sempiterno. Secũda est hoĩum peccatorũ. quia.s. mali qñq; sunt in sua mala voluntate taliter obstinati, ꝙ in sempernũ videntur ibi esse immutabiliter confirmati. Vnde quilibet talis debet dicere illud Thren.3. In tenebris collocauit me sicut mortuos sempiternos. Tertia ẽ sempiternitas, hoĩum beatorum, quia scilicet isti sunt superius in gloria sempiterna, vbi sine defectu cuncta sunt eis perpetua, & æterna. Quia procul dubio isti habent sempiternam
Lucem.
Ducem.
Nomen.
Omen.
Lætitiam.
Amicitiam.

Dico sempiternam lucem. Esa.60. Erit tibi dñs in lucẽ sempiternam. Dico etiam sempiternum ducẽ. Hier.10. Ipse Deus tuus, & rex sempiternus. Itẽ nomẽ sempiternũ. Esa.56. Nomẽ sempiternũ dabo eis. Dico sempiternum omen. Esa.51. Salus mea in sempiternum erit, Itẽ sempiternã læticiam, quia sicut dicitur Esa. 35. Lętitia sempiterna super capita eorum. gaudium & exultationem obtinebunt. Item sempiternam amicitiam. Esa.55. Feriam vobiscum pactum sempiternũ quod nulla obliuione delebitur. Ista est igitur sempiternitas beatorũ. ¶Quarta est sempiternitas reproborũ, qui sempiternè cruciantur. Vnde in psal. dr̃ ꝙ Deus pcussit inimicos suos in posteriora, opprobriũ sempiternũ dedit illis &c. Vide vbi ꝑpetuus, & æternus.

Senex. Senectus. Nota breuiter, ꝙ in scriptura inuenio triplicẽ senectutem videlicet
Senectutem moralem, quæ est perfectionis,
Senectutem lętalem, quæ est infectionis.
Senectutem carnalem, quæ est defectionis.

¶Prima senectus est virtualis. ¶ Secũda senectus est criminalis. ¶Tertia senectus est naturalis. ¶ Dico primo ꝙ est senectus perfectionis. Moraliter.n. loquendo, senectus significat vitam, perfectam, virtuosam, & honestam, quia sicut dicitur Sap.4. Senectus venerabilis est vita immaculata. Palma.n. dũ est iuuenis, nõ fructificat, sed tunc incipit fructum facere, qñ incipit senescere. Sic vere homo dũ est ignarus, & iuuenis, per bona opera non bene fructificat. Quando vero est senex .i. prudens, maturus, & honestus, & in moribus bene cõpositus, & formatus, tunc procul dubio fructus bonos facit, & producit, & in bonis operibus fertiliter senescit. Vnde. Psal. Multiplicabuntur in senecta vberi, & bene patientes erũt vt annũcient. & Ecclesiastici 46. vsq; ad senectutẽ permansit in eo virtus. Et ideo quilibet vir perfectus, & iustus, & in statu, & gradu honoris semel, vtpotè in statu prælationis cõstitutus, põt dicere de ipso illud psal. Iunior fui, etenim senui. In quibus verbis ostenduntur tria quę quilibet senex, i. quilibet vir virtuosus, debet hãbere, secundum tres conditiones naturales senectutis. Senes enim naturaliter sunt
Sensu clariores.
Statu curuiores.
Motu grauiores.

¶Sic vir iustus spiritualiter. Sensus claritatem debet possidere. Mortis curuitatem seu qualitatem debet præuidere. Morum grauitatem debet tenere. Primum probat ætatis complexio. Iunior. Secundum tẽporis defluxio. Fui. Tertium nominis conditio. Senui. ¶Dico igitur ꝙ senex spiritualiter debet possidere sensus claritatem, & ostenditur cum dicitur. Iunior. Quia sicut iuuenes plus pollent in sensibus corporalibus, sic senes plus pollent, vel saltem pollere debent in sensibus spiritualibus. Senex enim dicitur qui prudens, & discretus est in illis, quæ pertinent ad salutem. psalm. Senes eius prudentiam docent. Vnde eniam Danieli, quamuis temporaliter valde iuueni, pro eo ꝙ prudenter sciuit iudices redarguere, dictũ fuit Dan.13. Veni, & sede in medio nostrum, quia tibi Deus hodie dedit honorem senectutis. Nota ꝙ in India est genus hominum (vt dicit Plinius) qui in ipso septennio dicuntur canescere, & ita simul, & semel senectutem, & iuuentutem habere. Sic vere moraliter possibile est, ꝙ homo sit iuuenis corpore, canus tamẽ senex prudẽs & maturus sit in mente. Deuter.33. Sicut dies iuuẽtutis tuæ, ita & senectus tua. Iunior inquit. Iob 29. Videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant. ac si diceret. in talibus, iuuenis, i. motus iuueniles absconduntur, & senes, i. prudentiæ seniles habitant, & morantur. Patet igitur, ꝙ ille qui locum, & officiũ senum vult tenere, debet habere sensus claritatem. ¶Deinde dico ꝙ qui spiritualiter vult esse senex, debet pręuidere mortis curuitatem. Fui inquit. quasi dicat. Iam transiui tempus meum, iam non sum, nec ero, sed fui.
Senes enim naturaliter ad terram incuruãtur.
Senes etiam libentius terram intuentur.
Senes insuper ad mortẽ amplius proximantur.

Iuxta illud Heb.8. Qđ autem antiquatur & senescit propè interitum est. Sic vere charissimi, ille qui spiritualiter vult esse senex, debet semper ad terram ad quã tendit respicere, & ad mortis consideratione oculos inclinare, & se moriturum in proximo cogitare, dicẽdo. Fui iuxta illud Apocalip.17. Bestia quam vidisti, fuit & nõ est, & in

in interitum vadit.Igitur iste debet præuidere mortis curuitatem.¶ Deniq; dico, q; iste debet cõtinere morum honestatem seu grauitatem,& hoc ostenditur in verbo.Senui.De natura.n.ætatis senis est, q; sit in moribus bene compositus, & matur⁹,iuxta illud apostoli ad Tit.2.Admone senes vt sobrii sint.Sicut.n.videmus,q; senex naturaliter est curuior, albior, siccior,tristior, tardior, & honestior, quia scilicet senem pudet multa facere,quæ iuuenem non puderet, sic vere illi qui tenent locum senum , vel qui senes volunt spiritualiter esse, debent esse

Curui per humilitatem.
Albi per innocentiam,& continentiæ puritatem.
Sicci per abstinentiæ sobrietatem.
Tristes per timoris diuini anxietatem.
Tardi per deliberationis maturitatem.
Honesti per gestus,& habitus compositam venustatem.

Talis.n senex erat Abrahã,de quo dr Genes.24.Abrahã erat senex, dierumq; multorũ, & dominus in cũctis benedixerat ei.Et sic igit dico,q; illi qui officiũ senum ducunt, & gerũt.s. ecclesiastici & plati,& q senes virtualiter esse volunt,debent

Mores vendicare.
Mortem cogitare.
Sensu redundare.

Iunior fui,etenim senui.Et sic figurabunt in 24. senioribus qui in diuersis sedib⁹ iuxta agnum cum coronis,& citharis,& phialis morabatur, sicut dr Apoca.4.Quia pro certo illi qui iuxta sedem Dei,& agni(quæ est ecclesia) in diuersis sedibus.i.in diuersis, & distinctis officiis,& dignitatibus sedent, coronã singularis perfectionis,citharam laudis,& gratiarum actionis , & phialam deuotionis habere debent,iuxta illud psal.Iuuenes,& virgines senes cum iunioribus laudent nomẽ domini.Ista est igitur senectus moralis perfectionis.¶Scdõ principaliter, dico q; in scriptura inuenitur senectus lætalis corruptionis.& ista est senectus peccati.Senectus.n.antiquitatis,& diuturnitatis, & consuetudinis continuitatem designat. Et ideo ille ,ppriè, senex dr, qui per malam cõsuetudinem in vitiis antiquatur. Prouer.22.Adolescens iuxta viam suam graditur,& cum senuerit, non recedet ab ea. Dico ergo, q; peccator dr senex, multiplici ratione,videlicet quia senex naturaliter habet

B
Visum hebetatum.
Vultum corrugatum.
Corpus incuruatum.
Pilum dealbatum.
Dentem delocatum.
Caput decaluatum.
Nasum inquinatum.

Sic vere peccator est hebetatus propter defectũ visus discretionis,& cõtemplationis.Genes.27. Senuit Isaac, & videre non poterat. quod bene apparuit inquantum Iacob pro Esau benedixit.Item est corrugatus pp defectũ honestæ conuersationis. Vultus.n.exterioris apparentiæ totaliter est infectus.Vnde Esa.13.Facies cõbustæ vultus eorũ. Itẽ est incuruatus quo ad effectum auaritiæ, & ambitionis.semper.n.respicit per auaritiã inferius ad terrã psa. Dorsum eorum semper incurua.Et Thren.2.Iacent in terra fortes senex & puer. Figuratus Iudic.8.vbi Gedeon cõbussit senes ciuitatis cum spinis deserti.Spinæ.n.diuitiæ sunt gregum cum quibus pro certo senes.i.procuratores per auaritiam concuruãtur.Item est dealbatus per canitiem hypocrisis, & simulationis.Prouer.20.Dignitas senum canities. Item est extenuatus propter defectum discretę locutionis.Nesciũt.n.dicere vnũ bonum verbum,nec dare vnum bonum consilium.Ezech.7. Peribit lex à sacerdote,& cõsilium à senioribus.Item est decaluatus propter discoopercturã iactãtiæ,& elationis. quia.s. peccator semper habet caput intentionis nudum inquãtum cor suũ indiscretè reuelat.Vnde Esa.3. Decaluabit dominus verticem filiarum syon. Et Ezechie.29.Oẽ caput decaluatũ, & omnis humerus depilatus.Item est inquinatus per carnis infectionem.Figuratus in senibus qui surrexerunt contra susannam.Dan.13.Vnde 3.Regum 11.Salomon cum iam esset senex,deprauatum est cor eius per mulieres.Et ideo breuiter de talibus senibus põt dici illud Ezech.8.Certè vides filii hominis quæ seniores israel faciunt,vnusquisq; in secreto. Cubili suo.Ista est igitur senectus letalis corruptionis. ¶ Tertiò dico principaliter, q; est senectus carnalis seu naturalis conditionis.Isti.n.senectuti omnia corruptibilia subiecta . Nihil .n. de quatuor elementis componitur , quin senectutem necessario patiatur.Illa enim quæ sunt æterna,& perpetua,non senescunt.Illa vero, quæ sunt temporalia, necessario veterascunt.Ista ergo senectus cõtinet multa commoda,& incommoda.Commoda autem sunt ista,quia.s.per senectutem C

Caro subiicitur.
Sensus acuitur.
Finis assequitur.
Honor impenditur.

¶ Dico,q; caro subiicitur q̃a scilicet in senectute , & motus,& actus iuueniles,& carnales minuuntur, mores spirituales,& virtuales confortantur,& componuntur.vnde Seneca dicit.Gaudeo q; senui,eo q; vitia in me senuerint . vnde Ecclesiast.46.Vsque in senectutem permãsit in eo virtus.Dico etiam q; sensus acuitur.Sicut enim dicitur Iob 12. In antiquis est sapientia,& in multo tempore prudentia.vnde Eccl. 25.Corona senum multa peritia.Et ideo ibidẽ docet sapiens in iuuentute discere,vt homo in senectute valeat prudẽs esse.Quod inquit in iuuentute non congregasti ; quomodo in senectute reperies?¶Item dico,q; finis attingitur,quia senectus est status propior morti,

Vbi.s.terminatur pugna,& acquiritur victoria.
Vbi completur seruitium,& adipiscitur salarium.
Vbi labores terminantur,& attrahuntur honores.

Vnde Iob 42.dr q; mortuus est in senectute bona,plenus dierum,& diuitiis.Item dico,q; honor impenditur, vt habetur. Leuit.19.Honora patrem,& matrem exẽplo ciconiarũ,quæ sunt aues parentibus confectis senio alimenta administrantes.Quod tñ est contra multos pręsumptuosos,& proteruos qui.s.non reuerentur senes,nec eis impendunt honorẽ.De quibus Thre.4.Facies sacerdotum non erubuerunt,neq; senum miserti sunt.Quinimo senes hodie vilipenduntur, & à fatuis iuuenibus abhorrentur. Vnde Esa.3.c.Tumultuabit puer contra senem,& ignobilis contra nobilem.Et illud Ezech.9. Nõ reuereamur senẽ &c. Sed nõ sic boni, quia pro certo ipsi impendunt honorem,amorem, obsequium,& subsidium senioribus Eccl.8.Ne spernas hominem in senectute , sciens quia ex nobis senescunt.Patet igitur,q; plura sunt commoda senectutis.¶Sed adhuc dico, q; multa sunt senectutis incommoda.Senes enim sunt naturaliter vt videmus, D

Paratiores ad irascendum.
Rapaciores ad acquirendum.
Tenaciores ad possidendum.
Debiliores ad subsistendum.

¶ Dico,q; isti sunt ad irascendum paratiores . Senes.n.deficiũt in caloribus,& in spiritibus vitalib⁹,quæ sunt causa dilatationis cordis, & lætitię, & ideo propter frigiditatem constringentem , necesse est,q; faciliter irascantur.Vnde Innocentius in libro de miseria humana dicit sic.Senex facilè prouocatur, sed non facilè reuocatur.cito credit,& tarde decredit.velox est ad loquendum, tardus ad audiendum,sed non tardus ad rixandum.¶ Itẽ dico, q; isti sunt ad acquirẽdũ rapaciores. Sicut.n.ouis auidius comedit in sero quam in mane,sic vere homo auidius acquirit in senectute serotina,quàm in iuuentute matutina,quia.s. teste Seneca,cæteris vitiis in homine scenescẽtibus , sola auaritia iuuenescit. ¶ Item isti sunt ad possidendum tenaciores. Senes.n.naturaliter sunt parci,similes auibus p̃dalibus , quæ quanto plus antiquantur,tanto vngues earum plus clauduntur,& incuruantur. Sic vere manus istorum tanto sunt ad dãdum clausiores,quanto sunt seniores,& antiquiores . Et isti sunt fatui sensus senectutis,quia quanto minus restat de via, tãto plus augent,& seruant de viatico.¶Item isti sunt ad subsistendum debiliores,quia.s.in senectute virtus naturalis corrumpitur,harmonia corporis dissoluitur,& membrorũ cõgeries eneruatur.Ideo de miseria senum loquitur Innocentius vbi supra,dicẽs sic.In senectute(inquit)cor affligitur,& caput cõcutitur.languescit spiritus, & fętet anhelitus.facies rugatur,& statura curuatur.caligãt oculi,& vacillant articuli.nares effluũt, & crines defluunt. tremit tactus , & deperit actus.dentes putrescant, & aures surdescunt. Hæc igitur de senectute sufficiant tam in bono,quàm in malo.

Sentire.Sensus.

Not.q; sentire nihil aliud est,q̃ aliquid percipere,attingere,opinari,vel cognoscere.Et ideo à sentire dicitur sensus,inquãtum accipitur pro ratione mentali de rebus discretẽ sentiente & iudicante,vel ẽt inquãtum accipitur pro sensu, & potẽtia naturali vel cõi vel particulari obiecta exteriora cognoscente,& mensurante.His igitur prælibatis dicamus de sensu,& sentire quo sentiuntur illa quæ pertinent ad salutem. A Et dicamus , quòd sicut corpus per quinque sensus naturales exteriora percipit,& cognoscit,quia secundum Philosophum,

phum, omnis nostra cognitio incipit à sensu, sic anima per quinque sensus spirituales illa, quæ ad salutem pertinent, apprehendit, videlicet

Per visum sapientiæ discretionis.
Per auditum obedientiæ subiectionis.
Per odoratum redolentiæ contemplationis.
Per gustum suauis deuotionis.
Per tactum penetrabilis compassionis.

¶Sicut.n hō non viuit nisi habeat sensus naturales, quinimo membrum dr̄ mortuum vel paralyticum, quod non sentit, sic vere aīa per gratiam non est viua, nisi spiritualibus sensibus sit dotata, quinimo si illa quæ ad salutem pertinent, sentire, & perpendere non cognoscitur, perfectè mortua iudicatur, & per peccatum mortale sicca, & paralytica comprobatur. Et ideo ad spiritualia sentiendum monet Apostolus ad Phili.2. dicens sic. Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu.¶In quibus verbis ostenduntur quatuor quæ sunt à piis cordibus sentienda, scilicet

Aliqua quæ sunt inferius.
Aliqua quæ sunt interius.
Aliqua quæ sunt exterius.
Aliqua quæ sunt superius.

¶Igitur sentiamus inferius mundi dispēdia. Hoc inquit qđ est demonstratiuum. Sentiamus interius cordis flagitia. In vobis. Sētiamus exterius crucis supplicia. In Christo. Sentiamus superius cœli solatia. Iesu inquit, q. interpretatur saluator. ¶ Dico igitur
B primo, quòd nos debemus sentire mundi dispēdia, vt caueātur. Hoc inquit, quod.s. est pro nomen demōstratiuum, significans dispendia quæ in mundo sustinentur, sicut sunt

Voluptates quæ decipiunt.
Aduersitates quæ afficiunt.
Mors, & pœnalitates quæ concutiunt.

Ista.n. sunt demonstrabilia, quia præsentia & ideo magis sunt sentienda, & ne noceant præcauēda. Hoc inquit. Vnde Philip.3. Quicunq; perfecti sumus, hoc sentiamus. Melius.n. sentiūtur præsentia, quàm absentia, & melius demonstrata ad digitum quam denunciata ad placitum. Sensibile.n. præsentatū potentiæ sensitiuæ, magis mouet sensum. Et ideo ista quæ sunt præsentia, debemus sentire, & ab ipsis si mala sunt, sicut à nociuis retrocedere, & abire. Salmo.n. sentiens aquam amaram, retrocedit ad dulcē. Apes & formicæ sentientes fumi vel alterius rei fętorem, locum illum dimittunt. Bos etiam sentiēs cadauer alterius bouis de nouo mortui, & occisi, horrendo mugit, & fugit. O Charissimi, quot sunt in mundo amaritudines, & dolores, quot sunt immūditiæ, & fætores, & quot sunt insuper mortes, occisiones tristitiæ, & mærores. Ista ergo si discrete senserimus, ipsa pro certo fugiemus, & ab ipsis mentaliter recedemus. Hoc ergo sentire. ad Phil.1. Est mihi iustum hoc sentire. Sed pro certo vr̄, multi possunt dicere illud 2. Reg.19. Nunquid vigent sensus mei ad discernendum? quasi dicat, non. Quia pro certo multi sunt qui ita sensum discretionis habent turbatum, φ inter bonum, & malum, & inter vtile, & inutile discernere nesciūt quinimo vnum pro alio recipiunt, mundique tribulationes, & miserias non fugiunt neque sentiunt. Similes.n. sunt porcis, qui non sentiunt fętorem stercorum. Similes etiam vrsis, sunt; qui non videntur sentire dolorem verberū. Similes sunt asinis, qui non sentiūt laborem onerum. Ita.n. sunt dediti ad mundi delectabilia, & ad mundi tristabilia, quòd illa non curant, imo quod peius est ipsa diligunt, & procurant. vnde videntur dicere illud Prouer.23. Verberauerūt me, & nō dolui, traxerunt me, & nō sensi. Isti.n. non sentiunt nec, mūdi verbera, q retrahunt, nec mūdi vbera q attrahūt. Hier.4. Sēsus cordis mei turbati sunt. Nō sic ergo, sed sentiamus mundi dispēdia vt caueantur. Hoc inquit sentite. ¶ Secundo dico, φ sentiamus cordis flagitia, vt deleantur. & hoc ostenditur cū dr̄. In vobis. Nihil.n. est tantum in nobis sicut sunt peccata, quia ista sunt intus in medio cordis nostri. Sūt.n. in nobis, & de nobis, & à nobis, & ideo sicut ille qui habet spinam, bene sentit illum, sic & nos debemus sentire spinā peccatorum, quæ semper conscientiam pūgit, & remordet, nisi forte fuerimus ex toto mortui id est in malo penitus obstinati. In vobis inquit. Vnde illud Actuū.20. Attendite vobis, & vniuerso gregi &c. Quod est cōtra multos, similes phrænetico vel lethargico, qui proprias infirmitates non sentiūt, & ideo vnus dormiendo, & alius cantando moriuntur. & deficiunt. Sic vere, multi sunt, qui vitiorum pondere sunt grauati, & ita in profundum vitiorum demersi, quod propriam nō sentiunt infirmitatem, quinimo cantando, & dormiēdo, & in bono dies suos ducendo, incurrunt dum non aduertunt, mortis ęternę pœnalitatem. De quibus ad Roma.1. Quia non curauerunt habere Deum in notitia, tradidit illos in reprobum sensum. Non sic charissimi, sed sentiamus cordis flagitia, vt deleātur. In nobis inqt.¶Tertio sentiamus crucis supplicia, vt videātur. In Christo inquit. Christus.n. potest dici crismate vnctus vel quasi cruci traditus, & ideo per nomen Christi bene pōt crucis supplicium designari. Illud.n. debemus sentire, & per compassionem, & deuotionem in corde iugiter continere. Sapiē.1. Sentite de domino in bonitate. si.n. caput patitur, totum corpus sentit. quia caput nostrum Christus est, etiā crucis, & mortis illius sentiamus dolorem. Et sic faciebat ille, q dicebat Galat.6. Christo confixus sum cruci. Membrum tn̄ non sentit dolorem capitis, nisi quandiu capiti est coniunctum. Et ideo peccatores qui ab isto capite sunt disiuncti, nō sentiunt hodie pęnam suam. ad Rom.11. Quis cognouit sensum domini? quasi dicat, pauci. Nota Oleum mandragoræ facit hominem ita dormire, φ puncturas aut sectiones nō sentit. Vnguentum etiam de semīne iusquiami factum, ita stupefactum facit membrum cui apponitur, quod quasi totaliter perdit sensum. Sic vere quia hodie multi sunt liniti oleo deliciarum, & repleti semine diuitiarum, hinc est, φ sensus cōpassionis, & doloris Christi, & proximi perdiderunt ita, φ quasi insensibiles remanserunt. Sap.4 Inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum. Non sic ergo sed sentiamus crucis supplicia, vt uideantur. In Christo inquit. ¶ Quarto sentiamus cœli solatia, vt habeantur. Iesu inquit, quod interpretatur saluator. quia, s. salus, & saluatio gloriæ est sentienda, & toto desiderio appetenda. quia sicut dicitur Roma.8. Qui sm̄ spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt. Nota. Vultur dicitur sentire prædam suam etiam vltra mare, valde enim viget in sensu odoratus. Canis etiam postquam prædam suam senserit, non cessat donec inuenerit. Illam ergo prædā æternæ gloriæ sentiamus, & ipsam quærere per bona opera non cessemus, quousq; in patria habeamus, quia sicut dicitur Sapientia 6. Cogitare de illo, sensus est consummatus. Quod est contra multos similes illis qui comēdunt fructus dulces, qui saporem nō sentiunt boni vini. quia certe nec sapor nec odor æternæ gloriæ sentitur, si sensus cordis temporalium dulcedine repleatur. Sapientiæ 9. Deprimit inhabitatio terrena sensum. Non sic sed simus sicut Isaac, de quo Genes.27. dicitur quod statim vt ipse sensit odoris vestimentorum Iacob fragrantium, ipse dixit. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni. Et sic patet, quòd quatuor sunt quæ sunt mentaliter sentienda. Sed adhuc nota de sensu (inquantum dicit mihi rationem) quod in scriptura inuenitur multiplex sensus, videlicet sensus

Discretionis.
Corruptionis.
Præsumptionis.
Elationis.

C

Primus est sensus hominum perfectorum, de quo 1. Paralip.22. Det tibi dominus sensum, & prudentiam, vt regere possis Israel. Secundus est sensus hominum peccatorum, de quo Gen.8. Sensus, & cogitatio hominis in malum prona est ab adolescentia sua. Tertius est sensus hominum superborum, qui.s. semper præsumunt scire maiora quam sciant. De quo ad Rom.14. Vnusquisque in suo sensu abundat. Quartus vero est sensus hominum fatuorum. Vnde ad Ephe.3. Gentes ambulant in vanitate sensus sui & c. Vide supra de sapientia, prudentia, & scientia.

Separare. Separatus.

A Nota φ separare idē est quod diuidere, segregare, disiūgere, vel ab inuicem spargere. Et sic possumus notare breuiter, quòd est separatio

Virtuosa.
Vitiosa.
Dolorosa.
Luctuosa.

¶Prima est separatio grandis bonitatis, & ista est illa qua iusti separantur à vitiis, & à malis consortiis, & qua ipsi deputantur diuinis seruitiis & obsequiis. de qua 1. Paralip.23. Separatus est Aaron vt ministret in sancta sanctorum. Secūda separatio est magnæ prauitatis, & ista est illa qua homo à Deo per peccatum diuiditur, & qua homo ab aliis per discordiā seiungitur, & qua homo per partialitatem, & singularitatem à cōmuni more hominum separatur. De qua 2. Paralip. 26. Habitauit Ozias in domo

domo separata, plen⁹ lepra. ¶ Tertia separatio est magnę necessitatis. Et ista est illa qua corpus ad anima per mortem separat. De qua 1. Reg. 15. Siccine Separat amara mors? ¶ Quarta est separatio magnæ aduersitatis. Et ista est illa qua impij, sicut excõicati à deo & à sanctis in iudicio separabunt, & qua ab ipsis perpetuo diuidentur. de Mat. 25. c. separabit eos quẽ admodum pastor segregat gregẽ suũ, & ponet quidẽ oues à dextris, & hædos à sinistris. Nota. Ignis coniungit similia & separat dissimilia, sicut patet in metallis. Et iõ ignis cõflagrationis, seu ẽt ignis. i. rigor diuinæ iustitiæ, malos à bonis tanq̃ dissimiles separabit, bonos vero tanquã inuicẽ similes, in cælo, malos ẽt sicut inter se similes & conformes, in inferno locabit. Mat. 13. Exibũt Angeli, & mittent eos in caminũ ignis ibi erit fletus & stridor dẽtiũ. ¶ De separatione pc̃ti & excõicationis debes habere istã auctoritatẽ diuisam Gen. 30. Separauit in illo die capras & oues & hircos, & arietes. Pone eã hic. ¶ De separatione vero bona & virtuosa, qua. s. iusti ꝑ vitæ singularẽ sanctitatẽ ab alijs sunt distincti, necnon vitijs & à malis malorũ consortijs separati, possumus dicere ꝙ sicut natura creaturas nobiliores ab ignobiliorib. separauit, ignobiles vero inferius in terra dimisit, nobiles aũt sursum in cælo & in æthere collocauit, sicut patet de stellis sursum pósitis & de animalib. deorsum dimissis, quæ. s. separata sunt quantũ ad naturalem conditionem, & quantum ad loci distinctionẽ sic vere charissimi, boni se debent à malis diuidere, & ab eis quantum ad mores per singularem excellentiam segregare, nec non per loci ab ipsis disiunctionem separare. Neem. 9. Separatum est semen filiorum Israel ab omni alienigena. Vide eam diuisam supra de semine. In vino. n. illud quod est purum, optime se separat ab impuro. Sic vere inter hoïes ille q̃ est iustus optime se diuidit ab iniusto. Hier. 15. Si separaueris preciosum à vili, quasi os meũm eris. Vnde breuiter de quolibet viro iusto potest dici illud Eccle. 47. Surrexit Nathã propheta in dieb. Dauid, & quasi adeps separatus est de carne. Vbi aduerte, qđ illi q̃ in partẽ dñi separantur ab alijs separati, quantum ad quatuor esse tenentur, quia videlicet ipsi Tarditatem debent excutere. Surrexit inquit. Largitatem debẽt perficere. Nathan, qui interpretatur donans. Charitatem debent coniungere. Quasi adeps. Voluptatem debent disiungere. Separatus à carne. Primum probat motus virtuosus. Surrexit. Secundum actus gratiosus. Nathan. Tertium viscus glu

B tinosus. Adeps. Quartũ cibus venenosus. A carne. ¶ Dico ergo primo quod isti debent à carne excutere omnem tarditatẽ ꝙ oñditur in verbo surrexit. Res quanto ab istis inferioribus sunt amplius separatæ, tanto sunt motu velociori agitatæ, sicut patet de cælo & de plateis respectu inferiorum. Nubes etiam quanto plus est separata a terrestri materia, tanto mouet ampliori & fortiori violentia. Sic vere illi qui ab alijs & gradu & actu & loco & merito sunt distincti, sicut sunt ecclesiastici & religiosi, debet in motu bonorum operum esse velocius occupati. ꝙ oñditur cum dicitur. Surrexit. Surgere n. motum significat & virtutem. Vnde Matthæ. 25. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. ¶ Scd̃o dico ꝙ isti debent diuidere rerũ facultatẽ, q̃a videlicet quilibet ipsorum debet esse Nathan. i. donans, quia. s. ipsi debent donare iniurias, & dare elemosynas. Quia. s. sicut illæ res q̃ altius sunt separatæ ad influendũ magis paratæ, sic illi qui nõ sortem domini separantur, plus liberales esse tenẽtur, scientes quod teste scriptura Prouer. 18. Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. ¶ Tertio dico quod isti debent coniungere cordium claritatẽ, qđ ostenditur cum dicitur. Adeps, quæ. s. est viscosa & glutinosa & in adhærentia magis prõpta. vt dicat illud psal. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. ¶ Quarto dico quod isti debent dimittere corporis voluntatem, quia sicut dicit Apostolus ad Rom. 8. Qui autem in carne sunt deo placere, non possunt. Sic ergo dico quod isti debent esse separati ab immũditijs & à vitijs per virtutes. Vñ Leu. 20. Ego dominus deus vester, qui separaui vos ab vniuersis populis Separate ergo mundum ab immundo &c. Trãseo causa breuitatis. Vide de diuidere & de discordia & in alijs similib. titulis, & satis de materia inuenies.

A Sepelire. Sepultura.

Nota ꝙ sepelire idem est ꝙ aliquid abscõdere & contegere, vel etiam operire. Et potest accipi literaliter & mortaliter in bono & in malo. Et nota ꝙ homines diuersimode sepeliuntur, scilicet

In claustro per vitæ religionem.
In animo per morum absconsionem.
In peccato per mentis indurationem.
In mundo per rerum delectationem.
In sepulchro per mortis conditionem.
In paradiso per gloriæ adeptionem.
In inferno per æternam damnationem.

¶ Dico ergo ꝙ est sepultura q̃ fit in vitę religione. q̃a religiosi iam sunt spiritu mortui & sepulti, & in proprio sudario inuoluti. Et de hoc. 3. Regum 13. Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro in quo vir dei sepultus est. Itẽ fit sepultura in morum abscõsione, & ista est sepultura humilitatis. Vir n. humilis abscondit, velat & sepelit bona sua. Mortuum. n. & nullius valoris se reputat & ideo sepeliendum & ab hominibus non videndum. De quo Eccle. 44. Corpora eorum in pace sepulta sunt, & viuent nomina eorum in æternum. Itẽ fit sepultura in mentis obstinatione. Peccator. n. sepultus dicitur, qñ per obstinationem totus in vitijs inuoluit & qñ ꝑ malas excusationes pc̃m eius sicut ꝑ quoddã sudariũ inuoluit & abscondit, & qñ sub tũba. i. sub pondere malæ consuetudinis sepelit. Et de hoc Hier. 20. Ibis in captiuitatem in babylonẽ, & ibi sepelieris. Sepultores aũt taliũ sunt adulatores qui peccata aliorũ excusant & sepeliunt & abscõdunt. De q̃bus Lu. 9. Dimitte mortuos suos. Itẽ fit sepultura in mũdi delectatione, quia. s. multi sunt qui ita diligunt mundũ & mundana, ꝙ ibi videntur penitus esse sepulti. De quo 4. Reg. 21. Dormiuit manasses cũ patrib. suis, & sepultus est in horto domus suæ. Itẽ fit sepultura in cadaueris tumulatione, s. in monte. Et de hoc Tho. 4. Cum acceperit dominus animã meam, corpus meum sepeli. Item fit sepultura in paradisi habitatione. Ibi. n. est cimiterium vbi sepeliuntur animæ beatorũ. Vñ 2. Paral. 26. dicitur quod sepelierunt eum (scilicet Oziam) in agro regalium sepulchrorum. Item fit sepultura in inferni regione & mansione. De qua Luc. 16. Mortuus est diues & sepultus est in inferno. His igitur prælibatis dicamus aliquid de sepulturis iustorum. Sicut. n. videmus quod semina in terra sepeliuntur & absconduntur, vt iterum reueniãt, & nascantur, sic deus ordinauit ꝙ homo sepeliatur in terra, & veluti seminetur in morte, vt finaliter glorificatus resurgat in beatorum sorte, & quod etiam (moraliter loquendo) homo per humilitatem sepeliatur, vt tandem fructificans oriatur per gratiã. Et ideo breuiter de diuersis sepulturis & sepulchris beatorum potest dici illud 3. Reg. 2. Dormiuit Dauid cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate. Vbi aduerte quod boni tripliciter sunt sepulti, videlicet

Corporaliter in terræ puluere.
Spiritualiter in morum vellere.
Aeternaliter in cæli littore.

Primum probat actus q̃etionis, quia. s. dormiuit. Secundum probat nomen perfectionis, q̃a Dauid.

B Tertium probat locus refectionis, quia in ciuitate. ¶ Dico ergo primo ꝙ est q̃dã sepultura quæ est corporalis. Et ista est illa qua humana corpora sepeliuntur, & qua post mortẽ iuxta morẽ ecclesiæ recondunt. quæ oñditur cũ dr̃. Dormiuit. ꝑ dormitionẽ. n. sepultura intelligit, quia sicut hõ volens dormire, infra pannos solet in lectum intrare, & ibi requiescere & sedere, sic homo per mortem dormire volens, pannis sudatij solet inuolui, & sic in loco sepulchro requiescit corporaliř & sopit, & ibidẽ abscondit & velatẽ psal. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris. & 3. Reg. 11. Dormiuit Salomon cum patribus suis, & sepultus est & talis procul dubio sepultura est meditanda est frequentanda, est etiam defluenda, & cum mæstitia deploranda. Eccle. 38. Filij in mortuum pduc lachrymas, & quasi dira passus, incipe plorare, & non despicias sepulturam eius. Et istud est vnum operibus misericordiæ, s. sepulturis mortuorum interesse, & eos si necesse fuerit sepelire. De hoc. n. commendatur Thobias dicente Angelo Thobiæ 12. Cum orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, ego detuli orationem tuam domino. Et bene dicit. Cũ lachrymis orabas, quia. s. cum lachrymis cõpassionis, & cum feruore orationis debẽt fieri sepulturæ. Propter. n. multa debet homo sepulturis interesse, videlicet

Ad pietatis officium exercendum.
Ad orationis & elemosynæ suffragium impendendum.
Ad

Ad communis casus naufragium meditandum.
Ad amicorum suspirium consolandum.
Ad vanæ gloriæ dispendium detestandum.
Ad humanæ vitæ compendium cogitandum.

¶Igitur dico ꝙ in sepulturis debet pietatis officium exerceri.Mouet.n.pietas naturalis. Quod.n.tibi vis fieri, alijs debes impartiri.Et ideo qui post mortem sepeliri desiderat,iustum est ꝙ ad sepeliendum alios manum mittat.Vñ Gen.49, Sepelite me cum patribus meis·Sepultura.n.corporum fuit à fidelibus tam noui quam veteris testaméti seruata, licet loco sepulturæ combustio vel comestio mortuorum sit à multis nationibus frequentata.Antiqui.n. corpora mortua cōburebant.ipsa ét Indi loco sepulturæ comburunt. Hircani vero ipsa ne putrescant,comedunt & consumunt. Sed ꝑ certo fidelium pietas non patitur vt corpus humanum taliter ꝑtractet,sed potius absconsum à visibus,sepulturæ ecclesiasticę commendetur.Iosuæ 24.Mortuus est Iosue,& sepelierūt eum.Ibi ergo debet pietatis officium exerceri, orationis ét suffragium debet adimpleri,& sic de alijs.Quod tñ est contra multos,qui magis sepulturas frequentāt causa vanitatis quam vtilitatis,magis ad mundi gloriam quam ad mortis lętitiam,magis ad populi honorem quam ad mortui subsidiū & amorem.Et hoc patet,quia transacto die sepulturæ,nullū bonum faciūt amplius pro eisdem.Patet igitur ꝙ est quędā

C sepultura corporalis.¶Secundò dico ꝙ est quædam sepultura virtualis.Et ista ostenditur cum dicitur Dauid,qui significat virtuosum hominem,sicut supra in suo titulo est ostensum.quia.s.quilibet virtuosus & perfectus debet esse per humilitatem sepultus,& in seipso reconditus & absconsus.Vnde Gen.15.Tu autem ibis ad patres tuos in pace sepultus,in senectute bona.Sicut enim ille qui sepelitur.

Primo sudario inuoluitur.
Secundo in feretro ornato ponitur,
Tertio circa ipsum cerei accenduntur,
Quarto ad foueam defertur,
Quinto a cantantibus sacerdotibus conducitur,
Sexto in terra inferius inhumatur,

Sic pro certo iustus dēt poni in sudario,s. puritate consciētię Poni etiam in feretro ornato exterius honestate apparētiæ. Cereis etiam & luminaribus circūdari.i. claritate sapiētiæ. Ad foueam mortis deferri per cōsideratione mortis & humanæ defluētiæ.Circa eū debet cantus audiri,s. laudis diuinæ & spiritalis lętitię.Et sic debet inhumari per sepulturam & absconsionem suæ virtutis & existentiæ.Et sic erit Dauid. Ista tamen sunt contra multos,qui.s.per absconsione virtutum non sepeliunt,sed magis sine sepultura ante conspectū hominū dimittuntur,sicut sunt hypocritę, qui magis volūt videri, qu am a cspecta hom inū sepeliri.sicut sunt etiā apostatę,qui magis volunt exterius vagari quā in religionis tumulo latitare.Hiere.16.Non plangent, & non sepelientur in sterquilinium super faciē terræ erūt.Nota.Hyena bestia est horribilis,quæ in desepelitione corporum delectatur,hominesque de sepulchris extractos deuorare secundū Pliniū, cōprobat. Sic vere diabolus tales de sepulchris religionis, humilitatis, abscōsionis vel etiam cōsiderationis per inanē gloriam vel apostasiam extrahit, & eos per diuersa peccata deuorat & consumit Hier. 8. Eijciāt ossa eorum qui habitauerunt Hierusalem,de sepulchris,& expandent ea ad solē & lunam.Non sic,sed sepeliamur vt dictum est, quia ista est

D sepultura virtualis.Dauid īquit.¶ Tertiò dico quod est quædam sepultura supernalis.Et ista est sepultura animarū beatarum,quæ superius in paradiso sepeliri dicuntur, inquantū a nostris visibus absconduntur. quod ostenditur cū dicitur. In ciuitate.i.cœlestium ciuium fœlicitate. Nota quòd in hibernia dicit esse quædam insula vbi sepulta corpora nō putrescunt,signans paradisum,vbi si hō post iudicium sepelitur, nunquā perpetuo corrumpet.vnde 1.Paralipo.19.Sepelierunt eū ī sepulchro suo quod foderat ī ciuitate. Quod est cōtra multos,qui nō in paradiso,sed in inferno sepeliuntur,sicut sunt illi q. in peccato mortali decedunt, qui tāquā excōmunicati non sunt digni in paradisi cimiterio sepeliri, sed potius in sterquilinio infernali. Hiere.22. Sepultura asini sepelietur,putrefactus & eiectus extra portas Hierusalē. Vt cuilibet peccatori dicat domin⁹ illud 3.Regum.13.Quia inobediens fuisti voci meæ,nō infertur cadauer tuum in sepulcheum patrum tuorum.Et Esa.24.Tu autē proiectus es de sepulchro tuo,tanquā scriptum inutilis.Sed non sic sancti,quia pro certo ipsi sunt sepulti in agro figuli qui fuit emptus pr. cio sanguinis Iesu Christi,in quo sepeliunt peregrini beati. Matt.27.Vnde de talibus potest dici illud Iob 5. Ingredieris in abundātia sepulchrum tuum,sicut inferē aceruus tritici in tempore suo.Ista est sepultura supernalis.Et sic patet quòd est quædam sepultura perfectorum.¶ De sepelitione autem malorum et etiam de multiplici genere sepulchrorum possumus breuiter dicere quòd in scriptura inuenitur sepulchrum E

Virtuosum.
Gloriosum.
Vitiosum.
Lubricosum.
Dolorosum.
Curiosum.
Gaudiosum.
Perniciosum.
Periculosum.

¶Primum est sepulchrū humilitatis.Mat.27. Munierunt sepulchrū signantes lapidem cum custodib. Secundum est sepulchrum diuinitatis.s.sepulchrum Christi. Vnde de radice Iessæ qui stat in signum populorum,dicitur Esa. 11.ꝙ ipsum gentes deprecabūtur, & erit sepulchrum eius gloriosum.& Zacha.3.dr̄.Adducam seruum meum orientem, & ego celabo sepulchrum eius.Tertium est sepulchrū iniquitatis, de quo in psa.Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant &c.Quartum est sepulchrum carnalitatis. Nume.11.Sepelierunt populum qui desiderauit carnes,& vocauerunt nomen loci illius,sepulchrū cōcupiscentiæ. Quintum est sepulchrum mortalitatis.Iob 17.Spiritus meus attenuabitur,dies mei breuiabuntur,& solum mihi superest sepulchrum.Sextum est sepulchrum fallacitatis, sicut hypocrisis & duplicitatis.De quo Matth.23. Væ vobis hypocritæ,quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ parent exterius hominibus speciosa,intus autem sunt plena ossib. mortuorum,& oī spurcitia.Septimum est sepulchrum fœlicitatis.Et de hoc Iob.3.Gaudentq; vehemēter cum inuenerint sepulchrum.Octauum est sepulchrum prosperitatis,de quo diuitibus dr̄ Esa.22.Tu quis es,quia excidisti tibi hic sepulchrum?Nonum est sepulchrum damnositatis,s.sepulchrum inferni,de quo dr̄ in Psa.vbi dicitur de damnatis,ꝙ ipsi sunt sicut vulnerati dormientes in sepulchris quorum nō es memor amplius,& ipsi de manu tua repulsi sunt.Et alibi.Sepulchra illorum,domus illo rum in æternum . Sufficit.

Septem.Septimus.

Nota breuiter ꝙ secundum Grego.per numerum septenarium vniuersitas designatur,siue bona siue mala . Et istud probat idem in homilia de Maria Magdalena, quia vniuersitas creaturarum in septenario consistit. A

Terra enim distinguitur septem climatibus.
Cœlum regitur septem syderibus .
Tempus voluitur septem diebus.
Mundus labitur septem ætatibus.

Et breuiter omnia quæ sunt, in quodam septenario nō consistunt, qua propter de tam generali numero in scriptura tam multipliciter dilatato possumus notare ꝙ in scriptura inuenitur septenarius

Iustorum.
Malorum.
Donornm.
Bonorum.
Dolorum.
Doctorum.
Prælatorum.
Vitiorum.
Præmiorum.
Remediorum.
Demoniorum.
Angelorum.
Tormentorum.

¶ Dicamus ergo primo de septenario iustorum , quia.s.per istum numerum iustorum vniuersitas designatur. Isti.n.sunt sicut septē planetæ qui contra cursum proprium,firmamenti motui se conformant.Quia.s.iusti non cursum volūtatis proprię sunt secuti , sed firmamentum ecclesiæ Christum sunt in moribus imitati.Vnde isti sunt septem stellæ illæ quas filius hominis in dextra sua tenebat,& illa septem candelabra in quorū medio ambulabat. Apoca. 1.Et ideo isti configurantur. 3. Regum.19.in illis septem milibus iustorum quos sibi Deus seruauerat,qui nō curuauerunt genua sua ante Baal.Isti figurantur in septem filijs Iob de quibus 1.Iob & 42. dr̄. Isti figurantur in septem filijs Angelis stantibus ante Deum , de quibus dr̄ Thob.12.Quia procul dubio charissimi isti sunt stellę ꝑ status eminentiā, & sunt candelabra per splendentē sapientiam,non curuantur ante Baal per idololatriam, imo

sunt

sunt filij Iob.i.Christi, per specialem amicitiam, & sunt Angeli per puram innocentiam, stantes ante Deum per firmitatem & constantiam. Et ideo de septenario iustorum dr̃ Zach.4. Isti sunt septem oculi Dei discurrentes per vniuersam terram. Habent.n.sapientiæ splẽdorem, quia oculi. Habent ẽt diligentiæ vigorem, q̃a discurrentes. Habent insup pnĩæ laborem, quia.s.ipsi vadunt per vniuersam terrã. Vnũ tñ aduerte de isto septenario, quod Gene.41.dr̃ q̃.s.Pharao vidit in ripa fluminis septem pulchras & pingues vaccas, q̃ vireta carpebant, & septem alias macerrimas, quæ illas pulcherrimas cõsumebant. Sic pro certo hodie fit, quia boues pingues.i.viros iustos qui per virtutes sunt pinguissimi, deuorant hodie & infestãt septem macræ.i.vniuersitas malorum qui per defectum gratiæ sunt macerrimi. Patet igit̃ q̃ est septenarius iustorum, q̃a ẽt sicut dr̃ Gen.4.in arca Noe .i.in ecclesia posita sunt de mundi animalibus septena & septena, quæ ibidem ad diluuiũ sunt saluata. ¶ Secundò dico quod est septenarius malorum. Vniuersitas.n.malorum sicut & iustorum potest per septenarium denotari. Isti.n.figurantur in septem capitibus draconis, quæ septem erant diadematibus insignita. Apoc.12. Isti etiã figurantur in septem malis Angelis cum septem phialis quæ iræ Dei continebãt venena. Apoc.16. Isti insup figurant̃ in septem viris de stirpe Saulis, qui à Dauid sustinuerunt crucis suspendia 2.Reg.21. Quia procul dubio charissimi mali, in isto mundo dicũtur septem capita, inquãtum capitanei & magistri, & inquãtum ẽt diadematibus.i.vniuersis officijs & honoribus sunt in mundo præ cæteris insigniti. Dicuntur Angeli, inquantũ .s.habent lympidã sensus subtilitatẽ, habẽtes septẽ phialas iræ Dei.i.cunctorum criminum vniuersitatẽ. Dicunt̃ insup septem viri de stirpe saulis.i.diaboli, qui finaliter suspendũtur ad furcas æterni patibuli. De isto etiam septenario põt dici illud Luc.11. q̃ malignus spiritus assumit alios septem spiritus nequiores se.quia.s.p̃ctores sunt quodammodo ipsis immundis spiritibus nequiores. Iste est ergo septenarius malorum. ¶ Tertiò dico q̃ est septenarius donorum. Septẽ .n.sunt dona spiritussancti, quibus sancti mentaliter sunt repleti. Isti.n.sunt septem crines Sansonis, quib. per Dalilam.i. diabolum subtractis, recessit ab eo spiritus, & amisit fortitudinem, captus & á philisteis est & incarceratus & ligatus. Quia pro certo tunc hõ à demonibus excæcatur, q̃n septem crinibus.i.septem donis spiritus viduatur. Et ideo ista dona figurantur in illo candelabro de quo dr̃ Zach.4. Ecce cãdelabrum aureum totum, & septem lucernæ eius sup illud. Iustus.n.dr̃ candelabrũ, q̃a portat ignem charitatis. Dr̃ aureus, quia continet splendorem honestatis. Dr̃ habere septẽ lucernas, quia hẽt septẽplicem spiritũm virtutis. Vnde Nu.8. Cum posueritis septem lucernas, cãdelabrum in parte australi erigat̃. ¶ Quartò dico q̃ est septenarius bonorũ, & iste est septenarius virtutum, & ẽt mĩæ operum. Vniuersitas.n. virtutum ad septenarium reducitur.s. trium theologicarũ, & quattuor cardinalium. vel ẽt septẽ virtutes figurantur in septẽ lãpadibus q̃ ante thronum Christi ardebant, sicut dr̃ Apo.4. Isti sunt septem gradus templi, per quos homines ad vestibulum ascendebãt, sicut dr̃ Ezec.40. Isti sunt septẽ panes qui in deserto turbã Christi famelicã satiabant. Matth.15. Vnde p̃cul dubio charissimi, septem opera mĩę, & septẽ virtutes, vel vt breuius loquar, vniuersitas bonorum operũ & virtutũ comparant̃ septẽ lãpadib. quia mẽtẽ habẽt illuminare & accendere. Comparant̃ septem gradibus, quia aĩam habent ad cœlum eleuare & erigere. Comparant̃ ẽt septẽ panibus, q̃a mentẽ habẽt spũaliter satiare & reficere. Et iõ de isto septenario põt dici illud Gen.41. Septẽ spicæ pullulabant in culmo vno. quia.s.in culmo vno.i.in aĩo vno debẽt septẽ spicæ.i.vniuersitas virtutũ & operum pullulare. Et sic patet q̃ est septenarius bonorum. ¶ Quinto dico q̃ est septenarius dolorum, quia.s.per septenarium intelligitur vniuersitas pœnarum tam temporalium quam æternarum. Et de hoc Iob 5. In sex tribulationibus visitabit te, & in septima nõ tãget te malum. Sex.n.tribulationes sunt, fames, sitis, frigus, estus, labor, & dolor, & mors est septima. ¶ Sexto dico q̃ est septenarius doctorum & ẽt p̃dicatorum, & isti figurant̃ per septẽ Angelos septem tubas habentes, de quib. dr̃ Apoc.8. Vidi septẽ Angelos sanctos in conspectũ Dei, & datæ sunt eis septẽ tubæ. Angeli.n. qui dicuntur nuncij, prędicatores sunt, qui debent esse nuncij diuinæ volũtatis, & Angeli mirandæ puritatis, & habere tubas vocalis auctoritatis. vñ Apoc.10. Locuta sunt septẽ tonitrua voces suas. ¶ Septimo dico q̃ est septenarius p̃latorũ, quia sicut visum est, per septenarium p̃latorum põt vniuersitas denotari. Et sic dico q̃ isti figurant̃ in septem ducibus, de quibus dr̃ Hester 1. q̃ erant primi & proximi septem duces Persarum qui videbant faciẽ regis, & primi post eũ sedere soliti erant. Quia .s.p̃lati & ecclasiastici sunt duces exercit⁹ Christiani, & gradu & statu sunt proximi regis Christi, & in sacro altaris faciem ipsius intuent̃. Et ideo Micheę 5.dr̃. Suscitabimus sup eum septem pastores, & octo primates homines. ¶ Octauo dico q̃ est septenarius vitiorum, q̃a.s.vniuersitas vitiorum sub septenario cõtinet̃, & septẽ capitalibus vitijs subalternatur. Figurata in septẽ demonijs q̃ dñs de Magdalena eiecerat. Luc.8. q̃a de peccatore dr̃ Prouer.26. Cum submiserit vocẽ suã, nec credas ei, q̃m septẽ neq̃tiæ in corde illius sunt. De isto põt ẽt exponi illud Deut.28. q̃ per vnam viã veniẽt ad te, & per septem fugient à facie tua. Quia.s. p vnã viã venit̃ ad Deũ.s.p viã gratiæ & pnĩæ, & per septem ab eo recedit̃.s.per viã.n septẽ criminaliũ peccatorũ. Isti.n.tunc septẽ funes quibus ligatus quibus fuit Sanson a Dalila.i.diabolo vnde iudicum 16. Si ligatus fuero septem funibus, ero infirmus sicut cæteri homines. Et sic est septenarius vitiorũ. ¶ Nono dico quòd est septenarius præmiorũ. Præmia enim æterna in septenario consistunt.s.in trib⁹ dotib⁹ animæ, quę sunt visio, fruitio, & dilectio. & ĩ quattuor corporis, quæ sunt agilitas, subtilitas, impassibilitas, claritas. Isti.n. sunt septẽ dies cõuiuij Assueri, ĩ quo fuit regina Hester i.aĩa coronata, de quo Hester 1. dr̃ q̃ rex Assuer⁹ (qui interpretat̃ beatificans) septẽ diebus iussit conuiuium præparai. Et hoc bene figuratur Esa.30. vbi dr̃ quòd tunc erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter sicut lux septem dierum. Luna.n.humanam conditionem signat, quæ ad claritatem solis per beatificationem reducitur, inquantum per istũ septenarium augmẽtat̃. Iste est enim septenarius sabbatorũ, ĩ quo terra a culturis & laboribus quiescebat, in quo quilibet serũ⁹ liber fiebat, sicut dr̃ Deut.15. Iste etiam est dies septimus, in quo dominus dicitur omnia complesse, & quẽ dicitur benedixisse, & in quo dr̃ quieuisse, & requiescere præcepisse, sicut dicit̃ Gene.2. Quia pro certo in ista septima die.i.in statu gloriæ paradisi est p̃fecta requies beatorũ, & liberatio seruitutũ & laborum, et complementum oĩum gaudiorũ Exo.13. Die septima erit solẽnitas domini. Iste est ergo septenarius præmiorũ. ¶ Deinde dico q̃ est septenari⁹ remediorum. Et iste est septenari⁹ sacramentorũ, quæ sunt remedia cõtra omnia vitia & peccata figurata in septẽ vicibus quibus Naamã in iordane fuit lot⁹ & à lepra curatus 4.Regũ 5. Vade lauare septies in iordane, & recipiet sanitatẽ caro tua. Et in septem vicib⁹ quib⁹ digitus in festo expiationis in sanguine intingebatur. Nume.19. Et in septẽm vicib⁹ quibus lepros⁹ mũdificandus sanguine passeris aspergebatur. Leui.14. Figurata etiam in septimo mẽse vbi fiebat festũ expiationis. Leuit.13. Et in septimo anno, qui erat ann⁹ remissionis. Deu.15. Quia proculdubio charissimi septenari⁹ sacramentorũ, qui in iordane gratiæ inuenit̃, & qui ĩ sanguine passeris mortui.i.Christi, effigiẽ sortitur, leprosos.i.peccatores sanat & mũdat, & eos expiat & depurat. Vt sic cuilibet dicat̃ illud psa. Argẽtũ igne examinatũ, probatũ terræ purgatũ septuplũ. Et Io.4. dr̃ quod hora septima dimisit eũ febris. Febris.n peccati tũc sanatur, q̃n ad horã septimã.i.ad septem sacrorum remedium peruenitur. Iste est ergo septenarius remediorum. Et nota de septem virtutibus cõtra septẽ peccata. ¶ Vndecimo dico q̃ est septenarius demoniorum, q̃a s. vniuersitas demonum per septẽnarium intelligitur, sicut de alijs est expressum. vnde isti figurant̃ in septẽ Angelis q̃ habebãt septem plagas nouissimas Apoc.15. Et qui habebãt septẽ phialas iræ Dei. Quia.s.demones habẽt phialas, vbi est venenũ tentationis, & faciunt plagas æternę mortis & dãnationis. ¶ Duodecimo vero dico q̃d est septenari⁹ Angelorũ, Isti figurant̃ Apoca.5. vbi dr̃ q̃ agnus Dei habebat cornua septẽ, & oculos septẽ. qui sunt septem spũs Dei missi in oẽm terram. Isti.n. dicuntur cornua agni Christi, propter ipsorũ fortem & inuincibilem potestatem. Dicuntur etiam oculi eius, propter ipsorum puritatẽ, q̃a.s.isti reguunt

gunt mundum,ſicut oculus regit corpus Zacha.3.Super lapi
dem vnum ſeptem oculi ſunt.Et quod ét iſti p ſeptenarium
intelligantur,patet per Raphaelem dicentē Tho.12.Ego ſum
vnus ex ſeptem qui aſtamus ante deū.Iſte eſt ergo ſeptenari⁹
Angelorum.¶Tertiodecimo vero dico quod eſt ſeptenarius
tormētorū;quia.ſ.per iſtū numerū pōt ét pænarū infernaliū
vniuerſitas deſignari.Et ſic loquit̄.Gen.4.Qui occiderit Ca
in,ſeptulum punietur.Sic etiam loquitur Leu.26.Addam pla
gas veſtras in ſeptulū propter pctā veſtra.Figurata Danie.3.
vbi dicitur quod Nabuchodonoſor præcepit vt ſuccendere
tur fornax ſeptulum.Fornax enim babylonis.i.pæna inferni,
ſeptulū ſuccenditur, qñ reprobis pœnarum vniuerſitas in-
tentatur.vnde in pſā.dicitur.Redde vicinis noſtris ſeptulum
in ſinu eorum.Et Eccl.7.dicitur.Non ſemines mala in ſulcis
iniuſtitiæ,& non metes ea in ſeptulum.Sic igitur patet chariſ
ſimi, quomodo numerus ſeptenarius ſæpe vniuerſaliter ſi-
gnificat,& quomodo diuerſimode ſumitur in ſcriptura.

Sequi.Secutus. Cū de ſeq. ſit dictum in multis locis & titulis,de quibus dr̄ in p
cedentibus,tamen breuiter poſſumus dicere q́ ſequi mora-
liter loquendo,ſumitur pro conſentire,pro imitari,pro obe
dire,& etiam pro confirmare.Et ideo nota quod ſequi ſumi
tur in bono & in malo,vt ſequitur.Eſt enim quoddam

Sequi vtilitatis.
Sequi iniquitatis.
Sequi damnoſitatis.
Sequi felicitatis.

Primum eſt ſequi perfectorū,de quib.dr̄ Actu.12.Circundā tibi veſtimētū tuū,& ſequere me.
Secundum eſt ſequi pctōrū,qui.ſ.ſequunt̄ diabolū ei obediē
do,& ſequunt̄ alios malos,ſe eis conformādo,& eorū cōſor
tia frequentando.Vñ de fatuo & muliere dicitur Prou.7.qd̄
ſtatim eā ſequit̄ quaſi bos ductus ad victimā,& neſcit qd̄ ad
vincula ſtultus trahatur.Tertium eſt ſequi reproborū,q.ſ.ne
ceſſario diabolum in infernum ſequuntur,& ab ipſo in bara
trum pertrahuntur.De quo poteſt dici illud 2.Reg.20.Sepa-
ratus eſt omnis populus Iſrael à Dauid,& ſecutus eſt ſyba fi
lium bochri.Quartum eſt ſequi beatorum.Iſti enim Deum
ſecuti ſunt vſq; ad paradiſum bene operando, ipſum etiā ſe-
qui dicuntur,ipſi aſſociando,& cum eo perpetuo perſeuerā
do.De quibus dr̄ Apoca.14.Hi ſequuntur agnum quocunq;
ierit:hi empti ſunt ex omnibus primitiæ Deo & agno.¶ Di
camus ergo primo q́ eſt vnum ſequi vtilitatis, quod eſt val-
de virtuoſum,& iſtud eſt illud quo iuſti ſequuntur dominū
vel prælatum,vel etiam opera virtuoſa.Nota quòd

Canis ſolet ſequi ſuum benefactorem.
Captiuus ſuum redemptorem.
Exercitus ſuum ductorem.
Populi ſuum tutorem.
Diſcipuli ſuum doctorem.
Filii ſuum genitorem.

Sic vere nos debemus ſeq. Deū noſtrum,& creatorem, necnon prælatum,& præceptorē,& quēli
bet iuſtum rectorem,& informatorem,& hoc exēplo Apo-
ſtolorum,dicentium.Mat.19.Ecce nos reliquimus omnia,&
ſecuti ſumus te.Vbi oſtenduntur quatuor neceſſaria ad hoc,
q́ aliquis per humilem ſubiectionem vel per morum imita-
tionem ſequatur dominum vel prælatum.Debet enim

Diſponere motum volitiuum.Ecce nos.
Deponere malum retractiuum.Reliquimus omnia.
Perficere actum contemplatiuum.Et ſecuti ſumus.
Reſpicere finem allectiuum.Te inquit.

¶Primum facit diſpoſitio mentis obedientis.
Secundum diſpoſitio rei impedientis.
Tertium frequentatio motus perficientis.
B Quartum meditatio finis allicientis.

¶Igitur chariſſimi dico,q́ debemus diſponere mentem obe
dientem.Ecce nos inquit.Voluntariè.n.non coactè eſt ſeque
la obedientiæ facienda.Canis.n.nobilis cum magno gaudio
ſequitur dominum ſuum quando vadit venari.Magis.n.eſt
neceſſe,q́ teneatur ne excedat,quàm q́ prouocetur vt acce-
dat.Sic vere,& nos cum magna volūtate debemus ſequi do
minum,ei humiliter obediendo,& voluntatem eius facien-
do,& quod præcepit gaudenter exequendo,& nos ei virtua
liter conformando,dicentes.Ecce nos.Exemplo Eſa.5.& 6.
Ecce ego,mitte me.gloria enim magna eſt ſequi dominū,ſi-
cut dicitur Eccleſ.23.Et ideo ſicut prompti,& volūtarii de-
bemus nos præofferre ad ſequendū dominum vel ſuperiorē
vel meliorem,& nunquam retrocedere vel differre.Ferrum
.n.voluntariè ſequitur adamantem,& ſolſequium volunta-
riè ſequitur ſolem.Sic pro certo,& tu volūtariè debes ſequi.
Chriſtum vel quemlibet præceptorem,exemplo illius qui ſe
præofferebat ad ſequendum Chriſtū,dicens.Matth.8.Magi-
ſter ſequar te quocunq; ieris.Quod eſt contra multos,q. non
ſequuntur Deum vel prælatum voluntariè, ſed coactè, ſicut
ſunt illi quibus eſt neceſſaria impulſio tribulationū, vel iniū
ctio mandatorū ad hoc volūtatē Dei velint facere, vel ſupe
rioribus obedire.Canis.n.qui conſueuit ſequi vnum domi-
num,non libenter ſequitur alium niſi tractus.Planetæ etiam
qui habent curſum proprium contrarium motui firmamēti,
nunquā ipſum firmamentum ſequerentur, niſi per violentiā
traherētur.Sic vere chariſſimi, quia multi ſunt qui pleni mo
tu propriæ voluntatis ſemper motui voluntatis diuinæ ſo-
lent contrariari,& qui alium dominū,ſ.diabolum,per diuer
ſa vitia ſolent ſequi,hinc eſt,q́ non voluntariè Chriſtum vel
prælatum ſequuntur,imo neceſſe eſt,q́ per violentiam tribu
lationis aut correptionis ad ſequendū trahātur.Thobiæ 11.
Lento greſſu ſequantur iter noſtrum familię.Et de Petro dr̄
Matt.26.Petrus autem.i.peccator durus, ſequebatur à lōge.
Non ſic ſed habeamus mentem obedientē.Ecce inquit nos.
Quia ſicut dr̄ Lucæ 9.Si quis voluerit me ſequi deneget ſe-
metipſum.i.propriam voluntatem,& tollat crucem ſuam,&
ſequatur me.Debemus igitur diſponere mentem obedien-
tem.¶ Deinde dico,q́ nos debemus deponere cauſam impe
dientem.Relinquimus inquit oīa.ſupple impedientia.Quia
ſcilicet neceſſe eſt,quòd homo dimittat

Onera bonorum temporalium.
Fœdera amorum ſecularium.
Scelera fœtorum carnalium.
Munera bonorum mundialium.

Iſta.n.omnia ad ſequendum dñm ſolent impedire,quapropter neceſſe eſt ipſa dimittere,vel
ſaltem ab eis ſi nō realiter tñ mētaliter reſilire.Exēplo Apo-
ſtolorum,de quibus dr̄ Matt.4.q́ relictis retibus ſecuti ſunt
Chriſtum.Hæc.n.omnia ſunt quædam retia ſequelam domi-
ni impedientia.Vide ſupra de Relinquere.Dicitur.n.de fer-
ro q́ ſi inūctū fuerit allio vel pinguedine, nūquam pōt ſequi
adamantē.Quia pro certo chariſſimi,illi qui p̄dictis vnguen
tis liniuntur,& qui prædictis retibus vinciuntur, obediendo
dominum vel prælatum nō ſequuntur,nec eiſdem vt requiri
tur famulantur.Reliquimus inquit omnia.Matth.19.Vos qui
reliquiſtis omnia,& ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſe
derit filius hoīs in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos &c.
Oportet igitur deponere cauſam impedientē.¶ Deniq; dico
quòd qui vult ſequi dominum, oportet perficere motū expe-
dientem,quod oſtenditur cum dr̄.Secuti ſumus.quaſi dicat.
iam compleuimus.Non.n.ſufficit q́ homo incipiat,niſi perfi
ciat.Vnde nota q́ aliquando ruſticus canis incipit ſequi præ
dam,ſed inuentis cadaueribus vel ſpinis,& ſepibus ſtatim ſe-
qui omittit, canis vero nobilis nō ſic,quia quod ſemel ſequi
inceperit, nunquam quouſq; apprehenderit vel apprehēdat
ſi ſit poſſibile,prætermittit.Sic vere multi ſunt qui quandoq;
ſequi dominum incipiunt, ſed occaſione modica prætermit
tunt.Sancti vero,& iuſti ex quo ſequi ceperint, nunquam ceſ
ſant,quouſq; ipſum in gloria apprehenderint,& quouſq; vo
luntatem ſuam fecerint,& cōpleuerint.Secuti inquit ſumus.
Thobiæ 6.Profectus eſt Thobias,& canis ſecutus eſt eum.Si
lenites enim lapis eſt qui ſequitur motum lunę, imago.n.lu-
næ candidæ in ipſo refulget, quæ ſecundum quod luna in cæ
lo uariatur,ſic & ipſe ſequendo lunę influentiam variatur,cū
noua.n.innouatur, cum antiqua antiquatur,& cum eclipſan
te eclipſatur,ſicut dicitur in lapidario.Sic pro certo chariſſi
mi,illum qui eſt luna perfecta in æternum,& teſtis in cœlo fi
delis,videlicet Chriſtum debemus mentaliter ſequi per dile
ctionem,& ſubiectionem,& nos ei conformare per ſuorum
actuum imitationem.Marci.14.Sequimini eum quocunque
introierit.Magnes enim lapis eſt qui trahit ferrum ſicut ada
mas.Veruntamen ſi ambo lapides ſint præſentes,ferrū ada-
mantem ſequitur,& à magnete fugiens elongatur.Sic vere
chariſſimi,magnes.i.diabolus trahit poſt ſe hoīes ſicut Chri
ſtus.Veruntamē Chriſto exemplariter nobis præſentato vel
nobis in paſchate ſacramentaliter reuelato,vel coram nobis
in natiuitate corporaliter incarnato,ipſum ſequi eligere de-
bemus,& à magnete.i.diabolo reſilire.Secuti inquit ſumus,
Iob 23.Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, viam eius cuſtodi
ui,& non declinaui ex ea.Quod ét in iſtis agibilibus debe-

mus

mus facere, quia dato ꝙ aliqñ secuti fuerimus aliquas malas societates vel operationes, quando tamen nobis beatorum exempla proponũtur, ipsos cęteris omissis, si prudentes fuerimus, sequamur. Mat.9. Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mat.8. Deus.n. tales sequẽtes.i. tales humiliter subiacẽtes valde diligit, & ipsos aliis amore maiori anteponit, iuxta illud Genes.26. Amorẽ sequentis priori prætulit. Quia.s. priores.i. maiores & potẽtes à Deo, repudiantur, sequentes vero.i. subditi, & humiles ab eo temporaliter, & æternaliter præferuntur. ad Heb.10. Aufert primum vt sequens statuat. Secuti sumus. Patet ergo ꝙ nos debemus perficere motum expediẽtem. ¶ Insuper dico, ꝙ qui vult digne sequi dominum, ipse debet respicere finem alliciẽtem. Te inquit. Finis.n. est causa eorum quę sunt ad finem. & ideo quanto finis est melior, tanto ad alliciendum quærentem est delectabilior. Cũ igitur in ista inquisitione dominus ipse sit finis qui debet cõsequi, & haberi, ideo dico ꝙ necesse ẽ ipsum respicere, & ad em accedere. Obiectum.n. mouet potẽtiam. & ideo si consideretur qualis, & quãtus est iste quem sequimur ad ipsum procul dubio allıciemur, & ipsum faciliter cõsequemur. Te inquit, s. o Deus Hier.17. Ecce ego non sum turbatᵘ te pastorẽ sequẽs. Bonum est.n. sequi bonum ductorem, qui libenter ducit ad bonum hospitium. Vnde ille de se dicit Io.8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ideo docetur Deuter.13. Dominum Deum vestrũ sequimini, & ipsum timete. vide supra de Respicere &c. Sic igitur patet quomodo quatuor requirũtur ad hoc, ꝙ dignè

D dominus sequatur. Istud est igitur vnum sequi quod est virtuosum. ¶ Secundo dico, quod inuenitur vnum sequi iniquitatis, quod est valde vitiosum, & istud est illud quo mali sequuntur diabolum eius suggestionibus fauendo. vel quo sequuntur peccatum, ipsum implendo & eligendo, vel quo sequuntur malum consortium. Nota porcus.n. libentius sequitur illum qui portat stercorũ fætorem, quã illud qui fragrat rosarum odorem. Sic mali plus amant stercora peccatorum, quam rosas virtutum, & meritorum. Hier.2. Prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt. Et nota, quòd mali sequuntur & nituntur sequi

Auaritiæ cupiditatem.
Immunditiæ carnalitatem.
Superbiæ pompositatem.
Simoniæ peruersitatem.
Nequitiæ malignitatem.
Mentis propriè simplicitatem.

¶ Quòd.n. isti sequantur auaritiã, patet Ezechi.34. vbi de malis dr̃ ꝙ auaritiam sequitur cor eorũ. Et Esa.1. dr̃, ꝙ oẽs diligũt munera sequuntur retributiones. Similes linguæ stateræ, quæ illã partem sequitur vbi plus de pondere ponĩt. ¶ Quòd ẽt sequantur immunditiam, patet 2.Pet.3. vbi dr̃, ꝙ multi sequuntur eorũ luxurias. Quòd ẽt isti sequãtur eorũ superbiã, patet Ozeę 12. vbi dr̃ Effraim pascit ventũ. & sequitur ęstũ. Quòd insuper sequantur simoniam, patet 4.Reg.6. vbi dr̃ de Gezi (per quem simoniaci intelliguntur.) Secutus est post tergum Naaman. Quod isti sequantur nequitiã, patet Iob 36. vbi dr̃. Caue nè declines ad iniquitatem, hanc.n. cepisti sequi. Quòd etiã isti sequantur mentem propriam, patet Ezec.13. vbi dr̃. Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum. Istud est igitur sequi vitiosum. ¶ Tertio dico, quòd est vnum sequi dãnositatis, qđ est valde dolorosum, & istud ẽ illud quo mors æterna sequitur, & cõsequitur peccatores. figurata Apoca.6. vbi dr̃ Ille qui sedebat super equũ pallidum, nomẽ illi mors, & infernus sequebatur eum. Vnde Prouerb.18. Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit, sed sequitur eum ignominia, & opprobriũ. ¶ Quarto vero dico, ꝙ est vnũ sequi fælicitatis, quòd est valde gloriosum, & istud est illud quo gloria æterna sequitur bonos post mortẽ. De quo Apo.14. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescãt à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos.

A **Sermo.** Not. cum sermo nihil aliud sit quam verbum seu locutio, seu quàm ordinata verborũ pronuntiatio, possumus notare breuiter, ꝙ inuenitur in scriptura multiplex sermo tam in bono significato quã in malo. Inuenitur.n. sermo diuinus, & humanus. Diuinũ sermo est multiplex. Habet.n. Deus Sermonẽ naturalẽ, qui est interius. Sermonem scripturalem, qui est exterius. Sermonẽ regularem, qui est posterius. Sermonem legalem, qui est superius. ¶ Primum ergo sermonem Deus interius generauit. Iste.n. sermo est filius, qui in mente patris æternaliter est conceptus, & tandem voce.i. humanitate corporaliter est vestitus, & finaliter per partum virginis, sicut per os patris, exterius temporaliter est prolatus. Et de isto dr̃ Sapi.18. Cum medium silentiũ tenerent oĩa, & nox in suo cursu medium iter perageret. omnipotentes sermo tuus domine de regalibus sedibus venit. Et Deut.30. Iuxta est sermo valde in ore tuo. Secundum sermonem Deus procul promulgauit, s. sermonẽ sacræ scripturæ. Iste est sermo qui primo fuit cogitatus in inspirationibus prophetarũ, tandẽ fuit dictatus in libris, & voluminibus scripturarum, postea vero fuit diuulgatus in dictis doctorum & prædicatorum. Et de isto dr̃ Prouer.30. Oĩs sermo Dei ignitus clypeus est oĩbus sperantibus in se. Iste.n. sermo dicitur sermo Dei, quia continet diuinitatis honorem. Dicitur ignitus, quia inflammat charitatem vel charitatis ardorem. Dicitur clypeus, quia roborat firmitatis vigorẽ. Iste est sermo de quo dicitur Ioannis 17. Sermo tuus veritas est. Quia sicut dicitur in psal. Declaratio sermonum tuorũ illuminat, & intellectum dat paruulis. Tertium sermonem Deus posterius fulminabit, & iste est sermo quem dicet reprobis in iudicio, de quo Eccl.8. Omnia quæcunq; voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est. Ita ꝙ etiam reprobi dicent tũc temporis illud Ioan.6. Durus est hic sermo, & quis potest eũ audire? Quartum vero sermonem Deus superius exclamabit, quando.s. beatis dicet. Venite benedicti patris mei &c. Quia sicut dicitur Prouer.12. Mæror in corde viri humiliabit eũ, & sermone bono lætificabitur. Et sic dico breuiter, quòd inuenitur multiplex sermo diuinus. ¶ Sed adhuc dico, ꝙ inue- B nitur sermo multiplex humanus. Et sic dico, ꝙ tam in bono quàm in malo in scriptura inuenitur

Sermo bonus, & fructuosus.
Sermo vanus, & vitiosus.
Sermo durus, & furiosus.
Sermo duplex, & malitiosus.
Sermo simplex, & suspitiosus.
Sermo multus, & præsumptuosus.
Sermo stultus, & infructuosus.
Sermo falsus, & proditiosus.
Sermo iniquus, & perniciosus.

¶ De sermone bono dicitur. 1. ad Corint. 12. Alii datur per spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ. De sermone vano dr̃ Ecclesi.32. Vbi non est auditus, non effundas sermonem. De sermone duro dr̃ Proue.15. Respõsio mollis frangit irã, sermo durus suscitat furorem. De sermone duplici dicitur. Ecclesi.42 Non duplices sermonẽ auditus. De sermone simplici dr̃ 2. ad Corint.11. Nam si imperitus sum sermone, non tamen scientia. De sermone multo dr̃ Iob 32. Plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei. De sermone stulto dr̃ Iob 38. Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? De sermone falso dicitur in psal. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. De sermone iniquo dicitur in psal. Firmauerũt sibi sermonem nequam. Igitur de sermonibus bonis, & fructuosis, & virtuosis possumus aliquantulum dilatare, & dicamus, quòd sicut

Bona arbor facit bonum fructum,
Bonus succus habet bonum gustum,
Bonus fructus stillat bonum succum,
Bona uitis profert bonum vinum.

Sic vere vt cõter bonᵘ homo profert bonum verbum. Nam sicut bonus liquor, & sapidus demonstrat bonum esse vasculum de quo stillat, sic bonus sermo demonstrat seu denotat hominem bonum esse à quo manat. Boni enim homines nõ libenter se occupant in vanis sermonibus, sed in bonis, iuxta illud Apostoli ad Ephe.3. Omnis sermo malus ex ore vestro non pcedat. Et potissime illud pertinet ad doctores, ad prædicatores, & prælatos, & præceptores. Isti enim qui alios debent docere, debent habere sermones limatos, & ab omni turpitudine depuratos, vt sic quilibet possit dicere illud, qđ dicit sapientia diuina Prouerb.8. Audite me, quoniam de rebus magnis locutura sum, aperientur labia mea vt recta prædicent, veritatem meditabitur guttur meum, labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, & nõ est in eis prauum quid, neque iniquum. In quibus verbis intelligitur tota ars prædicandi, & sermonẽ faciendi, quia. s. hõ debet sermocinari de rebus magnis. Audite inquit me, quoniã de rebus magnis locutura sum.i. de rebus arduis, & æternis. de rebus gloriosis, & periculosis, de rebus ad salutem pertinentibus, & spectantibus, non ad mundum pertinentibus. Vnde ad Hebre.5. De quo inquit nobis grandis sermo & inter-

& interpretabilis ad dicendum. ¶ Item debet sermocinari cum summa rectitudine. Vt recta inquit prędicent, q.a.s. nec fauore nec timore debet deuiare à recto, dicens illud Hest. 14. Da sermonem rectum & bene sonātem in ore meo. Sed hoc est contra multos qui non audent recte prædicare, qui nimmo per adulationem solent à sermonis rectitudine deuiare. Et tamen scriptura dicit Proue. 29. ꝙ homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico, rete expandit ante pedes eius. Item debet sermonicari cum ueritatis certitudine. Veritatē inquit. Vera.n. dēt dicere, nō falsa, q.a.s. si falsa diceret, errādi auditoribus cā esset, & ideo vt veritatem sciat dicere, primo dēt addiscere, post docere, vt sic ei dicat illud Io. 17. Sermo tuus veritas est. Item debet sermocinari cum deliberationis plenitudine. Meditabitur inqt guttur meum. Vnde versus. Qui bene vult fari, bene debet præmeditari. Nō enim debet loqui a casu et fortuna, sed magis ex deliberatione & rōne, quia sicut dr. Proue. 17. Qui moderat sermones suos, prudentissim⁹ est. Item debet esse sermo cū correctionis acredine & fortitudine. Quia, s. prudens debet loqui cōtra vitia, & ea detestari. Labia inquit mea detestabūtur impium. 1. Reg. 24. Confregit Dauid viros suos in sermonibus. Item debet esse sermo cū acceptionis vicissitudine. Iusti inquit sunt sermones mei. Iustus dicitur sermo quādo ęqualiter arguit diuites & pauperes, notos & ignotos. ps. Disponet sermones suos in iudicio, vbi. s. debet esse sūma ęquitas. Item debet esse sermo sine quacunq; turpitudine. Non est inquit in eis paruum quid neq; iniquum, quia, s. in sermone nihil debet hæreticum, nihil dissolutum, nihil etiā inhonestum sonare. iuxta illud Eccl. 12. Composuit sermones rectissimos, ac veritate plenos. Et sic poterit talis sermocinator dicere illud Sap. 7. In manu dei sumus nos & sermones nostri. Et bene dicit in manu dei. quia pro certo hō qui ꝓprię sentētiæ innuitur, nūquā vt cōmuniter bene sermocinatur. A deo debet egredi sermo, nō ab homine, quia alias non haberet virtutem. Eccle. 43. Consummatio sermonū ipse est. Gene. 24. A deo egressus est sermo, & non possimus aliud. Et ideo prudens in principio sermonis debet dominū orare, vt sermonē eius velit dirigere & iuuare, dicens illud Hester 14. Da sermonem rectum & bene sonantem in os meum. Vbi ostenditur quod ipse debet implorare diuinam maiestatem. Da. Intimare verborū venustatem. Sermonem rectum. Intimare diuinā voluntatem. Bene inquit sonantē. Et sic pro certo charissimi sermones tales audiētur, & ab auditoribus implebuntur. Quamuis certe hodie sermones nec libenter audiantur, nec efficaciter compleātur. (Ezech. 33. Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos.) sed quod peius est, derideantur, & vt in pluribus contemnant. vnde de multis potest dici illud 2. parali. 36. Subsannabant nūcios dei, & parui pendebant sermones eius &c. Omitto. Vide supra de Loqui, de Lingua, & labijs.

A **Serpens.** Nota breuiter quod per serpentem generaliter possunt intelligi quattuor, videlicet Christus, iustus, impius, & diabolus. Et sic dico quod inuenitur in scriptura serpens

Mirabilis & gloriosus.
Laudabilis & virtuosus
Execrabilis & vitiosus.
Detestabilis & odiosus.

¶ Dico primo ꝙ inuenitur serpens gloriosus & mirabilis. & sic per serpentē intelligitur Christus, qui dicitur serpens, a serpendo, quia scilicet circa terrā serpit homo corporaliter incedēdo. Teste enim Plinio, coriū serpentis puluerisatū valde est medicinale. Sic pro certo humanitas Christi, quæ. s. fuit corium & pellis ipsius dei, est contra crimina medicinalis, potissime quando accipitur puluerisata. i. considerata vt ad summā humilitatē redacta, & in hasta cruciscremata, & quasi in cinerē cōmutata. Teste enim eodē Plinio, qui pinguedine serpentis mortui inūgitur, a cunctis alijs viuis serpentibus formidat. Sic vere si istius serpentis. i. Christi mortui pinguedine te per deuotionem & cōpassionē inunxeris, a viuis serpentibus. i. a peruersis & imortalibus demonibus tutus eris. Qđ bene figurat Exod. 4. vbi virga moysi dicit in serpentē mutata fuisse, & serpentes magorū Pharaonis legitur deuorasse. Quod et figuratur Nu. 21. vbi dominus propter peccata populi misit in eos serpentes ignitos. i. serpentes, ignem spirates, vel dolorem ardoris ignei inferētes, homines pungentes & inuenenantes præcepto tñ domini factus est serpens ęneus, & sursum ꝑ signo in palo leuatus, quem quicunque intuebatur, a serpentum morsibus sanabatur. Item dicit Plinius de serpente quod dr esse quidam serpens qui vocatur tyrus, de quo mortuo tyriaca conficitur, quæ serpētū morsibus contrariat. Sic pro certo charissimi est de Christo, qui voluerit ipsum sequi, & eius pinguedine inungi &c. Itē procul dubio virga Moysi. i. Christ⁹, qui est virga virtutis dei, quem misit domin⁹ ex syon dominari i medio inimicorum suorum, in serpentem. i. in corporalē hominē est mutatus, & tandem postquā factus fuerat æneus. i. per prędicationem resonans in palo alte corā omnibus est leuat⁹, & sic per ipsum alij serpentes, scilicet demones, fuerunt victi & deuorati, & illi qui flammis tentationis ipsorum vrebant, per aspectum. i. per fidem & cōsiderationē ipsius sunt sanati. Et ideo ipse Christus de seipso loquens dicit Io. 3. Sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo, sic exaltari oportet filiū hominis. Iste est igitur serpens glorios⁹ & mirabilis. ¶ Secūdo B dico quòd est serpens virtuosus & laudabilis. Et sic dico quod per serpentem intelligit homo iustus. Serpens. n. quādoque in capitibus habent lapides præciosos. Serpens etiā in hoc summam prudentiā dicitur habere, quia pro tuitione capitis totum corpus exponit percussori. Sic vere charissimi vir iustus in cuius capite. i. in cuius mente inuenitur lapis præciosus Christus, & eius fides & gratia, quia. s. ꝙ in suo capite, s. Christo vel in fide cōsistit proprie vita sua percussionibus & tribulationibus se exponit ꝑ ipso. s. defendendo, & se sibi perpetuo conseruādo. Et ideo bene nos monet deus Mat. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbę. Et in psalm. etiam dr. Laudate dominum de cœlis, bestiæ & vniuersa pecora, serpentes & volucres pennatę. Isti enim dicunt bestiæ, propter simplicitatem. Dicuntur serpentes, propter sagacitatē. Dicūtur volucres, propter contemplationis sublimitatem. Dicuntur etiā penatę, propter aliarū virtutū multiplicitatem. Sic ergo dico ꝙ iustus dicitur serpens virtuosus & lapidabilis. ¶ Tertio dico quòd C inuenit serpens vitiosus & execrabilis. Et sic dico quod per serpentem intelligit peccator. Serpens enim est animal nociuū & venenosum, sic peccator ꝑ mala verba exemplat et opera nociuus est & venenosus. Ideo peccatoribus loquit dominus Matth. 23. Serpētes genimina viperarū quomodo fugietis a iudicio gehennæ. Vnde breuiter possumus dicere quod peccatores sunt etiam serpentes

Deceptione fallentes.
Ambitione feruentes
Detractione mordentes.
Turbatione sæuientes.

Sunt dico fallentes per deceptionem. Serpens. n. sibilando mordet & inuenenat. Serpens. n. est valde lenis & suauis, vix enim potest teneri, sicut nec anguilla, & ideo dicitur coluber a collabendo. Serpens insup nunquam recte, immo semp tortuosè icedit, signans peccatorem, qui quandoque ita est tortuosus & cautelosus, quòd ēt dum sibilat. i. dū blande & suauiter loquit, ipse tamen inuenenat & persequit. Ita. n. scit per cauillationes collabi, ꝙ vix potest ab aliquo cōprehendi. Et ideo de serpente loquitur scriptura Gene. 3. Serpens erat callidior cūctus animātibus terræ. Talis figuratur in serpente qui seduxit Euam, qui secundum Iosephū vultū habebat virgineum, corpus tamē serpentinū, mulieri vero quam decipiebat, vultū virgineū ostendebat, corpus vero serpentis sub arboris folijs abscōdebat. Sic vere multi sunt qui quādo aliquem volunt decipere, corpus serpētinum suum. i. suā prauā intentionem, & suā venenosam cōditionem solent sub folijs palliationum abscondere, & vultum virgineum. id est faciem blandiētem & fallacē solēt alijs demōstrare. Ecclesi. 12. Quis medicabit. (alias miserebit) in cātatori a serpente percusso? Et ideo de cautelis & malitijs talium dr. Hie. 8. Ecce mittā vobis serpētes & regulos, quibus nō fit incātatio. Isti ergo sunt fallētes per deceptionem. Itē dico ꝙ isti sunt feruētes per ambitionem. Sunt enī serpentes aliqui tāti feruoris, quòd etiam pelles eorum in qua frigida positæ faciunt eā feruere, vt dicit Plin. Serpens toto corpore terrā tangit, & semper adhęrendo terræ incedit, Serpens insup terram comedit, & de puluere cibū sumit. Sic vere charissimi multi sunt peccatores qui ꝑ auaritiā & ambitionē sunt feruentissimi. Numero. 21. & Deute. 8. Misit dominus i populum serpentes ignitos. To

to esiim

to eni corde & corpore, idest tota affectione & occupatione terram interrena tangunt & diligunt puluerem bonorum temporalium summe volunt. Esai. 15. Serpenti. puluis panis eius. Et ideo serpentem legitur dñs maledixisse, dicendo. sic Gen. 3. Super pectus tuũ gradieris, & terrã comedes cũctis dieb. Isti igit sunt feruẽtes per ambitionẽ. Itẽ dico q̃ isti sunt mordentes per detractionem. Lingua. n. serpentum est venenosa, ita etiã agitat per violentiã veneni, q̃ vr duas linguas habere. Sic vere lingua pctõrũ p detractionẽ venenosa est, & per duplicitatẽ furcosa est. ps. Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenũ aspidũ sub labijs eorum. Isti. n. nõ cessant alios mordere, & ipsos veneno infamiæ inficere & nocere. Eccl. 10. Quemadmodum si mordeat serpens in silentio, sic qui detrahit proximo in secreto. Isti igit sunt mordentes p detractionẽ. Itẽ dico q̃ isti sunt sæuientes p turbationẽ. Serpens. n. puocatus solet acriter indignari, & hoiem qñq; inuadere & rimari. Qñ. n. venenum suum calefit, tunc faciliter percutit atq; lædit. Sic vere pctõr qñ venenum suæ iracũdiæ in cordis sui viscerib. incalescit, ita qñq; furit & in iracũdiã ardescit, q̃ modica occasione alios verbo vel facto pcutit aut inuadit. psa. Furor illius s̃m similitudinẽ serpẽtis. Et sic figurat Apoc. 9. vbi dr̃ q̃ equi locustarum de ore suo emittebant sulphur, ignẽ & fumũ, & caudę eorũ erant similes serpentib. Quia. s. tales sunt superbi sicut equi, de ore suo solẽt verba sulphurea pp infamationis foetorẽ, verba ignea pp iracundiæ furorẽ, verba fumea pp iactantiæ clamorẽ emittere, ita q̃ cauda eorum est serpentina, inquantum finis verborum, qui per caudã intelligit, ad malũ dr̃ declinare. Deut. 32. Dentes bestiarum immittã in eos, cũ furore trahentium sup terrã atq; serpentium. Sic igit dico q̃ per serpentẽ intelligit pctõr. Et sic patet q̃ in scriptura inuenit serpẽs vitiosus & dãnabilis. ¶ Quartò dico q̃ est serpẽs venenosus & odibilis, & ista serpẽs est diabolus, q̃ dr̃ serpens pp malitiã in decipiendo, & pp venenositatẽ in tentando & suggerẽdo. Iste est serpens quem dñs de cœlo piecit. Quia. s. sicut insula hiberniæ nullum serpentem admittit, sic insula paradisi nullũ diabolum recipit, aut ibi stare permittit. vnde Apoca. 12. dr̃ q̃ de cœlo piectus est draco ille magnus serpens antiquus &c. Iste. n. est serpens qui pctõres in inferno mordebit, & ipsos atrociter deuorabit. Vnde de pctõrib. dicit dñs Amos 9. q̃ si celauerint se in pfundo maris, ibi mãdabo serpenti, & mordebit eos. & Eccl. 10. dr̃ q̃ hõ cum mortuus fuerit, hæreditabit serpentes & vermes. Veruntñ iste serpens finaliter visitabit, & ad ignẽ æternum cõdẽnabit, quia sicut dr̃ Apoc. 20. Angelus q̃ habebat clauẽ putei abyssi, apprehendit draconem serpẽtem antiquũ q̃ est diabolus & sathanas, & ligauit eũ, clausitq;, & signauit sup eũ. Istud aũt erit in iudicio, qñ Chrs q̃ est Angelus testi, luciferũ relegabit, & eũ in abyssi puteo ligabit. Esa. 27. Visitabit dñs sup leuiatã serpentem antiquum &c. Sic igitur patet qũo per serpentem põt diabolus, peccator, iustus, & Christus intelligi &c. Vide de Columbro, & in titulis infinitis, vbi plura de serpentib. sunt exẽpla.

Seruare.

Nota quòd seruare significat rei possessionem, tuitionem & defensionem. Et inuenitur in scriptura multiplex seruare, videlicet

Diuinæ protectionis.
Mundanæ afflictionis.
Humanæ discretionis.
Æternæ damnationis.

Deus. n. seruat iustos ne cõfundant. 2. Paral. 19. Diligit Deus Israel, & vult seruare eum in æternum. Mundus seruat bonos vt affligatur. Act. 12. Petrus aũt seruabat in carcere. Deus seruat pctõres vt cõuertant. Iusti vero seruãt seipsos ne destruant. Vñ in epistola iudæ. Vosipsos in dilectione seruate. Diabolus seruat iniquos vt occidant, sicut carnifex q̃ seruat pingue aĩal & porcũ ad occidendũ. Iob 21. In diem perditionis seruat malus, & ad diẽ furoris ducetur. Dicamus ergo br̃ & generaliter q̃ est vnum seruare diuinum, & vnũ humanũ. Seruare diuinum est illud quo Deus seruat iustos,

Ipsos liberando à tentatione.
Ipsos præseruando à damnatione.
Ipsos collocando in saluatione.

Primo ergo dico q̃ Deus seruat iustos, ipsos à tentatione liberãdo. Deus. n. est sicut nutrix, q̃ seruat puerũ ne cadat in lutum, ne maculetur. Deus est sicut diues mercator, q̃ seruat bonã pecuniã ne expẽdat. Deus est sicut tutor, q̃ seruat pupilli hæreditatem ne consumatur. Deus est sicut ductor, qui seruat illũ quẽ ducit ne in errorem mittatur. Quia proculdubio charissimi Deus est

Iustorum nutritor.
Iustorum mercator.
Iustorum tutor.
Iustorum ductor.

Et ideo ipsos tãquam suos à peccato seruat, & ne perdant hęreditatem gratiæ, ipsos custodit benigniter & præseruat. vnde 1. Reg. 2. Pedes sanctorũ suorũ seruabit, & impij in tenebris cõticescẽt, quia nõ in fortitudine sua roborabitur vir. Deus igit seruat iustos, a tẽtatione liberãdo ¶ Secũdo dico q̃ deus seruat iustos, à dãnatione pseruãdo. Medicus. n. qui curã habet de ægro, seruat eũ a morte & infirmitate, dãdo ei asperas medicinas. Sic deus qui curã habet generaliter de oibus (Sap. 6.) hoiẽ a morte inferni preseruat, dũ sibi asperas medicinas tribulationũ ministrat. Mũdi. n. tribulationes medicinę sunt, q̃a secũdũ Hieron. q̃ creditur esse pęna, medicina est. Et ideo dñs postq̃ licentiã vulnerãdi & depauperãdi Iob dederat diabolo legitur sibi dixisse. Iob 2. Veruntamen animã eius serua. vnde Apoc. 3. Qm̃ seruasti verbũ patientiæ meæ, & ego seruabo te ab ora tentationis. ¶ Tertio dico q̃ deus seruat iustos, in saluatione collocãdo. Ille. n. qui vult aliquid bene costodire & seruare, solet illud in toto loco reponere & locare. Patet in istis magnis hoibus, qui libenter ponũt thesauros suos ĩ religionibus, & maxime literas suas & priuilegia. Sic vere qui vult seruare iustos. Ideo ponunt iusti thesauros suos & cor suũ in Deo, q̃ est vera religio, & iste eos in perpetuũ sibi vult reseruare, et ideo in toto loco. s. ĩ paradiso ponit eos. Fructus. n. qui bene seruãtur & custodiũtur, in tuto loco ponũtur. Sic & isti. vnde Esa. 49. Seruaui te & dedi te fędus populi. Deus ergo ĩ paradiso seruat bonos, et bona eorũ in paradiso pro eis reseruat. Nota hõ meliora & vtiliora seruat p amicis, viliora autẽ dat extraneis. Sic Deus pro iustis seruat æterna, peccatorib. seruat tẽporalia & terrena. psal. In æternum seruabo illi mĩam meã, & testm̃ meum fidele ipsi. Et sic patet q̃ est quoddam seruare diuinũ. ¶ Adhuc dico q̃ est vnum seruare humanum. Et istud est illud quo quis se seruat à vitijs & à pctĩs, & quo q̃s seruat illa quæ sunt vtilia ad salutem. Ille. n. qui se vult ab infirmitate seruare, solet bonam dietam & bonum regimen, necnon & mandata medici obseruare. Sic verè qui ab infirmitate & morte pctĩ se seruare voluerit, regimen disciplinę & mandata Dei necessario obseruabit, iuxta illud verbum cœlestis medici Matt. 19. Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata. Vbi aduerte q̃ ad seruandum

Animus requiritur. Si vis.
Fructus promittitur. Ad vitam ingredi.
Modus ostenditur. Serua mandata.

Homo enim qui vult se bene seruare,

Debet habere motum electiuum. Si vis.
Debet habere fructum allectiuum. Vitam.
Debet tenere modum profectiuum. Mandata.

Igit habeamus motũ seu ẽt votum electiuum. Si vis inquit. q. d. voluntas requirit, q̃a. s. nisi hõ velit seruare seipsum, impossibile est q̃ possit seruari. Bona. n. voluntas & bonus affectus est primũ requisitũ ad custodiã viri iusti. Si vis inquit. q. d. nisi velis, impoẽ est. Phreneticus. n. vix põt à morte seruari, & hoc est, q̃a non vult nec patit curari, nec credit infirmari. Sic vere nec hõ á morte æterna seruat, qui infirmitate, pctĩ voluntariè delectat. Voluntas. n. interior est necessaria, alioquin cũcta custodia est frustratoria. Eccl. 15. Si volueris mãdata cõseruare, cõseruabunt te & in ppetuum fidem placitã seruare. Apposuit tibi Deus aq̃ & ignẽ, ad q̃d volueris, porrige manũ. Mors & vita apposita sunt hoĩ, q̃d placuerit, dabit ei. Si vis ergo. Et nota q̃ ista dictio sp, significat cõditionẽ, q̃a p certo multæ conditiones requiruntur ad hoc q̃ hõ debite à pctõ seruet. Requirit. n. dilectio. Ioann. 14. Si diligitis me, mãdata mea, seruate. Requirit ẽt verbi ipletio. Io. 14. Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit. Requiritur insuper mortis euasio, q̃a sicut dr̃ Io. 8. Si quis mãdata mea seruauerit, mortẽ non gustabit in æternum. Et bene dr̃ mortis euasio. i. pctĩ euasio. Habeamus igitur charissimi motum electiuum. Si vis. Quod est cõtra multos, q̃ nõ volunt à malo seruari, imo voluntariè criminib. subiugari. Quia. s. teste Aug. pctm̃ à Deo est voluntariũ, q̃ si voluntarium non est, non est peccatum. Isti enim sunt similes pueris, qui voluntariè intrant lutum, quamuis sciant quòd ibi maculentur, & quãuis exinde à matre sæpius verberetur. Quia pcul dubio miser

miser peccator voluntariè currit ad pctm, quamuis exinde sciat certissimè se reportare primo maculam, post tormentum isti deberent attendere ad illud.s.quod finaliter sequit, & dicere illud Dan.13.Si.n.hoc egero,mors mihi est. Non sic ergo,sed seruemus nos & habeamus motū ac votum electiuū,& firmā volūtatē.Si vis inqt.¶Insup dico q videam' fructū allectiuū.Vitā inqt.Ad cōuiuiū regis inuitatus, seruat se à puerilibus ne fœdet, seruat se à fœcib. ne maculetur, & à vanis cōsortis ne tardet.Clericus.n.sciēs qui sperat aliquam bonā colla ione, sicut bonum bnficium, bene cauet q habeat processum bonum,& bn seruat se ne faciat aliquem excessum:timet.n.q sibi obijceret qn vacante beneficio ipsum apprehendere niteretur. Cum igit charissimi nos sim' impetrantes & expectantes collationē summi plati Dei, & cum oēs simus inuitati ad illud æternū conuiuium summi regis,& oēs speremus illud æternum beneficium reportare, & nos in illo dulci conuiuio recreare, bn debemus seruare nos ne vltra q deceat excedamus, & cauere vt processum bonarum virtutum & operum habeamus,nec non ne fœdemur maculis vitiorum,ne satiemur grossis cibarijs terrenorum,& ne tardemur vanis solatijs mundanorū.Ad vitam inquit ingredi.q.d.ingressus vitæ æternę illi pmittit, q volūtatē Dei seruat,& q à vitijs pseruat.vn Proue.7.Serua mādata mea,& viues.Igit videamus fructū allectiuū. Ad vitā inqt ingredi.¶Deniq; dico q necesse est q teneamus modū directiuū seu pfectiuū.Serua inqt mādata. Obseruātia.n.mandatorū est pprie modus & regula seruādi nosmetipsos. Mādata.n.Dei.i.diuina,sunt sicut recepta medici,q infirm' dēt seruare,vt ipse valeat à mortis periculo se liberare & saluare.sicut.n.dr Apoc.1.Beatus q legit & q audit verba pphetiæ huius,& q seruat ea q in ea scripta sunt. quia sicut dr 1. Io.2.Qui seruat mādata eius,in ipso manet.Et ideo bn nota q ista mandata præcipuè mandantur seruari,videlicet

Mandatum charitatis.
Mandatum castitatis.
Mandatum firmitatis.
Mandatum puritatis.

De obseruantia charitatis dr Ephe.4. Solliciti seruare vnitatem in vinculo pacis. De obseruantia castitatis dr Thobiæ 3.Mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.De mandato firmitatis dr Deute.23.Quodcunq; semel egressum est de labijs tuis,obseruabis. De obseruantia puritatis dr Hen.37.Manus vestras seruate innoxias.Et sic igit patet quomodo & quæ debemus seruare, tenere & complere,vt generaliter dicatur illud Matt.23.Omnia quæcunque dixerint vobis,facite & seruate vt & sic dicat homo illud Marci 10. Hæc omnia seruaui a iuuentute mea.Hæc igitur de seruare & obseruare sufficiant

Seruire Seruus.

Cū seruire ptineat ad subditū, seruiri verò pertineat ad magistrum, possumus dicere q gñaliter in scriptura inueniuntur quattuor genera seruitutis.Inueniunt.n.seruitus

Virtuosa.	Prima est seruitus perfectorum.
Vitiosa,	Secunda est seruitus peccatorum.
Gaudiosa.	Tertia est seruitus beatorum.
Tædiosa.	Quarta est seruitus damnatorum.

Prima est seruitus magnæ perfectionis, & ista est qua boni seruiunt Deo vel prælato. de qua Luc.1.Seruiamus dño in sanctitate & iustitia corā ipso.Secunda est seruitus vilis cōditionis,& ista est seruitus vilis peccati,qua hō seruit diabolo vel peccato de qua Iudicu 2.Fecerūt filij israel malum in cōspectu dñi,& seruierūt Baalim & Astaroth. Tertia est seruitus magnæ plationis,& ista est illa qua beati seruiūt Deo. de qua dr q seruire Deo regnare est.de qua pōt dici illud 3. Reg.10.Beati sunt serui tui qui stant corā te semper. & Esai. 65.dr,& est verbum dñi loquentis de ipsis dānatis. Ecce inquit serui mei comedent,& vos esurietis, serui mei bibent, & vos sitietis,serui mei lætabunt,& vos cōtristabimini,serui mei laudabunt præ exultatione &c.Quarta est seruitus duræ dānationis & ista est illa qua repobi sunt in inferno subiecti,& ipsis tormentis & demonibus subiugati.de qua Hie. 5.Seruietis ibi(.s.in Babylone)dijs alienis qui non dabūt vobis requiē die ac nocte.Generaliter ergo dicamus aliqd de seruitute bona & mala,& dicamus q per seruum pōt intelligi quilibet perfectus vir qui.s.Deo & plato humiliter obedit & seruit.Seruus.n.dr ille qui non est sui iuris,sed qui potius est subditus alienæ volūtati,& dr seruus à seruiendo,vel etiam à seruando.Illi.n.qui in bello capiuntur, cum occidi possint,a morte seruantur,& ideo serui victorum efficiuntur,& potestati ipsorum subijciuntur.Sic vere charissimi cū Deus nos a morte æterna pseruauerit,& in bello crucis acquisierit,iustum est vt ei obediamus, & vt voluntatem nostram voluntati ipsius totaliter supponamus,iuxta illud Iosuæ 23.Timete dñm,& seruite ei corde perfecto.Vt & de iustis dicamus siue exponamus illud Apocal.22.Serui eius seruient ei,& videbunt faciē eius. Vbi aduerte q ille qui vult esse seruus Dei debet habere quattuor, quæ dēt habere seruus cuiuslibet magni viri.Seruus.n.magni viri.debet esse

Ornatus & compositus.
Diligens & expositus.
Discretus & informatus.
Ditatus & præmiatus.

Sic serui Dei moraliter disponuntur, quia sunt serui eius. Diligenter exponuntur, quia seruient ei.Subtiliter instruuntur,quia videbūt.Vtiliter astruuntur, quia cōtēplant faciē eius.Primū facit virtutū opulentia dispositiua.Serui.Secundū operum diligentia expositiua.Seruient.Tertium sensuū vigilantia speculatiua.Videbūt.Quartū bonorum affluentia præmiatiua.Faciē eius.Primum ptinet ad virtualē dispositionē.Secūdū ptinet ad manualē operationē.Tertium pertinet ad cordialē speculationē. Quartū ptinet ad æternalē retributionē.Dicam' ergo q isti sunt dispositi virtualiter expositi, actualiter, illustrati cordialiter,retributi seu pmiati æternaliter.¶ Dico ergo primo q isti sunt virtualiter dispositi,quia.s. ipsi sunt serui ei'.s. Dei, qui est oīpotēs rex, potēs,& metuēdus nimis. Ad magnū.n. dñm ptinet q hēat seruos dispositos & ornatos & in habitu & in gestu.Vñ ēt de Salomone legimus q ministri eius erāt ita dispositi & ordinati,q regina Saba sup hoc est mirata,sicut legit 3.Reg.10.Sic vere charissimi Deus q est rex regū & dñs dñorū,vult q serui sui sint in moribus bene dispositi,& gratijs & virtutib.adornati.Serui inquit eius. vt etiam de eis intelligatur illud Apocali.7. isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione,& lauerūt stolas suas in sanguine agni, & dealbauerūt eas,iō sunt ante thronum dei & seruiunt ei die ac nocte.Et nota q seruitor dēt esse talis,videlicet q sit

Lætus.
Lotus.
Erectus.
Accinctus.
Succinctus.
Vestitus.
Humilis & verecundus.
Pauidus & tremebūdus.

Dico p certo charissimi q serui Dei debent esse læti per spiritale iocunditatem.psal.Seruus autem tuus lætabitur. Hilaris.n. dominus nunquam diligit seruum tristem.Et idem viri iusti debent esse lęti,& in diuinis laudibus occupati.Esai.65.Serui mei laudabūt cum exultatione.Vt sic dicatur illud Gene.47.Salus nostra in manu tua est,respiciat tamen nos dñs noster,& lęti seruiemus regi.Item debent esse loti per munditiæ puritatē.Mundus.n.dñs mundam vult habere familiā. Vñ illud prædictū Apoc.7.Lauerunt stolas suas &c.& Luc.1.Seruiamus illi in sanctitate.Itē debēt esse erecti per contemplationis sublimitatem. Hō.n.nunquam bene seruit, quandiu est ad terram prostrat', sic nec homo quādiu ad terrena est per affectum inclinat'.Valde.n.est dñs excelsus & altus,q.a.s.ipse dicit q cœlū sibi sedes est,& terra scabellū pedū suorū.Esai.66.Et iō necesse est q ille qui seruit sibi,sit sursum mētaliter erect', & ad bona æterna per affectū & desideriū eleuat'.vñ Esaiæ 52.Ecce intelliget seruus meus iacob exaltabit & eleuabitur,& sublimis erit valde Item debēt esse accincti per abstinentiæ parcitatem. Quando.n. homo cingitur, venter eius stringit.Nota q seruitores libēter aliqua zona nobili se accingunt.Sic vere charissimi,serui Christi debēt zona abstinentiæ se cingere, & ventrem suū per parcitatem stringere & arctare.vnde Ecclesiastic.33.Onus & virga& cibus asino, panis & disciplina seruo cū opere.Item isti debent esse succincti per promptę obedientiæ volūtatem. Seruitores enim solent vestes suas succingere,vt ad obsequia possint liberi' currere & circuire.Sic vere serui Christi debent esse parati ad obediendum,& ad obsequia discurrendū.Ecclesiastic.4. Qui seruiunt ei,obsequentes erunt.Item isti debent esse vestiti per honestæ apparentiæ venustatem.Non.n.decet seruitorem esse nudū,ne forte appareat in ipso aliqua turpitudo. Sic vere serui Dei debent per honestam conuersationem esse vestiti,& ante intuentium oculos cooperti. Honestas enim omnia solet tegere, & nihil sinit in homine apparere,

vnde Proue.31. Omnes domestici ei⁹ vestiti sunt duplicib⁹. Vnde de quolibet tali seruo potest exponi illud Phil.2. Formam serui accipiens, in similitudinem hominũ factus, & habitu inuent⁹ vt homo. Istud totũ est hodie cõtra multos domini seruitores, qui pro certo sunt hodie ita insolẽtes & impudẽtes, ꝙ ac si nudi accederẽt siue incederent, omnes eorum turpitudines sunt omnib. apparẽtes. Figurati in seruis Dauid, quos rex Moab in vituperiũ Dauid vsque ad nates vestibus detrũcauit, & eis mediam barbam rasit. sicut dicit 2. Reg.10. Barba in viro prudentiã signat, quæ duas partes habere debet, quia.s.necesse est, ꝙ hõ sit prudens in spiritualibus, & temporalibus. Sed quid? pro certo rex Amon diabolus seruos Dauid religiosos & ecclesiasticos hodie dehonestauit, quia pro certo mediam partem barbæ suæ, hoc est dictu, prudentiam & discretionem spirituale eis abstulit, aliã vero mediam partem, hoc est dictu, prudentiam terrenorũ eis dimisit. Vestes vero honestatis eis totaliter truncauit, & nates eis discooperuit, inquantũ suarũ natiũ turpitudinem & libidinem oibus declarauit vt de talibus seruis dicat hodie illud. Esa.20. Ambulauit seruus meus Esaias nudus & discalciatus & discoopertis natibus. Non sic ergo, sed sint vestiti per honestatẽ. Itẽ serui Chri debent esse humiles & verecundi per reuerentiæ simplicitatẽ. Ad seruum.n. pertinet ꝙ sit verecundus, humilis & reuerens. Dan.13. Erubuerunt serui vehemẽter. Et ꝙ superioribus impẽdat reuerentiã & honorẽ. Sic vere debent esse ad litterã serui Chri. vñ Phili.2. Semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens. vt sic dicat illud verbũ humilitatis quod dr̃ in psa. Seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. Istud est contra multos seruitores Chri, q̃ magis sunt superbi q̃ alij. Nã hodie sicut abundant in terrenis facultatibus, ita ẽt abundãt in superbijs & vanitatib. vñ Proue.30. dr̃ ꝙ per tria mouet terra. & sequit. per seruum cum regnauerit. Seruus.n. superbus diceret, qui ꝓprio dño dedignaret seruire, nec vocatus insuper rñdere. Tales sunt mali ecclesiastici, qui pro certo dño suo proprio Chro seruire dedignantur. Patet in canonicis, qui intrãt ad ecclesias ad recipiendum, & non ad seruiendum. De talibus supbis loquitur Iob.39. Nunquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabit ad præsepe tuũ? q.d. ꝙ nõ. Rhinoceros.n.i. vnicornis qui nulla arte domat, à virgine tñ decipitur, in cuius gremium inclinat, signat tales cornutos & superbos, qui libenter in mulierũ gremijs inclinant, nunq̃ tñ per obedientiam domãtur, nec ad præsepe Chri.i. ad diuinũ officiũ morãtur, quinimmo sibi seruire ꝑ arrogãtia dedignãtur. Quod potissimè apparet de multis fatuis nobilib. qui in religione vel ecclesia positi nolũt facere officia consueta, dicentes illud Io. 8. Filij Abrahæ sumus, & nõ seruiuimus vnq̃. Et de eis põt dñs dicere illud Iob 19. Seruũ meũ vocaui, & non rñdit mihi, ore ꝓprio deprecabar illũ &c. Nõ sic charissimi, sed sint humiles & verecũdi ꝑ simplicitatẽ. vñ Iudit.8. In spũ contrito & humiliato seruiẽtes illi. Itẽ dico ꝙ isti debent esse pauidi & tremebundi ꝑ diuini timoris dubietatẽ. Seruus.n. sp debet esse pauens & timidus, ne forte faciat quod displiceat dño suo. Sic serui Chri, sicut dr̃ in psa. Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Et sic charissimi dico ꝙ serui Chri debẽt hr̃e ꝑdictas octo cõditiones, & sic erũt virtualiter dispositi. Serui inqt eius. qđ est primũ authoritatis. Gen. 44. Oẽs serui sumus dñi nri. ¶ Scdõ dico ꝙ illi q̃ volunt esse ꝓpriè serui Chri debent esse actualiter expositi, qđ ostendit cum dr̃ Seruient ei. Seruus.n. dẽt esse diligẽs & attentus ad seruiẽdũ magistro suo, & expositus & paratus. & sic isti seruiunt ei. Serui.n. officiũ est seruire, q̃a alias seruus ꝓpriè nõ diceret, si seruire nõ dignaretur. Et ideo serui Chri debent esse seduli in seruiendo, & in laborẽ pnĩæ sustinendo, iuxta illud Apostoli 1. ad Corin.9. Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne forte cum alijs ꝑdicauerim, ipse reprobus efficiar. Et domino ẽt per bona opera ministrando 1. Reg. 7. Præparate corda vestra dño, & seruite illi soli. Et bene dicit illi soli, quia pro certo illi q̃ soli Deo sunt dedicati, & q̃ eius patrocinio & patrimonio sunt ditati, debẽt in eius seruitio esse solummodo occupati. Vnius.n. materiæ vnica est forma, vnius serui vnus debet esse dominus, vnius ministri vnus dẽt esse ꝑlatus. Ideo cuilibet seruitori Christi dr̃ Deu. 6. Dñm Deũ tuũ timebis, illi soli seruies. Qđ est cõtra multos seruitores Chri, qui quãuis in ecclesia Deo soli sint dedicati, mundi tñ negotijs sunt cõiter occupati, cũ tñ dicat dñs Luc.16. ꝙ nemo põt duobus dñis seruire &c. Istud patet de clericis beneficiatis & ꝑlatis, & alijs, q̃ curias principum frequẽtãtes, magis seruiunt regibus q̃ Deo vel cęli ciuibus. Et tñ istis loquit scriptura 1. ad Corin.6. Præcio empti estis magno. ac si diceret. Ideo nolite fieri serui hoĩum. Vnde nota ꝙ isti nõ habent vnum dñm, immo multos. Seruiunt enim

Delicijs corporalibus.
Diuitijs temporalibus.
Blanditijs fœminalibus.
Principibus secularibus.
Demonibus spiritalibus.

Quòd.n. isti seruiant delicijs corporalib.s. potibus atq; cibis, patet ad Rom. 16. vbi dr̃. Domino nõ seruiunt, sed suo ventri. Item ꝙ seruiant temporalibus diuitijs, patet per illum qui dicit ꝙ largus expẽdit diuitias vt dñs, auarus autem custodit eas vt seruus. vnde ad Galat.4. Rursum cõuertimini ad infirma & egena mundi elemẽta, quibus denuo seruire vultis. & ad Ro.1. dr̃ ꝙ seruierũt creaturæ potius q̃ creatori. Itẽ ꝙ isti seruiãt fœminalibus blãdicijs, patet Oseæ 12. vbi dr̃. Seruiuit Israel i vxorẽ. Et de luxurioso dr̃ ad Ro.6. Exhibuistis mẽbra vestra seruire immunditiæ. Itẽ ꝙ isti seruiãt secularib. negotijs, patet Iudit.3. vbi dr̃. Melius est vt viuẽtes seruiam⁹ Nabuchodonosor regi magno. sicut sunt illi q̃ dimittũt seruire ecclesijs suis ꝑꝑ seruitiũ regum. Itẽ ꝙ isti seruiant spũalibus nequitijs, patet Iudic.10. Seruierunt idolis Baalim & Astaroth. Et bñ isti videntur seruire demonibus, dũ suis suggestionibus obediunt, iuxta illud. 2. Pet.2. A quo qs superatus est, huius & seruus est. Videnẽ ẽt seruire vitijs, inquãtũ ipsa implẽt & perficiũt, iuxta illud. Ois qui facit pctm̃, seru⁹ est pcti. Io.8. Nõ sic charissimi, sed seruiamus eius.s. Deo Hiere.20. Seruiẽt dño Deo suo, & Dauid regi suo. ¶ Tertio dico ꝙ illi q̃ volunt esse serui Chri, debẽt esse cordialiter illustrati, q̃ ostẽditur cum dr̃. Vident. Seruus.n. qui nõ põt videre bene, nunq̃ põt bene seruire. Et ideo de seruo dr̃ Lu.12. Beatus ille seruus quem cum venerit dñs eius inuenerit vigilantem. Quia procul dubio charissimi, seruus Dei debet videns esse per discretionem, & vigilãs ꝑ cõsideratiõnẽ, & per vtilium meditationẽ. Videns inquit. Apoc.3. Collyrio inũge oculos vt videas. Ideo istã discretionẽ petebat Dauid in psa. dicens Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum. q.d. intellectus & discretio est necessarius seruo Dei. Esaiæ.52. Ecce intelliget seruus meus Iacob. Quia pro certo charissimi sicut dr̃ Prouer.17. Seruus sapiens dñabitur filijs stultis. Seruus.n. sapiẽs est homo iustus, filius vero stultus est diabolus, cui pro certo seruus sapiens dñatur, qñ sibi obuians suis tentationibus contrariatur Eccle. 19. Seruo sensato liberi seruiunt. Vel ẽt per liberos possunt intelligi seculares, qui pro certo seruis sensatis, i. viris iustis & religiosis seruiunt, quando sensatos eos conspiciunt, iuxta illud Ecclesiast.7. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua. Aduertendum tamen ꝙ dicit dominus Luc.12. ꝙ ille seruus qui cognouerit voluntatem dñi sui, & non fecerit eã, plagis multis debet vapulare. Quia procul dubio multi sunt hodie serui Dei qui bene sunt prudentes & discreti, & bene sciunt quid oportet facere, & quid cauere, sed pro certò Dei voluntatem nunquam faciũt, nec ad aliquod bonum manum ponunt, & ideo finaliter plagis æternæ miseriæ se exponunt. Quod bene figurat in seruo pigro, qui negociari noluit in talento, sed illud in terrã abscõdit, & ideo audire meruit. Seruum inutilem eijcite, & in tenebras exteriores proijcite, sicut dicitur Matt.25. Quia pro certo ille in tenebras exteriores.i. in infernum proijcit, q̃ talentum scientiæ vel prudẽtiæ sibi cõcessum, in terra.i. in terrenis negotiis fodere & expendere nitit, & exinde vitã æternã per virtutes & bona opera nõ lucratur. Nõ sic ergo charissimi, sed sint cordialiter illustrati. ¶ Quartò dico ꝙ illi q̃ E sunt serui Dei, erunt supernaliter præmiari. Faciẽ eius inqt. Facies.n. Dei est gloria æterna, q̃a visio est tota merces. Istã igit serui eius pro præmio videbunt quando cœlestẽ gloriã obtinebunt, dicentes ipsi Deo illud Hester 14. Valde.n. admirabilis es dñe, & facies tua plena est gratiarum. Vt de tali ꝑmio seruorum dicat illud Esa.41. Et tu Israel seruus meus quẽ elegi, semẽ Abraham amici mei, in quo aprehendite, ab extremis terrę & à lõginqs vocaui te, & dixi tibi, seruus me⁹ es tu, elegite &c. Quilibet.n. beatus dr̃ vidẽs Deũ qui, ab extremis terræ.i. ab ista mortali vita sursum vocat, vbi à Deo perpetuo præmiatur. Sic igitur patet charissimi quo serui Dei

Dei debent præmiari supernaliter, debēt doceri cordialiter, debēt moueri actualiter, debēt ornari virtualiter. Bene ergo dictum est. Serui eius seruient ei, & faciem eius videbunt. Et
F hoc de bonis seruitoribus sufficit. ¶ Sed adhuc dico ꝙ seruitus accipitur in malo. Et sic ꝑ seruū intelligitʼ peccator. Homo.n. eo ipso ꝙ peccat, subiicit se seruituti diaboli, & peccati, quia sicut dr̄ Ioan.8. Qui facit peccatū, seruus est peccati. Et illud prædictum 2. Petri 2. A quo quis superatus est, eius seruus efficitur. Et ideo breuiter dico, ꝙ peccator est seruus

Obliuiosus.
Tædiosus.
Præsumptuosus.
Luxuriosus.
Pernitiosus.
Malitiosus.
Proditiosus.
Furiosus.

Est dico peccator seruus obliuiosus. Obliuiscitur.n. ea quæ pertinent ad salutem, ac ignorat domini voluntatem. Ioā. 15. Seruus nescit quid facit domin⁹. Vnde de seruo qui obliuioni dederat, ꝙ dominus suus redire deberet dr̄ Luc.12. Veniet dominus serui illius die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum infidelibus. Est etiā peccator seruus desidiosus.i. piger. Vnde iste est ille qui præ desiderio operari noluit in talento. Matthei 25. Ideo à domino legitur audiuisse. Serue male & piger sciebas, ꝙ homo durus sum &c. Peccator.n. piger est ad oē bonū faciendum. Iob 7. Seruus desiderat vmbram. Vnde de malo seruo dr̄ Ecclesia.23. Seruum inclinant operationes assiduæ. sequitur. Mitte illum in operationem, ne vacet. Multa.n. mala docuit ociositas. Et ibidem. Operatur in disciplinā, & quærit requiescere. laxa manus illi, & quærit libertatē. Item peccator est præsumptuosus, quia.s. indignatur seruire Deo suo vel prælato. Hier.2. Locutus sum tibi in abundantia tua, dixisti, non seruiam. & Iob 19. Seruum meū vocaui, & non respōdit mihi. Item peccator est seruus luxuriosus. Rom.7. Carne seruio legi peccati. Item est seruus perniciosus.i. iniquus & ingratus. Vnde figuratur in illo (Matth.18.) qui veniam a domino suo obtinuit, & tamen conserui sui misereri noluit, & ideo in carcere positus fuit. Serue inquit nequam, nonne & te oportuit conserui tui misereri, sicut & ego misertus tui sum? vt habetur ibidem. Item est seruus malitiosus, de quo Eccle.23. Seruo maleuolo tortura, & compedes. Item est seruus proditiosus, qui.s. fidelitatem non seruat domino, imo ꝑ peccatū se iungit diabolo sui domini inimico 3. Reg.21. Tetenderunt ei insidias serui sui, & interfecerunt eum. Item est seruus furiosus, & ebriosus. vnde Lucæ 12. Qd̄ si dixerit seruus ille, moram facit dominus meus, & cæperit comedere, & bibere, & percutere familiā, veniet domin⁹ eius hora qua nescit, & partem eius ponet cum infidelibus. Et sic igitur patet quomodo peccator subiicitur criminū seruituti, & quō cōparatur in scriptura multipliciter malo seruo. Et ideo breuiter de peccatore dicitur Thren.1. Migrauit Iudas ꝑꝑ afflictionem, & multitudinem seruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Quia pro certo peccator nunquam potest propriè requiescere q̄ diu subiectus est seruituti peccati semper.n. spinis remorsus conscientiæ pungitur, & semper à magistro suo diabolo de peccato in peccatū discurrere cōpellitur, multis etiam flagellis, & tribulationibus subiugatʼ. psal. Multa flagella peccatoris &c. Vnde de tali seruitute dicitur Hiere.5. & 16. Seruietis ibi dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Hoc igitur de seruitute sufficit tam in bono significato quam in malo.

A **Sex.** Nota breuiter cum senarius sit numerus perfectus, diuersimodè significat in scriptura. Vnde breuiter dico quòd iste numerus signat statum

Mortalis conditionis.
Moralis perfectionis.
Pœnalis afflictionis.
Finalis saluationis.
Letalis corruptionis.

¶ Dico primo, ꝙ senarius signat mortalem cōditionē, videlicet statū vitæ præsentis. Iste.n. est status laboris, & doloris, figuratus in sex annis quibus seruire seruum emptitium oportebat figuratus in sex annis, quibus seminare decebat. figuratus in sex diebus quibus operari licebat. figuratus etiā in sex diebus quorū curriculo ciuitas Hierico corruebat. De sex annis seruitutis dr̄ Exo.21. Si emeris seruū hebræū, sex annis seruiet tibi, & septimo egredietʼ liber. De sex annis seminationis dr̄ Exo. 23. Sex annis seminabis terrā tuā, & in septimo cessabis seminare, & metere. De sex diebus operationis dr̄ Exo. 23. Sex diebus operaberis. & Lu.13. Sex dies sunt q̄bus operari oportet. De sex vero diebus destructionis hierico dr̄ Iosuæ 6. Circuite inquit vrbē &c. sequitʼ. Sic facietis sex diebus. Et dr̄ ibidē, ꝙ tandē muri hierico corruerunt. Et iste senarius charissimi signat vitā ꝑsentē, q̄ per sex mundi ætates vsq; ad mortē discurrit, & tādē in septima cū mortuis requiescit. In isto .n. senario diuersis seruitutibus subiugamur. In isto senario gratiis, & virtutibus seminamur. In isto senario variis operibus occupamur. In isto senario more ciuitatis hierico à nostris hostibus impugnamur, & tandem muris corporis cadētibus ꝑ mortē destruimur & cassamur. Christus.n. sexta hora mortuus est, sicut dr̄ Luc.23. & Io.19. Ad denotandum, ꝙ in isto senario statutū est hoibus semel mori. Igitʼ significat iste numerus conditionē mortalē. ¶ Scd̄o dico, ꝙ significat B
perfectionē moralē. Vnde per numerum senariū possunt intelligi opera pietatis corporalia, q̄ continentur in isto versu. Visito, poto, cibo, recolligo, vestio, condo. Et etiā sex opera spiritualia quæ similiter in hoc versiculo cōtinentur. Instrue, castiga, solare, remitte, fer, ora. Iste.n. senarius ē numerus ꝑfectionis. Flos.n. lilii sex habet folliculos. Lapis ꝑciosus qui dr̄. Iris sex habet angulos. Leæna cum primo parit sex habet catulos. Quia pro certo charissimi vir ꝑfectus vel ēt aīa sancta debet istos sex folliculos ꝑducere, in istos sex angulos se diuidere, istos sex catulos generare atq; parere, dicēs illud Genes.30. Mecū erit maritus meus, eo ꝙ genuerim ei sex filios. Iste senarius figuratur in sex calamis, & in sex brachiis cādelabri ꝑ qd̄ tabernaculū illuminabatʼ. Exo.25. Sex calami egrediētur de lateribus cādelabri. Figuratus fuit in sex alis q̄bus Seraphin volare dicebantur Esa.6. Seraphin stabāt sup illud, sex alæ &c. Figuratus insuꝑ fuit in sex gradib⁹ q̄bus ad thronū Salomonis ascēdebatur 2. Paral.9 Fecit & sex gradib⁹ q̄bus ascendebatur ad soliū. Figuratus nihilominus in sex hydriis lapideis in quibus aqua in vinum in nuptiis à domino transmutabatur. Ioan.2. Erant ibi lapideæ hydriæ sex positæ &c. Quia procul dubio sancti viri qui debent esse

Sicut candelabrum lucentes per honestatem.
Sicut Seraphin ardentes per charitatem.
Sicut Salomon pacifici per vitæ tranquillitatem.
Sicut sponsi nuptias facientes per spiritualem iocūditatem.

Debent habere sex opera pietatis, quia ꝑ certo ista sunt sex brachia q̄bus pauperes amplexamur. Ista sunt sex alę quibus in cęlum eleuamur. Istę sunt sex gradus quibus ad soliū æterni culminis sublimamur. Istę sunt sex hydriæ ī q̄bus aqua tribulationis in vinū consolationis mutata, in paradisi nuptiis consolamur. Et sic ergo dico, ꝙ iste numerus significat perfectionem moralem. ¶ Tertiò dico, ꝙ iste numerus signat affli C
ctionem pœnalem. Cunctæ enim miseriæ hominis in quodā senario continentur, quia scilicet quicquid patitur homo.

Aut est labor.
Aut est dolor.
Aut est timor.
Aut est casus.
Aut est infirmitas.
Aut est mors

Et de hoc senario dr̄ Iob 5. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima nō tāget te malū. Quia ꝑ certo vt cōiter illi qui hic istis sex tribulationibus affligunt, septima tribulatione, i. morte æterna non tangunt.

¶ Quartò dico, ꝙ iste numerus significat saluationem finalē. Sex enim sunt quæ constituunt gloriam paradisi, scilicet

Perfecta dilectio.
Clara cognitio.
Aeterna duratio.
Grata associatio.
Corporis glorificatio.
Immortalis incorruptio.

Et ideo isti videntur esse sex dies quibus gloria domini obumbrauit montē syon de quo dr̄ Exod. 24. Habitauit gloria dn̄i super Synai, tegētes eum nube sex diebus.

¶ Quintò dico, ꝙ iste numerus signat corruptionem lætalē, quia.s. per senarium potest intelligi multitudo peccatorum, vel etiam vitiorum. Iste enim numerus non attingit ad septenarium uirtutum, & donorum. Et ideo dicitur Prouerbi.6. Sex sunt quæ odit Deus &c. Et hæc de Senario sufficiant.

Siccitas. Siccare. Nota quod siccitas est quędam passiua qualitas cōtra- A
ctiua, mortificatiua, & de circunferentia ad centrum habēs motum, & potest significare in bono, & in malo. Et ideo nota, quod siccitas significat

Aetatis antiquitatem.
Pœnitentiæ aduersitatem.
Abstinentiæ tenuitatem.
Virtutum vacuitatem.

Prima est siccitas naturalis. Ista est enim qua cōsumpto humido radicali corp⁹ hu-

Diuitiarum sterilitatem. Tormentorũ pęnalitatem. manum in senectute siccatur, de qua Ezechi.38. Erant inqt ossa multa super faciem terræ, siccaq; vehementer. Secunda est siccitas virtualis, s. siccitas pœnitentiæ, quæ. s. siccat, & attenuat superfluitatem oĩum vitiorum. Ista est enim sicut sal, quod primo carnem remollit, deinde ipsam siccat, & consumit. Quia. s. pęnitentia remollit hominem per pęnitentiam, & compunctionem, & tandem desiccat eum per omnium superfluorum abstersionem. de qua Exodi 14. Ingressi sunt filii israel per medium maris sicci. Pęnitentia. n. est vestis Christi qua tacta sanatus est fons sanguinis mulieris, sicut dr̃ Marci 5. Quia vere tunc sanguis peccati, & immũda delectatio siccatur, quando vestis Christi, quæ est, pœnitentia, tangitur, & habetur. psa. Abierunt in sicco flumina. Tertia est siccitas corporalis, & ista est siccitas abstinentiæ, quæ. s. facit hominẽ macidum atq; siccum. Cinamomũ. n. siccũ magis valet quã humidũ. sic plus valet homo abstinens, quàm deliciis se humectans. Hie. 51. Desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius. Quarta est siccitas criminalis. Peccator. n. dr̃ siccus, inquantum humore gratiæ vacuatur. Ardor. n. tentationis, & peccati tantus est, ꝙ rigorem virtutum, & gratiarum statim desiccat. Vñ de peccatore dicit diabolus illud Esa. 27. In vestigio. n. pedis mei ego siccaui oẽs riuos aggerũ. Virga. n. sicca facilis est ad frangẽdum, inhabilis ad fructificandum, apta est ad comburendum. Brachium ẽt siccũ, & paralyticũ quãuis à corde aliqualiter nutriatur, nihil tamen amplius operatur. Sic vere peccator faciliter frangit̃ p peccatũ, nunquã tñ à corde vel à radice, s. ab ipso Deo per gratiã vegetatur, & iõ nunquã põt bonorum operum fructu fęcundari, nec aliquid virtutis operari. Zachariæ 11. Brachium eius dextrum ariditate siccabitur, & oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur. Quinta est siccitas temporalis, quia. s. fortuna tẽporaliter aliqñ siccat in vno homine mundanam prosperitatẽ, & aliquãdo facit eam in alio reuirescere. Fortuna. n. facit de hominibus sicut natura de arboribus. alios. n. facit per prosperitatẽ virescere, alios aũt p paupertatẽ arescere. Vnde de ipsa põt dici illud Ezec 17. Humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile, & siccaui viride, & frondere feci lignũ aridum. Sexta vero siccitas est æternalis, & infernalis, & ista est illa qua impii in inferno cremantur, & qua à cunctis bonis naturalibus, & temporalibus siccantur. Eccl. 40. Substantiæ impiorum quasi fluuius siccabũtur. vnde Apoc. 16. Sextus angelus effudit phialã suã in Eufratẽ. i. in pc̃tõrẽ, & ipsum ab oĩ bono desiccauit. Esa. 19. Desolabitur fluuius, & siccabit̃. Sic igit̃ patet q̃uo sex sũt genera siccitatis. & de Siccare sufficit.

A Sicut.

Cũ ista dictio sicut semper denotat similitudinẽ, conformitatẽ, & æqualitatẽ, possumus dicere, ꝙ s̃m qđ diuersa sunt genera personarum quæ diuersis rebus assimilantur, & conformantur, secundum hoc possumus inuenire diuersa sicut. i. diuersa genera similitudinum. Notemus ergo ꝙ illud aduerbium sicut, designat similitudinem

Virtuosam, & laudabilem.
Gloriosam, & mirabilem.
Vitiosam, & damnabilem.
Tædiosam, & tristabilem.

Prima pertinet ad gratię professores. Secunda pertinet ad criminũ executores. Tertia ptinet ad glorię possessores. Quarta pertinet ad inferi habitatores. ¶ Dicamus primo, aliquid de sicut. i. de similitudine perfectorũ, qa. s. iusti se debent cõformare Deo, angelis, sanctis & bonis psonis aliis, & prælatis, iuxta illud Apostoli 1. ad Corint. 7. Volo oẽs esse sicut meipsum. Sicut. n. mare conformat se lunæ, & sollequiũ se cõformat soli, ita ꝙ sicut luna, & sol superius mouentur, & disponuntur, sic mare, & sollequiũ inferius reguntur, & regulantur, quia generaliter oẽ inferius appetit esse sicut suũ superius. sic vere nos qui sumus hic inferius in lachrymarum valle, qui ad modũ maris fluimus, & refluimus, & nũquam in eodẽ statu manemus, & qui more solsequii solem iustitiæ Chr̃m per spem sequimur, & nos ad ipsum per desiderium inclinamus debemus nostris superioribus p imitationẽ assimilari, & soli, & lunæ. i. Deo sanctis conformari, & sicut se habuerunt, sicut & nos debemus moraliter, & virtualiter ordinare. Matt. 6. Sufficit discipulo, ꝙ sit sicut magister eius. quasi dicat. Sicut filius imitat̃ patrẽ, discipulus magistrũ atq; doctorẽ, sic hõ debet imitari suũ creatorẽ, & quẽ liber boni exempli datorẽ, & collatorẽ, iuxta illud ad Ephe. 5. Estote imitatores Dei, sicut charissimi. Vt sic de tali cõformitate exponatur illud qđ de angelo dicitur, quia apparuit mulieribus Matth. 28. Erat aũt aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius candida sicut nix. Vbi ostenditur, quòd nos debemus esse similes Deo, & sanctis in quatuor, videlicet

In sensus claritate.
In cordis charitate.
In morum honestate.
In carnis puritate.

Primum probat splendor lympidus. Aspectus eius. Secũdũ ardor feruidus. Sicut fulgur. Tertiũ pudor nitidus. Vestimenta. Quartum cãdor floridus. Sicut nix. ¶ Igitur dico, ꝙ debemus esse sicut sancti in sensus splẽdore, qđ oñdit̃ cũ dr̃. Aspectus eius, qđ idẽ est ꝙ oculorũ visus. Iusti. n. debent esse sicut lynx, cuius aspectus transcendit parietẽ. quia. s. aspectus discretionis & cognitionis nostræ debet penetrare vsq; ad intima, & pfunda, nõ. n. debet esse contentus cognitione istorũ exteriorũ temporaliũ, sed vt ẽt penetret vsq; ad profundũ spiritualium, & æternaliũ. vnde Ezech. 1. Similitudo aĩaliũ, & aspectus eorũ quasi carbonũ ignis ardentiũ, & quasi aspectus lãpadarũ. sequitur. Statura quoq; erat in rotis, & aspectus horribilis, & totũ corpus plenũ oculis in circuitu. Vt de tali repræsentatione dicatur illud Matthæi. 17. Resplenduit facies eius sicut sol. Et istud est cõtra illos quorũ aspectus nõ ẽ sicut sol p discretionẽ, qa. s. magis delectant̃ aspicere exteriora tẽporalia q̃ æternalia, magis sunt discreti in temporalib. q̃ in spiritualibus. Similes. n. sunt noctuæ, cuiꝰ aspectus ẽ magis acutior de nocte q̃ de die. Non sic ergo, sed simus similes Deo in sensus splẽdore. ¶ Deinde dico, ꝙ debemus esse similes Deo, & sanctis in cordis ardore. Sicut fulgur inqt. Fulgur est qd ardentissimũ, ita ꝙ quicquid tãgit, inflamat & vrit. Sic nos debemus ita per charitatem esse flammei, ꝙ nos, & alios in Deo amorẽ inflãmãdo videamur eẽ fulgurei. Sicut fulgur inquit. Matt. 14. Sicut fulgur exit ab oriẽte, & apparet in occidẽte, sic erit aduentus filii hoĩs, iuxta illud Ephel. 5. Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit vos. & illud Matt. 22. Dilige proximũ tuũ sicut, & teipsum &c. Tñ de fulgere vide supra si est aliqd super. F. Simus igit̃ Deo cõformes in cordis feruore. ¶ Deniq; dico, ꝙ debemus esse sibi similes in morũ decore. Vestimẽta inquit. Per vestimẽta. n. quæ tegunt oĩa pudẽda, & pudibũda, intelligit̃ honestas gestus, actus & habitus exterioris, q̃ sicut exteriora quædã indumenta visibus hoĩum exponuntur, & ab ipsis oĩa turpia si quæ in corde latitãt, occultant̃, sicut cameleõ qui in pellis coloribus oĩbus rebus circũiacentibus se conformat. Sic & nos debemus in moribus exterioribus oĩbus bonis personis, & adiacentibus cõformari. Vestimẽta inquit. Matt. 17. Vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. & Genesis 29. dr̃ ꝙ Isaac vt sensit vestimẽtorum Iacob fragrantiã, dixit. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui bñdixit dñs. In ista aũt exteriori conuersatione potissimè debent apparere quatuor spirituales virtutes. s.

Humilitas in obediendo.
Stabilitas in sustinendo.
Sublimitas in contemplando.
Liberalitas in erogando.

Dico ꝙ ibi debet esse obedientia, quia. s. ipse debet conformare voluntatem suã volũtati Dei, & p̃lati, & dicere illud Matt. Veruntñ nõ sicut ego, sed sicut tu vis. Item dico, ꝙ ibi debet esse patientia. Esa. 53. Sicut ouis ad occisionẽ ductus est. & Matt. 10. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ &c. Itẽ ibi debet esse contemplationis eminentia. vnde Esaiæ 53. Ascendet sicut radix de terra sitienti. Item ibi debet esse compassionis misericordia. Luc. 6. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Igitur simus Deo similes in morũ decore. ¶ Insuper dico, ꝙ debemus esse Deo, & sanctis cõformes in carnis candidissimã dore seu pudore. Sicut nix inquit. Nix. n. quæ est candidissima, castitatem designat, in qua nos debemus quantũ possumus sanctis hominibus similari. Marci 9. Vestimenta eius facta sunt candida sicut nix vt sic imitemur illum, qui dat niuẽ sicut lanam, nebulã sicut cinerẽ &c. Sic igitur patet quomodo sicut denotat conformitatẽ vel similitudinem quã gerũt perfecti. ¶ Scđò dico principaliter, ꝙ sicut qñq; denotat similitudinem quam habẽt imperfecti, hoc est dictu, peccatores. Et circa hoc breuiter nota, ꝙ isti dicuntur esse sicut B

Ignis.		Feruorem crudelitatis.
Aqua.		Algorem tepiditatis.
Cera.	propter	Fluorem carnalitatis.
Ouis.		Errorem simplicitatis.
Locusta.		Ardorem voracitatis.

Vacca.

Vacca. Feruorem fatuitatis.
Vmbra. Horrorem obscuritatis.

Dico primo ꝙ peccatores sunt sicut ignis qui comburit siluam,& hoc propter crudelitatem.Ideo psal.Sicut ignis qui comburit siluam,& sicut flamma comburens montes. Item sunt sicut aqua per tepiditatem.psal.Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Item sunt sicut cera q̄ fluit per carnalitatem.vnde psal.Sicut cera quæ fluit auferentur, super cecidit ignis,& non viderũt solem. Itẽ sunt sicut ouis per simplicitatem.psa.Erraui sicut ouis quæ perijt. Itẽ sunt sicut locusta per voracitate.psa.Excussus sum sicut locusta. &c.Itẽ sunt sicut vacca ꝑ fatuitatem.Oseæ 4.Sicut vacca lasciuiẽs &c.Itẽ sunt sicut vmbra per obscuritatẽ,vel etiã per debilitatẽ & instabilitatẽ.vnde in psa.Sicut vmbra cũ declinat,ablatus sum.Istud igiť sicut,denotat similitudinẽ quam gerũt in pfecti.¶Tertiò dico principaliter ꝙ sicut denotat similitudinẽ quã gerunt beati,& sic dico ꝙ beati sunt sicut

Sol,		Splendorem inobfuscabilem.
Angelus,	propter	Vigorem indefectibilem.
Deus,		Honorem inæstimabilem.

Isti.n.habent æternum splendcrem.Matt.13,Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Item isti habẽt æternum vigorẽ,q.a.s.sunt sicut angeli immortales.Marc.12.In regno illo nõ nubent neq; nubenť,sed sicut angeli Dei sunt. Itẽ habent supernum honorẽ, q.a.s. sicut isti hoĩes sunt, sic & ipse Deus est hõ.vnde 1.Io.4.Fiduciã habeam⁹ in die iudicij,q.a sicut ipse est,& nos sumus.Et sic dico ꝙ sicut,denotat similitudinẽ q̄ gerunt beati.¶Quartò dico ꝙ sicut.denotat conformitatẽ q̄ gerunt dãnati.Et sic dico ꝙ isti sunt, Sicut fulgur igne inflãmati.Sicut oues lupis deuorati. Sicuti greges valde dissipati. Sunt dico sicut fulgur quod sp̄ inflãmatur. Lũ.10.Videbã sathanã sicut fulgur de cœlo cadentẽ. Item sunt sicut oues quę à lupis deuoranť.psa.Sicut oues in inferno positi sunt,mors depascet eos.Itẽ sunt sicut grex q valde dissipatur.Mat.9,Erãt vexati & iacentes sicut oues nõ habẽtes pastorẽ.Hoc igitur de Sicut sufficit.vide,de quasi,de sm, de velut,de vt,de tanquam,& infra de similitudine &c.

Signare.Signum.

Cum signum dicatur oẽ illud ꝙ est alicuius rei futuræ vel occultæ significatiuum,possumus dicere ꝙ qualibet virtus põt aliqualiter dici signum.Signat.n.signũ ꝙ gratia latet inferius,& quod gloria venit finaliter & posterius. Virtus.n.signum est gratiæ,& gratia est arra futurę gloriæ. Deus.n.signat suos gratijs & virtutibus, vt esse sui ab oĩbus cognoscatur,& ne ab alijs.s.à dæmonibus infestentur.Nam sicut vexillum regium ante domum ponitur,in signum ꝙ ipsa est in saluaguardia & protectione regis,sic Deus signa diuersarũ virtutũ in suis ponit, ad ostendendum quòd ipsos suos reputat,& in sui tuitione reponit.Breuiter igiť notabo ꝙ tã in bono q̄ in malo significato inuenio primo.s.signum

Redemptionis.	Signum redemptionis est Christi incarnatio.de quo Esai.7. Pete tibi signum à dño Deo tuo sequitur. Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum.Ecce virgo concipiet & pariet filium &c.
Defensionis.	
Perfectionis.	
Infectionis.	
Damnationis.	
Saluationis.	

Signum defensionis est crucis eleuatio.de quo Esai.5.Leuabit dominus signũ in nationes.Signum perfectionis est virtutũ decoratio.de quo Eccl.45 Corona aurea super mitrã eius expressa signo sanctitatis.gloria honoris,& opus fortitudinis.Signũ infectionis est culparum maculatio,quia.s.peccata sunt quędã signa quibus diabolus,ita signat homines,ꝙ faciliter ab alijs cognoscuntur,de quo Ezec.16.In cunctis plateis ad oẽ caput viæ signa ædificasti,prostitutionis tuæ.& loquitur aĩæ peccatrici.Signum damnationis est tormentorũ flagellatio. de quo Thren.3.Posuit me quasi signum ad sagittam. Signum saluationis est præmiorum cumulatio.de quo Apoc.12.Signum magnum apparuit in cœlo,mulier amicta sole; & luna sub pedibus eius,& in capite eius corona stellarum duodecim.Mulier.n.ista,est aĩa beata,quæ sole.i.immortali claritate tegitur,& quæ lunam.i. fluxibilem mortalitatem calcat,& quæ duodecim stellis.i.duodecim cœli gaudijs coronatur.Istis igitur duobus omissis,dicamus aliquid de quatuor generibus primorũ signorum. ¶ Dicamus igiť primo aliqd de signo incarnationis Chri. Chri.n. incarnatio fuit vnũ valde mirabile signũ,nullus.n. potuit ipsum facere nisi Deus,iuxta illud Io.3.Nemo potest hæc signa facere quę tu facis,nisi Deus fuerit cum eo. Vnde possumus notare ꝙ in Christi incarnatione fuerunt quattuor notabilia signa,q.a.s.

Stabilitas.		Immutata.
Virginitas.	fuit	Impugnata.
Sæueritas.		Temperata.
Sublimitas.		Inclinata.

¶Dico ꝙ fuit immutata Dei stabilitas.Quodã.n.mõ fuit immutatus ille q est immutabilis & æternus, qñ de immortali factus est mortalis. Et istud est illud signũ qđ fecit Moyses corã Pharaone, qñ virgã suã ꝓiecit in terrã, & mutata est in draconẽ,sicut dř Exod.5.Quia vere Moyses.i. Deus př volẽs corã Pharaone.i.corã humano gñre sicut ioculator mirabilis facere signa sua,virgã suã.i.filiũ suũ bñdictũ, q virga est virtutis Dei, ꝓiecit in terrã.i.in beatã virginẽ,vbi ꝑ carnis assumptionẽ in serpentẽ.i.in similitudinẽ carnis pc̄ti fuit mutatus,& in hoĩem trãsformatus.Fuit igiť immutata Dei stabilitas.¶Deinde dico ꝙ fuit mirabile signũ, q̄a fuit impꝰgnata matris virginitas.Et sic figurata fuit in Aaron,quæ sicca floruit,& flores & fructus ꝓduxit,sicut dř Num.17.Vnde ibidẽ dř Refer virgã Aarõ in tabernaculum testimonij, vt seruetř in signũ.Virga.n.ista de radice Iessæ.i.beata virgo q̄ uis sicca sine carnalitatis humore sp̄ fuerit ꝑ virginitatem, florẽ tñ & fructum.i.ipsum Dei filium ꝓduxit,q̄tum ad humanitatẽ.Et de isto signo dř illud ꝑdictũ Esa.7.Dabit dñs ipse vobis signũ,ecce virgo cõcipet &c. Vt de beata virgine dicat humanũ genus illud Deut.22. Hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ.Fuit igiť imprægnata matris virginitas.¶Deniq; tertium signũ fuit ꝙ ibi fuit tẽperata Dei seueritas. Et sic fuit figuratũ in Assuero,q ita erat rigidus & Austerus ꝙ nullus sub pęna mortis erat ausus ingredi ad ipsum nisi vocatus,nisi forte virgã aureã q̄ tenebat,in signũ clementiæ tẽderet.& iõ dř ꝙ regina Hester isti regi placuit, & virgã aureã ꝑ signo clementiæ sibi tetẽdit,& sic dicta regina Hester recõciliationẽ populi sui qui ad mortem adiudicatus fuerat ꝓ qua ad regẽ intrauerat,impetrauit,sicut dř Hester 4.& 8. Sic vere charissimi cum tanta esset regis Assuei.i. Dei patris sæueritas,ꝙ totũ populũ morti inferni adiudicauerat, ꝙ nullus intrare ad eũ poterat,nisi primo virgã suã.i. filium suum bñdictum pro signo recõciliationis extẽderet in hũc mundũ,tãdẽ ad reginã Hester.i.ad beatã virginẽ in signum clemẽtiæ fuit ꝑ incarnationẽ extẽtat,& sic populo.i. humano gñri venia est obtẽta,& tota sęueritas tẽperata, iuxta illud Gen.9.Arcum meum ponã in nubibus.i.filium meũ ponã in Mariæ puris viscerib.& erit signum fęderis inter me & terrã.Est igiť tẽperata Dei sæueritas. ¶ Insuper quartum signũ fuit ꝙ ibi fuit inclinata cœli sublimitas.Magnũ.n.signũ & mirabile esset,si cœlum ad terrã descenderet.Esa.64.Vtinam dirumperes cœlos,& descenderes.Istud signũ fuit bene figuratum. in Ezech.4. Reg.19.Cum enim sibi infirmãti sanitas ꝓmitteretř, pro signo suæ futuræ sanitatis sol reuersus est decem lineis in horologio Achaz.Ita ꝙ tũc(sicut dicitur Eccle.46.)facta est vna dies quasi duorũ,quia(vt dicitur Ecclesia.48.)retro redijt sol vt adderet vitam regi.Rex iste est humanũ genus,quod super alias creaturas mundi regnat.Quia igitur sanitas redẽptionis fuerat humano generi ꝑ prophetas promissa, hinc est ꝙ ꝑ signo suæ sanitatis ꝑficiẽdæ,sol.i.dei fili⁹ in horologio corporis virginalis vsq; ad humilitatẽ incarnationis retrocescit, & hoc ꝑ 10. lineas idest vsque ad decimum ordinem,qui de hominibus constituiť, nouẽ.s.angelorum ordinibus prætermissis.Vnde de isto signo humilitatis potest dici illud.Luc.2.Et hoc vobis signũ, inuenietis infantẽ pãnis inuolutum positum in præsepio.Et sic põt humana natura dicere illud Dan.13.Signa & mirabilia fecit apud me de⁹ excelsus,placuit mihi prædicare signa ei⁹,quia magna sunt,& mirabilia ei⁹,quia fortia.Et ideo de istis multiplicib⁹ signis potest exponi illud Luc.21.Erunt signa in sole & luna & stellis. In sole.n.id est in filij diuinitate, in luna.i. in matris virginitate, in stellis,id est iustorum cõitate,fuerunt tunc tẽporis multa signa,quia.s.sicut dicit Act.2.ꝑ Apl̄os multa signa & ꝓdigia fiebãt in Hierl̄em. Et aduerte ꝙ ista authoritas.Erũt signa,tria signa q̄ fecit Deus hoĩb⁹ vr includere,s.signum amoris,terroris,stuporis.¶Signũ amoris est delectabile, sicut osculũ dilecto impensum.

Signum terroris est formidabile,sicut patibulū latroni ostēsum Signum stuporis est admirabile.sicut miraculum de nouo factum.Et istud triplex signū legitur ostendisse Deus qñ ad ostendendū amorem de isto fecit signum in sole. Iosuæ 10.qñ sol stetit in medio cœli,& nō festinauit occūbere spatio vnius diei,vt populus Israel se vindicaret de suis inimicis.Ad incutiendum terrorem,sicut faciet in die iudicij vel in aduentu,sicut dr̄ Ioh.2.Sol couertet̄ in tenebras. vt Mat. 24. Post tribulationem dierum illorum obscurabitur sol & Apoc.6.vbi dr̄ ꝙ sol factus est niger sicut saccus cilicin⁹.Sed ad inducendum stuporem fuit signum qñ sol reuersus est in decē lineis per gradus quos ascēderat in horologio Achaz 4.Reg.20.& ideo Gen.1.Cumque dñs fecisset duo luminaria,dixit ꝙ essent in signa.Certè beata virgo cōparat̄ soli aptissimè,q̄a sicut sol materialis cæteras stellas & planetas excedit in quattuor,vel extra quattuor,quia.s.sol est maioris

Splendoris in claritate,	Sic beata virgo comparat̄ soli
Feruoris in caliditate,	in claritate, patet,quia habuit
Valoris in fęcunditate,	inter omnes gratiam Dei, non
Dulcoris in suauitate.	solum sicut & cęteri fidem, im

mo experimentalem cognitionem,nā ipsa sciuit se sine viri li semine cōcepisse,sine dolore peperisse,& multa alia.Ideo dicamus ꝙ beata virgo.Fuit clarior in cognitione.Fuit etiā Feruentior in dilectione.Fuit ēt fęcūdior in operatione.Fuit ēt dulcior in exauditiōe.Vñ ipsa sola fides in passiōe remāsit.Lu.2.Maria aūt conseruabat oīa verba hęc in corde suo. &c. Nota sex cōditiōes quas beata virgo seruauit, videlicet

Viuendo innocenter.	Habuit puritatem in corru-
Inquirendo sapienter.	ptionis,q̄a Virgo. Sedulita-
Conferendo libenter.	tem inquisitionis. Qūo fiet
Memorando frequenter.	istud? Vtilitatē collationis.
Obediendo humiliter.	Conferens in corde suo.As-
Continuando perseueranter.	siduitatem rememorationis.

Conseruabat oīa verba hæc.Humilitatem obeditionis. Ecce ancilla dñi.Firmitatem continuationis.Act.1.Hi oēs erāt vnanimiter perseuerantes in oratione cū mulierib.& Maria matre Iesu.Item ipsa fuit feruentior in dilectione. Patet in passione filij sui dñi nostri,nec mirum si vnicū filium diligebat summè.Itē ipsa fuit fœcundior in operatione. vnde beatus Ambro.in lib.2.de virginitate dicit. Quid nobilius Dei matre,quæ oīum regum nobilissimm genuit Deum? quid splendidius est ea,q̄ splendor elegit?quid castius est ea, quæ corpus sine corporis cōtagione gn̄auit?vt de cæteris virtutibus taceā,virgo erat non solum corpore,sed ēt mente,corde humilis,verbis grauis,aīo prudens, loquendi,parcior,legendi studiosior,non in numero diuitiarum, sed in præcepto pauperum spem reponens,intenta operi,verecunda sermone,arbitrium habens nō hoīem,sed Deum quærere, nullum lædere,oībus bñ velle,maiorib.cōsurgere,rōnē seq,virtutem amare. Qñ ista fastidiunt humilem?qñ deseruit debilem?qñ vitauit inopē?nihil est in oculis toruum, nihil in verbis ꝓcax,nihil in actu verecundum, non gestu sanctior, non incessu solutior,non vox speculator,vt ipsa spēs corporis simulachrum fuerit mentis, figura probitatis. talē hanc euangelista demōstrauit,talē Angelus reperit, talē spūssanctus elegit,q̄ digna fuit ex qua filius Dei nasceret̄. Item ista fuit suauior in exauditione.vnde beatus Bernar.in quodam sermone dicit. Ille solus sileat o beata virgo Maria laudes tuas,q̄ te fideliter inuocatā senserit vnq̄ in suis necessitatib. defuisse.Et q̄d mirū si inuocata adest,q̄ ēt non vocata præsto adest?Itē in alio sermone.Maria oībus oīa facta est,sapiētibus & insipientibus copiosissimā charitate debitricem se fecit,oībus miæ saccum aperuit,vt de plenitudine ipsius accipiant vniuersi,captiuus redemptionē,eger curationē,tristis consolationem,pctōr veniā,iustus gratiam, angelus lætitiā,deinde tota trinitas gloriā.Dictum est igiē de signo nostræ redemptionis,s.de Dei filio incarnato.¶ Scdō principaliter dicendum est de signo nr̄æ defensionis.s.de signo crucis.Crux.n.signum significat dominicam passionem, nostrā per lignum saluationem,hostium exterminationem,paradisi apertionem.Et sic breuiter notabo ꝙ crux est signum

Amoris.	Est dico crux signum amoris.Sicut.n.co
Valoris.	lor rubeus significat calidam & feruidā
Terroris.	complexionem, sic vere crux Christi
Honoris.	sanguine rubefacta signum summi amo
Decoris.	ris & feruidi fuit facta.vt sic ab ipsa cruce
Defensionis.	dicat̄ illud Can.8.Pone me vt signaculum

sup cor tuū.Itē dico ꝙ est signum valoris, & sic figurat̄ per serpentē æneū ꝓ signo in palo eleuatū,quē aspicientes à serpentum morsib.sanabātur.Num.21.Fac serpētē ęneū,& pone eū ꝓ signo &c.Quia.s. signum crucis & serpentis.i.Chri in eo pendentis aspexeris,ab alijs serpentibus,s.demonibus saluus eris. Christus,n.crucifixus fuit signū, quia positus est in ruinā & resurrectionē multorum & in signum cui contra dicetur.Lu.2.Item dico quod crux est signum terroris. Signum.n.& vexillum magni ducis,terror est ipsis inimicis,signum.n.saluegardiæ regis solent homines timere,& ne contra faciant pauere.Sic vere signum crucis ab hostibus infernalibus timetur,& vbi in corde deuoto & in conuersatione sancta signum illud viderint, statim retrocedere compelluntur.Vnde etiam diabolus de Iudæo qui signū crucis fecerat,inuenisse se dixit vas vacuum,sed signatum.sicut dr̄,in vitis patrum. Et ideo in psal.dr̄.Timebunt qui habitant ter minos terræ à signis tuis.Vt & nos dicamus.Ecce signū domini,fugite partes aduersæ,quia hoc signū crucis erit in cœlo cum dñs ad iudicandū venerit. Itē dico ꝙ crux est signū honoris.Illi.n.qui portāt signa & arma regis, sibi reputant ad honorē,sic vere illi qui istud crucis vexillū portāt in corpore & in opere & in corde,vt sic crux dicat̄ expressa signo sanctitatis,gloria honoris,& op⁹ fortitudinis.Itē dico ꝙ est signum decoris,quia certē istud signū totā decorat conuersatione fidelium, qñ ipsum in seipsis per bona opera portāt. psal.Signatū est super nos lumen vultus tui dñe. Itē dico ꝙ crux signum defensionis. Per istam. n. ab hostibus defendimur,& a periculis mortis æternæ ꝑseruamur. Iuxta illud Ezech.9.Signa thau super frōtes virorū gementiū & dolētium &c.Et dicit ibidē ꝙ oēs illi qui signati fuerūt,a morte præseruati fuerunt,oēs autem alij perierūt. Thau autē litera est quę signū crucis repręsentat.Quia ꝓ certo qui istud signum in fronte.i. interiori & exteriori conseruatione habuerit,a mortis ęterne periculo tut⁹ erit.Sic ergo dictū est de signo defēsionis,s.de cruce.¶ Tertiò pricipaliter dico de signis perfectionis.Et sic dico ꝙ ꝑ signa possunt intelligi gratiæ & virtutes,quib⁹ viri iusti sicut peregrini tēdētes ad cœlestem gloriam sunt signati.Peregrini enim portātes signa sanctorum,viri deuoti iudicātur,& ad suum hospitiū reuerti merito æstimantur.Pauperes etiam portantes signū,recipiuntur ī cōuiuiū, & oues propriæ a pastore signatę,in domiciliū introducuntur.Sic ꝓ certo charissimi, illi qui signa virtutum secum portāt, de peregrinatione huius mundi ad cœli patriam properaūt,& ad summi regis conuiuium sine refutatione intrāt. Igitur angelus q̄ habebat signū Dei,legitur dixisse Apoca.7.Signemus seruos dei nostri,in frontib⁹ eorum.Vt cuilibet virtutib⁹ signato dicat̄ illud Ezech.18. Tu signaculum similitudinis,plenus scientia, perfect⁹ decore &c.Et potes hic ponere quomodo equi boni,species & moneta certo signo cognoscuntur.Et applica similiter quomodo iusti certis signis cœlestib⁹ comparantur.Et nota de septē sigilla alio loco.Et aduertē quomodo diuersa diuersis causis solent signari.Signatur enim

Litera vt expediatur.	Istis signis proculdubio cha
Arca ne aperiatur.	rissimi signat deus signis vir
Locus vt inueniatur	tutū viros sanctos &c. Vide
Rex vt cognoscatur.	in sermone.Audiui numerū
Mercatura vt bona dicatur.	signatorum. vbi de sigillis
Domus ne plus inuadatur.	septem & de signatione vir-

tutū inuenies ad plenum,& pone totum hic.Istud est dictū de signo perfectionis. ¶ Quartò pricpaliter dico ꝙ in scriptura inuenitur signū corruptionis, correptionis, vel infectionis. Homines enim & porci leprosi cognoscunt ꝑ certa signa,sic ꝓ certo peccatores & ifecti & corrupti ꝑ certa indicia cognoscunt̄.Vñ Nota ꝙ peccator cognoscit ꝑ signū

Superbiæ & pompositatis.	Dico ergo ꝙ sunt
Luxuriæ & carnalitatis.	quædam signa superborum,& ista
Malitiæ & fallacitatis.	
Auaritiæ & cupiditatis.	sunt eleuatio ocu

lorum,curiosus vestimentorum, iactātia verborum,&c.similia.De hoc Hester.14.Tu scis ꝙ abominiter signum superbiæ quod est sup caput meū.Supbia.n.signo leonis cōparatur,in cuius constellatione nati,iracundi & supbi efficiunt.

Est

Est.n.signum,& diurnum,quod est de prima triplicitate,q.s. superbia hoîes facit vanos,igneos & crudeles, primã triplicitatem.i.prima loca diligentes, & diẽ manifestationis suorũ, laudabilium operum appetentes.Item est signum immundorum, quia pro certo luxuriosi cognoscuntur per plura signa mala.Luxuria.n.similis est signo capricorni,quod hoîes facit turpes,& per se in immunditiis delectantes.Est.n.signum terreum,& nocturnum in quo dominatur saturnus. Sic vere luxuria hoîes turpes,& infames facit, ipsosq; ad delectationẽ immũditiarũ allicit. & nocturnum signum dr̃,eo ꝙ in obscuro,& in occulto opera sua facit. Et de isto signo luxuriæ dr̃ Apoc.13.ꝙ bestia quæ ascendit de abysso,faciebat signa, ita vt ignem faceret de cœlo descendere.Bestia.n.i.bestialitas luxuriæ quę de abysso.i. de insatiabilitate carnis ascendit,ignẽ malorum desideriorum in hominibus accendit,& tunc plura mala signa exterius ostendit. Vnde luxuriosis personis dr̃ illud prędictum Ezec.Fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis,& ad oẽ caput viæ.i.publicæ.Quia.s.mali ornatus, dissoluti gressus,& inhonesti affatus,ac immundi aspectus, quæ à mulieribus in publicè fiunt,signa luxuriæ sunt manifesta. Equo.n.qui est vendendus,ponitur certum signum super caput.Sic istis &c. Item dico quod est signum proditorum hominum,& istud est signum hypocrisis, & fallacis amicitiæ.Signum.n.quandoq; est falsum, quod.s.non suum repræsentat significatum.Vnde latrones quandoq; ponunt signa publica in viis periculosis,vt hoîes istis signis inducti, & decepti, ad periculum trahant. sic diabolus ponit falsa signa hypocrisis in malis hoîbus,& proditoribus, vt per eos leuius transeuntes per mundum ad inferni periculum trahantur.De quibus Mat.24.Surgent pseudochristi,& pseudoprophetæ,& dabũt signa,& multos seducent.Istud signum simile est signo scorpionis,quia scorpio facie lambit,& caũda pungit.Sic proditor osculando blanditur, & tamen blandiendo decipit atq; lædit.Matt.26.Traditor aũt dedit eis signum, dicens quemcunq; osculatus fuero, ipse est tenete eum. Item est signum, auarorum,& istud est signum Cain(qui interpretatur possessio,scilicet tremor capitis,quia.s.solent continuè formidare. De illis igitur malis signis vide infra de inuentionibus septẽ sigillorum.Et hæc igitur sufficiant quo ad præsens.

A **Silentium.Silere.** Nota, ꝙ silere accipitur ꝓ tacere, accipitur pro quiescere,accipitur pro cessare,accipitur pro non audere.Pro tacere sumitur 1.Mach.7.Siluit terra Iuda ꝑ paucos dies. Pro quiescere sumitur Iob 3.Nũc.n.dormiens silerem,& somno meo requiescerem. Pro cessare sumitur Hie.47.vbi dr̃.Mucro domini ingredere in vaginam tuam,& refrigerare,& silẽ.Pro nõ audere sumit̃ 1. Mach. 1.vbi de Alexãdro dr̃ ꝙ ipse obtinuit spolia gẽtiũ,& siluit terra in cõspectu eius Nõ prosequor,qa infra de Taciturnitate dicet̃,& quære in loco suo.

A **Similitudo.** Nota ꝙ in scriptura inuenitur multiplex similitudo,scilicet

Quædam admirabilis,& stupenda.
Quædam laudabilis,& habenda.
Quædam damnabilis,& cauenda.

Prima est similitudo Christi incarnati. Secunda est similitudo iusti reparati.Tertia est similitudo impii damnati.Primo mõ fuit Christus mortalibus assimilatus, quia sicut, dr̃ ad Phil. 2.Ipse fuit in similitudinem hoîum factus, & habitu inuẽtus vt hõ. Secundo modo iustus semper est melioribus cõformatus. Luc.12.Et vos similes hoîbus expectantibus dñm suum, qñ reuertatur à nuptiis. Tertiò modo impius semper est deterioribus cõparatus,quia sicut dr̃ in psa. Hõ vanitati similis factus est.Et de ista igitur triplici similitudine aliquid est per ordinẽ dicendũ.¶ Dicamus ergo primo,ꝙ est similitudo mirabilis & gl'iosa,& ista est illa qua Deus similis factus ẽ hoîb' per carnis assumptionẽ,& ꝑ mortalẽ cõditionẽ, & cõplexionẽ.Sol.n.vr̃ aliqñ eclipsari,& obscurari ad similitudinẽ lunę, quamuis in ueritate nec eclipset̃ nec mutet̃, hoc.n.facit vmbra,& ĩterpositio lunæ,quæ qñq; visum solis impedit,qñ sibi in nouilunio se cõiũgit. Sic vere ipse sol Dei filius ad lunæ.i. ad mortalis, & fluxibilis naturæ similitudinẽ obscuratus fuit qñ ipsi lunæ.i.mortali & carnali naturæ extitit vnitus, & cõiũctus,quis in rei veritate nunq̃ in se fuerit immutatus,iuxta illud Malach.2.Ego dñs,qui non mutor.Vnde de ista similitudine dr̃ ad Rom 8. ꝙ Deus filiũ suũ misit in mundũ in similitudinẽ carnis peccati. Radius enim transiens per vitrum, vitri colorẽ,& similitudinẽ secũ portat, & tñ vitrum nõ violat neq; cassat.Sic vere cũ Christus ꝑ carnẽ virginis trãsiuit, ipsã nõ corrupit nec violauit,& tñ carnis similitudinẽ,s.corpus ꝓpriũ,qđ assumpsit, secũ traxit. Vnde iste vr̃ posse dicere illud qđ Sãson,Iudic.6. Si ligatus fuero nouis funibus qui nũquã fuerũt in opere,infirmus ero,& aliorũ hoîum similis. Noui.n.funes fuerũt viscera virginis gloriosæ, quorũ amor Sãsonẽ Dei filiũ traxit,& ligauit,quæ in opere carnali nunq̃ fuerũt, inquantũ illã ꝑ carnis copulã nullus hoîum maculauit.Istis igitur ligatus, infirmus factus est carnẽ assumẽdo, & similis alis hoîbus humanitus cõuersando,dicens illud Sap. 7.Sum quidem,& ego mortalis homo, similis hoîbus. Vbi aduerte,ꝙ iste similis est hominibus,scilicet quantum ad

Naturæ veritatem.
Propriam diuinitatem.
Corporis qualitatem.
Intimam charitatem.

Primum probat realis quidditas. Sum quidẽ.Scđm probat noîs dignitas.Ego.Tertiũ probat carnis raritas.Mortalis hõ. Quartũ probat cõis paritas.Similis hoîbus. Dico ꝙ Deus est similis nobis quantũ ad naturæ veritatẽ.Verã.n.carnẽ habuit, & nõ fictã,sicut dixerũt hæretici.quod ondit̃ur cũ dr̃.Sũ quidẽ. Vñ cum discipuli turbarẽtur de Christo, dicẽtes quia fantasma est, ipse rñdit. Habete fiduciã,quia ego sum.q.d.nõ sum fantasticus,imo uerus. Vt sic ei dicat̃ illud Esa.14.Et tu vulneratus es sicut,& nos,nostri similis effect' es.& illud Exo.4.Erat similis carni reliquiæ. Deinde dico,ꝙ nobis est similis quantũ ad propriã diuinitatẽ. Ego inquit, qđ est primæ personæ, signans illũ qui dicit.Ego sum primus,& nouissimus.Esa.44, Quia.s.Deus habet similitudinẽ cũ aîa rõnali quãtũ ad intellectũ,memoriam,& voluntatẽ,dicẽs illud Genes.2. Faciam' ad imaginẽ,& similitudinem nostrã.¶ Deniq; dico,ꝙ est nobis similis quantũ ad corporis qualitatẽ,quia.s.ipse fuit mortalis homo. vnde ad Philip.2.dr̃ ꝙ in similitudinẽ hoîum factus est,& habitu inuentus vt hõ,humiliauit semetipsum factus obediẽs vsq; ad mortẽ. Insuper fuit nobis similis quãtũ ad mutuã charitatem.Similis inquit hoîbus. Similitudo.n.signat amorem,quia.s.similitudo mater est amicitiæ, Christus aũt hoîbus se charitatiuè assimilauit,& oîum salutem appetens,se diuersis diuersimodè conformauit.Vnde & aliqñ cũ apl'is orabat,aliqñ cũ pc̃tõribus mãducabat. vt de ipso dicamus illud Iacob 5.Helias hõ erat similis nobis.Et iõ finaliter ꝑꝑ istam quadruplicẽ similitudinem quã ad humanũ genus habuit,sancti in gloria summè gaudebunt, qñ Deũ sibi similẽ uidebũt,iuxta illud 1.Io.3.Scimus qm̃ cum apparuerit, similes ei erimus.Ista est igitur similitudo mirabilis,& gloriosa. Veruntñ adhuc possumus dicere, ꝙ iste ₰m diuersas conditiones ad diuersas refertur assimilationes. Vnde iste dr̃ similis Homini quantũ ad incarnationẽ. Boni quantũ ad passionẽ. Leoni quantũ ad resurrectionẽ. Aui.s.aquilæ quantum ad ascensionem. Iste figuratur in similitudine quã vidit Ezechiel, qui uidit vnũ aîal quod erat simile in quatuor suis partibus quatuor dictis aîalibus &c. Vnde ipse de seipso põt dicere illud psal.Similis factus sum pellicano solitudinis, fact' sum sicut passer solitarius in tecto. Narra si vis de pellicano, qui se vulnerat pro uiuificatione pullorũ &c. Ista est ergo similitudo mirabilis,& gloriosa.¶ Scđo dico,ꝙ est quædã similitudo laudabilis,& uirtuosa,& ista est illa qua quilibet debet esse pro posse suo similis.s.deo,& sanctis.quãuis.n. dicatur illud psal.Non est similis tui in diis dñe, & nõ est ₰m opera tua, nihilominus tñ inquantũ est humanæ conditioni possibile,semper debet homo conari ꝙ Deo,& sanctis in virtutibus assimiletur,& ꝙ eis in moribus conformetur. Oĩa.n. appetunt assimilari principio,& suo esse. Et inde est, ꝙ in oĩ perfecta generatione semper ꝓducitur simile, sicut de hoĩe generatur hõ,de frumento frumentum,de vite vinum,& sic de aliis, quamuis in imperfecta productione qñq; dissimile, de dissimili oriatur,sicut patet,qa pediculus nascitur de homine, & uermis de carne.Sic ꝓcul dubio charissimi nos debemus naturaliter appetere assimilari ĩ moribus Deo,& sanctis,q. fidei,& salutis nostræ sunt cã,& totius bonitatis principium,& origo. Genes.1. Faciamus hoîem ad similitudinẽ nostram.Sapphirus.n.quanto est melior,tanto est colori cęlesti propinquior,& similior.sic ꝑ certo illi, qui sunt in moribus meliores,sunt in colore,i.in conuersatione cœlo.i.cœlestibus hoîbus similiores.Vt sic dicat hõ illud Esa. 14.Ascẽdam in celum,super astra cœli exaltabo soliũ meum, similis B

ero altissimo. Vnde eā supra de Ascēdere. Vt & sic figuretur hō in illis similitudinibus, de quibus 3. Reg. 7. dr̄ ꝙ Salomon sculpsit in tabulis Cherubin leones, & palmas, & similitudinem hominis stantis. Vbi aduertè ꝙ nos debemus Deo, & sanctis in quatuor conditionibus assimilari, videlicet

In scientiæ splendore lympido. Cherubin. Igitur simus
In audaciæ rigore feruido Leones. hoīes similes
In clementiæ dolcore fluido. Palmas. viris Lympi-
In constantiæ vigore solido. Hominis stātis. dis, & prudē-

tibus. Rigidis & audacibus. Fluidis, & clemētibus. Solidis & cōstantibus. Dico ꝙ debemus esse similes viris prudentibus & lympidis. Et istud denotat similitudo Cherubin, quæ erat quædam figura vergēs ad similitudinem aquilæ, quæ est auis clarissimi visus. Et denotat illos q̄ in templo ecclesiæ visum discretionis, & prudentiæ habent clarum, & ita ꝙ prudenter vident, considerant & cognoscunt illa quæ pertinent ad salutem. Deuteron. 28. Adducet dominus super te gētem in similitudinē aquilæ volantis. Vt sic figurentur tales in illis similitudinibus aīaliū quę vidit Ezechiel, vbi erat similitudo aquilæ, & similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarū, sicut dr̄. Ezech. 1. Quia pro certo charissimi inter sancta animalia. i. inter sanctos viros illi sunt pcipuè admirandi, qui sunt similes Aquilæ claræ videnti per splendorem sapientiæ. Carboni ardenti per feruorem amicitiæ. Lampadi splendenti per fulgorem honestæ apparentiæ. Et illud etiā signat ista interpretatio noīs Cherubin, quia. s. Cherubin ſm Hiero. interpretatur scientiæ plenitudo. Et ideo de similitudine talium pōt dici illud 1. Parali. 28. Dedit eis aurū multū vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ Cherubin. & Ezech. 28. dr̄. Tu signaculū similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore. sequitur. Tu cherub extentus, & ptegens. Vide si vis supra de cherub. Simus igitur similes vt dictū est, viris prudentibus, & prouidis. Simus etiam similes viris audacibus, & rigidis. Leones inquit. quia. s. ad modum leonum debemus esse audaces ad oē opus bonū agendum, quia. s. sicut dicitur Prouer. 30. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum. Ista potissimè pertinent ad prælatos, qui debent esse rigidi, & sæui in iustitia prosequenda. Istā etiam apparuerunt in martyribus, q̄ audaciores leone tyrannis intrepide restiterunt. Leones inquit. vt sic de quolibet tali dicatur illud. 1. Macab. 3. Similis factus est leoni in operibus suis. Vide supra de Leone. & assimila virum iustum quibus volueris conditionibus. Leones inquit. Simus insuper similes viris clementibus, & fluidis. Palmas inquit. Palma. n. quæ fructus dulces dactylorum producit, propter quod ab elephantibus frequentatur, viros misericordes designat, qui portant fructum dulcem misericordiæ, & operum pietatis, quo. s. elephātes, i. pauperes nutriunt, qui ipsos frequentant, & circueunt. Vnde de assimilatione virorum piorum, & clementium dicitur Lu. 10. vbi dominus petiit quis videretur proximus illi sauciato. & respondit legisperitus, ꝙ ille qui misericordiā fecerat in illū. Christus vero dixit ei. Vade, & tu fac similiter. Palmas inqt. Vt sic dicat qui libet pauperum illud Cantic. 7. Ascendā in palmā, & apprehendam fructus eius. Vide supra de Palma, & compara virū pium etiam in aliis cōditionibus palmæ. Similes ergo simus viris clemētibus, & fluidis. Deniq; simus similes viris constātibus, & solidis. Et similitudinē inquit hoīs stantis. Stare. n. cōstantiam signat, & virtutem, sicut cadere designat inconstantiam, & infirmitatem. Quia procul dubio nos debemus esse similes sanctis viris, qui in fide, & in moribus fuerunt stabiles, & manentes, vt simus similes non stellis erraticis, imo fixis, quæ. s. hærent perpetuo firmamento, iuxta illud 1. ad Corint. 10. Qui stat, videat ne cadat. Similitudinē inquit hoīs stātis. vnde Lu. 12. Et vos similes hoībus expectātibus dn̄m suū. Vide infra de Stare. Et sic igitur dico, ꝙ nos debemus esse similes viris constantibus, clementibus, audētibus, & prudentibus. Quæ tñ procul dubio sunt hodie contra multos q̄ magis volunt, & studēt esse similes malis personis, quàm bonis viris, impiis quàm honestis, vnde pcul dubio charissimi isti non sunt Cherubin similes, seu aquilæ, sed noctuæ, nō leonibus, sed leporibus, non palmæ, sed spinæ, non homini stanti, sed potius homini corruenti. Isti. n. non habent more aquilæ, visus claritatem, sed potius more noctuæ oculorū cordiū cęcitatem. Isti ēt more leonis non sunt audaces, sed more leporum sunt fugaces. Isti insuper more palmæ nō sunt hoīum p elemosynas nutritiui, sed more spinæ sunt eorum rapinis, & exactionibus pungitiui. Isti nihilominus more hoīs stantis non sunt in bono perseuerantes, sed potius more ruentis hominis ab oī bono opere desistētes. Et iō breuiter de istis pōt dici illud Lu. 8. ꝙ similes sunt in pueris sedentibus in foro, q̄a. s. puer nec ē sagax, nec est audax, nec est per elemosynā fluidus, nec est p constantiā solidus. Nō habeamus igit similitudinē sicut isti pueri q̄ nō sunt per constantiā solidi. Nō sic charissimi, sed habeamus bonā similitudinē, & nō malā, q̄a sicut dictū est quædā est similitudo laudabilis, & virtuosa. De hoc aūt ꝙ hō libenter assimilatur illi cui associatur, vide infra de societate. ¶ Tertiò dico, ꝙ est quædā similitudo vitiosa, & dānabilis, & ista est illa quā mali aliis malis libenter assimilantur. Quia sicut cera mutat dispositionē suā, & figurā suam ad dispositionē sigilli, qd̄ ei imprimitur, & sigillo similis efficit, sic vere hō aliorū moribus se assimilat, & sic qn̄ eis per societatē adiungit, ipsorū malis impressionibus, & cōditionibus se cōformat, iuxta illud Proue. 13. Amicus stultorū similis efficit. Possum igitur notare ꝙ mali libēter se cōformant viris C

Impiis & crudelibus.
Immundis & carnalibus.
Auaris & tenacibus.
Hypocritis & fallacibus.
Superbis & inanibus.
Lasciuis & ludentibus.
Obstinatis & seipsos indurantibus.

Habent igitur isti similitudinē crudeliū. vnde illi sunt figurati in illa horribili bestia de qua fit mentio Apoc. 13. de qua ibidē dr̄, ꝙ similis erat pardo. Pardus. n. est aial crudele ad sanguinē præceps valde. Item gerūt similitudinem carnalium. Vnde isti sunt similes bestiis, quæ naturaliter sunt immundæ. Eccl. 3. dixit de filijs hominum vt probaret eos Deus, & ostenderet eos similes esse bestiis. Vnde de luxuriosis dr̄ Hiere. 23. In prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium. Item gerunt similitudinem tenaciū. Et sic sunt similes vrso, qui cibos suos nulli vult libēter dimittere. sic nec auarus bona sua: vn̄ Dan. 7. Ecce bestia alia similis vrso in parte. Item isti gerunt similitudinem fallacium hypocritarum, de quibus Matt. 23. Væ vobis hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis. Item gerūt similitudinem inanium, de quibus psal. Homo vanitati similis factus est. Item gerunt similitudinem ludentiū, quia. s. isti nihil aliud quærunt, q̄ in ludis, & spatiamentis occupari. Matt. 11. Similis factus est pueris ludentibus in foro. Item gerunt similitudinem seipsos indurantium. vnde Iob 38. In similitudinē lapidis indurantur aquæ. Hoc igitur de similitudine sufficit. Vide supra de Imagine, de Imitari, de Sicut, de Quasi, & in aliis similibus, & infra vide de Societate.

Simon.

Vide supra vbi Beatitudo, in illa authoritate. Beatus es Simon Bariona. & si non sufficit, adiunge quæ tabula indicat adiungenda.

Simplex. Simplicitas.

Cum simplex dicatur quasi sine plica, A notandum, ꝙ simplicitas idem est quod innocentiæ veritas, & puritas. Vir. n. innocens, & simplex in suis moribus, & actibus semper est planus, nūquā per duplicitatem, & fallaciā plicatus. Plica. n. obscuritatem continet, & duplicitatem habet. Qn̄. n. pannus plicatur, tunc duplicatur, & tunc sub plica aliq̄d occultatur. Sic vere plica falsitatis, & malitiæ duplicitatē importat, semper aliquid de veritate abscōdit in corde interius, & occultat. Sed pro certo simplex q̄ nunquā vtitur tali plica, semper est planus, & apertus, & nūquā abscōditus aut latus, iuxta illud. Estote prudētes sicut serpētes, & simplices sicut colūbæ. Mat. 10. Vbi aduertē, ꝙ simplex innocēs habet

Longitudinem in duratione. Estote.
Lympitudinem in cognitione. Prudentes.
Aptitudinem in coniunctione. Sicut.
Mititudinem in conditione. Serpentes.
Firmitudinem in dilectione. Et.
Rectitudinem in intentione. Simplices.
Promptitudinem in affectione. Sicut.
Pulchritudinem in conuersatione. Columbæ.

Istæ enim sunt octo conditiones viri simplicis. ¶ Primo dico, ꝙ isti habēt durationis lōgitudinē. Quia sicut res simplices in natura sua magis sunt durabiles quā cōpositæ, sic viri innocētes, & simplices magis sunt in moribus perseuerantes, quod ostenditur cum dicitur Estote. Iuxta illud. Eccles.

Eccle.5.Esto firmus in via domini.vnde Iob 2.Adhuc permanes in simplicitate. Elephas.n.est animal simplicissimũ, in viuendo diuturnissimum, & in stando fortissimũ.Vnde de durabilitate talium dr̃ Prouer. 2. Qui.n.recti sunt habitabũt in terra, & simplices permanebunt in ea.¶Secundo dico ꝙ isti habent cognitionis lympitudinem.Res.n.quanto simpliciores,tãto sunt cõiter clariores.Patet in corporibus cęlestibus & in luce, quæ simplicia dicuntur,eo ꝙ de elemẽtis minime componuntur. sic simplex homo à Deo plus illuminatur vera prudentia,quam illi qui confidunt in sua sapientia. Capra .n.quæ est aı̃al simplicissimum, visum habet lympidissimũ,& acutissimum. sic vere hoı̃es simplices visum discretionis habent subtilissimum.Et de hoc põt dici illud Lucæ 11.Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum luminosum erit. Et hoc ostenditur cũ dr̃ prudentes. de quo Matth.25.Prudẽtes virgines aptauerunt lampades suas.Tertio dico, ꝙ isti habent cõiunctionis aptitudinem.De natura.n.simplicis est faciliter credere,& se libenter aliis cõformare.Res.n.quæ sunt puriores,& simpliciores,sunt naturaliter cõuertibiliores. patet in aqua pluuiali.Etiam ouis quæ est aı̃al simplex,faciliter sequitur præcessorem.Sic isti.quod ostenditur cum dr̃ Sicut. quia isti faciliter fiunt,sicut alii per imitationem vt dictũ est. vnde Philip.2.Sitis sine qrela,sicut simplices filii Dei.Quarto dico,ꝙ isti habẽt cõditionis mititudinẽ.Mites.n.plane, dulciter,& suauiter conuersantur,quod ostenditur cum dr̃ Serpẽtes.Quia.s.serpentes nõ currendo nec saltando , sed suauiter collabendo incendunt. vnde Prouer.11. Iustitia simplicis dirigit viam eius.Cõcorda de serpente sicut supra.Quinto dico,ꝙ isti habẽt delectionis firmitudinem.Simplices.n.veracissimè,& tenacissimè diligunt quicquid amant,quod ostenditur cum dicitur Et , quod est coniunctio copulatiua. vnde Actuum 2.Sumebant cibum cũ exultatione, & simplicitate. Sexto dico,ꝙ isti habent intentionis rectitudinem,qđ ostenditur cum dicitur Simplices.i. sine plica, quia.s.res recta sine plicatione nullã habet plicam . Vt de quolibet dicatur illud Iob 1.Erat vir ille simplex,& rectus, ac timẽs Deũ. Septimo dico,ꝙ isti habent affectionis promptitudinem,quia.s.statim volunt facere sicut pręcipiunt superiores.Sicut inquit.dicentes illud.Nõ sicut ego volo,sed sicut tu.& Eph.6.Serui,obedite dñis in simplicitate cordis. Octauo dico,ꝙ isti habẽt cõuersationis pulchritudinem , quod ostenditur cum dicitur. Columbæ,quæ.s.in collo pulcherrimas habet pennas,& quę est auicula valde simplex 2.ad Corin.1.In simplicitate, & sinceritate conuersati sumus in hoc mundo . Vide supra de Columba.Sufficiat ergo.Vide de Innocentia.

A

Simul.

Cum illa quæ simul habitant, soleant vt cõiter se magis diligere,& se melius cognoscere, & inter se melius conuenire patet , ꝙ per istud aduerbium simul põt intelligi societas, & coniunctio,amicitia & dilectio,siue bona siue mala. Nota ergo,quòd in scriptura inuenit quadruplex simul,& quadruplex societas,videlicet simul

Charitatiuæ dilectionis.
Maculatiuæ coniunctionis.
Superlatiuæ religionis.
Copulatiuæ punitionis.

Primũ est simul hoı̃um perfectorũ,quia.s.perfecti habitant simul per charitatẽ. vnde Genes.34. Habitãtes simul vnum efficiamus,populum. Secundum est simul hominum peccatorum. Mali.n.& peccatores simul per malas cõcordias combinãtur, & per malarum societatum vinculum inuicem adunantur. de quo in psal. Simul inutiles facti sunt. Tertium est simul hominum beatorũ . Beati.n.oẽs simul habitant in paradiso,sicut oẽs stellæ simul sunt in firmamento. vñ Esaiæ 60.Gloria libani ad te veniet,abeis & pinus, & buxus simul. Quartum est simul hominum reproborum , qui.s. simul in inferno puniuntur, & sicut vuæ in torculari simul premuntur. vnde in psal.Simul insipiens,& stultus peribunt. Igitur de duobus primis.s.de copulatione,& societate bonorum,& malorum aliquid dicamus. Boni.n.simul combinantur, inquantum in vna fide firmantur, vno amore ligantur, vni Deo famulantur , & in vna ecclesia, religione vel patria commorantur. Oues.n.quæ sunt animalia innocentia , apes quæ sunt aı̃alia fructificãtia, formicæ, quæ sunt animalia prudentia,cerui qui sunt animalia valde simplicia, simul consueuerunt commorari, & in vno loco pacifice simul cõuersari, Sic procul dubio & nos si innocentes, vtiles, prudẽtes & simplices esse volumus,simul per charitatẽ,& cõitatẽ,& per morũ cõformitatem esse debemus, iuxta illud psa.Simul in vnũ diues,& pauper.Vbi aduerte,ꝙ vbicunq; de cõi vtilitate agitur vel de concordiæ vnitate,oporteat tria facere, videlicet

Personaliter conuenire.
Cordialiter consentire.
Corporaliter subuenire.

Primum facit plurium cõgregatio . Simul.Secundum cordiũ copulatio.In vnum.Tertium oı̃um contributio.Diues & pauper. Iste.n.est triplex modus,qui boni debent esse simul,s.Tenẽdo conformitatem personalẽ.Habẽdo concorditatem cordialem.Regẽdo communitatem temporalẽ.¶Igitur primo dico,ꝙ nos debemus conuenire personaliter.Simul inquit. Simul.n.oportet conuenire communitatem , qñ de republica vult tractare. Nunquam.n.negocia publica bene fierent, nisi illi quos tangit,inuicem conuenirent . Bonum.n.commune debet præponi priuato. Nam etiam ipsi planetæ, & stellæ simul omni die super nostrum hęmisphærium transeunt, & nõ sibi,imo communitati creaturarum prouidẽt, & succurrũt. B

Quando etiam planetæ plures in uno signo conueniunt,tũc opera rerum mirabilia faciunt, & effectus mirabiles quos separati non facerent,introducunt.Simul igitur conueniamus vt vtilitatem communem tractemus,& faciamus,iuxta illud Ioan.21.Erãt simul Petrus,& Thomas,& Nathanael. Quod est contra multos qui ad colloquia publica conuenire nolũt &c.Istud etiam simul potest pertinere ad illos, qui sunt eiusdem collegij, vel consilij, qui.s.non solum debent esse simul per communem habitationem,imo etiam quantum ad morum,& actuum conformitatem.Apes enim quæ simul in eodem alueari morantur,simul laborant,& operãtur, & simul in uiuendo alter alteri conformantur. Quod vtiq; est contra singulares qui sunt in ecclesia vel religione , qui non sunt simul cum aliis communiter uiuẽdo, sed sunt separati ab aliis singulariter uiuendo,& partialiter cõuersando. Et tales procul dubio sunt hypocritæ inter regulares, diuites vero, & superbi inter seculares quia, scilicet isti de cõmunitate, & concordia non curant, sed discordãt.vnde Gen.36.Diuites erãt valde,& simul habitare non poterant.Non sic,quia nos debemus ut dictum est, cõuenire personaliter.Simul inquit. Vt de diuersis generibus hominum dicatur illud Esa.11. Vitulus leo , & ouis simul morabuntur.Conuenire igitur debemus,potissime religiosi,ad simul

Laudandum.
Tractandum.
Laborandum.
Habitandum.
Manducandum.

Debemus igitur simul dominum laudare.Iob.38. Cum me laudarent simul astra celi, & iubilarent omnes filii Dei. Item simul negocia tractare.Esaiæ 41. Simul ad iudicium ꝓpinquemus . Item simul laborem tolerare.unde 2. Machabeo.11. Hortatus est ceteros simul secum periculum subire.Item simul in vnum habitare. Vnde illud prædictum. Esaiæ 11.Vitulus,leo,& ouis simul morabuntur.Item simul adinuicem mãducare.vnde Esaiæ 65. Lupus, & agnus pascẽtur simul.Dico ergo,ꝙ nos debemus cõuenire personaliter. ¶Secundo dico , ꝙ nos debemus consentire cordialiter . In vnum inquit.Nihil enim valeret corpora esse simul,si corda in unum non iungerentur.Sicut enim anima,& corpus quãuis sint res diuersæ, efficiuntur tamen vnũ quando simul iunguntur , videlicet vnus homo sic ex nobis quamuis diuersis debet modo fieri vnum per vnitatẽ concordiæ in negocio, qđ tractatur,vt dicatur,ꝙ vnus spiritus, vna fides erat in eis. Et illud dictum Gene.34.Simul habitantes,vnum efficiamus populum.Igitur debemus consentire cordialiter. vide infra de vno.¶Tertio oportet subuenire generaliter , qđ oñditur cũ dr̃. Pauper & diues qa.s.ad diuites, & pauperes ꝑtinet cõtribuere ꝗm cõditionẽ cuiuslibet,qa negociũ est cõe , iuxta illud Prouer.22.Diues,& pauper obuiauerũt sibi . Inuehe si vis contra diuites,qui minus volunt contribuere q̃ egeni,& minus ad istam simultatẽ venire &c.Non sic simus,sed simul subueniamus. iuxta illud Esaiæ 45.Accedite simul, quia saluati estis.Istud est ergo simul in bono.¶In malo vero dico, C
ꝙ simul malorum concordiam designat. Canes enim, & lupi,quamuis non sunt aı̃alia simul gregatim naturaliter incedentia, nec simul vt cõiter pascentia vel viuentia , sed magis inter se discordantia, & pugnantia, simul tamen multotiens conueniunt, qñ s.aliquam bestiam simul deuorant aut inuadunt.Sic mali quamuis inter se nõ habeant concordiam neque pacem,simul tamen quandoq; veniunt ad nocendum,&

ad

ad diuersa crimina faciendum psal. Congregati sunt, & conuenerūt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Nota ꝙ dracones volentes transire mare, simul conueniunt, & deinde per caudas se ligant, & inuoluunt, & sic tutius transeunt, vt dicit Pli. Sic isti etiam. Et ideo mali solent conuenire multipliciter, videlicet ad simul

Deficiendum.	Isti.n. solent simul deficere.
Decipiendum.	ps. Simul inutiles facti sūt,
Se deuorandum.	non est qui faciat bonum.
Alios inuadendum.	Itē solent simul decipere.

psal. Simul aduersum te testamenta disposuerunt tabernacula idumeorum, & ismaelitæ. Item solēt simul se lædere. vnde Esaiæ 9. Manasses deuorabit Effraim, & Effraim Manassen simul ipsi contra iudam. Item solent simul alios inuadere. Vnde in psa. Circūdederūt me tota die, circūdederūt me simul. Ista igitur de Simul sufficiant tam in bono quam in malo. Vide Congregare, de Concordia, de Pariter, & de Vno.

A **Simulacrum.** Nota, quòd simulachrum dicitur à simulo. las. pro eo ꝙ simulacrum seu idolum res est ficta, & simulata, non existens, neque propria neq; vera. Dico igitur, ꝙ per simulachra possunt intelligi omnia illa quæ nullam habent veram essentiam, nec durabilem veritatem. Et sic dico, quòd signat

Vanitatem bonoru m terrenorum.	¶ Dico ergo pri
Falsitatem hominum deceptorum.	mo, ꝙ simulacrū
Qualitatem vanorum amicorum.	signat terrenam
Vtilitatem diuitum mundanorum.	vanitatem, quia

.s. bona mundi non sunt bona, quia duntaxat sunt quædā bonorum imagines, & simulacra. psal. Simulacra gentium argētum, & aurū. & Ozeæ 10. dicitur, ꝙ iuxta vbertatē terræ suæ exuberauerunt simulacris. Ista.n. simulachra hodie odorantur, & sicut dii à mundi cupidis reputantur. psal. Confundantur qui gloriantur in simulacris suis. Veruntñ ista sunt ꝓiicienda, & à cordibus hominum expellenda. Esaiæ 2. Proiiciet homo idola argēti sui, & simulacra auri sui. Significat igitur terrenam vanitatem. ¶ Secūdo significat, hoīum prauitatem, & significat ꝓpriè hypochritas, qui sunt simulati, & ficti, & qui sunt imagines, & nō res, qui aliud simulant, & aliud cogitāt, iuxta illud 2. Reg. 14. Lugere te simula. & induere veste lugubri. Talia.n. simulachra debent de domo Dei (quæ est ecclesia) proiici, & exinde omnis hypocrisis relegari, sicut de Manasse dicitur. i. de bono prælato 2. Paralip. 3. ꝙ abstulit Deos alienos, & simulachra de domo Dei. Per simulacra etiam intelligūtur luxuriosi, qui sciunt simulare falsos amores, & dolores, vt decipiāt mulieres. & isti sunt simulachra priapi. Priapus.n. fuerat quidam magnus rusticus, qui habuit virile mēbrum valde, & excessiue magnum, ideo sicut Deus à mulieribus gentilibus fuit cultus. vnde 2. Paralip. 15. dr̄, ꝙ rex proiecit in luto simulacrum priapi. Ad denotandum, ꝙ luxuriosi sunt semper lutei, & fimosi. Per simulacra etiam possunt intelligi ignorantes hoīes, qui hodie in ecclesia pro diis. i. loco hoīum sanctorum sunt positi, & exulti, & ibidem ab iniustis promotoribus introducti. Figurati 1. Reg. 19. vbi inuentum est simulacrum super lectum Dauid. Et nota de illo simulacro sicut supra de dea, & inuehe bene contra nepotes, prælatorum, qui sunt simulacra muta &c. 1. ad Corin. 12. Ad simulacra muta ducebamini euntes. Nesciūt enim nec bene operari nec bene loqui. Zachariæ 1. Simulacra locuta sunt inutile. Et tñ ista simulacra oportet adorare, & honorare, & ipsis per adulationem thurificare. Actuum 7. Obtulerūt hostiam simulacro. Sed pro certo de istis simulacris, & simulatis dicit Seneca vnum notabile. Nihil inquit quod simulatū, & fictum est, potest esse diuturnum. Quia vere tales ficti non diu perseuerant. vnde Ezec. 6. Confringentur simulacra vestra. Quod etiam de hypocritis, & de malis diuitibus, & de falsis amicis videmus. tales.n. cito deficiunt, & non durant 2. Para. 31. Egressus omnis Israel cōfregit simulacra. Igitur dico, ꝙ simulachra signant hominum prauitatem. ¶ Tertio dico, ꝙ signant mundanam charitatē, & mundanam amicitiā, quia. s. mundi amici non sunt veri amici nec perseuerantes, sed simulati, & apparentes, & in necessitatis tēpore desistentes. Et iō consuluit bene 1. Ioā. 5. Custodite vos a simulacris. ¶ Quarto etiam signant diuitū vilitatem, quia. s. diuites mundi sunt sicut simulacra, qui quamuis non valeant nec bñ operentur, tñ per prosperitatem pinguntur, & deaurantur, & principaliter ab aliis honorantur. Ozeæ. 21. Simulachris sacrificabant. Sufficit. Vide supra de Idolo.

Sinagoga. Cum synagoga propriè loquendo nihil aliud sit, quam iudęorū congregatio vel ecclesia possumus breuiter dicere, ꝙ per synagogam pōt intelligi omnis congregatio hoium iniquorū, de quibus Apocal. 3. Ecce dabo tibi de synagoga sathanæ q se dicūt iudęos, & non sunt, & mentiunt. Et ideo breuiter nota ꝙ (sicut possum videre percurrendo scripturam) ista synagoga. i. malorum collectio, habet generaliter ista vitia, scilicet A

Superbiæ tumorem.	De superbia patet Eccl. 3. vbi dr̄
Sæuitiæ furorem.	ꝙ synagogę superborū non erit
Malitiæ liuorem.	sanitas. De sæuitia dr̄ Matthei
Iracundiæ stridorem.	10. In synagogis suis flagellabūt
Auaritiæ ardorem.	vos. De malitia. i. de hypocrisi dr̄

Matt. 6. ꝙ hypocritę faciunt elemosynas &c. De iracundia dr̄ Lu. 4. Repleti sunt oēs in synagoga ira. De auaritia dicit psā. Exarsit ignis in synagoga peccatorum. Sufficit.

Sine. Nota ꝙ ista dictio sine, est præpositio consignificatiua: per se.n. non signat, sed cum alio. Semper aūt habet aliquid tollere, & priuare, siue bonum siue malum fuerit. Et ideo ẜm, ꝙ sunt quatuor genera personarum, s. viri iusti, viri impii, viri beati, viri damnati, secundum hoc potest hęc dictio sine diuersimode signare. Signat enim quo ad

Perfectos, carentiam vitiorum.
Imperfectos, carentiam meritorum.
Beatos carentiam tormentorum.
Damnatos, carentiam gaudiorum.

Dico.n. ꝙ sunt Perfecti sine criminibus. Imperfecti sine virtutibus. Beati sine suppliciis. Damnati sine solatiis. ¶ Dico ergo primo, quod est vnum sine quod pertinet ad viros perfectos. Viri enim iusti sunt sine vitiis, & sine aliis quæ suam possent impedire salutem. Et ad hoc potes applicare omnia illa quæ supra dicta sunt de Relinquere, & de abstinere, quia sine illis debemus esse, quæ de necessitate salutis sunt relinquenda, vel etiam fugienda. Et ideo breuiter nota, quòd beati sunt, & debent esse sine

Luxuriæ fætore.	Dico ergo, ꝙ debent esse sine fætore
Inuidiæ liuore.	re luxurię. Mundi.n. & puri sunt si-
Desidiæ torpore.	cut apes, quæ sine copula, & sine lu
Tristitiæ mœrore.	xuriæ macula vitam ducunt. Vnde
Auaritiæ ardore.	dicit ps. quod ille habitabit in ta-

bernaculo tuo, & quiescet in monte sancto tuo qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiā. Quod bene sciuit Iudas machabæus, de quo dr̄ 1. Macha. 4. ꝙ ipse elegit sacerdotes sine macula. Quia. s. isti debent esse speculum sine macula, & imago bonitatis Dei, sicut dicitur Sapientiæ 7. Item debent esse sine torpore desidiæ. Exemplo. s. solis, & cœli, qui sine requie semper currunt, & fluūt. Vt sic dicat iustus illud psal. Sine iniquitate cucurri, & direxi. Homo.n. sine intermissione præcipitur orare 1. ad Timo. 5 Sine torpore præcipitur laborare, quia sicut dicitur Iac. 2. Fides sine operibus mortua est. Item debent esse sine liuore inuidiæ, exemplo creaturarū irrationabilium, quæ, s. siue inuidia communicant aliis bona sua. De quo Sapientiæ 7. Sapientiam inquam sine fictione didici, & sine inuidia communico. Item debent esse sine mœrore tristitiæ. de quo Eccle. 4. Declina pauperi aurem tuam sine tristitia. Item debent esse sine ardore auaritię. Exēplo arborum, quæ fructus suos hominibus in æstate dimittunt, & sine fructibus in hyeme persistunt, quia. s. fructus diuitiarū aliis debemus dimittere, & sine eorū affectu in hyeme præsentis vitæ viuere, & manere, quia sicut dicitur Eccl. 35. Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurū non abiit, nec sperauit in pecuniæ Thessauris. Istud est ergo sine. i. carentia quæ pertinet ad viros perfectos. Vide exēpla in morali proprietatum in tabula de carere. ¶ Secundo dico ꝙ est vnum sine quod pertinet ad viros imperfectos. Et sic dico, ꝙ mali sunt sine virtutibus, & gratiis, & sine rebus pertinentibus ad salutem. Quia. s. vrsa parit catulum suum in spē frusti carnis, sine pedibus, sine auribus, sine oculis, sine suis aliis membris. Sic peccatores qui vrsi diaboli sunt filii, carent pedibus. i. virtute perfectionis, carent auribus. i. auditu obedientiæ, & subiectionis, carent oculis. i. visu prudentiæ, & discretionis, carent ēt membris moralis perfectionis. Quia breuiter sicut limax est sine viribus, sic peccator sine virtutibus. B

virtutibus, Breuiter igitur nota quòd peccator est

Sine vigore.
Sine timore.
Sine dulcore
Sine honore.
Sine rege.
Sine lege.
Sine auxilio.
Sine consilio.
Sine deuotione.
Sine quietione.
Sine cognitione.
Sine operatione.

Sunt dico pctóres sine vigore. vnde Iudith.5. Hoies sunt sine virtute & sine peritia artis pugnæ. Item sunt sine timore. Ideo dr̃ Ecclesi.1. Qui sine timore est, non poterit iustificari. Item sunt sine dulcore. s. mīx. Sapiẽt. 19. Illis sine misericordia ira superueniet. Itē sunt sine honore. Iudith.8. Humiliabit oēs gentes, & faciet illas sine honore. Itē sunt sine rege, nolunt. n. regi nec à ratione, nec à Deo, nec à bono prælato. Ozeæ 3. Longo tempore sedebunt filij Israel sine rege & sine principe. Item sunt sine lege, non. n. sequuntur regulam neque legem, cū tamen dicat Apostolus ad Roma.2. Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Item sunt sine auxilio. non. n. habent auxilium gratiæ Dei. Psal. Factus sum sicut hō sine adiutorio inter mortuos. Itē sunt sine consilio. non. n. sequuntur consilium sapientum, cū tamen dicatur Eccl.32. Fili sine consilio nihil facias. Itē sunt sine deuotione. vnde Ozeæ 3. dr̃ quod filij Israel sedebunt sine sacrificio, sine altari, sine ephot, & sine teraphim. Itē sunt sine quietione, hoc est dictu, sine pace, cum tamen dicat ad Heb.12. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videt Deum. Item sunt sine cognitione. i. sine lumine fidei & sciæ cum tamen dicatur ad Heb.11. Sine fide impossibile est placere Deo &c. Item sunt sine bona operatione, cum tamen dicatur Iac.2. ꝙ fides sine operibus mortua est. Et sic igitur patet ꝙ est vnum sine. i. vna carentia quæ pertinet ad viros imperfectos, s. ad peccatores. ¶ Tertiò dico ꝙ est vnum aliud sine quod pertinet ad viros beatos, q̃a. s. isti sunt in patria sine quocunque malo, dicentes illud Lu. 1. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorū liberati seruiamus illi. ¶ Quartò vero dico ꝙ est vnum sine quod pertinet ad viros damnatos, quia. s. isti sunt perpetuo sine omni bono. vnde Eccle.20. Mors hominum mendacium sine honore. Hæc igitur de Sine, gratia collationis sufficiant.

A **Sinere** Vide vbi de Cessare, de Permittere, de Relinquere, & de Dimittere.

Singularis. Vide vbi de singularitate id est de excellentia virtutum, vel de singularitate id est de partialis vitæ vanitate, infra de Solus & de Vn⁹, & in tabula in locis infinitis.

A **Sinistra.** Cum pars sinistra homini sit illa quæ minus habet de calore & naturali virtute & vigore, & cum qua homo non bene vt communiter operatur, quamuis supra in locis & exemplis pluribus, & potissime in titulo de Dextera sint de ea multa dicta, possum tamen notare quòd sinistra multipliciter significat in scriptura. Significat enim sinistra

Prosperitatis successum.
Iniquitatis processum.
Aduersitatis excessum.

¶ Dico primo ꝙ signat successum prosperitatis, quia. s. in scriptura per partem dexteram intelliguntur æterna, ꝑ partem sinistram intelliguntur terrena. Dextera enim mundi pars, s. meridionalis est clara, calida & lucida, quia ibi est sol perfecte influens & lucens. Mundi vero sinistra pars. s. septentrionalis, semper est frigida & obscura, quia. s. sol ad partes illas nunquam totaliter se conuertit. Sic vere charissimi in dextera parte bonorum spiritualium, & æternorum sol iustitiæ semper lucet, semper calor charitatis feruet, & splendor veritatis fulget. In parte vero sinistra prosperitatis mūdanæ, obscuritas ignorantiæ abundat, & frigus indeuotiōis viget ibique solis Christi præsentia nunquā apparet. De ista ergo parte duplici dicitur Proue.3. Longitudo dierū in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Et sinistrā diligūt multi magis q̃ dexteram, quia. s. multi sunt q̃ plus amāt temporalia quam æterna, & plus possunt in temporalibus q̃ in spiritualibus, & multi sunt q̃ minus valent in parte dextera quam in sinistra. Vnde de stulto dr̃ Eccle.10. ꝙ cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Color enim stulti & affectio semper est in sinistra terrenorum, quamuis in ipsa nō sit satietas animorum, iuxta illud Esa.9. Comedet ad sinistram, & non saturabitur. Etiam dr̃ omne animal habet cor in sinistra patre, ex cepto il lo monstro marino quod dicit̃ Kylion &c. Videbis multa de ista materia in Oculo morali. Signat igitur sinistra successū ꝓsperitatis. ¶ Secūdo dico ꝙ significat processum iniquitatis. Status enim peccati signatur per sinistram. Sinistra. n. minus est digna, immo etiā ad sinistram ponuntur illa quę minus diliguntur. Sinistra etiam dicūtur illa quę mala & improba dicuntur. & de hoc Prouerb.4. Peruersæ viæ quæ a sinistris sunt. ¶ Tertio dico quod signat excessum aduersitatis. Dextera enim quando que prosperitatē signat, sinistra vero aduersitatem 2. ad Corint.5. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris. Vnde etiā de peccatoribus dicit̃ Matth.25. ꝙ Christus in iudicio ponet agnos. i. iustos a dextris, hędos. i. peccatores a sinistris &c. Vide supra de dextra, & adiunge plura exēpla si vis sicut posuit infra de videre quomodo deluditur visus. & sic sufficit.

Sion Nota quòd historicè loquendo, sion erat quædā pars ciuitatis Hierusalē, vbi erat castrum & fortalitiū ciuitatis, & ideo pars illa erat altior & tutior & munidior & pulchrior, & ideo q̃a castrū illud eminebat ciuitati, ita ꝙ per illud poterat tota ciuitas Hierusalē defēdi, sicut ꝑ matrem filia defenditur & tuet̃, hinc est quod in plerisque scripturę locis sion mater dicitur, & Hierusalē filia nuncupat̃. Et inde est ꝙ in Psalmista dr̃ secundū aliā translationē. Mater siō dicet hō. & illud Threnorum j. Egressus est a filia siō. i. ad Hierusalē omnis decor eius. Quia. s. Hierusalē quæ erat ciuitas inferior, dicit̃ filia, & sion quæ erat pars ciuitatis superior, dicitur mater eius. Igit̃ cū ꝑ sion in scriptura possit intelligi ecclesia militans, ecclesia triūphans, beata virgo, & anima sancta, possum notare ꝙ in anima inuenitur A

Sion inferior. — Prima est locus saluationis.
Sion superior. — Secūda est locus deuotionis.
Sion interior. — Tertia est locus defensionis.
Sion exterior. — Quarta est locus defensionis.

¶ Dico primo quod est sion īferior, quæ est loc⁹ saluationis quia. s. in ecclesia solummodo inuenitur salus animarū. Omnes enim aliæ sectæ hominū sunt extra salutem, præter illos qui sunt ecclesia per fidem & gratiam collocati. Sion enim erat locus magnę fortitudinis. vbi tuti⁹ morabatur, iuxta illud Esaiæ.26. Vrbs fortitudinis nostræ siō. Sic vere ecclesia est loc⁹ in quo qui bene stat per gratiā & ꝑ fidem, non timet aliquem spiritualem impugnatorem, nec aliquem animæ tētatorem. Ibi enim & non alibi est defensio tuta. Et hoc est dicit Abdias. In monte sion erit saluatio. Compara si vis sion. i. regionem ecclesiæ vel religionis, illi insulæ hiberniæ vbi dum homo fuerit non moritur, & illi vbi corpus nunq̃ putrescit aut corrumpitur, quia in ista sion. i. in religione vel ecclesia si quis debite vixerit & manserit, nunquam corrumpitur per vitia, nec moritur per supplicia. Ideo br̃ de laudibus & cōditionibus istius sion, s. de statu religionis vel ecclesiæ pōt dici illud Esa.47. Dabo in sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam. Vbi aduerte ꝙ in ista sion est vel dēt esse locus valde famosus, & virtute plenus. s. locus Liberalis collationis. Dabo. virtualis cognitionis. In siō, quæ interpretatur specula. Specialis tuitionis. Salutem. Supernalis cōiunctionis. Hierusalem. Virtualis laudationis. Gloriam. ¶ Dico igitur ꝙ hęc debet esse locus liberæ collationis, q̃a. s. ibi debent libere dari & conferri beneficia, & libere ministrari sacramenta. Dabo. q. d. dō gratis, non dō si detis. Iuxta illud. Gratis accepisti, gratis date. Matt.10 Thus. n. qđ libere exit de arbore, multo plus valet quam illud quod cū vinculis ferreis per fractionem corticis extorquetur, sicut etiā de myrrha dicit Plin. Quia pro certo viri ecclesiastici debent liberaliter dare sua beneficia siue eleemosynas, & nō expectare ꝙ pcibus vel precijs extorqueātur, vel ꝙ per simoniā acquirant̃. Dabo inquii. psa. Quis dabit ex sion salutare Israel? Sit igit̃ ibi locus liberę collationis. Quod est cōtra multos &c. Inuehe contra auaros & cōtra simoniacos, q̃ non libere dāt immo vendunt. ¶ Deinde dico ꝙ iste debet esse locus lympidę cognitionis. Sion inquit, quod interpretatur specula, q̃a. s. in ista sion debent esse homines speculatiui, quia. s. viri ecclesiastici debent speculari & circunspicere pro se & pro alijs illa quę ptinent ad salutem. Debent. n. esse sicut speculatores in exercitu Christiano, quia. s. aduentum inimicorū debent pręuidere, & alijs intimare. Ezec.33. Fili hois speculatorem dedi te domui Israel. Sed pro certo multi ecclesiastici sic non faciunt, imo sunt speculatores pulchrarum mulierum.

lierum. Non sic charissimi. Nota in exercitu apud dicunt aliquę esse quæ vice speculatorum funguntur, & quæ pro sui & exercitus custodia alijs quiescentibus vigilare dicunt: quod etiam in gruibus dr̄ esse notum. Tales igit debent esse ecclesiastici i exercitu Christiano, qr̄ia. s. debet esse vigiles & speculatiui vt pseruet se & alios a nociuis, s ab insidijs infernalium proditorum. Quod etiam bene designat & nomē & locus sion, quia. s. nomen interpretatur specula, & loc⁹ altus & aptus ad speculandū, & de longe insultus hostium ituendū. Et hoc est quod videtur supponi in psal. vbi dicitur. circūdate sion, & cōplectimini eam, narrare in turribus eius Narrate inquit, s. aduentus & insidias hostiū. Est igitur religio vel ecclesia locus lympidę cognitionis. Siō inqt. Et hoc potissime, quia ibi debet Deus diligi et cognosci. ps. Videbit Deus deorū in sion. ¶ Deniq; dico ꝙ iste est locus securæ tuitiōis. Salutē inquit, quia. s. & non alibi est salus, & securitas animarum. Sion. n. erat pars fortior & tutior ciuitatis. Ideo dr̄ de ecclesi. 4. Regum 19. ꝙ saluator exiet de monte sion. vide supra de salute & salutare. Insuper dico ꝙ iste est locus fraternæ quietionis vel concordis coniunctionis, quod ostēditur cum dr̄ Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis. Quia. s. sicut in superiori parte aeris non fiunt tonitrua nec grandines, sic nec in ecclesia vel religione debent esse litigia, nec dissensionum turbines. Vide supra de Hierusalem. Vnde in psal. dr̄. Benedicat tibi dominus ex sion, & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitę tuæ. Est igitur locus concordis coniunctionis. Etiam dico ꝙ iste est locus solennis laudationis. Gloriam inquit meam. Quia. s. in ista sion debet esse gloria, laus, honor & magnificentia Dei, quia ad litterā in latere montis sion dominus iugiter laudabatur, sic debet & in ecclesiā. psal. Lauda Hierusalem dominum, lauda Deū tuum sion. Gloriam meam inquit. psal. Diligit dominus portas sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Et vere gloriosa fuerunt dicta, quia ibi fuit Dei gloria collaudata, iuxta illud psal. Psallite domino qui habitat in sion, annunciate inter gentes studia eius. Ista est igitur ciuitas quæ vt dictum est, est locus

Lætus.	Quod ipsum diligat, patet in psa. vbi
Quietus.	dicitur. Diligit dominus portas sion.
Tutus.	Quòd ipsum eligat, patet in psal. vbi
Clarus.	dr̄. Elegit dominus siō. Quod etiam
Gratus.	ipsum habitet, patet in psal. vbi dici-
Et ideo istis ratio-	tur. Mons sion in quo habitasti in eo.
nibus istum locum	Quòd insuper ipsum cōseruet, patet
dicitur Deus.	in psal. vbi dr̄. Deus saluā faciet sion,
Diligere.	& ædificabūtur ciuitates iudæ. ¶ Sed
Eligere.	adhuc procul dubio & pro certo p-
Habitare.	sens ecclesia vel religio non videtur
Conseruare.	hodie talis sion, quia pcul dubio ho

die in ea non sunt prædictę quinque virtutes, sed potius loco quinque virtutum est ibi quintuplicitas vitiorum. Vnde pro certo, sicut hodie video, ibi sunt hodie isti, scilicet

Superbia tumentes.	Dico q ibi est hodie co-
Fallacia pallentes.	pia hoium superborum.
Pigritia torpentes.	vnde Esa. 3. Eleuatæ sunt
Culturam Dei spernentes.	filiæ siō, & ambulauerūt
Mundi bona vellentes.	extento collo. Et nota ꝙ

istæ dicunt filię, & nō filij, p eo quia ipsi sunt quasi fœminæ effecti, & p carnalitatē & incōstantiā ad fęmineitatē deducti. Itē ibi est cōpia hoium deceptorum, s. hypocritarū. vnde Esa. 33. Conterriti sunt in sion peccatores, possedit tremor hypocritas. Itē est ibi cōpia hoium torpētium, & pigrorum. Vnde Esa. 52. Solue vincula colli tui captiua filia sion. Item est ibi copia hoium Dei cultum contemnentium & lasciuorum qa. s. nec Deo dignātur diuinum officiū celebrare. Thren. 1. Viæ sion lugent, eo ꝙ non sit qui veniat ad solēnitatem. Item ibi est copia hoium crudelium & iniquorum quia s. non faciunt consciam acquirere per extorsionē auaritiæ vel rapinæ. de quo Micheæ. 3. Væ qui ædificatis siō in sanguinibus, & in Hierusalem in iniquitate. Non sic charissimi, quia pro certo sion inferior (vt dictum est). s. ecclesia debet

C esse locus saluationis. Et hoc est primum principale. ¶ Secundo principaliter dico ꝙ est sion superior quæ est status refectionis, & ista est ciuitas paradisi, vbi est salus & refectio beatorum. Ista. n. est sion superior,

Vbi apparet Dei magnitudo.	De magnitudine
Vbi eminet Dei celsitudo.	dr̄ in psalm. Deus
Vbi abundat laudis gratitudo.	in sion magnus.
Vbi fulget luminis lympitudo.	De Dei celsitudi

ne dr̄ in psa. Ego constitutus sum rex ab eo sup sion montē sanctum eius. De laudis plenitudine dr̄ Esa. 35. Veniet in siō cum laudibus. De luminis lympitudine dr̄ in psa. Videbitur Deus deorum in sion. Est ergo sion superior locus refectionis seu pmotionis. ¶ Tertio dico ꝙ inuenitur sion interior, quæ est locus deuotionis. Et sic per siōn intelligit aīa sancta, vbi. s. Deus spūaliter cōmorant, & quæ Deum mētaliter cōtemplat, iuxta illud Ioh. 3. In sion dn̄s cōmorabit. ¶ Quarto principaliter dico ꝙ est siō exterior, quæ est locus defensionis. Et sic pro certo dico ꝙ p siō intelligit beata virgo, à qua & in qua ois hō potest defendi & saluari, qui ad istum locum per spem voluerit fugere, & ibi p deuotionem morari. Iō docet in psa. Circundate, sion & cōplectimini eā. Ista est. n. sion spiritualis, in qua Deus personaliter habitauit, quā cordialiter illustrauit, quā dominus mirabiliter adamauit, et quam dn̄s specialiter dedicauit. Beata. n. virgo & etiam quælibet sancta persona sicut in scriptura patet a Deo

Spiritualiter habitatur.	Deus. n. est istius sion spi
Cordialiter consolatur.	ritualiter habitator. Ioh.
Efficaciter adiuuatur.	3. Ego dominus Deus ve
Supernaliter adamatur.	ster habitans in sion. Itē
Specialiter dedicatur.	est istius sion amicabilis
Virtualiter roboratur.	consolator. Esa. 51. Con-

solabitur deus siō. Item est istius siō promptissimus adiuuator. psa. Diligit dominus portas sion. Item est istius sion supernalis adamator. Zacha. 8. Zelatus sum sion zelo magno. Item est istius sion specialissimus dedicator. psal. Elegit dominus sion. Item est istius sion virtualissimus roborator, qa ipse dicit. 1. Paralipo. 2. Ponam in sion lapidem angularem, quia. s. Deus semper adiuuat, roborat & fortificat personam sanctam, & maximè virginem gloriosam, & ideo de ipsa dicitur Esa. 26. Vrbs fortitudinis nostrę sion, saluator, ponetur in ea murus. Ista igitur ad sion pertinent quæ dicta sunt. Et sic de sion sufficit quantum ad omnes partes.

Sitis. Sitire.

A Cum sitis nihil aliud sit quàm bibendi appetitus ex interiori calore causatus, possumus notare ꝙ tam in bono quam in malo sitis diuersimode sumitur in scriptura. Vnde nota ꝙ inuenit sitis.

Amoris charitatiui.	Prima signat desiderium
Ardoris inflammatiui.	hominum perfectorum,
Doloris maceratiui.	de quo dicitur. in psal. Si-
Feruoris concrematiui.	tiuit anima mea ad Deum
Dulcoris delectatiui.	fontem viuum. Secunda

designat desiderium malignorum de quo in psa. Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. Tertia denotat spiritum & indigentiam miserorum, de quo ad Roma. 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Quarta denotant supplicium dānatorum, quia pœna valde grauis est sitis excessiua. Vnde de anima damnata potest dici illud Ozeæ. 2. Ponam eam quasi solitudinem, & statuā eā velut terram inuiam, & iterficiā eā siti. Quinta vero signat appetitum beatorum, qui. s. quāto plus eum vident, tāto amplius ip sum sitiunt & cupiunt. vnde Eccle. 24. Qui edūt me, adhuc esurient, qui bibunt me, adhuc sitient. De duplici ergo siti bona & mala in genere aliquid specialiter est tractandum. Dicamus ergo ꝙ sitis beatorum, quæ est virtuosa & ista est procul dubio sitis illa qua sancti sitiunt, desiderāt & cupiunt oē bonum. Nota ꝙ onager intm̄ diligit aquā clarā, ꝙ licet multū sitiat, nunq̄ vult bibere, dato ꝙ inueniat aquā turbidam, imo sitim suam dr̄ tolerare quousq; reperiat aquā purā. Quod etiā vr̄ supponere Dauid in psal. cum dr̄. Expectabunt onagri in siti sua. Vide supra de Expectare. Sic verè hō naturaliter sitiat & appetat aquam puram, s. deū & bona spiritualia & ęterna, nunqūam pro certo debet aquam turbidam, s. delectabilia bonorum temporaliū bibere, nec ex illis sitim sui desiderij refrigerare, sed potius ipsum Deum & bona ęterna vsque post istam vitæ miseriam expectare, dicens cum psal. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Vbi aduerte quòd tria principaliter sitienda, & toto desiderio appetenda videlicet

Stabilitas

Stabilitas desiderii. Fœcunditas refrigerii. Nobilitas ministerii. Primam sitim prouocat gratia. Siti uit inquit aïa mea ad Deum. Secun dam prouocat gloria. Ad fontē vi uum. Tertiā prouocat patria. Qñ veniam &c. Igitur sitiamus
B gratiæ societatē gloriæ, satietatem, patriæ securitatem. ¶ Di co ergo primo, ꝙ nos debemus sitire dulcem societatē, quæ fit à gratia. Ad Deum inquit. Sponsa.n. desiderat ad sponsum suum attingere, & ipsum amplexari personaliter, & tenere. sic aïa debet Deum amplexari per charitatē, & tenere, & attingere per gratiæ societatem. Ad Deum inquit. Ad Deum, enim significat dependentiam ad terminum ad quem. Vnde ipse Deus dixit Io.7. Qui sitit, veniat ad me, & bibat, s. aquam vitæ, gratis. Quando.n. homo sitiens non pōt inuenire aquā, solet quandoq; temperare sitim suam cum malogranato vel cum lapide cādi in ore posito quousq; per aquam penitus satietur, sic vere quia nos ad præsens non possumus attingere, ad fontem gloriç sempiternæ, vbi est refrigerii plenitudo, ne cesse est quod sitim desiderii cordis nostri temperemus cum lapide, & cum malogranato. i. cum illo qui lapis angularis di citur, & qui in scriptura malum punicum nuncupatur. Vnde scriptura dicit Sap.11. Sitierunt, & inuocauerūt te, & data est eis de petra altissima aqua, & requies sitis de lapide duro. Ad Deum ergo. psal. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. Debemus ergo sitire dulcē societatem, quæ fit à gratia. Ad Deum inquit. ¶ Secundo debemus sitire plenā satietatem, quæ fit à gloria. Fōtem inquit viuum. Ceruus.n. sitiens nō bibit in riuulo, imo currit ad fontem, vbi satiatur ad plenum. sic nos nō debemus bibere in riuulo bonorum mundi, quia ibi non est requies sitis nostræ, quia. s. de aqua ista dr̄ Io.4. Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Quinimo debemus ꝓperare ad fontem viuum gloriæ paradisi, qui ad plenum refrigerat, & satiat cor humanū. vnde Ioan.4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non sitiet in æternum, sed aqua quam dabo illi, fiet in eo fons aquæ salien tis in vitam ęternam. Vnde breuiter de temperamento istius sitis dicitur Apocalip.7. vbi loquitur de beatis. Non esuriēt neq; sitient amplius, neq; cadet super eos sol neq; vllus ęstus qm̄ agnus qui est in medio throni, reget eos, & deducit eos ad vitæ fontes aquarum &c. Igitur sitiamus plenam satietatem, quæ fit à gloria. ¶ Tertio dico sitiamus tutam securitatē quæ fit in patria. Qñ inquit veniam, & apparebo &c. Sicut.n. peregrinus valde fuit, & appetit reuenire ad patriam, miles bannitus de curia, valde desiderat reuerti ad regis præsentiā mulier repudiata, valde cupit redire ad viri gratiam, sic homo qui in Adā de patria paradisi fuit bannitus, & in hoc mū do relegatus, & peregrinatus, & Dei regis, & viri sui præsentiæ destitutus, valde debet sitire, & appetere, ꝙ ibi sit iterum restitutus. Qñ inquit veniam, & apparebo ante faciem domi ni. Idem faciebat Absalon, qui bannitus propter fratricidiū dicebat Ioab 2. Reg.14. Obsecro ergo vt videam faciem regis. Quando inquit veniam? Vnde de isto desiderio, & de ista siti veniendi ad patriam, dr̄ Apoca.22. Sponsus & sponsa dicunt, veni. & qui sitit, veniat, & qui vult accipiat aquam vitę gratis. Sic igitur patet. quomodo sitienda est bonitas beatorum quæ est virtuosa, quia pro certo bonorum est sitire bona 1. ad Corin.4. Esurimus, & sitimus, & nudi sumus, quia si
C cut dr̄ Matt.5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam qm̄ ipso rum est regnum cœlorum. ¶ Sed adhuc dico ꝙ est sitis malo rum, quæ est vitiosa. Mali.n. semper sitiunt, & desiderant mala. Scytala.n. serpens est, qui si quem momorderit, siti perit. Sic diabol⁹ postquā hoïem pc̄tō mortali inuenenauerit facit eū taliter ꝑ mala desideria sitire, ꝙ nā mortē solet incurrere, & sentire. Vt de talib⁹ sic morsis dicat̄ illud Ezec.19. Trāsplātata in desertū i terra in uia, & sitiēti. Et iō nota ꝙ mali sitiūt

Diuitias, & facultates.
Delicias, & voluptates.
Eminentias, & dignitates.
Violentias, & feritates.

Sitiunt ergo auari facultatem diuitiarū. Sicut.n. draco aïal sitibundū sitit sanguinē elephantis, quia cognoscit eum esse melancholicum, & frigidum, propter quod contra eum sole: pugnare, & sanguinem eius bibere, & haurire, sic auari sitiūt pauperum sanguinem, & substantiam tēporalem. istos.n. impetūt, ad terram. i. ad miseriā trahunt, & eorum diuitias vsuris, & rapinis ebibunt. Et de hoc Iob 5. Cuius messem famelic⁹ comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. Item sitiunt luxuriosi voluptatē deliciarum. Et de istis dicitur Esaiæ 50. Cōputrescent pisces sine aqua, & morietur in siti. Nota quomodo dicuntur pisces, sicut supra in titulo suo. Pisces.n. nunquā vi dentur posse satiari aqua, ipsam.n. semper habent intus, & extra, & sic isti delicias &c. Fons.n. deliciarum est sicut fons tātali, qui est in aqua vsq; ad os, & tñ nunq̄ satiatur, imo perpe tuo est in siti. Iob 24. Calcatis torcularibus sitiunt. Itē ambitiosis sitiunt vanitatem eminētiarum. Isti.n. sunt sicut draco, qui tanto ardore sitis vritur, ꝙ totū mare nun pōt eū refrigerare sufficienter, & ideo sursum volat ad vela nauium, vt refrigeret sitim suam. Sic isti non possunt satiari beneficiis vel officiis, & ideo ad vela nauium. i. ad alta culmina dignitatū semper nituntur volare, vt sitim suæ ambitionis valeant satiare, & ipsam vento inanis gloriæ recreare. Vnde de ambitiosis potest dici illud Esaiæ 53. Ascendet quasi radix de terra sitienti. Item seditiosi sitiunt feritatem violentiarū. Multi .n. sunt sicut leo, semper vindictā, & sanguinē sitientes, & oppressionem hoïum appetentes. de quibus Esa.25. Spiritus robustorū sicut turbo impellens parietem, & sicut æstus in siti. Et tales potissime sunt nostri moderni nobiles, quisemꝑ sunt per appetitū rapinæ sitibūdi, iuxta illud Esa.5. Nobiles eius interierunt fame, multitudo eius siti exaruit. Ista est igitur quadruplex sitis q̄ inflāmat. & fatigat peccatores. Nam sicut ebriosi sitientes tm̄ bibunt, ꝙ quicquid habent expēdunt, sicut peccator siti malorum desideriorum accensus, bibit ita ad plenū iniquitatē, ꝙ ipse perdit gloriæ, & gratiæ bonitatē, & paradisi ēt habitationē seu ciuitatē. Iudi.7. Fatigati siti tra dēt ciuitatē suā. Et sic ergo patet, ꝙ ē sitis mala, & vitiosa, & ꝙ ē sitis bōa, & virtuosa. Sufficit de Siti. Vide supra de Fame.

Sobrius. Sobrietas.

Cum sobrietas nihil, aliud sit quam temperā A
tia, notare possum⁹ breuiter, quod in tribus principaliter sobrietas, & temperantia est habenda. Debet enim haberi

In sensu, ne nimium præsumamus.
In actu, ne nimium effluamus.
In victu, ne nimium excedamus.

De sobrietate.n. sensus dr̄ ad Roma. 12. Non plus sapere, q̄ oportet sapere, sed ad sobrietatē. De sobrietate actus, s. operum, & verborum, potest dici illi Eccl. 31. Infirmitas carnis sobriam facit animam. De sobrietate vero victus, cibi. s. atq; potus, potest dici illud Eccl. 31. Aequa vita hominibus vinū in sobrietate potatum. Talem ergo sobrietatem triplicē debent homines habere, & à cunctis rebus superfluis abstinere, iuxta illud 1. ad Timo.5. Nos qui diei sumus, sobrii simus. Vnde etiam notandum, ꝙ secundum scripturam quinq; genera hominum percipiuntur sobrietatem habere, videlicet

Prælati, vt debitè possint principari.
Religiosi, vt attentè possint contemplari.
Viri senes, vt discretè possint meditari.
Viri iuuenes, vt astutè possint famulari.
Mulieres, vt pudicè possint conuersari.

De sobrietate enim prælatorum dr̄ 2. ad Timo.4. vbi Timo theo episcopo Apostolus loquitur sic. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euāgelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. De sobrietate religiosorum dr̄ 1. Petri 5. Fratres, sobrii estote, & vigilate. De sobrietate senum dr̄ ad Titum 2. Admone senes, vt sobrii sint. De sobrietate iuuenum dicitur. similiter ad Titum 2. Iuuenes similiter hortare vt so brii sint. De sobrietate mulierū dicitur 1. ad Tim.2. ꝙ oportet eē mulieres pudicas, sobrias & fideles in omnibus. Vt sic generaliter de omnibus istis dicatur illud 1. Petri 1. Sobrii & perfecti sperate in eam quæ offertur vobis gratiam. Non allego exempla, nec alias prosequor, sed vide supra. de Abstinentia, & de Ieiunio, vbi est illa auctoritas prosecuta. Ministerium tuum imple, sobrius esto. & sic sufficiat.

Societas. Socius.

Nota ꝙ societas est pluriū, A personarum coniuncta cōmunitas. Est autem societas bona, & mala acceptanda, & refutanda, frequentanda, & fugienda. Verum quia supra in locis pluribus de societate, & fędere est tractatum, vt supra do amicitia, & coniunctione, & de congregatione, & de simul, & de pariter, & in titulis similibus, ideo de societate in breuiloquio est loquendum, maxime quia nomen societatis est rarum in scriptura, nihilominus tamen inuenitur societas multiplex, uidelicet societas

Vnita uirtuose.

Prima est societas hominum perfectorum,

Iuncta vitiose. Stricta dolorose. Vincta dulcorose. ctorum, quæ est laudabilis. Secūda est societas hominum prauorum, quę est horribilis. Tertia est societas hoīum damnatorum, quæ est tristabilis. Quarta est societas hoīum saluatorum, quæ est lætabilis. Prima societas est desideranda .s. societas bonorum, & sociabilitas, & affabilitas cum eisdē, de qua dicitur Prouer. 18. ꝙ vir amabilis ad societatem, magis amicus erit quam frater. Secunda societas est vituperanda, s. societas malorum, de qua Iob. 30. Frater fui draconum, & socius struthionum. Tertia societas est consideranda, scilicet societas reproborum, de qua Iob 18. vbi de diabolo dicitur, ꝙ habitent in tabernaculo eius socii eius qui non est, i. diaboli. Quarta societas est remuneranda, s. societas bonorū vel beatorum, & de hac 2. ad Corin. 1. Sicut passionum socii, estis, & ita consolationum eritis. ¶ Igitur in genere de bona & mala societate aliquid est dicendum. Et dicamus de societate bona, ꝙ summopere est quærenda. Valde. n. est vtile homini se bonis sociis iungere, & se bonis hominibus copulare. Cuprū. n. durum, & rubeum si diu nitro liquefactum bulliat, & ductibile, & clarum efficitur, & a rubore, & fragilitate aliqualiter immutatur. Sic vere homo quanquā sit per carnalitatem rubeus, & per obstinationem durus, & per impatientiam fragilis, & impurus, si tamen nitro. i. bonis, & claris personis adiungatur, solet immutari, & temperari, & à suis malis conditionibus alterari, & in bonis si ipsas habeat conseruari. Exemplum habemus de Saul, & seruis, qui quamuis prophetiæ spiritum nō haberent, imo ad persequendum Dauid in malo proposito essent, dicitur tamen 1. Reg. 19. ꝙ venientes ad cuneum prophetarum, ceperunt cū eis prophetare, & conditionē propriam alterare. Vnde de Saul dicitur 1. Reg. 10. ꝙ mutatus est in virum alterum, qñ. s. venit ad ꝓphetarum cuneum. Item de ramo Siluestri oliuæ domesticæ inserto. i. de malo homine per bonā societatem alterato, dicit Apostolus ad Rom. 11. Socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es. q. d. sicut surculus radici vel stipiti insertus, participat ipsius radicis influentiam, & virtutem, ita ꝙ siccari non ꝑmittitur, sed potius virtute radicis viret, fructificat, & augmentatur, sic ille qui adiungitur cum bona societate, participat cū ipsius bonitate. 2. Mach. 2. Particeps factus est malorū postea fiet socius bonorum. Vt sic quilibet socius dicat illud Apoc. 1. Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione, & regno. Et possumus notare, ꝙ illi qui volunt esse socii,

B debent omnia communiter habere. Et ideo dico quòd isti

Communiter gratiosè debent conuersari.
Communiter amorosè debent amplexari.
Communiter seriosè debent coaptari.
Communiter vigorosè debent fatigari.
Communiter gaudiosè debent prosperari.
Communiter dico gratiosè. Ioannes.
Communiter amorosè. Frater vester.
Communiter seriosè. Particeps.
Cummuniter vigorosè. In tribulatione.
Communiter gaudiosè. Et regno.

Dico ergo primo quod isti debent conuersari inuicē gratiosè, q. a. s. socii tenentur amicabiliter, & sociabiliter se habere, quia sicut dr̄. Proue. 18. Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit quàm frater. Et hoc ostenditur cum dicitur Ioānes, qui interpretatur, in quo est gratia. Vide supra de Ioanne. Qđ est cōtra illos q̄ in societate se non exhibent nec amicabiles nec benignos. Secundo dico, ꝙ isti debet copulari inuicē amorose. Frater inquit. Fratres. n. debent esse. i. fraterna liter se diligere, sicut & aīalia bruta socios diligūt, & cognoscunt, sicut de bobus, & equis pluribus est expertum. Vide supra de fratre 1. Mach. 8. Quare grauasti iugum super amicos nostros, & socios iudeos? q. d. illi sicut socii sunt, & amici. Cuius tñ in multis contrariū inuenitur. Tertio dico, ꝙ isti debēt coaptari inuicem seriosè. Particeps inquit. Quia videlicet ad socios pertinet, ꝙ sint eiusdē similitudinis, & paritatis, q. a. s. nō decet socios esse diuersi status, & gradus. vnde Eccle 13. Ditiori te ne socius fueris. Et ibidem. Oīs homo sibi similis sociabitur. Particeps inquit. Quarto dico, ꝙ isti debēt fatigari inuicē vigorosè. In tribulationē inquit. Quia. s. illi q̄ sunt in vna societate, debēt simul esse in labore, & aduersitate, quia. s. alii nō debent viuere in solatio, & alii in labore, & supplicio, quia sicut dr̄ 2. ad Cor. 1. Si fuerimus socii passionū, erimus & cōsolationū. Quinto dico, ꝙ isti debēt ꝓsperari inuicē gaudiosè. Et regno inquit. Per regnū. n. prosperitas intelligitur, in qua debent esse participes socii, sicut participes in labore. Matth 25. Percipite paratū vobis regnum. vnde Eccle. 4. melius est duos esse simul quam vnum. habent. n. emolumentum societatis suæ. si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. & si simul duo dormierint, fouebūtur mutuo. Ista tñ sunt contra multos malos socios qui bene volunt cum aliis imo præ aliis gaudere, & tñ cū aliis nolunt laborare. volūt soli percipere prospera, & tñ nolūt sentire aspera. volunt habere societatis emolumentū, sed nullū recipere nocumentum. De quo dicit Aug. ꝙ multi volunt gaudere cū sanctis, & tribulationes mundi nolunt sustinere cum ipsis. Nō sic, sed ēm eundē, si nunc laboramus, & cōregnabimus. Habeamus igit̄ istā quintuplicē conditionē, & sic erimus socij cōpetētes. Et sic patet, ꝙ dictum est aliquid de societate bona. Patet ergo ꝙ societas bona debet frequentari, quia sicut videmus, aīalia domestica in societate viuunt, & se inuicem diligūt, & cognoscūt, quia sicut dr̄ Iudicum 18. ille populus qui in remotis solitarius habitabat, & cū nullo hoīum societatē habebat fuit à tribu dan depopulat⁹, & bonis oībus viduatus. Et breuiter multa mala eueniūt solitariis, & singularibus, quæ non eueniunt socialibus. Vt breuius concludā, verū est verbū Senecæ dicētis in epistola ꝙ nullius boni sine socio iocūda est possessio. ¶ Sed adhuc dico, ꝙ iuenit̄ societas mala q̄ sūt socii C

Litigiosi. Proditiosi. Desidiosi. Raptores. Deceptores. De litigiosis. i. de murmuratoribus & quærulosis, iracundis, & litigiosis dr̄ Iob 30. Frater fui draconum, socius struthionum. De proditiosis qui. s. tñ se sociant homini in prosperitate, & statim ipsum dimittūt in aduersitate, Poeta. Frōte capillata post hæc occasio calua. Et Eccle. 6. Est amicus socius mensæ, sed non permanebit in die necessitatis. De desidiosis, qui. s. volunt quiescere, & societatis onera non sufferre, potest dici illud prædictum Iudic. 18. ꝙ cum nullo hoīum habent quicquam societatis, & negotii. De raptoribus pōt dici illud Iob 17. Prædam pollicētur sociis &c. De deceptoribus vero dicitur Esa. 1. quòd principes infideles, socii furum. Sufficiat ergo gratia breuitatis. Vide de amicitia, de fraternitate, de coniūgere, congregare, inter, pariter, simul, & aliis titulis similibus.

A **SOL.** Cum sol sit principium luminis, & caloris, possum dicere, ꝙ in scriptura in bono sumitur, & in malo. Vnde nota, quòd per solem intelligitur

Conditio regis æternalis.
Perfectio viri virtualis.
Combustio pœnæ temporalis.
Elatio gloriæ mundialis.

¶ Dico ergo primo ꝙ sol significat regē æternalē, quia. s. sol dicitur quasi solus lucens per excellentiam, & iste dr̄ solus oīpotens. Et de hoc dr̄ Eccl. 26. ꝙ ipse sicut sol oriensmundo in altissimis. ¶ Secūdo signat virum virtualē, quia. s. sol inter, & super oīa corpora est summæ perfectionis, & virtutis. Vnde Eccl. 27. dr̄ ꝙ hō sanctus in sapientia manet sicut sol. ¶ Tertio signat pœnam tēporalem, quia videlicet sol habet cōburere, & desiccare, & etiam affligere cor humanum. Vnde de beatis, qui ab ista pœna sunt liberi, dr̄ Esa. 49. Nō ꝑcutiet eos ęstus, & sol. & Apoc. 7. Non cadet super eos sol neq; vllus æstus. ¶ Quarto dico, ꝙ designat gloriā mundialem. quia. s. sol summè est pulcher, & fulgidus, oculorum tamen intuentium est nociuus, sic & mūdi gloria est delectabilis, & suis amatoribus nociua, & damnabilis. Vnde Eccle. 43. Tripliciter sol exurens montes excæcat oculos. Et dicitur tripliciter, propter tria genera bonorū gloriæ, & prosperitatis mundanæ, quæ sunt deliciæ diuitiæ, & honores. De duobus autem primis aliquid est dicendum. ¶ Dicamus ergo primo de sole, ꝙ signat diuinā conditionem. Deus. n. quantum ad diuinitatem, & quantum ad humanitatem potest dici sol, quia sicut sol habet

Claritatem quæ non obfuscatur,
Celeritatem quæ non retardatur,
Caliditatem quæ non refrigeratur.
Vtilitatem quæ non impeditur,
Mobilitatem quæ non percipitur,

Sic procul dubio Xp̄s habuit claritatem sapietiæ, qua prædicando mundum illuminauit. Ecclesi. 42. Sol illuminans per omnia respexit. Item habuit celeritatē potentiæ qua mūdum creauit. ps̄a. Fecit solem in potestatem diei. Item habuit

caliditatem

caliditatem amoris perfecti qua mundum fouit & reformauit 1. Reg. 11. Cras erit vobis salus cum incaluerit sol. Item habet habuit vtilitatem omnis sufficientiæ qua mundum ditauit. Eccl. 26. Sol oriens mundo. i. ad omnium quæ in mundo sunt vtilitatem. Item habet & habuit mobilitatē occultæ & imperceptibilis prouidentiæ qua mundum gubernauit, quia. s. sicut motus solis non percipitur, cum tñ constet ipsum valde celeriter moueri, sic motus prouidentiæ non pcipitur, quamuis omnia regendo continuè moueatur. vnde de sole dicitur Ecclesi. 1. ꝙ oritur sol & occidit. & in circulos suos reuertitur. girat ad meridiem, & flectitur ad aquilonem. quasi dicat Deus per suam prouidentiam vndique circuit & girat. Et ideo breuiter de isto sole Christo & de eius conditionibus & effectibus potest exponi illud Iohel. 2. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. vide eam diuisam ꝑm alium intellectum in sermone. Resplēduit facies eius sicut sol. Vbi aduerte ꝙ sicut aliquando inuenitur

Sol velatus,	Sic Christus fuit velatus per
Sol eclipsatus,	carnis assumptionem. Fuit
Sol illuminatus,	obscuratus per mortis affli-
Sol rubricatus.	ctionem. Fuit illuminatus p

vitæ resumptionem. Erit rubricatus per iudicij prælationē vel correctionem. Istæ. n. sunt quattuor reuolutiones istius solis Christi. s. natiuitas, & mors & vita & status post mortē. s. resurrectio & ascensio, & finalis aduētus ad iudiciū. ¶ Dico igitur ꝙ iste sol describitur quantum ad quattuor in his verbis. s. Quantum ad assumptionem carnalis naturæ. Quantum ad afflictionē mortalis iacturę. Quantum ad resumptionem nouæ vestiturę. Quantum ad correctionem duræ prælaturę. Primum probat vigor immutatus. Conuertetur. Secundū splēdor obscuratus. In tenebras. Tertiū fulgor renouatus. Luna. Quartum ardor inflāmatus. In sanguinem. ¶ Di- B
co igitur ꝙ Christus sol iustitiæ fuit immutatus assumendo carnis naturā. Conuertet̄. Conuerti. n. nihil aliud est quam mutari. Et ideo iste dr̄ conuersus, quando in hominem est mutatus. Ista. n. fuit conuersio non per se, sed per accidens, non simpliciter, sed ꝑm quid, non in toto, sed in tanto. Quāuis. n. sol non mutetur nec conuertatur formaliter aut realiter, mutatur tñ & conuertitur superficialiter & localiter, q. s. quando velatur bibus, tunc mutatur in colorum varietatem, quam vero de oriente in occidentem progreditur, tūc mutatur ad locorum diuersitatem. Sic verè charissimi, Dei filius quāuis in se sit immutabilis & æternus, iuxta illud Malach. 3. Ego dn̄s qui mutor, cū tñ nubibus. i. puris & sanctis carnibus fuit vestitus, tunc fuit visus superficialiter mutat⁹, & de cœlo ad terram localiter inclinatus. Conuertetur. Vnde Actu. 2. Dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum. Sequitur. Sol vertetur. Pone si vis quomodo heliotropium lapis qui interpretatur solis conuersio, facit solem conuerti in sanguineum colorem. Applica. Vide supra titulo de applicare. Figura quomodo sol tempore Ezechiæ regis reuersus est in horologio Achaz decem lineis. vide eam supra vbi signare vel signum. Ista autem conuersio fuit facta in ortu solis istius, i. in natiuitate & incarnatione Dei filij. Sol. n. ad literam in ortu suo apparet alterius coloris quam sit secundum rei veritatem. Possumus ergo notare ꝙ in isto ortu factę sunt mirabiles conuersationes, quia videlicet

Humilitas conuertitur in sublimitatem.
Maternitas conuertitur in virginitatem.
Deformitas conuertitur in formositatem.
Diuersitas conuertitur in concorditatem.

Quòd. n. tunc conuersa in sublimitatem fuerit humilitas apparuit in pastoribus & gentilibus, quibus fuit ista natiuitas plus quam magnis hominibus reuelata, cum tñ á iudæis reputarentur viles, humiles & deiecti. Et de hoc dr̄ Hester 11. Sol ortus est, & humiles exaltati sunt. Item ꝙ tunc in virginitatem conuertatur maternitas, patet ex hoc quia virgo & mater Maria simul fuit. Et de hoc 2. Reg. 23. Lux auroræ. i. virginitas Mariæ oriente sole mane absque nubibus rutilat. Item ꝙ in virtutum formositatem conuertatur vitiorum deformitas, patet in psa. vbi dr̄. A solis ortu vsque ad occasum ex Syon spēs decoris eius. Quòd etiā in concordiam cōuertatᵣ diuersitas, patet ex hoc ꝙ tunc gentiles populi & iudæi qui sp̄ fuerant contrarij & diuersi, in vnitare fidei sunt coniuncti. psal. Ortus est sol, & congregati, sunt & in cubilibus suis collocabunt̄. Ecce ergo quomodo isto conuerso etiam alia sunt conuersa. Conuertetur inquit. Tunc. n, fuit alia claritas solis, alia lunæ, alia stellarum 1. ad Corin. 15. Vide eā supra de claritate. Patet igit̄ ꝙ hic fuit alteratus assumēdo carnis naturā. ¶ Deinde dico de isto sole ꝙ hic fuit eclipsatus C
sustinendo mortis iacturam, & hoc ostendit̄ cum dr̄. In tenebras. Sol. n. quāuis in sui existentia sp̄ sit clarissimus, in nostra tñ apparentia qn̄que eclipsatur, & efficitur obscurissimus. Sol. n. in nouilunio qn̄que eclipsim patit̄, & in exteriori apparentia obfuscat̄. Sic Christus quamuis quantum ad diuinitatem sp̄ fuit lucidus per mortem tñ factus est apparenter in humanitate eclipsatus, obscurus & pallidus, & in nouilunio, i. in nouitate & ortu nostræ fidei, mortis tenebris obscuratus. In tenebras inqt Iohe. 3. Sol & luna obtenebrati sunt. Sol inquit & luna. i. Christus & fides sua, quia. s. tunc verificatum fuit illud Ezec. 32. Solem nube tege & luna non dabit splendorem suum, quia. s. qn̄ sol iste fuit nube. i. mortis turbine obscuratus, tunc splendor lunæ. i. fides fuit in discipulis oibus, excepta Maria virgine, eclipsatus. Mat. 24. Post tribulationē dierum illorū sol obscurabitur. Mors. n. fuit occasus istius solis, q̄ quidē occasus ab ipso sole fuit ꝓcognitus. psa. Sol cognouit occasum suum. In meridie fuit dispositus. Amos 8. Occidit sol in meridie. Iuxta Hierusalem fuit cōpletus. Iudic, 19. Occubuit sol iuxta gabaon. Ad salutem populi fuit confectus. Leui. 21. Cum occubuerit sol, mundatus vescet̄ sanctificatis. Et tandem per sepulturā fuit perfectus. vnde de Ioseph pōt dici illud Thob. 2. q. s. cū sol occubuisset, abijt & sepeliuit eum. Fuit igit̄ eclipsatus sustinendo mortis iacturam. In tenebras inqt. Quod ēt bene apparuit in morte sua, vbi sol materialis fuit obscuratus, in signū ꝙ sol ęternalis per mortem fuerat eclipsatus. Quod bn̄ figuratum est Apoc. 9. vbi dr̄ ꝙ obscurat⁹ est sol & aer de fumo putei abyssi. Ad denotandum ꝙ fumus. i. inuidia q̄ processit de puteo abyssi. i. de cordibus iudæorum, fecit solem Christum per mortem obscurari, & vitæ lumine spoliari. Fuit igit̄ vt dictū est, eclipsatus sustinēdo mortis iacturā. ¶ Deinde dico ꝙ iste sol fuit renouatus acquirendo vitæ vestituram. Et istud procul dubio fuit in resurrectione & ascēsione, vbi ꝑ corporis glorificationē & per æternæ platuræ adeptionē iste sol factus est lucidus atque clarus, sicut sol qui postquàm fuit sub nihilo, ad suā tamen reuertitur claritatem. & hoc ostenditur cum dr̄ Luna, quia. s. luna est stella quę de claritate ad obscuritatem deducitur & iterum de obscuritate ad claritatem reducitur, & de vetustate ad nouitatē renouat̄, signās istū qui primo per immortalitatem erat clarus, tandē factus est mortalis & obscurus, finaliter tamē in resurrectione & ascēsione ad immortalitatē extitit renouat⁹, & claritate gloriæ perpetuo illustratus. Luna inquit. Vnde de Christo dicit de⁹ pater illud Psal. Thron⁹ eius sicut sol in cōspectu meo, sicut luna perfecta in ęternum, & testis in cœlo fidelis. vt etiā possimus dicere illud Esa. 60. Nō occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur. Fuit igit̄ iste sol renouatus acquirēdo vitæ vestituram. Insuper dico de isto sole ꝙ iste erit inflāmat⁹ excerendo mūdi prælaturam, s. in iudicio, vbi ipse erit rigid⁹ & seuer⁹, quod ostenditur cū dicit̄. In sanguinem, quia. s. iste erit tūc totus feruidus & sanguineus per iustitiā & rigorem. Sol enim quādo est in medio orbis. s. in pūcto meridei, solet esse feruentissimus. sic Christ⁹ quādo in medio cęli & in medio terrę, s. in iudicio apparebit, & quādo se in valle Iosaphat quæ est in medio mundi demonstrabit, vbi. s. mundum iudicabit & mediabit, tunc dico per rigorem iustitiæ erit feruidus & condēnādo peccatores sangineus et seuerus. Quod bene figuratum fuit Apocal. 19. vbi dicit̄ ꝙ datum fuit soli affligere homines æstu & igni, & æstauerunt homines æstu magno, & blasphemauerūt Deum Sol. n. feruore suo in æstate quando est in leone, solet herbas siccare, quas tēpore veris cōtigerat reuirere. Sicut Christus in illo feruore iudicij vir ferus & leonin⁹ apparebit, peccatores siccabit, & virorē ꝓsperitatis qua in mūdo viruerāt, deuastabit. Iaco. 1. Exortus est sol cum ardore suo & arefecit fœnum, & flos ei⁹ decedit, & decor vultus eius deperijt. Sic igit̄ patet quomodo sol iste signat diuinā conditionem, quod est primum principale. ¶ Secundo principaliter dico ꝙ sol designat virtualē ꝑfectionem. Et sic dico quòd per solē potest intelligi homo D
iustus, qui ad modum solis habet calefacere per charitatē, habet,

habet illumīare per doctrinæ veritatem, & per exemplorum bonitatem & honeſtatem. Sol.n.nunquam perdit lumen ſuum.ſic nec iuſtus gratiam.Et breuiter ſicut ſol perſeuerat ſemper infra ambitum cœli, ſic iuſti ſemper manent per gratiam infra ambitum eccleſiæ ſponſæ Dei, iuxta illud Ioſuæ 10.Stetit ſol in medio cœli. Vbi aduerte ꝙ ſol habet quattuor cõditiones quas debēt habere gñaliter viri iuſti. Sol eſt ꝑpetuus,Stetit.Sol eſt ꝑſpicuus vel aſsiduus.Sol.i.ſolus lucēs.Sol eſt planetarũ medius vel perardu⁹.In medio. Sol eſt elementis altius,Cęli.Sic vere iuſti debent habere

Longitudinem in duratione.Stetit.
Lympitudinem in cognitione.Sol.
Rectitudinem in intentione.In medio.
Celſitudinem inaffectione.Cœli.

¶Igitur dico ꝙ iuſtus debet habere durationis longitudinem.Stetit inquit.Sol.n.perpetuo manet in eadē qualitate, nunquã.n.amittit propriæ eſſentiæ quãtitatem, nec proprij luminis claritatem,nec ſui motus continuitatem. Sic vere nec vir iuſtus lumen gratiæ perdit,ſed per diligētiã ſꝑ currit,& per perſeuerãtia in bono ſꝑ manet & exiſtit. Vñ Eſai. 60.Nõ occidet vltra ſol tuus.Stetit inquit 1.Parali.4. In domo iuri ſtare fecit ſolem ſuum.Quod tñ eſt contra multos, nõ ſoli ſed lunæ cõparãdos,q̄ q̄uis aliqñ habeant perſeuerãtiæ ſtabilitatē,non habent tñ durabilem, immo ſtatim vertuntur ad deſiſtētiæ mobilitatē,iuxta illud Eccl.27.Homo ſanctus in iuſtitia manet vt ſol,ſtultus aũt vt luna mutatur. Nõ ſic iuſtus chariſsimi,quia ſꝑ vt dictum eſt, eſt duratiõis longitudinem faciēs?iuxta illud Ioſuæ 10. Sol cõtra gabaõ ne mouearis.Item iſte debet habere cognitionis lympitudinem.Sol inquit,quia.ſ.quaſi ſolus lucens.Solus dico.ſ.per excellentiã.Quia pro certo ſicut ſol lucet interius & exterius, intm̄ etiam ꝙ lux ipſius illuminat totum mundum,ſic iuſt⁹ lucet interius per diſcretionem & ſapiētiam, & per fidei veritatem & ſciãm,exterius autem lucet per honeſtã apparentiam,& per bonorum exemplorum redundãtiam. Et ideo quantum ad primum,ipſe illuminat alios docendo & prædicando,& quantum ad ſm,exemplo vitæ prębendo & oſtēdendo 1.Mach.6.Refulſit ſol in clypeos aureos & æreos, & reſplenduerunt montes ab eis.Eccl.17. Quid lucidius ſole? & hic ſupra ſolem.Iſta tñ ſunt contra multos, qui.ſ.nec diſcretione nec cõuerſatione ſunt ſplendentes.Sicut.n.lunę interpoſitio obſcurat ſolem,& eum facit eclipſari,nubium ēt oppoſitio ipſum aut totaliter impedit, aut alterius coloris oſtendit,ſic vere chariſsimi,nubes carnalis humilitatis,& luna fluxibilis & mutabilis ꝓſperitatis,facit multos turbidos & obſcuros,& lumine ſcientiæ & honeſtæ apparentię denudatos.Apoc.6.Sol factus eſt niger ſicut ſaccus cilicinus.Nõ ſic,ſed habeat hõ iuſtus cognitionis lympitudinem. Sol inquit.¶Tertio dico ꝙ iuſtus debet habere intentionis rectitudinem,quod oſtendit̄ cum dr̄.In medio.Medium.n. rectitudinem deſignat,quia illud quod medium eſt, nõ declinat ad dexterã nec ad ſiniſtrã.Sol etiã in medio planetarum dr̄ eſſe ſitus.Et ideo dr̄ ꝙ iſte alios planetas in ſuis modulationibus concordare facit,ſicut chorda media inſtrumenti.Sic vere chariſsimi viri iuſti vel iuſtus,& maxime iuſtus prælatus,debet medium & iuſtitiæ tenere rectitudinem,& in medio aliorum per iuſtitiam incedere, & alios ſicut mediator ad concordiam reducere,& ipſos in pace & concordia retinere.Et ſic talis dicetur ſol iuſtitię à Deo datus & ordinat⁹ ad iuſtum regimen aliorum.pſal.Iuſtitia eius ſicut ſol in cõſpectu meo.& Malac.4.ca. Timentibus nomen meum oriet̄ ſol iuſtitiæ.In medio inquit.Vnde Io.20. dr̄ ꝙ ſtetit Ieſus in medio & dixit diſcipulis ſuis.Pax vobis.&c.Vide ſupra de medio. Habeat igitur hõ iuſtus rectitudinē intentionis. Itē iuſtus dēt habere celſitudinē affectionis. Cœli. Quaſi ſicut ſol ſuper ſurſum perſiſtit, nunquam vero ad terram peruenit & deſcēdit,ſic iuſtus ſemper debet mētaliter in cęlo morari,& nunquam in terra ſed terrenis mentaliter cõuerſari, dicens illud Apoſtoli ad Phil.3. Cõuerſatio noſtra in cœlis eſt.Et Eccleſiaſtic. 26. Sol oriens mundo in altiſsimis Dei. Sic ergo patet quomodo ſol ſignificat virum iuſtum per dictas quattuor rationes.Et ꝓpter hoc videtur quòd iuſt⁹ vel ꝑfect⁹ poteſt cõparari vel figurari in illo filio hominis qui tenebat ſeptē ſtellas in dextera ſua,& ambulabat in medio ſeptem candelabrorũ,cuius facies erat ſicut ſol in regno patriſeorum. Patet igitur ꝙ ſol ſignificat viri iuſti ꝑfectionē, ꝙ Sed adhuc poteſt dici quòd ſol ſignificat virtutũ cõditionem.Sol enim inquantum feruet,ſignificat charitatē.Inquãtũ ſplendet,ſignat fidei & ſciæ claritatem.Inq̄tũ continue ſe mouet,ſignat diligentiæ ſedulitatem.Inq̄tũ lumen oĩbus exhibet,ſignat largitatem.Inq̄tũ in medio ꝑmanet, ſignat æquitatem.Inquantũ ſurſum reſidet,ſignat contēplationis ſublimitatem. Quia ſol id eſt diuina gratia eſt iſte ſol qui

Per charitatem feruet.	Quod feruear ꝑ charitatem,patet Iaco.1.
Per fidei claritatem ſplendet.	Exortus eſt ſol cum
Per diligentiam currit,	ardore. Item ꝙ ſplen
Per pietatem influit,	deat per veritatem,
Per iuſtitiam medium tenet,	
Per contemplationē ſurſum reſidet,	patet 2.Macha.1.vbi

dicit̄ ꝙ ſol refulſit,qui prius erat in nubillo.Multi tñ dicunt illud Sap.5. Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Itē ꝙ per diligentiã ſe moueat,patet Naum.3.Ortus eſt ſol,& auolauerunt.Et Eccl.48.Retroceſſit ſol,& addit regi vitam.Item ꝙ per pietatē alios foueat,patet in pſal. Ortus eſt ſol & congregati ſunt.ſupple pauperes ad elemoſynam accipiēdã.Itē ꝙ per iuſtitiã mediũ teneat,patet Ioſuę 10. Stetit ſol in medio cœli.Item ꝙ ſurſum per cõtemplationē reſideat, patet Eccl.26.Sol oriens mũdo in altiſsimis Dei. Vel etiã poſſunt iſtæ cõditiones competere viro iuſto,quia.ſ.vir iuſtus

Feruet per charitatem,
Splendet per honeſtatem.
Se mouet per ſedulitatem.
Alios mouet per pietatem,
In medio eſt per paupertatem.
In cœlo manet per contemplationis ſublimitatem &c.

Concorda ſicut in præcedenti de ſole.ſufficit.Vide quaſi in titulis infinitis.

Solennitas.

Cum ſolēnitates fuerint iuſtituræ ad deum laudandum,collaudãdũ & honorandum,poſſum tamen dicere ꝙ ſolennitas ſumit̄,in bono & in malo.Vnde nota ꝙ inuenit̄ quadruplex ſolennitas in ſacra ſciptura,ſcilicet A

Interior,	Solennitas interior eſt cõmēdanda.
Exterior.	Solennitas exterior eſt celebranda.
Superior.	Solennitas ſuperior eſt affectanda.
Inferior.	Solennitas inferior eſt deteſtanda.

¶ Dico primo ꝙ eſt ſolennitas interior q̄ debet commendari.Et iſta eſt ſolennitas ſpiritualis quã faciũt virtutes in corde viri iuſti,vbi fides inuitat cęteras & illuminat,deuotio eſt ſacerdos:honeſtas eſt ſacriſta q̄ altaria ornat.oratio vero eſt ſacriſta qui campanilia tangit & pulſat. Et de hoc dicit̄ in pſ.Buccinate in ne omenia tuba,in inſigni die ſolēnitatis veſtrę.gratiarũ actio tenet librum quę cãtat & laudat. ¶Secũdo dico ꝙ eſt ſolēnitas exterior quę dēt celebrari.Et iſta eſt ſolēnitas ſanctorũ 2.Regum.8.Cõuenit vniuerſus Iſrael ad Salomonē in die ſolenni.¶ Tertiò dico quòd eſt ſolennitas ſuperior quæ debet affectari.Et iſta eſt ſolēnitas beatorũ, de qua 2.Para.30. Congregatiq; ſunt in Hieruſalē multi,vt facerent ibi ſolennitatem azimorum.¶Quarta eſt ſolēnitas inferior,quæ debet deteſtari.Et iſta eſt ſolennitas,gaudiũ & iocunditas mundanorum,de qua Eſa.1.ſolennitates veſtras odiuit anima mea.Vide de feſto ſupra de celebritate.

Solicitus.Sollicitudo.

Nota ꝙ ſollicitudo idem eſt quod diligētia ſeu cura.Vnde poſſum⁹ notare breuiter ꝙ in ſacra ſcriptura inuenitur A

Sollicitudo naturalis.	Prima eſt mortalium vniuerſorum.
Sollicitudo virtualis.	Secunda aſt mortalium virtuoſorũ.
Sollicitudo criminalis.	Tertia eſt mortalium vitioſorum.

¶ Dico ergo primo ꝙ eſt quædã ſollicitudo quæ eſt naturalis.Et iſta eſt illa qua nos ſum⁹ naturaliter ſolliciti & attēti de conuerſatione vitæ,de euaſione pœnæ, de ciborũ prouiſione,& de morborum curatione.quod etiam non ſolũ homines,ſed etiam animalia faciunt & procurãt.De iſta dicit̄. 1.ad Corint. 12. Pro ſe inuicē ſollicita ſunt mēbra.Et Mat. 6. Craſtina dies ſollicita erit ſibi ipſi.Iſta tamen ſollicitudo reprobat̄ in viris ꝑfectio,quia ipſos retrahit ne ſolliciti ſint de his quæ pertinēt ad ſalutē.Puer.n. pro quo pater & mater cõtinue cogitãt,nõ dēt eſſe ſolllicit⁹ quid induãt ſeu mãducet.ſatis.n. parētes curabũt,& vlterius, q̄a cura pueri nõ ſufficeret

sufficeret nec valeret. Sic pro certo nec homo, & maxime vir perfect⁹, debet esse nimis sollicit⁹ de prędictis. Habet enim partem in cœlis qui cogitat & prouidet super istis. Lu. 12. Nolite solliciti esse animę vestræ quid manducetis. Et sequitur. Patet enim vester scit quòd his omnibus indigetis. Et ideo sicut pulli auium nũquam solicitantur quęrere cibum, sed solum sollicitantur clamare ad patrem & ad matrẽ, qui solliciti sunt pro ipsis sic nec viri perfecti debent solliciti necessaria quęrere, sed ĩ Deo sperare, & ad ipsum recurrere & clamare, iuxta illud. 1. Pet. 5. Omnem sollicitudinẽ vestram

B proijcientes in eũ, quoniã ipsi cura est vobis. Ista est ergo sollicitudo naturalis. ¶ Secundò dico quòd est sollicitudo virtualis. Et ista est illa qua sancti & iusti sunt solliciti depti nentibus ad salutem. Exemplo creaturarum quæ sollicitæ sunt & in continuo motu & exercitio exequendo officium quod sibi datum est à natura, sicut patet

cœlo sollicite currente.
In sole sollicitè illuminante.
aqua continuè fluente & refrigerante.

Et sic de alijs. Exemplo etiam boni seruitoris, qui valde est sollicitus & attentus q̃ magistro suo bñ seruiat & placeat. Exẽplo canis, q̃ in multitudine hoĩum sequens dñm suum, valde sollicite attendit ne ipsum ꝑdat. Quia ꝑ certo charissimi iusti debent esse solliciti facere officia sua sibi iniũcta. Iosuæ 23. Estote solliciti vt custodiatis cũcta q̃ scripta sunt. Et facere Deo & magistro aut dño suo seruitia debita & honesta. vnde Micheæ. 6. dr̃. Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid dñs à te requirat. vtique, facere iudicium, misericordiam & iustitiam, & sollicite ambulare cum Deo tuo. Vide eam supra positam & diuisam in titulo de bonitate. Vñ nota q̃ debemus esse solliciti de multis, videlicet

faciendo orationem.
De exhibendo compassionem.
conseruando pacis coniunctionem.
gubernando sumptam prælationem.

Simus igitur solliciti pro alijs orare, iuxta illud Colosse. 4. Salutat vos Epaphras semp sollicitus pro vobis in orationibus. Item simus solliciti alios adiuuare, iuxta illud apostoli 1. ad Corint. 12. Per se inuicem sollicita sunt mẽbra. Item simus solliciti fœdera cõseruare. Eph. 4. Solliciti seruaee vnitatem in vinculo pacis. Item simus solliciti sumpta officia gubernare. Rom. 12. Qui præest in sollicitudine &c. Ista est igitur sollicitudo virtualis. ¶ Tertio dico quòd est sollicitudo criminalis, & ista est illa qua peccatores sunt solliciti & attenti de rebus non pertinẽtibus ad salutem, scilicet de diuitijs & delicijs & honoribus acquirendis &c. Contra illud Philip. 4. Nihil solliciti sitis, sed orationes vestrę innotescãt apud Deum. Pueri enim & fatui magis solliciti sunt de rebus inutilibus quàm de vtilibus. Non. n. cessant pueri opera puerilia facere, & circa illa sollicite vigilare, in quibus tamen nihil proficiunt, sed seipsos maculãt & inficiunt. sic peccatores. Vnde nota quòd isti sunt solliciti

carnis voluptatibus.
De mundi facultatibus..
negociorum magistratibus.

Solliciti sunt de carnis voluptatibus. Luc. 8. A sollicitudinibus & voluptatibus vitæ euntes suffocant̃. Item de mundi facultatibus, de quo Matth. 13. Sollicitudo seculi & fallacia diuitiarum suffocant verbum. Item de mundi dignitatibus, de quo Luc. 12. Nolite solliciti esse animæ vestræ. Et sequitur Nolite in sublime extolli. Item de negociorum ministrationib. De hoc dictũ est Luc. 10. Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. vnde etiam de figulo dr̃ Eccl. 38. In sollicitudine positus est propter opus. Sic igitur patet, quomodo triplex inuenitur generaliter in sacra scriptura sollicitudo. Vide in libro de oculo est attẽtione oculi. Vide ergo supra de exercitio & in alijs similibus.

A **Solium.** Nota q̃ solium propriè dicitur vel est sedes, seu thronus regalis vel iudiciariæ maiestatis. Et possum breuiter notare quòd in scriptura inuenitur multiplex solium, videlicet

Solium æternum. Primum est solium diuinæ maiestatis.
internum. Secundũ est solium mẽtalis volũtatis.
Solium supernum. Tertium est soliũ summæ fœlicitatis.
externum. Quartũ est soliũ mũdanę authoritatis.

Solium æternum debet venerari.
internum debet præparari.
Solium supernum debet affectari.
externum debet refutari.

In solio maiestatis sedet de⁹ æternaliter. Esa. 6. Vidi dominũ sedẽtẽ super soliũ excelsum, & plena erat omnis terra maiestate eius. In solio volũtatis sedet Deus spũaliter, vnde de anima sancta dicitur Hieremiæ. 3. vocabitur Hierusalem solium domini. In solio fœlicitatis sedent sancti supernaliter. vnde de deo dr̃ Iob 36. quòd reges in solio collocat, quia scilicet ibi quilibet beatus est rex. In solio vero authoritatis sedent prælati virtualiter, & etiam tyrãni criminaliter. vt de bono iudice vel prælato dicatur illud Prouerb. 20. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malũ intuitu suo. Quia sicut dr̃ Prouerbio. 16. Iustitia firmabitur solium. De malo vero iudice vel tyranno dr̃ illud Amos. 6. Vę qui opulenti estis in sion. Sequitur. Qui separati estis in diem malam, & appropinquatis solio iniquitatis q̃ dormitis & cætera. Soliũ maiestatis est adorandum, vt dicamus Deo illud Esaiæ. 63. Vide de habitaculo sancto tuo & solio gloriæ tuæ. Solium voluntatis est præparandũ. Esai. 16. Præparabitur in misericordia solium eius. Solium fœlicitatis est affectandum. Iob 14. Quis mihi det vt videã & vt cognoscam illum & vniam vsque ad solium eius? Solium authoritatis mundanę refutãdum. Ionæ. 3. Surrexit rex de solio suo, & abiecit vestes &c. Vide supra de sede, sedere, & infra de throno. Sufficit. &c.

Solus Cum solus dicatur ille qui nulli alij est associat⁹ vel coniunctus, possumus dicere quod aliquãdo solitudo sumitur in bono, aliquando etiam in malo inuenit̃. A significat enim quandoque

Dei sublimitatem in attingibilem.
Iusti sanctitatem incomparabilem.
Impij prauitatem inenarrabilem.
Pauperis contemptibilitatem miserabilem.
Damnatorum aduersitatem inæstimabilem.

Deus enim dicit̃ solus, qui superat in omni qualitate. Vnde 2. Machabæor. 1. Deus creator terribilis, omni potens, solus iustus, & solus præstans Iustus dicitur solus, quia se separat a mundi communitate. Hieremiæ. 15. Solus sedebã, quoniã amaritudine replesti me. Peccator dicitur solus, quia caret Dei societate. Ecclesia. 4. Væ soli, quia si ceciderit, non est qui subleuet eum. Pauper dicitur solus, quia caret amicorũ fertilitate. Esaiæ. 63. Torcular calcaui solus &c. Damnatus vero dicitur solus, quia caret sanctorum amore & charitate & totius auxilij securitate. Leuitici. 3. cap. Quicunque maculatus fuerit lepra, solus habitabit extra castra. Dicamus ergo breuiter quòd est solitudo pertinens

Ad deitatem
Ad sanctitatem.
Ad prauitatem.

¶ Primò igitur dico q̃ est solitudo pertinens ad dietatẽ, quia scilicet Deus dicitur solus per excellẽtiam, sicut sol dicit̃ solus lucens. Solus enim est, quia nullum habet parem in diuinitate, nullum æqualem in maiestate, nullum socium in bonitate. Excellit enim intantum omne quod est, quòd nihil ad ei⁹ perfectionem attingit, & ideo solus permanet & existit. psal. Tu es Deus solus. Iste enim est sicut phœnix, quæ est auis sola & vnica in natura. & ideo res si habet̃ sola in suo genere, pl⁹ diligit̃ quàm si multiplex haberetur. Vnde etiam si solus habetur oculus diligentius conseruatur. si solus filius habetur, melius adamatur. si solus etiã dominus habetur, melius seruit̃ & honoratur. Hinc est quòd cũ iste sit solus deus, dico q̃ debemus ipsũ sũme diligere diligẽter seruare, & ei humiliterseruire. Lu. 4. Dñm deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies. Vna enim vxor sola vni viro coniungitur & si pluribus nupserit adultera esse iudicat̃. Sic vere anima soli deo debet coniungi per fidẽ & amorẽ. Ideo bene dr̃. 1. ad Timot. 1. Regi seculorũ inuisibili soli Deo &c. Et possumus notare q̃ deus dr̃ solus quãtũ ad multa, quia. s. solus est

In potentiæ fortitudine.
In clementiæ plenitudine.
In scientiæ lympitudine.
In bonitatis sanctitudine.
In æquitatis rectitudine.
In dignitatis celsitudine.
In æternitatis longitudine.

Dico ergo q̃ iste solus potest peccata dimittere. Lu. 5. Quis põt peccata dimittere, nisi solus de⁹ Solus etiam potest mirabilia facere. psalm. Qui fecit mirabilia solus. Solus

lus insuper potest saluare & eripere 1.Regũ.10.Solus Deus saluauit nos de vniuersis tribulationibus. Item dico ꝙ solus habet clementiæ plenitudinem.Vnde Apo. 15. Quis nõ timebit te dñe & magnificabit?quia tu solus pius.Item dico solus habet scientię lympitudinem.vnde 3. Reg.8. Tu nosti solus corda filiorum hoĩum.¦Item habet solus bonitatis sanctitudinẽ. Vnde Mar.10.Nemo bonus nisi solus Deus. Itẽ solus habet æquitatis rectitudinem.psa.Memorabor iustitię tuæ solius.Et illud Eccl.18.Deus solus iustificabitur. Item solus habet dignitatis celsitudinem.vnde in psa. Tu solus altissimus super omnem terram.Vide eam supra de altitudine.Item dico ꝙ solus habet æternitatis longitudinem, quia sicut dr̃ 1.ad Timo.6.Solus habet immortalitatem, & lucẽ
B inhabitat inaccessibilem.¶Secundò dico ꝙ est quædam solitudo pertinens ad vitæ sanctitatem. Et ista est illa qua viri iusti & sancti soli quandoque viuere volunt, & à mundi negocijs nec non à tumultibus & solatijs & à vanis hoĩum cõsortijs fugere,& soli Deo vacare,& à cũctis abstinere; sicut ad litteram fecerunt eremitæ & alij quàm plurimi viri sancti.Nam sicut aues nobiles non solent societates hoĩum frequẽtare,sed solum in locis secretis & remotis nidificare & habitare,sic viri sancti tumultus & plausus non requirũt,sed soli in mẽtis secreto Chr̃o viuere sp̃ volunt. Vnde ẽt vox de cælo lapsa legitur dixisse beato Antonio.Si vis saluari,fuge hoies.Vnde etiam sanctus vir Dauid dicebat in psal. Ecce ego elongaui fugiens,& mansi in solitudine.Et ideo Hieremias de seipso dicit Hierem.15.Solus sedebam,quoniam amaritudine replesti me. Vbi aduerte ꝙ talis solitudo

Pacis tranquillitatem solet generare.
Culpæ peruersitatem solet deplorare.
Morum fœcunditatem solet ampliare.
Notat pacis tranquillitatem.sedebam.
Culpæ peruersitatem.amaritudine.
Morum fœcunditatem.replesti me.

Est igitur talis solitudo pacis & tranquillitatis generatiua, quod ostenditur cum dr̃.Sedebã.Sedere.n. quietem & tranquillitatem designat.Vnde illud Esa.52.Consurge,sede Hierusalem,induere vestimentis gloriæ tuæ.Ille.n.qui solus est, non habet.qui.n.molestet.& ideo qui vitæ solitudinem quærunt,in pace & tranquillitate vitam transigunt. Thre.3. Sedebit solitarius,& tacebit,qm̃ leuauit se supra se.Tales potissimè debent esse boni religiosi,qui soli habitare voluerũt.i. soli viuere elegerunt,& à mundi tumultibus recesserunt,& etiam soli sine suijpsius multiplicatione per carnis copulam viuere decreuerunt.De istis.n.vr̃ loqui Iob 3.ſm ꝙ exponit Grego.vbi dicit.Quare data est misero lux &c. Sequit̃. Nũc .n.dormiens silerem,& somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines, qui possident aurum,& replent domos suas argẽto. Isti.n.reges & consules qui seipsos bene regunt, & sibi de salute consulũt,inquantum vitæ solitudinem ædificant & eligunt, abundant in auro sapientiæ,& in argento eloquentiæ.Sedebã ergo.Quamuis hodie de multis dicat plangendo Hieremias illud Thre.1.Quõ sedet sola ciuitas &c.Non sic ergo,sed dico ꝙ ista solitudo debet esse pacis & trãquillitatis gñatiua. ¶Deinde dico ꝙ debet esse culpæ & peruersitatis deploratiua.Amaritudine inquit.Solitudo.n.amica est mœroribus. vnde illi soli sedere consueuerunt,qui plorare vel plangere decreuerunt,iuxta illud Esa.35.Scissæ sunt aquæ in deserto, & torrentes in solitudine. Sic vere illi qui in tali solitudine persistunt,peccata præterita plangunt. Exemplo turturis,q̃ amissa socia semper sola incedit,& cõtinuẽ plorat & gemit. Sic illi qui sociam suam.i.gratiam vel charitatem perdiderunt,debent soli incedere,& societatem perditam deplorare.Amaritudine inquit.Esa.22.Recedite,amare flebo nolite incũbere vt cõsolemini me super vastitate filiæ populi mei. Vnde etiam quilibet pœnitens põt dicere illud psal. Similis factus sum pellicano &c.Et sequitur.Et factus sum sicut passer solitarius in tecto.Pellicanus.n.est auis valde sicca & macra,quæ sp̃ in solitudine moratur.Nicticorax autem est auis quæ nocte in domibus desertis vlulare & plangere consueuit.Passer etiam solitarijs cum alijs auibus non eo consueuit volare,sed in domo solus sine alijs habitare.Ad denotãdum ꝙ illi qui solitudinem frequentant pnĩæ, debent esse ꝑ abstinentiam sicci,debent per compunctionem plangere,& aliorum consortia fugere & vitare, dicentes illud quod in persona Hierusalem dr̃ Esa.48.Ego sterilis, & non pariens, trãsmigrata & captiua,ego destituta &c. sola solitudo omnis iniquitatis deploratiua. ¶ Deinde dico quòd solitudo est morum fęcũditatis ampliatiua.¦Replesti me inq̃t.¦Solitudo.n.& desertũ quãuis nõ abundat granis & frugibus, abũdat tamen herbis & floribus. arbores enim quę duæ vel plures in vna radice nascuntur, minus proficere dinoscuntur. illa vero q̃ alijs subtractis sola remanet,crescit ampli⁹ & ingrossatur.Etiam si solus oculus homini remanet, virtus visiua in eo fortificatur.Sic vere charissimi,illi qui soli & solitarij esse volũt, quãuis granis & fructibus bonorum tẽporalium sint pauperiores, virtutum tamẽ fructibus sunt vt communiter pleniores.Tales.n.solẽt virtutibus augmentari,gratijs & meritis ampliari.Replesti me inquit.psal. Sicut adipe & pinguedine repleat anima. Vnde de diuersis virtutũ florib⁹ & fructibus quæ in solitudine abũdat,dicit Esaiæ.41.Dabo in solitudiuem cedrum,& pinum & myrtum,& lignũ oliuę, abietem quoque vlmum,& buxum simul.vide eam alibi,& expone sicut ibi expositũ est quo te tabula remittit.Et nota ꝙ illi qui solitatiè volunt viuere,vel in solitudine religionis & pęnitẽtiæ remanere,debẽt habere has virtutes,videlicet

Celsitudinem contemplationis.
Limpitudinem circunspectionis.
Magnitudinem tribulationis.
Plenitudinem consolationis.
Gratitudinem exultationis.
Rectitudinem correctionis,
Acritudinem correctionis.
Dulcedinem refectionis.
Quærelam orationis.
Tutelam habitationis.

Dico quòd in ista solitudine debet esse sublimitas cõtemplationis, vt sic dicat quilibet talis solitarius illud.Ecclesiast.24.Gyrũ cœli circumiui sola.Item ibi debet esse circunspecta visio, vt dicatur illud Danie.10. Vidi ego Daniel solus visionem.Itẽ debet esse laboris fatigatio,quia sicut dicitur Esaiæ.18.Sola vexatio dabit intellectum.Item ibi debet esse diuina consolatio.Exodi 16. Respexerunt ad solitudinẽ,& ecce gloria dñi apparit in nube. Itẽ ibi debet esse exultatio laudatiũ dominũ.Esaiæ.35.exultabit solitudo & florebit sicut liliũ.Itẽ ibi debet esse iustissima iurisdictio. Esaiæ.32.Habitabit in solitudine iudiciũ.Et Esaiæ,40.Rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.Itẽ ibi debet esse acerrima castigatio. Matth.28.Si peccauerit in te frater tu⁹, corripe eũ inter te,& ipsum solũ. Itẽ ibi dẽt esse dulcissima refectio,s. corporis Christi Marci.8. Quis poterit multitudinem hanc panibus saturare in solitudine? Item ibi debet esse feruentissima oratio seu supplicatio, de qua Matth.24. Ascendit in mõtem solus orare. Itẽ ibi debet esse tutissima habitatio.vnde inpsalm.Elõgaui fugiens,& mansi in solitudine.Et Iob.28.c.Onagro dedi in solitudine domum.Et sic igitur de tali solitudine & de eius conditionibus potest dici illud Esa. 52. Ponet desertum quasi delicias, & solitudinem quasi hortum domini.Patet ergo quod talis solitudo est

Morum fęcunditatis ampliatiua.
Pacis & tranquilitatis generatiua.
Culpæ & peruersitatis deploratiua.

Et si vis potes inuehere contra solitudinem religionis,quomodo filij israel solitudinem vt irent in terrã promissionis intrauerunt,& ibi diuersis cladibus perierunt.& pone si vis & applica pericula.Ista est igitur solitudo pertinens ad vitæ sanctitatẽ.¶ Tertiò principaliter dico quòd in scriptura inuenitur solitudo pertinens ad morũ prauitatem.Et sic procul dubio dico quòd ille dicitur solus,qui a Dei & sanctorũ societate per peccatum est segregatus,& qui ab aliorũ communi vita & charitate per singularitatẽ & odium est distinctus.Et sic dico quòd solitudo semper in malũ designat.Est enim cõtraria societati,charitati,& largitati.Istę enim tres virtutes scilicet societas,charitas & largitas,nũquàm volũt esse solę.Et ideo possum⁹ dicere quòd talis solitudo est vitiosa,& cũctis sanctis hominib⁹ odiosa.Teste enim Auicenna, Homo perfectissimus animaliũ non potest viuere solus.formicæ vero & apes in hoc sibi conueniũt prout dicit.Sic viri sancti qui sunt homines.i.rationales per sagacitatẽ,qui sunt formicæ.i.diligẽtes per sedulitatẽ qui sunt apes.i.mel elemosynarũ propinantes per pietatem,tales dico nũquam volũt

per

per peccatum & partialitatẽ soli viuere, sed magis semp volunt per gratiam,& societatem simul atq; cõiter permanere. Audiunt.n.ꝙ illi soli à Deo maledicuntur,& à sanctis hominibus contemnuntur. Eccl.4. Væ inquit soli (dicit Salomon) quia si ceciderit, nõ est qui subleuet eũ,& si dormierint duo simul, mutuo fouebuntur vnus quomodo calefiet? Et tñ multi sunt, qui solitarii esse volunt,& qui Dei,& bonorum societatem fugiunt, & contemnunt. Et tales reprehenduntur 1. Reg. 21. vbi dicitur. Quare tu solus,& nullus tecum est? q.d. male stas. Et possumus notare,ꝙ sola esse dicuntur tria genera peccatorum, videlicet Charitate carentes, Vanitate tumẽtes, Parcitate rigentes. ¶ Soli sunt qui carent Christi charitate. tales.n. possunt dici soli, sicut vidua, quæ sola post virũ remanet. Sicut orphanus, qui sine patre residet. Sicut pupillus, qui sine tutore solus se regere nescit. Sicut ouis, q̃ sola à grege remansit deuians, quæ parti luporum solet cedere. Et iõ, de aĩa peccatrice potest dici illud Threnor. 1. Quomodo sedet sola ciuitas &c. Vide si vis supra, & applica totũ residuũ illius capituli ad aĩam peccatricẽ. Sicut.n. palma femella nõ potest fructificare sola sine masculo, quinimo vult semper habere sociam, sic nec anima sine gratia Dei. Nisi enim Deum habeat socium, nullum bonorum operum profert fructum. Quia sicut mulier concipere non potest nec parere sine viro, sic nec anima potest bonum facere sine Deo. Et ideo anima peccatrix potest dicere illud Esaiæ 49. Ego sterilis, & nõ pariens,& cætera. Sequitur. Ego destituta,& sola. Ista est ergo solitudo peccati, in qua solet homo

Faciliter errare.
Faciliter perire.
Faciliter timere.

Quia.s. in solitudine non sunt viæ, nec ibi est qui doceat iter & etiam solus hõ faciliter errat. ouis etiam si sola est. audiens tonitruum, solet abortire. solus etiam homo faciliter solet timere. Sic vere in solitudine.i. in statu peccati solet faciliter homo errare. psal. Errauerunt in solitudine in inaquoso &c. Item ibidem faciliter periculum incurritur 2. Corin. 11. Periculum in solitudine. Itẽ faciliter ibidem timetur. Iudicum 7. Si solus ire formidas, descẽdat, tecum phara puer tuus. Isti igitur sunt soli qui carent Christi charitate. ¶ Soli sunt etiam illi, qui tument pompæ vanitate. Et isti sunt qui gloriantur in singularitatibus, & qui volunt soli videri,& honorari,& per superbiæ vanitatẽ, & vitæ singularitatem à cunctis aliis segregari, & societatẽ hoĩum dedignari. Isti sunt sicut populus qui dicuntur Seres, de quo dicit Solinus,ꝙ ita est populus singularis,ꝙ cum nullo mortalium aliorum habet societatẽ. aspernãtur.n omnes alias nationes, reputantes se cunctis hominibus sanctiores. Vnde dicit ꝙ quando mercatores de longe veniunt ad eorum fines, ipsos non dignãtur videre, imo oportet ꝙ mercatores in certo loco ꝑcia reponant. Illi vero de terra illa nocte venientes assumptis præciis ẽm valorem in loco eodem merces collocant, quas mercatores in crastino inuenientes, absq; hoc ꝙ hoĩes videant, secum portant. Tales sunt procul dubio hoĩes singulares, solitarii, & superbi, qui.s. nullius societatem sectãtur, sed aliorum merita detestantur,& soli apparere vel aliquid soli facere gloriantur, sicut ad literã in religione patet de hypocritis, & partialibus infinitis. Talibus loquitur Iob 12. vbi dicitur. Ergo vos estis soli hoĩes, & vobiscum morietur sapientia? Tales.n. sunt fatui, quia pro certo magis ualet societas quàm partialitas. Sola.n. chorda in instrumento nihil proficit, quæ tñ cum aliis posita dulcẽ faciet melodiam. Solus miles hostibus non præualet, qui coniunctus aliis ipsos terret. Solus carbo faciliter extinguitur, qui tamen unitus cum aliis conseruatur. Et breuiter uerum est qđ dicit Seneca ꝙ oĩa mala docuit solitudo. Quia sicut dicit scriptura, populus Lais, cum nullo hoĩum habebat societatem,& ideo nullo ferente præsidium, à tribu Dã extitit interfectus, sicut dr̃ Iudicum 18. Vnde de talibus uidetur loqui scriptura demonibus, dicens Hieremiæ 49. Ascendite ad gẽtem quietam,& habitantem confidenter non ostia, non uectes sunt eis, soli habitãt. Daniel. etiam 13. dr̃ ꝙ Susanna quę erat in pomerio sola qñ senũ impudicorum falso succubuit testimonio, si sola non fuisset, nunquam senum malitiam incurrisset. Et si uis potes dicere,ꝙ tales uolunt esse soli, & singulares, sicut bos, qui solus dicitur herbã retrocedendo carpere. Sicut crocodilus, qui solus superiorem maxillam dicitur mouere. Sicut ceruus, qui solus cornua sua dicitur mutare. Sicut camelus, qui solus dr̃ inter alia animalia caluescere. Tales.n. solitudines,& singularitates, quas cõitas aliorũ non facit, placent talibus quamuis illa quæ magis sunt singularia non sunt magis vtilia vt communiter, dicentes illud Deute. 32. Videte ꝙ ego sim solus,& nõ sit alius deus præter me &c. Dico ergo ꝙ soli esse volunt, vt dictum est, illi qui tumẽt põpæ vanitate. ¶ Deniq; soli esse volunt illi qui rigent dura parcitate, sicut auari. Soli.n. uolũt uiuere,& esse in patria, vt soli habeãt oĩa lucra, vt patet de usurariis. Soli.n. volũt esse in domo sua. nullum.n. alium volunt inuenire, cui bona sua oporteat erogare. Similes cani, qui solus consueuit os rodere, & non nisi uiolenter aliis aliquid dimittere, dicens illud Ecclesiastici 11. Inueni requiem mihi,& nunc manducabo de bonis meis solus. iuxta illud Prouer. 5. Habeto eas solus, s. diuitias, & nõ sint alieni participes tui. Ista est ergo triplex mala solitudo, s. parcitatis, uanitatis, iniquitatis, quę ptinẽt ad morum prauitatẽ. ¶ Sed si uis adhuc dicere de solitudine inquãtum significat terram desertã, inuiam & inaquosam, quæ ab hominibus non frequentatur, sed à solis auibus,& aĩalibus habitatur, potes notare,ꝙ in scriptura inuenitur solitudo

Superior quæ est virtuosa.
Interior quæ est uitiosa.
Exterior quæ est periculosa.
Inferior quæ est tempestuosa.

¶ Prima solitudo est status perfectorum. s. religio, quæ est in multis sterilis,& aspera, & tamen in multis dulcis,& prospera,& iõ ista à viris perfectis habitatur, & ab ipsis libenti aĩo frequentatur, iuxta illud Hier. 2. Cursor leuis explicans vias suas, onager assuetus in solitudine. Et si vis dilatare, expone oĩa quę supra sunt exposita vbi agitur de solitudine quæ pertinet ad uitæ sanctitatem, & precipuè illa quæ ponũtur in secundo membro. ¶ Secunda est solitudo peccatorum, quia. s. peccator non est nisi solitudo carẽs virtutum floribus,& fructibus meritorum. De qua Hie. 17. Ciuitates Iuda dabo in solitudinem. ¶ Tertia est solitudo status mundanorum. Mundus.n. solitudo dr̃, quia nullum bonum ibi crescere comprobatur,& quia à bestiis,& peccatoribus habitatur. De quo Soph. 2. Ponet speciosam in solitudinem. Et Ezec 26. Collocabo te in terra nouissima sicut solitudines veteres. ¶ Quarta vero est solitudo status damnatorum, quibus dicitur Num. 14. In solitudine hac iacebunt cadauera nostra. Ista est.n. solitudo ualde aspera, ubi est carentia oĩs boni. De qua Numer. 21. Cur eduxisti nos de ægypto vt moreremur in solitudine? &c. Vide supra de deserto. Et si uis dic de solitudine mundi, ꝙ ista est solitudo per quam filii Israel ad terram promissionis ambulare decreuerunt, vbi tamen plurimi perierunt nec terram quam quæsierant intrauerunt. Ibi enim inuenerunt

Ignem deuorantem. Numeri 17.
Terram absorbentem. Numeri 16.
Serpentem mordentem. Numeri 21.
Plebem rebellantem. Numeri 20.

Ibi etiam dereliquerunt Deum,

Vitulum adorando.
Carnes desiderando.
Contra Moysen murmurando.
Moabitidas adamando.

Ibi enim alii adorant uitulũ, id est diabolũ, eidem seruiendo,& superbiã sectando. Alii carnes desiderant, gulã laute pascendo. Alii contra alios murmurant, discordiam suscitando. Alii mulieres alienigenas amant, luxuriam frequentando. In quibus notatur, quòd in solitudine mundi huius per peccatum pereunt homines multis modis.

Alios enim deuorat ignis per iracundiam.
Alios mordent serpentes per detractionem.
Alios turbant rebellantes per tribulationem.
Alios trahit mundus per condemnationem.

Istis enim de causis,& pluribus aliis pereunt homines in solitudine huius mundi, ita ꝙ impediuntur ab introitu gloriæ paradisi. Iuxta illud supradictum. Errauerũt in solitudine in inaquoso,& cætera. Hæc igitur de solitudine sufficiant. Vide superius de deserto in litera D.

Soluere.

No.ꝙ soluere accipitur ꝓ reddere seu satisfacere, accipitur etiã pro deligare uel dirũpere, accipitur etiam pro liquefacere seu liquefieri. Et sic dico, ꝙ est unũ soluere satisfactionis. Esa. 19. Vota uouebunt dño,& soluent. Item est unum soluere liquefactionis seu relaxationis 2. Petr. 3. Elementa uero calore soluentur. Itẽ est unum soluere deligationis seu expeditionis, de quo dici- A

tur in pſa. Dominus ſoluit compeditos &c. De iſto igitur genere ſolutionis inquantum dicit mihi expeditionem, ſeu deligationem ſeu ligamenti apertionem, poſſumus notare, ꝙ multiplex vinculum eſt ſoluendum, ſcilicet vinculum

Scelerum criminalium.
Onerum temporalium.
Fœderum corporalium.

Soluendum eſt ergo primo vinculũ ſceleris criminalis. Peccata.n.ſunt quædam vincula, quæ ita hominem per malam conſuetudinem ligant, ꝙ vix põt inde liberari. In corde.n.per mentis duritiam ligant ne poſſit pęnitere. Quandoq; in ore per verecũdiam vt nõ poſſit clamare. Quandoq; in manibus per pigritiam vt non poſſit laborare. Quandoq; in pedibus per ignauiam ad vt bonum non poſſit ambulare. Vinculum.n.cordis debet diſſolui per cõtritionem remolitiuam. & de hoc Iob 28. Sicut lapis ſolutus calore in ęs conuertitur. Vinculũ oris debet ſolui per confeſſionem apertiuam. Marci 7. Solutũ eſt vinculũ linguæ eius, & loquebatur recte. Vinculum manuũ debet ſolui per operum ſatisfactionem occupatiuam. & de hoc Luc. 13. Quanto magis hanc filiam non oportuit ſolui à vinculis diaboli. Vinculum vero pedum debet ſolui per laborum executionem fatigatiuam. de quo Ioã. 11. Soluite eũ, & ſinite abire. Talis.n.ſolutio vitiorum debet fieri, & à nobis ſummopere exerceri, iuxta mãdatum ſcripturæ dicentis aiæ peccatrici. Eſaiæ 52. Excutere de puluere, cõſurge ſede Hieruſalem, ſolue vincula colli tui captiua filia ſion. Vide eam expoſitam, & diuiſam in eo loco ad quem te tabula remittit. Patet ergo, ꝙ ſoluendum eſt vinculum ſceleris criminalis. ¶ Secundò dico, ꝙ ſoluendum eſt vinculum oneris temporalis, quia in noſipſis debemus ſoluere, & dimittere onera bonorum temporalium, ipſa contemnendo, & pauperibus erogando. de quo Ioſuæ 5. Solue calciamenta de pedibus tuis, & cætera. Temporalia.n.ſunt calciamenta, & ligamina pedũ, & affectionum. In aliis vero debemus ſoluere onera tribulationum mundialium de quibus dr̃ Eſaię 58. Solue faſciculos deprimentes dimitte eos, qui confracti ſunt liberos, & oẽ onus dirumpe. ¶ Tertiò dico, ꝙ ſoluendum eſt vinculum fœderis corporalis.i.amoris carnalis, qui.ſ.eſt quoddam vinculũ valde ſtrictum. qui.n.ipſo ligatus fuerit, de ipſo vix amplius exibit. & ideo dr̃ 1. ad Corinthiorum 7. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Iſta igitur de ſoluere ſufficiant. Vide de contritione, de confeſſione, de vinculo, & de ligamento.

A Somnus. Sopor.

Cum ſupra de dormire ſatis dictum ſit, breuiter notabo, quòd ſex ſunt genera ſomniorum, videlicet ſomnus

Finitionis mortalis.
Deuotionis mentalis.
Infectionis carnalis.
Succeſſionis temporalis.
Damnationis infernalis.
Refectionis ſupernalis.

¶ Somnus mortalis eſt ſomnꝰ omnium viatorum, quia nullus eſt hic viator, quin finaliter ad ſomnum mortis veniat. de quo dicitur Ioan. 11. Lazarus amicus noſter dormit &c. Iſte eſt ſomnus quo ſi quis ſopitus fuerit, nunquam vſq; in diem iudicii euigilabit. de quo põt dici illud Iudicum 4. Soporem morti ſocians defecit, & mortuus eſt. Somnus mentalis eſt omnium perfectorum. Viri enim perfecti dormiunt ſomno deuotionis, in quo.ſ.per ſpem, & deſiderium in domino requieſcunt. pſal. Si dedero ſomnum oculis meis & cæte. Iſte eſt ſomnus in quo vidit Iacob ſcalam cuius ſummitas cœlum tangebat. Gene. 28. Quia ſancti viri in ſomno deuotionis de ſecretis cœleſtibus multa guſtant 1. Reg. 21. Omnes dormiebant, quia ſopor domini irruerat ſuper eos. Somnus infectionis carnalis eſt ſomnus hominum peccatorum, qui ſomno torporis, & deſidiæ volunt quieſcere, & dormire, & ad nullum bonum opus conſurgere vel vacare. Quia ſicut dicitur Prouerb. 19. Pigredo immittit ſoporem, cum tamen dicatur Prouerbio. 20. Noli diligere ſomnum, ne egeſtas te opprimat. Et hoc dicit Apoſtolus Rom. 13. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Somnus tẽporalis eſt diuitum mundanorum. Proſperitas.n.mundana q̃d eſt niſi ſomnus? in quo diuites ita delectantur, & quieſcũt, ꝙ ibi penitus videntur cõſopiti. de quo Eccleſiaſti. 5. Dulcis eſt ſomnus operanti, ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire &c. pſal. Dormierunt ſomnum ſuum, & cætera, quaſi dicat proſperitas eſt quidam ſomnus, qui faciliter labitur, ita ꝙ tota copia diuitiarum annullatur. Iſte eſt.n.ſopor Ionæ, q̃ in naui in qua periclitabatur, dormiebat ſopore graui. quia .ſ.tales ac ſi eſſent imbuti veneno aſpidis, quod ſomnũ faciẽdo occidit, in naui mundanæ proſperitatis dormiunt, vbi tñ mortem pœnæ, & culpæ incurrunt. Talibus ergo dicitur Ionæ 1. Quidiu ſopore deprimeris, ſurge, inuoca Deum tuum. Somnus infernalis eſt ſomnus dãnatorum. Iſti enim ita ſunt ſopiti, & depreſſi, ꝙ perpetuo non veniunt ad ſalutem. Et iõ dicitur ſomnus ſempiternus, quia quamuis in iudicio a ſomno corporis reſurgendo euigilent, nunquam tamen à mortis æternæ ſomno reſurgent. Hieremiæ 51. Sopient, & dormiẽt ſomnum ſempiternum. Somnus ſupernalis eſt hominũ beatorum, qui ſcilicet poſt vitæ huius labores vbi ſuſtinuerunt pondus Diei, & æſtus, ad ſomnum, & requiem gloriæ peruenerunt. Et de hoc in pſal. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum; ecce hæreditas domini. Multa poſſent dici de iſto ſextuplici ſomno, ſed ſupra ſatis dictũ eſt de dormire, & pluribus aliis titulis huius libri.

Somniare. Somnium. A

Cũ ſomnia quandoque proueniãt à Deo per inſpirationem, quandoq; à libertate aiæ per ſuipſius à dormiente corpore expeditionem, quandoq; à diabolo per fallacem deceptionem, & machinationem, quandoq; à mente per nimiam ſolicitudinem ſeu circa aliquã rem intentionem, quandoq; ab humore in corpore abundante per fumorum, & fantaſiarum cerebri eleuationem, & dictæ fantaſiæ immutationem, quandoq; à complexione corporis ſecundum ſuam naturalem diſpoſitionẽ, & ſic ſomnia ꝑm ſuarum cauſarum varietatem aliquando cõtineant veritatem, aliquando falſitatem, poſſum de ſomniis multa, & varia fabulari, niſi ꝙ intentio noſtra non eſt tractare de aliquo niſi proprie põt ad aliquid moraliter applicari. Dicamus ergo breuiter, ꝙ per ſomnia, quæ prout communiter nullam firmitatem roboris prætendunt, ſed potius falſam imaginariam vanitatem, poſſumus intelligere fatuas imaginationes hominum peccatorum, qui ſomniant, & imaginantur, præſumũt, & opinantur multa, & varia de iſtis temporalibus, & mundanis. Vnde nota, quòd ſomniant

Auari de diuitiis.
Luxurioſi de immunditiis.
Superbi de officiis.
Seditioſi de litigiis.
Pauidi de triſtitiis.

¶ Et ſic dico primo ꝙ eſt quoddã ſomniũ cupidorũ. Sicut.n.ſępè cõtingit, ꝙ homo ſomniat tractare, & acquirere pecuniam, & de quo quãdiu ſomniat, multum gaudet, & tñ cum euigilat nihil inuenit de præmiſſis, ſic diuites modo non faciunt niſi ſomniare. Videtur.n.eis, ꝙ acquirant mirabilia, quod tamen penitus nihil eſt, qñ vero excitabuntur per mortem, tunc inuenient ſe deluſos, & cognoſcent certificè, ꝙ ipſi ſomniauerint vanitatem, & nullã prorſus viderint veritatẽ. Sicut.n.dicitur in pſa. Dormierunt ſomnium ſuum, & nihil inuenerunt diuitiarum in manibus ſuis. vnde de auaris dr̃ illud Eſa. 29. Somniat eſuriẽs, ꝙ comedat, & cũ expergefactus fuerit, vacua eſt aĩa eius. Iſtud eſt ergo ſomnium cupidorum. ¶ Secũdò dico, ꝙ eſt ſomnium hoĩum immundorum luxurioſorum. Homines.n.ſanguineæ cõplexionis dicuntur ſomniare læta. iſti ſunt carnales, qui nõ ſomniant nec deſiderant niſi feſta. De talibus loquitur Deut. 23. vbi dicitur, ꝙ illi qui nocturno polluti erant ſomnio, debebãt egredi extra caſtra, quia.ſ.tales ſomniatores extra caſtra paradiſi debent excludi. Et bene voluptas carnis dr̃ ſomniũ, non.n.perſeuerat, nec ſatiat. Vnde Eſa. 29. Somniat, ꝙ bibat, & cũ expergefactus fuerit, adhuc ſitiet. ¶ Tertiò dico, ꝙ eſt ſomnium ſuperborum. Homines enim qui habent vacuum cerebrum, multum ſolent ſomniare, ſic ſuperbi, qui præ cæteris ſunt vacui, & inanes, ſemper ſomniant, quòd debeant ad maiora promoueri, & à cũctis hominibus honorari, dicẽtes illud Geneſ. 37. Vidi per ſomnium quaſi ſolem lunam, & ſtellas &c. ¶ Quartò dico, quòd eſt ſomnium litigioſorum, quia .ſ.multi ſunt ita litigioſi, & brigoſi, ꝙ non cogitant nec ſomniant niſi diſcordias atq; brigas, ſimiles illis, qui ſunt cõplexionis cholericæ, qui ſemper dicuntur res igneas ſomniare, quia ſcilicet tales ſe ſolent in igne diſcordiæ, iræ & controuerſiæ delectare. Et iſtud eſt ſomniũ Pharaonis, qui vidit ſeptem macras vaccas quæ ſeptem alias pingues deuorabant. Geneſis 41. ¶ Quintò dico, ꝙ eſt ſomnium timidorum. Timidi.n.ſemper ſomniant, & opinantur quod eis inferri debeat nocu-

nocumentum, sicut sunt illi qui sunt complexionis melancholicæ, qui semper somniāt nigra, turpia & obscura, & res terribiles & nociuas, sicut illi qui somniant q̄ suffocantur sicut sunt illi qui sanguine vpupæ inunguntur, qui secūdum Plinium somniant q̄ à demonibus opprimuntur. Vnde Sapient. 18. dicitur. Visus somniorum malorum turbauerat eos. Hoc de somno moraliter accipiendo sufficiat. Vide infra de visione, & supra de prophetia & reuelatione.

A **Sonare Sonus. Sonitus.** Quia supra dictum est de loqui & de clamore & de cantare, infra vero dicetur de voce, hinc est q̄ ad præsens de sonare modicum dicendum est, & ne intactum dimittatur, dicamus q̄ moraliter accipiendo, possum dicere q̄ sonus in bono sumitur & in malo. ¶ Et primo quidam in bono, quia Deus sonat in corde

Interius inspirando.
Exterius informando.
Superius in paradiso beatos delectando.
Inferius in iudicio homines iudicando.

Iustus etiam sonat ad Deum ipsum collaudando propter Deum gratias agendo. pp proximum ipsum instruendo. ad subditum ipsum corrigendo ad presbyterum culpas confitendo. ¶ Sic igitur dicā q̄ tam referendo ad Deum quā ad virum iustum, in scriptura inuenitur multiplex sonus. s.

Inspiratiuus.
Informatiuus.
Consolatiuus.
Deceptatiuus.
Deprecatiuus.
Collaudatiuus.
Indicatiuus.
Castigatiuus.
Prædicatiuus.

¶ Est igitur dico sonus inspiratiuus, & iste est ille quo spiritussanctus sonat in cordibus deuotorum, ipsos. s. inspirando, & ad bona opera incitando, sicut bubulcus q aliquādo solo sibilo ad laborandū excitat boues suos. Et de hoc. Act. 2. Factus est de cœlo sonus tanquā aduenientis spiritus. Itē est sonus informatiuus, & iste est ille quo Christus psonaliter sonuit prædicādo, de quo Cant. 2. vbi sponsa loquitur sponso. Ostende mihi faciem tuā, sonet vox tua in auribus meis. vox. n. tua dulcis & facies tua decora. Vel quo etiam ipse Christus in scriptura sonat nos litteraliter admonendo, quia. s. per ora sanctorum & prophetarum in scriptura dñs insonuit, & nos mirabiliter docuit & instruxit. Eccl. 47. Stare fecit cantores ante altare, & in sono ipsorum dulces facit modulos. Item est sonus consolatiuus. Et iste est illa melodia gaudiorum, de quibus Deus in patria sonat, dicens. Venite benedicti patris mei &c. q. ita eis est delectabilis, q̄ oīs miseriæ obliuiscunt, & oī gaudio pfruuntur. De quo Eccl. 50 In magna domo factus est sonus suauitate plenus. Item est sonus disceptatiuus, & iste erit in iudicio Dei, vbi Deus more tonitrui aliqñ sonabit basse q̄tū ad bonos, aliqñ alte & seueriter q̄tum ad malos. De quo Iob. 38. Quis dedit vehementissimo imbri cursum suum, & viam sonātis tonitrui? Imber. n. dr̄ sonus quantum ad bonos propter refrigerium dulcoris, tonitruum vero dr̄ q̄tum ad malos pp̄ exterminium terroris. ¶ Itē quo ad iustos dico q̄ sonus de-
B precatiuus, & iste est ille quo iusti sonāt & citharizant in auribus Dei. Deus. n. est sicut ceruus, qui valde in sonitu campanarū delectatur, & est sicut murenula, q̄ sonitu & sibilo ad serpentis copulā prouocat. Est insuper sicut bos, q ad arandum sono vocis bubulci excitat. Quia p certo charissimi, Deus delectat in sonu deuotæ orōnis, & per ipsum ad faciē dum quod petimus excitat, & nobiscum per amorē ligatur. Iste est. n. sonus quem audiri Deus pcepit qñ ad sacrificandum & adolendum incensum sacerdos intrauerat tabernaculum. Quia. s. quotiens ad altare vel ecclesiam accedimus, sonum orationis facere debemus. Exo. 28. Audiatur sonitus qñ sacerdos ingredit sanctuarium. Item est sonus collaudatiuus, sicut patet in auib. quæ suis sonis & canticis Deum collaudant. Ideo dr̄ in psa. In cymbalis bñsonantibus laudate deum. Et alibi. Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio & cithara. Item est sonus indicatiuus, & iste est ille quo pctōr indicat in confessione sacerdoti culpā suā. Sonus. n. melodiæ fugat demones, sicut patet 1. Regū. 16. vbi p melodiam Dauid spiritus malus recedebat a Saul. Sic verè illum sonum. s. confessionis melodiā diabolus valde timet. De quo pōt dici illud Iob 15. Sonitus terroris semper in auribus impij, & cum pax sit ille, semper inimicitias suspicat. Et iō talem sonum facere debemus, vt possimus demones deterrere. Lupus. n. timet sonitum lapidum collisorum. sic diabolus tunc timet qñ hō paruulos suos. i. cōceptus mētis suæ ad petram. i. ad confessionem allidit. Ideo dr̄ in psal. In voce exultationis & confessionis sonus epulātis. Itē est sonus castigatiuus & iste est sonus ille quo platus sonat in auribus subditorum. ipsos. s. admonendo & arguendo. Iste. n. est sonit⁹ leonis, q terret aīalia vt figere velint gressum. Vñ Leui. 21. Terrebit eos sonitus. Item est sonus excitatiuus seu pdicatiuus, & iste est ille quo pdicatores excitant hoīes ad virtutes. Inter apes. n. est vna quæ quodā sono excitat apes facto sero ad qescendum, & facto mane ad surgendū. Quia . s. sonus pdicationis excitat nos vt surgamus ad laborū executionē, & vt quiescamus per pacē & contēplationē. Iste. n. est sonus tubæ, quo hoīes excitantur ad bene bellādum. Vnde Hie. 48. Cor meum ad Moab quasi cithara æris sonabit. Iustum aūt sonum debēt facere ecclesiastici viri, q a ad ipsos pertinet. De quo Eccl. 50. dr̄ q̄ filij Aaron in tubis ductilibus sonauerunt. & in psal. In oēm terram exiuit sonus eorum &c. Ista igit dicta sufficiant de sono inquātum sumitur in bono. ¶ Secundò dico q̄ sonus sumit in malo. Et nota q̄ C
in scriptura inuenit multiplex malus sonus, videlicet sonus

Clamoris & discordiæ.
Terroris mæstitiæ.
Erroris & fallaciæ.
Canoris & lætitiæ.

Primus est sonus detractorum, qui. s. ad modum æris modica pcussione sonant multum, de quo Esa. 16. Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit. Boni. n. sunt sicut aurum, quod percussum nō sonat. Mali vero sunt sicut æs, quod ad tactū modicū statim clamat. Hie. 46. Vox eius quasi vox æris. ¶ Secundus est sonus tyrannorum, qui. s. sonitu minarum & iactantiarum suarum terrent pauperes & egenos, vt pauperibus dicatur illud Ezech. 26. A sonitu clangoris & rotarum curruum mouebuntur muri tui. ¶ Tertius est sonus deceptorū. s. hæreticorum, adulatorum, hypocritarum, & similium, de quo in psa. Inimici tui seruauerūt, & qui oderunt te &c. ¶ Quartus vero est sonus lasciuorum illorum. s. qui delectant in sonis & canticis huius mundi, de quibus Iob 21. Tenēt tympanum & citharā, & gaudent ad sonitū organi, ducunt in bonis dies &c. Sicut. n. post magnū cātum & sonitum syrenarum solet ingruere turbo & sonit⁹ tēpestatum, sic talibus post ineptas lætitias dat Deus tēpestates & molestias. Esa. 24. Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætātium, cōticuit dulcedo citharæ cū gaudio, nō bibent vinum, amara erit potio bibentib. illā. Quia procul dubio tales de sonitu tantę lætitiæ cadunt sæpe in sonitum summæ miseriæ. De quo in psa. dr̄. Perijt memoria eorum cum sonitu &c. Primi ergo sonant sicut cāpana fracta, q̄ sonat nimis raucè Secundi sicut corda nimis tracta, q̄ sonat nimis altè. Tertij sicut moneta plumbea, quæ sonat nimis bassè & obscurè Quarti sicut buccina argentea, q̄ sonat nimis clarè. Sufficit. Vide infra de voce & alijs similib. &c.

Sordes. Sordidus. Cum per sordes intelligā A tur peccata quæ animam sordidant atque fœdant, à quibus potissimè est cauendum, iuxta illud Leui. 15. Docete filios Israel vt caueant immunditias, & vt non moriantur in sordibus, possumus notare q̄ vitia sordibus, comparantur, à quibus anima polluitur & sordidatur. Sordescit dico anima videlicet

Superbiæ tumore.
Luxuriæ fœtore.
A Simoniæ sudore.
Gastrimargiæ fluore.
Ab insolentiæ liuore.

Sordescit dico á superbiæ tumore. Vnde superbæ ciuitati loquitur scriptura Ezech. 22. di. Sordida nobilis, grādis interitu. Itē sordescit per luxuriæ fœtorem. de quo Esa. 4. Si abluerit dñs sordes filiarum sion, & sanguinem Hierusalem lauerit. Item sordescit per simoniæ sudorem. Dona. n. simoniaca etiam à canonistis dicūtur sordes, eo q̄ apud Deum & hoīes faciant hominem sordescere. Vnde de simoniacis iudicibus dr̄ Ozeæ 5. Calumniam patiens factus est Effraim, fractus iudicio, q̄m cœpit abire post sordes. Item sordescit per gastrimargię fluorē. i. per gulæ vitiū. De quo Esa. 28. Oēs mensæ repletæ sunt sordium vomituūque. Item sordescit per insolentiæ, id est per inhonestæ apparentiæ liuorem. De quo dicitur Zac. 3. q̄ Iesus sacerdos erat indutus sordidis vestibus. Vide de immunditia & similibus.

A **Soror.** Breuiter notãdo poſſumus dicere quòd ſoror nomen eſt charitatis,nomen fraternitatis,nomen æqualitatis,nomen communitatis. Et ideo loquendo ſpiritualiter poſſumus dicere quòd illud nomen poteſt cõpetere animæ,Mariæ,& cuilibet ſanctæ. vtraque.n.iſtarum propter amorem quem ad ipſam debemus habere, vel quẽ ad nos gerit,poteſt propriè ſoror dici.Soror enim naturaliter diligit fratrem,& diligitur à fratre.Et ideo iſta beata.N. ſoror noſtra nos diligit & à nobis ſe diligendam oſtendit. Canticorum 4.Vulneraſti cor meum ſoror mea. ¶Nota igitur quòd tam in bono quàm in malo ſoror multipliciter accipitur in ſcriptura.Eſt enim Soror

Vituperanda.
Deſideranda.
Cuſtodienda.
Prædiligenda.

¶Prima eſt ſoror criminibus ꝓſtituta.Et iſta eſt caro,quæ eſt ſoror animæ,quam diabolus cunctis vitijs proſtituit & corrumpit. Iob 17. Putredini dixi.Pater meus es,& mater mea & ſoror mea,vermibus.& Ezech.22. Socer nurum ſuam polluit nepharie,frater ſororem ſuam filiam patris tui oppreſſit in te.¶Secunda eſt ſoror cœleſtibus inſtituta,& iſta eſt ſapientia,ſeu etiam quælibet virtus, quam debemus diligere vt ſororem.Prouer.7.Dixi ſapientiæ, ſoror mea es, & prudentiam vocaui amicam meam. ¶Tertia eſt ſoror virtutib. deſtituta,& iſta eſt anima ſoror corporis. Figurata in Thamar ſorore Amon,quam proprius frater fœdauit. de qua 2. Reg.13.Habebat ſororem ſpecioſiſsimam vocabulo Thamar. ¶ Quarta eſt ſoror pro omnibus conſtituta,& iſta eſt beata virgo,quæ ſoror omnium poteſt dici. vt de quolibet dicatur illud Luc.10 Huic erat ſoror nomine Maria. Vbi de beata virgine notatur Affectio generalis. Huic erat.Dilectio cuilibet ſpecialis.Soror.Conditio virtualis.Maria.Vt igitur beata virgo vel quælibet ſancta ſit propria ſoror Chr̃i & noſtra,poſſumus notare ꝙ ſicut ſoror potiſsimè quando eſt paruula,à parentibus dotatur,à fratribus adamaẗ,à ſeruientibus honoratur, ſic iſta à patre ſuo Deo in patria eſt domata,à fratribus ſuis.ſ.Angelis fuit & eſt ſeruata & adamata,à ſeruientibus, id eſt deuotis chriſticolis eſt honorata.Iſta enim per humilitatẽ paruula fuit, & ideo Deo & hominibus placuit,& etiam Angelis grata fuit.vt de eius commendatione dicatur illud Canticorũ 8.Soror noſtra paruula eſt,& vbera non habet.Vbi aduerte ꝙ iſta eſt

B
Charitatis vimine ligata.
Pietatis flumine rigata.
Humilitatis culmine fundata.
Carnalitatis crimine priuata,&
Virginitatis nomine dotata.

¶ Dico ergo primo ꝙ fuit ligata vimine charitatis,q̃a ſoror eſt nomen amoris. Vnde Canti.4.Vulneraſti cor meum ſoror mea. Iſta.n.omnes iuuat & diligit ſicut fratres,vt de ea poſsit q̃libet dicere illud Gen.20.Vere ſoror mea eſt filia patris mei.Et ideo ipſam ſicut ſororẽ, immo etiam ſicut vxorem debemus diligere, & per charitatis ligamentum cum ipſa nos firmiter vnire, vt & nos poſsimꝰ dicere ſicut Abraham,de quo dr̃ ꝙ dixit de Sara vxore ſua. Soror mea eſt.Ipſius etiam Dei eſt vxor & ſoror, ſimilis ipſi deæ Iunoni,de qua dixerunt poetæ ꝙ ipſa erat Iouis q̃ ſummus Deus erat,& vxor & ſoror,& tñ ſemper virgo, nunquã .n.vt dicunt,à Ioue fuit carnaliter cognita, quamuis ſibi cõiugaliter coniuncta.Sic & iſta ſummi Dei per ſummam copulam charitatis & coniunx & vxor fuit,virgo tñ & integra ſemper permanſit.Vnde Gene.21.Cunque interrogaretur ſuper vxore ſua,dixit ſoror mea eſt. Et ideo Deus beatificãdo ipſam potuit ſibi dicere illud Cantic. 5. Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa.¶Secundo dico ꝙ ipſa eſt rigata flumine pietatis,quia noſtra.Viri.n.miſericordes & pij nõ ſunt propriè ſui,immo ſunt aliorum Et ideo iſta dr̃ noſtra, quia ad proficiendum ſemper nobis eſt parata,& nobis exhibita & donata Et ideo beneficia ſua recordando poſſumus dicere illud Cantic.8.Quid faciemus ſorori noſtrę? q.d. non poſſumus dignè tanta beneficia penſare.Eſt igitur rigata flumine charitatis.¶Tertiò dico ꝙ eſt fundata culmine humilitatis.Paruula inquit.Vide ſupra de conditionibus paruuli.Vnde ſibi poſſumus dicere illud Gen.23. Soror noſtra es, creſcas in mille millia ¶Quartò nota ꝙ ipſa fuit priuata crimine carnalitatis,quia vbera inquit. Vbera enim dicuntur ab vbertate lactis, quia ſine corruptione præcedente non habetur,& ideo quando vbera non habet, dicitur eſſe virgo,& caſta ſupponitur,iuxta illud Cantico.4. Hortus concluſus,ſoror mea.hortus cõcluſus, fons ſignatus.Pro certo iſta ſoror ſemper fuit clauſa,& per virginitatẽ ſignata. Vbera inquit non habet,iuxta illud Ozeæ 9. Da eis vuluam ſine liberis,& vbera arentia.Iſta enim non habuit vbera,quæ pertinent ad corruptas,ſed habuit mamillas, quæ pertinent ad virgines & ad caſtas.Vnde Canticorum 4. Quòd pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa.Sic ergo patet quomodo iſta eſt ſoror,quia habuit virginitatem,humilitatem, pietatem,& charitatem.Vide ſupra de Fratre ſuper litteram F.

Sors Nota quòd ſors propriè eſt illud quod a caſu vel a fortuna prouenit, & quod diſpoſitioni hoĩs non ſubſiſtit,ſed quod ſolũ a diſpoſitione quadam occulta accidit.inde fuit introductum quòd portiones rerum & hæreditatũ ſortes ſunt dictę,eo quòd facta prius diſtincta diuiſione,per ſortes ſunt cuilibet diſtributę.Poſſumus ergo narrare de ſorte quod ſors generaliter dicitur quicquid extra humanam diſpoſitionem hominibus accedere comprobaẗ antiqui enim in omnibus actibus ſuis vtebantur ſorte,ſicut patet diſcurrendo ſcripturã.Occulta enim diuina prouidentia per euentum ſortium oſtendebat veritatẽ negocij quod petebant,ſicut patet in Aaron per ſortẽ electo.Numeri.17. Patet in Achor per ſortem inuẽto. Ioſuæ.7.Patet etiã in Ionatha per ſortem ſuper comeſtione mellis deprehẽſo.1.Regum.14. Suppoſuerunt enim antiqui quòd deus ordinabat quæ ſors prima & quæ vltima veniebat. Quod etiam velle videtur ipſe Salomon.Prouerbiorum.16.Sortes mittuntur in ſinum,ſed a domino temperantur. Omnes etiam antiqui philoſophi in inueſtigatione ſecretorum & futurorum ſortibus ſunt vſi.Vnde etiam ſcientias diuinatorias habuerunt, quæ ſolummodo ſuper ſorte fundatæ fuerunt & ſecundum quòd ſorte ſigna eſſe videbant,ſecundum hoc de ſuis interrogationibus iudicabãt.Vnde etiam ſicut patet per Sen.lib. 5.de naturalibus quæſtionibus vbi agit de augurio auium & extorũ earum, a deo occultè prouidente dixerunt ſorte ſigna talia procedere,vt per talia ſigna ſicut per quædã ſuæ occultæ prouidentiæ inſtrumenta poſsit deus veritatẽ oſtẽdere. Verum quia iſta poterant ſimplicibus occaſionẽ errãdi præbere,hinc eſt quòd ſortes cum omnibus ſcientijs ſortilegis vel ſuper ſortem fundatis,quæ ſunt geomantia, hydromantia,aerimãtia,pyromantia,ſpatulamantia, extimantia, animantia,ab eccleſia ſunt tanquam ſuperſtitioſè vel ſaltẽ nimis curioſè repudiatæ,& ne eſſent cauſa damnationis, fidelibus interdictæ.Sed quia de iſtis ſortibus nihil ad pñs, hoc ſolum notabo quòd ſiue accipiatur ſors pro inſpirato rei euentu vel pro portionibus obtẽtu tria genera ſortium in ſcriptura ponuntur, videlicet ſors flebilium & miſerorũ, potentium & ſuperborum,fœlicium & beatorũ, merentiũ & damnatorum. ¶ Dici de illis ſortibus generaliter illam authoritatẽ. Sapi.5.Tũc ſtabũt iuſti &c.vſquã ibi.Ecce quomõ cõputati ſũt ĩter filios dei,& inter ſanctos ſors illorũ eſt.

A **Species.Specioſus.** Nota ꝙ ſpecies quãdoq; ſumiẗ pro materię vel pro rerum varietate,& ſic ſumitur Ezech.47. vbi diciẗ.Plurimę ſpecies erunt piſcium eius.Quandoque etiam ſumitur pro rerum formoſitate,ſicut in pſal.Specioſus forma p̃ filijs hominum.Et ſic dico ꝙ ſpecies,forma, pulchritudo & ſimilitudo idẽ eſſe videnẗ.Sed quia ſatis dictum eſt de pulchritudine,ideo ſpecies breuiter eſt dicendum, quia in ſcriptura inuenitur ſpecies

Vilitatis.		Periculoſa.
Falſitatis.		Riduculoſa.
Veritatis.	quæ eſt valde	Miraculoſa.
Vanitatis.		Defectuoſa.
Sanctitatis.		Virtuoſa.
Dignitatis.		Specioſa

¶ Species vilitatis eſt ſpecies dominorũ.Iſta eſt enim valde periculoſa,ſimilis ſpeciei & ſplendori peluis candẽtis vrſorum oculos excœcãti, & etiã ſimilis ſpeciei ſeu pulchitudini fulguris corruſcãtis omnia comburẽti & deſtruẽti. quia ſcilicet quãdo pulchritudinem corporũ homines admirantur,ſtatim malis deſiderijs vruntur, & peruerſis cõcupiſcẽtijs excœcantur. Et de tali ſpecie loquitur ſcriptura Eccleſiaſtici.9.Non cõcupiſcas ſpeciem alienam. Speciem enim mulieris multi admirati reprobi facti ſunt.Hiemiæ.6.Specioſæ

cioſæ,& delicioſæ aſſimilaui filiam ſiō.¶ Species falſitatis eſt ſpecies hypocritarum,quæ valde eſt ridiculoſa,q̃a iſti videntur ſpecioſi,& non ſunt,ſpecioſi enim ſunt exterius, & non interius,ſimiles pennis pauonis &c.Vel ſimiles ſtellioni, qui quamuis ſit in pelle ſpecioſus,in carne tamen eſt venenoſus. Et ideo de iſtis bene dicitur Ecclef.11. Non laudes virum in ſpecie. Et propter hoc Chriſtus comparat eos ſepulchris dealbatis, quæ apparēt hominibus pulchra, intus autem plena ſunt ſpurcitia,& oſſibus mortuorum.Matth.23. Vnde etiam iſta ſunt vaſa ærea de quibus dicitur 2.Eſdrę 8.quod de babylone ad Hieruſalem apportata ſunt vaſa ærea, auri ſpeciem reddentia.¶Species veritatis eſt ſpecies creaturarū,quæ pro certo eſt valde miraculoſa.Mirum.n.eſt videre,& attendere quanta ſpecies,& ordo naturæ,de qua Eccle.43. Species cœli gloria ſtellarum illuminans in excelſis dominus. Iſta eſt.n. ſpecies qua cognoſcitur ſpecies conditoris, iuxta illud Sap. 13.A magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit horum creator videri. Ipſe.n.Deus eſt ſpecioſiſſimus artifex,iuxta illud Exodi 23. Species gloriæ domini quaſi ignis. & ideo ſpecioſas condidit creaturas. ¶ Species vanitatis eſt ſpecies diuitiarum,ſcilicet ſpecies glorię mundanę.iſta eſt.n. valde defectuoſa,ſimilis glaciei vel vitro,cuius eſt mira pulchritudo, nulla tamen eſt in eis durabilis fortitudo, quia ſiquis ipſis inniteretur,faciliter laberetur, & glacies etiam frāgeretur.Teſte.n.Seneca,Fortuna vitrea eſt dum ſplendet,frāgitur.de quo Sophor.2.Ponam ſpecioſam in ſolitudiné.Species ſanctitatis eſt ſpecies gratiarum, quæ valde eſt virtuoſa. Iſta eſt ſpecies morum,& virtutum,quæ facit hominem coram Deo,& hominibus ſpecioſum 2.Machabæorum 3. Apparuerunt duo iuuenes ſpecioſi. ¶ Species dignitatis eſt ſpés cęleſtium diuitiarum,quæ valde eſt ſpecioſa. Illic.n.nulla eſt diſplicés turpitudo,ſed in omnibus,& per omnia omnimoda pulchritudo,de qua Sapié.5.Accipient iuſti regiū decoris & diadema ſpeciei de manu domini. Iſtis igiť præmiſſis, de ſpecie virtuoſa nos aliquantulum dilatemus, & dicamus, ꝙ ſpiritualiter loquendo ille dicitur ſpecioſus,q̃ eſt apud Deū & homines virtuoſus.¶Nota quòd arbores,quæ ſemper virent,ſunt præ cæteris ſpecioſæ. ſic & illæ pſonæ, quæ ſemper virtutibus vigent,& pollent,ſunt præ cæteris gratioſæ.Quia ſicut cedrus,& oliua ſpecioſæ ſunt,quia nunquā folia deponunt,ſicut iuſti,quia nunquam virtutes ex toto perdūt.¶Ideo de quolibet iuſto poteſt dici illud Cantic. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex milibus. Species eius vt
B libani,electus vt cedri.¶Vbi aduerte,ꝙ ſpecies, & pulchritudo conſiſtit in quinque,ſcilicet

In puritate continentiæ.
In venuſtate verecundiæ.
In claritate ſapientiæ.
In honeſtate apparentiæ.
In ſuauitate redolentiæ.

¶ Primum probat cōtinétia ſpecies candoris,q̃a candidus.Secundum probat verecūdia ſpecies ruboris, quia rubicundus.Tertium probat ſapientia ſpecies valoris,quia electus ex milibus.¶Quartum probat apparētia ſpecies viroris, quia libani. Quintum probat redolentia ſpecies doloris, q̃a cedrus,quæ ſemper fragrat.¶ Primò igitur dico,ꝙ ad faciédum hominem ſpecioſum debet conuenire continentiæ puritas,quæ ſignatur per candorem cum dicitur cādidus, ſicut ſupra de albedine viſum eſt. Quia caſtitas eſt illa virtus per quam ſummè efficimur ſpecioſi. Vnde Eccleſiaſtici 26. Non eſt condigna ponderatio animæ continentis.ſicut ſol oriens mundo in altiſſimis Dei,ſic mulieris bonæ ſpés in ornamentum domus ſuæ. Et nota, ꝙ ipſe comparat ſpeciem hominis continentis ſpeciei ſolis ſplendentis, & illuminantis.Candidus inquit. Apocalipſis 1.Capilli eius erant cādidi ſicut nix. ¶Secundò debet eſſe ibi venuſtas verecūdiæ, & iſta ſignatur per ruborem. Rubicundus inquit.Rubedo enim valde bene ſedet ſuper candorem.Sic vere verecundia, quæ faciem rubere facit,optimé ſedet quando mixta eſt cum caſtitate candoris,vel cū caſtitatis candore.Nota quod verecundia, quæ apparet in facie, eſt hac de cauſa, quia facies eſt principale ſubiectum in quo habet eſſe verecundia, & ideo quando homo habet verecundiam, ſanguis amicus naturæ deducit ſanguinem ad faciem.hæc Philoſophus.Sic anima ſancta debet fugere ad omnia membra interiora, ſcilicet ad cor cogitando de Deo qui paſſus fuit mortem, & expendit ſanguiné pro ſe, & iſta cogitando,debet habere ruborem, & mittere ad faciem ſuper candorem,tunc erit optimus color,& tunc rubicundus.Flos etiam roſarum,qui eſt rubeus, id eſt rubor verecundiæ optimè ſedet in ſerto virtutum. vt ſic figuretur in pellibus rubricatis quibus tabernaculum tegebatur.Exodi 16.Vnde etiam ſancti dicuntur candidiores lacte,rubicūdiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. Threnorum 4. Vnde etiam ſancto de tali ſpecie poteſt dici illud Ezechielis 49. Ecce vir cuius ſpecies erat quaſi ſpecies æris. Aes enim vergit ad ruborem,& candorem. Sit igitur ibi venuſtas verecundiæ. ¶ Tertiò dico,quòd ibi debet eſſe claritas ſapientiæ,quia ipſe debet eſſe electus ex milibus.ſupple propter ſapientiæ claritatem,quæ facit homines eligibiles, & honorabiles ſuper omnes, q̃d patet Exodi 18. ubi Moyſes elegit ex omni populo viros ſapientes, & gnaros, & cætera. Vnde de iſta ſpecioſitate dicitur Eccleſiaſtici 43.Vide arcum,& benedic qui fecit illum. valde enim ſpecioſus eſt in ſplēdore ſuo. Sit igitur ibi claritas ſapientiæ. ¶ Quarto dico, ꝙ ibi debet eſſe honeſtas apparētiæ. Vt libani.Libanus eſt mons ſemper virens.Sic iuſtus per honeſtatem. vt ſic dicat illud Eccleſiaſtici 24. Quaſi cedrus exaltata ſum in libano,quaſi oliua ſpecioſa in campis.Sicut enim ſine veſtibus exterioribus nullus dicitur ſpecioſus,ſic nec ſine exteriori honeſtate conuerſationis,quæ per ueſtes ſignatur, poteſt eſſe q̃s gratioſus.Ideo dicitur Iob 40.Circunda tibi decorem,& in ſublimi erigere & ſpecioſis induere ueſtibus.¶Quintò dico, quòd ibi debet eſſe ſuauitas redolentiæ,hoc eſt bona,& ſana fama, quæ notatur in cedro. Vt cedri inquit. Cedrus habet iocūdum odorem,ſignās virum iuſtum,qui odorem bonæ famæ, ſine qua nemo eſt moraliter ſpecioſus,undique circunfundit.Ezech. 16.Egreſſum eſt nomen tuum in gentes propter ſpeciem tuā. Cedri inquit.pſal.Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus libani multiplicabitur,id eſt diuulgabitur per famam. Iſta eſt ergo ſpecioſitas uirtutum,quam ſi habuerimus, erimus deo & hominibus grati,ita quòd cuilibet dicetur illud pſal. Specie tua,& pulchritudine tua,intende pſpere procede, & regna. Et illud.Specioſus forma præ filiis hoīum, & cætera.quæ nobis concedat Chriſtus.Amen.

Speculum. Nota quod ſpeculum ſignat uirum iuſtum,& honeſtum. Sed de hoc vide in illa authoritate. Candor enim eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula. uide ſupra de Luce. Item ſpeculum ſignat ſcripturæ præſentatiuam luciditatem. Item ſignat mundanam proſperitatem. ſed de omnibus uide ſupra in uariis titulis. Multa enim poſſent dici de diuerſis uarietatibus ſpeculorū, ſed paucę ſunt authoritates de ſpeculo;ideo ſuperſedeo quo ad præſens. A

Speculari. Vide ſupra vbi de contemplatione uel conſiderare,quia ſcilicet ſpeculator eſt, qui conſtituitur in ciuitate ad inſidias, & aduentus hoſtium præuidendum,ad uigilandum,& ad clamādum,ſignans prælatos,& prædicatores,& cætera. Vide de Prælatis,de contéplatione,& Conſideratione.Et ſic ſufficit. A

Spes.Sperare. Cum ſpes, & timor ſint duæ mentis affectiones, quæ ſemper reſpiciunt ad futura,ſicut dolor,& gaudiū ſunt illæ duæ quę ſemper reſpiciunt ad præſentia, & moderna, poſſumus dicere, ꝙ tam in bono quàm in malo ſignificato ſpes multimodè ſumitur,in ſcriptura. Vnde nota,quòd inuenitur ibidem ſpes A

Vacua.	Prima eſt ſine fulcimento.
Fatua.	Secunda ſine nutrimēto vel condimento.
Nocua.	Tertia eſt ſine iuuamento.
Ardua.	Quarta eſt ſine fraudamento.

¶Primò igitur dico, ꝙ eſt ſpes uacua quæ ſtabilitatis caret fulcimento, & iſta eſt illa qua hō ſperat.In diuitiis temporalibus.In blanditiis fœminalibus. In amicitiis ſecularibus. In eminentiis popularibus. In diuitiis non eſt ſperandum. Iſtæ .n.ſunt quædam arbores,quæ optimè florent, ita ꝙ ad ſperādum fructuū copiam hoīem inuitant, flores tamen faciliter fluunt,& gelu uel uēto excutiuntur, ita ꝙ tota ſpes quam habuerat,eneruatur.Sic uere eſt de illis,qui ſperant in floribus diuitiarum,quāuis.n.uideantur utilitatem futuramq; durabilitaté prætendere,ſolent tn̄ facillimè deficere, & poſſeſſorem ſuum ſpe quā habuerat defraudare.pſal.Sperauit in multitudine diuitiarum ſuarum,& præualuit in uanitate ſua. &

Sap.3.dr ꝙ vacua ẽ ſpes illorũ,& labores ſine fructu,& inutilia eorũ opera cũ tñ dicatur in ps. Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere. Diuitiæ ſi afluant,nolite cor apponere.Et nota,ꝙ dicit cor.Itẽ in blanditiis nõ eſt ſperandum.ſ.in fœminalibus, quia iſtæ blandientes,& decipientes adulatrices ſimiles ſunt ſerpẽtibus, qui valde ſunt ſuaues dum tanguntur,ſibilant dulciter dum audiuntur, ſed tñ certum eſt,ꝙ valde mordent, & inueneñant acriter dum ſentiũtur. Nota. Fiſtula dulce canit volucres dum decepit auceps. Sic igitur in talibus ſperare non eſt tutum . Iſtæ. n. ſunt ſicut glacies,quæ quamuis ſplendeat,& aliquam fortitudinẽ prætendat,in ipſa tamen ſperantem,& deſuper ambulantem ſolet decipere,quia ſtatim vt ſentit aliquantulũ oneris vel caloris,incipit liqueſcere,& quaſſari . Sic vere tales licet ſplẽdeãt & arrideant,ſtatim tñ cum ſenſerint onus alicuius tribulationis,vel calorem alicuius tentationis,iſti deſiſtunt,& deficiũt atq; ceſſant,& in ſe ſperantem, & confidentẽ decipiunt atq;, fraudant. Ideo dicitur Iob 19. Quaſi euulſæ arbori abſtulit ſpem meam.Ideo contra illos, qui in mũdi adulatoribus imprudenter confidunt,dr̃ Eſa.30. Væ filii deſertores vt faceretis conſilium,& non ex me,& ordiremini telã,& non per ſpiritũ meũ,ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciã in vmbra ægypti. Itẽ non ſperandũ in eminẽtiis,qa nulla eſt tãta eminẽtia,quin poſſit defluere, & perire. Res.n.altiores non ſunt firmiores, & montes alti terremotũ ſæpius,q̃ planæ terræ patiuntur. Cælum etiam quod eſt altũ, ſemper eſt in motu.Spes igitur altitudinis dignitatum nõ eſt tuta. Quod tñ eſt contra illos, qui ſemper ſperant aſcendere ad maiora,nec in ſuis deſideriis greſſum figunt contra illud Apoſtoli 1.ad Timo.6.Præcipe diuitibus huius ſeculi nõ ſublime ſapere,nec ſperare in incerto diuitiarum. Iſta eſt igitur

B ſpes vacua,quę ſtabilitatis caret fulcimento.¶Secundò dico ꝙ eſt ſpes fatua,quæ ſagacitatis caret cõdimento, & iſta procul dubio eſt illa ſpes qua mali ſine meritis ſperant.

In Dei miſericordiæ plenitudine.
In ſuarum virium fortitudine.
In ſuæ vitæ longitudine.

¶Dico.n.ꝙ fatuę ſperatur ab ipſis de Dei miſericordiæ plenitudine,quia tales peccare non ceſſant,pęnitere recuſant,& tñ finaliter ſaluari ſperant,& dãnationis periculum non formidant,cum tñ ſpes,& timor ſint duæ ſorores,quarũ vna ſine altera non debet eſſe. Iſti ſunt ſimiles porco,qui ſm Plinium ſedens in luto,multo plus ſedet vel iacet in dextro latere,quàm ſiniſtro. Quia.ſ.tales qui in luto vitiorum iacent, parum aut nunquã ſedent in ſiniſtro latere,i. in conſideratione aduerſitatis æternæ ſed potius in dextero latere,i.in ſpe miſericordiæ ſupernæ, & ſperãt in miſericordia illa quam portant illi armigeri,ſ.ſcuto quod portatur in ſiniſtro latere.i. ſperant in fortitudine , cum tñ ſit valde fatuum ſine meritis ſperare , quod nullus poteſt de communi curſu ſine meritis obtinere.Iſti videntur dicere illud Eſa.28. Poſuimus mẽdacium ſpem noſtram,& mendacio protecti ſumus. pepigimus fędus cum morte.Item dico, quòd fatuum eſt ipſis ſperare in virtute ꝓpriæ fortitudinis. Iſti quidem ſunt fatui,qui tantum confidunt de propriis viribus,ꝙ etiam in tẽtationibus nec in tribulationibus dignãtur in Deo ſperare, nec ipſius auxilium implorare.Similes puero, qui dum ſperat bene poſſe incedere,ſolet in lutum cadere, & ſe turpiter maculare.Et ideo de talibus dicitur Eccleſiaſt.38. Omnes hi in manibus ſuis ſperauerunt.Item dico, quòd fatue ſperatur in vitæ propriæ longitudine.Fatuum.n.eſt ſperare diu manere vbi videmus nos breuiter, & cito pertranſire. Et tñ multi ſunt,qui quamuis alios quotidie mori videant, ipſi tamen viuere ſemper ſperant, & iſta occaſione multa mala faciunt atque penſant. Teſte Iſido.ſimiæ quæ habent longam caudam, cæteris ſunt peiores.Quia pro certo illi,qui in ſpe, & in imaginatione ſua habent longam caudam,id eſt longam vitam, hoc eſt dictu, & illi qui diu viuere ſperant,cęteris ſunt deteriores, quia ſcilicet propter talem ſpem faciunt multa mala. Iſtis ergo videtur,quòd ſemper debent iuueneſcere,dicentes illud Iob 17. Rurſum poſt tenebras ſpero lucem . Iſta eſt igitur ſpes fatua,quæ ſagacitatis caret condimento.¶Tertiò

C dico quòd eſt ſpes nocua,quæ fidelitatis caret iuuamẽto . & iſta eſt illa qua hæretici ſperant in diabolo, cum tamẽ in illo nullo modo ſit ſperandum,quia quod promittit, totum eſt ad nocendum,& decipiendum.Mus.n.non pro eo debet ſperare in catto,quod cum eo ludat,cum cõſtet,quòd poſt multos ludos ſemper ſolet eum deuorare. Sic verè tales fatuos poſt ludos,& plauſus ſolet diabolus decipere,& eos temporaliter detegere,& dimittere, & in inferno finaliter deuorare,quapropter nullus debet in eo confidere vel ſperare. Et de hoc Prouer.25.Deus putridus,& pes laſſus,qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ, & cætera. Iſta eſt igitur ſpes nocua,quę fidelitatis caret iuuamẽto.¶Quartò dico,ꝙ eſt ſpes ardua,quæ ſecuritatis pollet complemento,& iſta procul dubio eſt ſpes bonorum,quia ipſi ſperant in Deo vero,& contra impetum tribulationum, & contra inſultum tentationũ. Sicut.n.piſcis qui dicitur Echinus,ſm Ambroſium,qñ ſentit tempeſtatem,timens fluctibus de mari eijci, lapillũ arripiẽs, ipſi tam fortiter adhęret,ꝙ eius pondere ſiſtitur,& a periculo liberat,ſic vere vir iuſtus,qui quandiu nauigat in hoc mari,in periculo eſt,ꝙ fluctibus tribulationum , & tempeſtatũ de ſtatu,& aqua gratiæ eijciatur, & piſcatorum infernalium periculis exponatur, debet Chriſtum,lapidem.ſ.angularem adire, & ei per firmitatem fidei, & ſpei firmiter adhærere,& ſe ſibi ſoli committere,& ſimpliciter commendare,& ſic ſine dubio ab ipſo,& per ipſum liberabitur,ita ꝙ dictis fluctibus non mergetur.Dicat igitur illud Pſalmiſtæ.Mihi aũt adhęrere Deo bonum eſt,& cætęra. Ad quod etiam nos monet Dauid dicens in Pſal.Sperate in eo oĩs congregatio populi &c. Et ideo breuiter ad ſperandum in Deo,& ad ipſum ſynceriter confidendum nos monet in Pſal.Dauid, dicens. Spera in dño,& fac bonitatem,& inhabita terram, & paſceris in diuitiis eius.Vbi aduerte,ꝙ Dauid volens ſuos inducere ad ſperandum in Deo,præponit actum,qui iniungitur.Spera in domino.Supponit modum qui requiritur.Fac bonitatem.Proponit locum quo perficitur.Inhabita terram.Exponit lucrũ quod promittitur.Paſceris in diuitiis.Hic oſtenditur D

Actus virtuoſus.
Modus gratioſus.
Locus glorioſus.
Fructus præcioſus.

¶Igitur dico,ꝙ hic iniungitur, actus virtuoſus. Spera in domino. Spes.n.in domino ẽ vna de virtutibus theologicis.Quia procul dubio ſummè eſt virtuoſum , & à corde virtuoſo, & nobili procedens , ſperare illud quod oculus non vidit , nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Spes.n.eſt virtus, qua homo de ſeipſo non vult confidere, & qua quod à ſe habere nõ poteſt, à Deo ſatagit obtinere.Spera inquit in domino.Nota.Pulli videntes miluum , ad alas gallinæ confugiunt vt defendantur ſm Philoſophum,& quamdiu ibi fuerint,nõ læduntur.ſi vero exterius vagati fuerint,rapiuntur. Etiã ſm Philoſophum,columba exiſtens ſub vmbra arboris,quæ dicitur parcidion,draconem nõ timet, quod ſi vmbram dimiſerit,draco ipſam rapiet,& occidit.Sic vere ſi ad alas protectionis diuinæ per ſpem,& fiduciam recurramus,& ſi ad vmbram ſuæ potentiæ fugiamus,& ibidem per ſpem,& deſiderium maneamus,draconem,& miluum, id eſt diabolum cõtra nos præualere non habebimus timere , ſed ab ipſo ſalui, & liberi poterimus permanere.pſalm.In vmbra alarum tuarum ſperabo &c.Clamabo &c.Spes enim eſt

Fortiſſima propugnatrix.
Dulciſſima conſolatrix.
Doctiſſima procuratrix.
Promptiſſima ſubleuatrix.

¶Dico ergo,ꝙ eſt propugnatrix fortiſſima. Iſta eſt.n. ſimilis lapillo,qui dicitur alectoria,qui facit homines inuincibiles,quia homo qui in domino ſperauerit,nunquam tribulationibus, & tẽtationibus victus erit.pſal.In dño ſperauit cor meũ,& adiutus ſum.Patuit in martyribus, qui ſpem firmam in domino habuerunt,& in ipſo tam fortiter ſperauerunt,ꝙ nunquam in pęnis.& verberibus defecerunt.pſalm. Domus iſrael ſperauit in domino, adiutor &c.Fidelis.n.dominus fidelem uaſallum in ipſo ſperantem, & ad eum recurrentẽ nõ libenter dimittit, ſed ei in neceſſitate ſubuenit , & ſuccurrit. pſal. Quoniam in me ſperauit, liberabo eum &c. Item dico, ꝙ iſta eſt conſolatrix dulciſſima . Spes.n. quam habet homo in tribulatione poſitus de finali euaſione,de diuinę gratiæ acquiſitione,& æterna retributione,ipſum confortat,& conſolatur,ita quòd facilius ſuſtinet quicquid anguſtiæ intentatur.Myrtus enim arbor eſt,quę feſſa membra dicitur cõfortare. mitigatiuæ.n. & refrigeratiuæ eſt naturæ , & ſemper ut cõiter creſcere noſcitur iuxta mare, vt dicit Pli.& Hierony.

Talis

Talis est spes ista. temperat enim, & mitigat miserias, dolores & tribulationes refrigerat, & cōfortat, & ideo ista iuxta mare, i. in statu amaritudinis tribulationis debet inueniri, vt ꝑ ipsam possimus debitè cōsolari. Vnde Esaiæ 25. dicitur, ꝙ dominus factus est fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua spes à turbine, Vmbraculum ab æstu. Et breuiter ista ꝑst sicut papauer, qđ patientem facit dormire. sicut mandragora, quæ potantem facit gladium non sentire, sicut cygnus auis, quæ quando uult mori, solet dulciter canticum facere, & garrire. Quia pro certo ista facit hominem quiescere in labore. psal. Caro mea requiescet in spe. Nihil sentire de mūdano dolore. psal. In Deo speraui, non timebo quicquid facit mihi homo. Lætari, & cantare etiam in mortis periculo, & terrore. Prouer. 14. Sperat autem iustus in morte sua. Et illud. Si me occiderit, sperabo in eū. Ista est igitur consolatrix dulcissima. Item ista est procuratrix doctissima. Ista. n. vadit vsque ad interiora velaminis, & nobis apud summum iudicē procurat securitatem, satietatem, & in bono stabilitatem, diuinam misericordiam, & bonitatem;. De securitate. n. dr̄ Ecclesiastici 34. Qui timet Deum, nihil trepidabit neq; pauebit quoniam ipse est spes eius. De satietate dicitur in psal. Oculi omnium in te sperant domine. De perfecta insuper stabilitate dicitur Esaiæ 40. Qui sperant in domino, assument pēnas vt aquilæ, volabunt & non deficient. De misericordia aūt dr̄ in psal. Sperantes in domino misericordia circundabit. Ista igitur spes vt visum est, procuratrix est doctissima. Item dico, ꝙ ista ē subleuatrix promptissima, vel etiam gubernatrix certissima. Ista ante nos ad paradisum vadit, & nos ab inferioribus ad superiora subleuat, & extollit. Prouerbi. 29. Qui sperat in domino, subleuabitur. Glosa super illud psa. Sperat in domino. Spes est introitus, fidei, per quē intratur ad illud videndū qđ creditur. Ad spem vr̄ pertinere illud Esa. 54. Sustollam te super altitudinem terræ. Patet igitur, ꝙ spes est

Subleuatrix.	Bene igitur dico, ꝙ
Procuratrix.	hic iniūgitur actus
Consolatrix.	virtuosus. Spera in
Propugnatrix.	quit in Deo. Et hoc

est primum auctoritatis. ¶ Deinde dico, quod hic subiungitur modus fructuosus &c. cum dicitur. Fac bonitatem. Iste. n. est rectus modus sperandi in Deo, scilicet facere bene, quia ille, qui non vult bene facere, non debet in Deo sperare. vbi. n. bona facta, & bona merita non ꝑcedunt, bona prēmia cōmuniter non succedunt. Fac ergo bonitatem, quia sicut dr̄ Matt. 7. Bona arbor bonos fructus facit. Seruitor. n. non debet sperare salarium, nisi bene fecerit seruitium. Sap. 1. Sentire in domino in bonitate. Fac ergo bonitatem, i. exerce virtutem, vel virtutum copiositatem, vt sic possis à Deo sperare præmii æterni voluptatem. Ozeæ 12. Misericordiam, & iudicium custodi, & spera in Deo tuo. Igitur dico, ꝙ hic subiungitur modus fructuosus. ¶ Deniq; dico, ꝙ hic proponitur locus gratiosus. s. paradisi. Inhabita inquit terrā. q. d. Iste est locus in quo tu debes sperare recipere salarium, non in isto mūdo qa videlicet iam in illa terra debemus habitare per spem vt tandem ibi habitemus per speciem. Ceruus. n. viget in sensu odoratus, intantum ꝙ & si terram quæ est vltra ripam nō videat, ipsam tn̄ qualis est odore dicitur sentire, & ad eā träsfretare ſm Pli. Sic & nos licet terram, quę est vltra ripam huius mundi minime videamus, odore tn̄ spei ipsam cognoscere debemus, vt ad eam per desiderium mentaliter transfretemus. Inhabita terram. psal. Iusti hæreditabunt terram &c. Vnde de tali spe dicitur Heb. 11. quòd fides est sperandarum rerum substantia, augumentum non apparentium. & ad Rom. 8. Quæ nō videmus, speramus. Dico ergo, ꝙ hic proponitur locus gratiosus. ¶ Insuper dico, ꝙ hic exponitur fructus preciosus. Pasceris inqt in deliciis eius. Iste enim fructus est, qui reportatur de bona spe, s. delicię, & pabulum gloriæ paradisi. Arbor. n. & vinea solent finaliter fructū, & pastum reddere, dato, ꝙ quasi per annū oportet expectare. Sic vere Deus postquam ipsum per spē expectauimus fructum æternæ gloriæ nobis reddet, quo nos in paradisi, deliciis nutriet atque pascet. Ideo dicitur ad Titum 2. Expectantes beati spem, & aduentum gloriæ magni Dei, quando. s. dominus dicet illud Ezech. 34. de beatis animabus. In pascuis vberrimus pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascuæ earum. Sic ergo ad bene sperandū debet nos mouere, & inducere fructus ꝑciosus, locus gratiosus, modus fructuosus, & act⁹ virtuosus Et sic sufficiat. vide supra de confidere, & aliis multis locis.

Spelunca.

Nota ꝙ spelūca ſm, ꝙ habet multas conditiones, secundum hoc diuersimode sumitur in scriptura tam in bono, quàm in malo. Est enim

	Tutior,		Perfectorum.
	Inferior,		Mortuorum.
Spelunca	Secretior,	quæ est	Animorum.
	Immundior,		Mundanorum.
	Obscurior,		Damnatorum.

¶ Est ergo spelunca pęnitētium perfectorum, q̄ est virtualis, & ista propriè significat statum religionis, quæ more speluncæ debet esse infima, humilis, & secreta. & de hoc dr̄ Iudic. 6. ꝙ filii Israel fecerūt sibi antra, & speluncas in montibus. Vnde etiam de sanctis viris dr̄ Heb. 11. ꝙ ipsi habitabāt in solitudinibus, & in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ. Nā sicut dr̄ 3. Reg. 18. Abdias abscōdit quinquagenos in speluncis, & pauit eos in spe. Ad denotandū, ꝙ illi, qui in spelunca religionis abscōdunt, à Deo spiritualiter pascūtur, & educantur. Et tn̄ de multis pōt dici illud Matt. 21. Scriptū est. Domus mea, domus orationis vocabitur, uos aūt fecisti eā speluncā latronū. Itē est spelunca mortuorum, quæ est corporalis, & ista est spelunca sepulchri, vbi mortua corpora reponuntur. de qua Ge. 49. Sepelite me cū patribus meis in spelūca. Item est spelunca aīorum, quæ est pectoralis, & ista est spelunca conscientiæ, quæ iustis est serena, & impiis est obscura & infecta. de hoc Esa. 32. Tenebræ, & palpatio factæ sunt sup speluncas. Itē est spelunca mūdanorū, quæ est temporalis, & ista est mundus, qui est spelunca vilis, & immunda, in qua iacent, & habitant bestiæ pecorales. Vnde de quolibet raptore, & deceptore potest dici illud Psal. ꝙ ipse insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Itē est spelunca dānatorū, quæ est infernalis, & ista ē spelūca vilis, putrida, & immūda, obscura atq; periculosa, quia ibi aīæ à diabolo trahūtur crudeliter, & deuorantur. Vñ de diabolo pōt dici illud Nau. 2. ꝙ leo cepit sufficiēter sibi, & impleuit speluncas suas præda, & cubile suū rapina &c. Vide de cauerna, si est aliquid supra.

Spina.

Spina est arbor aculeata, vel etiam ipse acule⁹, & potest multipliciter signare in scriptura. Vnde nota, quod breuiter distinguendo ego inuenio in multis locis spinam, scilicet

Ad defendendum.	¶ Primò dico, ꝙ est spina de-
Ad offendendum.	fensiua, significans penirētiæ
Ad comburendum.	stimulum, quia sicut videm⁹,
Ad affligendum.	ꝙ de spinis fiunt sepes circa,

hortos quæ ipsos ab animalibus muniunt, & defendunt, sic de asperitate pœnitentiæ fit in horto animæ munimentum, per qđ à tribulationibus, & tentationibus defensatur. Ozeæ 2. Sepiam vias tuas spinis, & sepiam eas maceria. Rosa. n. quæ est arbor cuius flos est fragrans, & nobilis, & sethim quæ est arbor īcremabilis, & imputribilis, arbores sunt spinosæ. Cinnamomum etiam, quæ est arbor bona, & utilis, inter vepres secundum Pli. crescit, à quibus sic defenditur, quòd cum difficultate tollitur. Re vera charissimi, quanto sancti fuerunt magis fragrantes per famositatem, & magis incremabiles, & imputribiles per constantiæ, & perseuerantiæ firmitatem, magis vtiles per uiæ, & doctrinæ bonitatem, tāto sunt spinis pœnitentiæ magis muniti, & ne faciliter à diabolo euellantur, spinis timoris diuini amplius sunt circunsepti. Quod bene præcipitur Eccle. 28. Sepi aures tuas spinis, & noli audire verbum nequam. Ista est igitur spina defensiua. ¶ Secūdo dico, ꝙ est spina offensiua. Spina. n. nocet, & pungit tāgentem, nascitur in terra sterili. semen ēt iactū inibi impedire, & suffocare noscitur. dolorem mēbro cui infigitur magnum facit & nisi spina extracta fuerit, dolor ab hoīe non recedit. Talis spina est peccatum vel ēt diuitiæ. Ista. n. duo in hoīe sterili, & virtutibus uacuo solent abundare. De diuitiis dicit psal. Ecce ipsi peccatores abundantes in seculo obtinuerūt diuitias. De peccato dicitur Prouer. 24. Per agrum hominis pigri trāsiui, & ecce operuerant superficiem eius spinæ. Ista enim mētem possessorum suórum per solicitudinem, & per remorsum cōscientiæ inquietant, & molestāt. semen uerbi Dei uel boni ꝓpositi impediunt, & suffocant, & nisi de corde extractæ fuerint. s. peccata confitēdo, & diuitias cōtemnēdo quietis spatiū nulli ꝑstāt. Exortæ. n. spinæ suffocauerūt semē sicut

dicitur

dr̃ Lucæ 8. Quapropter tales spinæ debent à cordibus nostris euelli, & ne nobis dolorē inferāt, extirpari. Ezec. 28. Non eris vltra domui Israel offendiculum, nec spina. dolorē inferens. Et sicut videmus, ꝙ arbor, quæ habet spinas solet tangentes pūgere, aīalia ēt spinosa sicut est hericius, & porcus spinosus solent se spinis suis mediantibus defendere, sic illi qui habēt spinas vitiorū vel diuitiarū, alios contingentes .i. vicinos circa se commorantes, vel ēt prædicatores eos corrigere cupiētes, pungunt per molestias, & exactiones, & ēt per mala verba, & detractiones. mediantibus ēt spinis diuitiarum, & munerum quas solent prælatis, & iudicibus pro scuto opponere, ipsi solent à cunctis oppositis se saluare, ita ꝙ tales correctores possunt dicere illud psalm. Cōuersus sum in erumna mea, dum configitur spina. Nos etiam ipsis munerum acceptoribus dicere possumus illud Gene. 3. Cum operatus fueris terram, nō dabit fructus suos, sed spinas &c. Iste est igitur spina offensiua. ¶ Tertio dico, ꝙ inuenitur spina cōbustiua, & sic spinæ significant congregationem peccatorum. Spinæ. n. nihil valent nisi ad ignem fouendum. siccæ. n. sunt naturæ, & ideo facillime comburuntur. Habent aūt proprium spinæ, ꝙ se inuicem complectuntur, & licet oēs alios pūgant, vna tñ ab alia non pungitur. Sic se inuicem mali complectuntur, & diligunt, & simul iuncti oibus aliis nocent, & tamen sese inuicem non lædunt. Naum. 1. Sicut spinæ pariter se inuicē cōplectuntur, sic cōuiuium eorum pariter potantium. Et iō tales siccissimi per indeuotionem apti sunt nō ad paradisi ædificationem construendā, sed potius ad inferni incendium succendēdū. psa. Exarserunt sicut ignis in spinis. & Esa. 33. Spinę congregatæ igni comburētur. Ista est ergo spina crematiua. ¶ Quarto dico, quod est spina afflictiua, & sic per spinam intelligimus tribulationes punitiones, & supplicia dānatorū. Spinis. n. comburi solent scelerati, & hæretici: vnde Iudi. 8. dicit Gedeon. Conteram carnes vestras cum spinis, & tribulis deserti. Sic ergo patet, quòd spina generaliter loquendo sumitur quatuor modis, vt supra. Et sic sufficit.

A **Spiritus.** Nota ꝙ propriè loquendo spiritus dicitur q̄libet materia aerea subtilis, & leuis, sicut est anhelitus, & flatus quæ faciliter pōt se diffundere vel spirare. Et possum notare, quòd generaliter loquendo inuenio multa genera spirituum in scriptura, videlicet spiritum

Corporis.
Temporis.
Pectoris.
Aetheris.
Fęderis.
Hominis.
Luminis.

Spiritus corporis est quo corpora aīaliū naturaliter vegetantur, de quo Sap. 2. Extinctus cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquā mollis aer. Spiritus tēporis est quo oīa perflantur, & aspirantur. s. turbo seu ventus, de quo dr̃ in psalm. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Item spiritus pectoris ē quo hō cogitat aliquid vel imaginatur, de quo Iob 32. Plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei, & venter meus quasi mustum asq; spiraculo. Itē spiritus ætheris est ille quo homo in caliginoso loco vel aere tētatur vel impugnatur, s. diabolus, de quo Matth. 12. Cum immundus spiritus exierit ab hoīe, ambulat per loca arida &c. Itē spiritus fœderis de quo hō iuuatur, & cōcomitatur. s. Angelus, de quo Aggei. 2. Spiritus meus erit in medio vestri. Itē spiritus hoīs est, quo cōstituitur, & viuificatur. s. aīa, de quo Lucæ 24. Palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa nō habet. Itē spiritus luminis est quo mundus regitur, & gubernatur. s. spiritussanct. qui est vna persona in deitate, de quo Sap. 1. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. ¶ His igitur pręmissis, notandū, ꝙ hic non intendo de spiritusancto scientialiter, in quantum videlicet emanat à patre, & filio, sed solummodo moraliter, in quantum. s. ad vtilitatem aīarum spectat, de aliquibus eius effectibus aliquid balbutire. Ille igitur spiritus, q vbi vult spirat, dignetur aliquid in imaginē mei spiritus per suā gratiam inspirare, quod ego qui pro siccitate indeuotionis respirare nō valeo, ad ipsum possim taliter suspirare. Veni ergo sancte spiritus, & reple tuorum corda fidelium. Igitur dico, ꝙ hic de triplici spiritu per ordinem est dicēdū, videlicet de spiritu supremo, & superiori. s. de spiritusancto, de spiritu pessimo, & deteriori. s. de peccato, & diabolo, de spiritu intimo, & īferiori. s. de aīa vel de vita. ¶ Dico ergo primo, ꝙ est vnus spiritus summus, & admirabilis. s. spiritussanctus. Spiritus. n. sanctus admirabilis pōt dici, quia in rebus mirabiliter operat̃. Ad ipsum. n. pertinet creare de nihilo, illa quæ sunt deperdita recreare, illa quę sunt destructa reformare, & illa quæ sunt vetera renouare. Ecce q̄ admirabilis magister. Ideo de spiritu sancto dr̃ Sap. 8. ꝙ spiritus domini oium est artifex, oēm habens virtutē, oīa prospiciens. Et iō spiritussanctus comparatur igni, qui s̄m. Dionysium habet virtutem

Immutatiuam.
Copulatiuam.
Conseruatiuam.
Eleuatiuam.
Renouatiuam.
Illuminatiuam.

Immutat. n. ignis materiā in quam agit, sicut patet quia de cinere facit vitrū. Conseruat etiam res naturales, q. a. s. caloris naturalis beneficium facit, & B continuat corpus viuum. Eleuat etiam materiam suam, sicut patet, quia virtute ignis scintilla quamdiu fuerit ignita, fertur sursum. Copulat etiam diuersas materias, sicut patet, qa de duabus laminis ferri facit vnū. Renouat insuper oia, qa sicut patet, virtute clarioris quolibet anno renouat totum mūdum. Talis ignis procul dubio est spiritussanctus, quia. s. Immutat per conuersionem. Copulat per dilectionem. Conseruat per tuitionem. Eleuat per æternorum affectionē. Renouat per virtutum productionem. Illuminat per gratiarū collationem. ¶ Quòd iste habeat immutare peccatores, ipsos, s. mirabiliter conuertendo, patet in Saul, Petro, Dauid, Paulo, & similibus, qui per spiritum sanctum ōuersi subito in aliud sunt mutati. Ouidius. n. non potuit tot mirabiles mutationes ponere sicut quotidiè facit iste. Vnde 1. Reg. 10. Insiliet in te spiritus domini, & prophetabis, & mutaberis in virum alterū. Item ꝙ iste habeat copulare. s. diuersas sectas ad vnitatem fidei producēdo, & diuersa corda ad vnitatē amoris reducendo, patet Ephe. 4. Vbi dr̃. Soliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Itē ꝙ ipse habeat conseruare, in bono perseuerare, faciendo, & ab hostis tentationibus defendēdo, patet Mich. 2. Nunquid abbreuiatus est spūs domini? vt. s. saluare non possit. Item ꝙ iste habeat eleuare. s. mentem ad contemplanda, & desideranda cœlestia inflammando, patet Ezech. 11. Eleuauit me spiritus, & introduxit ad portū oriētalem. ¶ Quòd insuper iste habeat renouare hoīem virtutū floribus venustādo, patet in psal. vbi dr̃. Emitte spiritum tuū, & creabunt̃, & renouabis faciē terræ. ¶ Quòd autem iste habeat mentem illuminare gratiis, & donis suis inspirando, & informando, patet Ioan. 14. vbi dicitur, quòd spiritus veritatis quem mittet pater in meo, ille vos docebit oia, & suggeret vobis omnia &c. Et breuiter iste spiritus habet tot effectus, & virtutes, quòd etiam mortuos, id est peccatores obstinatos ad vitam gratiæ suscitat; & in bono stabilit, & confortat, sicut patet Ezech. 37. De ossibus aridis, quæ spiritum non habebant, de quibus dicitur ibidem, quod ingressus est in ea spiritus, & vixerunt, steteruntque super pedes suos. In quibus aduerte, quod spiritus corporalis, scilicet aer vel anhelitus seu ventus, habet

Subintrare.
Insufflare.
Agitare.
Confirmare.
Eleuare.
Inflammare.

Spiritus penetratiuus subtiliter inspirando. Ingressus inquit. Spiritus inflammatiuus sagaciter informādo. Spiritus. Spiritus agitatiuus vitaliter animando. C Vixerunt. Spiritus roboratiuus viriliter confirmando. Steterunt. Spiritus eleuatiuus sublimiter defendendo. Super. Spiritus inflammatiuus mentaliter accendendo. Pedes suos. i. affectus. Spiritus. n. sanctus penetrat per occultam inspirationem. Ingressus. Insufflat per distinctā eruditionem. Spiritus in ea. Vegetat per gratiæ distributionem. Vixerūt. Roborat per virtutum confirmationem. Steterunt. Eleuat per cœlestē contemplationem. Super. Illuminat per calefactam affectionem. Pedes suos. ¶ Dicamus igitur de spiritu sancto, quòd ipse per inspirationē habet penetrare. Ingressus est inquit. Spiritus. n. mundi, scilicet ventus, ita est subtilis, & penetratiuæ naturæ, quòd vbicunq; inuenit foramen apertum, quanquā sit modicum, intrat. Spiritus etiam corporis per occultas venas neruos, & arterias per corpus se diffundūt, & ibi sensum & motum faciunt, & infundunt. Sic vere charissimi, spiritussanctus ita labilis, & penetratiuæ est naturæ, quòd vbicunq; foramen cordis sibi per affectum aliquantulum aperitur, statim vult intrare, & in mentibus hominum se præsentare, & eis sensum cōtritionis, & motū bonę operationis ministrare,

re,quinimmo etiã quandoque venit ad hominem nõ vocatus,ſicut in paulo apparuit,quẽ ſubito & nõ vocatus ingrediens,prædicatorem & Apoſtolũ fecit.Ingreſſus eſt inquit, Ezech.2.Ingreſſus eſt in me ſpiritus poſtquã locutus eſt mihi,ſtatuit me ſuper pedes meos.Aer qui ſpiritualis eſt naturę,ſtatim ingredit̃ vbicunque locus aliquis aliquo corpore vacuatur.Etiam de verme qui dr̃ bombyx,dicitur ꝙ quãdo de ſuis viſceribus fila fecerit, de quibus domum & habitaculum contra hycmis frigora ſibi facit, ita vacuus efficit̃, quòd ſolo aere plenus inuenit̃, a quo tamen mirabiliter ſuſtentatur,ſicut dicit Plin.Sic vere chariſsimi,ſi de corde tuo peccata eieceris,& bona tẽporalia pauperibus erogãdo,do mum in paradiſo de ipſis tẽpore mortis hyemis pręparaueris,ſtatim aer,id eſt ſpirituſſanctus ſubintrabit,qui te replebit ſpiritualiter & dotabit. Actu.2.Fact⁹ eſt repẽte de cœlo ſonus &c.Iſte igitur per inſpirationem habet intrare. Etiã dico quòd iſte per eruditionẽ habet inſufflare ſeu informare.Spiritus iuquit.Spiritus dicitur a ſpirãdo .Spirare.n.nihil aliud eſt quam ore flatũ emittere vel cauſare. In quo notat̃ ꝙ iſte ſpiritus non eſt aliud quam quidã flatus ab ore patris & filij ꝓcedens,qui nobis inſufflat & inſpirat,docet inſtruit & reuelat illa quæ pertinent ad ſalutẽ.Spiritus inquit.Ioan. 3.Spirit⁹ vbi vult ſpirat & vocẽ eius audis.Et de doctrina ſpirituſſancti dicitur.Ioan.16.Cum autẽ venerit ille ſpirit⁹ veritatis docebit vos omnem veritatẽ.Iſte eſt ſicut legatus,ꝑ a ſede patris veniens , volũtatem eius nobis inſinuat,& in illis quæ ad ſalutẽ pertinent, nos informat. Quod bene apparuit in Apoſtolis, qui permiſsionẽ ſpirituſſancti omnia linguarum genera ſciuerunt,& domum prophetiæ receperũt, & varijs linguis dei magnalia retulerũt,ſicut dicit̃ Act.2. Nam ſicut lapis præcioſus qui de oculis hyenę extrahit̃,facit eum cuius dormientis capiti ſupponit̃,futura prædicere & occulta & ardua diuinare,ſecundum Dioſcori.ſic ſpirit⁹ ab ipſo patre & filio emanãs & extractus fecit Apoſtolos cognoſcere & ꝓphetare futura,& prędicare abſcõdita & obſcura.Act.2.Ceperũt loqui varijs linguis prout &c.De hoc eſt quod dicit Apoſtolus.1. ad Cori.12. quòd alij datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ,alij ſermo ſcientiæ, ſecundũ eundem ſpiritum &c.Diuiſiones enim gratiarũ ſunt vnus autẽ atque idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult.Iſte ergo ꝑ eruditionem habet informare.¶ Iterũ dico ꝙ iſte ſpiritus ꝑ inſpirationem habet vegetare.Vixerunt inquit . Quia ſicut ſpũs corpus ipſum vegetat & viuificat ipſumq́; ad motum & operationem diſponit & habilitat,ſic ſpũs iſte aĩam cui ꝑ gratiam infunditur,ſolet ſpũaliter viuificare & ad motũ bonorum operum diſponere & aptare.Ezec.37. Intromittam in vos ſpũm meum,& viuetis.Cœlum.n.ſm Ariſt.mouetur à ſpiritu motore,& ſm eundem,orbes & planetæ à ſpiritib. mouentur.de ſe.n.nec motum nec vitam haberent niſi ipſi ab alieno poſsiderent. Sic vere chariſsimi hõ ſanctus ſpũm ſanctum ſolum.ſ.habet motorem,& ſuorum bonorum directorem.ſine.n.ſpiritu iſto ſpũaliter viueret , nec motum bonorum operum exerceret.Quod bene figuratur.Ezec.37.in illis oſsibus aridis in quibus extenſa eſt caro & nerui & cutis , & tñ non vixerunt nec ſe mouerunt , donec à quattuor ventis ſpiritum habuerunt . Quia.ſ. peccator quamuis habeat carnem.i. humorem naturalis compaſsionis, neruum .i.ligaturam mundialis dilectionis,cutem.i.veſtituram exterioris conuerſationis,ſi tamen careat iſto ſpũ, non debet dici per gratiã viuere,nec põt per bona opera ſe mouere.Iſte .n.ſpiritus dr̃ mobilis, qa ſubito mouet ſe,in diuerſorum ſe cordibus ingerendo.Vnde 1.Reg.10. Inſiliet in te ſpiritus dñi.Vnde etiam Act.2. dr̃ ſpiritum ſanctum repente aduenisse,quia ſicut dicit Ambroſius.Neſcit tarda molimina ſancti ſpũs gratia.Vñ Sap.7.iſte dr̃ ſpiritus diſertus , mobilis,& incoinquinatus.Dr̃ etiam mouens,quia iſte.ſ.mouet nos ad bene operandum,ambulandum,& incedẽdum.Ezec.1.Vbi erat impetus ſpũs illuc gradiebantur,ſpiritus.n. vitæ erat in rotis.Vnde etiam Ezech.8.dr̃.Eleuauit me ſpiritus, & adduxit in Hieruſalem in viſione Dei.Vixerunt inquit.Io.6. Verba quæ ego loquor vobis ſpiritus & vita ſunt.Ro.8. Viuificabit mortalia corpora noſtra ꝑꝑ inhabitantem ſpiritũ eius in nobis.Dico ergo ꝙ iſte per inſpirationem habet vegetare.

D re.¶ Deinde dico ꝙ iſte per confirmationem habet roborare.Steterunt inquit.Quia ſicut ſpiritus corporis facit eũ ſtare, durare & perſeuerare,quod patet, quia corpus ſine ſpiritu non põt ſtare,imo neceſſe habet cadere vel iacere,& durare non põt,quia cito habet corrumpi & putrefieri & fętere,ſic vere iſte ſpiritus ſolus facit homines ſtabiles & perſeuerantes,fortes,durabiles & cõſtantes.Ignis.n.vaſa fictilia & lutea decoquendo facit ſtabilia atque dura. Illud autem apparuit in apoſtolis,qui ante aduentum ſpirituſſancti erãt lutei,timidi atq; fragiles, poſtquam igne ſpirituſſancti ſunt afflati,facti ſunt audaces atque cõſtantes. Vnde Micheæ 3. Veruntamen ego repletus ſum fortitudine dñi iudicio & virtute,vt annunciem Iacob ſcelus ſuum , & Iſrael peccatũ ſuum.Steterunt inquit.Iob 4.Dum ſpiritus me præſente trãſiret,inhorruerunt pili carnis meę,ſtetit quidam cuius non agnoſcebam vultum &c.quaſi diceret,tranſitus huius ſpiritus cauſa eſt ſtabilitatis,iuxta illud Ezech.2. Ingreſſus eſt in me ſpiritus,& ſtatuit me ſuper pedes meos.Vnde ẽt Iob 26. & 27.dr̃ ꝙ ſpiritus dñi ornauit cœlos , qui ſolidiſsimi quaſi ære fundati ſunt.Iſte ergo per confirmationem habet roborare.¶ Deniq; dico quod iſte ſpiritus per contemplationem habet ſubleuare.Super inquit. Quia.ſ.ſi iſte habitat in hoĩe, non permittit eum inferius in terrenis morari imo facit eũ ſurſum per contemplationem ad cęleſtia ſubleuari.Ignis.n. fauillas & ventus paleas eleuat.Sic illi qui igne & flatu ſpirituſſancti moti erunt ſtatim ſe ad contẽplandũ cœleſtia ſubleuabunt.Super inquit.Ezec.3.Leuauit me ſpiritus,& aſſumpſit me.Ozeę.4.Spiritus ligauit eum in alis ſuis.Vnde de iſto põt dici illud Eſa.61.Spiritus domini ſuper me, eo ꝙ vnxerit me.& Marc.1.dr̃ ꝙ ſpirituſſanctus diſcendit in columbę ſpecie ſuper Chriſtum.Igitur dico ꝙ iſte per contemplationem habet eleuare.Super inquit.¶ Inſuper dico ꝙ iſte per affectionem habet inflammare,& hoc oſtẽditur cum dr̃. Pedes ſuos,quia per pedes intelliguntur affectiones , iuxta illud Aug.Pes meus affectus meus, eo feror quocunq; feror. quia.ſ.pedes affectionum quando igne ſancti ſpiritus tãguntur,tunc per ſancta deſideria inflammantur.Apoc.1. Pedes eius ſimiles orichalco cum eſt in camino ignis . Spiritus.n. ſeu ventus facit ignem fortiter ardere,ſic ſpirituſſanctus mẽtem ſeu voluntatem percharitatem facit accendi.Vnde Roma.5.Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.Iſti igitur ſunt ſex effectus iſtius ſpiritus,quia pro certo chariſsimi iſte habet tot effectus mirabiles & ſtupendos , quot non poſſunt ab homine delectari.Iſte.n.eſt ſicut quidã fluuius,qui ꝑ ſeptem riuulos i.per ſeptem dona diuiſus fœcundat & irrigat cor humanum.Vnde Eſai.11.c. poſtquam ſeptem dona ſpirituſſancti enumeraſſet,dicens,replebit eum ſpiritus domini , ſpiritus ſapientiæ & intellectus,ſpiritus ſcię & pietatis, ſpiritus conſilij & fortitudinis,& ſpũs timoris domini, dixit, Percutiet dñs fluuium AEgypti ſeptem riuis,ita vt tranſeãt per eũ calciati.Quia ꝓ certo iſte eſt ſimilis flori lilij, qui in medio ſex foliorum mollium habet ſeptem aurea grana.i.ſeptem ſpiritualia dona.Gen.41.Septẽ ſpicæ pullulabant in culmo vno. Propter hęc igitur & his ſimilia iſtum ſpiritum deſcribit ſãpiens Sapi.7.vbi dicit.Eſt inquit in ſapientia ſpiritus intelligentiæ,ſpiritus multiplex,vnicus ſubtilis , modeſtus, diſertus,mobilis,& incoinquinatus,certus,ſuauis, amãs, bonus humanus.benignus,ſtabilis,ſecurus,oẽm habẽs virtutẽ,oĩa ꝓſpiciens.Iſte igitur,vt viſum eſt,eſt ſpiritus ſummus & admirabilis.¶ Sed adhuc dico ꝙ põt dici admirabilis , quia eſt E

Ductor ad gubernandum.
Doctor ad informandum.
Tutor ad protegendum.
Rector ad corrigendum.
Paſtor ad nutriendum .
Conſolator ad mitigandum.
Mediator ad concordandum.
Roborator ad conſolandum.
Pręmiator ad remunerandum.

Quòd iſte habeat officium ductoris patet, quia ſicut ventus ducit naues ad portum ſic ſpirituſſanctus animas ad paradiſum.pſ. Spiritus tu⁹ bonus deducet me in terrã rectam.Item ꝙ iſte officium habeat doctoris,patet.Io.16.vbi dr̃ illud prædictum, Spiritus veritatis ille vos docebit omnem veritatem. Item quod iſte habeat officium tutoris & defenſoris,patet Rom. 8.vbi dr̃ ꝙ ſpiritus adiuuat infirmitatẽ noſtrã.Item ꝙ ipſe habeat officiũ rectoris,& correctoris patet. 1.Theſ.2.vbi dr̃ ꝙ dominus Ieſus antichriſtũ interficiet ſpiritu oris ſui Vnde Eſai.30.dicitur quod ſpiritus domini velut torrens inundans

dans &c. Item quod iste habeat officium pastoris & nutrito
ris,patet Ecclesi.24. vbi dr̄. Spiritus meus super mel dulcis
& hæreditas mea sup mel & fauum. Itē ꝙ habeat officium
consolatoris,patet,quia dr̄ paracletus , qui interpretat̄ con-
solator.Vnde etiam Sap.12.O quam bonus & suauis est do
mine spiritus tuus in nobis.Item ꝙ habeat officium media-
toris,patet Ezec.36.Vbi dr̄.Ponam spiritum nouum in me-
dio vestri. Item ꝙ habeat officium confirmatoris, patet in
psalm.vbi dicitur.Spiritu principali confirma me. Itē quòd
habeat officium præmiatoris,patet Apoc.14. Amodo dicit
spiritus,vt requiescant à laboribus suis.opera enim illorum
F sequuntur illos.Iste est ergo spiritus summus & admirabi-
lis. ¶ Secundò principaliter dico quòd inuenitur spiritus
pessimus & detestabilis.Spiritus.n.accipitur in malo , & sic
per spiritum intelligitur diabolus,vel etiam mala peccandi
voluntas, vel etiam ipse peccator.Vnde generaliter loquen
do,dico ꝙ spiritus in malo signat quattuor,scilicet

Demones hominum impugnatores.
Homines demonum imitatores.
Afflatus malarum cogitationum.
Impetus grauium tribulationum.

¶ Dicamus ergo ꝙ inueniuntur spiritus hominū impugna-
tores,& isti sunt immundi spiritus qui de paradiso fuerunt
exclusi,& hic cum hominibus in caliginoso aere ad eorum
exitium vsq; in diem iudicij sunt inclusi,& finaliter post iu-
diciū in inferno erunt positi & reclusi.Isti.n. non cessant ho
mines tentare,seu tentationibus impugnare, & diuersis mo
lestationibus infestare.Vnde de quodam Marci.9.dicitur ꝙ
spiritus conturbauit eum,& elisus in terra volutabat̄. ¶ Itē
dico ꝙ sunt spiritus demonum imitatores , & isti spūs sunt
mali hoīes,qui dicuntur spiritus,quia.s.nihil habent de con
stantiæ firmitate,multum autem de inanitate Luc.24.Palpa
te & videte,quia spūs carnē & ossa non habet . Etiā ossibus
firmitatis carent.Isti.n.dicunt̄ spūs,q.a impetuose ambulant
per superbiā.Sonitum faciunt per iactantiam . Oīa commo
uent per discordiā.Arbores frangent domos diruunt p tri-
bulationem & malitiā.Et sic ſm hoc peccator qn̄que dr̄ spi
ritus superbiæ & tumoris.psa.Dixit & stetit spūs procellę,&
exaltati sunt fluctus eius.Item dr̄ spiritus iactantię & clamo
ris.Vnde Apoc.16.dr̄ ꝙ Ioannes vidit tres spiritus immun-
dos ad modum ranarum de ore bestiæ exisse.Rana.n. loqua
cissimum aīal est.Item dr̄ spiritus discordiæ & rācoris.Om
nes.n.alios commouet 1.Regum 16.Exagitabat enim.Saul
spiritus nequam.Item dicitur spiritus pestilentiæ & terro-
ris,quia.s.isti ad modū spiritus & turbinis non cessant alios
molestare.Vnde 3.Regū.19. Ecce spiritus grandis & fortis
subuertens montes & conterens petras ante dominum,sed
non in spiritu dominus.Patet ergo ꝙ peccatores dicuntur
G spiritus demonum imitatores. ¶ Item dico ꝙ sunt spiritus
cordium deturpatores,& sic per spiritus intelliguntur ma-
læ cogitationes & affectiones, quæ in mente peccatorū ven
tilant atque spirant.Et sic dico ꝙ ibi flant & spirant spiritus

Superbiæ & pompositatis.
Luxuriæ & carnalitatis.
Somnolentiæ & tepiditatis.
Insolentiæ & fatuitatis.
Iracundiæ & crudelitatis.

De spiritu superbię dr̄
Zac.5.ꝙ ipse vidit duas
mulieres egredientes,
& spiritus erat in alis
earum.De spiritu luxu
riæ dr̄ Ozeæ 5.ꝙ spiritus fornicationis erat in medio eorū.
De spiritu somnolentiæ dr̄ Esa.29.ꝙ dn̄s miscuit eis spiritū
soporis.De spiritu insolentiæ dr̄ Esa.19.ꝙ dominus miscuit
ægyptiis spiritum vertiginis . De spiritu iracundiæ dr̄ Nu-
meri.5.Si spiritus zelotypiæ concitauerit virum cōtra vxo-
rem.Isti ergo sunt cordiū deturpatores. ¶ Item dico ꝙ in-
ueniuntur pœnarum fabricatores & sic per spiritus ventos
& turbines,intelligo pœnas & miserias sempiternas,quę dā
natos perpetuo perflabunt,de quibus in psa.patet.Ignis, sul
phur spiritus procellarum &c.Quia sicut dr̄ Eccle.39.Sunt
spiritus qui ad vindictā creati sunt.Sic igitur patet quomo-
do spiritus diuersimode sumitur in malo , & ꝙ est spiritus
pessimus & detestabilis.¶ Tertiò principaliter dico ꝙ inue
nitur spiritus intimus & amicabilis, & iste est spūs human⁹,
qui qn̄que accipitur pro vita,quandoq; pro ipsa aīa vitæ cā.
Nota igitur ꝙ secundum medicos & naturales tria genera
spirituum sunt.s.naturalis quo vegetamur , & iste habet se-
dem in hepate.Vitalis,quo viuificamur, & iste habet sedem
suam in arterijs & in corde.Animalis quo sentimus & mo-
uemur,& iste habet sedem suam in neruis & in cerebro . Se
cundum igitur istum triplicem spiritum corporalem possu
mus dicere ꝙ spiritus inquantum refertur ad hominem,po
test intelligi tribus modis.Est enim Spiritus.

Transitorius & temporalis.
Volitorius & cordialis.
Permansorius & æternalis.

¶ Primus signat he-
patis actiuitatem,
quæ semper sangui
nem concomitatur,& ad nutriendum ipsum corpus humi-
ditat atq; defert,q.a,s.vita presens sanguinea est & carnalis
& humani nerui corporis nutritiua , Iste est enim spiritus
transitorius , quia parum durat , quia sicut dicitur Iob 17.
Spiritus meus attenuabitur &c. Secūdus significat cordis
voluntatem. Voluntas enim dicitur spiritus, quia sicut spi-
ritus spirat & respirat, sic voluntas generaliter vult & non
vult.De quo Ecclesi.7.Humilia valde spiritum tuum id est
volūtatem tuam & mētem, quia vindicta carnis impij ignis
& vermes. ¶ Tertius autem spiritus significat animæ quid
ditatem ,quæ.s.a carne separatur,& deo creatori suo iungit
& vnitur,de quo in psalm.Auferes spiritum eorum,& defi-
cient.& Eccle.12. Donec spiritus redeat ad Deum qui fecit
illum.Isti ergo sunt tresspiritus quorum primus cum carne
est defectibilis.Sapien.2.Spiritus diffundetur tāquām mollis
aer.Secundus est cum carne compassibilis. voluntas.n. &
caro se inuicem compatiuntur,de quo Math. 16. Spiritus
quidem promptus est,caro autem infirma. Tertius vero est
a carne separabilis, de quo in psalm. Exibit spiritus eius &
reuertetur in terram suam,supple caro.¶ Igitur charissimi, G
de spiritu siue denotet animam,siue voluntatem,siue etiam
denotet virū iustū & spiritualē, possum⁹ dicere ꝙ talis spūs

pœnitentiam renouatur.
sapientiam illustratur.
gratiam conseruatur.
continentiam depuratur.
amicitiam præsentatur.
Per imprudentiam molestatur.
eleuationem dissipatur.
contritionem acceptatur.
dei timorem conturbatur.
laudis canorem iocundatur.
dilectionem infirmatur.

Istę enim sunt
cōditiones bo
ni spiritus,id
est bonę volū
tatis vel bonę
animæ.Et di-
co ꝙ ista de-
bet per pœni
tentiam reno-
uari.Ezech.8.
Facite vobis
cor nouum.psal.Et spiritum nouum.& in psal.Spiritum re-
ctum innoua in visceribus meis.Item debet per sapiētiā il-
lustrari.Roman.7.Prudētia spiritus vita & pax.Item debet
per Dei gratiā conseruari. Iob.10.Visitatio tua custodiuit
spiritum meum.Item debet per continentiam depurari.Lu
cę.24.spiritus carnem & ossa non habet.Itē debet per ami-
citiā præsentari.Collossen.2.Si corpore absens sum, spiritu
tamen præsens sum.Item solet per imprudentiā impugnari.
Galath.5.Caro concupiscit aduersus spiritum.Itē solet per
elationem dissipari.Prouerb.16.ante ruinā exaltatur spiri-
tus.Item per dilectionē debet inflammari.Actuum.18.Fer-
uens spiritu loquebatur ea quæ sunt Iesu.Item debet per cō
tritionem acceptari.Vnde psal. Cor cōtritum & humiliatū
deus non despicies.Dan.3.Animo cōtrito & humili spiritu
suscipiamur domine a te.Item per Dei timorē debet cōtur
bari.Vnde de Christo dicitur Ioan.11.Infremuit spiritu,&
turbauit semetipsum. Item per laudis canorē debet iocūda
ri.Vnde Lucæ.1.Exultauit spiritus me⁹ in deo salutari meo.
Et ideo breuiter de spū morali.i. de bona volūtate vel aīa,
vel etiā de spirituali homine potest poni & exponi illud prę
dictum Sapien.7.spiritussanctus multiplex & suauis & subti
lis &c. Expone si vis.Item per dilectionis feruorē debet in-
flammari.Galat.5.Fructus spiritus est charitas. Charitas ve
ro incēdit.Luc.24. Cor nostrum ardens erat in nobis,s. prę
charitate.Ista sufficiant de spiritu humano,qui est intim⁹ &
amicabilis . Et sic patēt aliqua de spū intimo & pessimo &
optimo.¶ De spiritualib.autē bonis multa possunt dici,sed
paucæ sunt auctoritates. Hoc solū nota quod spiritualia &
temporalia contrariæ sunt naturę,quia si vnū proficit,aliud
deficit,& econuerso.Nam vt dicit Plinius,si ver sit siccum,
mella apum abundāt,filij autem earum depauperātur. si ve
ro ver sit humidum tunc filij abundāt,& mella minuūtur.
Sic vere,si præsentia vitæ per paupertatē & tēporalium te-
nuitatē siccum fuerit,tunc mel bonorū spiritualium abun
dabit,

dabit. Si vero ver illud per proſperitatem fuerit humidum, tunc vere quātum ad mella bonorum ſpiritualiū erit ſiccū. De filiis apum.i. de amicis mundanis cōtrariū eſt, quia iſti ꝓ certo tempore humido proſperitatis abūdāt. In tempore vero ſicco paupertatis deficiunt &c. Multa alia poſſent adduci ſed omitto gratia breuitatis, quia in infinitis titulis feci de bonis ſpiritualibus mentionem. ideo ſufficiat ad præſens.

A **Splendere.** Cum ſplendor ſit fluxus corporis glorioſi, poſſum dicere ſicut de luce, claritate, & fulgore, ꝙ ſplendor ſumitur in bono, & in malo. Breuiter notandum eſt ergo, ꝙ in ſcriptura inuenitur ſplendor

Honeſtatis.
Veritatis.
Caſtitatis.
Falſitatis.
Vanitatis.
Dignitatis.

Splendor honeſtatis, debet conſiderari, & de iſto dicitur Eccl. 26. Lucerna ſplendens ſuper cādelabrū ſanctum, & ſpēs faciei ſuper ętatem ſolidam. Iſte.n.eſt ſplendor chryſopraſi, qui in nocte lucidior eſt q̄ in die. Quia.ſ. virtus honeſtatis plus abundat in nocte tribulationum quā in die conſolationum. Quia pro certo ſæpe fit quod ille, qui aduerſitatis tempore ſanctorum ſplēdoribus illuſtratur, ſi aduenit proſperitas, per vitia obſcuratur. Iohel. 2. Stellæ retraxerunt ſplendorē ſuum. Splēdor ueritatis debet deſiderari. Iſte.n.eſt ſplendor qui oſtendit res vt ſunt.ſ. veritas, quæ neſcit aliquid palliare. Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt ſicut ſplendor firmamēti. Splēdor caſtitatis debet appropriari. Iſte eſt ſplendor, qui ſuper oīa oculos delectat. Vnde de aīa caſta dr̄ Apoc. 19. Vxor agni præparauit ſe, & datum eſt ei vt operiat ſe byſſino ſplendenti, & candido. Splendor falſitatis debet vituperari, & iſte eſt ſplendor hypocritarum, qui ſplendent ſicut nocticula, lucēs ſolum in nocte. Similes lunæ, quæ licet aliquando ſplendeat, perdit tñ aliquando lumen ſuum. patet Marci. 13. Luna non dabit ſplendorem. Splendor vanitatis debet renūciari, ſ. ſplēdor proſperitatis mundanæ, quæ in diuitibus ſplendet, ſicut de diuite dicitur Luc. 16. quod epulabatur quotidie ſplendidè. Splendor vero dignitatis debet appreciari, ſ. ſplendor fœlicitatis æternæ, qua ſplendent beati, de qua Actuum 26. Vidi de cœlo ſupra ſplendorem ſolis circunfulſiſſe me lumen &c. Vide de luce, lumine, fulgere, & ſimilibus.

A **Spolium. Spoliare.** Nota, ꝙ ſpoliū ſiue ſpolia intelligūtur exteriora indumenta, & etiam quæcunq; bona exteriora, & generaliter omnia quibus poſſunt ſpoliari homines vel veſtiri. Aduertendum ergo eſt, ꝙ in ſcriptura inuenio ſpolia

Infima. — Prima ſignant temporalem poſſeſſionē.
Intima. — Secunda virtualem perfectionem.
Peſſima. — Tertia criminalem infectionem.
Optima. — Quarta æternalem ſucceſſionem.

Temporalia ſunt exuenda. Virtualia ſunt induēda. Criminalia ſunt refutanda. Aeternalia ſunt affectanda. ¶ Dicamus ergo primo, ꝙ ſpolia quæ debemus exuere ſunt bona tēporalia, quæ pro certo exuenda ſunt ſaltem quantum ad affectionē. Nota ꝙ pinꝰ arbor groſſi corticis, faciliter vermibus corroditur ſi cū tali cortice cuſtodit̄, & ideo qui ipſam ſine corruptione ſeruare voluerit, neceſſe eſt, ꝙ tali cortice ſpoliet̄, vt dicit Plin. Oues etiam ſub groſſo vellere nimis calefierēt, niſi ipſas paſtores annis ſingulis velleribus ſpoliarent. Arbores etiam pp onera fructuū frangerentur, niſi vel à natura, vel à caſu, vel ab ipſis annis ſingulis ſpoliarentur. Sic pro certo chariſſimi cortex, vellus & fructus tēporaliū qñ vltra debitum in nobis abundant, poſſunt eē cauſa plurium vitiorū, quia.ſ. faciunt nos. Vermibus ſolicitudinum corrodi. Calore auaritiæ accēdi. Fractione iracundiæ quaſſari. Et ideo iſta debemus quantum ad effectum dimittere, & nos eis ſaltē mentaliter ſpoliare, & ea ſi neceſſe ſit pauperibus erogare, quinimo deus paſtor, & creator omnium his velleribus ſolet nos ſæpe per infortunium exuere, ne nobis cauſa criminum poſſint eſſe. Iohelis 1. Ficum meam decorticauit, & nudans ſpoliauit eam. Figuratus in illo rege Alexandro, de quo dr̄ 1. Macha. 11. ꝙ iuſſit Ionathan ſpoliari veſtibus ſuis, & indui eum purpura. Quia.ſ. Chriſtus iubet ſuos veſtibus bonorū tēporalium ſpoliari. & purpura ſpiritualiū veſtiri. Iſtud tñ aduerte, ꝙ quamuis iſta temporalia ſint exuenda, hoc tamen nunquam debet vt cōiter fieri, quin ſemper debeamus victui, & ſtatui neceſſaria reſeruare. Papyrus.n. quando in lāpade ponitur ad illuminandum, nūquam ex toto decorticatur, quinimo ſemper vna pars ſibi remanet, vt per eā medulla, quæ eſt debilis, ſuſtentetur. Sic vere chariſſimi nunquam nos debemus cortice temporalium ita penitus, & totaliter, exuere, quin ſemper debemus ſuſtentationi noſtræ neceſſaria reſeruare. Quod bene faciebat ille qui dicebat Prouer. 30. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tm̄ victui meo neceſſaria. Iſta tñ ſunt contra raptores, qui.ſ. ſpoliant hoīes ſine quacunq; pietate, non curantes de ipſorum neceſſitate, nec aliquid dimittentes pro ſuſtētanda ſuæ vitæ fragilitate, quod non ſolum inuenitur in publicis raptoribus, & tyrannis, imo etiam in multis iniquis iudicibus, & prælatis, quibus dr̄ Iob 22. Abſtuliſti pignus fratrum tuorū ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus. & Eſa. 3. & dicitur. Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt. & Iob 24. Vim fecerūt prædantes pupillos & vulgum pauperem ſpoliauerunt. Vnde quilibet talis videtur habere nomē de quo loquitur Eſa. 7. Voca nomen eius accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari. Tales.n. mali videntur ad rapiendū inducere, & ad ſpolia inuitare. Proue. 1. Implebimus domos noſtras ſpoliis, ſortem mittamus, marſupiū vnū ſit oīum. Non ſic chariſſimi, ſed exuamus illa ſpolia mentaliter, & ſpontaneà, ne per tyrānos cogamur ipſa dimittere violenter. Iſta igitur ſunt ſpolia quæ debemus exuere.

B ¶ Secundo dico, ꝙ ſunt ſpolia quæ debemus induere, & iſta ſunt ſpolia bonorū ſpūaliū. Iſta ēt ſunt ſpolia ſcientiarū philoſophorum, quę debemus ab ipſis poetis, & philoſophis tollere, & ſcientiis fidei applicare, & exinde tabernaculum eccleſiæ cōſtruere, & ornare. Nota. quamuis hericius ſit aīal inutile, ſpolium tamen pellis ſuæ ad pannos leniendos eſt vtile. Serpens etiam quamuis ſit venenoſus, ſpolium tñ pellis cōpetit medicinæ. Sic vere chariſſimi, quamuis antiqui philoſophi, & poetæ in multis fuerunt vitioſi, ſpolia tamen eorum, quæ nobis dimiſerunt, ſ. ſcientiæ quas dictauerunt, nobis, & eccleſiæ, & fidei in multis utiles ſunt, & fuerunt. Figurata in ſpoliis Aegyptiorū, de quibus filiis Iſrael in deſerto domino tabernaculū cōſtruxerunt. Exod. 3. Nō exibitis vacui, ſed ſpoliabitis Aegyptum. Sap. 10. Iuſti tulerunt ſpolia impiorū &c. Iſta ſunt igitur ſpolia, q̄ debemus induere. pſal. Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Quod bene poterat dicere Paulus, de quo exponitur illud Gene. 49. Mane comedit prædam, & veſpere diuidet ſpolia. Comedit dico mane in iudaiſſimo prædam.i. eſca ſcientiarū legalium, & propheticarum, & veſpere.i. tempore uocationis ad apoſtolatū, diuiſit ſpolia.i. à litera legali euāgelicam, & ſpiritualem doctrinā intellexit eſſe diuidendam, quia litera occidit, ſpiritus aūt uiuificat 2. ad Corint. 3. ¶ Tertiò dico, ꝙ ſunt ſpolia, quæ debemus renuere, & iſta ſignant vitia, & peccata, quæ ſunt quædā valde turpia ueſtimenta, quæ pro certo ſunt expolianda, & per confeſſionē ſacerdoti dimittenda. Exemplo cerui, qui ſe ſolet ſpoliare veteribus cornibus. Et exēplo ſerpentis, qui ſe ſpoliat antiquis pellibus. Mich. 1. Faciā luctum quaſi draconum, & planctum quaſi ſtruthionum, vadā ſpoliatus, & nudus. ¶ Quartò dico, ꝙ ſunt ſpolia, quæ debemus appetere. Iſta.n. ſunt ſpolia uitæ æternæ, qa hic per bona opera rapimus, & tandē eā illic diuidimus, iuxta illud Eſa. 9. Exultant victores qñ diuidunt ſpolia. vnde 2. Mach. 8. dr̄, ꝙ poſt ſabbatū debilibus orphanis, & uiduis diuiſerūt ſpolia. Sic patet, ꝙ ſunt ſpolia appetēda, refutanda, induenda, exuenda. Vide ſupr. de Exuere, de Nuditate, & de Induere. Et ſic ſufficiat

Sponſus. Sponſa. Nota quod ſponſus poteſt ſignificare Chriſtum, qui humanæ naturæ fuit deſponſatus per incarnationem, & qui ēt ſpōſatur animæ chriſtianæ per baptiſmum, & fidei ſuſceptionē. De ipſa etiam dicitur in pſal. Tanquam ſponſus dominus procedens de thalamo ſuo. quantum ad primum. & Ozeæ 2. ipſe Chriſtus animæ Chriſtianæ dicit illud. Sponſabo te mihi in fide. quantum ad ſecundum. Poteſt ſignificare etiā prælatum, qui eſt ſponſus eccleſiæ cui præeſt. Ioan. 2. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Igitur poſſum dicere breuiter, ꝙ ſponſus nomen eſt A

Amoroſum.		Amoroſè cū ſponſa ligari.
Gaudioſum	Ideo debet	Gaudioſè cū ſponſa lætari.
Studioſum.	ſponſus	Studioſè cū ſpōſa morari.
Gratioſum.		Gaudioſè veſtibus ornari.

Sic vere ſponſus eccleſiæ prælatus debet iſtam ſponſam diligere,

gere,nullam aliam desiderando, dicés illud Sap.8.Hãc amaui,& exquisiuisponsam mihi assumere eam,& amator factus sum formæ illius. Quod tñ est contra ambitiosos,qui ecclesias non videntur diligere, nisi inquantũ quotidie cupiũt ad alias se mutare. Iohelis 2.Egrediatur sponsus de cubili suo. Item iste sponsus debet cum sponsa gaudere, Deũ laudãdo, & eidem gratias agẽdo.Esaiæ 62.Gaudebit spõsus super spõsam. Quamuis de multis sponsis, & eorũ ecclesijs, & sponsabus possit dici illud Apoc.18. Vox sponsi,& vox sponsę non audietur in te. Item iste sponsus debet cum ista sponsa morari,cum ipsa personaliter residendo. Quod est contra illos,ꝙ sponsas.i.ecclesias fugiunt, quique eas non visitant nec frequentant,nisi tempore recipiendi bona.Similes locustis,quę non apparent nisi tempore recipiendi bona. Similes locustis quæ non apparent nisi in tẽpore verno,& in pratis,& in hyeme deficiunt,& non apparent,& multis similibus ita ꝙ ecclesia potest dicere illud Exodi 4.Sponsus sanguinũ tu mihi es. Item debet propter istam sponsam ornari,se virtutibus præparando, dicens illud Esa.61.Indumento iustitiæ circundedit me quasi sponsum decoratum corona &c. Dic de sponsa ꝙ per sponsam intelligitur ecclesia militans vel triumphãs, vel etiam aĩa de quo Apoc.21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalẽ descendentẽ de cęlo à Deo paratam sicut sponsam ornatã viro suo.Vide eã in titulo de ciuitate, & hæc sufficiant.

A Sponte. Spontaneè.

Nota ꝙ spõte dr̃ illud quod fit libẽter,voluntariè,vltro gratanter,& ex corde.Et de his supra dictũ est in multis titulis,& de volũtate dicet̃ infra.Hoc solũ breuiter ẽ notandum, ꝙ quatuor sunt sponte, & voluntariè facienda,s.

Elemosynarum erogatio.
Tribulationum toleratio.
Obedientiæ subiugatio.
Fraternæ charitatis copulatio.

Quòd debeamus sponte tribuere,patet Exo. 35.vbi dicitur, ꝙ mulieres quæ ne venerãt, dederunt sponte omnia tribuentes.Item ꝙ debeamus sponte pœnitere,patet Iudicum 5.Qui sponte obtulistis domino animas vestras discrimini,benedicite dominum.Item ꝙ debeamus spontane maioribus subiacere,patet Iudit. 7. Spõte tradamus nos oẽs populo holofernis.Itẽ ꝙ debeamus sponte alter alterum diligere potest dici illud Iudith. 12. Suade hebræam illam vt sponte consentiat habitare mecum. Vide supra in titulis supradictis.Sufficit.

A Stare. Stabilis. Stabilitas.

Nota,ꝙ stabilire idem est quod statuere,stare vero accipitur pro sistere quãdoq;,sicut dicitur Exo.15.Stetit vnda fluens. Qñq; pro erectus esse. Ezechi.2.Surge, & sta super pedes tuos. Qñq; ꝓ morari seu pro manere,sicut Hier.26.Sta in atrio domus domini,& prædica ibi verba,quæ ego loquor ad te. Veruntamen quocunque modo sumatur stare, semper significat moraliter loquendo. Animi stabilitatem. Perseuerantiæ durabilitatem. Cõstãtiæ firmitatẽ. Illud.n.stare dr̃,quod non fluit,nec circuit, nec mouetur. & ideo ille dicitur moraliter stabilis, qui in bono statu manet immobilis.Ista est.n.virtus propria perfectorũ omnium. Sicut.n.hematites lapis resistit ignibus, quia.s.in igne non consumitur, sed purgatur, sic vere vir perfectus ita debet esse perfectus,& solidus atq; constans, quod ignes tribulationum debet contemnere, & sine læsione peccati in eisdẽ immobilis,& stabilis permanere, & quanquam talibus ignibus affligatur,debet tñ semper clarior,& lætior apparere,qa non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Prouerb.12. Quinimo illos quos habet tangere.i.illos cum, quibus habitare debet,per bona exempla ad constantiã similẽ, & non ad sentiendum ignes tribulationum viriliter animare. Vnde de tali stabilitate dicitur Ephe. 6. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare. Armatura Dei quæ respuit tela tribulationũ est animi constantia,quæ facit hominem stare, & mundi tribulamina non timere. Et ideo ad istam stabilitatem habendam monet sapiens Ecclesiastici 2. Fili,accedens ad seruitutem Dei,sta in iustitia,& timore.Vbi aduerte, quòd res naturaliter quinque modis efficitur stabilis,videlicet

Quando rei firmæ fortiter coniungitur.
Quando inferius in terra figitur.
Quando superius rectè erigitur.
Quando grauius in terra premitur.

Sic pro certo dico,ꝙ hominem stabiliunt

Charitatis coniunctissima fortitudo.Fili.
Firmitatis atque spei certitudo.Accedens.
Veritatis,& fidei lympitudo.Ad seruitutem.
Aequitatis indeuians rectitudo.In iustitia.
Grauitatis concutiens mæstitudo.Timore.

Ista.n.quinq; faciunt nos stabiles, & firmos, videlicet Dilectio qua Deo copulamur.Spes qua à Deo sustẽtamur. Fides qua in deo radicamur.Iustitia qua à Deo rectificamur. Timiditas qua à Deo grauamur.¶ Dico ergo primo, ꝙ homo stabilis efficitur atq; cõstans qñ per amorem fortiter alligatur, B quod ostẽditur cum dr̃.Fili,quia filius est nomen amoris.Sicut.n.videmus,ꝙ illud quod fortiter ligatur,& stringitur cũ re firma, nõ faciliter cadit imo stat,& perseuerat, sicut patet de vinea quæ ꝑ se stare non põt cum sit valde debilis, tñ stat per aliud,s.per palum vel arborem cui alligatur,sic vere homo qui de se debilis,& instabilis est,tunc constans & perseuerans efficitur, qñ cum Deo qui in æternũ stat, per amoris tenaculum copulatur. Nauis.n.quandiu est in mari, semper est in motu,ueruntamẽ qñ piscis qui dr̃ echneis eis adhæret, ita stabilis effic̃it,ꝙ uẽtis,& fluctibus non mouetur. Sic vere homo qui est sicut nauis fluctuans in hoc mari,tunc efficitur constans,firmus,& stabilis,qñ Christo per charitatem adhæret,& ei effic̃it filius familiaris,& amicabilis.Fili inquit. Vnde de stabilitate istius amoris põt dici illud Ioã.8. Filius manet in æternum. Et illud 1.ad Corint.15.Fratres mei dilecti, stabiles estote,& immobiles. Qui.n.perfecte aliquem diligit perfecte cũ eo stat,& manet. Sic vere si Deum dilexerimus, cũ ipso per gratiam perseuerabimus,iuxta illud ad Philip.4. Fratres mei dilectissimi,& desideratissimi,gaudiũ meum,& corona mea,sic state in domino charissimi.Fit ergo hõ stabilis,qñ per amorem fortiter alligatur.¶ Scd'o dico,ꝙ hõ efficitur stabilis, quando per spem firmiter sustentatur.Accedens inquit.Accessus.n.proximationẽ spei designat,quia ille Deo accedit,& approximat qui in ipso confidit,& sperat,& in eo per spem,& desiderium se stabilit,& sustẽtat. Iste.n.accessus hominem facit stabilem,quia sicut illud, quod fundamentũ habet firmissimum,est stabile seu firmum,sic ille qui ponit in Deo spem suam,sicut in fortissimum fundamentum(iuxta illud 2.ad Timo.2.Firmum fundamentum Dei stat) constans, & stabilis efficitur,& in perseuerantia firmatur. Accedẽs inquit.& ad Roma.5.Accessum habemus ad Deum per gratiã in qua stamus.Vt sic uir iustus dicatur esse terra,de qua dicitur in psal.ꝙ Deus fundauit terrã super stabilitatem suã &c. Electrum.n. gummi est liquidum qñ de arbore stillat,quando vero super terram uel lapidem ceciderint, mox in metali duritiem se conuertit.Sic vere charissimi uir iustus quamuis in principio sit fragilis,& fluxibilis, qñ.s.de arbore mundi nascitur,quando tamen ad terram.i.ad Deum per desiderium,& per spẽ peruenit,in metalli duritiẽ per stabilitatẽ cõstãtiæ,& uertitur,& mutatur.Iob 11.Eris stabilis,& nõ timebis.Ista bene apparuerunt in martyribus,qui ꝑꝑ spem cœlestis gloriæ ita constanter ludibria sustinuerunt. Fit ergo homo stabilis quando per spem firmiter sustentatur. Accedens inquit.¶ Tertiò dico,ꝙ homo fit stabilis,quando per fidẽ intime radicatur, quando ostenditur cum dr̃ Seruitutem Dei. Quia illi, qui sunt ꝓprie serui Dei, s. fidei ipsius professores, sunt præ cæteris stabiles,& constantes. Nota. Arbor quę profundam habet radicem,stabilior est,& contra impetũ vento rum firmior. Sic uere illi qui per fidẽ sunt profunde in domino radicati 1.ad Corint.16.Vigilate,state in fide. Quia seruitus Dei facit hoĩem audacem.Seruitutem inquit Dei 3.Reg. 10.Beati serui tui,qui stant corã te semper.unde in psal.Laudate serui domini dominum,qui statis in domo domini &c. Fit igitur hõ stabilis cũ per fidẽ intime radicatur.¶ Quartò dico, ꝙ homo fit stabilis cum per æquitatem optime regulatur.Iustitia inquit. Columna.n.recta magis est stabilis quam obliqua.Sic vere homo quando per iustitiam est rectus,magis est(vt cõiter)stabilis atq; firmus.Non dignatur enim homo iustus a stabilitate propositi vel uerbi recedere, nec per fraudem aut inconstantiam uariare. vnde Sap.5.Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Sta ergo in iustitia. Et nota ꝙ iustitia omnes alias virtutes comprehendit. Et ideo possumus dicere, quòd ad standũ in iustitia,necesse est,ꝙ stemus & ꝙ simus

In mentis eleuatione. Ista enim sunt illa in

carnis castigatione.
Dei contemplatione.
corporis immolatione.
laboris operatione.
humilitatis subiugatione.
sedulitatis executione.
sublimitatis affectatione.
societatis combinatione.
In iniquitatis impugnatione.
diuersitatis concordatione.
prauitatis intuitione.
veritatis prædicatione.
maiestatis meditatione.
confessionis reuelatione.
orationis supplicatione.
scientiarum acquisitione,
omnium rerum circunspectione.

in quibus debemus stare & perseuerare, vt iusti possumus esse & in iustitia permanere. Stemus igitur in mentis eleuatione. Baruch. 5. Hierusalem surge, & sta in excelso. Stamus in carnis depuratione. Eph. 6. State succincti lumbos vestros. Stemus in Dei contemplatione. Exodi 14. State & videte mirabilia Dei. Stemus in corporis immolatione 3. Reg. 3. Stetit Salomon coram arca fœderis dñi, & obtulit holocaustum. Stemus in laboris operatione. Vnde Ruth. 2. De mane vsq; nunc stat in agro. Stemus in humilitatis subiugatione. Iosuæ 8. Abijt Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. Stemus in sedulitatis executione 2. Paralip. 35. Steterunt sacerdotes in officio suo. Stemus in sublimitatis affectatione. Iosuæ 10. Stetit sol in medio cœli. Stemus in societatis congregatione. Ezec. 2. Cum euntib. ibāt, & cum stantibus stabant. Stemus in iniquitatis impugnatione 2. Paralip. 18. Rex Israel stabat in curru suo contra syros vsque ad vesperam. Stemus in diuersitatis concordatione 1. Reg. 10. Stetit saul in medio populi. Stemus in propriç prauitatis intuitione. Hie. 6. State super vias vestras 1. ad Cori. 10. Qui stat, videat ne cadat. Stemus in veritatis prædicatione. 2. Esdre 9. Stetit esdras sacerdos & lector legis super ligneum tribunal. Stemus in maiestatis meditatione. Iob 37. Ausculta hic Iob, & sta & audi mirabilia Dei. Stemus in cōfessionis reuelatione. Neæmiæ 9. Steterunt coram domino & confitebantur pctā sua. Stemus in orationis frequentatione. psalm. Qui statis in domo dñi, extollite manus vestras in sancta. Stemus in scientiarum acquisitione. Neemiæ 8. Stetit Esdras scriba super gradum ligneum quem fecerat ad loquendum, stetitque populus in gradu suo, & legerunt in libro legis. Stemus in omnium rerum circunspectione. Eccle. 24. Gyrum cœli circuiui sola, & in omni terra steti, & in oi loco primatum habui. Ista ergo sunt quæ componunt iustitiam moralem, & quæ stabiliunt consciam cordialem. Sta in quit in iustitia. Et sic ostenditur ꝙ homo fit stabilis cum ꝑ æquitatem optimè regulatur vel rectificatur. ¶ Quintò dico ꝙ homo fit stabilis cum per Dei timorem in fine aggrauatur. Et timore inquit. Res. n. quanto grauior tanto stabilior & immobilior, sicut patet in montibus, & rupibus, quæ faciliter non mouentur. Sic vere illos quos timor ꝑmit & aggrauat, Deus in bono stabilit atq; firmat. In timore inquit. Qđ bene innuit Eccl. 27. vbi dr̄ ꝙ nisi in timore tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. vnde de Thobia dicitur Thobiæ 2. ꝙ immobilis in Dei timore permāsit. Et 2. ad Corin. 7. Illa quæ ſm Deum tristitia est, pniam in salutem stabilem operatur. Sic igitur patet ꝙ quinque sunt quæ causant stabilitatem mentis, i. timor, iustitia fides, spes, charitas. Vt sic de homine sic stabilito dicatur illud ad Heb. 13. Optimū est gratia stabilire cor. & Prouer. 4. Viæ tuæ stabilientur. Et
C sic patet quomodo stabilitas accipitur in bono. ¶ Sed pro certo charissimi multi sunt hodie q nō videntur stare, imo potiꝰ cadere, deficere vel cessare. Et isti procul dubio sunt

Amici fallaces.
Hypocritę fluentes.
Homines mentientes,
Diuites eminentes.

Amici falsi non stant in amoris firmitate. Hypocritę non stant in virtutis bonitate. Mendaces non stant in verborū veritate. Diuites non stant in mundana prosperitate. De instabilitate enim falsorum amicorū dicitur in psal. Qui iuxta me erant de longe steterūt. De instabilitate hypocritarum dicit̄ Iob. 8. Sicut tela aranearū, sic fiducia eius. De instabilitate vero mendaciū & verbosorum dicit̄ Ioan. 8. In veritate non stetit, quia veritas non est in eo. De instabilitate vero in labilitate diuitū dr̄ in psa. Expulsi sunt, nec potuerunt stare. Isti enim non habent stabilitatem, nec in bono permanētiam & firmitatē, similes nubibus quæ nihil habēt firmitatis seu stabilitatis. semper enim sunt in motu & fluxu, modo sunt, mō desinunt, modo apparent, modo disparent. Quia pro certo charissimi tales ꝓprie non stant nec existunt, sed faciliter desistunt & defluūt. Ezec. 31. Non stabunt in sublimitate oīa quæ irrigantur aquis. Ista ergo dicta sint de bona stabilitate. ¶ Sed adhuc pōt dici ꝙ stare accipit̄ in malo. Multi. n. sunt q male manēt & male stant, .i. illi q īdurati & obstinati sunt in malo. Vn̄ nota ꝙ male stare & male ꝑseuerare vident̄ tria genera ꝑsonarū, videlicet

Ambitiosi.
Proditiosi.
Desidiosi.

Stant. n. ambitiosi vt valeant sursum ascendere, de quo Hiere. 14. Onagri steterunt in rupibus, attraxerunt vētum quasi dracones. Item stant desidiosi vt valeant lęti quiescere, & de quo Matth. 20. Quid hic statis tota die ociosi? Itē stant proditiosi vt valeant gentes decipere. & de hoc Iob 4. Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum imago corā oculis meis. Ista igitur de stare sufficiant.

Statim.

Nota ꝙ statim denotat celeritatem siue bonam siue malam, & est statim idem quod celeriter, cito, subito promptè, & sic de Alijs. Vide in alijs titulis, quia omitto gratia breuitatis.

Statua.

Vide de statua vbi Idolum. & vbi Simulacrum &c.

Statuere.

Nota ꝙ statuere accipitur pro stabilire. Ezech. 2. Ingressus est in me spiritus domi A
ni, & statuit me super pedes meos. Qñq; vero sumit̄ ꝓ ordinare, sicut Heb. 9. Statutū est hoīb. semel mori. Et in ps. Oculos suos statuerūt declinare in terrā. Qñq; vero pro ponere sumit̄, sicut dr̄ Dan. 3. ꝙ Nabuchodonosor fecit statuam auream, & statuit eā in campo Duram. Br̄ ergo & generaliter statuere nihil aliud est quā aliquid stabiliter facere & firmare, & ideo mandata & ordinationes maiorum statuta dicūtur, pro eo ꝙ stabiliter obseruari præcipiuntur, iuxta illud Dan. 6. Non immutet̄, quod statutum est à medis & ꝑsis. Et nota breuiter ꝙ debemus statui & poni firmiter atq; locari

Christo per deuotionem & fidem.
In cœlo per spem & affectionem.
ecclesia per disciplinam & religionem.
patria per continuam contemplationem.

Quod nos debeamus statui in Christo, patet in psal. vbi dr̄ Statuisti supra petrā pedes meos. & 1. ad Cori. 10. Petra aūt erat Christus Quòd ēt debeamus statui in cęlo, patet in psa. vbi dr̄. Statuisti in loco spatioso pedes meos. Quod debeamus statui in ecclesia, patet Nume. 8. Statues leuitas in conspectu Aaron. Quòd insuper statui debeamus in patria, patet in psal. vbi dicitur. Super ecclesia statuens me. Sed cōtra alij sunt statuti in terra per auaritiam, alij &c. Vide supra de ponere, de Statuere, de stare, & Firmitate, & alijs similibus. Vide suprà de Pręcepto & Mandato.

Stella.

Cum stellę dicantur à stabilitate, eo ꝙ stabili- A
ter stent in cœlo, possumus dicere moraliter loquendo ꝙ in scriptura inueniuntur stellæ

Interiores.
Exteriores.
Superiores.
Interiores.

Primę signant virtutum nitorem, qui est interius. Secundę signant iustorum splendorem, qui est exterius. Tertię denotant beatorum decorem, qui est superius. Quartæ demonstrant peccatorū fulgorē, qui est inferius. Stellę interiꝰ splēdētes sunt virtutes &c. Stellæ exterius fulgētes sunt viri iusti, sicut Stellæ dant lumen in custodijs suis. Stellæ superius lucentes sunt beati. Stellæ inferius pollētes sunt mūdi diuites & peccatores, qui more stellarū lumine ꝓsperitatis inter alios splēdēt, de quo Apoca. 8. Nomen stellę dicit̄ absynthiū. Virtutes enim sunt stellæ splendentes. Vnde de filio hominis dicitur Apoca. 1. ꝙ ipse habeat septem stellas. i. Septē virtutes. Iusti vero sunt stellę manentes de quibus Iud. 5. Stellę manētes in ordine & cursu suo, aduersus Sizaram pugnauerunt. Beati autē sunt stellæ lucentes, de quibus Ecclesi. 43. Species cœli gloria stellarū, illuminans, in excelsis. Mali insup sunt stellæ cadētes de quibus dicit̄ Apoca. 6. Stellæ ceciderunt de cœlo, sicut ficus emittit grossos suos. & Eze. 32. Nigrescere faciā stellas ¶ Vt ergo presens intelligamus viros iustos, scilicet Christū beatam virginem, Angelos & perfectos, possumus dicere, quòd isti sunt stellę, qđ sicut stellæ factę sunt a deo ad ornatū superiorum & ad regionem inferiorum sic sancti & sanctæ facti

facti ſunt vt inferiora, ſcilicet militantem eccleſiam regerẽt & iuuarent, ſuperiora vero .i. triumphantem eccleſiam per ſuam finalẽ præſentiã adornarent. Vnde de luminaribus dr̃ Gene. 1. quòd deus poſuit ſtellas in firmamento cœli, & voluit vt eſſent in ſigna & tempora & dies & mẽſes & annos. Quælibet .n. bona perſona eſt ſtella ad decorem eccleſię cõſtituta. Mulier .n. amicta ſole coronã de duodecim ſtellis habebat, ſicut dr̃ Apoc. 12. Filius vero hominis ſeptem ſtellas iñ dextera ſua continebat. Apoc. 1. Quia .ſ. iuſti qui ſunt ſtellæ ſpirituales, ſunt gaudium & corona mulieris amictæ ſole .i. eccleſiæ militãtis Chriſto coniunctæ, dum hic inferius cõtinentur. In manu verò Dei ſunt qñ ſurſum in gloria collocantur. Spes .n. cęli gloria ſtellarum, ſicũt dr̃ Eccl. 43. Et ideo quælibet hõ iuſtus vel ſanctus põt dicere illud Apocal. 22. Ego ſum genus & radix Dauid, ſtella ſplẽdida & matutina.

B ¶ Vbi aduerte ꝙ ſancti dicunt̃ ſtellæ ꝓꝑ ſex cõditiones ſtellarũ, q̃ in iſta auctoritate cõtinentur, quia ſicut ſtellæ habẽt

Exiſtentiam permanſiuam. Ego ſum inquit.
Influentiã diffuſiuam. Genus, quod ſe cõmunicat ſpeciebus.
Adhęrentiã cõiunctiuã. Radix, quæ firmiter adhęret terræ.
Apparentiam delectatiuam vel electiuam. Dauid qui interpretatur vultu deſiderabilis.
Eminentiam ſuperlatiuam. Stella, quæ habet locũ in cœlo.
Luculentiam illuſtratiuam vel perſpectiuam. Splendida.

Sic vere quiſquis ſpiritualis ſtella eſſe deſiderat, debet
firmitatem ſemper manere. Ego ſum.
pietatem ſemet exhibere. Genus.
charitatem ſimul adhærere. Radix.
Per honeſtatem cunctis complacere. Dauid.
affectionem ſurſum reſidere. Stella.
diſcretionem intus relucere. Splendida.

¶ Dico ergo primo ꝙ ſi volumus eſſe ſtellæ neceſſe eſt ꝙ ꝑ firmitatem ſolidi maneamus. Ego ſum inquit. Subſtantia .n. ſtellarũ ita eſt ſolida & firma, ꝙ nec vetuſtate corrũpit̃, nec putredine remollit̃, nec aliquo caſu diſsipat̃, & inde eſt qđ ſtellę à ſtãdo ſunt dictæ. ſic viri iuſti in cõſtãti ſoliditate animi ꝑſiſtunt, ita ꝙ nulli corruptioni pc̃ti ſubſunt. Nullo .n. tribulationis impetu quatiuntur, nullo tẽtationis turbine corrumpunt̃. Ego ſum inquit. q.d. Ego nõ fui nec ero, immo cõtinuè ſum. Exo. 3. Ego ſum q ſum. vnde Deute. 1. Eſtis hodie ſicut ſtellæ cęli. Iſta tñ ſunt cõtra multos q nõ habent cõſtãtiæ vel ꝑſeuerãtiæ firmitatem, ſed potius incõſtãtiæ & deſidiæ vanitatem. Tales ſunt illi qui in vno ꝓpoſito non perſiſtunt, ſimiles vaporibus inflãmatis q vident̃ eſſe ſtellæ & nõ ſunt, ideo non perſiſtunt, immo ſubito apparẽt, & ſubito deficiunt. Sic tales q̃uis aliqñ videant̃ apparere, & manere, ſolent tñ firmitate cadere & ceſſare, & nunq̃ in firmitate propoſiti vel mẽtis reſidere, ſicut patet de hypocritis nõ exiſtẽtibus, & falſis amicis nõ ꝑſeuerãtibus, & de viris incõſtãtibus, & nõ ꝑmanẽtib. Iſti .n. nõ poſſunt dicere Ego ſum, immo poſſunt dicere Ego fui. Apoc. 17. Beſtia q̃ vidiſti, fuit, & nõ eſt. Nec poſſunt dici ſtellæ manẽtes, ſed potius cadẽtes, & deſiſtẽtes. Matt. 24 Sol obſcurabit̃, & ſtellę cadent de cœlo. Nõ ſic chariſsimi, ſed neceſſarium eſt ſi volumus dici ſtellæ ſpũaliter, ꝙ ꝑ firmitatẽ ſolidi maneamus.

C ¶ Scd̃ò dico ꝙ neceſſe eſt ꝙ per pietatem noſipſos ꝓbeamus. Genus inquit. Stellæ .n. cõtinuè habent influere, & ſuã influentiã inferius deriuare. Sic iuſti per pietatem in alios influunt, & bona ſua ẽt alijs diſtribuunt & exponunt, & hoc oſtẽdit̃ cum dr̃. Genus, quia ſicut egenus eſt illud quod naturã ſuam cõicat oĩbus ſpeciebus (non eſt .n. dare ſpeciem in qua nõ poſsit natura gñris reperiri., ſicut aĩal ꝙ genus inuenit̃ in boue & in hoĩe, q̃ ſunt ſpẽs) ſic vere pij ſe habẽt per modũ gñris, non ꝑ modum indiuidui, quia .ſ. ipſi volunt gñaliter & liberaliter viuere, & bona ſua alijs deſtribuere, & cõicare & diuidere, & non indiuidualiter manere. Genus inquit 1. Petri 2. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Vnde de talib. ſtellis ſic cõicatiuis & diffuſiuis dr̃ Gen. 26. Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli. Quod eſt contra multos qui non ſunt ſicut ſtellæ diffuſsiuæ, piæ & cõicatiuæ, ſed potius ſunt ſtellæ per auaritiã inflãmatiuæ, & ꝑ cupiditatẽ attractiuæ, Similes ſtellæ, q̃ dr̃ mars, & illæ q̃ dr̃ canicula, q̃ ſunt ſtellæ feruẽtiſsimæ & figurati in illa ſtella de qua dr̃ Apoc. 8. ꝙ ſtella magna cecidit de cœlo ardens ſicut facula, quia .ſ. iſti ꝑ auaritiã & ꝑ cupiditatis deſiderium ſunt feruentes. Non ſic chariſsimi, ſed per pietatẽ noſipſos ꝓbeamus genus inquit.

¶ Tertiò dico ꝙ neceſſe eſt ꝙ per charitatem firmiter hæreamꝰ. Radix inq̃t. Stella .n. firmiſsime adhæret cœlo, & in eo taliter radicat̃, ꝙ nunq̃ euellit̃ ab eodẽ. ſic vere hõ ꝑ charitatẽ & verã amicitiã ita dẽt adhærere firmiter Deo & ꝓximo, ꝙ nullo caſu debet euelli nec ſeparari, ſed ibidem firmiter radicari. Radix inquit. Et hoc potiſsime ꝑtinet ad viros fideles, q .ſ. radicant̃ tenaciter in Dei amore, ita ꝙ de eis põt dici illud Eſai. 11. Ecce radix ieſſæ, q ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabũtur. Et bñ dicit deprecabunt̃ qa verè tales ſtabiles & fideles qñ inueniunt̃, ſunt deprecãdi, & cum oĩ reuerentia venerandi. Vnde talibus ſtellis põt dici illud Dan. 23. Qui ad iuſtitiã erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Qđ tñ eſt cõtra multos qui ſimiles ſunt planetis & non ſtellis in cœlo fixis, qa .ſ. ad modum planetarum (quæ ſtellæ erraticæ, dicuntur) aliqñ vadunt cum cœlo, aliqñ contra cœlum, qa aliqñ ſeruãt fidem & amorẽ Deo & ꝓximo, & aliqñ faciũt cõtrariũ, ſicut ad litterã de ꝑſonis imꝑfectis, & de amicis incõſtãtib. apparet, q nec cũ Deo nec cũ hoĩb. perſeuerant. Figurati. Apoc. 12. vbi dr̃ ꝙ cauda draconis trahebat tertiã partẽ ſtellarũ. & Dan. 8. dr̃ ꝙ cornu modicum quarti aĩalis deiecit de fortitudine & de ſtellis, qa draco .i. diabolus cum cauda ſuæ fallaciæ de fortitudine ſtabilitatis & fidelitatis trahit ſecũ ſtellas cęli, inq̃tũ facit ipſos à Dei amicorũ conſortio variare. Iõ de talib. incõſtãtib. dr̃ ĩ canonica Iudæ. Hi ſunt nubes ſine aqua, q̃ à ventis circunferunt̃, arbores autũnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus ſeu maris deſpumantes ſuas cõfuſiones, ſydera errãtia, quib. procella tenebrarum reſeruata eſt. Quia bř iſti ſimiles ſunt ventis & nubibus, marinis fluctibus, ſtellis errãtibus, arboribus eradicatis, & cito ardentib. ſiccitatem & ſterilitatem incurrentibus. Non ſic chariſsimi, ſed per charitatem firmiter hæreamus. Radix inq̃t.

¶ Quartò dico ꝙ ſi volumus ſpũaliter eſſe D ſtellæ, neceſſe eſt ꝙ per honeſtatem oĩb. placeamus, qđ oſtẽditur cum dr̃ Dauid, q dr̃ vultu deſiderabilis, qa .ſ. ſicut ſtella habet decorem in aſpectu, ita ꝙ ipſam delectabile eſt videre, ſic vir iuſtus in aſpectu ſuæ exterioris conuerſationis propter reſplendentiam honeſtatis debet eſſe deſiderabilis & delectabilis ad videndum. Dauid inquit 1. Regum 16. Vidi Dauid ſcientem pſallere, fortem robore, pulchrum viſu, prudentem verbis, & dñs eſt cum eo. Sicut .n. ad aſpectũ ſtellę nautę in mari dirigunt̃, & ſicut ferrũ acus tactũ ab adamãte, adamãtẽ naturaliter ſequit̃, ſic vere ad aſpectũ bonorũ exẽplorũ & honeſtatem cõuerſationis iuſtorũ alij dirigũtur ad vitã, & ab ipſis ad bonũ trahunt̃, & ꝑ ipſos veniũt ad ſalutem. Matt. 2. Vidimus ſtellã eius in oriente, & venimus adorare eũ cũ munerib. Iſta tñ ſunt cõtra multos, q ꝑ honeſtatem nõ ſunt fulgidi ſed ꝑ inhoneſtatẽ ſunt obſcuri. Ezec. 32. Cęlũ nube tegã, & nigreſcere faciã ſtellas eius. Põt .n. eſſe verbũ diaboli q cęlũ .i. eccleſiã nube vanitatis tegit, & ſtellas eiꝰ .i. ꝑſonas ꝑ inhoneſtatem nigreſcere facit. Nõ ſic chariſsimi, ſed ꝑ honeſtatem oĩbus placeamus.

C supernalis,& ista sufficientia est gloria paradisi,quæ tãta est, ꝙ quilibet propria gloria taliter est contentus , ꝙ amplius nihil vult habere,appetere seu velle . Nos etiam qui sumus in mundo,sumus sicut materia elementaris,quæ non est cõtenta forma sua,& ideo omnia elementa illa sunt corruptibilia. Illi aũt qui sunt in gloria,sunt sicut materia corporum cœlestium , cui sufficit forma sua in tantum quòd nulli alij appetit subijci,quapropter corpora cœlestia contingit non corrumpit.Sic vere charissimi,voluntas beatorum est totaliter repleta & satiata beatifica forma sua,intantum quòd sibi sufficit,taliter quòd nihil amplius appetit seu cupit. Nos autem qui elementares sumus,nullam sufficientiam in formis,id est in bonis temporalibus reperimus. Tria enim sunt quæ causãnt sufficientiam beatificam,scilicet

Plenissima delectatio.	Ibi enim est plenitu-
Clarissima speculatio.	do summi dulcoris.
Dignissima sublimatio.	Prouerbi.25.Mel in-

uenisti,comede quod sufficit tibi.Itẽ ibi est lympitudo clari splendoris,clarè enim vident Deum. Ioann. 14. Domine ostende nobis patrem,& sufficit nobis.Item ibi est celsitudo grandis honoris , quia scilicet quilibet quodammodo est æqualis ipsi Deo.vnde Marc.10.Sufficit discipulo si sit sicut magister eius.Sic igitur patet ꝙ triplex est sufficientia, scilicet superior,interior,& exterior.Vide supra &c.

Summus.Summitas. Nota qđ summus vel summum pprie A dicitur illud quod in vnoquoque genere excellens , supremum & arduum inuenitur. & sic summitas nihil aliud est quam cuiuslibet rei cacumen vel altitudo.Possum ergo notare quòd sicut supra de altitudine, eleuare , erigere, & de sublimitate dictum est multiplex etiam potest summitas reperiri scilicet summitas

AEternæ deitatis.	Est igitur summi-
Internæ voluntatis.	tas maiestatis æter-
supernæ dignitatis,	næ quia scilicet de-
Externæ potestatis.	sup omnia est sum-
Mundanæ vanitatis.	mus,& sua maie-

stas est super omnia summa. Vnde dicit in psalm . A summo cœlo egressio eius &c. Vnde de ipso dicit Balaã Nume.23. De summis silicibus videbo eũ. Item est summitas voluntatis internæ, quia volũtas summa & excelsa efficiᷣ, quãdo p affectionem & contemplationẽ sursum eleuatur. De qua in psalm.dicitur.Erit firmamentũ in terra in summis mõtium, superextolletur super libanũ fructus eius , & florebũt de ciuitate sicut fœnum terræ.Itẽ est summitas dignitatis supernæ,& ista est summitas gloriæ paradisi , de qua Hiere. 38.c. Estote sicut colũba nidificans in summo ore foraminis.Itẽ est summitas ptãtis externæ , & ista est summitas seculariũ dignitatũ, in quibus ambitiosus semper desiderat summus esse.Vnde de ambitioso,Iasone diciᷣ ꝙ in semetipsum rector sit summum sacerdotium.2. Machabæ.4. Item est summitas vanitatis mũdanæ , & ista est summitas & celsitudo superbiæ, quia scilicet superbi volunt esse in summo,de quo in ps. Posuerunt sua signa,& nõ cognouerũt, sicut in exitu sup summum.Patet ergo quomodo summitas sumiᷣ multis modis, sed non prosequor,quia in prædictis titulis multa dixi .

Super.Supra.Superius. Superior.Sursum. Nota ꝙ A super est,quædam præpositio significans cuiuslibet rei loci vel operis superioritatem vel excellentiã vel sublimitatem

Et

& ideo ſm diſtinctiones quibus adiungitur, pōt ſignificare in bono, & in malo. Notare ergo poſſumus, ꝙ iſta dictio ſuper, ad quinque generaliter ſe extendit. Et ſic videlicet dico, quod in ſcriptura inuenio ſuper, quod pertinet ad

Summum creatorem.
Altum præceptorem.
Iuſtum viatorem.
Vanum peccatorem.
Malum tentatorem.

Deus.n.dicitur ſuper cunctis prædominádo. Et ſic dicitur in pſal. Excelſus ſuper oēs gētes dñs, & ſuper cęlos gloria eius. Prælatus eſt ſuper ſubditos præcellendo. Et de hoc Eſaiæ 9. Super thronũ Dauid, & ſuper regnũ eius ſedebit, vt cōfirmet illud, & corroboret in iudicio &c. Iuſtus eſt ſuper, ſumma concupiſcēdo. Et de hoc Eſaiæ 40. Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas ſyon. Impius eſt ſuper, ſe cunctis præferēdo, dicens cum diabolo illud Eſa. 14. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſuper aſtra cęli exaltabo ſolium meum. Diabolus eſt ſuper, malos ſubiiciēdo. & ſic dicitur Iob 41. Ipſe eſt rex ſuper oēs filios ſuperbiæ. ¶ Dicamus ergo primo, ꝙ ē ſuperioritas ſummi creatoris, quia ipſe Deus eſt ſuper oēs, & quantum ad excellentiã naturæ, & quantum ad prædominiũ prælaturæ. De natura n. & de proprietate ipſius alios præcellente dr̄ Ioã. 3. Qui de terra eſt, de terra loquitur, qui de cęlo venit, ſuper omnes eſt. De prælatura vero, & de poteſtate ipſius aliis prædominante dr̄ in pſal. Exaltare ſuper cęlos Deus &c. Sol.n. ſuperius reſidens in hemiſpherio ſuo inferioribus influit, cunctaque fouet, vigetat atq; regit. Vnde ſol eſt ſuper oēs creaturas non ſolum per nobilitatem conditionis, imo ēt per ſuperioritatem prælationis, ſignificans ipſum Deum, qui ſupereminet vniuerſis, & ſicut rex, & ſuperior oium habet curã. Et ideo ſicut videmus, ꝙ corpora ſuperiora, & maxime ſol iſta īferiora ſolet illuminare, vegetare, & inflãmare, ſic Deus inferius illuminat corda per gratiã illuſtrando. vegetat cuncta per miſericordiam confouēdo, inflammat per iuſtitiam puniendo. De gratia ſua dr̄ Matthæi. 5. ꝙ pater ſolē ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos. De miſericordia ſua dr̄ in ps. Fiat miſericordia tua dñe ſuper nos &c. Miſerationes eius, ſuper omnia opera eius. De iuſtitia vero dicitur 1. Reg. 2. Dominum formidabunt aduerſarii eius, & ſuper ipſos in cœlis tonabit. Quia pro certo chariſſimi de iſto ſuper. i. de ſuperioritate Dei, non ſolum venit ad nos benignitas miſericordię, imo etiam ueritas, & iuſtitia, aſperitas, & ſeueritas, ſicut de nubibus, q̄ ſunt de ſuper non ſolum deſcendit ros, & pluuia imo etiam grando, fulgura & tonitrua, quia ipſe non ſolum facit miſericordiam humilibus iuxta illud pſal. Veniat ſuper nos miſericordia tua domine ſalutare tuum. imo etiam facit iuſtitiam delinquentibus, quia ſicut dr̄ in pſa. Ipſe pluit ſuper peccatores laqueos, ignis. grando. nix &c. Iſta eſt igitur ſummitas uel ſuperioritas ſummi creatoris. Iſta aũt ſuperioritas tunc ſummè apparuit quando in Aſcenſione inferiora reliquit, & ſurſum ad cęleſtia tranſuolauit. Exemplo ignis, cuius natura eſt ſurſum aſcendere, & de imis ad ſuperiora ſe leuare. Superius.n. eſt ſua regio, ſuaq; propria habitatio, & manſio, iuxta illud Deuterono. 4. Dominus ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum. & Deutero. 33. Habitaculum eius ſurſum. Vbi aduerte, quòd ipſe Deus in ſuperioritate maieſtatis.

Habet
- ſecuritatem imperturbabilem. Habitaculum.
- authoritatem inæſtimabilem. Eius.
- ſublimitatem inattingibilem. Surſum.

Et pp hoc ipſe ſicut ſuperior debet amari, & totis viſcerib. & deſideriis honorari, quamuis peccatores nolint ipſum habere ſuperiorem, nec eius iuſſionibus obedire, dicētes illud Lucæ 19. Nolumus hunc regnare ſuper nos. Ipſe vero malis gratibus eorundē ſuper eos regnabit, & ipſos in iudicio cōdemnabit, iuxta illud Ezech. 20. c. In manu forti, & brachio

B extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. Patet igitur, ꝙ per ſep intelligitur ſuperioritas ſummi creatoris. ¶ Secundò, dico ꝙ p ſuper intelligitur ſuperioritas boni præceptoris, i. iuſti prælati, quia. ſ. ipſe eſt ſuper ſubditos, ſicut magiſter ſuper diſcipulos, vt ipſos doceat, & ſicut gallinę ſuper pullos ſuos, ipſos fouendo, tutor ſuper pupillos, vt ipſos ſuſtineat. Et ideo de tali ſuperiori, & ſuperioritate ſua poteſt dici illud pſal. ꝙ ipſe eſt ſicut aquila prouocans pullos ſuos ad volandum, & cætera. Cœlum.n. eſt ſurſum, & terra deorſum, ſicut dr̄ Prouer. 25. Quia cęlum. i. prælatus qui totus debet eſſe cęleſtis, ſurſum ē in maieſtate, terra vero, i. populus ſubdit⁹, deorſum eē debet in humilitate. Prælatus.n. debet eē ſuperior

- prouidendum.
- Ad corrigendum.
- inſtruendum.

Dico ad prouidendum, quia ſicut de ſuperioribus veniet pluuia, quæ eſt inferiorum omnium nutritiua, ſic uere de prælatis debet pluuia beneficiorum deſcendere, quibus debent in neceſſariis ſubditis ſubuenire. vnde Luc. 12. dr̄ ꝙ iſte debet eſſe fidelis ſeruus, & prudens &c. Item debet eſſe ſuper ad corrigendum. Loca.n. ſuperiora ſunt vt communiter frigidiora. patet in montibus. Sic vere prælati, & ſuperiores debent eſſe per iuſtitiam aſperiores, & ſeueriores. Vnde de lapide angulari .i. bono, & iuſto prælato dicitur Lucæ 20. ꝙ ſi quis ſuper lapidem iſtum ceciderit, conquaſſabitur, ſuper quem vero ceciderit, comminuet eum. Item ſuper debet eſſe in inſtruendo, quia lumen venit de ſuperioribus, non de inferioribus. Et iō de prelatis ad illuminandum alios inſtitutis dicitur Matthęi 5. Lucerna non ponitur ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat oibus qui in domo ſunt, & ut ingredientes lumen uideant. Sic igitur patet, ꝙ per ſuper intelligitur ſuperioritas boni præceptoris. ¶ Tertiò dico, ꝙ per ſup intelligitur ſuperioritas iuſti uiatoris, quia ſicut ſtellæ ſunt ſurſum in cęlo, & C
non deorſum in terra, ſic iuſti ſunt ad Deũ per deſideriũ erecti, & ad bona cœleſtia per affectum eleuati, & ad morum excellentiam ſublimati, vt ſic dicant imperfectis hominibus, & terrenis illud Ioan. 8. Vos de deorſum eſtis, ego de ſuperius ſum. & merito, quia ſicut dicitur Iacobi 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt deſcendēs à patre luminum. Videmus.n. ꝙ res cæteris leuiores, ꝙ res cæteris pinguiores, ꝙ res cæteris calidiores, ſemper volunt ſuperius eſſe, & nũquam volunt deorſum, niſi per violentiam, detineri. De rebus.n. leuibus patet in aere. De rebus calidis, & feruentibus patet in igne. De rebus pinguib⁹ patet in oleo vel in pice. Quia pro certo leuia, & ardentia, & pinguia naturaliter ſurſum petunt, & nunquam niſi violēter deorſum, remanent aut ſubſiſtunt. Sic procul dubio viri iuſti, qui ſunt Leues per obedientiæ agilitatem. Feruentes per amicitiã, & charitatem, Pingues per clementiam, & pietatem, nunquam deorſum in amore terrenorum manere, ſed ſurſum ad bona æterna ſemper quærunt mentaliter ſe transferre. Sicut.n. ſuponitur Eccl. 3. Spiritus. i. affectus filiorum homiuum aſcēdit ſurſum, & ſpiritus iumentorũ deorſum. Quia iumenta, i. homines beſtiales deorſum ad bona mundi deſcendũt, ſpiritus vero, & voluntas hominum. i. uirorum rōnabilium, & iuſtorum, ſuperius ad cęleſtia aſcendunt. Arbor.n. quamuis inferius radicetur in terra, ſurſum tamen erigitur, & leuatur. Sic homo quamuis in terra quo ad corpus ſit neceſſario radicatus, debet tamen mentaliter ſuperius eſſe eleuatus. unde Eſa. 37. Mittet radicē deorſum, & fructum ſuũ faciet ſurſum. Ad hoc monet ſcriptura ad Coloſſe. 3. vbi Apoſtolus monet ſic. Quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. quę ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. In quibus uerbis aduerte, quòd illa quæ ſurſum ſunt, ſunt affectanda, contemplanda, & meditanda multiplici ratione, ſcilicet D

Quia
- clariora.
- puriora.
- tutiora.
- tranquiliora.
- dulciora.
- vtiliora.

Primum probat locus luminoſus, quæ declaratur. Surſũ. Secundum hoſpes glorioſus, qui receptatur. Vbi Chriſtus eſt. Tertium uigor virtuoſus, quo quis iuuatur. In dextera Dei. Quartum ſtatus gratioſus quo, quis firmatur. Sedens. Quintum cibus dulcoroſus, qui miniſtratur. Sapite. Sextum fructus vitioſus quo quis reſecatur. Non quæ ſuper terram. Eſt enim vt patet in auctoritate pdicta, ſuperius claritas inobfuſcabilis, quia Surſum, quia pars ſuperbior mundi magis eſt luminoſa. Puritas immaculabilis. Vbi Chriſtus eſt inquit q.d. alias non eſſet ibi, niſi eſſet locus purus. Firmitas inconcuſſibilis, quia in dextera Dei, quia. ſ. proteguntur, & defenduntur ſancti Dei. Tranquillitas imperturbabilis. Sedens. Sedere enim tranquilitatem ſignat. Suauitas inæſtimabilis. Sapite. quaſi dicat ibi ſunt res ſapidæ. Vtilitas ſeu nobilitas incomparabilis. Non quę ſuper terram. quaſi dicat iſta nō ſunt vtilia ſicut illa. Igitur quæramus iſta ſuperiora tanquam loca cũctis clariora. Ibi.n. eſt claritas corporalis, & materialis, & etiam ſpiritualis, quia ibi eſt perfecta claritas ſcientiarum & perfecta ſcientia rerum. Montes enim, & loca ſuperiora ſunt

sunt magis vt cōiter luminosa, & aues nobiles, quæ lumē diligunt, in locis altis, & superioribus nidū faciūt, sicut de Aqla dicit Gregor. super illud Iob 39. c. Eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidū suum. Sic & nos, qui sumus nobiles, & virtuosi, debemus patriam illam superiorē diligere, & verū lumen claræ cognitionis, quod ibi est appetere, & amare. Sursum inquit. Iacobi 1. Oē. n. datum optimum, & oē donū perfectum desursum est descendēs à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Qđ tñ est contra multos, qui plus diligunt bona inferiora cum sua obscuritate, q̄ superiora cū sua claritate. Similes talpæ, quæ oculos habens sub corio nihil videt, & in locis obscuris, s. nō supra, sed infra terram residet atq; manet. Sic vere isti, de quibus dr̄. Oculos habēt, & nō videbūt, superiora bona spiritualia, & æterna cum claritate veræ scientię vilipēdunt, inferiora vero, & terrena cum obscuritate secularium scientiarum appetunt, habent & attendunt. psal. Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladii, partes vulpiū erūt. Non sic charissimi, sed quæ sursum sunt quęrite, sicut loca cunctis clariora. Sursum. ¶ Iterum dico, ꝙ sunt appetenda illa, quæ sunt sursum, tanquā loca cunctis puriora. Vbi Christus est inquit. Præsentia. n. Christi denotat locum esse purum, & mundum. Ipse. n. more apum non habitat nisi in loco puro, & mundo. Loca. n. superiora magis sunt mūda, q̄ inferiora patet de mōtibus, & vallibus. Ideo cum in ista valle lachrymarum nō sit perfecta munditia, debemus superiora appetere, vt cū Christo mūdè possimus habitare. Vbi inquit Christus est. quia dr̄ ad Galath. 4. Quæ sursum est Hierusalē, libera est, quæ est mater nr̄a. Vt sic dicat qlibet illud ad Phil. 1. Cupio dissolui, & esse cū Christo. Qđ tñ est cōtra multos, q non curant nec de mundo loco, nec de mūda societate, s. de immūdo potius, & immunda, sicut sunt luxuriosi, similes porcis, q non respiciūt sursum, imo deorsum, qui non delectantur in mūdis, sed potius in fętidis, & impuris, sicut &c. Vnde Thre. 4. c. Qui vescebantur voluptuosè, amplexati sunt stercora. Non sic charissimi, sed sursum vbi sunt loca cūctis puriora, & mundiora. vbi est Christus, dicēs Io. 14. Vado parare vobis locū, vt vbi sum ego, & vos sitis. ¶ Etiam dico, ꝙ habitemus sursum, quia ibi sunt loca cunctis tutiora. Dextera inquit Dei, quæ. s. defendit & tuetur sanctos, & eos reddit tutos, & securos. psal. Dextera tua protexit me. In locis. n. superioribus est difficilior hostiū accessus, ibi. n. fundantur castra fortiora, & propter hoc loca sunt ad habitādū tutiora. Auis ēt q̄ diu est superius, magis est in loco tuto, q̄ si esset in aliquo basso loco, sursum. n. nec laqueus attingit, nec sagitta volat. Sic vere, q̄ diu mēs nostra sursum fuerit in cōtemplatione, & affectione æternorū, tandiu ab hostium impugnationibus est secura. Et econuerso, si deorsum ad terrena descenderit, tentationū periculum statim subit. Et ideo bene consulitur Matt. 24. Qui supra tectum est, non descendat. Simus igitur sursum, quia loca sunt cūctis tutiora. ¶ Deinde dico, ꝙ ibi sunt loca cunctis trāquilliora. Sedens inquit. Sedere. n. tranquillitatē designat, eo ꝙ ille qui sedet, vr̄ quiescere, non moueri. De quo Apocal. 4. Ecce sedes posita erat, & supra sedē sedens. Quia superior pars aeris plus est trāquilla, & quieta, quàm inferior, eo. s. ꝙ ibi tonitrua, venti & turbines non ascendunt, quæ tamen partē inferiorem perambulant, & discurrunt. Sic vere superioritas ista affectionis vel contemplationis, vel ēt cęlestis habitationis tranquilla est, & quieta. non. n. ibi sunt venti, & flatus tentationum, turbo & tonitruum comminationum, grando & fulgura tribulationum, quæ tñ oīa hic inferius inueniuntur, vbi hoīes nulla tranquillitate viuere comprobantur. Sursum ergo sedeamus. Sedens inquit. vnde Matt. 21. dicitur, ꝙ imposuerunt apostoli vestimenta sua pullo asinæ, & eū desuper sedere fecerunt. Et ideo breuiter de ista trāquillitate pacis vel mentis, quæ est in isto super, i. in excellentia perfectionis, potest dici illud Apoc. 14. Vidi supra montem syon agnū stantem. q. d. ibi sursum est quies, & status, & deorsum non. & Lu. 22. Edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, quia loca ibi sunt tranquilliora. ¶ Deniq; dico, ꝙ simus sursum, quia loca sunt cunctis dulciora. Sapite inquit. Fructus. n. in arbore superiores sunt vt communiter sapidiores, & maturiores. Sic pro certo loca superiora spiritualia & æterna, splendidiora sunt, & magis delectabilia quàm terrena, vnde Eccl. 24. dr̄. Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & fauū. Sapite inqt. i. saporē cognoscite. ad Rom. 12. Nō plus sapere, q̄ oportet sapere, sed sapere, ad sobrietatem. Quod tñ est contra multos, qui plus sapiunt, q̄ necesse est, quia. s. ipsi inueniunt saporē in inferioribus, & tñ dr̄ Iaco. 3. Non est ista sapientia desursum, sed terrena, aīalis & diabolica. Sunt. n. animalia, quæ habent dentes in inferiori mandibula tm̄, sed nō sunt aliqua quæ tm̄ habent in mandibula superiori. Ad denotandum, ꝙ multi inueniuntur, qui solum masticant, & sapiunt inferiora. Non sic sed q̄ sursum sunt sapite, vbi sunt loca cunctis dulciora. ¶ Insuper simus moraliter, & mentaliter sursum, quia loca sunt cūctis nobiliora. Non super terrā inquit. q. d. ista sunt notabilia, nobilia & non illa. Differunt. n. sicut perpetuum, & incorruptibile, sicut permanens, & mutabile, sicut existens, & defectibile. Et ideo ista nobilia possunt dici, & maximè quia ista, & non illa à sanctis viris solent eligi, & amari, nō ergo illa q̄ sunt super terram, sed superius, quæ sunt in cœlo. psal. Super omnes cęlos gloria eius. Sicut. n. Leuit. 11. dr̄, aīal quod super manus ambulat, terram videlicet tangendo immūdum erat, quia. s. illi qui super terram per affectum ambulant, & bona, quæ sunt supra terram amant, immundi apud Deum dici debent. Quod est contra ambitiosos, quibus dicitur Gen. 3. Super pectus tuum gradieris, & terrā comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Patet igitur, ꝙ sex sunt causæ, ꝑ quas superioritas magis debet appeti q̄ inferiora. Igitur bene dico, ꝙ ista superioritas est iusti viatoris, quia. s. ipse debet esse sursum, & sup alios, ipsos. s. per perfectionis apicem pręcellēdo, & mentem suā ab istis infimis eleuando, & in locis superioribus habitando, & ea cordialiter affectando, iuxta illud Deut. 28. Constituet te dominus in caput, & non in caudam, & eris semp super, & non subtus. Vel dic si vis, ꝙ iustus debet esse. s. super

Deum per deuotionem.	Sit ergo super Deum
Proximum per compassionem.	ipsum diligendo. Mi-
Cœlum per affectionem.	cheæ 3. Super domi-
Seipsum per considerationem.	num requiescebant.
Mundum per detestationem.	& de aīa deuota dicit
Infernum per formidationem.	Cant. 8. Quæ est ista, q̄
Empyreum per gloriæ adeptionē.	ascendit per desertū

deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Item sit super proximum, ipsum confouendo. vnde Gene. 43. dr̄ ꝙ Ioseph videns Beniamin fleuit, quia commota sunt viscera eius sup fratre suo. Item sit super cœlū, ipsum contemplando. Esa. 14. Ascēdam super altitudinem nubium. Item sit super seipsum, se considerando. Hiere. 6. State super vias vestras, & vedete, & interrogate de semitis antiquis. Itē sit super mundum, ipsum detestando, per ipsius vanitatis recogitationem, de quo Marci 8. dr̄ ꝙ Iesus præcepit turbæ discumbere super terrā. Item sit super infernum, ipsum formidando. Esa. 8. Suscipiet sursum, & ad terram intuebitur. Et tunc tremens dicet domino illud. Super me confortatus est furor tuus &c. Eccl. 5. Deꝰ in cęlo, & tu super terram. Et sic sequitur, ꝙ finaliter ipse erit super empyreum, ipsum habitando, & ibi cęlestem gloriam vendicando. Deut. 33. Habitaculum eius sursum. Ita ꝙ tunc dicetur illud Deut. 32. Cōstituit eum dn̄s super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum &c. Et tunc etiam habebit illas sex conditiones, quæ supradictæ sunt in authoritate. Quæ sursum sunt quærite. Et ita apparet, ꝙ est quadam superioritas vel quoddam super iusti viatoris. quod est tertium principale. ¶ Quartò dico, ꝙ est vnum super vani peccatoris F
& illud super nihil aliud est quam superbia, quia. s. superbi, & ambitiosi semper volunt esse in altis dignitatibus, & officiis, iuxta illud. Matt. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribę & pharesæi &c. uide supra de ambitione, vbi ponitur. Quædam authoritas. Ascēdam super altitudinem nubiū. ¶ Quintò uero est superioritas hostis deceptoris. s. diaboli, q supereminet peccatoribus, sicut accipitur superuolat auibus. Vnde de ipso potest dici illud psa. ꝙ ipse pluet super peccatores laqueos. supple tentationum. Ipse. n. est super eos, primo eos fouendo per delectationem, tandem ipsos tangendo, & capiendo per tentationem, & finaliter occidendo per æternā damnationem. Vnde de ciuitate malorum dicitur in psalm. quòd circundabit eam super muros eius iniquitas &c. Ista ergo de Super & Superius & Sursum sufficiant.

Superare.

Not. ꝙ superare tribus modis sumitur in A scriptura. Sumitur. n. ꝑ excedere, vel pro præcellere

præcellere, vel pro manere, vel pro vincere. Pro præcellere vel excedere sumitur qn̄ dr̄, ꝙ vna res superat aliam in aliqua qualitate. Et sic dr̄ Eccle:33. vbi dr̄. Dies diem superat, & lux lucē. Pro manere sumitur qn̄ dr̄, ꝙ cibus remanens quē comedere nequimus, nos superauit. & in similibus. Et sic sumit̄ Io.6. vbi dr̄. Colligite fragmenta quæ superauerunt. Pro vincere vero sumitur qn̄ ille à quo, quis vincitur vel vincimur, superare dr̄. Et sic sumitur 2. Petri 2. A quo quis superatus est eius seruus efficitur. ſm autem illum modum ponitur communiter. Et ideo de tali superatiōe vel victoria possent multa dici, sed paucę sunt auctoritates. Et ideo vide infra de Vincere, & de Victoria, vbi tractabitur.

A **Superbia. Superbus.** Cū superbia sit vitiū vitiorū, & super oia alia graues, & reprobum reputetur, & hoc pp hoc, ꝙ quasi cōtra naturam esse vr̄ pro eo, ꝙ fragilitate naturæ suæ hō ad humilitatis semitam inuitatur, possemus multa de eo dicere nisi quia de eo fuerunt in diuersis præcedentibus titulis multa dicta. Breuiter ergo dico, ꝙ superbia est vitiū mentis quo quis vltra debitum de seipso pręsumitur, & tm̄ se glorificans alios vilipēdit. Terra. n. quamuis sit vile, & graue elementū, qn̄q; tn̄ in interioribus ventus generatur, qui terram concutiens terremotū, & tonitruum magnum facit. Sic vere quāuis terra. i. homo terreus, & mortalis utilissimæ sit naturæ, cōtingit tamen, ꝙ ventus vanitatis, & præsumptionis, elationis & superbiæ in eo generatur, ita ꝙ terremotum tribulationū excitat, & tonitruum verborum, & comminationū promulgat, contra illud Eccles. 10. Quid superbis terra & cinis? q. d. Non decet terram superbire. i. non decet terrenum hominē ad quem humiliari pertinet, per superbiæ vitium insanire. Istud. n. vitium primum, & principale dicitur aliorum. Nam sicut dicitur Eccl. 10. Initium peccati superbia. Et ideo illud vitium est summe fugiendum. Hoc monebat Thobias cum dicebat, Thobiæ 4. In sensu tuo aut in verbo tuo superbiam nunquam dominari permittas, ab ipsa. n. sumpsit initium oīs perditio. Et bene dicit dominari, quia, scilicet primi motus superbiæ non sunt in nobis vel in nostra potestate, cum forsitan à complexione nascantur. Dominatio vero superbiæ interdicitur, & hoc quia non nisi in homine voluntariè principatur. Dico ergo, quòd superbiam debemus fugere multiplici ratione scilicet, quia est

B Diuinæ displicentiæ prouocatiua.
Internæ iracundiæ concitatiua.
Verbalis arrogantiæ suscitatiua.
Mentalis sapientiæ excœcatiua.
Crudelis volentiæ executiua.
Pomposæ extollentiæ declaratiua.
Verbosæ eloquentiæ generatiua.
Criminosæ excrescentiæ augmentatiua.
Ruinosæ opulentiæ dissipatiua.
Dolorosæ pestilentiæ introductiua.

Ista enim decem mala vel cornua facit, ista bestia mala superbia, ꝓpter, quæ debet à nobis refugi, & vitari. Figurata p decē cornua bestiæ quā mulier purpurata ęquitabat, sicut dr̄ Apoc. 17. Quia. s. superbia quam equitant, & portant purpurati huius mundi, habet decem cornua supradicta. ¶ Primum cornu est diuinæ displicentiæ prouocatio. Deo. n. summe displicet superbia, quia superbus est sicut basiliscus, quē mustela parua bestiola persequitur, & odit. vnde Iudith. 9. Superbi nō placuerunt tibi ab initio. Vnde & ipse Deus Amos. 6. Detestor ego superbiam Iacob. Sicut. n. similitudo est mater amoris, sic dissimilitudo est mater odii, & rancoris. Et ideo sicut Deus qui est humilis, alios diligit sibi similes, sic superbos sibi contrarios persequitur, & inuadit. Deus. n. superbis resistit, humilibus aūt dat gratiam. Iacobi 4. Ideo dicitur Eccl. 10. ꝙ odibilis est corā Deo, & hominibus superbia. Et ꝓpterea ipsa sapientia increata Dei filius. Pro. 8. dicit sic. Arrogantiam, & superbiam, & viam prauam, & os bilingue ego detestor. Igitur primum cornu illius bestiæ est diuinæ displicentiæ prouocatio. ¶ Scd̄m cornu est internæ iracuudiæ cōcitatio. Superbus. n. faciliter irascitur, & difficiliter complacatur. Patet de leone, quod est animal superbum, & tamen ad iracundiam prōptissimum. Istud patet ad literam de superbis, qui inter se nūquam habent pacem, sed potius discordiam atque litē. Duo. n. corpora rotunda sphęrica vel tumorosa non possunt inuicem copulari, solum. n. in puncto se tangunt, & ideo nunquā tenaciter se coniungunt, imo ab inuicem faciliter se disiungunt. Sic vere tumorosi, superbi & inflati ita parum se coniūgunt per amorem, ꝙ nunquam possunt per concordiam copulari firmiter, quinimo facillime solent litibus, & cōtrouersiis ab inuicem separari. Nam sicut dicitur Prouer. 13. Inter superbos semper sunt iurgia. Secūdum ergo cornu istius bestiæ est internæ iracundię concitatio. ¶ Tertiū cornu est verbalis arrogantiæ stimulatio. Superbi. n. vt communiter sunt arrogantes in verbis. nullum. n. possunt dicere verbum gratiosum, sed magis arrogans, indignum & iniuriosum. psa. Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustū in superbia, & abusione. Elephas. n. qui flectere nequit genua, detestabilem promit arrogantiæ barritum. Vnde Esaiæ 16. Audiuimus superbiam moab, superbus est valde superbia eius, & arrogātia eius plus, quam fortitudo eius. Et ideo Hiere. 48. dr̄ illud idem. s. Audiuimus superbiam. vt supra Hie. 49. dr̄. Arrogantia tua, & superbia tua decepit te qui habitas in cauernis Petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis. Istud ergo cornu tertiū est verbalis arrogātiæ stimulatio. ¶ Quartū cornu superbiæ est mentalis sapientiæ excæcatio. Superbus. n. vr̄ esse cæcus, non. n. videt seipsum, nec cogitat in his, quæ pertinēt ad salutē. Bubo. n. quæ vr̄ esse auis cornuta, debilissimū visum habet. sic superbus cornutus, & elatus, parū visu sapientiæ illustratur. Ventus. n. & fumus superbiæ oculos intellectus ita hebetat, & obfuscat, ꝙ nec se nec alios videt. Non. n. videt superbus vn̄ venit, nec vbi est, nec quo vadit, non videt ēt quanta est aliorum sufficientia, quia. s. seipsum reputat solum, & omnes alios vilipendit. Et ideo de sapientia dr̄ Eccle. 15. Homines stulti non videbunt illam, longe. n. abest à superbia, & dolo. Est igitur quartum cornu superbię mētalis sapientiæ excæcatio. ¶ Quintum cornu est crudelis violētiæ executio. Superbi. n. naturaliter sunt crudeles, rapinæ, & violētiæ professores, simplicium & pauperum oppressores. Prouer. 22. Arma & gladius in via superbi. Draco. n. q altè vr̄ valore, & ignem dicitur emittete, & spirare, est animal crudelissimum, elephanti bestiæ simplici inimicum sic vere superbi, volatiles & elati ignem crudelitatis spirant, & simplices, & pauperes persequuntur, odiunt atq; grauant. psalm. Dum superbit impius, incenditur pauper. Est igitur quintum cornu crudelis violentiæ executio. ¶ Sextum cornu est pōposæ excellentiæ ostentatio. Superbi. n. gestu, & habitu sunt elati. qd̄ pateā, quia vix hominem dignatur respicere, erecti solent in suis actibus, & uerbis semper superbiam declarare. Similes hyenæ superbæ bestiæ, quę collum habet inflexibile, quia superbi collum flectere non dignantur. Et tamen isti deberent attendere, ꝙ equus qui non potest flectere genua, faciliter cadit. sic tales. Vnde Danielis. 4. dicitur quod Deus gradientes in superbia potest humiliare. ¶ Septimum cornu superbię est verborum, & iactantię cumulatio. Superbi. n. semper volunt loqui, habere. n. uolunt omnia verba, & de suis factis, & diuitiis se iactare. Timpanum. n. plenum vento quando est bene siccum, & extentum, multum est sonorum. sic vere, qui vēto superbiæ est repletus, & ad omne malum per obstinationem extētus, & per defectum diuinę gratię aridus atq; siccus, per verbositatē iactantiæ, & superfluæ eloquētiæ cōiter est sonorosus. Modica. n. occasione superbus prorumpit ad sonum. vnde Sopho. 3. Auferā de medio tui magniloquos superbiæ tuæ. psal. Os eorum locutum est superbiam. Istud est ergo septimum cornu superbiæ, s. verborum iactantiæ cumulatio. ¶ Octauum cornu est criminosæ excrescentiæ augmentatio. Quia. s. superbia est vitium quod continuè crescit. Ventus. n. quando à mari vel à terra oritur, est vapor modicus, sed tandem continuè crescens efficitur aliquando valde magnus. sic vere superbia à corde procedens, quamuis in sui principio sit modica, continue tn̄ crescendo fit postea ualde magna ps. Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper. Superbi. n. in sua superbia facilius obstinantur quam alii criminosi. Vētus. n. superbiæ ipsos agitare non cessat, quousq; per mortē, ipsos interficiat, & occidat. Vnde de Nabuchodonosor dr̄ Dan. 5. ꝙ spiritus eius obfirmatus est ad superbiā, & depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est ei, & ab hominibus eiectus est. Expone si vis cōtra superbos. Vn̄ de tali obstinatione dr̄ Iob 5. Cunctis diebus suis impius superbit. Istud ē ergo octauū cornu supbiæ, s. criminosæ excrescentiæ augmētatio. ¶ Nonū cornu est ruinosæ opulentiæ dissipatio. Superbia. n. causa est, & occasio, ꝙ superborū gloria, & opu-

lentia parum durat, & faciliter dissipatur. Luna.n.quæ stella est cornuta, faciliter perdit lumen. Mõtes.n.qui præ aliis partibus terræ eleuantur, terræ motũ sępius quam valles patiuntur. sic vere elati, & cornuti superbi lumẽ ꝓsperitatis, & gloriæ suæ temporalis faciliter perdunt, & terræmotum tribulationum incurrunt. vnde Eccl.21. Domus quę nimis locuples est, annullabitur superbia. ¶ Decimũ cornu superbiæ dolorosæ est pestilẽtiæ introductio, s.mortis æternæ. Quia pro certo non sufficit Deo tẽporaliter superbos prosternere, quinimo solet eos sagitta mortis æternæ iaculari. Fulmen.n.quod cœleste iaculum ab antiquis dicebatur, solet magis alta loca percutere. sic iaculum mortis æternæ, & percussio diuini iudicii solet libẽtius lędere corda superba. Iob 40. Disperge superbos in furore tuo, & omnem arrogantem humilia. Maiori.n.impetu, & conatu impellit fulgur loca fortia, & resistentia, quã humilia. & debilia. Patet de leone, q̃ libẽtius inuadit erectos hoĩes, q̃ prostratos, iuxta illud Hier.46. Fortis impegit in fortem. Sic Deus magis vult resistere sibi resistentibus & superbis, quàm humilibus, & benignis, quia sicut dictũ est Iaco.4.c. Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã. Sic igitur patet, ꝙ superbia est bestia habens decem cornua propter decem mala quæ causat, & septẽ capita propter septem genera quibus cõstat. Quia.s.superbia habet septem species, quæ sunt. Arrogantia, quæ fit quando bonum quod non habet, se credit vel dicit habere. Inanis gloria, quando de bonis suis laudem hominum quærit. Iactantia, quando homo seipsum ostentat, & laudat. Singularitas, quando aliquod bonũ, solus se credit habere. Pręsumptio, quando bonum quod habet, suis attribuit meritis. Proteruia, quando aliis subiici dedignatur. Ambitio, quando aliis vult præferri. Ista ergo bestia cum suis septem capitibus, & decẽ cornibus summè debet vitari, & à cunctis hominibus declinari. Vide supra in titulis de Altitudine, Ascendere, Exaltare, Eleuare &c.

Supplantare.

Vide supra de Decipere.

Superuenire.

Vide supra de accidere.

Supplicium.

Vide de pœna, & vbi aduersitas, tribulatio, vel afflictio.

A Surdus Surditas.

Nota quod surditas, quæ nihil aliud est, quàm defectus & impossibilitas audiendi, potest sumi in bono siue in malo. Vnde nota, quòd est surditas

Patientiæ.
Ignorantiæ.
Pestilentiæ.

Prima est surditas magnæ perfectionis. Et ista est quando vir patiens iniuriis, & improperiis, quæ sibi dicuntur, se præbet surdum patienter audiendo, de quibus in psal. Ego aũt tanquàm surdus non audiebam &c. Secunda est surditas magnæ defectionis, & ista est qñ.s.hõ est ita simplex, & imperfectus, ꝙ nescit aliquid intelligere vel audire. Talis surditas est supportanda, & benigniter informanda. Exemplo Christi. Marci 7.c. Surdos fecit audire, & mutos loqui. vnde etiam Leuit.19. præcipitur. Non maledices surdo, & corã cęco non ponas offendiculũ. Tertia est surditas magnæ peruersionis, & ista est qñ hõ est ita obstinatus, & superbus, ꝙ aliqđ bonũ verbum non vult audire, de quo in psal. Furor illis ẜm similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas &c. Vide de Audire, de Auribus vt suprà &c.

A Surgere.

Nota ꝙ surgere nihil aliud est, quã de loco basso, & infimo se sursum erigere, & leuare. Vnde surgere idẽ est, ꝙ sursum pergere vel sursum se erigere. Igitur notandum, quod quadruplex surrectio vel sursum erectio inuenitur in scriptura, scilicet

Surgere morale, & virtuosum.
Surgere mirabile, & gloriosum.
Surgere amabile, & fructuosum.
Surgere lethale, & vitiosum.

Primum est surgere mentalis eleuatiõis, de quo Eph. 5.c. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Secũdũ est surgere diuinæ suscitationis, illud.s.quo Christus à mortuis surrexit in resurrectione, de quo Mar.16. Surrexit, non est hic, venite, & videte locum. Et illud quo Christus de mũdo surrexit in ascẽsione, de quo potest dici illud. Surgam, & ibo ad patrem meum. Lucæ 15. Tertium est surgere tribulationis, illud scilicet, quo sancti post mortẽ surgunt de miseria mundi ad gloriam paradisi. Et propter hoc põt dici cuilibet animæ beatæ illud Esa. 60. Surge illuminare Hierusalẽ, quia venit lux tua, & gloria domini super te orta est. Quartũ est surgere superbæ contradictionis, quia superborum alter surgit contra alterũ, & alter semper surgere vult & erigi cõtra alium. vnde Lucæ 21. Surget gens contra gentem, & regnũ aduersus regnum. Vnde et superbo, & iniquo Achab dixit Iesabel. 3. Reg.21. Surge possidẽ vineam naboth. Igitur de isto quadruplici surgere est aliquid dicendum. ¶ Dico ergo primo, ꝙ est vnũ surgere humanũ, & virtuosum, & illud est illud quo mẽs surgit à depressione vitiorum, vel ab affectu mundanorum, & quo se leuat ad contemplationem bonorum æternorum. Vas.n.plenum aere, si sub aqua ponitur, ibidem non residet, imo statim surgit superius, & ibi residet atq; manet. sic vere homo, qui aere spiritus sancti est plenus, si quandoq; cõtingat aliqua carnis delectatione, vel aliqua rerum temporalium affectione, vel aliqua mundi negociorum occupatione inferius deprimi, nunquam debet ibi quiescere, sed statim ad Deum sursum surgere & redire. Iuxta illud 1.Reg.28. Surrexit Saul de terra, & super lectum sedit. In terra.n.i.in affectu terrenorum nõ debemus esse sicut talpæ, sed debemus sursum ad cœlum, & ad cœlestia ascendere, & surgere sicut aues. unde Iosuæ 7. Surge, cur iaces pronus in terra? Vbi aduerte, quòd ad surgẽdum mentaliter debent quatuor præcipue nos mouere videlicet

Excitatio dei pręcipientis. Surge.
Increpatio verbi corripientis. Cur iaces.
Dispositio status deficientis. Pronus.
Inquinatio mundi inficientis. In terra.

Primum probat verbum imperatiuum. Surge.
Secundum verbum reprehensiuum. Cur iaces.
Tertium nomen inclinatiuum. Pronus.
Quartum nomen maculatiuum. In terra.

Igitur surgamus propter excitationem Dei pręcipientis. Surge, inqt. Vapor.n.purus, & leuis sol solet surgere qñ solet eum attrahere, & superius eleuare. Camerarius etiam regis non surgit, nisi ad excitationem regis continuo surgere nitetur. sic vere sol iustitię Dei filius dulciter ad surgendũ nos attrahit, & inuitat. Vnde debemus ipsum audire, & sicut puri vapores ad ipsius vocẽ de mundo, & de peccato surgere, & exire. Surge inquit. Lucæ 7. Adolescens tibi dico surge. Et aduertendum est, quòd ad Christi præceptum, & excitationem debemus surgere, scilicet

Deum amplexandum per dilectionem.
Deum deprecandum per deuotionem.
Hostes impugnandum per orationem.
Mortem meditandum per discretionem.
Ad Plebem informandum per prædicationem.
Iter parandum per operationem.
Mundum fugiendum per detestationem.
Corpus Christi sumendum per recreationem.
Culpam dimittendum per confessionem.

Dico ꝙ Deus præcipit nos surgere ad ipsum amplexãdũ. Et sic dicit animæ Cãt.2. Surge, propera amica mea. Itẽ pręcipit nos surgere ad ipsum deprecandum. Et sic đr Ionę dormienti. Ionæ 1. Surge, inuoca Deũ tuũ? & Apostolis dormiẽtibus dictum est Lu.22. Surgite, & orate, ne intretis in tentationem. Item præcipit nos surgere ad hostes impugnandũ. Esaiæ 21. Surgite principes, accingite gladios. Item pręcipit surgere ad mortem meditandum. Et sic potest intelligi illud Hier.18.c. Surge & descende in domũ figuli. & đr ibi, ꝙ cum intrasset domum cõfractum est, quod faciebat figulus supra rotam. Et de hoc etiam Lucę 24. Surgens Petrus cucurrit ad monumentum. Item præcipit nos surgere ad plebem informandam. Ionæ 1. Surge, & vade in Niniuem ciuitatem magnam, & pr{e}dica ibi. Item pręcipit nos surgere ad iter peragendum. Matth.9. Surge tolle grabatum tuum, & ambula, & Io.14. Surgite, eamus hinc. Itẽ præcipit nos surgere ad mundum fugiendũ. Matt.2. Surge, accipe puerum & matrẽ eius, & fuge in Aegyptũ. Itẽ præcipit nos surgere ad ipsum manducandum 3.Reg.19. Surge, comede, grandis tibi restat via. Itẽ pręcipit nos surgere ad culpã confitendũ. Et sic dicitur Eccl. 31. Si grauatus fueris in edendo multum, surge de medio, & vome. psalm. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Sic igitur patet, qđ ad diuersa spiritualia negocia debemus surgere propter excitationẽ Dei pręcipientis. ¶ Deinde surgamus

gamus propter increpationem verbi corripientis. Cur iaces inquit. Ipse.n.non monet, sed arguit & increpat contrarium faciétes. sicut.n. aucupes solent secum habere aliqua tympana vel instrumenta vt aues territæ de terra seruant, sic Christus volēs (quia hora est iā de somno surgere,) ad partē suam capere, sono terribilium comminationū & radargutionum nos concutit & excitat, vt a peccato nos erigat et extollat Cur iaces inquit. Similis reprehensio ponit Matt. 20. vbi dr. Quid hic statis tota die ociosi? Et ideo a talibus passionibus in qbus homo iacet, debemus surgere, vt increpationis possimus stimulis obedire. Exēplo Iudith. de qua dr Iudith. 10. ꝙ surrexit de loco in quo iacuerā. Vide si vis supra de Iacere.
B Surgamus igitur propter increpationem Dei corripientis. ¶ Deniq; surgamus propter dispositionem status deficientis. Praus inquit. Pronitas & inclinatio ad tēporalia est vitiū vel status vitiosus. Homo.n. curuus & pron⁹ est in natura defectiuus. Sic illi qui ad vitia & ad temporalia sunt mentaliter inclinati. Et ideo a tali ꝑnitate est surgendū, & prauis cogitationibus recedendum. Sicut.n. dr Gene. 8. sensus & cogitatio hominis prona sunt ī malū. Et ideo cuilibet prono potest dici illud Ionę. j. Quid tu sopore deprimeris, surge. Surgam⁹ igitur propter dispositionem status conficientis. ¶ Insuper surgendum est propter inquinationem loci inficientis. In terra inquit. Homo enim qui cadit in aliquem locū fętidum & immundum, cito & velociter solet surgere, timet.n. ibi fędari, & verecūdatur ibi videri. Sic quia peccatā & mūdus sunt loca fętida & immunda in quibus homo fœdatur, & ꝑpter quæ pudor & verecundia incurritur & habetur, inde debet homo velociter surgere, & omnia peccata dimittere horrere. In terra inquit. Exemplo Iob, qui dicebat Iob. 19. De terra surrecturus sum, & in carne mea videbo deū saluatorē meum. Sic igit patet qūo quadruplici ratione surgēdū est a mundi desiderijs & peccatis & quomodo mens debet sursum in amore Dei & bonorū ęternaliū leuari, & ibi firmiter radicari. vt sic dicat quilibet illud Lucæ. 15. Surgā, & ibo ad patrē. Et hoc est quod consulit Micheæ. 2. vbi dr. Surgite & ite quia non habetis hic requiē. Vide alias authoritates de surgere. s. Surrexit rex de solio suo. quas habes supra de ambire (sicut credo valde bonas, & multas in multis locis. istud est igitur surgere laudabile & virtuosū. Etsi vis inuehe contra non surgentes, iacentes & dormientes, ligatos & in
C iustos &c. ¶ Secundo principaliter dico ꝙ est vnum surgere mirabile & gloriosum, & istud est illud quo Christ⁹ surrexit a mortuis, & quo mortui a morte resurgent. De Christo.n. dicitur Lucæ. 24. c. Surrexit dn̄s vere, & apparuit Symoni De mortuis etiam dicitur. 1. ad Corint. 15. Quod seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Sed de tali surgere vide supra vbi Resurgere, & infra de Christi resurrectiōe. Istud est igitur surgere mirabile & gloriosum. ¶ Tertio principaliter dico ꝙ est vnum surgere amabile & fructuosum, & istud est illud quo sancti surgunt de miseria mundi ad gloriam cœli ita ꝙ eis potest dici illud Micheæ 2. Surgite & ite, quia non habetis hic requiē. & Actuū. 9. Surge, ingredere ciuitatem. ¶ Quartò vero dico quòd est vnū surgere dānabile & vitiosum, & istud est illud quo mali per superbiam volunt surgere. Nota quòd mali surgunt multipliciter, scilicet

Ad obloquendum mordaciter.	Surgunt dico ad
Ad derigendum nugaciter.	mordaciter de-
Ad cogitandum fallaciter.	trahēdum. Dan.
Ad imitandum malos moraliter.	7. Surge, come-

de carnes plurimas. Ad nugaciter deridendum. psal. Surgentes testes iniqui quæ ignorabam, interrogabant me. Item ad fallaciter cogitandum. vnde Soph. 2. Diluculo surgētes corrumpunt omnes cogitationes suas. Item ad malos moraliter imitandum, de quo. Nume. 33. Vos surrexistis pro patribus vestris &c. Ista ergo de surgere sufficiat. Vide de Eleuare & de Erigerē, & Ascendere, de cæteris similibus.

Sursum. Vide supra de Super.

A Suscipere.

Nota ꝙ suscipere sicut recipere sumitur multipliciter in scriptura. Vnde nota ꝙ in scriptura inuenitur susceptio diuina & susceptio humana. Prima debet mentaliter concupisci. Secunda dēt realiter adipisci. ¶ Dicamus ergo primo quòd est susceptio diuina quæ est mentaliter concupiscenda. Deus.n. manu suæ misericordiæ suscipit hominem, & ipsum liberat atq; saluat, iuxta illud psal. Salus tua Deus suscepit me. Suscipere.n. nihil aliud est quàm aliquid in suum accipere. Et iō peccator à Deo suscipitur quando per suam misericordiam suus efficitur, & quando per pœnitentiam ab eo acceptatur. Rex.n. illum quem in suum castrum & tuitionem suscipit, tutius protegit & defendit. sic Deus qui fideles suos suscipit ad gratiā, à tentationibus & periculis eripit, & eos liberaliter custodit. psa. Suscepit eos de manu iniquitatis eorum &c. Potissime autem Deus suscipit in sui tutelā humiles & tribulatos. Sicut etiam rex in sui protectione suscipit personas mirabiles, s. religiosos viduas, & pupillos, sicut auis quæ dr Kym, suscipit filios ab aquila derelictos. psal. Pupillū & viduā suscipiet, & vias peccatorum disperdet. Nota ꝙ Deus suscipit

Penitentes ad remissionem.	Dico ꝙ iste ad remis
Confidentes ad tuitionem.	sionem recipit pœni-
Morientes ad saluationem.	tentes. Hier. 3. Reuer
Seruientes ad promotionem.	tere ad me & ego su
Innocentes ad defensionem.	scipiā te. Item ad tui-
Mansuescentes ad dilectionem.	tionem suscipit confi-

dentes. psa. Suscepisti me de vtero matris meæ, de vētre matris meę tu es protector meus. Item ad saluationem suscipit morientes. Vnde mortuus pōt dicere illud psal. Adhęsit aia mea post te, me suscepit dextera tua dn̄e. Item ad promotionem & remunerationē suscipit seruientes. vnde in psa. Suscipe seruū tuū in bonū &c. Itē ad defensionē suscipit innocentes. psa. Me aūt ꝑ innocentiā suscepisti. Item ad dilectionem suscepit māsuetos vnde in psa. Suscipiens māsuetos dominus, humilians aūt pctōres vsq; ad terrā. Istud est ergo suscipere quo suscipit Deus. ¶ Secundò dico ꝙ est vnum suscipere quo suscipit homo iustus. Et sic debem⁹ suscipere nos E

Verbum Dei ad audiendum.	Suscipiamus ergo ver
Hospites ad reficiendum.	bum Dei, vt ei obedi
Infirmos ad compatiendum.	re possumus. Actuū
Fidem ad ipsam credendum.	17. Susceperunt ver-
Disciplinam ad ipsam tenendum.	bum cum omni auidi
Christum ad ipsum colendum.	tate. Item hospites vt

eos reficiamus. ad Rom. 15. Suscipite inuicem sicut & Christus suscepit vos. Item infirmos, vt eis condoleamus. Actuū 20. Oportet suscipere infirmos &c. Item fidem, vt eā corde teneamus. Iac 1. In māsuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare aīas vestras. Itē disciplinā, vt eam teneamus. Prouer. 19. Suscipe disciplinā vt sis sapiens. Itē Chr̄m vt eū colamus. vnde Lu. 1. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. ¶ Tertiò dico ꝙ est vnum suscipere quo suscipit vir iniquus. Et sic dico ꝙ iniustus suscepit denotādum. psal. Susceperunt me sicut leo paratus ad prędā &c. Vide de Accipere, & Recipere, vbi ad plenum inuenies.

Suscitare.

Nota ꝙ suscitare accipitur multotiens ꝑ excitare. Prouer. 6. Vade, suscita amicum tuum. Item pro generare. & sic sumitur. Hie. 23. vbi dr. Suscitabo Dauid germen iustum. Item pro releuare. & hoc vel à statu paupertatis, sicut Amos. 7. Quis suscitabit Iacob, quia paruul⁹ est & Amos. 9. Suscitabo tabernaculū Dauid quod cecidit. Vel a statu mortis. Et sic dicit Ozeæ. 6. ꝙ deus viuificabit nos. Item sumit pro introducere vel ordinare. vnde Abachuc. 1. Vtilem rectorem super te chaldæos gentem amaram. & Eccl. Vtilem rectorem in tempore suscitabis. Breuiter ergo accipiendo suscitare pro introducere, promouere, & exaltare, possumus notare ꝙ deus suscitat A

Filium ad mundi redemptionem.	Est igitur susci-
Prælatum ad mundi directionem.	tatio dei fiij mū
Egenum ad status promotionem.	dum redimētis
Mortuum ad vitæ resumptionem.	Iste est enim q
Impium ad culpæ remissionem.	magno tempo-
Diabolum ad malorum punitionem.	re videbat dor
Malignum ad inferni damnationem.	misse quādo ad

carnis assumptionem visus fuit excitatus & suscitatus fuisse. Vnde deo patri dicebat Abacuch. 3. Suscitās suscitabis arcū tuum &c. Item est suscitatio boni prelati mūdū gubernātis. deus enim quandoque patitur ecclesiam bono prelato carere, sed tandem misericordia motus, solet ei vnum prouidū suscitare. Et sic dicitur Hier. 23. Suscitabo Dauid germē iustū, & regnabit rex, & sapiens erit. Vide eam supra de Dauid vbi diuiditur & prosequit, vbi inueniens sex proprietates

tes quæ debet habere prælatus a deo suscitatus, Et tamẽ dominus indignatus videt dicere Zach. 11. Suscitabo pastorẽ in terra qui delicta non visitabit. Itẽ est suscitatio egeni statũ erigẽtis. Sicut.n. parua herba exiens de terra sursũ crescit & augmentatur, sic sæpe fit ꝙ pauper in terra depressus, per solius Christi influẽtiã sursum ad statũ prosperitatis erigĩt & leuatur. psal. Suscitãs de terra inopẽ, & de stercore erigẽs pauperem. Item est suscitatio mortui vitã resumẽtis. Et sic Christus mortuus fuit resuscitatus. Exẽplo leonis, qui natꝰ mortuus, rugitu patris post triduũ suscitatur. 1. Thess. 1. Expectare filiũ eius de cœlis quẽ suscitauit a mortuis. Humanum enim genus in fine mundi a morte suscitabit. Exemplo phœnicis, qui combustus & incineratus, in auem pristinã suscitatur. De quo Io. 5. Sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Item est suscitatio impij culpam dimittentis. Peccator.n. de morte culpæ spiritualiter suscitatur, quando ad statum gratiæ reformatur. de quo Matt. 3. Potens.n. est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Item est suscitatio diaboli bonos affligẽtis. Deus .n. ad exercitium iustorum quandoque suscitat diabolum & membra sua, vt per eorum punctiones stimulentur ad bonum, & vt mali puniãtur propter peccatum. de quo Esa. 10. Suscitabit dominus exercituum super eum flagella iuxta plagam madian. Abacuch 2. Suscitabit lacerantes te. Item est suscitatio impij pœnã incurrentis. Impij.n. modo videntur dormire, & tunc suscitabuntur, quando inferni malleis turbabuntur. Iob 3. Maledicãt ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan. Ista de Suscitare, sufficiat. vide supra de Excitare, de Eligere, de Promouere, & cæteris similib.

Suspendere.

Vide supra vbi Appræhendere.

A Sustinere.

Nota ꝙ sustinere ponitur pro portare, ꝓ expectare, ꝓ dissimulare, ꝓ pati, ꝓ supportare, & ꝓ aliquid in patientia tolerare. Nota igit ꝙ est

Sustinentia
- patientiæ. Primam habent stabilitati firmati, de qua Eccl. 1.c. Vsq; ad tempus sustinebit patiens, & postea redditio iocunditatis.
- violentiæ.
- pestilentiæ.
- amicitiæ.

Secundam autem habent aduersitate grauati, s. pauperes, q̃ continuè sustinent violentiam iniquorum. De quo Esa. 1. Facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. Tertiam vero habebunt æternitate damnati. de qua Iudas facti sunt exemplũ ignis æterni pœnam sustinentes. Quartã vero habent in charitate fundati, illi. s. qui amicos & eorum onera sustinent & supportant. de quo ad Roma. 15. Nos qui firmiores sumus, debemus imbecillitates infirmorum sustinere. ¶ Cæteris igitur omissis, loquamur de sustinentia patientiæ, qua boni sustinent onera grauiora propter Deum. Sicut.n. aurum tunc verum reputatur quando violentiam ignis potest sine diminutione sustinere & substantiæ & ponderis, sic ille apud deũ optimus reputatur, qui mundi tribulamina sine impatiẽtiæ vel indispositionis vitio potest in patientia tolerare. Sicut.n. rex diligit militem qui propter eum sustinuit multas plagas, sic Deus diligit illos qui propter eum sustinent mundi mala. Et ideo Deus illum commendat qui ꝑ ipsum pœnas sustinuerat. vnde Apoc. 2. dr. Sustinuisti propter nomen meum,
B & non defecisti. ¶ Vbi aduerte ꝙ in sustinentiã tribulationũ tria requiruntur, s. modus, cã, & finis. Nos.n. debemus habere Modum humilem expedientem, quia Sustinuisti. i. tenuisti. Causam vtilem & sufficientem. Propter nomen meũ. Finem stabilem & perficientem. Et non defecisti. Modus expediens sit pro fundamento. Causa sufficiens sit pro supplemẽto. Finis perficiens sit pro complemento. ¶ Primo igitur dico ꝙ ad patienter sustinẽdum debet esse humilitas pro fundamento, quod ostenditur in verbo sustinuisti. Sustinere.n. nihil aliud est quàm sub esse se tenere, quia ille qui aliquid sustinet, sub & inferius se tenet. Ad denotandum quòd subesse debemus per humilitatem, si in sustinendo volumus habere firmitatem. Arbor enim melius ventorum impetus sustinet, quando sub terra profunde radicatur & ponitur. Columna ad sustinendum stabilior est, quæ fundata est inferior & profundior. Sic vere charissimi, ille melius mundi tribulationes sustinet, qui inferius per humilitatem se tenet, & per mortis considerationem magis sub terra remanet atque iacet. Sustinuisti inquit. Ecclesi. 2. Quicquid tibi applicitum fuerit, accipe & in dolore sustine. Humilitas enim & consideratio mortis valde valent ad patientiam. Nota. Ouis quæ breuem habet caudam, melius sustinet hyemen, quàm quæ longam. Ad denotandum ꝙ illi qui caudam. i. finem vitę suę reputant breuem per considerationem mortis, communiter melius sustinent & patientius mundi mala. Eccle. 2. Deprime cor tuum, & sustine. Illi vero qui longam habent caudam. i. illi qui diu sperant viuere, sicut sunt diuites, qui solẽt in delicijs abundare, nihil possunt in patientia tolerare, debiles.n. sunt, & ideo nihil possunt in patientia tolerare, iuxta illud Iob 6. Quæ enim fortitudo mea vt sustineam, aut quis finis meus vt patiẽter agam? Nec enim fortitudo mea vt fortitudo lapidum, nec caro mea ænea est. Sustinuisti inquit. Et nota ꝙ debemus sustinere patienter.

Tarditatem æternæ consolationis.
Grauitatem præsentis tribulationis.
Asperitatem mortalis resolutionis.
Onerositatem fraternæ supportationis.

¶ Dico igitur ꝙ sustinenda est & patienter expectanda æterna consolatio. De quo Ecclesi. 2. Metuentes dominum sustinete misericordiam eius, quia sicut dicitur in psal. Sustinentes dominum. i. ipsum expectantes & in eo sperantes, ipsi hęreditabunt terram. Item sustinenda est mundana tribulatio, de quo 2. Cori. 4. Persecutiones patimur, & sustinemus. Itẽ sustinenda est mortalis resolutio. Mortẽ enim non debemus timere, sed ipsam in patientia sustinere. Exemplo Christi, de quo dicitur Hebre. 12. quod proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Item sustinere debemus fraternam supportationẽ id est sustinenda est fraterna supportatio, quia fratrum & ꝓximorum debemus onera sustinere & eos in suis necessitatibus adiuuare. Ecclesi. 22. Amicum salutare nõ cõfundatis, & a facie illius non te abscondas. & si male tibi euenerit propter illum, sustinebis. Patet igitur quòd in sustinendo mundi tribulamina debet esse humilitas pro fundamẽto. ¶ Secũdo dico ꝙ in sustinendo aduersa debet esse vtilitas pro causamẽto. Propter nomẽ meũ inquit. Causa facit martyrẽ & non pœna. Vnde qui propter deũ pœnam sustinet, causam procul dubio iustam habet. Siquid enim patimur propter iustitiã, beati. Sustinere enim ꝑ mundum non est meritoriũ sed propter deum tantũmodo. Vnde. 1. Pet. 2. Hęc est gratia si quis propter deum sustinet tristitias. Quod est cõtra multos qui pœnam libentius sustinent propter mundum, quàm propter deum. Smiles piscibus, qui plus laborant de nocte quàm de die, similes etiã argẽto viuo, quod sustinet magnũ lapidem super positum, modico vero auro supposito statim cedit. Quia, isti in nocturnis mundi negocijs plus laborant quam in spiritualibus & diuinis, & grauem lapidem onerũ temporalium libentius sustinent quàm modicum aurũ, & quàm modicũ pondus spiritualium passionum. Dicũt enim illud Exo. 18. Vltra vires tuas est negocium istud, solus non poteris sustinere. Non sic, sed sustineamus. Propter nomen meum inquit. dicentes cum martyribus illud psal. Propter te mortificamur tota die. Et illud Propter te sustinui opprobrium. Et sic intelligitur illud Iacobi 5. Beatificamus eos q̃ sustinuerunt. Sit igitur ibi vtilitas pro causamento. ¶ Tertio dico quòd ibi debet esse stabilitas pro complemento. Non defecisti inquit, quia, scilicet necesse est vt stabiles & perseuerantes simus, & quòd sustinendo non deficiamus. Vnde Esa. 40. Ambulabunt, & non deficient. Galath. 6. Bonum facientes non deficiatis. Vide supra de deficere. Quod tamen est contra multos qui statim deficiunt sub onere, dicentes illud Hierem. 20. Defeci, ferre non sustinens &c. Vide infra de vinculo, & supra in multis locis. C

¶ Explicit littera S.

¶ Incipit littera T.

Tabernaculum.

A Nota quòd tabernaculum est domꝰ portabilis vel mutabilis, facta de pellibus, pannis, folijs seu lignis. Et potest accipi in bono & in malo In bono enim primo inuenio quattuor genera tabernaculorum, videlicet

Tabernaculum ad
- habitandum.
- meditandum.
- militandum.
- festinandum.

Primum

Primum est tabernaculum pudicitiæ virginalis.
Secundum est tabernaculum conſcientiæ cordialis.
Tertium est tabernaculum eccleſiæ temporalis.
Quartum est tabernaculum familiæ ſupernalis.

¶Est igitur tabernaculũ interius, ꝙ factum eſt ad Dei habi-
tationẽ,& illud eſt tabernaculũ humanitatis Chriſti, in quo
Dei filius habitauit.de quo Apoca.21.Ecce tabernaculũ Dei
cum hoĩbus. In quo Chriſtus nouem menſibus latitauit. de
quo in pſal.In circuitu eius tabernaculum eius.Et iterum.In
ſole poſuit tabernaculũ ſuum &c. Eſt tabernaculũ exterius,
quod factũ eſt ad noſtrã meditationẽ, & illud eſt tabernacu-
lũ cordis noſtri,in quo debet hõ ſpecialiter meditari. Et de
hoc põt dici illud 2.Regũ. 20. Reuertere in tabernacula tua
Iſrael.i.in ſecreta conſcientiæ. Et de hoc dicitur etiam illud
Gen.18.Apparuit Deus Abrahę ſedenti in oſtio tabernacu-
li ſui.¶Eſt tabernaculũ inferius,qđ factum eſt ad bonorũ mi
litationẽ,& illud ẽ tabernaculũ eccleſię,in quo nos oẽs quã-
diu ſumus in hac vita militamus. Et de iſto intelligitur illud
pſal.Vox exultationis,& ſalutis in tabernaculis iuſtorũ.¶Eſt
tabernaculum ſuperius,quod factum eſt ad beatorũ recrea-
tionem.Et de hoc in pſal. Quam dilecta tabernacula tua do
mine &c. Et illud introibo in locũ tabernaculi admirabilis
vſq; ad domum Dei. Et illud. Domine qs habitabit in taber
naculo? &c. Vide eam ſupra titulo de habitare.¶ His igitur
præmiſſis, ſiue per tabernaculum intelligatur beata uirgo,q̃
B eſt tabernaculum Chriſti ſiue etiam quilibet,iuſtus vel con-
ſcientia boni viri in qua eſt tabernaculum ſummi regis,ſiue
ẽt religio,quæ eſt tabernaculum fidelium,poſſumus ſi placet
exponere illud Num.9.Die qua erectũ eſt tabernaculũ,ope-
ruit illud nubes.Et põt eſſe thema de aſcenſione Chriſti, vel
de aſſumptione beatæ Mariæ.Ecce igitur, ꝙ ſicut tabernacu
lũ in quo ponuntur reliquiæ,habet quatuor conditiones,q a
.ſ.ipſum erigitur,depingitur,clauditur,atq; mundatur,ſic di
co ad hoc,ꝙ homo ſit tabernaculũ Dei ſpirituale, ipſe neceſ
ſario Eleuatur,& extollitur per contemplationẽ. Erectũ eſt.
Ornatur & depingitur per honeſtam conuerſationẽ. Taber-
naculum.Seratur atq; clauditur per virtutum occultationẽ.
Operuit. Purgatur atq; tergitur per culparum abdicationẽ.
Nubes. Primum probat ſtatus erectio. Scđm loci conditio.
Tertium loci concluſio.Quartum roris aſperſio.¶ Igitur di-
co primo, quod tabernaculum debet ſurſum leuari ſublimẽ
cõditionẽ.Erectum eſt inquit,quia ſicut tabernacula ſurſum
eriguntur,& in locis altis,& eminẽtibus collocantur, & per
formam pyramidis quam obtinent ſuperius extolluntur, ſic
vere iuſti debent ſurſum mentaliter leuari per affectionẽ in
Deum, & ſurſum ad cęleſtia erigi,& extolli. Erectum eſt in-
quit.Homo erectam figuram habet non ad modum brutorũ
preſſam.Ad denotandũ,ꝙ ſi figura corporis erigitur, multo
magis mentem debemus ad Deum erigere,& leuare. Exod.
40.Menſe primo prima die menſis eriges tabernaculum.Vi-
de ſupra de erigere.Quod tñ eſt contra multos,qui non ſunt
tabernaculum erectum,ſed deiectum,non ſuperius, ſed infe
rius non ad cœlum per cõtemplationem leuatum,ad ſed ter
ram per auaritiam inclinatum,iuxta illud Num.10.Depoſi-
tum eſt tabernaculum. Et ideo talibus eſſet neceſſarium, ꝙ
dominus diceret Amos 9. Suſcitabo tabernaculũ Dauid qđ
cecidit.Quia vere multi ſunt,qui ita per vitia ceciderunt, &
qui per cupiditatem ad terram mentem,& animum depreſſe
runt,ꝙ non poterunt ſurſum erigi,niſi mereantur a domino
per miſericordiam ſuſcitari.Patet ergo,ꝙ iſti debent ſurſum
leuari per ſublimen contemplationem.¶ Secũdò dico, ꝙ iſti
pulchrè ornari debent per honeſtam conuerſationẽ.Taber-
naculum inquit, quod etiam per nomen tabernaculi denota
tur.Quia tabernacula in quibus ponitur corpus Chriſti, ſo-
lent ẽẽ depicta,& etiam multipliciter diſpoſita,& celata.Ad
denotandum, ꝙ ſi tabernaculum Chriſti eſſe volumus neceſ
ſe eſt,ꝙ picturam,& celaturam virtutum, & honeſtæ apparẽ
tiæ habeamus. Tabernaculum inquit.Et ſic de nobis poterit
dici illud Nume.24.Quam pulchra ſunt tabernacula tua Ia-
cob.Quod bene figuratur Deut.16. vbi pcipitur filiis Iſrael,
ꝙ de lignis pulcherrimis tabernacula facerent,in quibus die
bus ſeptẽ habitarẽt.Quia illi qui tabernaculum Dei eſſe vo-
lũt,debẽt honeſtatis virore,& pulchritudine ſe ornare. Tale
.n.tabernaculum fuit beata uirgo, & ideo dominus in ea ha
bitauit,ſicut dicit ipſa Eccle.24.Qui creauit me,requieuit in
tabernaculo meo.Tale etiam tabernaculũ debet eſſe religio
vel eccleſia,quia ipſa debet honeſtatis floribus eſſe picta, iux
ta illud Eſa.31. Sedebit populus meus in pulchritudine pa-
cis in tabernaculis fiduciæ,in requie opulenta.Tale ẽt taber-
naculum debet eſſe vir iuſtus, quia ſemp debet per ſanctam
conuerſationem eſſe pictus,& honeſtus.pſal.Sanctificauit ta
bernaculum ſuum altiſſimus. Vt ſic de diuerſis picturis vir-
tutũ in iſto tabernaculo relucẽtibus intelligatur illud Heb.
9.Tabernaculum factum eſt primũ,in quo erant candelabra
& menſa & ꝓpoſitio panũ. Quia.ſ.in quolibet viro iuſto de-
bet eſſe Candelabrum honeſtatis ſplendentia. Mẽſa pietatis
cibantis.Propoſitio panum euchariſtiæ nutrientis. Sic ergo,
dico quòd illi qui tabernaculũ Dei volũt eſſe, debẽt ornari
per honeſtã conuerſationẽ.¶Tertiò dico,ꝙ tute debet ſera-
ri vel velari per virtutũ occultationẽ.Operuit inquit.Taber-
naculũ.n.diligenter clauditur,ne reliquiæ illic contentæ per
dãtur,pãnis ẽt ſolet velari, ne per ſubintrãtẽ puluerẽ valeat
maculari.Sic vere chariſſimi nos debemus per diligentẽ cu-
ſtodiam nos claudere,& per humilitatẽ nos abſcondere, &
tegere, ne reliquias virtutum per inanem gloriã per damus,
& fæces alicuius præſumptionis vel ſuperbiæ incurramus.
Operuit inquit.Exod.40. Ope[illegible]t nubes tabernaculum te-
ſtimonii, & gloria domini impleuit illud.Quod bene figura
tum eſt Exod. 36. Vbi dicitur, quòd tabernaculum fœderis
tribus operimentis erat opertum,videlicet

Primo operimento ſagorum.
Secundo pellium rubricatarum.
Tertio pellium hyacinthinarum.

Saga.n.quæ erant de
pellib' caprarũ, quę
valde ſunt pungen-
tes,ſignificãt timorẽ mortis, quia.ſ.ualde pungit,& corpus
facit fętidum ſicut capra.Pelles rubeæ ſignãt timorẽ inferni
vbi.ſ.eſt rubor igneus,& vbi furor ſanguineus inuenitur.Pel
les vero hyacinthinę,q̃ colorẽ habent cęleſtẽ,ſignant amorẽ
paradiſi,qui.ſ.in cęlo ſurſum eſſe creditur,& ꝑparatur.¶ Iſta
enim tria.ſ.mortis timor, horror inferni, & amor paradiſi
debẽt nos claudere,& velare,& à cunctis exterioribus vaga-
tionibus conſtringere, & arcere. Matth.17.Faciamus hic
tria tabernacula. Operuit inquit.Vnde Exo.26.Facies operi
mentũ de pellibus.Qđ tñ eſt cõtra multos, qui nõ ſunt oper
ti ſed aperti,non abſcõditi ſed expoſiti,nõ per humilitatẽ in-
cluſi,ſed per inanem gloriã ſunt excluſi &c. Vñ de abſcõdere
& aperire ibi multa inuenies. Non ſic ſed qui tabernaculum
ſpirituale uolunt eſſe caute debent velari per virtutũ occul-
tationẽ.Nota ꝙ tribus indumẽtis induit ſe ſacerdos.¶ Quar
to dico, ꝙ iſti munde debent rigari vel purgari per culparũ
expiationẽ,quod oſtenditur cum dr̃.Nubes.Nubes.n.quę ha
bet pluere,ſolet terram abluere & lauare. In tabernaculo ẽt
non reponuntur reliquiæ prius quã à cunctis ſordibus emũ
detur.Ad denotandum,ꝙ illi qui tabernaculũ Dei uolũt eſ-
ſe ſe per confeſſionem debent abluere, & à cunctis culparũ
ſordibus ſe mundare, & ſic in munditia perpetua ſe ſeruare.
Nubes inquit,per quam,ſ.puritas deſignatur.Vnde Numeri
16.Apparuit gloria domini, & operuit nubes tabernaculũ.
Et Exod.40.Operuit nubes tabernaculũ. Qđ eſt contra mul
tos q nube puritatis,& mũditiæ nõ ſunt operti, ſed per mul-
tas culparum immunditias ſunt polluti De quibus põt intel
ligi illud Nũ.11. Nubes receſſit, quæ erat ſuper tabernaculũ.
Quia pro certo hodie de tabernaculis eccleſiarum vr̃ nubes
puritatis,& mũditiæ receſſiſſe, & ipſos in multis immũditiis
dimiſiſſe.pſal. Polluerunt tabernaculum noĩs tui.& Numer.
10.Eleuata eſt nubes de tabernaculo.Non ſic chariſſimi,ſed
ſi uolumus eſſe tabernaculum ubi Deus debeat habitare,ha
beamus prædictas quatuor conditiones,ſcilicet C

Mundıtiæ loturam.Nubes.
Cuſtodiæ clauſuram.Operuit.
Decentiæ picturam.Tabernaculum.
Eminentiæ præturam.Erectum.

Bene ergo dictũ eſt.
Die qua erectũ eſt
tabernaculum, ope
ruit illud nubes.

Hoc igitur de tabernaculo in bono ſignificato ſumpto ſuffi
cit.¶Sed adhuc dico, ꝙ tabernaculum poteſt accipi in malo
& ſic poſſum notare, quòd in ſcriptura inuenitur multiplex
tabernaculum,videlicet Tabernaculnm.

Corruptibile. Primum ſignat ſtatum mortalitatis.
Deteſtabile. Scđm ſignat ſtatum proſperitatis.
Exterribile. Tertium ſignat ſtatum pœnalitatis.

Eſt igitur tabernaculum corruptionis,& iſtud eſt tabernacu
lũ corporis noſtri, in quo.ſ.anima miſerabiliter hoſpitatur.

Corpus

Corpus.n.tabernaculum dr̃, quia tabernaculum ad manendum non semper sed pro tempore extenditur. sic corpus ad manendum non semper, sed pro tempore extenditur,& finaliter per mortē colligitur, & alibi.s.ad sepulchrum personaliter transportatur. Esa.38. Generatio mea ablata est, & conuoluta est à me, quasi tabernaculum pastorum.q.d. Sicut.n. pastores cōplicant,& mutāt sua tabernacula, sic & mors humana corpus. Istud enim tabernaculum

Demonibus per tentationes impugnatur.
A Mundo per tribulationes fatigatur.
Morte per afflictiones dissipatur.

Quòd à demonibus impugnetur, patet Iob 10.vbi de demonibus dr̃. Simul venerunt latrones eius,& fecerunt sibi viam per me, & ascondernnt in gyro tabernaculum meum. Itē ꝙ mundi tribulationibus fatigetur, patet Dan.11.vbi dr̃. Figet tabernacula sua inter maria super montes. Inter maria inq̄t .i.inter amaritudines. Item ꝙ à mortis vexationibus perturbetur, patet 2.Pet.1.vbi dicitur. Velox est depositio tabernaculi mei. Istud ē ergo tabernaculum mortalis corruptionis. ¶Deinde dico, ꝙ est tabernaculum mundanę possessionis,& illud est tabernaculum status mundanorum, de quo dicitur Iob 39. Tabernacula eius in terra salsuginis. Et nota, ꝙ ista tabernacula sunt mala,& vituperanda, scilicet

Quia
Ditantur per iniquam prosperitatem.
Turbantur per malorum aduersitatem.
Cremantur per auaram cupiditatem.
Cassantur per instabilem mobilitatem.
Damnantur per diuinam auctoritatem.

¶Dico ergo, ꝙ ista tabernacula.s.mundanorum per prosperitatem ditantur, quia sicut dicitur Iob 12. Abundāt tabernacula prædonum, qui audacter prouocant Deum. Item dico, ꝙ per aduersitatem turbantur,& vastantur Hier.4. Repente tabernacula mea vastata sunt. vnus.n.malus inuadit, & perturbat domum, statum,& tabernaculum alterius. Abachuch 1. Suscitabo contra eos chaldæos, vt possideant tabernacula non sua. Item per cupiditatem cremantur. In istis.n.tabernaculis abundat ignis auaritiæ. Vnde Hier.51. Incensa sunt tabernacula eius. Item dico, ꝙ per mobilitatem variantur vel etiam destruuntur, quia talia tabernacula non perseuerant nec durant. Esa.24. Agitatione agitabitur terra auferetur sicut tabernaculum vnius noctis. Item dico, ꝙ per Dei auctoritatem damnantur. Deus.n.non reputat imo reprobat mala tabernacula, quia sicut dicitur in psal. Deus repulit tabernaculum Ioseph,& tribum Effren non elegit. Istud est ergo tabernaculum mundanæ possessionis. ¶Denique dico, ꝙ est tabernaculum æternę damnationis, s.domus,& tabernaculum inferni, vbi habitant demones, & damnati.& de isto dicitur Iob 20. Deuorabit eū ignis, qui non succenditur.s.damnatū, affligetur relictus in tabernaculo suo. Istud est ergo triplex malum tabernaculum. ¶ Si vis adhuc dicere de tabernaculo cœli vel ecclesię, potes notare, ꝙ illud tabernaculum est

Aeternum,& immutabile.	¶Dico ergo, ꝙ illud tabernaculum est immutabile ad semper perseuerādum. Esa.33. Oculi tui videbunt hierusalem habitationem opulentam, tabernaculum, qđ
Iocundum,& delectabile.	
D Amenum,& consolabile.	
Excelsum,& admirabile.	
Amandum,& appetibile.	
Firmum,& inexpugnabile.	
Pulchrum,& immaculabile.	
Splendidum,& inobfuscabile.	
Extensum,& incoarctabile.	

nunquam transferri poterit.& Lucæ 16. Vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Item est delectabile ad iocundè semper exultandum, psal. Vox exultationis,& salutis in tabernaculis iustorum. Itē est spectabile ad amœna considerādum. Num.24. Quam pulchra tabernacula tua Iacob. Item est admirabile ad profundè semper cogitandum. psal. Transibo in locū tabernaculi admirabilis, vsq; ad domum Dei. Item est affectabile vel appetibile ad amorosè concupiscendum. psal. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum &c. Item est inexpugnabile ad securè ibi habitandum. Esa.32. Sedebit populus meus in tabernaculis fiduciæ, & requie opulenta. Item & immaculabile ad ibi honestè viuendum. psa. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Itē inobfuscabile ad ibi clarissime videndum. psa. In sole posuit tabernaculum suum altissimus. Item incoarctabile ad spatiosè ibi manendum. Vnde de cœlis dicitur Esa.40. ꝙ dominus expandit eos sicut tabernaculum ad habitādum. De tali tabernaculo dicit Dauid in psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? q.d. Nullus est dignus.

Tacere. Taciturnitas.

Nota, ꝙ taciturnitas seu tacere in A scriptura inuenitur generaliter loquendo duplex, diuinū & humanum. Deus enim tacet vel per modum tacētis, se solet habere tribus modis, scilicet

Peccata sufferendo.	Patientia.n. Dei dicitur tacere quando peccata fieri tolerat atq; suffert,
Supplicia non inferendo.	
Præmia differendo.	

de quo conqueritur Abacuch 1. Taces inquit deuorante impio iustiorem se,& facies hominis sicut pisces maris, & sicut reptilia non habentia ducem. Deus.n.tacet qñ fiunt peccata, nec ipsa fieri impedit, cū hoc possit, pro eo quod de tali semper scit elicere bona. Et ideo peccatori suam taciturnam patientiam contemnenti dr̃ Esaiæ 57. Cogitasti in corde tuo, quia ego tacens,& quasi nō videns,& mei oblita es. Itē Deus tacere dicitur, quia patientia sua supplicia non infert, quia.s. iste statim non punit peccata, imo dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam, ueruntamen sicut sagitta quanto plus arcu trahitur, tāto dimissa currere fortius debacchatur, sic patientia Dei quanto magis retrahitur à percutiēdo, & quanto magis Deus tacere videtur pœnam pro criminibus non inferendo, nisi emēdati fuerimus, acrius nos pūget, & puniet finaliter nos damnando. Vnde Esa 42. Tacui, semp silui, patiens fui. quasi parturiens loquar. dissipabo,& absorbebo simul. Itē Deus tacere dr̃, quia iustorū præmia differt. & sic orabat Dauid in psal. dicens. Deū laudem meam ne tacueris. & illud. Ne taceas neq; cōpescaris Deus, s. de benefaciendo nobis. Et talē taciturnitatē promittit se Deus nō cōmissurum. Esa.48. Propter sion nō tacebo &c. Sed de ista triplici taciturna patientia vide supra de misericordia, iustitia, B patiētia,& aliis multis titulis. ¶Sed adhuc dico, ꝙ inuenitur taciturnitas humana. Et sic notabo, quod taciturnitas nihil aliud est quā locutionis raritas seu paucitas. Ista aūt aliquando est virtuosa, aliqñ vitiosa. Vnde nota, ꝙ inuenio tacere

Patientiæ.	Est dico vnū tacere hoīum patiētiū, quia viri patientes iniuriati nō respōdent, imo qñ ēt docentur, nō solēt redarguere, sed patiēter audire,& tacere.
Sapientiæ.	
Ignorantiæ.	
Pestilentiæ.	

Vnde Iob 6. Docete me,& ego tacebo, & si q̄d ignoraui, instruite me. Item est vnū tacere hoīum sapientiū. Ad sapientē.n.tacere pertinet, nō multū loqui, quia in multiloquio nō deerit peccatū, sicut dr̃ Prouer.10. Elephas qui ſm Pli. inter bruta plus vtitur rōne, modicam dr̃ habere linguam, quę.s.vltra os raro aut nunquam videtur. Sic illi qui ratione magis vtuntur, minori lingua.i.rariori linguæ vsu abundant intm, ꝙ per taciturnitatem silentii lingua eorum.i.locutio raro videntur. Vnde quidam petiit à Socrate qualiter posset sapiens reputari. serua silentium continue. Sic dr̃ Prouer.17. Stultus si tacuerit, sapiens reputabitur. Vnde Cato. Virtutem primā reputo compescere linguam. Proximus ille Deo, est, qui scit ratione tacere. Amos.5. dicitur. Prudens in tempore illo tacebit, quia dies mali sunt. Istud est ergo tacere hominum sapientium. Item dico, ꝙ est tacere hominum insipientium vel ignorantium,& istud est quando homo tacet, quia nescit loqui vel dicere quicquam boni. Et de hoc Eccl.20. Est tacens, non habens sensum loquelæ. Item est tacere hominum pestilentium,& illud est quando aliquis tacet malitiosè, illa quæ tenetur dicere, sicut peccata in confessione, sicut sunt responsiones in quæstione,& cætera similia. Quia.

Quidam
tacent à loquela confessionis.
à loquela instructionis.
à loquela orationis.
à loquela responsionis.

¶Tacent igitur male qui peccata nolunt reuelare. Talis.n.taciturnitas causat mentis indurationem, & malæ consuetudinis obstinationem, de quo iu psa. Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea. Item malè tacent qui nolūt prædicare, sicut illi qui quamuis habent scientiam, nolunt tñ,& non dignantur frequentare prædicationem. Contra illud Esa.62. Super muros tuos Hierusalem cōstitui custodes, tota die, & nocte non tacebunt. Isti.n.sunt sicut speculator super murum, qui merito

merito puniri deberet, si videns hostes à clamore taceret. Vnde Hier.4. Non tacebo, qm̃ vocem buccinæ audiui. Item malè tacent illi qui nolunt dominum exorare. Cõtra quos Esa.62. Qui reminiscimini Deum, ne taceatis, & ne detis silentiũ ei. Item male tacent illi qui nolunt debitè respondere, quia multi sunt qui ex indignatione tacent & nolunt dicere veritatem, sicut erant pharisæi, q.b. dñs dicebat Lu.14. Si licet sabbatis bene facere? at illi tacuerunt. Ista sunt igiẽ quattuor taciturnitatis genera quibus hõ solet tacere, & loquendo varijs causis abstinere. ¶His ergo præmissis, de bono silentio quod seruatur vel rõne sapientiæ, vel rõne patiẽtiæ, vel rõne pniæ & disciplinæ, aliquid est dicendum. Bona .n. taciturnitas & silentium & ineptæ locutionis carentia, & in natura commendatur, & in scriptura prædicatur. In natura dico, q.a.s. apes dant nobis formam & exemplar silentij. In sero.n. vna ipsarum facto bombo seu sono alias ad silentium inuitat, quod tunc quælibet rite seruat, quousq; eadẽ excitante de mane exeat & exurgat, vt dicit Ambr. & Plin. In quo quidem natura nos docet, & maximè religiosos, ꝙ ad sonitum & monitum prælati silentium seruemus, & ꝙ nisi eiusdem licentia os nostrum ad eloquia non laxemus, sed ꝙ in taciturnitate debita maneamus. Esa.23. Tacete qui habitatis in insula. In india.n. dicuntur esse hoĩes carentes ore oino, & nullum verbum proferentes, loco sermonis signis vtentes, & loco cibi odore arborum viuentes, ẽm Isidorũ & Plin. signãtes vtiq; religiosos & hoĩes prudentes & maturos, qui ore carere dicunẽ, silẽtiũ seruãtes, quia ad superflua colloquia non laxantur, cibo et superfluo dicuntur carere per abstinẽtiam & carnis maceratione & odore bonorum æternorum dicunẽ viuere ꝑ deuotionẽ. Vnde de quolibet tali dr̃ illud Thre.3. Sedebit solitarius, & tacebit, qm̃ leuauit se supra se. Quia videlicet ad religiosum & ad pœnitentem pertinet qd̃ sedeat per mentis trãquillitatẽ, ꝙ taceat vitando verbositatẽ, ꝙ sit solitarius ꝑ vitæ singularitatẽ, ꝙ eleuat se supra se ꝑ contẽplationis sublimitatem. Et iõ bñ cuilibet tali põt dici illud Esa.47. Sede tace, intra in tenebras. In q.b. verbis aduerte ꝙ silentium seu taciturnitas valet ad tria, s.

Sedandum mentis affectionem. Sede.
Ad vitandum malam locutionem. Tace.
Spectandum mortis afflictionem. Intra in tenebras.

C ¶Valet ergo taciturnitas ad affectionem mentis sedãdam. quia sede inquit; sedere.n. quietẽ a motu designat. Cum ergo vana locutio mentis quietem impediat, bene sequiẽ ꝙ taciturnitas ipsam procuret & faciat. Vnde illud prædictum Thre.3. Sedebit solitarius, & iacebit &c. Vide supra de sede. Valet igiẽ silentium ad affectionem mentis sedandã. ¶Deinde dico ꝙ valet ad locutionem vanam vitandam. Tace inqt. Frenum in ore equi ponitur, vt totus equus melius dicatur. Ore.n. regulato & frænato cætera membra faciliter reguntur. Sic vere si hõ bñ voluerit regere equum suum, s. carnẽ, quia equi eorum caro & non spiritus, (Esai.31.) necesse est ꝙ in ore frænum silentij sibi ponat, & ꝙ ponit ab inanib. & mordacibus verbis abstineat, vt sic residua membra .i. residuos actus melius dirigat atque regat. Tace inquit. Eze. 24. Ingemisce tacens in conturbatione spiritus. ¶Deinde dico ꝙ silentium valet ad afflictionem mortis spectandam. Intra in tenebras inquit. quia dum homo in verbis nõ occupatur, in pœnis mortis iudicij & inferni & in secretis consciæ melius & profundius meditatur. Gen.37. Pater vero rem tacitus considerabat. Intra ergo in tenebras .i. cogita illa tenebrosa loca. Naum.3. Intra in lutum, & calca. Iob.38. Nunqd apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? Iõ de tali taciturna meditatione potest dici illud Dan.10. Deieci vultum in terram, & tacui. vide supra de intrare. Sic ergo patet ꝙ taciturnitas valet ad meditandum rerum profunditatem, ad euitandum oris verbositatem, ad quietandũ mentis mobilitatem. vnde ergo dictum est, sed tace &c. Vide supra de Loqui, Lingua, Labijs, Ore, Mutus, & similibus.

A **Talis.** Cum talis & qualis sint duo relatiua semper significantia similitudinem alicuius antecedẽtis, verum tamen est ꝙ talis magis habet rõnem fundamenti demonstratiui quam qualis. Breuiter ergo notabo de tali ꝙ in bono sumitur & in malo. Signat.n. adæquationem & similitudinem inter duo. Vnde talis qualis tantum valent simul iũcti sicut tanq̃, vel sicut vel quemadmodum, vel quasi &c. similia. Notabo igitur quòd talis signat

Conditionem hominis virtuosi.
Infectionem hominis vitiosi.
Afflictionem grauaminis dolorosi.
Refectionem solaminis gloriosi.

¶Primo dico ꝙ est qualitas .i. quædã comparatiua qualitas hominis virtuosi; quia. s. homo iustus dr̃ talis quasi demonstratiuè loquendo, vt sit exemplum & regula aliorum. Vnde de quolibet viro iusto põt dici illud Canti.5. Dilect⁹ meus candidus, & rubicundus electus ex milib. caput eius aurum. Et sequiẽ. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus. imo etiam ipse Christus fuit dilectus talis. Heb.7. vbi dr̃. Talis decebat vt nobis esset pontifex, sanctus innocens, impollutus, & excelsior cœlis factus. Etiam Paulus Apostolus fuit dictus talis. Vnde ipse dicit Act.26. Cupio omnes q̃ me audiunt, tales fieri qualis ego sum. Et merito q.a ꝑ certo illud nomen significat virtutum excellentiã, & promeretur cœlorum opulentiam. Significat dico excellentiam virtualem, sicut in illis prædictis duob. Talis est dilectus meus. & Talis decebat vt nobis esset pontifex &c. Vnde etiã Iudith. 11. Non est talis mulier super terram in sensu verborum & pulchritudine. Meretur etiam opulentiam æternalem, quia .s. illi q̃ sunt tales .i. ita in virtutibus excellentes, cœlestis gloriæ sunt hæredes. Vnde Matt.19. dr̃. Sinite ad me paruulos, venire. talium est.n. regnum cœlorum. Et sic dico ꝙ talis potest significare perfectionem hominis virtuosi. ¶Secũdò dico ꝙ significat infectionem hominis vitiosi. Peccator.n. qui excellenter est malus, dr̃ talis ꝑꝑ excellentiã prauitatis. Vnde Ironice dr̃ Malac.2. Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Dei, & tales ei placent. Isti.n. videntur tales, & opera eorum talia dicuntur. Vnde Roman.1. dr̃ ꝙ qui talia agunt, digni sunt morte. Vnde etiam de malis operibus dr̃ Hier.5. Stupor & mirabilia facta sunt in terra prophetæ ꝓphetabant mendacium, sacerdotes plaudebant manibus & populus meus dilexit talia. Et tamen Gala. 5. dr̃ ꝙ qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. ¶Tertiò dico ꝙ talis significat excellentiam oneris dolorosi. s. laboris & grauaminis huius seculi, de quo ad Heb.12. Recogitate eum qui talem sustinuit aduersum se à peccatoribus cõtradictionem. ¶Quartò dico ꝙ talis potest significare eminentiã muneris gloriosi, scilicet gloriam paradisi, vbi est grãdis honoris excellentia, dulcis saporis opulentia, suauis odoris redolẽtia. Ista enim tria sunt in cœlo, quæ ꝓpter excellentiã talia possunt dici. De eminenti enim honore qui ibi est, potest dici illud. Para.9. Nõ fuit tale soliũ ĩ vniuersis regnis. De dulci et sapore qui est ibi, potest dici illud.4. Regũ.13. Non est factũ tale phase a diebus iudicum. Phase enim erat factũ in quo agnus paschalis comedebaẽ, significãs paradisum, vbi agn⁹ qui est ĩ medio throni, cibat & pascit beatos. De suaui etiã odore qui ibi est, põt dici illud.2. Para. 9. Nõ sunt visa talia aromata allata, sicut dedit Regina Saba Salomoni. Sic igiẽ patet quomodo talis & Tale põt diuersimode applicari, secundũ ꝙ alijs rebus diuersis & varijs copulatur.

Tangere. Cum sensus tactus sit ille qui magis proprie tãgit obiectum suum, hinc est ꝙ ĩ sensu tactus est maior afflictio & maior delectatio quã in cæteris sensibus inuenitur. In tãgẽdo.n. semꝑ agens passo applicatur, & vnum alteri præsentialiter coniũgitur & aptatur. Et ideo moraliter loquendo, possum notare ꝙ multiplex tangere inuenitur in scriptura, scilicet tangere A

Dilectionis.
Infectionis.
Deuotionis.
Probationis.
Præsumptionis.
Correptionis.
Inspirationis.
Prædicationis.
Imitationis.
Tribulationis.

¶Dico primo ꝙ est tactus dilectionis, quia nihil pro pi⁹ tangit quàm amor. Vñ assuer⁹ in signum amoris & clementiæ dixit Hester. Hester.15. Accede ad me & tange sceptrum. Secundo est tactus infectionis, & iste ẽ quãdo aliqua mala persona aliam per malã cõbinationem tãgit, de quo Leuit.22. Qui tetigerit quodlibet immundũ, immũdus erit. Tertio est tactus deuotionis, & ille est quando anima cupit mentaliter deũ tãgere, & se ei per deuotionis obsequiũ applicare, sicut de muliere infirma legimus. Matth.9. ꝙ cupiebat tãgere fimbriã vestimenti Iesu, dicens, si tetigero fimbriam vestimenti eius, salua ero.

Quarto

Quarto est tactus probationis. Res enim tãgitur vt probatur.sicut videmus ꝙ monetæ probantur per tactũ.& sic voluit tangere Isaac Iacob,dicens.Gen. 27. Accede ad me vt tangã te,& probem si tu sis filius meus Esau.Quinto est tactus præsumptionis,& istud est qñ hõ præsumit tangere res sanctas,quarum tactu nõ est dignus,sicut Oza, qui præsum ptuosè tetigit arcam testamenti,de quo 1.Parali.13.Iratus dñs percussit Ozam,eo ꝙ tetigisset arcam. Sexto est tactus correptionis,& istud est qñ aliqs à Deo vel prælato aliqua afflictione tangit,vt à sui excessibus corrigat.Et de hoc Iob 19.Miseremini mei,miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus dñi tetigit me.Septimo dico ꝙ est tactus inspirationis.Deus.n.tangit hoiem spiritualiter suam gratiam in spirando,& ad ipsum ad pniam conuertendo. Et de hoc dr̃ 1.Regum 10.ꝙ cum Saul abijt pars exercitus quorum tetigerat Deus corda.Octauo est tactus prędicationis.Prædicator.n.tangit & excitat audientes durè ipsos arguendo,suauiter ipsos monendo,ipsos consolando & docendo. Et de hoc põt dici illud 2.Reg.19.Angelus domini.i.prædicator, tetigit Heliam dicens.Surge & comede, grandis tibi restat via.Nono est tactus imitationis, & illud est quando aliquis illos quos associat,tangit.i.siue in bono siue in malo imitatur,Exemplo ceræ,quæ impressionem sigilli à quo tangitur, solet recipere.Quòd.n.tactus & societas malorum hominem malum,patet Eccl.13.Qui tetigerit picem, inquinabit ab ea.Quòd etiam tactus bonorum faciat hominem bonũ, patet 4.Reg.13.vbi dr̃ quòd mortuus positus in sepulchro Helisei cum eius ossa tetigisset,reuixit.Decimo est tactus tribulationis,& iste est quando mali aliquos tribulationibus tangunt,& vexationibus conterunt & affligũt.Cõtra quos in psal.Nolite tangere Christos meos,& in prophetis meis &c.His igitur præmissis possumus generaliter dicere quòd est quadruplex tactus,videlicet

B Quidam
correctiuus.
perfectiuus.
infectiuus.
afflictiuus.

¶Primo dico ꝙ est qdam tactus per quem corrigimur, & iste est quo Deus nos tangit per tribulationem,vel quo prælatus nos tãgit ad correptionem.Equus.n.insolescens qñ calcaribus fortiter tangitur, ad semitam quasi violenter reducitur. Limax etiam qui leuato capite & erectis cornibus incedit,statim quãdo tactus fuerit,ad testam rediens se includit. Calculus etiam quamuis sit frigidus & durus,tñ si sit ferro fortiter tactus, ignis de eo mox exibit.Etiam ferrum ponderosum & frigidum ad stellã maris vertitur,si adamante fuerit tactum, & leui ligno appensum in qua apponat.Sic ꝓcul dubio charissimi tactus correptionis quo a deo vel ꝑlato tãgimur,facit nos insolẽtiam carnis dimittere, & ad semitam veritatis redire. Facit nos cornua elationis & superbię deponere,& in testã humilitatis includere & venire.Facit nos, quanquam more calculi frigidos & indeuotos, duros ẽt & obstinatos, ignẽ charitatis emittere,& nos sanctis desiderijs incẽdere & inflammare. Facit etiam nos quanquàm feroces & ponderosos,ad stellam maris,s. ad ipsum Deũ & ad beatã virginem recurrere & reuerti,& ipsos ꝑ deuotionis & orationis suffragiũ inspicere. Ecce ergo quot bona facit ille tact⁹ quo ꝑ tribulationẽ a deo tangimur,vel per correptionẽ a pręlato ferimur Et hoc vtiq; figuratũ est Lu. 5. de leproso,vbi dr̃ ꝙ Chrs tetigit eũ,dicens.Volo mũdare,& statim mũdatus est Lucæ.n.ẽt dr̃ ꝙ tacto lectulo in quo ferebat iuuenis mortuus ipsum statim a mortuis liberauit.Marci etiã.9.dicitur quòd adducto cœco ad Iesum,rogabant vt eum tangeret, quem protinus illuminauit.Quia procul dubio charissimi tactus tribulationis & correptionis a lepra infectionis & luxuriæ nos emũdat, a morte obstinationis & malitiæ nos suscitat & a cæcitate ignorantiæ nos illuminat.Quia breuiter sicut dicitur in psalm.Ipse est qui respicit terram,& facit eam tremere,qui tãgit mõtes,& fumigãt.Quia videlicet terra, id est terrenus peccator quando per tribulationẽ tãgitur solent ex consideratione diuinæ potentiæ tremere. & sic ad Deum cogit resurgere,& ad ipsum ꝑ orationẽ cõpellitur fumigare.Et si vis potẽs aduertere & discere quòd hic ostẽdũtur quatuor genera bonorũ quæ tactus tribulatiõis facit quia per talem tactum

Reportatur fructus possessio.Respicit terram.
Refrenatur cordis elatio.Facit eam tremere.
Formidatur Dei punitio.Tangit montes.
Inflammatur mentis afflictio Fumigant.

¶ Dico ergo quòd talis tactus generat fructuum perfectionem.Respicit inquit terram.Tactus enim ferramẽtorũ, aspectus solis,& tactus radiorum corporum cœlestium,terra ad fructus proferẽdũ disponit, quia pro certo terra fructus nõ generat,nisi ferris & aratris tangeret,& nisi a radijs solarib' videretur. Sic vere homo per bona opera fructificat,quãdo radio diuinæ gratiæ interius penetrat,& quãdo tactu tribulationum exterius fatigatur,quod ostenditur cum dicit, Terram,quia terra est elementum fructificatiuum .Amos.9.Dominus Deus exercituũ tangit terram.Ista tñ sunt cõtra multos,qui tali tactu nonemendantur,sed poti⁹ indurãtur,similes incudi,quæ tactu malleorum non mollitur,sed magis duratur.Iob.41.Cor eius indurabit quasi lapis,& stringet quasi malleatoris incus. Non sic, sed generet iste tactus in nobis fructuũ perfectionem. ¶ Deinde dico quòd iste tactus concutit mentis præsumptionem.Facit eam inquit tremere.Timorem .n.Dei & tremorem introducit.Forte.n.tonitruum quando terram tangit,quandoque generat terræmotum,sic tonitruum tribulationum si hominem tangit,ipsum ad tremendum excitat & inducit. Iob 2.Tange os eius & carnem nisi in faciem benedixerit tibi. Tũc dicit homo illud psal. Timor & tremor venerũt in super me, & contraxerũt me tenebrę.¶ Deinde dico quòd iste malle⁹ vel tactus deprimit cordis elationem.Tãge inquit mõtes.i.elatos & superbos,vt sub ple humilientur, quia, scilicet tactus & impulsus vẽtorũ mõtes ita fortiter cõcutit, ꝙ terra aperta mons ipse in cõcauitatem propriã se recludit, ita quòd vbi fuerat mõs altissimus, inuenitur vallis & locus infimus.Sic vere tactus & impulsus tribulationum mõtuosos & elatos solet deprimere,& ad cõcauitatem humilitatis reducere, & ad sui consideratione & cognitionem inferi⁹ inclinare.Tange inquit montes.Iob 14. Mons cadens defluit, & alluuione terra paulatim cõsumit. Quod tamen est cõtra multos similes bufoni, qui quãto pl' tangitur,tanto per impatientiam plus inflatur. Sic isti quãto plus tribulationibus & correptionib. reprimũtur, tãto plus per superbiam eleuantur.Quod bene figuratur Exod.11.vbi dicitur quòd dominus dixit.Adhuc vna plaga tangam Pharaonem.Et sicut patet ibidẽ, ex tali tactu nõ est Pharao emẽdatus,sed magis contra deũ inflatus, & ad persequẽdũ filios Israel animatus propter quod in maris barathrũ est submersus.Tactus igitur iste deprimit cordis elationem.¶Insup dico ꝙ iste tactus accendit mentis affectionẽ, quod ostenditur cum dicitur.Fumigare enim ignẽ arguit. Quia sicut impulsus venti solet ignem accendere, & fumũ sursum eleuare & euolare, sic tactus tribulationis ignem charitatis accẽdit,& sancti desiderij fumũ eleuat & extollit.Fumigant inquit. Vnde in ps.dr̃.Tãge mõtes & fumigabũt,fulgura coruscationẽ, & dissipabis eos,emitte sagittas tuas, & cõturbabis eos. Tact⁹.n.fulguris & sagittę cõturbatio solet hoiem mentaliter conturbare,& eum a statu peccati moraliter dissipare,& eũ per æternorũ desideriũ,& ꝑ mundanorũ contẽptum cõpellere fumigare.Et sic patet ꝙ tactus correptionis & tribulationis in nobis efficit multa bona. Qđ tñ est cõtra multos q sunt similes illi morbo,q dr̃ noli me tãgere, qa ille morbus qñ tãgit,indignat.Quia ꝑ certo multi sunt q nullo mõ ꝑ correptionẽ volunt tãgi,sed potius ꝑ adulationem palpari, qui si à Deo vel ꝑlato tãgunt,statim ꝑ impatientiã indignantur. Aes.n.nunq̃ põt ita modicũ tãgi q̃n sonet. Sic nec tales quin murmurent.Et ideo isti similes sunt illi lapidi q dr̃ pyrites, de quo dicit Isid.in lapid.ꝙ tangi vult leuiter blãdaq; manu teneri,nã pressus nimium digitos tangentis adurit. Sic ergo oportet ꝙ tales intacti & incorrepti dimittant, qa alias suos tactores cõburere & lædere niterent. Ideo consulit Nu. 16. Recedite à tabernaculis hoium impiorũ, & nolite tãgere q̃ ad eos ptinẽt.Nõ sic ergo,qa ꝑ certo medicina nõ sanat infirmum,nisi psonaliter tãgat ipsum.Et sic est ergo tactus per quẽ corrigimur.¶Scđò principaliter dico ꝙ est alius tactus ꝑ quã perficimur,& iste est tactus societatis bonorũ, qa pro C certo si bonos socialiter tangimus,mores eorũ induimus,& nos eorum conditionibus cõformamus.Smaragdus,n.est lapis viridissimus,intantũ, ꝙ aerem quem tangit,in virorem conuertit,significãs viros bonos,qui illos quos frequentant & tan-

& tāgūt suis doctrinis & exēplis, virides & honestos faciūt. Quia ꝑ certo qui cōsortiū bonorū frequētauerit, se ipsorū similitudini facilr̄ cōformabit. Bonos igit̄ tangamus & frequentemus, vt nos eorū morib. conformemus, quia sicut dr̄ Lu.6. Oīs turba q̄rebat Chr̄m tāgere, quia virtus de illo exi bat & sanabat oēs. Iste est igit̄ tactus per quem perficimur. ¶Tertio principaliter dico ꝙ est alius tact' ꝑ quē inficimur, & iste est ille quo tāgimus mūdi bona ipsa diligēdo, quo nos tangimus malorū vitā ipsam imitando, & quo nos ēt tangimus aliorū iniquitatē ipsam explorando. tales. n. tactus illiciti sunt & nobis penitus interdicti. Viadecos. n. est lapis ꝓcio sus, qui si tetigerit mortuū virtutē suā amittit. Sic pro certo & hō quanquā ꝓciosus sit & sanctus, per tales tñ malos con tractus virtutem & gratiā ꝑdit. sicut. n. dr̄ Num. 19. Quicq̄d tetigerit immundus īmūdū faciet. & Leu.5. dr̄ ꝙ aīa q̄ aliq̄d īmūdum tetigerit rea erit. Bonū est ergo (teste apost. 1. Cor. 7.) mulierē non tangere, & se à talib. tactib. abstinere, quamuis Ozeæ 4. dicatur. Maledictum, furtū, adulteriū, inundauerunt super terrā, & sanguis sanguinem tetigit. Iste est ergo tactus per quem inficimur. ¶Quarto dico ꝙ est alius tactus per quē affligimur, & iste est tactus æternæ damnationis. Bonum est ergo vt præsentibus pœnis tangamur, ne ęternis miserijs affligamur, vt de nobis possit dici illud Sap.3. Iustorū animæ in manu Dei, & sunt, & non tanget illos tormentum mortis, & sic ergo patet ꝙ est quadruplex tactus, s. Afflictiuus, Infectiuus, Perfectiuus, & Correctiuus. & sic sufficit.

A **Tanquam.** Cum tanquā denotet mihi quandā cōparatiuā similitudinē, sicut quēadmodum & similia aduerbia, & quia oīa quæ sunt, possunt aliquibus similitudinibus comparari possumus dicere qđ illud vocabulum tanquam potest pertinere ad viros

Perfectos. Primum est tanquam magnæ bonitatis.
Infectos. Secundum est tanquam magnæ prauitatis.
Damnatos. Tertium est tanquam grandis aduersitatis.
Beatos. Quartum est tanquam summæ fælicitatis.

¶Igitur primo dico ꝙ est vnū tanquā ꝙ pertinet ad viros perfectos. Viri. n. ꝑfecti & iusti reb. varijs comparātur. Isti. n. quandoq; gerunt similitudinem diuersarū rerum. Sunt. n.

Tanquam
surdi non audientes per patientiam.
in fornace manentes per pœnitentiam.
vxoribus carentes per continentiam.
nihil habentes per paupertatem,
paruuli lactantes per humilitatem.
lapides viuentes per stabilitatem.

¶Dico ꝙ isti sunt sicut surdi nō audientes per patientiā. Vñ psal. Ego autem tāquam surdus non audiebam &c. Itē sunt tanquam in fornace ardentes per pnīam. Et de hoc Sap.3. Tanquam aurum in fornace probauit eos dñs, & quasi holocausti hostiam accepit eos. Itē sunt tanquā vxorib. carentes per continentiam. Vnde 1. Cor.7. Qui vxores habēt, sint tanquam non habentes. Itē tanquā nil habentes per paupertatem 2. Cor.6. Tanquā nihil habētes, & oīa possidentes. Itē sunt tanquā paruuli lactantes per humilitatē 1. Cor.3. Tanquā paruulis in Chr̄o lac dedi vobis edere, nō escā. Itē sunt tanquā lapides viuentes per constantiæ stabilitatē. Vñ 1. Petri 2. Vos tanquā lapides viui superędificamini domos spūales. Igit̄ illud est tanquā, i. illa similitudo seu cōparatio quę pertinet ad viros perfectos. ¶Scđo dico quod est vnum tanquam qđ pertinet ad viros infectos, & sic de ipsis dicitur in psal. quod tanquam fænum velociter arescēt, & quemadmodum olera herbarum cito decident. ¶Item tertio dico qđ est vnum tanquā quod pertinet ad viros damnatos, & sic de Christo in iudicio dicitur. Reges eos in virga ferrea & cæt. ¶Quarto dico quod est vnum tanquam quod pertinet ad viros beatos, & sic ipsis dr̄ Hebr.12. Tanquam filijs se offert Deus. Vide de sicut, & de alijs titulis similibus.

Tantum. Idē est ꝙ solūmodo. Vide ergo de solus. Tantum. n. videtur esse dictio priuatiua. Priuat. n. omnem vlteriorem dictionem vel positionem. Et ideo dilata si vis, sed omitto, quia vocabulum est sterile.

Tantus. Idem est quod tam magnus. Vide supra de magnitudine.

Tarditas. Nota ꝙ tarditas multa posset significare, sed valde paucæ sunt authoritates notabiles, ne tñ intacta videat̄ totalr̄, notandum quod est tarditas

Commendabilis,
Detestabilis.
Formidabilis.
Tollerabilis.

Est dico primo tarditas cōmendanda, & ista est tarditas deliberatiua, qua. s. hō tardat & deliberat facta sua facere, vt ad ipsa mature procedat. Bos. n. & asinus sunt animalia valde tarda, sunt tñ multo magis vtilia quam tigrides vel leones, quæ valde leuia & velocia esse dignoscuntur Sic vere meliores sunt illi qui per deliberationem sunt tardi, quam illi qui per nimiam præcipitationē sunt in suis actibus præcipites atque citi. Ideo Iacob. 1. dicitur. Sit autē omnis homo velox ad audiendum, tardus autem adloquendū, & tardus ad iram. ¶Secundo dico quod est tarditas detestāda, & illa est tarditas pigritiæ qua homo est tardus & piger ad faciendum illa quæ pertinent ad salutem, similes limaci, quod est animal valde tardum. Contra quos dr̄ Deuter.23. Cum votum voueris domino tuo, non tardabis reddere. & Eccles.5. Ne tardes conuerti ad dominum. ¶Tertio dico quod est tarditas formidanda, & ista est tarditas diuinæ patientiæ, qua. s. ipse tardat vsque post mortem reddere retributionem superbis, quia ipse est sicut aries, qui quanto plus tardat percutere retrocedendo, tāto durius percutit veniēdo. Tarda enim videtur ista iustitia iniuriam patienti, nō est tamen tarda in conspectu Dei, cui omne quod est totum est in præsentia, & ideo dicitur Ecclesiasti.7. Memento ire, qm̄ non tardabit. ¶Quarto dico quod est tarditas quæ est tolleranda, & ista est tarditas diuini auxilij & gratiæ, & tarditas fœlicitatis æternæ. Deus. n. tardat dare beneficia sua vt auidius appetantur, sed quanto plus tardat, tanto abundantius remunerat, similis patrifamilias, qui ex certa scientia tardat reddere operario mercedem vsque ad finem septimanæ, vt in fine septimanæ merces sibi reddita plus ametur. Ideo dr̄ Abacuch.2. Si moram fecerit, expecta eum, quia non tardabit. Vide supra de Patientia, Differre, Amicitia, Pigritia, & aliis similibus.

Taurus. Nota ꝙ taurus in scriptura accipitur vel sumitur quatuor modis. Per taurum enim A quod est animal indomitum, nulli adhuc iugo subiectū, possum intelligere Christum, qui dicitur taurus propter fortitudinem indomabilem. Deutero no.33. Fortitudo eius rhinocerontis, quasi primogeniti tauri pulchritudo eius. ¶Itē significat diabolum, ꝓpter crudelitatem incredibilem. Vnde de damnatis dicitur Esaiæ.34. Descendent vnicornes cū eis & tauri cum potentibus. ¶Item significat quemlibet martyrem ꝑꝑ immolationem deo placabilem. Tauri enim Deo solent immolari, & de carne etiam tauri mortui apes, vt dicitur solent nasci, quia scilicet corpora sanctorum Deo fuerunt immolata, & multitudo apum, id est fidelium de corporibus suis mortuis fuit nata, quia occasione mortis ipsorum in fide fuit generata. Vnde Matthæ.22. dicitur in persona Christi. Tauri mei & altilia mea occisa sunt. ¶Item significat quemlibet impium propter prauitatem detestabilem. sic communiter sumitur in scriptura. Sicut enim taurus est.

Animal
ceruicosum.
lubricosum.
furiosum.
clamorosum.

Sic vere peccator est elatus & ceruicosus per superbiam, quia. s. more tauri caput portat elatum per superbiam & cornutum. Contra quod Eccl.6. Non te extollas in cogitatione tua sicut taurus. Item est immundus & lubricosus per luxuriam. Vñ de luxurioso dicitur in psal. Congregatio taurorum in vaccis populorum. Item est proteruus & furiosus per discordiam. Ipse enim more tauri gloriatur cū alijs luctari, & pugnam alijs præofferre. Vnde de illis pōt dici illud psal. Tauri pingues obsederunt me. Item est clamorosus & verbosus per iniuriam, quia. s. more tauri non cessat per murmurationem mugire, & per iniuriam alios ꝑturbare. Hier.50. Effusi estis sicut vituli super herbam, & mugistis vt tauri &c. Vide supra de Boue.

Tecum. Vide infra vbi vobiscum.

A **Tegere. Tegimen. Tectum.** Multa possēt dici de tegere, sed deficiunt authoritates notabiles, & ideo vide in alijs titulis, scilicet de abscōdere, operire, velare, ce-

lare, induere & vestire. omnia enim huiusmodi tegumenta designant, quia in scriptura inuenitur tegumentum

Honestatis.	De tegumento honestatis quo boni
Potestatis.	teguntur, dr̃ 3. Reg. 6. quod Salomõ
Pietatis.	texit domum tabulis cedrinis. De te
Falsitatis.	gumento p̃tatis quo Deus tegit &
Excusationis.	protegit in se sperantes, dr̃ in psalm.
Obstinationis.	Sub vmbra alarũ tuarũ sperabo, do-
Luxuriationis.	nec transeat iniquitas. Et Sap. 5. Dex
Occultationis.	tera dñi teget sanctos. De tegumen-

to pietatis quo nudorũ corpora sunt tegenda, dicitur Tho. 4. De vestimentis tuis nudos tege. de tegumento falsitatis quo hypocritæ se velant, & de tegumẽto excusationis quo adulatores diuites excusant, vide alibi. De tegumento obstinationis dicit Aug. Si tegis, Deus deteget, si detegis, Deus teget. De tegumento luxuriæ & consanguinitatis dicit Ouidius, Dulcia fraterno sub noie furta tegemus. De tegumento vero occultationis quo vir humilis tegit & occultat facta sua virtuosa, nolens ea videri, dr̃ Ezech. 32. Solem nube tegam, & luna non dabit splendorem suum transeo. vide in alijs titulis supradictis.

A **Tempestas.** Nota q̃ tẽpestas nihil aliud est quã quædã aeris distemperantia, quæ intuentibus & sentientibus horrorem incutit & terrorem, quæ, s. ex aqua, vento, turbine, fulgure & grandine & alijs aeris impressionibus generatur. Possum ergo moraliter notare q̃d tempestas significat

Iniquitatis redundantiam.	Est igit̃ tẽpestas iniquitatis.
Prosperitatis affluentiam.	Multitudo. n. vitiorũ est si-
Crudelitatis violentiam.	cut q̃dã tẽpestas q̃ submer-
Aduersitatis pestilentiam.	git & obruit pctõres. psalm.

Veni in altitudinẽ maris, & tempestas demersit me. Tempestas vitiorũ illum submergit, qui altitudinẽ maris, i. mundi eminentiã ascendit. Exemplo syrenæ, cuius cantus & plausus signa sunt tẽpestatis. Sic vere solatia, & p̃speritates malorum signa sunt tẽpestatis p̃ñtiũ vitiorũ & futurorũ tormẽtorum. Hie. 23. Tempestas erumpens super caput impiorum Contra q̃d Dauid in psal. Nõ me demergat tempestas aquę &c. Itẽ est tempestas p̃speritatis. Tempestas. n. vltra debitũ abundans oĩa dissipat atq; turbat. vnum tñ est q̃ modicum perseuerat atq; durat. Sic vere malorum p̃speritas alijs est nociua, parum tñ est durabilis aut mãsiua. Cito. n. mali i sua gloria deficiunt, & q̃uis dum durant multa mala faciãt, cito tñ pereunt & desistunt. Prou. 10. Quasi tempestas transiens ĩpius nõ inueniẽ, iustus aut quasi stabile fundamentum. Item est tempestas crudelitatis, quia tyranni more tempestatis alios fulminant, & crudeliter inflammant. vñ de crudeli Nabuchodonosor dr̃ Esa. 5. q̃ rotę eius quasi impetus tempestatis. Ista tñ vtilis est patientia. Exemplo graminis & herbæ, q̃ viridior est tpe tempestatis. Item est tempestas aduersitatis, illa, s. qua Deus in inferno fulminabit dãnatos, de qua in ps. Ignis in cõspectu eius exardescet & c. Ita q̃ quilibet damnatus poterit dicere illud Thre. 5. Pellis nostra quasi clibanus exusta est à facie tempestatis & famis. Contra istam tamẽ valet corallus rubeus. i. memoria sanguinis Christi. sufficiat. vide de Fulgure, Grandine, & Turbine.

Temperantia. De tẽperantia nihil pono, quia paucæ sunt authoritates notabiles. Vide ergo de ea originalia, & pone ea si vis.

A

Templum. Cũ templum proprie sit locus ad cultum Dei dedicatus, & ad religiõis officiũ ordinatus, possumus dicere q̃ sm̃ q̃d aliqui spũaliter colunt diuersos, quidam, s. Deum cæli, quidam Deum seculi huius, secundũ hoc possunt inueniri bona templa & mala. ¶ De tẽplo ergo in bono & malo significato sumpto primitus est dicendum. Notemus ergo quod est templum

Interius.		interius est deuotorum.
Exterius.		exterius est clericorum.
Inferius.	Templum	inferius est templum perfectorum.
Superius.		superius est angelorum.

Primum fit de virtutibus.
Secundum fit de lapidibus.
Tertium fit de hominibus.
Quartum fit de spiritibus.

¶ Primũ ergo est tẽplũ interius, q̃d est deuotorum, & illud est tẽplũ conscĩæ, quia, s. iustus & iusti cõscĩa tẽplũ est & habitaculũ spũs sancti. Iõ dr̃ 1. Cor. 3. Tẽplũ Dei sanctum est, q̃ estis vos. ¶ Scd̃m est tẽplũ exterius, q̃ est clericorũ. & illud est materiale in quo viri eccl̃astici seruiunt deo, de quo Io. 18. Sp. docui in synagoga & in templo, quo oẽs iudæi cõueniũt. ¶ Tertiũ est tẽplũ inferius, q̃ est tẽplũ perfectorum, & illud est tẽplũ eccl̃æ, i. status fidelium & potissime ecclesiasticorũ, de quo in ps. Adorabo ad tẽplũ sc̃tm̃ tuũ, & cõfitebor noĩ tuo. ¶ Quartũ est tẽplũ superius, q̃ est beatorũ, de quo in ps. Dñs in tẽplo sc̃tõ suo, dñs in cęlo sedes eius. His p̃missis de tẽplo morali, hoc est dictu de statu eccl̃astico aliquid est dicẽdũ. & dicamus q̃ sicut ista tẽpla materialia solent firmiter fundari, decenter ornari, diligenter mundari sic stat ecclesiæ firmiter fundat̃. s. super fidei fundamẽto, de quo 2. Esd. 5. Fũdauerunt tẽplum dñi in nouilunio. i. in nouitate fidei. Decenter ornat̃ virtutum ornamento, de quo 1. Mach. 4. ornauerunt faciẽ tẽpli coronis aureis. Et si vis pone q̃ sicut ad ornandum tẽplum multa requirunt̃. s. pãni, cerei, cãdelabra, cãpanæ, & cãtores, crux, & sc̃tõrũ imagines, sic in tẽplo ecclesiæ vel ẽt cõscĩæ debent esse pãni aurei decentis honestatis, lãpas, & cerei splendentis veritatis, cãpanæ & cãtores diuinæ laudis & sonorę suauitatis, crux. i. passio Chrĩ mortis & calamitatis, imagines sc̃tõrũ. i. imitatio sc̃titatis & bonitatis. Hie. 30. Tẽplũ iuxta ordinẽ suũ fundabit̃. Itẽ diligenter mundat̃. s. à culparũ & criminũ purgamento 2. Mach. 10. Purgato templo aliud altare fecerunt. De tali altari & templo sic fundato possumus dicere illud ps. Sc̃tm̃ est templum tuum, mirabile in æquitate. Aduerte ergo quod tẽplũ ecclesiæ vel etiam quælibet bona persona debet habere

Puritatem immaculabilem.	Primum probat sta-
Libertatem inuiolabilem.	tus conditio, q̃ a san
Excellentiam considerabilem.	ctum. Scd̃m Dei pos
Aequam lancem imperturbabilem.	sessio, q̃ a tuum. Ter-

tium loci perfectio, quia mirabile. Quartum iusta libratio, quia in æquitate. Templum ergo debet esse

nullam feculentiam deturpatum. Sanctum.
nullam pestilentiam violatum. Tuum.
Per summam excellentiam honoratum. Mirabile.
rectam lancem regulatum. In æquitate.

¶ Dicamus ergo primo q̃ tẽplum illud debet pollere puritate, q̃ a, s. sc̃tm̃ est mundum & purum, & nullis vitijs defædatũ iuxta illud p̃dictum 1. Cor. 3. Templum Dei sc̃tm̃ est. Sicut n. turt̃ loca mũda diligit, immunda vero odit & refugit. Apes ãt flores mundos & bonos sectant̃, in mundo loco sistũt, aut morant̃, sic vere Deus q̃ turture vel ape mundior & purior esse dignoscit̃, in loco quem inhabitat, s. in tẽplo eccl̃æ vł cõsciæ munditiã vult inuenire, alias ad illud nõ solet accedere neq; venire, sed potiꝰ inde recedere & abire. Sc̃tm̃ est ergo. ps. Deus in tẽplo sc̃tõ suo. Cum igit̃ iste locus debeat esse sc̃tus & mundus, nõ decet q̃ ab immundis hoĩnib. frequentet̃, nec q̃ vitiorum immunditijs maculet̃. Dicit. n. Solinus de mirabilib. mundi, quod aues q̃ dñr Diomedeæ q̃ plumam habent albã & oculos igneos, domum & habitaculum in altissima maris rupe sibi ædificant, q̃ quodam ritu mirabili oĩ die cõsecrant & sanctificant. Ad mare. n. descendentes in aqua se demergunt, & sic domum lustrãtes, ipsam alis vibratis quodammodo mundant, sanctificant, consecrant, & purificant & aspergunt, signantes illos qui in habitaculo ecclesiæ constitui (quod etiam in alta rupe, scilicet super firmam petram Christum in medio maris fluctuosi seculi est fundatum) intra ipsum habitaculum suum, s. ecclesiam vel religionem in qua sunt, omni die nituntur in aqua pœnitentiæ se balneare & se aqua lachrymarum aspergere, Deo se cõsecrare, & ædificare, & dedicare, & ipsum in sc̃titate seruare, & ab omnibus sordibus & immunditijs se depurare. Sanctum inquit est templum 2. Paral. 29. Sacerdotes ingressi sunt templum domini, vt sanctificarent illud. Q̃d tamen est contra multos, q̃ templum conscientiæ vel ecclesiæ non sanctificãt, nec sanctificare curant, sed potius ipsum varijs vitijs deturpant, maculãt atq; fœdant, iuxta illud psal. Deus venerunt gentes in hereditatem tuã, polluerunt templum sanctum tuum. O Deus quot hodie sunt pollutores huiusmodi, & quot sactitudinis fedatores. Videtur. n. impletum illud 2. Mac. 6. Templum luxuria & commenssationibus erat plenum, & scortantium cum meretricib. in sacrisque ædibus mulieres vltro se ingerebant.

B

rebant.Non sic charissimi nō,quia ꝓcul dubio sicut dictum est tēplum illud.s.ecclesia religio vel conscientia debet pu- Critate pollere.Sanctū est inquit tēplū.¶Scdo dico ꝙ illud tē plū debet libertate gaudere,cū dr̄.Tuū. istud.n.ꝓnomē.Tuum est pronomen possessiuū.Et iō sicut videmus qđ posses siones fisci & ecclesię magnis libertatibus & priuilegijs sunt dotatæ.intantum quòd nullus audet eas violare, sic tēplum ecclesiæ & conscientiæ quod proprie est tuum deus summa libertate gaudet,intantum quod hic & non alibi potest homo saluari, & ꝑpter hoc nō pōt nec debet nec ꝑ demones nec ꝑ hoies violari 1.Cor.3.Qui templū dn̄i violauerit,destruet eū dn̄s.Tuū,supple o deus.Quis est ille q̄ auderet domū regis inuadere,vel qui fugiētē ad immunitatē materialis ecclesiæ,etsi crimen maximū cōmisisset,auderet violēter extrahere?Non.n.debet præsumptuose inuadi,sed ob reuerentiam illius cuius est,cum reuerentia venerari. Tuum inquit.psal.Adorabo ad templum sanctum tuum domine, & confitebor nomini tuo.Istud est.n.templum suum, vbi

Moratur. — Dico ꝙ ibi moratur.psal.Dominus in templo sancto suo. Dico qđ ibi
Laudatur. — laudaē.psal.In tēplo eius oēs dicēt
Honoratur. — gloriā.Dico ꝙ ibi honorantur.psal. A tēplo sancto tuo qđ

est in Hierusalē tibi offerent reges munera.Istud est tn̄ con tra multos,qui quāuis sciant ꝙ ecclesia est propriū templū Dei,ipsi tamen ipsum non honorant nec reuerentur, sed ipsum violenter offendunt & deprædanē,sicut sunt potissime tyrāni,& vt cōiter seculares dn̄i & balliui,qui ꝑ certo summe student templum domini offendere, possessiones ecclesiæ inuadere,& quicquid habent templi & ecclesiæ seruitores,pro viribus deuastare.Exemplo vrsi,qui examen apum non obstantibus apum punctionib.cassat atq; laniat, vt mel la eorum deuoret atque rodat.Quia pro certo tyranni hodie student examen apum,i.cōgregationem bonorum, hoc est dictu,domum & templum ecclesiæ cassare,& indere qc quid habent,vt melle diuitiarum suarum possint famē auaritiæ suæ satiare.Istud procul dubio videmus quod propter tales vrsos famelicos & furibundos quasi templum ecclesię est penitus destructum.Naum.2.Portę fluuiorū apertæ sunt & templum ad solum dirutum est:Fluuij enim dicuntur tales homines violenti,figurati in Antiocho,de quo dicitur 1. Machabeorum 6.quod cum audisset in ciuitate Helymaide esse templum locuples valde,quærebat capere ciuitatē.sed occurrentes illi de ciuitate ad prelium contra eum exierūt, & eum fugere compulerunt.Quia pro certo multi sunt tyranni inuidentes templo & ecclesiæ,qui vt possent locupletari,ipsum penitus raperent & destruerent,nisi illi de illo tē plo & de ciuitate eis concurrerent, & se viriľr defensarent. Et breuiter isti sunt illi de quibus dicitur Eze.8.ꝙ dorsa habebant contra templum,& adorabant ad ortum solis,quia s.isti contra templum ecclesiæ dorsa verterunt.Non sic charissimi,quia vt dictū est,templū illud debet libertate gaudere,quia tuum inquit.¶Tertio dico quod illud templum excellētiam debet habere,quia mirabile.Illud. n. templum antiquum quod ædificauit Salomon,valde fuit excellēs & mirabile,intantū ꝙ ipse 1.Para.22.de eo dicebat. Domus quā ædificare cupio,talis debet esse,vt in cunctis regionibus nominet.Discipuli ēt admirantes mirabilia ædificia templi dixerunt Chro.Mar.10.Magister,aspice quales lapides & quales structuræ.In quo notat ꝙ ecclesia vel conscientia viri iusti debet habere excellentes & notabiles virtutes, quod merito debet ab alijs admirari.Sicut enim nos

cælum propter stellarum multitudinem.
Miramur mare propter aquarum amplitudinem.
terram propter fructuum multitudinem.
aerem propter auium celsitudinem.

Sic procul dubio mirari debet ecclesia ꝑꝑ virtutum magnitudinē.Mirabile inquit.Lu.1.Erat populus expectans in tēplo,& mirabaē.ita ꝙ antiquitus solebant dicere illud Lu. 5. Vidimus mirabilia hodie.De mirabilibus autem quæ erant in templo illo,ꝑ q̄ possunt mirabiles virtutes ecclesiæ denotari,possumus dicere ꝙ sicut in templo illo erat arca testi continens manna,virgā & tabulā legis Dei,quæ quidem arca erat cooperta ꝑpitiatorio,& duo cherubin deportabat, iuxta vero arcā erat altare thymiamatis,vbi incensum offerebaē,tādē erat ibi velū cādelabrū,mensa & altare holocaustorū,sicut dr̄ 3.Reg.7.sic,ꝑcul dubio charissimi in tēplo ecclesiæ debēt esse oia ista misterialiter intellecta. Per arcā.n. testamenti intelligunē viri ꝑsidentes,q.a.s.māna.i.dulcorem pietatis,virgā.i.rigorē seueritatis, tabulas legis.i.sciētiā totiꝰ veritatis dēnt cōtinere,secū vero duo cherubin,q̄ interpretanē plenitudo sciētiæ.i. duos ad minus sapiētes cōsiliarios debent hr̄e,ꝑpitiatoriū venię & misericordię debēt tenere,& iuxta altari incēsi & thymiamatis:i. iuxta exercitiū deuotionis & orōnis dēnt manere: Per velū aūt intelligunē virgines & cōtinentes: Per cādelabrū doctores & alios illuminantes.Per mēsam boni diuites pauperes pascētes.Per altare holocaustorū martyres & religiosi,seipsos dn̄o imolantes.Oēs tales personæ in tēplo ecclæ solebāt reperiri,ꝑpter ꝙ merito poterat admirari.Vn̄ verificatur proprie illud 3. Reg.6.ꝙ nihil erat i tēplo ꝙ nō auro tegeret,quia pro certo oē illud ꝙ in illo templo esse solebat, auro sanctitatis & mūditiæ præpollebat.Cuius tn̄ procul dubio est hodie contrarium,q.a ꝑ certo persōnę ecclasticę nō sunt hodie mirabiles sanctæq; & aureæ,sed potius imundæ atq; terreæ.Hodie nō mirant excellentiā suæ sc̄titatis,sed potius nequitiā suæ prauitatis,atq; fallaciæ nimiæ magnitudinis.Vn̄ 1.Mach.1.dr̄ ꝙ rex Antiochus tulit de tēplo Dei altare aureum & candelabrū luminis,& vasa concupiscibilia deportauit.Sic rex diabolꝰ de tēplo ecclæ prædictas sanctas ꝑsonas sustulit & subtraxit,& in loco earū malas personas instruxit & instituit. Vn̄ proprie hodie vr̄ verificatū illud Dan.9.vbi dr̄ ꝙ in templo erit abominatio desolationis.Non sic charissimi, sed sicut dictū est istud templum excellentiā habere debet. Mirabile inquit.¶Quarto dico ꝙ in isto tēplo æqua lanx debet manere,q.a in ęquitate inquit. ibi.n.debet esse æquitas,iustitia,& veritas adæquata in iurisdictiōe & in subditorū ꝑmotione.Latera.n.templi Hierľm debebant esse æqualia, sicut dicitur Apoc.21.Sic seruitores huius templi debent per sanctitatem esse æquales,non per acceptionē munerū vel personarū inæquales,s.promouēdo vnū,& aliū dimittēdo. Vn̄ Leu.9.A equa mensura,& æquū sit pondus. Vt de quolibet ecclesiastico dicaē illud Mala.2.In pace & æquitate ambulauit mecū.Vide supra de æquitate,de acceptione,de munerib.Acceptio.n.personarū & munerum facit inęqualitatem promotionum.Et iō dominus vendentes & ementes,i.munera dantes & recipientes legitur eiecisse sicut dicitur Ioā. 2.Sed pro certo illi extra templum illud non diu manserūt, immo continuo redierunt.Tanta est.n.ibi copia talium, & sunt ita hodie multiplicati,quod nō percipitur ꝙ vnquam fuerint à domino expulsi & eiecti,sicut de Lysia legimus 2. Mach.11.quod æstimabat se ciuitatem Hierusalem habitaculum gentium facturum,templum vero sicut cætera delubra gentium in quæstum pecuniæ habiturum.Nō sic,sed sit ibi æquitas &c.Sic patet quomodo templum Dei,quod est ecclesia vel conscientia,debet habere

Iustitiam adæquatam.
Excellentiam antelatam.
Libertatem priuilegiatam.
Puritatem nunquam maculatam.

Sic igiē dico qđ templum sumitur in bono. ¶Adhuc dico qđ templum sumitur in malo.Templum.n.non solum est locus vbi Deus adoratur, immo etiā dr̄ locus vbi diabolus cum suis idolis adoratur. Et ideo breuiter per diuersa templa idolorum possum intelligere diuersos status vitiorum,vel etiam hominum iniquorum. Et sic notabo breuiter quod in scriptura inuenitur

Templum
Dagon.
Astaroth.
Nesrath.
Baal.
Remon.
Dianæ.
Belis.

¶Et ita possum dicere quòd est templum.
Iracundiæ.
Luxuriæ.
Accidiæ.
Auaritiæ.
Superbiæ.
Gulę.
Inuidiæ.

Habet igiē qđ templum suum iracundia, in hoc templo iracundus est sacerdos, enses sunt cerei,comminationes & iniuriæ sunt campanæ, relatores vero verborum sunt incensores,illi vero qui ad vindictam excitant, sunt cantores.Et illud ꝑcul dubio est tēplū Dagon,qui interpretaē piscis iniquus vel pi scis

ſcis mœroris, quia. ſ. iracũdia dr̃ piſcis quorũ maior deuorat minorẽ) rõne crudelitatis, dr̃ iniquus, rõne malignitatis dr̃ mœroris, rõnæ factæ & executæ contra alios aduerſitatis. Et de iſto tẽplo dr̃ 1. Mac. 10. ꝙ Ionathas illos qui ad tẽplũ confugerãt, vna cũ tẽplo ſuccẽdit. quia. ſ. illi q in tẽplo iracundiæ hoſpitant̃, furoris ignib. ſuccendunt̃. ¶ Habet tẽplũ dña luxuria & capellas ſuas, & dñatur & vocat̃ magna eccl'a. In iſto luxurioſus eſt ſacerdos. mala mulier eſt altare, ꝙ multũ adorat̃. lenones ſunt miniſtri. infamiæ hoĩum ſunt campanę. mali laudatores aut deceptores & procuratores, ac cautelæ vetularũ ſunt cantores. Et iſtud eſt templum Aſtaroth, q interpretatur cubile, quia tales ſp in cubilibus & impudicitijs volunt eſſe. Vñ de Philiſteis dr̃ 1. Reg. 31. ꝙ ipſi poſuerũt arma Saul in tẽplo Aſtaroth Saul interpretat̃ abutẽs, qa nullus bonis naturæ magis abutit̃ ꝙ luxurioſus. ¶ Habet tẽplũ ſuum accidia, & in iſto tẽplo ſacerdos eſt accidioſus, lectus eſt altare. quies ſomnus & deliciæ ſunt miniſtri. Et iſtud eſt tẽplũ Neſrath. qui interpretat̃ tẽtatio tenera, quia. ſ. illi qui ſunt ita teneri ꝙ labores nequeunt ſuſtinere, ſp per accidiã ſolent quieſcere & dormire, & multis ſolent tentationibus ſubiacere. Vñ de Sennacherib. dr̃ 4. Reg. 9. ꝙ cũ adoret in tẽplo Neſrath. fuit à filijs interfectus. ¶ Habet tẽplũ ſuũ auaritia. Et illud tẽplũ eſt mercatura vel tabula, auarus eſt ſacerdos. arca eſt altare. pecunia eſt Deus, qui colit̃ & adorat̃, qa pecuniæ obediũt oĩa. Eccle. 10. Vxor vero & filij necnõ proſeucæ & famuli ſunt miniſtri. Et illud eſt templum Baal, qui interpretat̃ deuorator, quia. ſ. auaritia deuorat circunſtãtes Et de hoc dicitur 4. Reg. 10. quod rex Iehu omnes prophetas Baal in templo ipſius congregauit, & eos ibi morte damnauit. ¶ Habet templum ſuum domina ſuperbia, & illud templum eſt ſtatus eminentiarum, vbi ſuperb. eſt ſacerdos. adulatores & blanditores ſunt cantores. iactãtiæ ſunt campanę & ſic de alijs. Et iſtud eſt templum Remon, qui interpretatur exaltatio inutilis. quia. ſ. ſuperbi inutiliter exaltantur. Et de hoc 4. Regum. 5. dicitur quod rex Syriæ adorabat in templo Remõ. Habet templum ſuum gula ſeu gaſtrimargia, & illud templum eſt taberna. guloſus eſt ſacerdos. menſa eſt altare . mappa eſt corporale. cocus eſt miniſter. odor ciborum eſt incenſum. Et illud eſt tẽplum Dianæ, quia Diana interpretatur ſuſcitans egritudines, ſignificans gulam, q infirmitates excitat & inducit. De quo dicitur Act. 19. Templũ magnæ Dianæ in nihilum reputabitur. ¶ Vltimo eſt templũ inuidiæ, quæ & habet templum ſuum, & illud eſt aliena proſperitas. inuid9 eſt ſacerdos. murmuratores ſunt miniſtri &c. Et illud eſt templum Belis, qui interpretatur vetuſtas, quia ſ. inuidia eſt primum & vetuſtiſſimum peccatum. Peccatum enim illud quod primo homini nocuit, fuit inuidia diaboli, quia ſicut dicitur Sapien. 2. Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum. Et illud Daniel. 14. dicitur quod venit rex cum Daniele in templum Belis. Hoc igitur de templo ſufficit. Vide ſupra de domo, de tabernaculo, & ſimilibus.

A **Tentare. Tentatio.** Nota ꝙ tentatio aliquãdo ſumit̃ pro probare, ſicut Gen. 22. Tentauit Deus Abraham. Aliquando ſumitur ꝓ ſuggerere, ſeu ad malũ inclinare. Et de hoc Iacob. 1. Deus autẽ intentator malorum eſt, ipſe. n. neminem tentat. Aliqñ pro tribulare vel tribulationem ſuſtinere, & ſic ſumitur Iudith 8. vbi dicitur. Tentati ſunt patres veſtri vt probarẽtur. Eſt igitur triplex genus tentationis, videlicet

Probatiua.
Inductiua.
Afflictiua.

Sed iſtæ tres poſſunt reduci ad duas. Et ſic breuiter diſtinguo ꝙ duplex tentatio, ſ. Vna ſuſtinenda cum patientia. Altera fugienda cum diligentia. ¶ Dicamus ergo primo quod eſt quędam tentatio quæ eſt ſuſtinenda cum patientia, & iſta eſt illa qua Deus per tribulationes nos tentat vt probet ſi firmi & ſtabiles maneamus. Aurifaber enim aurum in igne ſolet ponere, vt bonitatẽ illius probare valeat & tẽtare. Moneta ẽt tactu lapidis tentatur. Etiam balſamus probatur cum in aqua portatus ad profundum deſcẽdit & deriuatur. Etiam quidam ſunt homines in vna regione q ita ſunt zelotypi de mulieribus ſuis, ꝙ quando mulier habet infantem, & volũt probare an ſit ſuus, portant eum ad quendam ſerpentẽ, & ſi ſerpẽs ille non tangat puer eſt ſuus, & ſi tangat, nõ eſt ſuus. Quia quandoq; Deus bonitatem hominum probat & tẽtat igne infirmitatis ipſos affligendo. Aliquãdo ipſos lapide tribulationum tangendo. Aliqñ aqua mundanæ proſperitatis abluendo, talis. n. tentatio ſi bene ſuſtinetur, proficit, bonitatẽ moralem declarat & oſtendit, quia ſicut dicitur Iacob. 1. Beatus qui ſuffert tentationem &c. Vide eam ſupra de probare vel ſufferre. Iſta eſt igitur tentatio ſuſtinenda. ¶ Sed ſecundo dico quod eſt tentatio metuenda, & iſta eſt tẽtatio ſuggeſtionis, vel inductionis, quia. ſ. ad malefaciendum mũdus, caro, demonia nos alliciunt atq; tentant. Tentatio itaque ſuggeſtionis nihil aliud eſt quam ad caſum inductio atque impulſio. Sed quia ſupra quaſi in locis infinitis de tali tẽtatione eſt actum, ideo ad præſens parum eſt de ea dicendũ. Hoc ſolum ergo notandum eſt qđ tentatio huiuſmodi

Inchoatur à cogitatione.
Meditatur in delectatione.
Terminatur in executione.

Quia. ſ. diabolus primo facit hominem de peccato cogitare. Secundo facit hominem in peccato huiuſmodi delectationem inuenire, ſ. ꝓponẽdo ſibi delectabilia quæ ſunt ibi. Tertio facit eum conſentire, & negocio operam demum dare. Tentatio enim eſt ſicut ſerpens qui ſibilat dulciter in ingreſſu, occidit turpiter in egreſſu. Et aduerte quod homini in tentatione tria ſunt neceſſaria, videlicet

Fugere omnem occaſionem.
Tollere omnem præſumptionem.
Quærere Dei tuitionem.

Dico ergo ꝙ occaſionẽ oportet fugere. Non. n. oportet qđ homo frequentet illa quæ poſſunt eſſe cauſa vel materia tẽtationis, ſed quod inde fugiat & recedat. Papilo enim qñ in ſplendore lampadis delectatur, non combureretur nec in oleo ſubmergeretur, niſi frequentando lampadi approximaretur. Balena etiam incautè littori appropians mari ſubito recedente ſibi ſiſtit, & piſcatorum inſidiantium parti cædit. eſt igitur vtile Balneæ à littore ſe elongare, & in profundo maris manere. Papilioni vero vtile eſt à lãpade recedere, & à ſuis ſplendoribus præcauere. Sic vere chariſſimi ſummẽ eſt vtile homini ꝙ præſentiam rerum quæ tẽtationem poſſunt inducere, fugiat, & quod inde pro viribus retrocedere ſtudeat. Cum. n. incautè littore mundi & lãpadi proſperitatis appropiat, & eorum ſplẽdoribus ſe delectat, ſubito igne tẽtationis comburitur, & per malum deſiderium in mũdi littore circa diuitiarum ſabulũ arreſtatur, & ſic à venatore diabolo per cõſenſum malum capitur, & per mala opera punitur & necat̃, quia ſicut dicit apoſtolus 1. ad Timo. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem & laqueũ diaboli. Igitur dico ꝙ occaſionem tẽtationis oportet fugere. quod ẽt dominus in oratione dominica docet petere in illo verbo. & ne nos inducas in tentationẽ. hoc eſt dictu, ne nos ꝑmittas induci in occaſionem tentationis. ¶ Deinde dico qđ ꝑſumptionẽ oportet tollere. Neceſſe eſt enim quod hõ non ſit præſumptuoſus, & quod in proprijs viribus non cõfidat, tales. n. ſæpius ſolent cadere, quia Deus vt experiãtur vires ſuas, ipſos ſolẽt ſibijpſis dimittere, vt tandem debilitatẽ ſuã cognoſcentes, in ſe non ꝑſumant confidere vel ſperare, ſed cor ſuum in domino ſtabilire. Iſtud videmus quotidie in nouitijs religionis, & etiam multis alijs, qui ꝑſumunt de ſuis viribus vltra modum, quod ſi vidẽt aliquos delinquẽtes, ipſos horrent & contemnunt. Contra tales loquit̃ Apoſtolus Galath. 6. Fratres ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpũales &c. Et benedicit. ne & tu tenteris, quia. ſ. Deus permittit quandoque tentari vt expertis virib. propriis poſſunt humiliari. Exemplo Petri, qui in propriis viribus dicebat confidens. Etiam ſi oportuerit, me mori tecũ, non te negabo. & tñ ipſum dimiſit Deus cadere, vt diſceret de ſuis viribus præſumere nec ſentire. vtilis enim eſt talibus talis caſus. Nam vt dicit Plinius? Dens lupi ſanat paſſionem lunaticam ſuſtinentes, qa ꝓ certo illi qui ſunt lunatici. i. præſumptuoſi, tunc temporis ſanantur, quando dentibus lupinis. i tentationib. demonum ſupponuntur. Sap. 18. Tetigit autem & iuſtos tunc tentatio. Igitur dico quod ꝑſumptionem oportet tollere. Denique dico ꝙ tuitionẽ Dei oportet q̃rere. Eſt. n. neceſſe ꝙ hõ tẽtat9 recurrat ad Deũ ſe ei cõmittẽdo, & ne vincat̃ ab hoſtib. ipſum humilr̃ deprecando Mat. 26. Vigilate & orate, ne intretis in tẽtationem. Pulmo in corpore animalis eſt neceſſarius ad ſpiritum attrahendum, & ad cor-

ad cordis ardorē tēperandū,& ad refrigerium procurandū.
Sic vere attractio spiritussancti per deuotionem & orōnem
est hoī necessaria vt tentationum suarum ardorem tempe-
ret,& vt appetitus & mala desideria cordis sui refrigeret &
immutet.Orate inqt.Et merito,quia ꝓ certo deus ipse nos
pōt contra tentationes iuuare,nos vero non possumus sine
ei⁹ auxilio cōtra diabolum triumphare. Non est.n.potestas
sup terrā q̄ ei comparet,qui factus est vt nullū timeret. Iob.
41.Sed pro certo si deū in adiutoriū requirimus constat ꝙ
eo mediante oībus hostibus præualemus.Iste.n. est sicut al
lectoria lapis præciosus,cuius virtus facit in prælio vincere.
Iste est sicut lapis amatides,qui vestē tactā facit incendia nō
sentire.Quia.s.qui dei præsentia per gratiam adiuuat̄,nec in
bello tentationis vincit̄,nec tentationū ignibus inflāmatur
vnde in psal.In te eripiar à tētatione & in Deo. &c. Deus.n.
à tentatione eripit,inquantum succumbere nō ꝑmittit 2.Pe
tri 2.Nouit deus pios de tentationibus eripere.Ipsos tn̄ qn̄-
que fortiter tentari permittit,& statim nō adiuuat nec suc-
currit,vt eorū virtus & patientia cōprobet̄.Sic ēt rex fortio
rem militem hostib.opponit,& eū ex certa scientia qn̄q; be
ne verberari ꝑmittit,gloriās in eius virili defensione, sicut
de Thobia legimus Thob.2.ꝙ deus & hanc tentationē per-
misit euenire,vt posteris daret̄ exēplum patientiæ. Et Tho.
12.dr̄ ab angelo.Quia acceptus eras deo,necesse fuit vt ten
tatio te probaret.Ipse.n.facit illud ꝙ ipse alijs cōsulit Eccl.
6.Si habes amicū,in tentatione posside illū.Qn̄.n. videt qđ
ipse facit ꝙ ī se est,ipsum solet eripere,& ne succūbat,ab ho
stib.liberare,quia sicut dr̄ 1.Cor.10.Fidelis est deus, & non
permittit vos tentari vltra quā potestis,sed facit cum tenta
tione etiam prouentū,vt positis sustinere.& ad Hebræ.2.dr̄
ꝙ Christus propter hoc quia tentatus est , potens est & his
qui tentantur,auxiliari. Igitur dico quod homini tentato

Tuitionem oportet quærere.
Præsumptionem oportet tollere.
Occasionem oportet fugere.

Ista de tentatione sufficiant,quia de ea tractatū est in titulis infinitis.
De tentatione vero inquātum dicit probationē, vide
de probatione,& aggrega si vis authoritates notabiles in il
la authoritate:Beatus vir qui nōn abijt in consilio &c.

A **Tempus.** Nota ꝙ tp̄s ſm philosophos nihil aliud
est quam mēsura motus.Omne.n. ꝙ fit vir
tute creata,fit cum quadam successione,& cū quadam mo-
tus continuatione.& ista successio seu continuatio dicitur
tempus.Cum igitur diuersæ sint rerū quæ sunt in motu,con
ditiones,necesse est esse diuersas temporum variationes.Et
ideo breuiter & moraliter loquendo possum notare,quod
in scriptura inuenitur tempus

Viuentis fragilitatis.
Labentis prosperitatis.
Vrgentis aduersitatis.
Sequentis mortalitatis.
Ardentis calamitatis.
Gaudentis societatis.

Ista enim sunt tempora statuum personarum , videlicet

Viuentium corporaliter.
Labentium temporaliter.
Egentium miserabiliter.
Morientium naturaliter.
Pereuntium infernaliter.
Triumphantium æternaliter.

Dico ergo primo ꝙ est vnum tp̄s pręsentis vitæ.s. fragilitatis viuentis.Vita.n.præsens propriè dr̄ tempus,quia tēpus semꝑ fluit & currit,
& de præsenti in futurū transit,& de ipso nihil omnino præ
ter nunc existit.in eodē statu etiam tempus non morat̄, sed
subito de serenitate ad obscuritatē.aliquotiens transmutat̄.
Sic ꝓcul dubio vita nostra à die natiuitatis vsq; ad diē mor
tis non cessat fluere & currere , & nunquā pōt in eodē statu
sistere aut manere,quinimmo per diuersas ætates labitur,&
de statu ad statū subito transmutatur.Et ideo de tali loquit̄
28.A mane vsque ad vesperam mutabitur tempus. Vide eā
in sermone & pone eā ibi,quia sicut dicitur Iob 13. Homo
natus de muliere,breui viuens tempore repletur multis mi
seriis,qui quasi flos egreditur & conteritur , & fugit velut
vmbra.constituisti terminos eius.Istud enim tempus habet

Vilem inceptionem,quia natus de muliere.
Curtam dimensionem,quia breui viuens tempore.
Tristem afflictionem,quia repletur multis miserijs.
Debilem conditionem,quia quasi flos egreditur.
Labilem durationem,quia conteritur & fugit velut vmbra
Stabilem præfixionem,constituisti terminos eius.

¶Istæ sunt sex cōditiones tpis vitæ nostrę,qa breuiter illud
est tempus viliter inceptiuū.Natus inqt de muliere,Iob 25.
Nunquid apparere pōt mūdus natus de muliere?quasi dice
ret,nō.Vn̄ Eccl.3.dr̄ ꝙ tp̄s nascendi &c.Itē illud tp̄s est leui-
ter transitiuū.Breui inquit viuēs tempore.Sap.2.dr̄.Exiguū
& cum tœdio est tempus vitæ nostræ.Item illud tempus est
grauiter.afflictiuum.Replet̄ inquit multis miserijs.Vnde il-
lud tp̄s de quo dr̄ Soph.1.Dies illa dies iræ &c.& Ezec. 30.
Dies nubis tempus gemētium.Quia puer statim gemitum
& planctum solet emittere,ad significandum ꝙ ad laborem
& gemitum natura nos voluit parturire. Itē illud est tēpus
debiliter permansiuum.Super omnia.n debilis est & fragi
lis vita nostra,quia quasi flos inquit egrediet̄.Can. 2.Flores
apparuerunt in terra nostra,tp̄s putationis aduenit.quasi di
ceret,vita nostra sicut flos in iuuentute apparet & egreditur
cito vero cōquassat̄ dū per mortē tollit̄ & putatur. Itē illud
tp̄s celeriter est defectiuū,qa conterit̄ inquit & fugit velut
vmbra.Vn̄ Sap.2.Vmbræ transitus est tp̄s vitæ nostræ.Itē tē
pus illud stabiliter pręfixū,quia.s.tēpus vitæ nostræ est apud
Deum limitatum & certū.Cōstituisti inquit terminos eius.
qui præteriri non poterunt.Constat.n.ꝙ illud tempus du-
rationis vitæ nostræ qđ à deo constitutum est & præfixum,
impossibile est pertransiri.Sicut.n.dicitur Iob 24. Ab omni
potente non sunt abscōdita tēpora.Et iō bene dr̄ Iob 14.Cō
stituas mihi tp̄s in quo recorderis mei.Sic igitur patet ꝙ ad
vnum tp̄s fragilitatis viuentis.¶Secundo dico ꝙ est unū tp̄s B
ꝓsperitatis labentis.Prosperitas.n.mundi est sicut tp̄s, quia
s.sicut more temporis continue mouetur atq; labit̄.Istud.n.
est tale tp̄s quale est quando pluuia & tēpestas est ventura.
túc.n.solet ardor solis fortior esse , pulices & muscæ solent
acrius pūgere,syrenæ solent dulcius cātare,delphini solent
altius saltare,sed ꝓ certo tale tp̄s solet statim deficere, & tē
pestas & pluuia cito venit,q̄ totā serenitatē ꝑteriti tēporis
obnubilat & obducit.Quia vere mundi ꝓsperitas tp̄s huius
vitæ est,vbi vrget ardor auaritiæ fortioris,vbi pūgunt puli
ces & muscæ,i.ministri & sæuitiæ acrioris,vbi cātant & sal-
tant syrenæ & delphini,i.diuites q nunc gaudent fructu læ-
titiæ plenioris,verūtamē cito perit & deficit talis serenitas,
& subito per mortē adnihilat̄ talis ꝓsperitas & maiestas,qa
sicut dicit Sen.Reproborum læta cito ad perniciē veniunt.
Et breuiter de tali tēpore dr̄ Eccle.11.Tēpus præterit mors
appropinquat.Et illud ꝓcul dubio nō cōsiderant tales,quia
vr̄ eis quod tempus semper debeat durare, contra quos dr̄.
Eccl.18.Memor esto paupertatis in tempore abundantiæ.
quod vtiq; non faciunt,& ideo sicut nautæ qui mutationem
temporis non præuident,in mare inferni se detrahūt & sub
mergūt.Isti.n.mō habent tempus suum, sed pro certo finał̄r
venient ad tempus alienū.Et breuiter illud est tēpus de quo
dr̄ Oseæ 2.Cessare faciam omne gaudium eius, solēnitates
eius,neomęniam eius,sabbatum eius,& omnia festa tempo
ra eius.quia sicut dr̄ Dan.2.Deus mutat tempora & ætates,
transfert regna,atq; constituit.Illud est ergo tempus ꝓspe-
ritatis labentis.¶Tertio dico ꝙ est vnum tempus necessita-
tis vrgentis,seu aduersitatis præsentis,& illud est tēpus quo
in mundo diuersimode flagellamur,de quo Hester.14.Ostē
de te nobis in tempore tribulationis.Istud est.n. sicut tēpus
hyemis,quod quamuis videtur asperum,turbidum & steri-
le,est tamen rebus naturalib.cōgruum & vtile. Virtus.n.na
turalis per ramos arborum,& per membra animalium di-
spersa,ad interiora retrahitur,vbi fortificatur & reparat̄,ita
ꝙ in vere & in æstate ad fructificandū aptior inuenit̄.Sic ve
re tempus tribulationis quāuis sit frigidū & rigidum, & ad
sustinendū asperum,est tamen ipsum in patientia sustinenti-
bus quam plurimum virtuosum.Compellit.n.affectus & ap
petitus mentales vndiq; ad temporalia dispersos ad interio
ra retrocedere,de salute cordis & animæ cogitare,& sic hō
ad fructificandū per bona opera habilitatur,& virtus spiri-
tualis in eo reparat̄ Vnde de bona arbore dicitur Hier. 17.
ꝙ tꝑe siccitatis non erit sollicita,nec aliquādo desinet face
re fructū,quinimmo sicut gramina secundū Pli.in tempore
tēpestatis gaudent,& tēpore pluuię magis virent,sic iusti tē
pore aduersitatis fiunt meliores sctitate,& morib pulchrio
res.Et iō tempus pænitentiæ,tribulationis & miseriæ præ-

ſentis eſt illud tempus de quo loquitur Apoſtol. 2. ad Cor. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nūc dies ſalutis. Eſa. 49. Tpe accepto exaudiui te, & in die ſalutis audiui te. Patet

C ergo ꝙ eſt vnū tempus aduerſitatis præſentis. ¶ Quarto dico ꝙ eſt vnum tps mortalitatis ſequentis, & illud eſt tēpus mortis, ꝙ. ſ. cōparatur nocti ꝙ eſt tempus naturaliter obſcurū, & diei & luminis priuatiuū, q̄ quis in meridie nō videat de propinquo, tñ de aduentu ipſius nullatenus dubitat, quia ſ. nox. i. tempus mortis, quod diem præſentis vitæ deſtruit neceſſario eſt futurum, & quamuis non videatur, debet tñ ꝓuideri continue ſicut certum. de quo Eccl. 11. Si multis diebus vixerit hō, & in his oīb. lætus fuerit, meminiſſe debet tēporis tenebroſi & dierū malorum. ¶ Quinto dico ꝙ eſt vnū tempus calamitatis ardentis ſeu vrgentis, & illud eſt tps iudicij vel inferni, de quib. dr̄ Deut. 32. Iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtināt tpa. Illud eſt tps in quo mali cū ſuis vitijs puniuntur, quia. ſ. aīalia quæ in æſtate impinguant, ſicut oues & boues, econuerſo in hyeme carnibus depauperant, & econtra illa quæ tpe ęſtatis ſunt macra, ſicut ſunt aues fluuiales, q̄ in hyeme propter quietē ſunt pinguia. Sic vere tps æſtatis huius vitæ, & tempus hyemis mortis ſunt duo tēpora contraria, quia diuites qui in ęſtate huius vitæ per proſperitatem ſunt pingues in hyeme mortis ſuæ erunt miſeri atque macri. Econtra autem illi qui mō ſunt macri per paupertatem erunt tunc pingues per æternam voluptatem & fælicitatē. Teſte. n. ſapiente Eccl. 3. Oīa tēpus habent, & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa. Et iō de piſcibus videmus quod ſm temporum veritatem ſuā augent pinguedinē, vel minuunt bonitatē. Tps ergo quo mali aliquid valēt eſt in pñti. Tps ergo mali aliquid valent, eſt in pñti. Tps vero quo nihil reputabunt, erit finaliter in ſequenti. Iō de iſtis dr̄. Deutero nom. 32. Mea eſt vltio, & ego retribuām eis in tempore, vt labat pes eorum. pſal. Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Iſtud eſt igitur tempus calamitatis ardentis. ¶ Sexto dico ꝙ eſt vnū tempus ſocietatis gaudentis, vel tēpus ſatietatis replentis, & illud eſt tps gloriæ paradiſi. Hō. n. nunquā ſeminat & metit eodē tempore, & modo, ſed potius contrario, quia quod hō vno tempore ſerit in tempore contrario colligit, & ꝙ vno tempore ſeminatur diſpergendo, in contrario tempore colligitur aggregando. Sic vere chariſſimi cum tempus huius vitæ ſit ordinatum ad ſemina virtutū & bonorum operum ſeminnādum, & ad bona noſtra pauperibus diſpergendum, neceſſe eſt ꝙ ſit aliud tempus contrariū ſ. tempus vitæ æternæ, vbi ſeminata metantur, & vbi diſperſa aggregentur. Vnde ſm apoſtolum, qui ſeminat in lachrymis, in gaudio metet 2. ad Corin. 9. & Galath. 6. Tempore. n. ſuo metemus non deficiētes. Et iō de tali tempore dr̄ Dan. 7. Tempus aduenit, & ſancti obtinuerunt regnum. Oīa. n. habent tempus ſuum, quia ſicut dr̄ Eccl. 8. Omni negocio tps & opportunitas. Vnde de conchylibus videmus quod vno tempore. ſ. noui lunij inueniuntur vacua, contrario vero tēpore. ſ. plenilunio fiunt plena. Sic vere pauperes non habent modo tempus ſuum, ſed habebunt in futuro, modo eis ſplēdet luna noua i. proſperitas temporalis quæ eſt valde diminuta & ideo iſti modo ſunt inanes & vacui, & bonis tēporalibus non repleti, ſed pro certo in futuro tempore, qn̄ luna plena proſperitatis æternæ fulgebit, tunc procul dubio omnibus bonis replebuntur. Vnde de ſanctis dr̄ Sap. 4: ꝙ in tpe erit reſpectus illorum, qn̄ (vt dr̄ Sap. 3.) donum & pax eſt electis Dei. Non ergo debent triſtari pauperes ſi in tempore p̄ſenti flagellantur, ſed potius gaudere & exultare, ſperando quod in futuro tpe lætabuntur, quia ſicut dicitur Eccleſ. 1. Vſq; ad tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iocunditatis. Sic ergo patet quod inter cæteros modos, tempus ſex modis ſumitur. Omnia ergo quæ ſunt ſub tēpore ad aliquod iſtorum temporum pertinent & reducuntur, & ideo diuerſa negocia diuerſis temporibus competere dignoſcūtur. In verbis. n. & in factis obſeruanda ſunt tempora, quia quæ debito tempore non fiunt, melius eſt ꝙ non fierēt quā ſi fierēt. Vnde etiam de verbo debito tpe dicto dicitur Prouer. 25. quod mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbum in tempore ſuo. Econtra Eccl. 20. dicitur qd' ex ore fatui reꝓbat parabola, eo ꝙ nō dicit ea in tpe ſuo. & ſufficiat.

Temporalia.

De tēporalib. poſſent infinita dici, ſed nullæ ſunt authoritates notabiles, & de eis in pluribus locis eſt tractatū, idcirco omitto. Vide de diuitijs & ſimilibus. Et ſi vis pone hic materiam & allega originalia.

Tendere.

Nota ꝙ tendere qñq; ſumitur pro fortiter extendere, quandoq; ſumitur pro inſidias parare, quandoq; creſcere, quandoq; pro ire vel ꝓ ambulare. Quod. n. ſumatur pro forti vel rigida extēſione, patet 2. Reg. 16. Tetenderunt Abſalon tabernaculum in ſolario. Item ꝙ ſumatur pro inſidiarum ꝑparatione, patet 2. Paral. 25. vbi dicitur de quodam rege ꝙ poſtquā receſſit à domino, tetenderunt ei inſidias ſerui ſui. Item ꝙ ſumatur pro augmentatione, vel cremento, patet Exo. 19. vbi dicit ꝙ ſonus buccinæ paulatim creſcebat, & in prolixius tēdebatur. Itē ꝙ ſumatur pro ire vel ad aliquam partem peragere dicitur Ioſuæ 8. quod qui ſimulauerunt fugam, & tendebant ad ſolitudinem, reuerſi ſunt &c. vide in prædictis titulis. A

Tenere.

Nota breuiter ꝙ tenere & teneri i ſcriptura multipliciter ſumit. Vnde breuiter notādum eſt ſicut in alijs materijs, quod in ſcriptura inuenitur A

Tenere virtuoſum.
Tenere vitioſum.
Tenere doloroſum.
Tenere gaudioſum.

Et dico tenere virtuoſum & cōmēdabile & illud eſt quādo hō tenet vł ſeruat diuina mandata iuxta illud Prou. 4. Tene diſciplinā, & ne dimittas eam. Itē eſt tenere vitioſum & deteſtabile, & illud eſt quando hō tenet & ſeruat vitia et pctā de quo Eccl. Initiū oīs pcti ſuperbia, q̄ tenuerit eā adimplebit maledictis. Vel ēt quādo hō à pctis tenet & occupat. de quo Lu. 4. Socrus aūt ſimonis tenebat magnis febrib. Itē eſt tenere doloroſum & cōtriſtabile, & iſtud eſt illud quo hō ī tribulatiōib. tenet. de quo Mat. 14. Herodes aūt tennit Ioannem, & ligauit eū in carcerem &c. Itē eſt tenere gaudioſum & cōſolabile, & iſtud eſt illud quo beati tenēt & perſeuerāter retinent gloriæ dignitatem qa ſicut dicitur 1. Reg. 2. Deus de ſtercore erigit pauperē vt ſedeat cū principib. & ſoliū gloriæ teneat. ¶ Igit dicamus aliquid de tenere comēdabili & virtuoſo. Tenere. n. idē eſt ꝙ adimplere, & aliqd inuiolabilr obſeruare, qa ꝓ certo ſicut videmus ꝙ illud ꝙ ab aliquo fortiter tenet, abire nō permittit, ſed ſeruat, ſic hō debet virtutes & merita ita tenere, & Dei mandata talr ſeruare & īplere, ꝙ nō debet ab ipſo fugere nec abire. Tenere. n. perſeuerantiā denotat in tenente. Et ēt vir iuſtus ſimilis debet eſſe viti, quę dr̄ quaſi vi tenens, vel quaſi virtuosè tenens, eo ꝙ de natura vitis eſt arbori ſe ꝓximæ iungere, & illud cui adhæret ſtringere fortiter & tenere, quia pro certo viri iuſti alijs per charitatē ſe fortiter iūgunt, & bonum qd' ſemel ceperint, decetero non dimittūt. Qd' vtiq; patet de viris charitatiuis, qui tenaciter diligunt, dicentes illud Can. 3. Inueni quē diligit aīa mea, tenui eum, nec dimittā. Qd' etiam patet in viris perſeuerantibus & nūquam defectiuis, qui. ſ. virtutes quas ſemel apprehēderunt, ſemper tenent, iuxta illud 1. Theſſ. 5. Omnia probate, quod bonum eſt tenete. Quod tamen eſt contra multos, qui manum perſeuerantię ita habent infirmam, quod nihil poſſunt tenere, immo quicquid virtutis habuerint, ſolent dimittere & laxare. Similes dolio fracto vel deligato, quod liquorem tenere non poteſt, quia tales qui circulis diuinorū mādatorū nō ſunt ligati, ſed potius diuerſis vitijs diſſipati, virtutes contentas no tenent, ſed ipſas perdunt potius atq; fugāt. Eccl. 21. Cor fatui quaſi vas cōfractū, perdet omnem ſapiētiā. Nō ſic, ſed teneamus q̄ ſunt tenenda, iuxta illud Apo. 3. Tene ꝙ habes & nemo accipiat coronā tuā. Vbi aduerte ꝙ talis tenētia & pſeuerātia dēt teneri vel haberi triplici rōne. ſ.

Vt compleamus mandatum quod præcipitur. B
Ne careamus virtute quæ recipitur.
Ne amittamus ſalutem quæ promittitur.

¶ Igit primo tenēda ſunt, cōplenda & obſeruanda quæ ſunt ad ſalutem vtilia. Tene inquit. imperatiue loquitur, vnde 2. Theſ. 2. Qui tenet, nunc teneat. Et illud prædictum. Quod bonum eſt tenete. Et nota quod præcipimur tenere.

Baculum ad ſuſtentandum.
Clypeum ad protegendum.
Gladium ad pugnandum.
Thuribulum ad incendendum.
Organum ad decantandum.
Deum ad adorandum.
Proximum ad adiuuandum.

Igitur teneamus baculum crucis, vt ſuſtentemur. Exod. 12. Tenentes baculos ī manibus comedentes agnū. Itē teneamus

neamus clypeũ fidei,vt defenſemur.1.Paral.12.Fugerũt ad Dauid viri robuſtiſsimi clypeos tenentes.Itẽ teneamus gladiũ verbi Dei vt demonib.aduerſemur. Vnde de fortib. Salomonis dr̃ Cant.3. En lectulũ Salomonis ſexaginta fortes ambiunt,oẽs tenentes gladios.Itẽ teneamus thuribulũ orationis vt in Deum mentalr̃ inflammemur. Vñ de Ozia dr̃ 2. Paral.29.quod in manu tenebat thuribulũ vt adoleret. Itẽ teneamus organũ lætitiæ,vt gratias agendo & Deũ laudando gratulemur & iocundemur.2.Paral.26.Steterunt leuitæ tenẽtes organa Dauid.Itẽ teneamus Deũ per fidẽ vt ipsum veneremur.Mar.14.Tenete eũ,& ducite cautẽ. Itẽ teneam⁹ ꝓximũ ꝑ charitatẽ vt ei fœderemur.Vñ Gen.15. Alter egrediens plantã fratris manu tenebat.Iob 41.Tenẽtes ſe nequaquã ſeparabunt.Igitur teneamus tenenda,vt q̃ præcipiunt teneamus.¶Scd̃o dico ꝙ tenere debemus tenẽda ne ꝙ acquiritur,careamus.

C Qd̃ habes inqt.Natura.n.abhorret vacuũ, & iõ dolium plenũ illud ꝙ continet,intantũ diligit & tenet, ꝙ quãquã perforatũ fuerit,niſi ab alia parte aer poſſit ſub intrare,ipsũ fluere nõ permittit.Sic vere & nos debem⁹ abhorrere vacuitatẽ virtutũ,intãtũ,ꝙ illas quas habuerimus dimittere non debemus.Quod habes inquit.Vñ Apo. 2.Veruntamen illud ꝙ habetis,tenete donec veniã. Iſtud tñ eſt contra non perſeuerantes,qui illa q̃ habent,nõ poſſunt tenere.Similes illi qui brachium habet fractum.Vñ de talib. põt dicere diabolus,Brachium pharaonis cõfregi & ecce non eſt obuolutũ &c.Non ſic chariſſimi,ſed teneamus tenenda, ne ꝙ acquiritur careamus.¶Tertio dico ꝙ tenere debemus tenenda,ne quod ꝓmittitur amittamus.Vt nemo inquit accipiat coronã tuã.quaſi diceret, coronã promiſſam ꝑdes,niſi bene teneat qd̃ poſſides.Sicut dr̃ 2.ad Tim.2.Non coronabit niſi qui legitimè certauerit.Quia pro certo corona gloriæ non dabit niſi qui perſeueranter tenuerit & impleuerit ꝙ præcipitur,quia ſicut dr̃ Eccl.27.Niſi in timore dñi tenueris te inſtãter,cito ſubuertetur domus tua.Patet ergo ꝙ tenere debemus illa q̃ pertinent ad ſalutem,ne quod promittãmus,vt quod præcipitur faciamus.Iſta de bono tenere ſufficiunt.

D ¶Sed adhuc dico ꝙ tenere accipi põt in malo . Et ſic dico ꝙ eſt tenacitas Auaritiæ mundialis. Immunditiæ corporalis.Violẽtiæ infernalis Eſt dico tenacitas mũdialis auaritiæ.Auari.n.q̃ ſemel rapiunt,nunq̃ amplius volũt dimittere vel reſtituere,ſed cõtinuè retinere,ſimiles leoni, qui pdã quam rapuit,qñ aliquẽ viderit,timens ꝙ eã velit ſibi auferre,fortius ſolet tenere,& eã amplexando cubare deſuper & ſedere,ſicut dicit Pli.Sic vere raptores & auari illud qd̃ rapuerũt,nunq̃ amplius dimittere q̃runt,ſed ſꝑ forti⁹ illud tenent amplexanẽ & cuſtodiũt.Vñ Eſa.5.de raptore dr̃. Rugitus eius vt leonis,rugiet vt catuli leonũ,& frendet, & tenebit prædam,& amplexabiẽ,& non erit qui eruat. Iſta eſt ergo tenacitas mundialis auaritiæ.¶Deinde dico ꝙ eſt tenacitas corporalis imũditiæ.Luxuria.n.ita fortiter ligat & tenet ꝙ ſemel infectũ vix illæſum dimittit.Similis bithalaſſo periculo maris q̃ ita tenet nauẽ ĩpingentẽ ꝙ citius frãgiẽ q̃ euadat,qa.ſ.luxuria illũ quẽ tenet, vſq; ad fracturã mortis nõ dimittit.Vñ de luxurioſis mulieb.dr̃ Prou.18.Qui tenet adulterã,ſtultus eſt ſupple,& ſtultior,qui teneẽ ab illa. Denique dico ꝙ eſt tenacitas tꝑalis amicitiæ.Amicitia.n.mala valde ligat & tenet,ſimilis adamãti,ã quo trahiẽ & tenetur ferrũ. Vnde de ſquamis Behemoth dr̃ Iob 41.Tenentes ſe nequaq̃ ſeparabunt.¶Inſuꝑ dico ꝙ eſt tenacitas infernalis violẽtiæ. Illi.n.q̃ ſunt ibi tenaciter ibi teneñ,dicentes ex deſperatiõe illud 2.Reg.1.Interfice me,qa tenẽt me anguſtiæ.Hoc ergo ſufficiat de tenere.Vide de ligare,de retinere ſi fiat aliquid.

Tentorium. Idem eſt quod tabernaculum. Vide vbi tabernaculum.

A **Tenebra.** Cũ tenebra dr̃ ã tenẽdo,eo ꝙ teneat oculos ne videant,& nihil aliud eſt q̃ obſcuritas aeris ex carentia luminis generata, poſſum dicere qd̃ in ſcriptura breuiter inuenitur multiplex tenebra,ſ.

Superior.
Inferior.
Anterior.
Interior.
Exterior.
Poſterior.
Subterior.

Primo dico ꝙ tenebræ ſuperiores ſignant diuinam humilitatem.Sol enim quãdoque videtur obſcurari, quandoque nube immergitur vel eclipſim patitur. Sic Dei filius quodammodo viſus eſt duob.modis ã ſuo lumine obtenebratus, quando videlicet poſitus eſt in nube.i.in virgine Maria ꝑ icarnationẽ,& qñ eclipſim paſſus eſt per paſsionis afflictionẽ. De incarnatione.n.eius dicitur in pſal.Poſuit tenebras latibulũ ſuum in circuitu eius tabernaculum eius.De paſſione vero eius poteſt dici illud quod legitur Luc.23.qd̃ moriente domino factæ ſunt tenebræ ſuper vniuerſam terram. Et breuiter ſicut dicitur Iohel.2.& exponitur ſupra de ſole, Sol conuertetur in tenebras,& luna in ſanguinem.Sol.n. Dei filius conuerſus eſt in tenebras carnem aſſumẽdo. pſal. Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde.& luna,i.aſſumpta mutabilis caro ſua conuerſa eſt in ſanguinem mortem ſuſtinẽdo Sic ergo dico ꝙ tenebræ ſuperiores ſignant diuinã humanitatem.tũc.n.Deus ita fuit in tenebris,ꝙ quaſi ã nemine fuit notus quamuis ipſe eſſet lux quæ in tenebris lucebat , tenebræ tamen eã non cõprehenderunt.Io.1.¶Secundo dico ꝙ tenebræ inferiores ſignant ſcripturæ profunditatẽ. Abyſſus.n.propter ſuam profunditatem eſt tenebroſa,& hoc q̃a lumen ſolis non poteſt attingere ipſius profundum.Sic vere tanta eſt abyſſus diuinæ ſcripturæ,& tãta eſt ibi copia aquarum & ſciarum, quod ꝓpter ſuam profunditatem omnib. eſt tenebroſa,& quaſi nulli hominum clara , peruia aut luminoſa.Vnde in pſa.dicitur,Tenebroſa aqua in nubib.aeris. Veruntamen ſicut illi qui ſunt in ꝓfundo maris in tenebris, ſolent oleum habere in ore,quo emiſſo ſolent videre & reſpirare,ſic vere ſi in ꝓfunditatẽ ſacrę ſcripturæ volueris videre,neceſſe eſt oleũ diuinæ gratiæ habeas,vt tenebras obſcuritatis repellas.Vt de ſcriptura dicaẽ illud Exo. 14. Erat que nubes tenebroſa,& illuminans noctẽ.quia ſicut dr̃ 2.ad Cor.3.Deus facit de tenebris lumen ſplendeſcere. Et ſicut dr̃ Iob 12.Ipſe reuelat ꝓfunda de tenebris. Tenebræ igitur inferiores ſignificant ſcripturæ profunditatem.¶Tertio dico quod ſunt tenebræ anteriores,quæ ſignificant iuſtorum humilitatem.Humilitas.n.tenebris cõparatur,quia oĩa bona ſua vult abſcondere,& nihil per inanem gloriã propalare.Amos 5.Dies domini tenebræ,& nox lux.Vnde etiã de viris iuſtis dicitur Eſa.50.Induam cœlos tenebris,& ſaccũ ponam operimentum eorum.Sãcti.n.viri ſemper ſunt obtenebrati & tenebroſi per mortis & iudicij meditationẽ,& vmbroſi & obſcuroſi per ſuarum virtutum occultationem & abſconſionem,vt de ipſis poſſit dici illud pſal.Tenebræ non obſcurabuntur ã te & nox ſicut dies illuminabitur &c.Iſtæ ſunt ergo tenebræ anteriores,quæ ſignant iuſtorum humilitatem.Anteriores dico quia iſtæ tendunt ad bona ſpiritualia & æterna,quæ ante nos ſunt.¶Quarto dico quod ſunt tenebræ interiores,quæ ſignificant cordium obſcuritatẽ, ſeu culparum iniquitatem,& iſtæ ſunt tenebræ ignorantiæ vel peccati,quæ pro tanto dicũtur tenebræ, quia ſicut tenebra

Lumini contradicit.
Colores rerum abſcondit.
Verecundiam tollit.
Timorem incutit.
Et ſomnolentiam nutrit.

Sic peccatum Lumen veritatis repellit ꝑ ignorantiam. Colorem honeſtę conuerſationis abſcondit per inſolentiam.Verecudiã tollit per impudentiam. Timorem deſperatiõis incutit per ſpei carentiam.Somnolentiam malæ delectationis nutrit ꝑ accidiã & pigritiam.¶Habet ergo tenebra peccati lumẽ veræ cognitionis repellere,quia.ſ.ita obnubilat oculum intellectus,quod non videt quæ pertinent ad ſalutem. Vnde Io. 11.Qui ambulat de nocte, offendit, quia lux in eo non eſt. Et 1. Ioann.2.Qui odit fratrem ſuũ,ambulat in tenebris,& neſcit vnde veniat aut quo vadat.Quia pctõr nõ aduertit vnde venit per vilem natiuitatẽ,aut quo vadat per triſtẽ mortis aduerſitatem.Ideo breuiter poſſumus dicere illud Eſaię 59.Palpauimus quaſi cæci parietem,& quaſi abſq; oculis attrectauimus impegimus meridie quaſi in tenebris. Item habet tenebra peccati,colorem honeſtatis abſcondere. Peccator enim vix oſtendit bonæ conuerſationis honeſtatem vel colorem.Matthæ.6.Si oculus tuus, i.conſcientia tua nequã eſt,totum corpus tuum tenebroſum . Item habet iſta tenebra verecundiam & pudorem tollere.Peccator enim & obſtinatus exiſtens in tenebris peccati non verecundatur de ſuis ſceleribus, quod tamen faceret ſi in lumine gratiæ eſſet dicens illud Eccleſiaſtici 23.Tenebræ circundant me,& parietes cooperiunt me , & nemo circunſpicit me quem

vereor,delictorũ meorũ non memorabitur altissimus &cę. Itẽ ista tenebra habet timorẽ incutere.Pctõres.n.trepidauerunt timore vbi non erat timor.Tenebra.n.pcti facit eos desperare de salute,& per cõsequẽs timere mortẽ & iudicij ad uerĩtatẽ.ps.Timor & tremor venerũt super me, & cõtexerunt me tenebræ.Itẽ habet ista tenebra somnolentiã facere. Tenebra.n.est aptũ tps ad dormiendũ,qa .s. illi qui in tenebris pcti delectant,dñr dormire, ppea q ad exercitiũ bonorũ operũ non vigilant & ocupant.ps.Tenebræ cõculcabunt me,& nox illuminatio mea in delicijs meis. Et iõ q sunt in tenebris pcti,non possunt nec bene facere nec bene incedere.Via.n.pctõrũ tenebrosa.nesciunt vbi corrũt.Prou.4.Multa tñ turpia & enormia perpetrant,q̃a istæ tenebræ pctõrib. audaciã pstant,qa sicut dr̃ Iob 24.Perfodiũt in tenebris domos,& in tenebris quasi ĩ luce ambulãt.Vñ q̃sitũ fuit à quodã pictore,qũo imagines pulcherrimas faciebat,& tñ turpissimos filios generabat.q rñdit cãm esse qa imagines de die in lumine pingebant,& iõ pulchrę erãt,pueri vero de nocte & in tenebris generabantur,& iõ turpes erant. Quia pcul dubio opera q̃ fiũt in lumine gratiæ,sunt deo pulchra & gratiosa,illa vero q̃ ĩ tenebris fiũt,sunt turpia & vitiosa. vñ Esa, 29.Væ qui profundi estis corde vt à domino abscõdatis consilium,quorum sunt in tenebris opera.Vnde aduerte q quatuor genera operum consueuerunt fieri in tenebris,scilicet

Auaritiæ contractus.
Immunditiæ contractus.
Detractorij latratus.
Inuidiosi sufflatus.

Quod.n.cõtractus auarorũ & vsurariorum fiant in tebris & abscõditis,patet Iob 5.vbi dr̃. Per diẽ incurrent tenebras,& quasi in nocte sic palpabunt in meridie.Patet ac de mercatoribus pannorum quorum domus sunt tenebrosæ.Qd' ẽt luxuriosorũ actus fiant in tenebris patet, qa,constat q talia opera volũt fieri in abscõditis & occultis.Vnde Prou.7.dr̃.Considero vecordẽ iuuenẽ qui trãsit sic per plateas iuxta angulos domus mulieris malæ,graditur in obscuro aduesperascente die,in noctis tenebris & caligine.Quod etiam detractorij latratus habeant fieri in tenebris, i.in absentia & in occulto patet Eccle.5.vbi dicitur quod cunctis dieb.vitæ suæ comedit in tenebris,& in curis multis & erũna & tristitia.Quod etiam inuidiosi afflatus fiant in tenebris patet,quia viri inuidi sp sunt tenebrosi,pallidi & obscuri.Inuidia.n. in tenebris solet latere,& nunquam in palam euenire.Vndeinuidus põt dicere illud Iob 7.Replebor doloribus meis vsq; ad tenebras.Sic ergo patet q sunt tenebræ ĩteriores,q̃ significãt criminũ iniquitatẽ.¶Quinto dico q sunt tenebræ exteriores,q̃ significant mundanã psperitatẽ. Prosperitas.n.mundi tenebris cõparatur,quia pro certo oia prędicta mala quæ facit peccatum in hominibus, psperitas operatur.Vnde dominus loquens homini iusto dicit.Esa.60.Ecce tenebræ operient terrã,& caligo populos, super te autẽ operietur dominus.quasi diceret,terræ & populis & mũdi peccatoribus dabo tenebras mũdanæ prosperitatis, tibi vero orietur dominus per lucẽ gratiæ & spiritualis claritatis. Quia pro certo sicut bubones plus diligunt tempus noctis quod est tenebrosum quam diem qui est luminosus,sic peccatores plus diligunt tenebrositatẽ prosperitatis,quã claritatẽ spũalis sanctitatis, Vnde Io.3.Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.Istę ergo sunt tenebrę exteriores, quæ significant mundanam prosperitatem.¶Sexto dico qd' sunt tenebræ posteriores,quæ significãt corporis mortalitatẽ Mors.n.tenebris comparatur,quia per eã hõ lumine vitę priuatur & obscuratur.Iob 17.In tenebris straui lectulum meũ.Et Iob 38.Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti?Vnde ẽt istæ sunt tenebræ post quas sperabat Iob ad lucem vitæ redire,dicẽs Iob 17. Et rursum post tenebras spero lucem.Vnde etiam de morte potest intelligi illud psal.Posuisti tenebras,& facta est nox, in ipsa ptransibunt oẽs bestiæ siluæ.Istæ ergo sunt tenebrę posteriores,q significãt corporis mortalitatẽ.¶Septimo dico q sunt tenebræ subteriores,q̃ significant doloris aduersitatem.s.tribulationes mundi & inferni,quia ibi est tẽpus tenebrosum, tœdiosum & dolorosum.Vnde de tenebris præsentis tribulationis potest dici illud Exod. 10. Extende manum tuam & fient tenebræ per vniuersam terrã egypti Thob.5. Quale gaudium est mihi qui in tenebris sedeo?&cæ. quasi diceret, nullum.De tenebris vero infernalis desolationis dr̃ Mat.25. Serũũ vero inutilem proiicite in tenebras exteriores &cæ. Quia sicut dr̃ in epistola Iudæ.Isti sunt sydera errantia,quibus caligo tenebrarum in æternum conseruata est. Sic igit patet quomodo tenebra sumitur septem modis. Vide infra de vmbra,& supra de cœcitate & obscuritate.

Ter. Tertio

Vide infra vbi tria & tres.

Terra.

Nota q terra multipliciter significat in scriptura,in bono.s.in malo.Possumus.n.dicere quod A terra in bono significato potest multa denotare,scilicet

Iustorum perfectionem.
Bonorum collectionem.
Sanctorum possessionem.
Viuorum defectionem.
Iniquorum conditionem.
Afflictorum deiectionem.
Mortuorum deiectionem.
Damnatorum incarcerationem.
Mundanorum habitationem.

Isti sunt nouem modi quibus terra sumit in scriptura. Dicam' ergo q p terrã designat perfectio hominũ iustorũ,quia.s.Christus,beata virgo Maria,& ẽt qlibet hõ iustus põt dici terra,quia sicut dr̃ Gen. 1.Protulit terra herbã virentẽ & facientẽ semen.¶Item per terram designatur collectio hoĩum bonorũ,& sic terra designat ecclesiam vel religionem,vbi boni hoĩes habitant & versantur.Et de hoc Gene.12.Egredere de terra tua & de cognatione tua, & veni i terrã quã mõstrauero tibi.¶Itẽ per terrã designat possessio hoĩum sctõrum.s.gloria paradisi,de qua dici põt illud Gen. 27.In rore cęli & pinguedine terrę erit benedictio tua.¶Itẽ per terrã significat defectio hoĩum viuorũ,hoc est conditio fragilis humanæ naturæ,de qua Eccl.10. Quid superbis terra & cinis.¶Itẽ per terrã designatur conditio hoĩum malorũ,quia.s.pctõr multis rõnib.cõparat terræ.vnde Iob 16.Terra ne operias sanguinẽ meũ.Et Iob 14.Alluuione paulatim terra cõsumit.¶Itẽ per terrã designatur deiectio hoĩum miserorũ.s.status deiectionis & tribulationis, & sic sumitur in ps.Deus suscitat de terra inopẽ & de stercore eleuat pauperẽ.¶Itẽ per terrã significatur corruptio hoĩum mortuorũ. Et sic sumitur Iob 19.In nouissimo die de terra surrecturus sum.¶Itẽ per terrã significatur incarceratio hoĩum dãnatorũ.s.infernus,& sic sumit Iob 10.Dimitte me vt plangã paululũ dolorẽ meũ antequã vadã & non reuertar ad terrã tenebrosam,& opertã mortis caligine.¶Itẽ per terrã significatur habitatio hoĩum mundanorũ,& sic sumitur pro mũdo vel pro mundi statu & psperitate.Vnde Gen.1.Terra autem erat inanis & vacua,& tenebræ erant super faciem abyssi. His igitur pmissis dicendũ est per ordinẽ aliquid de istis nouẽ conditionib. ¶Dico ergo principaliter q terra sumit p B iustorum perfectione.Terra.n.quãuis sit in apparentia elemẽtũ turpissimũ,est tamẽ in efficacia vtilissimũ,quia per terrã oĩa sustentantur, & ẽt tam aĩalia q̃ volatilia per terræ beneficiũ educant,significans per oĩa viros iustos, qui quãuis sint in apparentia per humilitatem viles sunt tamen virtuosi & vtiles.Ipsi.n.totius ecclesiæ fundamẽtum,& suis bonis doctrinis & exemplis spirituale nutrimentũ.Vnde 1. Paral. 4.Inuenerunt pascua vberrima & terram latissimam quietã & bene fertilem.Quia pro certo sicut videmus q terra quãuis sit exterius deformis & hispida,intus tamen pciosis metallis & lapidibus aliquotiens est referta,sic vere iusti quamuis in apparentia sunt deformes & deiecti,vel inanes, intus tamen in corde præciosas virtutes continẽt quibus se cumulant atq; replent.Virtus.n.cælestis, i. gratia spiritussancti ad interiora illius terræ iugiter influit,ita quod ibi virtutũ copiam generat & producit.psal. Visitasti terram & inebriasti eam multiplicasti locupletare eam. Terra enim dicitur terra,eo quod continue teritur.Dicitur humus,quia humore aquarum & fluminum continue inbibitur. Dicitur tellus, quia fructus eius omni anno tollitur.Dicitur ops,quia omnibus opem dat,vel quia opes ab ea reportantur. Dicitur arida,vel qa naturali ariditate fundatur, vel araturæ hominum subiugat.Sic vere homo iustus in vita teritur per multas tribulationes Esaiæ 24.Confractione confringetur terra contritione conteretur.Item humore & aqua diuinę gratiæ imbibitur per occultas inspirationes.Iudicum 6.Sit omnis terra rore madens.Humorem & gratiam emittit per lachrymarum distillationes.psalm.Dedit terram sine aqua in exitus aquarum Fructus suos,id est bona temporalia sæpissimè perdit per raptorum iniurias & exactiones. Vnde

de

de tyranno dicitur Iob 22. Egeno subtraxisti panē & in fortitudine brachij tui possidebas terram. Opem fert omnibus per suas inuentiones, quia.s. iustus est terra quę portat fructū vnde alij viuunt, quia sicut dr̄ in psal. Misericordia domini plena est terra. Et alibi. Terra dedit fructum suum. Arida est à carnis voluptatibus per deliciarum abdicationes. Gene. 1. Vocauitq; Deus aridam terram. Aratur etiā per disciplinas & afflictiones, quia sicut dr̄ Prou. 12. Qui operatur terram, saturabitur panib. Sic ergo patet ex diuersis nominibus ꝙ iustus comparatur terræ, & propter hoc de ipso potest dici illud 1. Paral. 4. Inuenerunt terram latissimam, quietam & fertilem. Vbi aduerte ꝙ ista terra, s. Christus, beata virgo vel q̄cunque iustus habet quinque conditiones terræ moraliter intellectas. Est.n. terra

Media ad coniungendum.
Infima ad subsidendum.
Extensa ad continendum.
Quieta ad persistendum.
Fœcunda ad nutriendum.

Sic vere iustus vult esse medius per promptam subuentionē. Infimus per humilem subiectionem. Extentus per magnam dilectionem Immotus per duram & fortem durationem. Fęcundus per piam nutritionem. ¶ Et sic dico ꝙ ad virum iustum pertinent ista quæ sequuntur, s.

Celeriter adesse. Inuenerunt.
Humiliter subesse. Terram.
Patienter prodesse. Latissimam.
Stabiliter inesse Quietam.
Vtiliter prodesse. Fertilem.

Dicamus igitur ꝙ ille qui vult spūaliter esse terra, debet succurrere cunctis celeriter, qđ ōnditur qn̄ dr̄ Inuenerūt q̄a vir iustus sp̄ debet inueniri in necessitate. Quia sicut terra est in medio elementorū, q̄ tn̄ à loco proprio nunq̄ fugit imo semper in medio elementorū pōt inueniri, sic vere iustus nunq̄ est in angulo, sed semper in medio, semper.n. in p̄nti paratū se exhibet, & nunq̄ à fidelitate variando, absconditur seu latet quinimmo sp̄ paratus ad subueniendū alijs inueniť, & nequaquā fugit, variat aut mutať. Inuenerūt inquit. Vnde in ps. inuenerunt eū in terra deserta. i. in loco necessitatis. Vt sic de quolibet tali dicať illud Sapi. 6. Inuenitur ab his qui quærūt illā. Vide supra de inuenire. Ista tn̄ sunt cōtra multos, qui nō sunt in medio se aliis paratos exhibendo, sed sunt in angulo, se ab alijs in necessitatis tp̄e abscondendo, quia isti in necessitate nō inueniuntur, sed ab alijs fugiunt, & absconduntur. Vnde isti sunt illa terra de qua dr̄ Gen. 1. Terra aūt erat inanis & vacua, quia. s. isti sunt illa terra, non habentes aliquam firmitatē, & vacui non habentes aliquā bonitatē, sed potius oēm vanitatē & mutabilitatē. ps. Vidit & cōmota est terra. Non sic ergo charissimi, sed sicut dictū est, iustus debet succurrere cunctis celeriter. Inuenerunt inquit. ¶ Deinde dico ꝙ si q̄s vult spūaliter esse terra debet se subijcere humiliter. Terra inquit. Quia terra est oīum elementorū infima, & sub oībus alijs cōstituta. sic iustus oībus per humilitatē se subijcit, & per subiectionē oīb. se supponit. Vnde de tali terra dr̄ 1. Paral. 22. Subiecta est terra corā dn̄o & corā populo eius. Et aduerte ꝙ quāuis terra sit oībus elemētis infimior, est tn̄ herbis & fructib. fęcundior, florib. & folijs ornatior. Sic vere vir iustus quanto per humilitatē est magis infimus, tanto fructu bonorum operū est opulentissimus, & florib. virtutū ornatissimus. Vnde de viro iusto pōt dn̄s dicere illud Cant. 2. Flores apparuerunt in terra nostra. Debet ergo vir iustus subijcere se cunctis humiliter, terrā inquit. ¶ Iterum dico ꝙ qui spūaliter vult esse terra debet se extendere cunctis mentaliter. Latissimā inquit. Quiā sicut terra maximā habet latitudinem, intantum ꝙ à termino vsq; ad terminū attingit, intantū ēt ꝙ infra ambitū suum continet totū mundū, sic iust⁹ debet esse per charitatis ambitū valde latus. De termino.n. amicorum vsque ad terminum inimicorum se debet extendere, & omnes tā bonos q̄ malos, tā amicos q̄ inimicos sub charitatis brachijs continere. Latissimā inquit. Eccl 1. Altitudinē cęli & latitudinē terræ, & profundū abyssi quis dimensus est? q. d. latitudo charitatis nostræ debet attingere vsq; ad cęlū. i. ad superiores. ad abyssum. i. ad inferiores. ad terrā. i. ad partes exteriores De ista ergo latitudine dr̄ Gen. 34. Negocientur in terra q̄ spatiosa & lata est, & cultorib. indiget. Et bene dicit cultorib. indiget, quia pro certo pauci sunt hodie qui hanc latitudinem charitatis colant quinimmo hodie potest verificari illud Iosuæ 13. Terra latissima derelicta est. Et bene dr̄ iustus terra lata, quia Deum quem cęli capere non poterant, continet spiritualiter. Ipsum etiam continuit beata virgo personaliter. Vnde etiā de latitudine beatæ Mariæ quæ continuit ipsum Deum, dicitur admiratiuē. Hiere. 14. Quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator ad manendum. Et breuiter terra ista vir iustus latissima dicitur, vel debet dici, s. quia in ipsa possunt omnes virtutes & gratiæ contineri. Continetur.n. ibi

Clementiæ plenitudo.
Scientiæ limpitudo.
Iustitiæ rectitudo.
Constantiæ fortitudo.
Munditiæ sanctitudo.
Mestitię magnitudo.

Quod.n. ista terra. s. iustus cōtineat clementiæ plenitudinē, patet in psal. vbi dr̄ ꝙ misericordia dn̄i plena est terra. Et alibi. Terra dedit fructum suū. Quia vir iustus solet dare alijs quicquid habet. ¶ Item ꝙ contineat scientiæ lympitudinem, patet Esa. 9. vbi dr̄ ꝙ repleta est terra scientia dn̄i ¶ Item ꝙ contineat iustitiæ rectitudinem, patet Esai. 45. Rorate cęli desuper. &c. ¶ Item ꝙ contineat constantiæ fortitudinē, patet Eccle. 1. Terra autem inæternum stat. ¶ Item ꝙ contineat mūditiæ sanctitudinem, patet Esa. 65. vbi dn̄s dicit. Ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam. ¶ Item ꝙ contineat tristitiæ mæstitudinem, patet, quia. s. sicut terra semper stillat aquas, sic vir iustus lachrymas. Hiere. 4. Lugebit terra, & mę rebunt cęli. Iustus igitur terra lata, q̄ tot bonis contentis p̄manet occupata. Latissima inquit. vt de eo dicatur illud Iob 11. Longior terra mensura eius, & latior mari. Patet igitur ꝙ iustus est terra, quia se dat extendere cunctis mentaliter. Latissimam inquit. ¶ Denique dico ꝙ vir iustus debet subsistere malis stabiliter. Quietam inquit. Quia sicut terra est oīm fundamentum, grauium & quamuis oīa aliá sint mobilia, ipsa tn̄ ita firmiter stabilitatur, ꝙ nullo impetu pōt concuti vel moueri, quinimo semper est stabilis & quieta, sic pro certo iustus in tanta firmitate constantia solidatur, ꝙ nunquā à veritate fidei, nec à fidelitate amicitiæ, nec à stabilitate boni propositi concutitur nec mouetur psal. Fundauit terrā sup̄ stabilitatē suā &c. Est.n. iustus quoddā stabilissimum fundamentū, ꝙ pōt oīa grauia & difficilia sustinere, & sub oīum tribulationum pondere permanere. Quietā inquit Esa. 3. Cōquieuit & siluit oīs terra. Et in psal. Terra tremuit & quieuit. Et aduerte ꝙ dicit Arist. ꝙ cā quietis terræ est, quia oēs partes eius naturaliter tendunt ad centrum, & ideo dicit ꝙ circa centrum ita suis ęquis ponderibus, & partes eius q̄ sunt ponderosæ. circa centrum aliter comprimuntur, ꝙ quiete & stabilitate perpetua solidātur. Sic procul dubio quia oēs partes. i. affectiones pondera & inclinationes viri iusti tendunt ad centrum. i. ad Deum & ad eū inclinātur, & circa eū p̄ desideriū cōprimuntur, hinc est ꝙ ipse in pace & cōstātia aī solidať. Quietā inquit. Iudi. 3. Quieuit terra 40. annis. Qđ tn̄ est cōtra multos q̄ more terræ patiunť multotiēs terremotum. Quia sicut terra quāuis sit naturaliter stabilis, aliq̄n tn̄ p̄p inclusionē igniū vel ventorū fit accidētaliter mobilis, sicut patet in terræ motu, sic vere quāuis hō iustus in Deo debeat stabiliri, aliq̄n tn̄ per ventū superbiæ vel p̄ ignē auaritiæ cōtingit ipsum à firmitate boni ꝑpositi cōcuti vel moueri. 2. Re. 22. Mota est & cōtremuit terra. Nō sic ꝑ certo iustus, q̄a debet malis subsistere. stabiliter. ¶ Insuper dico ꝙ si vult spūaliter dici terra, ipse debet bona vtiliter ꝑducere. Fertilē inq̄t. quia sicut terra est elementū valde fecūdū, ita tm̄ ꝙ cunctis viuentib. profert cibū, sic iustus ita fœcundus & fertilis dēt esse, quòd fructus bonorū operū exemplorū & documentorū debet ferre, quos alijs possit ꝑducere & offerre. Fertilis inquit. Vnde breuiter iustus vr̄ esse illa terra de qua dr̄ 4. Reg. 18. Transferā inquit vos in terrā fructiferā & fertilē vini, terrā panis & vinearū, terrā oliuarū & olei & mellis. Iust⁹.n. dr̄ Terra panis, q̄a alios nutrit p̄ doctrinā erudiēdo. Terra vini, quia alios lætificat cōsolando. Terra olei & oliuarū, q̄a alios mitigat & lenit miam faciendo. Et ideo breuiter terra fertilis pōt dici. vnde Iud. 18. dr̄. Vidimus terrā valde opulētā. Et Nu. 14. Terra q̄ circuimus, valde bona est. Quod tn̄ est contra multos qui sunt terra sterilis. Vide supra de sterilitate. Sed non sic iustus, quia pro certo iste est terra fertilis. Et ideo bene deductum est ꝙ vir iustus dicitur terra, quia.

Produ-

Producit fructum vtiliter.
Sustinet cuncta patienter.
Continet cuncta stabiliter.
Subsidet cunctis humiliter.
Adiuuat cunctos benigniter.

¶Et talis terra procul dubio fuit beata. Virgo, quia ipsa est ad adiuuandum promptissima, ad subsistendũ humillima ad continendũ latissima, ad subsistendũ fortissima, ad producendum opulentissima. Ista est.n. terra quæ germinauit saluatoré, quæ pacé homini generauit, & quæ sine cultura virilis seminis deum omnib. apportauit. vnde psa. Benedixisti dñe terrã tuã, auertisti captiuitatem Iacob. Quia veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. Quia terra de qua dr̃. Eze. 36. Illa terra inculta facta est quasi hortus voluptatis. Patet igitur primo & principaliter ꝙ terra sumi
C tur pro iustorũ refectione. ¶Scd̃o principaliter dico ꝙ terra quoq; sumitur pro bonorũ collectione. Et sic terra nihil aliud est quam ecclesia vel religio, vel quodlibet collegiũ oĩum pfectorũ. Sicut, n. videmus ꝙ oẽs herbæ in terra sunt radicatę & plantatæ, ita ꝙ ibidẽ viuunt & vegetantur, si vero eradicatæ fuerint, desiccãtur, sic pro certo oẽs plãtæ.i. oẽs fideles in terra ecclesię sunt per fidẽ plantati, per charitatẽ radicati, & per gratiã nutriti & vegetati, alias nisi in ista terra per fidẽ & charitatẽ radicentur, vita gratiæ priuãtur, & per pct̃m virtutibus deficcautur. Extra.n. istã terrã non est vita. Vnde dñs potest dicere de ista terra illud. 4. Reg. 18. Veniã & transferã vos in terrã fructiferam & fertilem & viuetis, & non moriemini. Et breuiter ecclesia vel religio potest comparari terræ promissionis, quia illa erat terra.

Speciosa.
Spatiosa.
Preciosa.
Montuosa.
Pascuosa.
Fructuosa.
Bellicosa.
Dulcorosa.
Humorosa.
Virtuosa.

Sic pro certo terra religionis vel ecclesia debet esse Speciosę conuersationis. Spaciosę delectationis. Præciosæ reputationis. Mõtuosæ contemplationis. Pascuosæ recreationis. Fructuosæ operationis. Bellicosæ propugnationis. Dulcorosæ degustationis. Humorosæ lacrimationis. Virtuosæ consolationis. ¶Dicamus ergo ꝙ istã terra speciosa, quia sicut terra efficitur speciosa pp flores quibus induit, pp flumina quibus imbuitur, pp castra quibus cõstruitur, sic pro certo religio speciosa & gratiosa debet dici pp flores virtutum quibus est induta. Can. 2. Flores aperuerunt in terra nostra. Propter flumina scientiarũ quib. est imbuta. psal. Qui fundauit terrã super aquas. Propter castra diuinarum protectionũ quibus est conseruata. Eze. 34. Habitabũt in terra sua absq; vllo timore. Itẽ dico ꝙ ista est terra spatiosa, quia.s. homo põt ibi viuere sine offendiculo delectabiliũ terrenorũ. Vnde ẽt ista terra est sicut hortus delectabilis, in quo possunt hoies spatiari, & à mundi laborib. quietari. Vnde Gene. 34. Negocientur in terra q̃ spatiosa est & lata, & cultorib. indiget. Itẽ dico ꝙ ista est preciosa. Istã.n. reputat dñs valde carã vnde est hæreditas ipsius specialis. vnde Sapi. 12. dr̃ de terra promissionis ꝙ Deo oĩum carior est terra de qua dñs dicit illud Esa. 66. Sedes mihi cęlũ est, & terra scabelum pedum meorum. Itẽ iste est terra montuosa, q.a.s. in ipsa debet esse montuositas & celsitudo contemplationis. Illi.n. qui sunt ibi, debent sursum ad cœlestia eleuari. Vnde Deut. 32. dr̃ de populo Israel ꝙ dñs constituit eum super excelsam terram, vt comederet fructus agrorũ &c. Vide eã super de excelso. Item ista terra est pascuosa. ibi.n. inueniunt̃ pascuæ doctrinę verborum & exemplorũ, vbi simplices põt nutriri, & in fide & in morib. erudiri. Vnde 1. Para. 4. Inuenerunt pascua vberrima, & terram latissimã quietam & fertilem. Item dico ꝙ ista terra est fructuosa. In terra.n. crescunt oẽs fructus. sic in ecclesia & religione crescunt oĩa opera bona. psal. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Item ista terra est bellicosa. In terra.n. ꝓmissionis semper fuerunt viri iusti & strenui. Sic in ista terra debent homines strenuè viuere, & cõtra hostes animæ strenuè militare. Vnde Nu. 13. Venimus ad terram ad quã misit nos, quæ re uera lacte & melle manat, sicut ex fructib. cognosci potest, sed fortissimos cultores habet. Item ista est terra dulcorosa. In terra.n. promissionis humana natura abundantia lactis & mellis fruebatur, & ideo terra fluens lac & mel dicebatur, signans terram religionis & ecclesiæ, vbi lac & mel deuotionis debet abundare, quæ possit deuotam animam confortare. Vnde Ezec 20. Eduxi eos de terra Aegypti in terrã quam promiseram eis, quę fluit lacte & melle. Item ista terra est humorosa vel influosa, quia.s. in ista terra abundant fluuij lachrimarum, fluuij scientiarum & elemosynarũ. vnde Deu. 8. Dominus introducere te in terram bonam, terram riuorũ atq; fontium, terram olei & mellis. Item ista terra est virtuosa, quia.s. sicut in terra promissionis abũdabãt oliuæ, & arbores aliæ aromaticæ, de quibus gummi suauis odoris & saporis manabat, sic in terra religionis debent abundare homines virtuosi, qui oleum pietatis debent alijs vicinis diffundere, & liquorem compassionis debent distillare. psa. Terra mota est, etenim cœli distillauerunt. Vnde 4. Reg. 18. Transferã vos in terram vini & oliuarum &c. Istæ sunt igitur decẽ conditiones terræ propter quas multum debet amari, & à viris perfectioribus frequentari. Ibi.n. tutius viuitur, & ibi securius habitatur. psal. Isti aũt hæreditabunt terram &c. Si vis inuehe contra terram religionis vel ecclesiæ, & contra conditiones illius dic illa quæ inferius dicentur de terra inquantum significat mũdum & mundi prosperitatem, quia hodie procul dubio nõ est religio vel ecclesia talis terra, quia pro certo hodie verificatur illud psal. ꝙ.s. Deus conuertit terrã fructiferam, in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea. Salsugo.n. est terra penitus sterilis. Quando.n. aqua maris refluit aliquo casu in terram fertilem, tanta est eius salsugo, ꝙ ex solo reflexu illa terra fit sterilis per sex annos, & talis terra propriè dr̃ salsugo, à maris salsedine sic vocata. Sic vere ex quo aqua maris.i. affluentia temporalis cœpit influere in terram fructiferam religionis, ipsa pro certo facta est sterilis & inanis 4. Reg. 2. Aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. Dic si vis figurã, quia breuiter ex quo in religione & ecclesia vitia abundauerunt, virtutes & merita defecerunt. Zach. 7. Posuerunt terram desiderabilem in desertum & hoc à malitia habitantium in ea quia sicut dr̃ Esa. 24. Interfecta est terra ab habitatoribus suis, deserta est oĩs lætitia, & trãslatum est gaudium terræ, relicta est in vrbe solitudo. Sic igitur patet ꝙ terra sumitur pro iustorum collectione, hoc est dictu, pro religionis vel ecclesiæ habitatione. ¶Tertiò dico principaliter ꝙ terra D sumitur pro sanctorum possessione, hoc est dictu, pro sanctorum regione & congregatione.s. pro terra paradisi. Sicut.n. videmus ꝙ terra est in se stabilissima, ita ꝙ cunctis alijs reb' in motu existentibus ista sola est immobilis, ad terram etiã omnia grauia descendunt, ibiq; & nusquam alibi requiescũt sic vere status & gloria paradisi est sine quacunque mutatione stabilis & æternus, & isto solo excepto omnis alius status est mutabilis atque vanus. Eccle. 1. Terra autem inæternum stat. & ideo omnia grauia.i. mortaliũ corda ad istam debent naturaliter tendere quia hic solum & nusquã alibi possunt perfectã requiẽ inuenire, dicẽtes illud psal. Portio mea dñe sit in terra uiuentiũ. Nautę n. quãdiu sunt in mari, sp sunt periculo & motu, & iõ valde desiderant esse in terra firma, stabili & ĩ portu, & iõ nõ cessant cõtinue currere, quousque ad terrã & portũ quẽ expectant vel petunt, applicare potuerint Nos igitur qui in fluxu & in mari mortalis vitæ viuimus, nũquã à cursu bonorũ operũ desistamus, quousq; ad terrã para si ad portum salutis personalitr attingamus, iuxta documẽtũ Sen. Epistol. 19. In freto viximus, moriamur in portu. Qd̃ tñ est contra multos similes piratis, qui nunquam vellent attingere terrã, sed semper esse in mari & viuere, vt transeuntes possint deprædari & occidere. Sic mundi raptores, & peccatores attingere terrã & portum paradisi non curant, sed esse & viuere in fluctib. vitæ præsentis affectant, vt alios noceant & inuadant. De quib. dr̃ in psal. Pro nihilo habuerunt terrã desiderabilem &c. Non sic charissimi, sed pro certo boni & iusti ad terrã paradisi transeunt mẽtaliter, & inibi viuere & esse appetunt æternaliter. Deuter. 4. Vos transibitis, & possidebitis terram egregiam. Vbi aduerte quod ad istã terram habendam tria sunt necessaria, scilicet

Dimittere quod inficit. Vos transibitis.
Appetere quod proficit. Et possidebitis.
Attendere quod allicit. Terra egregia.

¶Dimittamus ergo mundum inficientem. Transibitis. ille.n. qui trãsit vnum locum, ad suum contrarium tẽdit, sic & nos debemus mundum dimittere, & ad terrã paradisi accedere & transire. Esa. 23. Transi terram tuam quasi fluuiũ filia maris. Et bene dicitur filia maris, quia pro certo quandiu est in mũdo, sẽper est in amaritudine & dolore, & iõ sicut vitulus marinus post quam diu in mari voluit natare, solet ad terrã transire

transire, vbi solet catulos parere & fouere, sic vere aīa hominis iniquitatem lassata, debet per affectum illud mare dimittere, & ad terram paradisi per desiderium se trāsferre, & ibi mentaliter quiescere & iacere, & catulos bonorum operū educare & nutrire. Trāsibitis inquit. psal. Transibo in locū tabernaculi admirabilis vsq; ad domū Dei. vnde Iosuæ 22. Trāsite ad terrā in qua tabernaculum dñi est. Vt dicamus illud Num. 20. obsecro vt liceat mihi transire per terram tuā. Igit dimittamus mundū inficientem. Item appetamus fructū proficientem. Possidebitis. Possessio. n. totum fructum & vtilitatē importat. Proprietas. n. sine possessioue nihil valet, & ideo quamuis per mortem Christi facti simus hęredes & proprietarij terræ paradisi, in hoc tñ nullum fructum habebimus, nisi possessionem ipsius per bona opera acquiramus. Possidebitis inquit. Vnde de quolibet iusto potest dici illud Iob 1. Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Quia sicut dr̄ Matth. 5. Beati mites, qm̄ ipsi possidebunt terram. vide supra de possidere. Igitur appetamus fructum proficientem. Item attendamus locum allicientē. Terram egregiam inquit. Quia. s. paradisus pōt dici nobilis egregia & amęna. Et ideo bonum est nobiles conditiones eius attendere, vt allecti possumus libentius illuc ire. Obiectum. n. delectabile attrahit potētiā. & ideo Moyses allectus delectabilitate terræ promissionis, ipsam intrare cupiebat. Deute. 3. Transibo igitur & videbo terram hanc optimā trans Iordanem montemq; istum egregium & libanū. Et bene dicit trās Iordanem, quia. s. ista terra est vltra flumen mortalitatis humanæ. Bene dicit montē, quia. ibi est mons sublimitatis æternæ. Bene dicit libanum, qui candor interpretatur, quia ibi est candor & pulchritudo claritatis supernæ. Ista est igitur terra egregia,

Vbi nullus perturbatione concutitur.
vbi nullus malus intrat nec recipitur.
Vbi quilibet iustus ducitur & introducitur.
Vbi Deus personaliter videtur.
Vbi gloria in suo fonte gustatur & percipitur.
Vbi timor mortis fugatur & excluditur.
Vbi opulentia bonorum habetur & inuenitur.

¶ Dico q̄ in ista terra beati tribulationibus non concutient. Matt. 2. Vade in terram Israel. mortui. n. sunt qui quærebant animam pueri. Item dico q̄ ibidē nulli mali recipiuntur. vnde Proue. 10. Iustus in æternum non mouebitur, impij vero habitabunt super terram. Item dico q̄ ibi omnes boni introducuntur. psal. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Item dico q̄ ibi tres personæ visibiliter cōspiciuntur. psal. Credo videre bona dñi, in terra viuentium. Item dico q̄ ibi gloriæ voluptatis sensibiliter percipiuntur. psa. Super oēm terrā gloria tua. Itē ibi mors & timor abijciuntur. Eze. 34. Habitabunt in terra tua absq; vllo timore. Itē ibi oēs opulentiæ habentur & inueniunt. vnde Iud. 18. Dabit vobis dñs terrā in qua nullius boni erit penuria. Ista est igit terra egregia. vnde Ezec. 20. dicit dñs. Eduxi eos de terra ęgypti in terrā quā promiserā eis, fluentē lacte & melle, q̄ est egregia inter oēs terras. Sic igitur patet q̄ terra sumitur pro sanctorū possessione. Et hoc est tertiū principale. Quartò dico q̄ terra sumitur pro mortaliū defectione. Mortalis. n. homo terra dr̄, eo q̄ de terra factus inter finaliter cōmutatur, quia. s. sicut dr̄ Eccle. 3. Cuncta subiacent vanitati, & oīa pergunt ad vnū locum. de terra facta sunt, & in terrā pariter reuertent. Nā Eccl. 17. dr̄ Deus de terra creauit hominem, nō de auro, vel lapide pcioso, ne forte superbiret, sed potius materiā humilitatis in seipso inueniret. Caro. n. est illa terra de qua dr̄ Gen. 3. Cū operat⁹ fueris terrā, nō dabit fructus suos, sed spinas & tribulos germinabit tibi. Nā sicut terra nō profert nisi scindatur, aperiatur, seminetur, simet, & rastris & aratris excolatur, sic homo terreus & fragilis non fructificat per bonam operationem, nisi prius.

Scindatur per contritionem.
Aperiatur per confessionem.
Seminetur per instructionem.
Firmetur per propriæ vilitatis meditationem.
Aretur & excolatur per maceratiuam satisfactionem.

¶ Homo. n. debet per contritionē scindi & cōcuti. psa. Cum mota est & contremuit terra, sana cōtritiones eius, quia cōmota est. ¶ Per cōfessionē debet aperiri. psa. Aperiat terra & germinet. Per instructionē debet seminari. Gen. 26. Seminauit Isaac in terra illa. Per propriæ vilitatis cōsiderationē dēt firmari, qa sicut multarū regionū agri steriles sunt nisi fimo impinguent, sicut dr̄ 4. Reg. 2. Terra sterilis est, sic multi sunt hoīes oīno steriles à bonis operib. nisi per humanæ vilitatis memoriā squalidi, tumidi, & impinguati spūaliter ad fertilitatē aptētur, vt terræ sic aptatæ possit dici illud Esa. 4. Erit fructus terræ sublimis. Per satisfactionē & carnis macerationē debet exarari. Amos 3. Triturabitur & circuietur terra. & sic per bonas operationes poterit fęcūdari. Quia sicut dr̄ Eccl. 20. Qui operatur terrā suā, in altabit aceruum frugū. Sumitur ergo terra pro mortaliū defectione. Quinto dico q̄ terra sumitur pro iniquorū conditione. Et sic dico q̄ per terrā intelligitur peccator, quia sicut terra est elementum durum & solidum siccum & frigidum, turpe & hispidum, graue & ponderosum, fuscum & tenebrosum, fœdum & maculosum, sic pro certo peccator dicitur terra, quia

Durus & solidus per mentis obstinationem.
Siccus & frigidus per mentis indeuotionem.
Turpis & hispidus per malam conuersationem.
Grauis & ponderosus per malam inclinationem.
Fuscus & tenebrosus per mentis obscurationem.
Fœdus & maculosus per carnis inquinationem.

¶ Igitur dico q̄ pctōr est terra, quia per obstinationē est solidus. Terra. n. est ita firma q̄ non pōt de suo loco mutari, ita profunda q̄ non pōt faciliter dissipari. Sic vere peccator ita est per mentis obstinationē & indurationē firmus, solidus & profundus, q̄ per prædicationē non penetratur, nec per cōuersionem de propria malitia transmutatur, & ideo ipse est propriè illa terra de qua dr̄ Deut. 28. Sit terra quam calcas, ferrea. Diabolus. n. ita sæpe trāsit & calcat super peccatorū, q̄ ipsum necessario durum facit, sicut via efficitur alia terra durior pro eo q̄ à plurib. cōculcatur. Item dico q̄ peccator est terra, quia per indeuotionem est frigidus. Terra. n. naturaliter est frigida & sicca, quæ sunt duæ qualitates mortificatiuæ, & ad centrum descensiuæ & compressiuæ & ideo terra immobilis inuenitur, quia p suas mortiferas qualitates versus cētrum comprimitur & calcatur. Sic verè peccator per indeuotionem est frigidus, & per incōpassionē aridus. Gen. 1. c. Vocauit Deus aridam terrā. Istę. n. sunt duæ pessimæ qualitates, quæ ipsum ad centrum, i. ad mundum & ad mundanā gloriā cōprimunt, & motum bonorum operum sibi tollūt. Ezec. 1. Terra aūt in æternum stat. Prou. 20. Propter frigus piger arare noluit. Item dico q̄ peccator est terra, quia p malam conuersionē est hispidus, terra turpis & pallidi est coloris, sic à peccator infamis est cōuersationis. Hier. 4. Vidi terram, & vacua erat & nihil, & cœlos, & non erat lux in eis. Itē dico q̄ peccator est terra, quia per malam inclinationē est ponderosus. Terra. n. est ponderosa & grauis, semper descēdens ad imū, significans pctōrem, qui grauis & ponderosus est ad benefaciendum, & semper est interius inclinatus ad tēporalia diligenda. Prouer. 25. Cęlum sursum, & terra deorsum. Sicut. n. terra naturæ est auidæ, intātum oēs aquas solet bibere, & pluuias haurire, sic peccator oēs mundi diuitias & delicias appetit acquirere & habere. figurat⁹ Apo. 15. vbi dr̄ q̄ aperuit terra os suū, & absorbuit fluuiū. Ideo Salomon Prou. 30. inter insatiabilia numerat terrā, q̄ non satiat aqua. Iste est igitur terra, p malā. s. inclinationē pōderosus. Itē dico quòd pctōr est terra, quia per mentis obscurationē est tenebrosus. Terra. n. elementū est obscurū, & tenebrosum, nihil habens perspicui vel splendoris. Sic vere pctōr nō habet aliquid de lumine discretionis spūalis, quinimo totus est obscurus, & plenus turbine ignorantiæ & erroris. Amos 8. Tenebrescere faciā terram in die luminis. Itē est pctōr terra, qa per carnis inquinationē est maculosus seu lutosus. Quia sicut terra faciliter in lutū & in immunditiā cōuertitur qn̄ cū aqua plus debito cōmiscetur, sic peccator aquis deliciarum admixt⁹, fit faciliter lubricosus, & per luxuriā maculosus, ita quod ei pōt dici illud Eze. 22. Tu es terra immunda, & non cōpluta. Sic igitur patet quòd terra qnq; sumitur pro iniquorum cōditione. ¶ Sextò dico quòd terra sumit pro afflictorū tribulatione. Terra. n. q̄ est elementū asperū, deforme & infimum, statū pauperatis, pœnitentiæ & aduersitatis, subiectionis & humilitatis designat, de quo Gen. 41. Crescere me fecit dominus in terra paupertatis meæ. Ista est. n. terra.

In qua

In qua humiles versantur.
In qua pœnitentes purgantur.
A qua purgati eleuantur.
Ad quam superbi deducuntur.

¶ Dico ꝙ in tali terra humiles solent conuersari, quia sicut aper non potest lædere ad terram, prostratū, sic nec diabolus hoiem inferius humiliatū. Deu. 10. Deiecit vultū meū in terram, & tacui. vnde psal. In terra deserta inuia & inaquosa &c. Item tali terra pœnitentes solent expiari, quia sicut lapides pciosi in terra & arena purgantur & poliuntur, sic pęnitentes in terra pœnitentiæ & tribulationis purgantur & emundantur. Vnde aīæ pęnitenti dr̄ Hier. 2. Secuta es me in deserto in terra q̄ nō seminatur. Itē à tali terra humiles solēt eleuari, quia sicut dr̄ in psal. Deus suscitat de terra inopē, & de stercore erigit pauperē. Itē ad talē terrā superbi solēt detrahi & cōdemnari. Vnde ciuitati superbæ dr̄ Luc. 19. Circūdabunt te inimici tui vallo, & ad terrā prosternunt te. Sic er-
H go dico ꝙ terra sumitur pro miserorū afflictione. ¶ Septimò dico ꝙ sumitur pro mortuorum corruptione vel resolutione. Mors. n. & ēt mortuus terra dr̄, eo ꝙ in morte homo in terram conuertitur, vel quia terra tegitur & absconditur, vel quia per insensibilitatē terrę similis efficitur, psa. Spiritus eius reuertetur in terrā suā. s. homo. & Ezec. 31. Oēs dati sunt ad mortē ad terrā vltimā. Mors. n. terra vltima est, quia ad ipsam vltimo necessario peruenitur. Et ideo sicut videmus ꝙ & vultus & sensus aīalium respiciunt ad terrā, sic & mens & cogitatio hominum debet respicere versus mortem. Esa. 51. Videte sub terra deorsum. Leo. n. terram respiciens fit audacior cōtra venatorē. Aspis ēt cum cauda & cum obiectione terræ auriculas suas claudens, fit tutior contra incantatorē. Quia pro certo ille qui terram mortis suæ bene cōsiderauerit & viderit, & qui terrā suæ vtilis cōditionis, & caudā suę finalis resolutionis in aure posuerit, procul dubio à tētationū incantationib. tutus erit, venatorē diabolū non timebit, vn̄. Nu. 13. Considerate terrā qualis sit. & Dan. 10. Vultus meus hærebat terræ. Sic ergo patet ꝙ terra sumit̄ pro mortuorum
I corruptione vel resolutione. ¶ Octauò principaliter dico ꝙ terra qn̄q; sumitur pro damnatorū cōclusione. s. pro ipso habitaculo inferni. Sicut. n. terra est domus & habitaculū omnium reptiliū & serpentum, sic infernus est locus & habitaculum oīum damnatorum, tam hominum quàm angelorū. Ista est terra in qua iniqui reponuntur, & ibidem perpetuo morantur, sicut de Antiocho dr̄ 1. Mach. 6. ꝙ mortuus est in tristitia magna in terra aliena. Ista est. n. terra.

Mœroris.
Feruoris.
Doloris.
Laboris.
Occisionis.
Obliuionis.
Detentionis.

¶ Est. n. in ista mœror inconsolabilis. vnde Hier. 4. Lugebit terra, & mœrebunt cœli. Cœli inquit. i. alti viri. Item ibidem est feruor seu ardor inextinguibilis. vn̄ Esai. 34. Conuertentur torrentes eius in picem & humus eius in sulphur, & erit terra eius in picem ardentē die ac nocte, non extinguet. Item ibi erit dolor intollerabilis Esa. 13. Torsiones & dolores tenebunt. Et sequitur. Ecce dies dn̄i ira plenus ad ponendum terram in solitudinem. Item ibi est labor intemperabilis. vnde psal. Laborabit inæternum, & viuet adhuc in finem. Hier. 5. Sicut seruistis dijs alienis in terra vestra, sic seruietis dijs alienis in terra nō vestra, hoc est dictu. Sicut seruistis in mundo criminib. & peccatis, sic & in inferno seruietis demonibus. Itē ibi est occisio. i. crudelitas immitigabilis. vnde Esa. 34. Inebriabit̄ terra eius sanguine, & humus eius adipe pinguium. Et psal. Introibunt in inferiora terræ, tradētur in manus gladij, partes vulpium erunt. Item ibi est obliuio immemorabilis, quia. s. memoria talium cito perit. vnde psal. Memoria eorum veterascet in inferno à gloria eorum. Et ideo in psal. dr̄. Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis? Itē erit tibi detentio ineuitabilis, quia qui semel illuc iuerit, exinde amplius nō exibit.
K vnde Hier. 17. Habitabit in deserto in siccitate, in terra salsuginis & inhabitabili. Sic igitur patet ꝙ terra sumitur pro damnatorum habitatione seu conclusione. ¶ Nono dico ꝙ terra sumitur pro terrenorum successione, seu mundanorū possessione & regione. Et sic dico ꝙ per terram intelligitur status & conditio terrenæ prosperitatis, & ista est procul dubio fugienda, quia sicut videmus ꝙ auis vt cōiter non capit̄ quandiu volat in aere, sed qn̄ descendit vel appropiat circa terram, sic vere nec homo est in periculo delinquendi, quādiu ad cœlestia vel spiritualia volitat, sed qn̄ descendit vel approximat per accessionē & affectum inferius ad terrena. vtile est igitur terram, i. terrena mentaliter dimittere, & ab ipsis fugere & abire iuxta illud Gene. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrā quam monstrauero tibi. Vide eam supra de egredi. vt sic nobis dicatur illud Ezec. 10. Eleuauerunt cherubin alas suas, & exaltata sunt à terra. Vbi aduerte ꝙ tria sunt necessaria ad hoc ꝙ terrena prosperitas fugiatur. s. Feruidus affect⁹ superiorum. Eleuauerunt alas suas. Lympidus aspectus interiorū. Cherubin, quod interpretatur plenitudo. Solidus despectus exteriorū. Exaltata sunt à terra dico igitur ꝙ ad hoc ꝙ terrena prosperitas euitetur, necessarius est feruidus superiorum affectus Eleuauerunt inquit alas. Alæ. n. nostræ q̄bus ad cęlestia vehimur, sunt affectus, quos ꝑ certo sursum ad bona paradisi debemus erigere, vt sic possimus à terrenorum periculis nos liberare. Iob. 39. c. Cum tempus fuerit, in altum alas erigit. Et ideo bene monet apostolus Coloss. 3. Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Res. n. leues sicut est ignis & aer, semper nituntur sursum ascēdere, graues nituntur deorsum descendere. Quia pro certo illi q̄ sunt leues & puri, sursum mentaliter se erigunt ad æterna, illi vero qui sunt graues & per pctā immundi, inferius se redigunt ad humana. Quia procul dubio hodie non est alia causa quare ista terrena ita ardenter quęruntur & diligūtur, nisi quia superiora & cœlestia nō desiderātur nec amantur, quia pro certo si ista bene amarentur, illa necessario spernerent. Sic igitur patet ꝙ in nobis debet esse superiorū affectus feruidus. ¶ Rursum dico ꝙ in nobis debet esse interiorū aspectus lympidus, quod notatur cū dr̄ cherubin, qđ interpretatur plenitudo scientiæ, quia pro certo ꝙ terrena diligantur & appetantur, illud nō est nisi ꝓꝓ defectū verę scientiæ, q̄a procul dubio sicut dr̄ Ose. 4. Non est veritas, non est misericordia, nō est scientia Dei in terra. Et bene dicit non est sciētia Dei quia. s. satis est ibi de scientia mundi de qua dr̄ Hier. 4. Sapiētes sunt vt faciāt mala, bene aūt facere nescierūt. Ista est. n. similis lumini lunæ, qđ solum apparet de nocte & non de die. sic scientia seculi vtilis est circa terrena q̄ sunt nocturna. nihil vero proficit circa spūalia & eterna. Quinimo sicut videmus ꝙ aues & aīalia q̄ de nocte vident clarius, de die vident obscurius & deterius, sic vere illi qui in terrenis sunt clarius videntes, sunt in spūalibus plus ignorantes. Non sic charissimi, sed simus Cherubin. i. habeamus plenitudinē sciētiæ, vt terrenorū vilitatē & vanitatē cognoscamus, & vt ipsa cognita fugiamus. Eze. 28. Tu cherub extentus & protegēs, plenus sapientia, & perfectus decore &c. Igitur necessarius est interiorum aspectus lympidus. ¶ Demū dico ꝙ necessarius est exteriorū despectus solidus seu prouidus. Exaltata sunt inquit à terra. Homo. n. qui vult seruare corporis sanitatem, libenter dimittit locū vbi sentit aērē corruptum. Etiam auis prædalis parū solet in terra manere, sed statim sursum ascendere & volare. Terra. n. i. terrena prosperitas est fugienda, & ne ibi corrumpamur aut capiamur, mentaliter detestanda. Zac. 2. Fugite de terra aquilonis. ¶ Et nota hic ꝙ ista terra debet despici multiplici ratione, videlicet quia

Tenaciter solet irretire.
Mentaliter facit esurire.
Faciliter solet pertransire.
Discorditer facit sentire.
Realiter facit superbire.
Crudeliter facit insanire.
Carnaliter facit lasciuire.
finaliter solet deperire.

¶ Dico ergo ꝙ ista terra. i. terrena prosperitas & facultas irretire solet tenaciter. Est. n. sicut terra argillosa, pro eo ꝙ ibi homo ita per malas complacentias ligatur, vt difficiliter expediatur. Terra n. quanto est maioris fœcunditatis, tanto est transeuntibus maioris tenacitatis & lubricitatis, sicut patet de terra pingui tꝑe pluuiali. Sic & prosperitas quanto est amplior, tanto est ad detinendum habilior. Vnde Esa. 24. Formido, fouea & laqueus supꝫ te qui habitator es terræ. Hō. n. q̄ est in terra mūdanæ ꝓsperitatis, de leui formidat & suspicatur in foueā pcti faciliter intrat & inclinatur, à laqueo vero malarū cōplacentiarū, difficiliter extrahitur & liberatur. Ista igitur irretire solet tenaciter. Itē dico ꝙ ista terra esurire facit mētaliter. Dāt. n. famē & sitim auari-

auaritię,nec satiat,imo vacuat cor humanũ.Vnde de ista terra dr̃.Hier.2.vbi dr̃. Transduxi vos per terram sitis & imaginem mortis. Vnde auari & mundani similes sunt onagro de quo dr̃ Iob 39.Quis dimisit onagrũ liberum, & vincula eius quis soluit?cui dedi in solitudine domum,& tabernaculum eius in terra salsuginis. Terra.n.salsuginis dr̃ illa quæ pp salsuginẽ maris & pp siccitatem propriã est sterilis & deserta. In aliquibus.n.partibus Britãniæ minoris terra fæx & limus maris in campis portatur,& quãuis illæ fęces salsæ de se steriles sint,terrã tñ in qua ponuntur per accidens faciunt fertilẽ.virtute.n. sua calida humorem ab interiorib. ad terræ superficiẽ attrahunt,& sic fertilẽ eam reddunt, sed post 20.annos sterilis efficitur,& rõne opulentiæ præcedẽtis maior sterilitas generatur.Sic vere charissimi salsugo mundanæ prosperitatis in principio.s.in vita pñti facit hoiem diuitijs abũdare,sed pro certo in futuro ipsum faciet esurire,quia.s.quã to ipsum in præsenti maiori opulentia ditat, tanto in futuro maiori sterilitate & indigentia ipsum dãnat,iuxta illud Ose. 4.Secũdũ gloriã eius multiplicata est ignominia eius.ista est igitur terra salsuginis quæ esurire facit mentaliter. Itẽ dico ꝙ ista terra pertransire solet faciliter. Terra.n.i.prosperitas cito transit.Matt.24.Celũ & terra transibunt.Cęlum.n.significat altas seculi dignitates,terra vero designãt magnas seculi facultates,quæ.s.non sunt stabiles, sed potius variabiles & mutabiles.Esa.13.Mouebitur terra de loco.Item dico quòd ista terra sentire facit discorditer. Quia sicut nulla est terra ita firma, quin terremotus ibidem aliquando generetur, qñ fortib.vaporib.interius agitatur,sic vere nulla est tã magna prosperitas, quin terremotũ dissensionum & tribulationum patiatur,qñ vaporib.i.malis hominibus inuicem collidentibus & se inuicem litigijs impellentib. concutiuntur & mouentur psa.Commota est & contremuit terra 1.Paral.1. Nomen viri Phalech, quia in diebus suis diuisa est terra. In ista terra mundanæ prosperitatis cõtinentur mali vapores .i.mali & iniqui habitatores,quia sicut dr̃ Hier.30.Dabo terram in manu pessimorum. & ideo ibidẽ non solet pax & cõcordia habitare,sed potius lis & discordia pullulare. Quod bene figuratur Apoc.8.vbi dr̃ ꝙ ignem misit in terram,& facta sunt tonitrua,& terręmotus,q̃ ignis iræ, inuidiæ & auaritiæ qñ in terra ponitur,terræmotus contradictionis, & tonitrua litigationis ibi audiuntur.Ista ergo terra sentire facit discorditer.Item ista terra facit superbire realiter.Terra.n. multos habet montes & tumores.Sic mũdi prosperitas multas habet superbias & pręsumptiones.Micheæ 1. Attendat terra & plenitudo eius.Item dico ꝙ ista terra insanire facit crudeliter,quia pro certo terra,i.abundãtia prosperitatis est aliqñ causa crudelitatis & impietatis,quod patet,quia illi sunt crudeliores qui sunt in terra & in seculo ditiores. Vnde de crudelibus dr̃ Eze.32.ꝙ ipsi dederunt terrorem suum in terra viuentium,& ideo portauerunt ignominiã suam cum his qui descendunt in lacum.Ezec.7.Terra plena est iudicio sanguinum.Item ista terra lascinire facit carnaliter. vnde Oseæ primo capit. Fornicans fornicabitur à domina. & Oseæ 3.Maledictum,mendacium, furtum adulterium & homicidium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit, pp hoc lugebit terra. Item dico ꝙ ista terra deperire facit finaliter. Quia nulla est terrena prosperitas quin finaliter destruatur, & potissimè in morte & in iudicio, quia dñs in furore cõculcabit terrã,& in furore obstupefaciet gentes. Abac.3.& Sophon.1.In igne.n.zeli mei deuorabitur omnis terra.Istis igit octo rationib.patet quod terra,i.terrena prosperitas est cõtemnenda,& mentaliter fugiẽda.Et sic ergo dico ꝙ ista tria sunt necessaria ad terram.i.ad terrenam prosperitatem ne noceat,euitandam,s.mundanorum prouidus despectus,inferiorum lympidus aspectus, superiorum feruidus affectus. Vnde ergo dictum est de ista terra ꝙ eleuauerunt Cherubin alas suas,& exaltata sunt à terra.Hæc igitur sufficiant de terra quantum ad nouem eius partes.

A **Terror.Terribilis.Territus.** Terrere.Cũ terror seu terribilitas nihil aliud sit q̃ quædam excessiua timoris species seu qualitas, quæ ex excessu alicuius subiti sensibilis excellentis & insoliti generatur, possumus dicere ꝙ in scriptura inuenitur multiplex terror.s.Terror.

Humani timoris.	Primus est terror iniquorũ.
Deuoti tremoris.	Secundus est perfectorum.
Mundani furoris.	Tertius est miserorum.
Diuini rigoris.	Quartus est damnatorum.

¶ Dico primo ꝙ est terror imbecillis pauiditatis, & iste est qñ homo pauet vel terretur sine cã. Impij.n.sunt semper in timore & desperatione,quia sicut dr̃ Iob 15. Sonitus terroris in aurib.impij,& cum pax sit, inimicitias semper suspicatur.Homo.n.cui propria conscientia male respondet, & qui nihil habet gratiæ vel meriti in quo confidat, merito terretur,quia.s.sicut melancholici pp abundantiam nigræ choleræ corpus occupantis,& imaginatiuam capitis denigrantis, solent sine causa timere,concuti & terreri,sic vere illi in quibus niger humor peccati dominatur,ita ꝙ imaginatio & cõscientia maculatur,modica tribulatione temporali,vel mortis futuræ afflictione,vel diuini iudicij executione supernali vsq; ad desperationẽ terrentur,& sine cã legitima perturbãtur.Sic territi fuerunt populi carnales, qui audientes fortitudinẽ habitatorum terræ promissionis de Dei auxilio diffidentes,in ægyptum redire voluerunt.Deut.1.Nuncij terruerunt cor nostrum.vnde Leu.26.Terrebit eos sonitus folii volantis.Iste est ergo terror desperantis pauiditatis.¶Scdõ dico ꝙ est terror formidantis humilitatis,& iste est terror quo terrentur boni, quia sicut pueri faciliter terrentur ab aspectu virgæ,sic humiles & puri ex aspectu diuinæ potẽtię & iustitiæ faciliter cõturbãtur, dicentes Deo & Angelis illud Iosuæ 9.Prouidimus animabus nostris terrore vero compulsi. B Deus.n.& opera sua valde debẽt esse terribilia cordib.deuotorum. Cantus Galli mirabiliter terret lupum secũdum Pli. Sic vere verba Christi debent terrere virum iustum,vt dicat illud Iob 6.Terrores dñi militant contra me.Et nota si vis ꝙ Deus debet esse terribilis tam bonis quàm malis propter multa, videlicet propter suæ

Clementiæ plenitudinem.	¶ Terribilis est
Iustitiæ rectitudinem.	ergo Deus pro-
Scientiæ lympitudinem.	pter plenitudi-
Potentiæ fortitudinem.	nẽ suæ clemen-

A Nota breuiter ꝙ tradere sumitur exponere, subijcere & concludere, & sic sumitur vt cōiter in scriptura. Iudic.3. Iratus dñs contra Israel tradit eos in manus chusan. Quandoque sumitur pro concedere, & sic sumitur Matt.11. vbi dr̄ Omnia mihi tradita sunt à patre meo. & Matth.25. vbi paterfamilias vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Quandoque sumitur pro prodere vel decipere, & sic sumitur Ioann.13. vbi Christus de iuda dixit. Vnus ex vobis tradet me. Quandoque sumitur pro ordinare, & sic sumitur 1. ad Corinth. 11. vbi dicitur. Ego.n. accepi à domino, quod & tradidi vobis. Quandoque sumitur pro ordinatione vel traditione. vnde 2. Thre. 2. Tenete traditiones quas dedicistis. ¶His igitur præmissis, & omissis, dicamus solum aliquid de tradere inquantum sumitur pro exponere, dare ponere vel subijcere. Et dicamus quòd aliqui traduntur

Ad
- Pœnitentiam.
- Immunditiam.
- Violentiam.
- Pestilentiam.

¶Primò dico ꝙ est vnum tradere pœnitētiæ & subiectionis, & illud est qñ homo tradit corpus suum pœnitentiæ & afflictioni, vel qñ tradit voluntatem suā obedientiæ & subiectioni. Et sic vr̄ tradidisse Christus semetipsum. Esa.53. Tradidi, in mortē aīam suam, & cū sceleratis deputatus est. Sic etiā loquetur Eccl.39. vbi de iusto dr̄. Iustus cor suum tradet ad vigilādū diluculo ad dñm qui fecit illum &c. ¶Scd̄o dico ꝙ est vnū tradere immunditiæ & corruptionis, & illud est qñ homo tradit & exponit se ipsum ditioni diaboli vitijs & peccatis. vel etiam qñ exigentib. demeritis à Deo permissiuē traditur & exponitur ditioni diabolicæ. Vnde de talib. dr̄ ad Ro.1. ꝙ quia non probauerunt Deum habere in notitia, sed seruierunt creaturæ & nō creatori, tradidit eos Deus in passiones ignominiæ. tradidit eos Deus in desideria cordis eorum. tradidit eos in reprobū sensum, vt faciant quæ eis non expedit. ¶Tertio dico ꝙ est vnū tradere violētiæ & punitionis vel correptionis, & illud est qñ Deus hoiem peccatorem tradit & exponit aliqñ mundi tribulationib. & tormentis vt reuerti ad pœnitentiā compellatur. Vnde 1. ad Cori.5. de fornicario dicit apostolus ꝙ tradi iudicauit ipsum diabolo in interitū carnis suę vt spūs saluus sit in die dñi Iesu Christi. Sic etiā tradit dñs iustos pœnis & laborib. huius mundi, vt à futuris tribulationib. liberētur 2. ad Cor.4. In mortē tradimur pp Christum. ¶ Quarto dico ꝙ est vnum tradere pestilētię & dānationis, & istud est illud quo Deus tradit peccatores demonib. ad deuorandū, tormentis ad affligendū. Tradi.n. demonib. timebat Dauid in ps. cū dicebat. Ne tradas bestijs aīam cōfitentē tibi, & aīas pauperum tuorum &c. Tradi aūt inferni tribulationib. timebat cum dicebat. Ne tradideris me in aīas tribulātium me. Quia procul dubio dāmnati tradentur demonibus & tormentis, vt ibi perpetuo puniantur. Mat.18. Tradidit eum tortoribus donec redderet vniuersum debitum. Iosuæ 11. Ne timeas eos, cras.n. omnes istos tradam vulneratos in manus tuas. Patet igitur de tradere. Et sic sufficit gratia breuitatis.

Trahere. Attrahere.

A Nota breuiter quod in scriptura inuenio multiplicem tractum, videlicet bonum atque malum. Et sic dico ꝙ in bono significato inuenitur

Tractus
- Inductiuus. Primus est supernæ delectationis.
- Eductiuus. Secundus est diuinæ inspirationis.
- Reductiuus. Tertius est æternæ castigationis.
- Conductiuus. Quartus est fraternæ cōmotionis.

 ¶Dico

¶Dico igitur primo ꝙ homo trahitur per supernã delectationẽ. Obiectũ.n. delectabile trahit & mouet potentiã. Et sic dico ꝙ pulchritudo luminis trahit oculum ad vidẽdum, dulcedo saporis gustũ ad gustãdũ, & sic de alijs. Vnde ẽt de adamante videmus quod quadã sua occulta perfectione & virtute ferrũ solet attrahere, & ipsum ad se visibiliter inclinare. Talis tractus procul dubio est tractus amoris, quo.s. homo ex consideratione bonitatis diuinæ & supernæ fęlicitatis ad ipsum trahitur, & rõne suæ perfectionis ad eum inclinatur, & ad eum diligendum, & se ad eum cõuertendum spũaliter inuitatur. Sic videbatur trahi amore cęlestis patriæ Sapiens, qui dicebat. Cant. 1. Trahe me post te, curremus in odorẽ vnguentorum tuorũ, oleum effusum nomen tuum. Aduerte tñ ꝙ iste tractus amoris est duplex, quia.s. hõ trahitur à re amata, Deus vero ad se trahit rem amatam, & iste vr̃ esse tractus similis, q̃a ẽm medicos simile attrahit suũ simile. Et inde est ꝙ sol soleat ipsos vapores attrahere, ipsos superius eleuare. Sic vere ipsa charitas, ipse feruor amoris solis iustitiæ Christi, puros, & innocentes ad se trahit, & ipsos ad bonum excitat & inducit. Hie. 31. In charitate perpetua dilexi te, & ideo attraxi te miserans tui. Patet igitur ꝙ homo trahitur ad bonum per supernam delectationem. ¶Secundò dico ꝙ homo trahitur ad bonum per diuinam inspirationem. Naturales.n. dicunt & assignant quoddam genus tractus quod dr̃ à tota specie, & illud fit qñ non apparet rõ virtutis attractiuæ, sicut est in stella maris, quæ quadam incognita virtute attrahit ferrum & sicut est in ambra, quæ quadam occulta potentia trahit ad se paleam seu lignum. Et sic breuiter vr̃ trahere potentia diuina seu inspiratio, quia rõ sui tractus non bene põt cognosci, quadã .n. occulta suæ prouidentiæ virtute solet qñq; ex insperato hominem peccatorem, qui.s. ferro durior, palea vilior videbatur, post se ad pœnitentiam trahere, & ipsum ꝑ occultam inspirationem ad veritatis semitam inuitare, vt in Paulo videtur penitus esse factum. vnde Iob 34. Quod si hõ ad Deum direxerit cor suum, spũm eius & flatũ ad se trahet. Et procul dubio charissimi sine tali tractu diuinæ inspirationis nullus saluatur, quia sicut dr̃ Ioã 6. Nemo põt venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Sic bene dico ꝙ homo tra-
B hitur ad bonũ per occultã inspirationẽ. ¶Tertio dico ꝙ homo trahitur ad bonũ per apertã tribulationẽ. Tractus.n. quo cęlum trahit stellas secũ in se fixas, est tractus naturalis, sed procul dubio tractus quo secũ trahit stellas erraticas q̃ in eo non sunt fixæ, & non est naturalis, sed violentus & accidẽtalis. Sic vere in mundo inuenio ꝙ Deus duplici modo trahit hoĩes ad virtutẽ. Quidã sunt in eo fixi per gratiã & amorẽ.s. boni, & iusti & isti procul dubio ab ipsa potentia & gr̃a diuina trahunt vbi voluerit, voluntariè non coactè. Ose. 11. In funiculis Adam trahã eos, in vinculis charitatis. Alij vero sunt qui non sunt in eo fixi.s. peccatores, qui stellę erraticæ p̃nt dici. Et sic isti à Deo voluntariè non trahuntur, sed contra impetũ proprij cursus & ꝓpriæ voluntatis ab ipso qñq; ad gratiam per tribulationum violentiam pertrahũtur. Vnde Paulo quasi per violentiam reducto & conuerso dr̃ Act. 9. ꝙ ad manus ipsum trahentes introduxerũt damascũ. Figuratũ in illo magno pisce, q̃ de flumine extractus & exenteratus Thobiæ factus est medicina, de quo dr̃ Tho. 6. Apprehende brachium eius, & trahe eum ad te. Ad bonum ergo trahitur hõ
C per asperam tribulationem. ¶Quartò dico ꝙ ad bonum hõ trahitur per fraternã commotionem. Sicut.n. vnus annulus ferreus tractus & tactus ab adamante, trahit secum plures alios anulos, & etiam sicut virtute primi motoris prima sua motura trahit & mouet secundam, sic spiritualiter loquẽdo vnus hõ iustus Deo spũaliter motus & tractus, plures alios ad bonum trahit, & eos suis doctrinis & exemplis ad bonũ excitat & inducit. Vnde de illo magno pisce dr̃ Tho. 6. quòd Thobias iuuenis attraxit eum in siccum, & palpitare cepit. Sic ergo homo trahitur ad bonum quattuor modis. ¶Sed adhuc dico quòd in malo significato sumendo possum dicere quòd est vnum Trahere

Tentationis.
Vexationis
Damnationis.

¶Primum est hominum peccatorum, quia sicut syrena suis cantib. trahunt nautas ad submergẽdum, sic demon, mundus, & caro suis tentationib. trahunt hoĩes ad pctm̃. Diabolus.n. trahit peccatores, figuratus in illo dracone de quo dr̃ Apoc. 12. ꝙ trahebat in terram tertiam partem stellarum. Mundus etiam & caro ipsos attrahunt, figurati in cocyto flumine infernali, de quo dr̃ Iob 21. ꝙ post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles. Iste est ergo tractus hominum peccatorum. ¶Secundus est tractus hominum miserorum, quia sicut illud periculum maris quod dicitur charibdis, violenter trahit in maris voraginem naues transeuntes, sic tyranni trahunt ad supplicia violenter pauperes innocentes. Act. 21. Apprehendentes Paulum traxerunt extra templum. ¶Tertius tractus est hominum peccatorum & damnatorum, qui post mortem violenter trahuntur ad infernum similes latroni, qui violenter trahitur ad suspendium. De demonib. ipsos trahentibus dicitur Deu. 32. Dẽtes bestiarum immittam in eos &c. Patet igitur quomodo tractus sumitur multipliciter in scriptura.

Transferre.

Nota ꝙ trãsferre dr̃ à trans quod est vltra, & ferre, quia.s. illud quod transfertur, de vno loco ad aliũ vltra fertur. Trãsferre igitur significat quandã mutationẽ & transitionem, & quandam de vno loco ad alium motionem. Et sic possum dicere pro certò ꝙ generaliter distinguendo in scriptura inuenio translationẽ. A

Affectabilem.
Delectabilem.
Honorabilem.
Variabilem.
Detestabilem.
Formidabilem.

¶Prima est translatio bonorum pęnitentium, quia.s. per pęnitentiã de culpa ad gratiam transferuntur, & continuè de bono in melius mutantur, de quibus 1. Ioã. 3. Translati sumus de morte ad vitã, quoniã diligimus fratres. ¶Scd̃a trslatio est iustorum discẽdentiũ, qua .s. per mortẽ de hoc mundo transferuntur ad patrẽ, & de huius vitę tenebris transferuntur ad lucẽ, de quibus Ecc 44. dr̃ ꝙ Enoch placuit Deo, & trãslatus est in paradisum. ¶Tertia translatio est sanctorum triumphantiũ, & ista est illa qua corpora sanctorũ transferuntur, & de loco ad locum trãsuehũtur, vt à populis honorentur, & vt à fidelib. deuotis excolantur. Et de ista translatione põt dici illud Iob 14. Saxum transferunt de loco suo. ¶Quarta est translatio gloriæ mundanorũ. Mundi.n. prosperitas nunquã in eodẽ statu permanet, sed continuè transfertur de statu ad statũ de vno ad aliũ, de præsenti ad futurum. Et sic loquitur Eccl. 10. Regnũ de gente in gentẽ transfertur. & Dan. 2. Deus mutat tp̃a & ætates transfert regna atq; constituit. ¶Quinta est translatio hoĩum iniustorum, qui continuè se transferunt de gratia ad peccatũ, de vitio ad vitium, de malo ad malũ. Vnde in psal. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent &c. ¶Sexta est trãslatio hoĩum impiorũ, qui transferuntur de mundo ad infernũ, & de mundi gloria ad tormentũ. Vnde in psal. dr̃. Transferentur in cor maris. Vnde de diabolo dr̃ 4. Reg. 17. ꝙ rex assyriorũ cepit Samariam, & transtulit in assyrios. ¶His igitur præmissis de translatione bona aliquid est dicẽdũ. Boni.n. transferuntur, vt dictum est, de bono in melius, quia sicut videmus quod porri & olera proficiunt & emendantur, qñ trãsferuntur & transplantantur, sic homo proficit qñ spiritualiter de peccato ad gratiam, de mundo ad ecclesiam, de seculo ad cęli gloriã transfertur & transit. vt sic de quolibet viro iusto dicatur illud psal. Vineam de ęgypto transtulisti. Vbi aduerte ꝙ ad hoc quod bene & vtiliter transferamur, necesse est ꝙ interiora bene disponamus, quia debemꝰ esse vinea, ꝙ exteriora cautè deseramus, quia debemus exire de ægypto, ꝙ vlteriora semper adeamus, q̃a debemus esse translati. ¶Primo igitur dico ꝙ nos debemus disponere mentẽ interiorẽ, quia nos debemus esse vinea. Vinea inquit. Vinea.n. habet multum de humore, & ideo apta est ꝙ alibi possit transferri, & quòd vbicunque translata fuerit, possit vtiliter radicari & fundari. Sic verè ad hoc ꝙ p̃dictis modis transferri possimus, necesse est ꝙ more vineæ humorẽ gratiæ intus habeamus, & ꝙ voluntatẽ nostram in bono proposito radicemus. Vineam inquit Eze. 17. Tulit de semine, & posuit illud in terram, vt firmaret radicẽ super aquas multas. Sequitur. Et creuit in vineam latiorẽ. Istud tñ est contra multos, qui nõ se disponunt interius per mentis immutationem & boni propositi confirmationem, & ideo quãuis ad statũ religionis trãsferantur localiter, ipsi tñ non mutantur, nec transferuntur formaliter aut moraliter. Arbor.n. de silua ad hortũ trãslata nunquã fructificat nec vegetatur, nisi radix cum arbore trãsferatur. Nam si radix in silua remaneat, truncus vero ad hortum feratur nõ fructificat propter hoc sed siccatur. Sic procul

cul dubio nisi radix cordis translata fuerit & mutata de silua mundi & per contemptum eradicata, non pōt proficere moraliter, quamuis localiter ad hortum religionis vel ecclesiæ fuerit delata. Et ideo religiosi vel ecclesiastici qui radicem cordis sui in seculo dimiserunt, & solū truncum corporis ad ecclesiā, i. ad diuinum seruitium transtulerunt, nō possunt in virtutib. proficere, nec de culpa ad gratiam se transferre. Isti ergo primo & principaliter debēt dicere illud 2. Re. 24. Præcor dñe vt trāsferas iniquitatem serui tui. Igitur si volumus bene transferri de culpa ad gratiā, de mundo ad ecclesiā, & de seculo ad religionem transmutari, nos debemus disponere mentem nostram interiorem, quia. s. nos debemus esse vinea. Vinea inquit. Quia sicut dr̄ Esa. 5. Vinea dñi sabaoth domus Israel est. ¶ Secundò dico ꝙ nos debemus dimittere formam exteriorem, s. mūdum & peccatum. De ægypto inquit. Nā sicut res aliqua à loco seu forma à natura nō transfert, nisi locus & forma quā habuerat, dimittatur, sic verè nos ad formam gloriæ nō transferimur, nisi mundum & peccatum primitus dimittamus. Exemplo coralij, quod adhoc ꝙ de radice lignea in lapidem transformetur, necesse est ꝙ de mari ad terram antea deferatur. Quia procul dubio nullus lapideus efficitur, nisi primo à mari peccati vel seculi transferatur. De ægypto inquit Ozeę 11. Ex ægypto vocaui filiū meum, vnde 4. Reg. 25. Trāslatus est iuda de terra sua. Oportet igitur dimittere locū exteriorē. ¶ Tertiò dico ꝙ qui vult trāferri, necesse est locū acquirere vlteriorē. Transtulisti inquit, i. te vlterius tulisti. Quia pro certo si moraliter trāsferri volumus, necesse est ꝙ trans, i. vlterius vsque ad bona paradisi nos mentaliter transferramus. Luc. 8. Transfretemus trans stagnum. Io. 6. Venerunt trans mare capharnaum. Capharnaū interpretatur ager pinguedinis, significās paradisum & bona spiritualia & æterna; quæ procul dubio trans mare, i. vltra fluxum p̄sentis mortalitatis inueniuntur, qñ ibi corda mentaliter transferuntur. Transtulisti inquit. Hebre. 11. Fide Enoch translatus est ne videret mortem. qm̄ transtulit eū dominus. Patet igitur quomodo ad translationem spiritualem necesse est aspicere quod pōt, prodesse, dimittere quod solet obesse, disponere quod debet adesse. Et sic sufficit.

A Transformare Transfigurare.

Multa possent dici de transformare & transfigurare morali, q nihil aliud est quam conuersio seu mutatio spiritualis, sed vide in tabula, & supra de conuersione quia auctoritates notabiles in ista materia sunt valde paucæ. Pone ergo hic illa q̄ sunt in sermone de transfiguratione domini si vis.

Transgredi.

Nota ꝙ transgredi idē est quod transire præterire, & vltra terminos alicuius loci procedere & abire, & transgredi idem est ꝙ vlterius gradi & transire. Cum igitur ire & gradi idem sint, vide infra de Transire, & supra de gradi & Gressus, de Egredi & similibus.

Transire.

Nota ꝙ transire idem est quod ire vltra. significat. n. transire motum & fluxū de termino à quo ad terminum ad quem. Et ideo tam in bono q̄ in malo significato per transitum potest intelligi motus noster. Notemus ergo ꝙ in scriptura inuenitur transitus.

Diuinitatis.
Moralitatis.
Mortalitatis.
Prosperitatis.
Iniquitatis.

¶ Ista ergo sunt quinq; genera trāsituum, de quibus potest fieri mentio in scriptura. ¶ Dicamus primo ꝙ est transitus summæ diuinitatis. Deus. n. transire dr̄ quāuis non varietur, nec transeat, nec mutetur, & hoc quia quantum ad imaginationem humanam, ad modum transeuntis in aliquibus operib. suis regulatur. Ille. n. qui transit, de vno loco ad alium vadit. Sic verè Deum transire videtur multis modis. Iste. n. transit, vt mihi apparet ex scriptura sacra,

Per
Virginem, carnem assumendo.
Hominem, ipsum visitando.
Pauperem, ipsum consolando.
Peccatum ipsum conuertendo.
Iniustum, ipsum iudicando.

¶ Transit. n. Deus per virginē sicut dignissimus imperator, q trāsit aliqñ per mediū ciuitatis in regia maiestate. Vnde beata virgo dr̄ illa porta clausa de qua dr̄ Eze. 44. Porta hęc clausa erit, & nō aperiet, & vir non transibit per eā, quoniā dñs Deus Israel ingressus est p eā, eritq; clausa principi, princeps ipse sedebit in ea. Item transit per hoīem sicut dulcissimus visitator. Quia. s. sicut visitator transit per conuentus, ipsos reformando, sic Deus per corda hoīum, ipsa inspirādo, & ipsa qñque tribulationibus castigando, & fide & morib. reparādo. vnde Eze. 16. loquens dñs aīæ peccatrici, dicit. Et eras nuda & confusione plena, & transiui per te, & vidi te. Sequitur. Expandi amictū meum super te, & operui ignominiā tuā. Item transit per pauperem sicut pijssimus consolator. Quia. s. ipse Deus trāsit per miseros & depressos, vt ipsos liberet & tueatur, & vt ipsos præmiet & consoletur. Esai. 31. Proteget dñs Hierusalem, & erit transiens & saluans. Item transit per peccatorem, sicut sæuerissimus iudicator; quia. s. modo vr̄ pctā hoīum dissimulare qñque tn̄ transit vt videat quid agatur, & per mortem tpalem & æternam cōtra impios debacchatur. Exod. 12. Transiuit dñs percutiens ægyptios. Ita ꝙ ipsi mali possunt dicere dño illud psalm. In me transierunt iræ tuæ, & oēs fluctus tuos induxisti super me. Isti. n. sunt quattuor transitus quibus transit Deus ad hoīes. Micheæ 2. Transibit rex eorum coram eis. Patet igitur primo quod est quidam trāsitus summæ diuinitatis. ¶ Secundò principaliter dico ꝙ est trāsitus sanctæ moralitatis, & iste est transitus quo homo spiritualiter & moraliter procedit & transit, & quo nec in mūdo quiescit aut sistit. Iusti. n. in hoc mundo semp fuerunt in transitu & motu. Transierunt. n. in hoc mundo sicut peregrini, nihil superfluum appetentes, sed solum vitæ necessaria inquirentes. Similes canibus in ægypto, de quibus dicit Solinus ꝙ qñ in nilo flumine volunt bibere, solent currendo & lambendo aquam bibere, & præ timore crocodilorum ibidem latitantium celeriter pertransire. Sic procul dubio sancti & iusti de flumine & aqua mundanæ prosperitatis modicum tetigerunt, quinimo quia crocodilos, i. dæmones ibidem insidiātes timuerunt vitā istam quasi eam contemnentes velociter transierunt. Figurati in filijs Israel, qui dicebāt regi Edom, i. mundo, Num. 20. Obsecramus vt transire nobis liceat p terram tuā, non ibimus per agros nec per vineas, nec bibemus aquas de puteis tuis, gradiemur via publica, nec ad dexterā nec ad sinistrā declinantes, donec trāseamus terminos tuos. Quia pro certo sancti terrā huius mundi, sicut terram alienā quasi de licentia habitauerūt, aquā deliciarū & diuitiarū nō biberunt, nec ad dexterā prosperitatis, nec ad sinistrā aduersitatis declinauerunt, sed sicut dictū est, per mundi terminos celeriter transierunt 2. Re. 17. Transierunt festināter gustata paulū aqua, s. Dauid & sui, signans Christū & sanctos. Iste est ergo transitus virtualis. Vnde de isto videntur sancti dicere. Transeamus vsque Betleem. Vide aduerte ꝙ iste est trāsitus

Appetibilis.
Terminabilis.
Præmiabilis.

Primum probat verbum optatiuum. Transeamus. Secundū signum præfixiuum. Vsque. Tertium nomē refectiuum Bethleem, qui interpretatur domus panis. Et sic dico ꝙ oportet istum transitū desiderare. Transeamus. In isto transitu perseuerare. Vsque: post istum trāsitum exuberare. Bethleem. ¶ Dico ꝙ iste trāsitus est affectabilis. Naturale. n. est cuilibet rei velle transire ad nobilem formam, & inde est s̄m naturales, ꝙ ista inferiora sunt corruptibilia, quia. s. forma sua quæ imperfecta est non sunt contenta, & ideo ipsam cupiunt exuere, & aliā induere, & de ignobili ad nobilem transire. Vellet. n. appetitus naturalis ad aliā formā perfectā transire, quæ suam capacitatē posset replere, & quę secū sine corruptione posset manere. Sic pro certo charissimi, nos q sumus in pctō, vel in mundo sub forma imperfecta & incōpleta, transire ad nobilē formā grãe & gloriæ debemus appetere, & ad hoc totis virib. laborare. & hoc ostenditur cū dr̄. Transeamus optatiuè. Vnde ipse dñs dicit Ecc. 24. Trāsite ad me oēs qui concupiscitis me, & à generationib. meis adimplemini. Et bene dicit Transite ad me, contra illos quorum motus & transitus, affectus & appetitus non sunt ad deū, sed potius ad carnem, ad diabolum vel ad mūdum, quia. s. isti nō transeunt de malo ad bonum, nec de bono ad melius, sed potius de bono ad malū, & de malo in deterius vel peius. Hier. 50. de monte ad collem transierūt, obliti sunt cubilis sui. Nō sic charissimi sed transite ad me &c. Iuxta illud 4. Re. 9. Trāsi & sequere me. Et aduerte quòd nos debemus transire

Statum religionis. ¶Transeamus ad statum religionis Iosuæ 22. Transite ad terram in qua tabernaculum dñi est.
Affectum compassionis.
Ad Amplexum dilectionis.
Aspectum contemplationis.
Profectum operationis.

Item ad affectum compassionis. Thren. 1. O vos oēs qui transitis per viam, attēdite & videte si est dolor sicut dolor meus. Item ad amplexum dilectionis Hest. 2. cōpositę de triclinio fœminarum ad concubitum regis transibant, s. aiæ. Itē ad aspectum cōtemplationis. Eccl. 2. Transiui ad contemplandum sapientiam. & Deut. 3. Transibo igitur & videbo terram hanc optimam & libanum. Item ad profectum operationis. Nu. 32. Omnis vir bellator armatus iordanem transeat. Iste est igitur vt dictū est transitus appetibilis. transeamus inquit, optatiuè loquendo. ¶Deinde dico ꝙ est transitus terminabilis. Vsque inquit. Motus. n. & trāsitus faciliter aggreditur, qñ certo fine & termino limitatur, sic vere quia motus & trāsitus virtuosus modicum durat, & vsque ad certum & prefixum terminum porrigitur, i. vsque ad mortem, iustū est ꝙ libenti animo frequētetur. Vsque inquit, quia. s. ista dictio Vsque significat terminum mortis, in quo trāsitus laborum finitur, & signat terminum paradisi in quo trāsitus appetitiuus terminatur. Vsque inquit. Lapis. n. descendens vsque ad terram, statim cessat à transitu & motu. Sic pro certo iustus qñ ad paradisum vsque peruenit, transitus eius deficit & quiescit. ps. Transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei. Exemplo Heliæ, qui sicut dr̄ 3. Regū. 19. ambulauit in fortitudine cibi assumpti vsque ad montem dei oreb. Sed aduerte quòd ad hoc quòd ad istud vsque. i. ad terminum perseuerantiæ attingamus, necesse est quòd omnia mundi delectabilia transeamus. Transire ergo oportet

Delicias ne inficiamur. ¶Transeamus dico delicias inficientes, figuratas in flumine iordanis, quod necessarium fuit transire vt filij Israel possent vsque ad terræ promissionis limites peruenire,
Diuitias ne alliciamur.
Eminentias ne deijciamur.

quia, s. qui fluuium deliciarum non transit aut præterit, vsque ad terram paradisi nunquam peruenit. 1. Reg. 13. Hebrei aūt transierunt iordanem. Item transeamus diuitias allicientes. Vnde de transitu, i. de contemptu terrenorum dr̄ Esa. 23. Transi terram quasi flumen filia maris. Item transeamus eminentias deijcientes. vnde Micheę 2. Trāsibit rex eorum coram eis. & Oseæ 10. Transire fecit Samarias regē suū. Ista ergo tria debent iusti transire & contemnere, vsque ad paradisum possint finaliter peruenire. Vsq; inquit. vnde Iud. 19. Non introibo oppidum gentis alienæ, q̄ non est de filijs Israel, sed transibo vsque gabaa. Iste est transitus terminabilis. Vsque inquit. ¶ Deniq; dico ꝙ est transitus pmiabilis, q a qñ transitus virtuosus perficitur, exinde celeste præmiū reportatur, quod ostenditur cum dr̄ Bethleem, ꝙ interpretat̄ domus panis, significans paradisi præmium, quo per talē trāsitum reficimur & nutrimur, iuxta illud Ecc. 11. Mitte panē tuū sup trāseuntes aquas, & post multos dies inuenies illum. Cerui solent lata & magna flumina transire, vbi odoratu solent pingui pabula plentire. Sic vere charissimi quia vltra fluuium mundi, s. in cęlesti gloria sunt pascua vberrima voluptatis æternæ, i a ꝙ ibi propriè est Bethleem, i. domus panis, hinc est ꝙ illuc debemus per affectum transire, & per mētis desideriū nos trāferre, vt sic pro isto transitu possumus summum præmium reportare. Bethleē inquit 1. Re. 16. Venit in Bethleē, & admirati sunt seniores. Deut. 4. Vos transibitis & possidebitis terrā egregiā. Vide eā, supra de Terra. Coturnices & ortygometrę mare trāseūt, & per mare ad regiones calidas se trāsferunt. Sic vere viri iusti p mare tribulationū ad paradisū trāseūt, & ibi finaliter requiescūt. Hie. 48. Propagines tuæ trāsierūt mare. Qui figurati sunt in filijs Israel, q qñ de ægypto transierūt, exierūt per desertū horribile ad terræ pmissionis solatia, q a s. p desertū pęnitētię & tribulationis, ad terrā pmissionis. i. ad paradisum trāsitur, & ibidē finaliter puenit. Iudith. 8. Quotquot Deo placuerūt, p multas tribulationes trāsierūt. Vbi aduerte ꝙ ad illud cęlestæ pmiū trāsit

Per mare contritionis. Isti sunt quattuor passus p quos oportet
Per aquam compunctionis.
Per ignem afflictionis.
Per eremum tribulationis.

transire. s. Per mare contritionis. Sapi. 14. Transeuntes mare per ratem libera ti sunt, per aquam cōpunctionis. Esa. 43. Cum transieris per aquas, tecum ero. Per ignem correctionis. psal. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Per eremum macerationis. Deut. 1. Transiuimus per eremū terribilem. Patet igitur ꝙ est spūaliter transitus faciendus, quia videlicet vt dictum est, per istū transitum præmiū reportatur. Iste transitus leui terminatur. Iste transitus à bonis affectat. Istud est igitur ſm principale. Vide supra de currere, egredi & exire. Iste est igitur transitus sanctæ moralitatis. ¶Tertiò C principaliter dico ꝙ est transitus vilis mortalitatis. Vita. n. mortalis semper est in transitu & motu, nunquam aūt in reditu vel statu, similis flumini, quod nō cessat labi currere & trāsire, quousq; ad mare peruenire valeat. Quia pro certo vita continue labit̄ quousq; perueniat ad mare. i. ad mortis amaritudinē. Et ideo scriptura dicit & cōparat vitā humanā pluribus rebus, q̄ semper sunt in transitu & in fluxu, videlicet

Vmbrę fugienti. Quod. n. comparetur vmbræ fugienti, patet Sap. 2. vbi dr̄. Vmbræ. n. transitus est tempus nostrum. Item ꝙ comparetur telæ & eam succidenti, patet Iob 7. vbi dr̄ dies nostri velocius transierunt q̄ à texente tela succiditur.
Telæ & eam succidenti.
Naui transfretanti.
Mane transeunti.
Herbæ florescenti.

Item ꝙ cōparetur naui transfretanti, patet Iob 9. vbi dr̄ ꝙ transierunt quasi naues poma portantes. Item quòd comparetur mane transeunti & herbæ florescenti, patet in psal. vbi dr̄. Manè sicut herba floreat & transeat &c. Iste est ergo trāsitus nostrę mortalitatis. ¶Quartò dico ꝙ est transitus vanæ prosperitatis. Mundi. n. prosperitas similis est lumini lunæ, quæ continue transit de vna figura ad aliam. Similis est etiā mari, quod continue est in transitu & in motu, quia. s. mundi prosperitas nunquā in eodem statu permanet. Cōtinue. n. fluit & defluit, crescit & decrescit, & finaliter tota perit & faciliter finitur, deficit atque transit. vnde 1. Io. 2. Mundus transit, & concupiscentia eius. Quia breuiter nulla bona mundi sunt durabilia, sed transitiua mutabilia. Sap. 5. Transierūt omnia velut vmbra. Iste est igitur transitus vanæ prosperitatis. ¶Quintò dico ꝙ est trāsitus grauis iniquitatis, quia. s. iniqui hoīes semper transeunt & mutantur de desiderio ad desiderium, de vitio ad vitium, de mundi miseria ad tormentum. Dico de desiderio ad desiderium. psal. Transierunt in desiderium cordis. Item transeunt de vitio ad vitium. vnde Ecc. 8. Quasi vmbra transeunt qui non timent faciem dñi. Item transeunt de mundi prosperis ad tormentum. vnde Prou. 10. Quasi tempestas transiens non erit impius. Et sic igitur patet quomodo transire generaliter loquendo sumitur quinq; modis. Vide supra de currere, mouere, mutari & similibus.

Tremor. Tremere.

A Cum tremor sit filia timoris, hinc est ꝙ filia pro matre. i. tremor pro timore sæpius sumitur in scriptura. Breuiter ergo notandum ꝙ inuenio in scriptura Tremorē

Perfectorum. Tremunt. n. perfecti à facie diuinæ sublimitatis, dicentes illud psa. Timor & tremor venerunt super me &c.
Peccatorum.
Miserorum.
Damnatorum.

Exēplo Thobiæ, de quo dr̄ Tho. 2. ꝙ manducauit panem cum luctu & tremore. Tremunt infecti, s. peccatores, à facie propriæ iniquitatis 1. Esdr. 10. Stetit omnis populus tremens pro peccato & pro pluuijs. vnde Exod. 15. Robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt oēs habitatores chanaam. ¶Tremunt miseri à facie calamitatis propriæ. Hier. 49. Dissoluta est Damascus, tremor apprehendit eam. ¶Tremunt damnati à facie æternæ pęnalitatis. Sap. 18. Serpentum sibilatione commoti tremebundi peribant. Sufficit vide supra de Timere.

Tres. Tria. Tertius Trinitas.

De multiplici morali Trinitate possent multa dici veruntamen quia in sermone. Videbam vitē in qua erant tres propagines &c. dixi multa de multiplici trinitate, vide in tabula.

Tribuere.

Nota ꝙ tribuere idem est quod cōcedere vel donare. Notemus ergo breuiter ꝙ A in scriptura inuenitur quòd Deus tribuit. Iustis

Iustis gratiam. Tribuit dico
Sanctis gloriam, Deus gratiā
Humilibus prudentiam. iustis pœni-
Indigentibus sufficientiam. tentibus.psa.
Peccantibus pestilentiam. Cantabo do-

mino qui bona tribuit mihi. Quia sicut dr Gal.3. Deus est ꝙ operatur in vobis spiritum,& tribuit vobis virtutes. Itē tribuit gloriā triumphātib.psal. Vitā petijt à te tribuisti ei dñe longitudinem dierum in seculum seculi. Item tribuit sapientiam vel prudentiam patientib. quia sicut dicitur Prou. 29. Virga atque correctio tribuit sapientiam. Itē sufficientiam tribuit indigentib. Prou. 30. Non diuitias nec paupertatem dederis mihi domine, tantum victui meos tribue necessaria. Item tribuit Pestilentiam delinquentibus.psal. Redde retributionem eorum ipsis, secundum opera manuum eorum tribue illis. Vide supra de Dare. Et sic sufficit.

A **Tribulatio. Tribulare.** Tribulatio aduersitas, infortuniū idem est,& quia quasi in infinitis locis de tribulatione fit mētio,& maxime suprà de labore, dolore, afflictione & similib. intendo breuiter transire. Notabo tamen ꝙ est tribulatio exterior, interior, posterior,

Prima est cum patientia toleranda.
Secunda est cum diligentia declinanda.
Tertia est cum reuerentia formidanda.

Prima est tribulatio exterioris vexationis, de qua in ps. Multę tribulationes iustorū &c. Scd'a est interioris tētationis, de qua in psa. Tribulationes cordis mei multiplicatę sunt. ¶Tertia est tribulatio posteriores dānationis, de qua Esa.5. Aspiciemus in terram,& ecce tenebræ tribulationis. His præmissis solum de tribulationib. mundanarum vexationū aliquid est dicendum. Sicut.n.videmus ꝙ natura ordinauit diuersa diuersis officijs(Et inde est quòd hyēs fuit exposita ventis, frigoribus & pluuijs, æstas vero floribus.fructib.& solatijs) sic procul dubio Deus hymem pręsentis vitæ,& æstatem futuræ gloriæ diuersimode variauit, quia pro certo ista hyems habet tribulationum frigora tolerare.& futuræ vitæ serenitatem & gaudium expectare. Nam vt cōiter ille qui in præsenti tpe tribulationibus affligitur, in futuro gaudijs consolatur, iuxta illud psal. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas,& in &c. Nam sicut de hyeme ad æstatem,& de æstate ad hyemem peruenimus, sic de hyeme tribulationum ad æstatem consolationum pertingimus & econuerso de æstate præsentium consolationum ad hyemem futurarum tribulationum venimus. Nam sicut videmus ꝙ in insulam nō intramus nisi mare prius transfretemus, sic nec paradisum ingredimur nisi primo dum viuimus, per mare tribulationū transeamus. Et hoc quidē dicit Apostolus Act.14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū cęlorum. Et

B aduerte ꝙ mundi tribulationes sunt.

Plurimæ & ingruentes. Primum pro
Intimæ & adhęrentes. bat ipsarum
Optimæ & præualentes. multitudo q̄

semper augmentatur. Per multas tribulationes. Secundum ipsarum certitudo quæ nunquam euitatur. Oportet inquit. Tertium cœlestium plenitudo quæ per has reparatur. Intrare in regnum cœlorum inquit. Et sic dico quòd tribulationes. Mirabiliter solent excrescere per multas tribulationes. Infallibiliter solent contingere. Oportet. Multipliciter solēt proficere, Intrare in regnum cœlorum. ¶Primo dico quòd istę sunt mirabiliter excrescentes, quia multas inquit. Nam sicut videmus quòd

Mare concutitur multis fluctibus,
Terra stringitur multis frigoribus,
Aer vero mouetur multis flatibus.

Sic vere homo quandiu viuit, hic tribulatur diuersis aduersitatib. Nam sicut elementa non vni impressioni seu alterationi, sed multiplici mutationi & inquietationi subijciūtur, sic pro certo homo non vna tribulatione pōt transire, imo multas & magnas tribulationes habet necessario persentire. psal. Quantas ostendisti mihi tribulationes.vt, supra. Nam sicut dicit Isidorus de summo bono Impossibile est ꝙ homo sit,& tribulationes non sentiat,& ad cęlorum gaudia perueniat. Per multas inquit. Quia sicut dr in psal. Multæ tribulationes iustorum. Nauis.n.qū transit per mare, multis vētorum impulsibus, multis aquarū fluctibus, multis piratarum insultibus subijcitur,& cum vnū pertransierit, ad aliud deuenit,& quousq; ad portū venerit, nunquā tuta aut secura, nunquā immunis aut libera iudicatur. Sic vere quandiu homo nauigat in mari huius amaræ vitæ, semper de vna tribulatione ad aliā deuenit,& cum euasisse se credit, tribulamina noua sentit, ita ꝙ tribulationes seculi nunquā euadimus, quousque ad portū salutis paradisi & ad mortis terminū attingamus. Per multas inquit. Quod bene Iob 5. senserat qui dicebat. In sex tribulationib. liberabit te,& in septima non tāget te malū. Sex.n.tribulationes quib. in hoc mundo affligimur, sunt dolor, labor, esuries, timor, infirmitas, & casus, septima vero est mors, in qua malum tpale non tanget nos amplius. Cā aūt quare tot & tantas posuit Deus tribulationes in dorso nr̄o, est ista ſm Gregorium, vt,s. dum iter pręsentis vitæ plenum tribulationib. inuenimus, ibidem sistere pedem non amemus,& ne viam pro termino acceptemus, sed vt tribulationib. impulsi alibi quietē q̄ramus,& per bona opera ad patriam properemus, & æternæ vitæ terminū totis visceribus affectemus. Cerui.n.& aliæ feræ non libenter consueuerunt morari in illa parte nemoris vbi solēt quotidie à canib.& venatorib. infestari. Sic vere homo in mundo morari nō debet appetere, vbi tot insultibus canū & venatorū.i. tot tribulationib.& tentationib. demonum & tyrannorum se videt totiens subiacere. Iudit.8. Per multas tribulationes transierūt fideles. Sic igitut patet ꝙ tribulationes sunt mirabiliter excrescentes. Per multas inquit. ¶Scd'o dico ꝙ istæ sunt infallibiliter contingentes. Oportet inquit.q.d. necessarium est ꝙ C
veniant. Nā sicut video ꝙ motus & mutatio naturaliter insunt mari, intantū ꝙ de propria cōditione maris ēst ꝙ continue moueatur, ignis ēt est elementū valde mobile, ventorūque flatibus agitabile & turbabile, aer ēt valde est passibile elementum, ita ꝙ diuersis impressionib. supponitur, & p superiorū influentiā de vna qualitate ad aliā transmutatur, & inde est ꝙ ibi nunc ventus, nunc pluuia, nunc grando, nunc tonitrua, nunc æstus, nūc frigus generatur, sic procul dubio charissimi, quia motus & fluxus tribulationum nobis insunt naturaliter adhærentes, & erga nos contingentes necessario à proprietate conditionis humanæ, necessario habemus mundi miserijs subiacere,& tribulamina sustinere, qđ ostenditur cum dr̄. Oportet. Quia etiam sicut dr̄ Luc.24. Oportuit pati Christū,& ita intrare in gloriā suā. Et bene dicit Oportet, quia pro certo impossibile est ꝙ ēt vna sola dies sine tribulatione transeat. vnde etiā ſm homerum, antiqui iuxta iouem duo vasa à dextris & à sinistris pingebant, per hoc dantes intelligi ꝙ Iupiter.i. Deus & fortuna duo habent dolia, vnū plenum tribulatione, & aliud plenum consolatione, ita ꝙ quotiens aliquē de dolio cōsolationis & prosperitatis potant, semper aliquid de dolio tribulationis miscent & econuerso nunquā ita hō dolio tribulationis potatur, quin sp sit sibi aliquid de consolatione mixtum. Oportet inquit. Quod bene de illo rege legitur qui malis gratibus fortunæ diē lætum transire voluit,& tñ à casu oculum perdidit,& sic fortuna suū maximū gaudiū in tribulationē maximā commutauit. Quia sicut dicit versificator, Post vinū verba, post hymbrē nascitur herba. Post flores fructus, post maxima gaudia luctus. oportet inquit. Mar.8. Oportet filium hoīs pati. Et 1. Petri 1. Nunc oportet tristari in varijs tribulationib. Esai.5. aspiciemus in terrā,& ecce tenebræ tribulationis. Et qa igit charissimi tribulationes sunt census & tributū ad qđ reddēdum natura est obligata, onus ad quod portandū est subiugata, iugū ad qđ trahendū est alligata, ipsas debemus benigniter portare & humiliter in patiētia sustinere. Exēplo cameli, qui ad sustinendū onus voluntariē se inclinat. Et exēplo formicæ, q̄ onus maius q̄ ipsa sit secū portat. Gal.6. Vnusquisq; onus suū portabit. Aduerte tñ ꝙ si infirmos nos sentimus, tribulationes nō appetere, sed fugere debemus, qa sicut apes in hyeme latitāt in cauernis, quia pp viriū paruitatē si exterius egrederent, vētis, pruinis,& pluuijs obruerentur,& pp hoc tali tēpore solēt latitare,& serenitatē tēporis expectare sic vere infirmi debēt asperitatē tribulationum fugere,& ne succūbant, ad tēpus donec transeat latitare. exēplo Christi, qui gerens personā infirmorū, sicut dr̄ Io.8. Iudæis ipsum lapidare volētib. se nō opposuit, sed de tēplo exiens se abscondit psalmus. In tribulatione inuocasti me, exaudiui te in ab-

scondito tempestatis &c. Ita etiam faciebāt sancti, quia sicut apes qñ præsentiūt diem serenum, volant ad pastum, alias in argastulo suo manēt, sic antiquitus sancti viri qñ serenitas pacis se offerebat, ad prædicandum currebant, qñ tyrannorum rabies sæuiebat, se in latibulis abscondebant, & cum dissimulatione malitiæ cedebant, & importunitatem tpis pertransibant. Iob 15. terrebit eos tribulatio & angustia. Patet igitur ꝙ tribulationes sunt infallibiliter contingentes. Oportet inquit. Vt etiam Christo dicat quilibet illud Matt. 27. Et si me oportuerit mori tecum, non te negabo. ¶ Tertiò dico ꝙ mūdi tribulationes sunt multipliciter præualentes seu proficientes, quod ostenstitur cum dr̄. Intrare in regnum cœlorū. Supponit.n. per tribulationes introitur & acquiritur regnū dei. Apocali. 1. Ego Ioannes frater vester & socius particeps in tribulatione & regno. Et ideo de vtilitate quam per tribulationes acquirimus, possumus dicere ꝙ per istas

Mentaliter eleuamur.
Humiliter inclinamur.
Vtiliter castigamur.
Faciliter adiuuamur.
Nobiliter sublimamur.

¶ Dico ergo ꝙ mundi tribulationes nos faciunt mentaliter eleuari, quia. s. sicut quāuis per impulsum venti ignis præmatur & turbetur, inde tñ fortius accenditur & sursum erigitur & leuatur, sic vere homo impulsus & tribulatus quāuis in mente turbetur, solet tñ exinde in Deū ꝑ charitatē fortius accēdi, & ad Deū per desideriū erigi, & ad ipsum ꝑ orationis suffragiū eleuari. ps. Ad dn̄m cū tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Quia s̄m Greg. Mala q̄ nos hic prę munt, ad Deū citius venire cōpellunt. Ignis.n. Salamandram dr̄ nutrire, & acetum apes mortificatas oleo, dr̄ viuificare, quia pro certo ignis & ardor tribulationis à morte pc̄ti solet saluare, & vitā charitatis & gratiæ generare Thob. 3. Hoc pro certo habet oīs qui colit te, quia vita eius si in probatione fuerit, coronabitur, si aūt in tribulatione fuerit, liberabitur. Facit ergo tribulatio mentaliter eleuari. ¶ Deinde dico ꝙ nos facit humiliter inclinari. Limax.n. si tangitur, statim in propriam testudinem recluditur, quia tñ ante elatis cornib. ferebat. Quia vere homo tribulationib. tactus, solet cornua præsumptionis & superbiæ deponere & ad seipsum redire, & in tactum humilitatis se recludere & sopire. Soph. 1. Tribulabo hoīes, & ambulabunt vt cœci. Et psal. Iuxta est dn̄s his qui tribulato sunt corde, & humiles spū saluabit. Facit ergo tribulatio nos humiliter inclinari. ¶ Etiam facit nos vtiliter castigari, quia. s. sicut leo castigatur videns catulum verberari, elephas etiā verberib. castigatur, sic iustus tam in se q̄ in alijs tribulationum verbera vigere videns, si sapiens est, castigatur & timet, & à malo abstinet atque cauet Thob. 3. In tpe tribulationis peccata dimittis. Facit ergo tribulatio vtiliter castigari. ¶ Deniq; dico ꝙ facit nos faciliter iuuari. Deus.n. libentius iuuat tribulatos quā alios. Exemplo apum quæ socias fatigatas solent portare. Exemplo elephantum, qui socios vulneratos solēt defendere & iuuare. Ideo de homine tribulato dicit Deus in psal. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Et iterum. In tribulatione dilatasti mihi. Facit ergo tribulatio vtiliter iuuari. ¶ Quintò vero dico ꝙ nos nobiliter facit sublimari, quia, s. per tolerantiam tribulationis pertingimus ad regnum perpetuæ saluationis. Aurum.n. quod sine diminutione sustinet ignē melius reputatur, & in thesaura ponitur & seruatur. Sic vere illos quos ignis tribulationis consumpsit sed ꝓbauit & purgauit, in thesaura paradisi erunt repositi, & corona cęlestis glorię coronati. Esa. 22. Coronās coronabit te tribulatione. patet igitur q̄ō tribulatio est vtilis, & q̄ō ꝑ tribulationem veniunt nobis multa bona. Vide infra de Vtilitate. §. Secundo dico. Et inde est procul dubio ꝙ sancti statum tribulationis elegerunt, & per ipsum ad regna cęlestia peruenerunt. Et istud est tertium auctoritatis. Intrare inquit regnum cœlorum. Eccl. 4. De carcere educitur quis ad regnum. Et bene dico ꝙ tribulationes mundi habent vtilitatem, habent necessitatē, habent pluralitatē. Sufficit ergo. vide suprà de affligere, Percutere, & consimilib. in alijs titulis infinitis, vbi particulariter de tribulatione tractatur.

A Tribus.

Nota ꝙ tribus idem est quod genus. Est.n. tribus collectio populi eiusdem consanguinitatis vel generis. Et ideo possum notare quòd in scriptura inuenitur.

Tribus
Bonorum perfectorum.
Malorum & iniquorum.
Sanctorum & beatorum.
Prauorum & damnatorum.

¶ De tribu.n. bonorū dr̄ in psal. ꝙ Deus elegit tribum Iuda, montem syon quē dilexit. Iuda.n. interpretatur confitens, signans iustos, qui Deum confitentur & laudant. Tribus.n. istorū Deū sequitur, & ab ipso bene dr̄ & iuuatur. Quòd.n. Deum sequatur, patet 3. Reg. 12. ꝙ non est secutus quisquā domū Dauid ꝑter tribū iuda solā. Quòd etiā à Deo benedicatur, patet in psa. In ipso benedicentur oēs tribus terrę, oēs gentes magnificabūt eū. ¶ De tribu malorū dr̄ Apoc. 13. ꝙ bestiæ. i. diabolo data est potestas super oēm tribum &c. ¶ De tribu beatorum dr̄ in psal. ꝙ Deus habitare fecit in tabernaculis suis tribus Israel, i. collegium videntium Deum. ¶ De tribu vero damnatorum dicitur Apoca. 1. Ecce veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & plāget se super eum omnes trib. terræ. i. oīa genera damnatorū &c.

Tributum Tributarius.

Tributum dr̄ à tribuē is. co ꝙ in signum subiectionis & seruitutis tribuatur. Et ideo possumus dicere quod in scriptura inueniuntur quinque genera tributorum, s.

Tributum
Perfectionis.
Subiectionis.
Afflictionis.
Infectionis.
Damnationis.

¶ Est dico tributum gratiæ & ꝑfectionis, & illud est tributum bonorum operum, quod Deo. s. à seruis suis redditur, & ꝙ ad reddendum quilibet obligatur. & de hoc dr̄ Gen. 49. vbi de Isacar dr̄ ꝙ vidit requiem ꝙ esset bona, & terram ꝙ esse optima, & supposuit humerum ad portādum, factusq; est tributis seruiens. Itē est tributum, pœnitentiæ & subiectionis. Istud est qñ homo carnem & mundum subijcit, & sibi seruire, & tributum obediētiæ reddere cōpellit. Vnde de bonis qui sibi subijciunt mot' carnales dr̄ Iosuæ 17. Filij Israel subiecerunt chananeos, & fecerunt sibi tributarios. Filij.n. Israel chananeos delere penitus nequiuerunt, ipsos tñ subiecerunt, & sub tributo viuere dimiserunt sicut dr̄ Iosuæ 16. Quia pro certo iusti non pñt delere chananeos. i. motus carnales, & ideo in terra carnalitatis nrę necesse habent remanere, sub tributo tñ & sub lege seruitutis debent viuere, & rationis motibus obedire 3. Re. 8. Facta est syria seruiens Dauid sub tributo. Et 3. Re. 9. Quos nō poterāt filij Israel exterminare, fecit Salomō tributarios. Itē est tributū miseriæ & afflictionis, & istud ē tributū tribulationū mundi. s. laboris, doloris, mortis &c. qd super humanum fuit impositū qñ de paradiso fuit eiectum. Vnde de ciuitate hierusalē per quā poterat designari humana natura. dr̄ Thren. 1. Facta est quasi vidua dn̄a gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo. Item est tributum culpę & infectionis. Aīa.n. tributaria diabolo efficitur, qñ sibi per peccatum subiugatur. Nam quæ peccando diabolo seruit, tributum malorum operum sibi reddit. Prou. 12. Manus fortium dominabitur, quę autem remissa est, tributis seruiet. Item est tributum pœnæ & damnationis, & istud est illa pœna quam ex perpetuo tributo luunt miseri in inferno. Hest. 10. Cūctas maris insulas fecit tributarias. Insulæ.n. quæ sunt in mari, signat animas quæ sunt in amaritudine infernali. Et sic dico quòd est tributum pœnæ & turbationis. Et sic patet quomodo sunt quinque genera tributorum.

Tristitia. Tristis. A

Nota ꝙ tristitia est dolor animi, aliquando ab interiori aliquando ab exteriori causa proueniēs. Pōt igitur inueniri tristitia bona & mala. Vnde nota ꝙ est tristitia.

Commendabilis.
Detestabilis.
Formidabilis.

¶ Prima est tristitia hominum perfectorum, quia, s. viri iusti in hac vita nunquam sunt læti, sed more columbæ semper sunt tristes, meditantes & gemebundi. Et de tali tristitia dr̄ Eccl. 7. Cor sapientis vbi tristitia. ¶ Secunda est tristitia hominum peccatorum, qui, s. ex mundi infortunijs faciliter sunt tristes, & aliquando desperātes, de qua Eccl. 30. Tristitiam longe repelle à te. ¶ Tertia est hominum dānatorum, quia, s. sunt in perpetua tristitia & mærore de quo potest dicere quilibet damnatus illud primo Machabeo. 7. Ecce pereo tristitia magna in terra aliena. Igitur dicamus

aliquid

aliquid de tristitia cōmendabili & virtuosa. Ista.n. tristitia q̄ contrariat lætitiæ mundanæ, quia sancti in hac vita raro lętā tur, & sæpe per spiritualem tristitiam desolantur. Sol.n. in vespere appare pallidus. Sic vere homo qui prope vesperam mortis se existimat, fit faciliter gemebundus. 1. Esdræ 9. Sedebam tristis vsque ad vespertinum sacrificium. Et aduerte quod quatuor sunt quæ faciunt hominem spiritualiter esse tristem, scilicet quando considerat

Iram offendisse numinis ingentis.
Culpam commisisse criminis labentis.
Pœnam incurrisse turbinis præsentis.
Ignem acquisisse fulminis sequentis.

¶Tristatur enim iustus quando videt se
Offendisse maiestatem superiorem.
Commisisse prauitatem interiorem.
Incurrisse aduersitatem exteriorem.
Acquisisse pænalitatem posteriorem.

B ¶Dico igitur primo hō debet tristari ex offensione maiestatis diuinæ. Quia sicut hō tristis efficitur qñ rex super ipsum offenditur & irascitur, sic hō tristis & pallidus debet esse qñ regem cæli se grauiter videt offendisse. Mal. 3. Ambulauim⁹ tristes corā dño exercituū. ¶Scd̄m dico q̄ debet tristari ex cōmissione internæ prauitatis, qñ se videt fecisse facta vilia & enormia. Exēplo crocodilli qui vidēs se offendisse hoiem dr̄ tristari & dolere, qd̄ ēt de harpyia inueni scriptū. vñ Baruc. 2. Nō mortui q̄ sunt in inferno dabunt honorē & iustificationē dño, sed aīa quæ tristis est super multitudinem malitiæ suæ, & incedit curua &c. ¶Tertio dico q̄ hō debet tristari ex incursione aduersitatis mundanæ. Quia. s. hō q̄ bene consideraret quod miserijs & tribulationibus humana natura subijcit, nunquā gauderet aut lætaretur, sed omni tpe tristaretur, dicens alijs in miseria positis illud Mar. 14. Tristis est anima mea vsq; ad mortem, sustinete adhuc modicū, & vigilate mecum. ¶Quarto debet tristari ex inspectione pænalitatis æternæ. Quia. s. consideratio iudicij & inferni facit hominem tristē, sicut carceratus debet tristari qñ considerat q̄ est necessario iudicandus, & q̄ adhuc est in periculo vtrum sit ad patibulum iudicandus. Esa. 29. Circunuallabo ariel, & erit tristis & merēs. Ista est igit̄ bona tristitia, q̄a ꝓ certo boni timere & tristitiā habere dn̄t, & nihilominus per spē & lętitiā debent gaudere. 2. Cor. 9. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Bona.n. tristitia spem & consolationē comitat̄, & finaliter in ęternę salutis gaudium cōmutatur, iuxta illud Ioan. 16. Mundus autem gaudebit, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Patet ergo q̄ est vna tristitia commendabilis & virtuosa. ¶Adhuc dico quod est quædam tristitia detestabilis & vitiosa, sicut est tristitia pc̄torum, qui sine causa tristantur, & non ponentes in Deo spem suā, ꝓpter mundi fortunam vsq; ad desperationem aliqñ desolant̄. Vñ Eccl. 30. Ne dederis in tristitiam cor tuum, sed expelle eam à te. vnde etiam Matt. 6. dicit dominus. Nolite fieri sicut hypocritæ tristes. quasi diceret non solum tristitia vera, immo etiam tristitia hypocritica est detestanda, quia sicut dicitur Eccl. 14. Beatus homo qui non habuit animi tristitiam &c. Vide de Timore & Dolore &c.

A Triticum.

Triticum est granū quoddam quod melius inter alia reputatur, & quod ad victum hominum specialiter deputatur. Possum ergo intelligere quod triticum significat

Perfectionem virtualem.
Refectionem cordialem.
Collectionem spiritualem.
Possessionem temporalem.
Nutritionem supernalem.

¶Primo dico quod triticum signat perfectionem virtualē quia. s. triticum significat gratias, sciētias & virtutes, quas in corde debemus seminare, vt inde bona s. opera possint pullulare 1. Reg. 6. Bethsamitæ mittebāt triticum in valle. Multi tamē triticum bonæ doctrinæ recipiūt & ipsi bona opera non faciunt nec ꝓducūt. Sicut.n. dr̄ Mat. 13. Inimicus homo in tritico Zizania seminauit, qd̄ sic totā fructuum copiam deprauauit. vnde Hie. 12. Seminauerunt triticum, & messuerunt spinas. Et ideo propter defectum talis tritici potest dici illud Iohel. 1. Luxit humus, qm̄ vastatū est triticū. Significat ergo virtutum perfectionem. ¶Secundo dico quod signat sacramenti refectionem, quia. s. triticū significat corpus Christi, quod nobis conceditur in sacro altaris, de quo Oseæ 14. Viuent tritico, & germinabunt vt vinea. Et Exo. 29. Lagana azima, oleo aspera, de simila triticea facies. ¶Tertio dico q̄ significat iustorū collectionē. Iusti.n. triticum, qui cum flagello tribulationum de paleis vitiorum purgantur, & in horreo paradisi reponuntur. vnde Mat. 13. Congregabit triticum in horrea, paleas autem cōburet igni inextinguibili. ¶Quarto dico q̄ significat tpaliū possessionem. Copia.n. tritici est illud quo multi hoies sunt ditati, & iō per triticum possunt mūdi diuitiæ designari. Legimus.n. 2. Reg. 4. quod dum ancilla ostiaria purgando triticum obdormiret latrones subintrauerunt, qui regem Israel occiderunt. Quia pro certo dum ostiaria sensuum naturalium. s. discretio, circa tēporalia occupata obdormit, rex Israel. i. ratio quæ est Regina aīæ, per latrones. i. demoniorū tentationes damnabiliter suffoditur & necatur. Et iō debemus nos tale triticum spernere, & ab ipso quanto poterim⁹ abstinere. Exemplo illorum de quibus dicitur Act. 27. q̄ alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare. ¶Quinto dico q̄ significat cælestē nutritionem. Vnde Christus in paradiso est ille seruus de quo dicitur Luc. 12. quem constituit dominus super familiā suā &c. Vide supra de Frumēto. Et sufficit.

Thronus.

Cū thronus proprie sit locus in quo reges vel iudices solēt sedere, possum notare quòd in scriptura inuenitur generaliter triplex thron⁹, scilicet Thronus A

quo sedet summus imperator.
In quo sedet iustus iudicator.
quo sedet paruus dominator.

Primus est thronus Dei superioris, quia sicut in ps. dr̄, Sedes super thronum, qui iudicas iustitiā. Scd̄s est thronus iusti ꝓdecessoris, s. boni plati, de quo Esa. 28. Spūs iudicij sedet sup thronos. Tertius est thronus crudelis exactoris, de quo Eccle. 11. Multi tyrāni sederūt in throno, & insuspicabilis portauit diadema. Igit̄ dicamus de throno Dei vel de throno bono boni iudicis vel plati. ¶Dico igit̄ primo q̄ inuenit̄ thronus maiestatis diuinę. Sicut.n. reges mundi habent thronos vel sedes diuersas in quibus diuersis temporibns sedent, s.

in hospitio ad quiescendum,
in conuiuio ad comedendum,
Vnum in iudicio ad ius reddendum.
in palatio ad præsidendum.

Sic vere Deus habet quatuor genera thronorum, s. Pudicitiæ vrginalis. Conscientiæ virtualis. Præeminentiæ iudicialis. Excellentiæ imperialis. In primo throno sedet habitans ꝑsonal̄r. In scd̄o throno videt visitans spiritualiter. In tertio sedebit iudicans terribil̄r. In quarto sedebit imperās mirabiliter. ¶Primus thronus Dei est virginalis pudicitiæ. Virgo n. fuit ille thronus de quo dicitur Apoc. 20. Vidi thronum magnum & candidū & sedentem super eum. quia. s. ista fuit magra per charitatis latitudinē, fuit candida ꝓ puritatis sanctitudinē, fuit thronus & sedes per æquitatis rectitudinem. Et iō figuratur bene in throno Salomōis, de quō dr̄ 3. Reg. 10. quod rex Salomon fecit sibi thronum de ebore grādem qui auro purissimo tegebatur, ad quem sex gradibus ascendebatur, & in duodecim leonculi aurei ponebantur. Quia vere charissimi rex Salomon Christus thronum suum. s. virginem benedictam mirabiliter fabricauit ebore interioris candidæ castitatis, & aura exterioris fulgētis honestatis vestiuit mirabiliter & dotauit. Circa ergo istā 12. Leonculi. i. Apost. 12. fuerunt conuersati, & ad ipsam per sex gradus, i. per sex pietatis opera sublimati. Et ideo breuiter de isto throno dr̄ Ezec. 1. quod ipse vidit super firmamentum similitudinem throni, & super similitudinem throni, similem filio hois. Ista.n. super firmamētum fidei fuit fundata, & ipsi filio Dei thronus & habitaculū fabricata. Vnde Deus pater potuit dicere illud 1. Para. 28. Elegi Salomonē filium meum vt sederet in throno regni. Iste est ergo thronus virginalis pudicitiæ. ¶Secundo dico quod est thronus virtualis conscientiæ. Conscientia.n. viri iusti est thronus & sedes Christi. Thronus enim in quo sedet rex

esse mundus.
Solet esse firmus.
esse altus.

Sic vere vir iustus ad hoc q̄ sit thronus Dei debet esse mūdus per innocentiam. 2. Regum 14. Rex autem & thronus eius sit innocens. Firmus per constantiam 1. Paral. 17. Thronus eius erit firmissimus in ꝑpetuum. Altus per cōtēplationis eminentiam. Eccle. 24. Ego in altissimis habito, & thronus

& thronus meus in columna nubis. Iste est thronus virtualis conscientiæ. ¶ Tertio dico quod est thronus iudicialis eminentiæ, quia. s. ipse Deus sedebit in iudicio in throno iustitiæ & æquitatis, & in sede iudiciariæ ptātis, de quo dr̃ Dan. 7. Thronus eius flammæ eius ignis rotæ eius ignis accensus, fluuius igneus rapidusq; egrediebatur à facie eius. Et loquitur de antiquo dierum. i. de Deo adueniente in iudicio mūdū iudicaturo, q. a. s. thronus iste est seueritate plenus, ita qd̃ igitur & flammæ & flumini rapido & igneo merito poterit cōparari, quia sicut dr̃ Apoc. 4. De throno procedebant fulgura & voces & tonitrua. Iste est thronus in quo

saluantur.	Quod. n. ibi saluentur & eripiant à tyrannis, patet Apoc. 12. vbi dr̃ quod filius mulieris raptus est ad Deū & thronū eius, ne à dracone deuoretur.
Pauperes assecurantur.	
exaltantur.	

Itē quod ibi assecurētur & tueantur à nociuis, patet Hebr. 4. vbi dr̃. Adeamus cū fiducia ad thronum gratiæ eius. Itē quod ibi promoueantur & exaltent, patet Mat. 19. & Lu. 22. vbi dr̃. Vos qui reliquistis oīa & secuti estis me cū sederit filius hoīs in sede maiestatis suę &c. Iste est thron⁹ iudicialis eminētię. ¶ Quartò dico quod est thronus imperialis excellentiæ, qa sicut imperator sedet in palatio, sic Deus sedet in throno cęli. Vñ Matth. 5. dr̃ quod cœlum thronus Dei est. In isto ergo throno & in excellentia suæ maiestatis sedens dn̄s solet ad libitū de creaturis & earum operibus ordinare, & s̄m secreta suæ occultę prouidentię solet multa & varia differre. Apo. 21. Et dixit; qui sedebat in throno ecce noua facio omnia. In isto etiam throno solent angeli & beati seruire, & multipliciter Deū hono norare. Vnde de ipsis dicitur Apocali. 14. quòd sine macula sunt ante thronum Dei. Et sic ergo patet quomodo Deus quadruplicē habet thronū. Et ita dico quod in scriptura inueni tur thronus maiestatis diuinæ. ¶ Sed adhuc dico quod inuenitur
C thronus dignitatis humanæ. Per thronum. n. intelligitur vt dictum est, ptās iudiciaria prælatorū, ita quod quilibet debet dicere illud Eccle. 24. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Vbi aduerte quod præsidentes debent habere quatuor conditiones. Debent enim esse.

Contemplando sublimiores. Ego in altissimis habito.
Iudicando maturiores. Thronus meus.
Præsidendo constantiores. Columna.
Miserando benigniores. Nubis.

¶ Dico ergo quod iste thronus debet habere sublimitatē in contemplando. In altissimis inquit habito, quia regulā iustitiæ Dei & Deū sp̄ debet p̄ oculis habere, & quicquid faciat, ad Deum debet attendere & videre. 3. Reg. 3. Eleuetur thronus Dauid sup israel. Scriptor. n. qui rectè vult scribere, debet sp̄ ad exemplar respicere. Sic prælatus & iudex ad Deū, qui est ipsius regula & exemplar. In altissimis inquit habito. Deuter. 33. Habitatio eius sursum. Habeat igitur iste thronus sublimitatem in considerando. ¶ Deinde dico quod debet habere maturitatem in deliberando, quia. s. isti debēt habere thronum qui. s. institutus est ad sedendum, non currendum. Thronus inquit meus ad denotandum quod ad bonos iudices pertinet per præcipitationem sententiarum & processuum non currere, sed potius per deliberatiuam prudentiam in throno maturitatis sedere. Matt. 19. Sedebitis super sedes iudicantes &c. Quod est contra multos fatuos & præcipites iudices & prælatos, de quibus potest dici illud Dan. 7. Thronus eius flamma ignis, fluuius igneus rapidusq; egrediebatur à facie eius, quia scilicet thronus talium est igneus per rapacitatem, rapidus & violentus per indeliberatam celeritatem. Non sic ergo, sed habeat iste thronus maturitatē in deliberando. Thronus inquit. ¶ Deniq; dico quod debet habere stabilitatem in perseuerando, quia scilicet iudex debet esse cōstans, immobilis, strenuus & audax ita quod nihil debet omittere de his quæ sunt iustitiæ, per ignorantiam aut timorem, quod ostenditur cum dicitur. Columna, quæ. s. debet esse recta & firma. Ad denotandum quod thronus iudiciarius debet habere rectitudinem iustitiæ & firmitatē constantiæ, quia sicut dr̃ Proue. 25. Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. vt sic cōstanti & firmo iudici & prælato dicatur illud Hierem. 1. Ego quippe dedi te in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum, & debellabunt aduersum te, & non præualebunt. Habeant igitur stabilitatē in perseuerando. ¶ Insuper dico quod iste thronus debet habere benignitatem in cōpatiēdo seu in miserando quod ostenditur cum dicitur nubis. Quia sicut nubes non solum emittit ignem, immo loco & tēpore stillat aquam, sic iudex & prælatus non solum debet habere ignē rigoris, & iustitiæ, immo etiam aquam dulcoris & gratiæ vel clementiæ, quia. Prouer. 20. dicitur. Misericordia, & veritas custodiūt regem, & roborabitur clemētia thronus eius, quia. s. iudex vel prælatus debet esse subditis in nube diei, tota nocte in illuminatione ignis. Quod tñ est contra multos, de quorum throno non procedit pietas, sed crudelitas Apoc. 4. De throno procedūt fulgura voces & tonitrua, vt supra. fulgura, s. rapinarum & exactionum & deceptionum, tonitrua & voces etiam comminationum & tribulationum procedūt hodie de throno multorum iudicùm & prælatorum, iuxta illud. Præsidētes in thronis seculi sunt hodie dolus & rapina. & dic totum si vis. Nō sic charissimi, sed habeat iudiciariæ potestatis clemētiam, constantiā, prudentiam, iustitiam seu eminentiam. Sufficiat quod dictū est de throno. vide de sede, solio iudice, & similibus.

Tuba.

Cum tuba sit quoddā instrumentum ad vocem & sonum emittēdum, possumus notare quod secū dum qd̃ in scriptura sonus & vox sumuntur multis modis, secundum hoc tuba multipliciter potest sumi. Nota igitur quod in scriptura inuenio tubam A

iubilandum.	Prima est tuba laudationis.
Ad conuocandum.	Secunda est tuba orationis.
Ad excitandum.	Tertia est tuba prædicationis.
Ad deterrendum.	Quarta est tuba comminationis.

¶ Tuba laudis & cōfessionis est qua vtuntur contēplantes, qui non cessant Deū laudare, & ipsum & eius opera voce tubicina laudare & magnificare. Vñ in psal. Buccinate in neomenia tuba &c. Vnde. 2. Para. 29. dr̃ quod sacerdotes ceperunt laudes canere domino, & clāgere tubis, & organis cōcrepare. ¶ Tuba planctus & orationis vtuntur pænitentes, qui in cōspectu Dei veniā exorando vlulant atq; tubant. vñ de 1. Mach. 5. dicitur de populo in tribulatione posito Dei auxilium implorante. Clamauerunt in oratione. ¶ Tuba doctrinæ & excitationis vtunt̄ p̄dicantes, qui. s. in cōspectu populi habent tubicinare, & mādata dei declarare. vñ 1. Mac. 6. Clamauerunt tubis & ostenderunt elephantibus sanguinem vuæ & mori. ¶ Tuba terroris & cōminationis vtuntur iudicātes, qui. s. ad terrorem aliorum malorū debent vti voce terribili & tubāte. In signum cuius etiam in executionibus solent vti tubis. Vnde Amos. 3. dr̃. Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? Vñ et ad denotandū terrorem iudiciariæ potestatis quam dominus in iudicio prætendet, supponitur quod in extremo iudicio erunt tubæ sicut dicitur. 1. ad Corint. 15. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Et Apoc. 19. Audiui quasi vocē magnā tubarum multarum in cælo. ¶ His igitur præmissis, solū de B tuba prædicationis erit aliquid dicendum. Per tubam enim intelliguntur prædicator & eius prædicatio. Prædicatores enim sunt tubæ quibus spiritussanctus clamat & resonat verbum Dei, iuxta illud Num. 10. Fac tibi duas tubas argēteas, quib. conuocare possis multitudinem. Scriptura etiā & prædicatio sunt tubæ, quibus. s. sancti & doctores vtuntur quādo per ipsos ad bonum populi excitantur, & quando per ipsos ipsis mādata domini exponunt. Oseæ. 8. In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum domini. Sicut. n. tuba vtūtur homines in solennijs populos ad ecclesiam conuocando, in præsidiis contra insidias hostium præmuniendo, prælijs ad præliū milites excitando, in iudicio mandata regum præconizando, in conuiuijs gaudium lætitiam deducendo sic vere tuba prędicatiōis ad multa est & erit necessaria. Per istam enim ad cœleste festum & solennium conuocamur. Nume. 10. Quando congregandus est populus, erit simplex clangore tubarum. Per istam contra hostium insidias præparamur. Ezech. 7. Canite tuba præparentur omnes. Itē per istā ad præliandum viriliter contra tentationes hostiū excitamur. vnde 1. Mac. 4. dicitur quod cū nationes contra populū israel aduenissent, exclamauerūt tubis filii israel magna voce, se scilicet alterutrum ad prælium exortando, Item per istam tubam de diuinis mandatis informamur. Apocalip. 1. Audiui vocem magnam, quasi tubæ dicentis mihi quod vides, scribe. Item per istam tubam ad lætitiam conuiuij inuitamur &

mur & laiamur. psal. Laudate eũ in sono tubę &c. Et breuiter tuba doctrinæ & pdicationis ad multa est vtilis. Igit plati & pdicatores talẽ tubã debent habere, & cũ ipsa psallere & cãtare, & bonos instruere & docere, malos vero destruere ac terrere. Figurati Apo. 8. vbi dr ꝙ septẽ angeli q̃ habuerãt septẽ tubas, præparauerũt se vt tuba canerẽt. Septẽ angeli vniuersitatẽ pdicatorũ & platorũ designant, q. ꝓcul dubio angeli. i. viri angelici debẽt esse. Isti ergo debent se pparare ad tuba canẽdũ & ad pdicationis officiũ exercendũ, qa sicut dr 2. Esd. 5. Steterunt sacerdotes habentes stolas cũ tubis. Qd' tñ est cõtra multos qui turbicinare nesciũt vel docere. Apo. 18. Vox citharædorũ. & tuba nõ audietur in ea. Sed non sic charissimi, quia pro certo Esa. 58. pręcipit sic. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam &c. Vide eã supra de clamare. vbi exponitur, vel supra de Annunciare.

A Tunica.

Nota quod tunica cum sit quoddam indumentum corporis, possum notare qd' sicut vestis sic & tunica multipliciter potest sumi. Et sic dico qd' inuenio in scriptura.

Tunicam
- decoris.
- honoris.
- laboris.
- mœroris.
- horroris.

Prima tunica est q̃ debet indui, & ista est tunica gratiæ & virtutum. Figurata in tunica superhumerali, quæ erat quoddam nobilissimũ ornamẽtũ, de quo Exo. 39. dr ꝙ fecerũt sibi tunicam superhumeralem totã hyacinthinam. ¶ Secunda tunica est quę debet integre cõsui, & ista est tunica honestę cõuersationis, q̃ debet esse integra & cõsuta. Qd' tñ est contra multos, figuratos in seruis Dauid, quos dehonestauit rex amõ, sicut patet 1. Para. 19. Et pcidit eis tunicas a natib. vsq; ad pedes. qa ꝓ certo multi sunt hodie quibus tunicã honestatis diabolus ita pcidit, ꝙ nates. i. viles actus suæ luxuriæ sunt patentes. Multi tñ sunt qui q̃uis istã tunicã habent exterius integrã ipsa tñ subtus hñt hypocrisi laceratam. Figurati in illis. 2. Mac. 12. q. b. sub tunicis inuenta sunt donaria idolorum. Et iõ dñs vult ꝙ tunica honestatis sit simplex & nullã habeat hypocrisis foderaturã. Vñ Mat. 10. pręcipit ne duas tunicas habeamus, quia si tunicam honestatis habeamus nunquam debemus tunicam habere hypocriticæ falsitatis. Tertia tunica est quæ debet exui, & ista est tunica bonorum temporalium quã debemus exuere ex affectu, qa Luc. 3. pcipit, Si quis habet duas tunicas, det vnam non habenti. Et ideo 1. Re. 18. legimus quod se expoliauit Ionathas tunica sua, & dedit eam Dauid. ¶ Quarta est tunica quæ debet ablui, & ista est tunica carnis. Gen. 3. Fecit dominus Adæ tunicam pelliceam, quã debemus per pniam abluere & mundare. & ista est tunica parua quam fecit mater Samuelis eidem. Ista est tunica quã filia Dauid à fratre suo primogenito deflorata legitur scidisse. 2. Reg. 13. vbi dr quod cinere aspergens caput, scissa talari tunica, virginitatẽ perditam deplorabat. Quia. s. anima filia Dei à proprio fratre. i. à diabolo filio primogenito creaturarum corrupta, debet tunicam carnis per pœnitentiam scindere, cinere mortalis resolutionis per considerationem se aspergere, & gratiam perditam deplorare. Quinta est tunica quæ debet destrui, & ista est tunica peccati & inhonestæ cõuersationis, de qua Can. 5. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar ea? q. d. non debeo. Vnde in canonica Iudæ dicitur. Odientes eã quæ carnalis est, maculatam tunicam.

Tumulus.

Vide supra de Sepelire.

Tumultus.

Vide supra de clamore & discordia.

A Turbare. Turbatio.

Nota ꝙ hõ turbatur rõne timoris, vel rõne doloris, vel ratione terroris. Ideo possum breuiter notare quod inuenitur in scriptura turbatio quadruplex. s.

- Virtuosa.
- Vitiosa.
- Dolorosa.
- Venenosa.

Prima est turbatio hominum perfectorũ, quia viri iusti semper per spiritualẽ iustitiam turbantur. Vnde Dauid dicebat in psal. Anima mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo? ¶ Secunda est hominum pctõrum, qui sine ratione turbantur, & nunquam spirituali lætitia consolantur psal. Turbati sunt omnes insipientes corde. ¶ Tertia est hominũ miserorum, qui à tyrannis quotidie turbantur. 1. Esdræ. 3. Factum est vt populus turbaret eos in ędificãdo. ¶ Quarta est turbatio hoĩum damnatorũ qui sunt in perpetua dãnatione & turbatione & desolatione. Sap. 5. videntes turbabuntur timore horribili, & mirabunt in subitatione insperatę salutis. ¶ His pmissis dicamus ꝙ est quędam turbatio laudabilis, & quædam turbatio dãnabilis. Est ergo quædã turbatio laudabilis, & ista est qua boni in hoc mundo pauent faciit & turbantur. Ad virum. n. simplicem & innocentem pertinet ꝙ de facili turbetur. Res. n. turbidæ non sunt semper deteriores, sed aliquotiens meliores. Vinũ enim rupellense quod super alia vina est sapidum, raro aut nunquam est bene clarum, sed semper vt communiter est in colore turbidum & obscurum. Nilus etiam nobilissim' fluuius quæ irrigat ægyptum, est de quatuor fluminibus paradisi, semper inuenitur, turbidus, nunquam autẽ lympidus vel clarus. Qui plura, in aqua enim turbida homo melius piscatur, & bibere aquã turbidam equus & camelus amplius delectant. Sic procul dubio charissimi qui ꝑ Dei timorem & per cõtritionis dolorem spiritualiter sunt turbati, & qui per inanẽ lætitiam nunquam sunt lympidi seu clari, meliores apud Deũ reputantur, & in eis melius piscatores & prædicatores spiritualiter piscant, & à Deo diliguntur. Homo enim turbatus timore, citius prædicatiõem recipit. Et ideo prudens prædicator & piscator primo & ante oĩa pctõrem turbat ei scilicet Dei tribulamina indicando & pferẽdo, & sic capit eum facilius & conuertit, sicut in psal. dicit. Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine. Sonuerũt. s. pdicatores, turbatæ sunt aquæ. i. audientes. conturbati & contriti sunt montes. i. ipsi superbi peccatores. Et ideo breuiter de tali turbatione possunt deo dicere iusti illud ps. Turbatus est à furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos. Vbi aduerte quod iustus turbatus est quadruplici ratione. s.

Propter culpæ commissionem exterioris.
- offensionem regis superioris.
- amissionem lucis interioris.
- vexationem pœnæ posterioris.

Pro primo dicitur. Cõturbatus est à furore. sup. ipsius Dei. Pro secũdo. Oculus. Pro tertio Inueteraui scilicet ꝑ peccatis. Pro quarto dicit, Inimicos meos. ¶ Primo dico ꝙ turbati debemus esse de offensione diuini rigoris. Turbatus inqt à furore. Sicut. n. vina turbida efficiuntur quando forti tonitruo vel forti aeris motu concutiuntur, mare etiam turbatur quando ascendente canicula aer feruentius inflammatur: animalia etiã turbantur quando rugitu leonis terrẽtur, sic vere iusti viri turbidi & pauidi fiunt quãdo tonitruum diuinorum iudiciorum percipiunt; quãdo feruorem diuini rigoris sentiunt, & qñ rugitum diuini furoris audiũt. Dicũt n. iusti ipsi Deo Iob 23. A facie ipsius turbatus sum, & considerãs eum timore sollicitor. Quia procul dubio qui furorẽ diuinæ iustitiæ contemplaretur, non mirum si continue turbaretur. Turbatus inquit à furore. psal. Domine in ira tua defecimus, & in furore tuo turbati sumus. Turbemur ergo de offensione diuini rigoris. ¶ Secundo turbemur de amissione æterni splendoris. oculus inquit meus. hõ. n. nõ modicum turbaret, si lumen oculorum pdere cogeretur. Aer. n. tunc turbatur, qñ per immissionem nubium vel vaporis solari lumine spoliatur. Sic vere iusti dolent & turbantur qñ lumẽ gratię vel fidei pdidisse se vident. Oculus inquit meus. Nam quando oculus turbatur, visus necessario impeditur. Turbatio oculi, signum est animalis diu mortui vel corrupti. Sic vere si oculus cordis per carentiam luminis gratiæ, & fidei turbetur, signum est quod hõ putrescit & corrumpitur. Hier. 4. Ventrem meũ doleo, sensus cordis mei turbati sunt. psal. Turbatus est in ira oculus meus, aĩa mea & vẽter me'. Turbemur ergo de amissione æterni splendoris. ¶ Tertio turbemur de commissione terribilis horroris, cum dicitur Inueteraui. quia. s. quando videt homo se in peccatis inueterasse, & nouitatem gratiæ perdidisse, multum debet turbari & præ contritione plurimum contristari, dicens illud psal. qñ tacui, inueterauerunt omnia ossa mea. De pauone enim legitur, ꝙ tunc temporis turbatur quando turpitudinem & rugosam & quasi inueteratã pellem pedum suorum contemplemur. Sic vere iustus tristatur & dolet quando pellẽ suæ cõuersationis in malis inueteratã videt. Vñ iustus dicit sibijpsi illud Baruc. 3. Quid est israel ꝙ in terra inimicorum es,

tu es, inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis deputatus es cũ descendentib. in infernũ. redditur causa. Dereliquisti.n.inquit fontẽ sapientiæ. Sicut.n.videmus ꝙ aqua vinum & oleũ turbatur qñ per eius motionẽ propriæ fęces admiscent, sic iustus tunc solet turbari qñ per considerationẽ suas proprias fœces.i.ꝑpria sua delicta sibi facit mẽtali admisceri. Recordatio.n.propriorũ pctõrũ materia est dolorũ, & exterminiũ tpaliũ gaudiorũ de quo in ps. Anxiatus est in me spũs, & in me turbatũ est cor meũ, memor fui dierũ antiquorũ. Turbemur igit de commissione horroris. ¶ Quarto turbemur de aspectione postremi doloris. Inter oẽs inimicos meos inquit quia sicut hõ turbat qñ videt inimicos suos spirituales.s.mundi tribulationes, hostiũ machinationes, iudicij cõminationes, inferni cõcremationes, q̃ quidem parata sunt occidere, nec se põt de eorum manibus liberare, debet multũ turbari, & ad Deũ recurrendo in bono corde contristari. Inter oẽs inimicos meos inquit. psal. Turbatus sum à voce inimici & à tribulatione peccatoris. Istis igit quatuor rõnib. iusti debent esse turbati, dicentes cum Dauid in psal. Renuit consolari anima mea memor fui Dei mei &c. Consideratio enim istorum quatuor, scilicet

Pœnæ quam meruimus,	Similis est illi lapidi qui dr̃
Culpæ quam commisimus,	galactites, qui in ore positꝰ
Gratię quam perdidimus.	mentẽ solet turbare & ap-
Iustitiæ Dei quam offendimus.	pẽsus ad collũ solet vbera

lacte replere, quia.s.cõsideratio præmissorum mentẽ ꝑ Dei timorem & per contritionis dolorem solent turbare, & lac diuinæ gratiæ facit in hoĩe redundare. psal. Cor meum conturbatum est intra me, formido mortis cecidit super me. Patet igit ꝙ est qdam turbatio laudabilis & virtuosa. ¶ Sed adhuc dico ꝙ est qdã turbatio damnabilis & vitiosa, & ista est turbatio & iracundia seruilis impatientiæ timoris & tristitiæ. In aqua.n.turbata imagines nõ vĩr, sic nec in cõscia turbida imago Dei & gratia non generatur. Ideo de peccatoribus dicitur in psal. Conturbati sunt principes sicut ebrius & om.sa.eorum.deuo.est. Exo.16. Conturbati sunt principes Edõ, robustus moab obti.tre.ob.omnis habi. tha. Suffi. vide de timore, tristitia, & similibus sicut turbare.

A Turba.

Nota qđ turba est nomen collectiuũ sicut tribus, populus, plebs, gens & similia. Significat.n.omnia multitudinem congregatam. Ideo notandum est quod inuenitur in scriptura turba multiplex, videlicet

Turba perfectorum.	¶ Turba pfectorum est col-
Turba miserorum.	laudãda. Ista est.n.turba quæ
Turba mundanorum.	culpã vult abluere, quæ fidẽ
Turba vitiorum.	vult recipere, quæ Dei ope-
Turba peccatorum.	ra vult admirari, q̃ Dei mu-
Turba beatorum.	nera vult amplexari. Quod

enim turba bonorum velit abluere propriam prauitatẽ, patet Lu.3. vbi dicitur ꝙ exibant turbæ vt baptizarent à Christo. Quod et velit recipere fidei veritatẽ, patet Marc. 4. vbi dicitur ꝙ cepit Iesus docere, & congregata est ad eum turba multa. Qđ etiam velit admirari diuinam potestatem, patet Luc.11. vbi dr̃ quod locutus est mutus & admiratæ sunt turbę. Qđ ista turba velit amplexari diuinã bonitatẽ, põt patere Lu.6. vbi dicitur quod oĩs turba quærebat Iesum tãgere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Turba ergo perfectorum est collaudanda. Item turba miserorum est sustentanda. Vnde de Christo dicitur Luc.9. ꝙ ipse panes quos multiplicauerat, distribuit discipulis vt ponerẽt ante turbas. Quia panes bonorum tẽporalium discipulis suis.i.christianis maxime ecclesiasticis voluit distribuere largiter, vt inde possent turbas & turmas pauperum sustẽtare Marc.8. Misereor super turbas, quia ecce iã triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Item turba mundanorũ est declinãda, q.s. viri sancti debent turbam mundanorum fugere, & populorum frequentiã declinare. Matt.5. Videns Iesus turbas ascendit in montẽ. Qđ est contra multos qui turbas diligunt & frequentant, sicut ad literã sunt multi religiosi & mendicantes, qui oĩa mundi negocia volunt ordinare, & sicut multi sunt episcopi, qui omnia regum consilia volũt tractare, cum tñ se deberent à turbis populorum & eorum negocijs penitus abstentare. Similes sunt ciconijs, q̃ iuxta hominum domicilia semper faciunt nidos suos, & in propinquitate hoĩum delectantur, & tamen illę præ cæteris venenosis vtuntur nutrimentis. Quia ꝑ certo qui turbas hominum frequentant & diligunt necessario venenosa vitia sæpe cõmittunt. Lu.8. Preceptor turbę te cõprimunt & affligunt. Et Lu. 4. dicitur quod turbæ detinebãt Iesum ne discederet ab eis. quia ꝑ certo ista est turba de qua dicitur Ioan.7. Turba quę nõ nouit legẽ, maledicti sunt. Non sic ergo, sed exẽplo Christi fugiamus istam turbã, de qua dr̃ Io.7. quod ipse declinauit à turba constituta in loco. Turba ergo mundanorum est declinanda. Item turba vitiorum est detestanda. Ista est illa turba q̃ ĩpedit accedere ad Iesum, sicut legit de zacheo principe publicanorum ꝙ quærebat videre Iesum & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Item turba peccatorum est vitanda. Ipsa.n. est parata ad malũ dicẽdum & faciẽdum. Dico dicendum, quia sicut dr̃ Io.7. Turba respondit Iesu demoniũ habes. Faciendũ, sicut dr̃ Mat.14. Ecce iudas & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus venerunt ad capiendum dominum. Item turba beatorum est affectanda, & de ista Apoc.7. Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat &c. Sic igitur patet quod sunt sex genera turbarum. vide supra de gente & populo.

Turbo. A

Nota ꝙ per turbinẽ quæ nihil aliud est quam violentus aeris motus circumuolutẽ incedẽs ex colluctatione diuersorũ vẽtorũ sibijnuicẽ pueniẽs, põt intelligi quilibet violẽtus & fortis actu, siue bonus siue malus. Notabo ergo breuiter quod in scriptura inuenitur

Turbo supremi vigoris.	Primo est turbo potẽtiæ
Turbo extremi rigoris.	deificæ, quia.s.Deus quãn-
Turbo externi doloris.	do vult se habet ad modũ
Turbo æterni furoris.	turbinis, s. malos fortiter

eradicando, bonos leuiter eleuando & ponendo. Turbo.n. arbores fortes eradicat, paruas vero & subtiles suo impetui nõ resistentes solum plicat, paleas vero & res leues sursum eleuat atq; portat. Sic vere turbo Dei sibi resistentes radicitus euellit pauperibus vero sibi obtemperantibus parcit, leues vero & puros ad paradisum extollit atq; rapit. Qđ.n. turbo diuinę potẽtię malos euellat, patet Is.41. vbi de malis dicitur ipsi Christo. Ecce ventilabis eos, & ventus tollet & turbo disperget. Qđ etiã iste turbo humilibus parcat, patet Esa.25. vbi dr̃ dño. Factus es fortitudo pauperi tribulatione sua, spes à turbine vmbraculum ab æstu. Quod insup iste bonus ad paradisum extollat, patet.4. Regum 2. vbi dicitur quod dominus per turbinem rapuit Heliam in cœlum. Iste est ergo turbo potentiæ deificæ. ¶ Secundo est turbo iustitię iuridicę & sic finale iudicium turbini comparatur, quia.s. iustitia diuina ad modum turbinis malos rapiet ipsosque destruet & subuertet. Hie.23. Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpẽs super caput impiorum irruet. ¶ Tertio dico quod est turbo sæuitiæ tyrannicæ. Tyranni.n.more turbinis impetuosè incedunt, & per rapinas & violentias alios destruunt & diruunt. Esa.25. Spũs robustorũ quasi turbo impellens parietem. Aduertendũ tñ ꝙ turbo cito habet deficere & parum durare quia sicut dicit Sene. Turbo quanto plus habet de violentia & virtute, tãto minus de tempore habet. Sic vere tales q̃ more turbinis faciũt quicquid mali possunt, parũ durare dignoscunt, & cito pereunt, deficiunt & vertuntur. Abacuch.2. Maledixisti sceptris eius. ¶ Quarto dico quod est turbo mæstitiæ dãnificę.s. turbo volentiæ infernalis, qui dr̃ turbo, quia turbat omnia dãnatorum. Vnde de peccatoribus dicitur Oseæ.8. Seminauerunt ventum, & turbinem metent. Quia vere quando vẽtus inaniũ operũ seminatur, turbo dãnationis perpetue reportatur. Et etiã breuiter de turbine inferni dicitur Soph.j. Dies illa dies irę, dies tribulatiõis & angustię, dies calamitatis & miseriæ &c. Vide supra de tempestate.

Turris. A

Cum turris sit altũ ædificiũ & forte, villæ vel præeminens ad defensionem castri, vel ciuitatis ordinatũ, possumus breuiter dicere quod in scriptura potest multiplex turris inueniri, scilicet

Turris superior, quæ est mirabilis.	¶ Dicamus
Turris inferior, quæ est durabilis.	ergo primo
Turris interior, quæ est amabilis.	ꝙ est turris
Turris exterior, quæ est laudabilis.	mirabilis, q̃
Turris posterior, quæ est mutabilis.	est superior,
Turris deterior, quæ est damnabilis.	& iste est ip-

se Deꝰ & beata virgo Maria, q̃ sũt turris & defensio ĩ se sperantium

rantiũ & afflictorum. Vñ Prou. 18. dr̃ ꝙ turris nomẽ dñi, ad eam fugit iustus, & saluabit̃. De beata virgine ẽt dr̃ Cant. 7. Collum tuum sicut turris eburnea. Quia procul dubio ipsa est turris Dauid, q̃ respicit contra damascum mille clypei pẽdent ex ea, oĩs armatura fortiũ. Canti. 4. Turris. n. Dauid dr̃ beata virgo quia. s. de stirpe Dauid (q̃ interpretat̃ sanguinẽ bibens) respicere dr̃, eo ꝙ oculi suę misericordię ad pc̃tores sanguinẽ diuitiarũ bibentes misericorditer conuertunt̃. In ista igit̃ sunt mille clypei. i. mille genera ad alios defendẽdũ ita quod omnis armatura fortium proprie potest dici, vt q̃libet dicat illud. psal. Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici. Ista ẽt turris põt dici gloria & habitatio paradisi, q̃ more turris superius est eleuata, vbi pro certo secure viuit̃ & quiete, iuxta illud psa. Fiat pax in virtute tua &c. Ista est igitur turris superior, q̃ est mirabilis. ¶ Secundo dico quod est turris inferior, quę est durabilis & ista est triplex. s. turris religionis, ecclesiæ & scripturæ. Istę n. sunt tres turres hic inferius in mũdo fundatæ, & ad defensionẽ hoĩum constitutæ. Vñ de qualibet ipsarũ põt dici illud Mat. 21. ꝙ paterfamilias plãtauit vineã, in qua ædificauit torcular & turrẽ, quia. s. vinea mũdi est turris ecclesiæ in vinea ecclesiæ est turris religiõis. In vinea religionis est turris scripturæ 2. Para. 17. Aedificauit in Iuda domos ad instar turriũ. ¶ Tertio dico ꝙ est turris interior q̃ est amabilis, & ista est turris contemplationis, q̃ interius in ciuitate animæ construitur, vt per rationem, ibi speculantem hostium insultus ꝓuideant̃, & ipsa ciuitas defenset̃. Iud. 9. Erat turris excelsa ĩ media ciuitate. ¶ Quarto dico ꝙ est turris exterior q̃ est laudabilis, & ista turris est q̃libet vir iustus, per contẽplationẽ altus, per constantiam & perseuerantiam robustus: tũc. n. ciuitas religiõis vel ecclesiæ fortis dr̃, q̃n turrib. i. sanctis & altis hoĩnib. roborat̃ 2. Paral. 14. Aedificemus ciuitates, & roboremus eas turrib. & portis. Vñ Iudith. 1. dr̃ ꝙ ille rex ædificauit ciuitatẽ potentissimã, & turres posuit in altitudine cubitorũ cẽtũ. Quia. s. ciuitas ecclæ fundata supra firmã petrã, turrib. i. sanctis hoĩnib. munit̃, qui centum cubitis. i. oĩmoda virtutũ perfectione dotantur. 1. Mach. 4. ædificauerunt murum syõ, & per circuitum eius turres. Ista est turris exterior q̃ est laudabilis. ¶ Quinto dico quod est turris posterior, q̃ est mutabilis, & ista turris est status excellentiæ mundanæ, quia pro certo ista est turris trãsitoria, mutabilis & vana, & est turris babel, quam gigantes ædificauerunt, & quã vsque ad cælum erigere voluerunt Gen. 11. Faciamus ciuitatẽ & turrim cuius cacumen cælos tãgat. Sicut tñ turris illa excellentissima fuit destructa, & ædificium per cõfusionẽ linguarum frustratum, sic turris mundanæ eminentiæ destruetur & præ ædificantium suorum superbia confundetur. Ezech. 26. Dissipabunt muros tyri, & destruent eius turres. ¶ Sexto dico ꝙ est turris deterior, quæ est dãnabilis, & ista turris nihil aliud est quam pc̃tor superbus qui quasi more turris per superbiam est erectus. Vnde de diabolo & superbis potest dici illud prædictum Iudith. 1. ꝙ ciuitatis suæ turres posuit in altitudinem cubitorum centum. Et sic ergo patet ꝙ sunt sex genera turrium, & sic sufficit ad præsens.

A **Turpitudo.** Cum turpitudo nihil aliud sit spiritualiter loquendo quam peccatũ vel inhonestas conuersationis, possum notare quod sunt turpes deformes scilicet

Quidam
- in intentione.
- in affectione.
- in locutione.
- in operatione.

¶ Est igitur turpitudo intentionis. de qua Ephe. 5. Quæ in occulto ab eis fiũt turpe est dicere. Itẽ est turpitudo affectionis, & iste est turpis affectus temporaliũ. Vñ Apostol. 1. ad Timo. 3. Decet diaconos nõ esse bilingues, nec multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes. Itẽ est turpitudo locutionis, de qua 1. ad Cor. 14. Turpe est in ecclesia mulieri loqui. Item est turpitudo operationis, & maxime carnalis delectationis. Vnde Exodi. 28. præcepit dominus ꝙ sacerdotes habeant fœmoralia linea, quibus operiant carnem turpitudinis suæ. Et ideo dicit Apostolus Ephes. 5. Fornicatio & omnis immunditia aut turpitudo aut stultiloquium non nominetur in vobis &cæ. Vide supra de pulchritudine &c.

A **Thus. Thuribulum** Nota ꝙ tam ꝑ thus q̃ ꝑ thuribulum intelligitur virtus orationis vel deuotionis, quæ super carbones feruentis charitatis posita, fumũ sanctorũ desideriorũ emittũt. sed de isto vide in tabula, quia omitto gratia breuitatis.

¶ Finit litera. T.

¶ Incipit litera. V.

VAcuus. Vacuitas. Nota quod vacuitas ꝯtraria A est plenitudini, & iõ in scriptura sumitur in bono & in malo sicut etiã plenitudo, vt cõtrariorũ sit eadem disciplina. Notãdũ ergo qd' est vacuitas perfectorum egenorum, iniquorũ, damnatorũ. Prima est affectanda. Secunda est supportanda. Tertia est detestanda. Quarta est formidanda. ¶ Dico primo qd' est vacuitas affectanda, quæ est perfectorum. Nam

Perfecti vacuantur criminum fæcibus.
Egeni vacuantur terrenis opibus.
Iniqui vacuantur virtutum moribus.
Damnati vacuantur mundanis risibus.

¶ Dico igit̃ primo quod est vacuitas affectanda, q̃ est ꝑfectorum, quia pro certo perfectorum est vel pertinet quod a vitiis vacuentur, & quod virtutibus impleantur. Instrumentum enim musicũ si terra vel liquoribus esset plenũ nunquam daret sonum. oportet. n. vt de talibus vacuet̃, vt intrãte aere sonum harmoniacum operetur. Medicina ẽt quã do stomacho vacuo porrigit̃, melius operatur &c. Etiã de lupo legitur quod quando præ fame terram comedit, & inde ventrem suum repleuerit, tandem inuentis bonis cibarijs solet pristina euacuare, vt ipsis se possit reficere & replere. Sic vere charissimi viri sancti solent criminibus & terrenis affectibus esse vacui, & spiritualibus bonis esse pleni. Cũ enim homo talibus criminibus vacuatur, tunc sonum diuinæ laudis melius modulatur. Medicina pœnitentiæ in ipso citius operatur, & bonus cibus eucharistiæ dignius sumitur & hauritur. Vnde 1. ad Corinth. 13. Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus &cæt. Et talis vacuitas figuratur Exod. 38. vbi dicitur quod altare holocausti erat quadratum, & concauum, & intus vacuum. & Iudic. 7. ꝙ dr̃ Gedeõ militibus suis contra Madian pugnaturis dedit tubas in manu lagenasque vacuas, & lampades in medio lagenarum. Quia pro certo charissimi altare cordis nostri debet esse quatuor cardinalibus virtutibus quadratum, per humilitatem curuum, & concauum, & à cunctis vitijs & terrenis cupiditatibus mundum & vacuum. Nam illi qui cõtra Madiam diabolum volunt præliari, tubas prædicationis & orationis debent tenere, lãpadib. honestæ cõuersationis debẽt splendere, & lagenas vacuas mũdæ & humilis affectionis debẽt habere. Ista igitur est illa vacuitas de qua dicitur Eccl. 38. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis. Ista tamẽ sunt cõtra multos iudices & prælatos, qui nunquam volunt esse vacui, sed munerib. semper pleni, dicentes omni homini qui habet facere cum illis, illud Exod. 23. Non apparebis in cõspectu meo vacuus. Natura. n. abhorret vacuũ, cõpara eos ventosę quæ vacua attrahit ad se sanguinẽ vt impleatur &c. sicut in sequenti. §. Ceruus & vnicornis habent cornua non vacua, sed repleta, cõtra naturam omnium animalium cornutorũ. Sic vere cornua iurisdictionis talium non sunt hodie munerib. vacua, sed volunt esse plena. Vnde 2. Reg. 1. Gladius saul nõ est reuersus vacuus. Non sic boni, sed pro certo ipsi à criminibus sunt vacuati, munerib. sunt nudi. 1. Reg. 20. Apparuit locus Dauid vacuus. Vnde Apost. in persona viri iusti dicit 1. Cor. 13. Cum factus sum vir euacuaui quæ erant paruuli. Ista est ergo vacuitas affectanda, quæ est perfectorum.

¶ Secundo dico ꝙ est vacuitas supportãda, quæ est egenorũ. B Egeni. n. dicuntur vacui, quia diuitijs temporalib. non sunt pleni. Vas. n. vacuum minus põderat quã plenũ, & ideo pauperes qui non sunt diuitijs pleni sed vacui, minus criminib. sunt aggrauati, & iõ ad cælum sunt leuiores, eruntque facilius subleuati. Isti. n. sunt vacui modo, sed finaliter erunt pleni. Vnde ouis duos habet ventres, quorum vnus in pascuis repletur, & alter euacuatur, & inde est ꝙ ouis dum est in pascuis nunquam satiatur, immo in sero dum ruminat, ad ventrem vacuum cibum transferendo plene reficitur & replet̃. Tales procul dubio sunt pauperes huius, in sero tamen quã do sunt in morte, quando ducentur ad hospitium paradisi, tunc perfecte replebuntur, & oĩ bono satiabunt̃. Vñ de istis in præsenti potest dici illud Mar. 12. vbi dicitur ꝙ agricolæ ser

seruum patrisfamilias ceciderunt, & dimiserūt vacuum. Quia ꝑ certo pauperes qui sunt serui Dei,ab agricolis .i. diuitib. terrenis tribulationibus ceduntᷓ, & ꝑ rapinas nudi & vacui dimittuntᷓ. Natura.n. abhorret vacuum,& ideo vas qđ dr̄ ventosa,per actionē ignis aere vacuatū, solet de mēbris hoīum sanguinē attrahere,vt vacuitatem suā possit replere. Sicut dr̄ Mat.5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, qm̄ ipsi saturabuntᷓ,Sed vere diuites huius mundi quorū cor ꝑ actionem ignis auaritiæ est vacuatū,qui ēt quanto magis habent tāto magis sunt vacui & inanes,vacuum paupertatis abhorrent,& iō non cessant sanguinē substantiæ aliorū sugere, & attrahere,& per rapinā & vsurā acquirere, vt vacuitatē sui cordis possint replere,& alios bonis ꝓprijs euacuare. Eccl. 13. Euacuabit te,& non dolebit de te. Vñ breuiter de talib. vacuis pauperib. dr̄ Hie.14. Venerunt ad hauriēdū aquā, & non inuenerunt,reportauerunt vasa vacua. Ista est ergo vacuitas q̄ est toleranda,q̄ est egenorū. ¶Tertio dico ꝙ est vacuitas detestanda,q̄ est iniquorū. Pc̄tōr.n. dr̄ vacuus, & non plenus. Pc̄m̄.n. nihil est & iō non replet locū quē inhabitat sed sp ipsum vacuū relinquit. Vñ de pc̄tōre dr̄ Hie.4. Respexi terrā,& ecce vacua erat. Gratia vero Dei est aliquid,& iō quē ihabitat,plenū facit. 1.Cor.5. Gratia Dei sum id ꝙ sum, & gratia eius in me vacua nō fuit,& gratia eius sp in me manet. Et bene dr̄ peccator vacuus,quia res vacua faciliter erigitur,sicut patet de spica q̄ plena granis solet incuruari, vacua vero solet eleuari,sicut ēt patet de dolio,quod plenum solet submergi,vacuum vero solet natare. ¶Item res vacua percussa sonat. Item res vacua faciliter mouetur. Sic vere charissimi peccator qui est virtutib. vacuus, per superbiā erigitur faciliter,per impatientiam cito sonat & loquitur, per inconstantiam faciliter agitatur. Timor.n. Dei qui corda habet deprimere,talibus deficit,& ideo cor eorum facilr̄ erigitur per superbiam & insurgit. Iob.15. Quantum in te est, euacuasti timorem. Et ideo de peccatore breuiter dr̄ Gen.j. quod terra erat inanis & vacua,& tenebræ erāt super faciē abissi. Nā sicut videmus quod vas ad ignem positum vacuū faciliter frangitur & liquescit,sic vere peccator si ad ignē tribulationum vel tentationum applicatur,faciliter per impatientiam solet frangi,vel per luxuriam eliquari. Vñ Ezec. 24. de ciuitate peccatrice in figura vnius ollæ dicitur, Pone eā super prunas vacuam,vt incalescat ęs eius,& liquefiat. Et non mirum si pc̄tōr sit vacuus, q.s. bonis terrenis,quæ vacua sunt & vana,innititur,& in firmitate æternorum bonorum per bonum desiderium non solidatur. Contra illud Eccl.4. In superuacuis rebus nolite scrutari. Et ideo breuiter concludit scriptura Sap.3. Vacua est spes illorū, & labores sine fructu.& inutilia eorum opera. Sap.5. dicitur de peccatore, Cinis est cor eius,& terra superuacua spes illius, & luto vilior vita illius. Ista est ergo vacuitas detestanda, quæ est iniquorum. ¶Quarto dico ꝙ est vacuitas formidanda,quæ est dānatorum. Peccatores.n. nunc videntur esse pleni, sed pro certo in fine inuenientᷓ bonis operib. vacui. Sicut.n. ioculator videtur ponere aliquando sub aliquo vase multa & infinita,sed qñ aperitur,totum vacuum inuenitur, sic mō diabolus videtur implere peccatores multis & mirandis,s. diuitijs,honoribus & mundi bonis, sed vere in fine postquam mors ipsos tulerit de medio,tunc vacui inuenientᷓ, & oīa q̄ videbantur eis inesse,ab eis subtrahentur. Esa.29. Somniat esuriens ꝙ comedat,& cum expergefactus fuerit,vacua est anima eius. Et merito isti fiunt vacui,quia sicut de duabus situlis in vno puteo videmus quod alternatim plena efficitᷓ vacua,& econuerso vacua efficitᷓ plena,sic fit de duobus hominum generib. pauperum,s.& diuitum,quia illi qui modo sunt vacui,s. pauperes,finaliter bonis omnibus replebūtur, illi vero qui modo sunt pleni,s. diuites,bonis omnib. nudabuntur Luc.1. Esurientes impleuit bonis,& diuites dimisit inanes. Illi ergo vacui erunt bonis spiritualibus, temporalibus & æternis. Spiritualibus dico,de quib. Gal.5. Euacuati estis à Christo. Temporalibus etiam. Prou.27. Oleū dexterę suæ euacuabit. Aeternis vero,de quib. Iudith.1. dicitur. Qui omnes remiserunt eos vacuos,& sine honore abiecerūt. Sic ergo patet quod quadruplex est vacuitas.

Vado. Vadere.

Cū supra satis sit tractatum de ambulare,ire,gradi,& similib. hinc est ꝙ de vadere modicum est dicendum. Breuiter ergo dico ꝙ istud verbum vado denotat motū de termino à quó ad terminum ad quē,& significare potest quemcunq; incessum,profectum & progressum spiritualem,siue bonus sit siue malus. Procedicur igitur

Naturaliter.
Virtualiter.
Criminaliter.
Temporaliter.
Infernaliter.
Supernaliter.

Ista.n. sunt sex genera processuum humanorum,quib. tā boni quam mali diuersimode incedunt. Dico ergo primo quod istud verbum vado significat processum naturalem. Vita.n. nostra non est nisi vnum vado,quia.s. homo naturaliter vadit.

natiuitate ad mortem.
De sanitate ad infirmitatem.
iuuentute ad senectutem.

Et ideo hoīni dr̄ Ionæ.1. Quod est opus tuum, q̄ terra tua, & quo vadis, vel ex quo populo es tu. Istæ.n. sūt quatuor q̄stiones attēdēdæ, Dicitur ergo homini, Quod est opus tuum, quod defectuose facis? Quæ terra tua de qua materialiter exis? Quo vadis .i. quo per mortem continue tendis? Ex quo populo es tu .i. ex quib. parentibus per originem descendis? Quia breuiter hō debet notare vnde venit nascēdo,& quo vadit moriendo,vt sic breuiter dicatᷓ sibi illud Gen.16. Agar Ancilla Sarai vnde venis,& quo vadis? Et ipsa rñdeat illud Io.8. Scio vnde venio,& quo vado. Patet ergo ꝙ vado significat ꝓcessum naturalem. ¶Secundo dico quod signat processum virtualem,quia scilicet vir perfectus nunquam à virtutum processu desistit,sed de bono in melius transit & vadit, similis flumini,quod continue vadit vltra. Sic possum notare quod iustus vadit spiritualiter

humilitatem vt occultetur.
baptismum vt depuretur.
eucharistiam vt satietur.
amicitiam vt concordetur.
obedientiam vt operetur.
Pœnitentiam vt lamentetur.
Ad confessionem vt emundetur.
prædicationem vt in ea occupetur.
bonorum conditionem vt in ea confirmemur.
pauperum collationem vt consuletur.
mortem vt meditetur.
infernum vt conturbetur.
ad paradisum vt iocundetur.

Isti.n. sunt termini tredecim ad quos diuersimode vadūt iusti. Dico.n. ꝙ iusti vadunt ad humilitatē vt possint occultari exemplo cerui pinguis,qui fugit & vadit ad abdita ne inueniatᷓ. vnde 3.Reg.17. Vade ad orientē,& abscondere in torrente charith. Esa.26. Vade populus meus meus intra cubicula tua,claude ostia tua super te,& abscondere. Item vadunt ad baptismū,vt possint expiari similes elephantibus, qui libenter vadunt ad fluuiū balneari. Vnde.4.Reg.5. Vade lauare natatoria syloe. Item vadunt ad sacrm̄ eucharistiæ vt possint satiari. Vñ.4.Reg.6. Comedant & bibant, & vadant ad domum suā. Itē vadūt ad amicitiā vt possint cōcordari. Matth.5. Si offers munus tuū ante altare,vade prius reconciliari fratri tuo. Itē vadunt ad obedientiā,vt possint operari. Matth.8. Habeo sub me milites,& dico huic,vade, & vadit. Itē vadūt ad pniam vt possint lamētari. vñ Mich.1. sup hoc plangā & vlulabo,vadā spoliatus & nudus. Itē vadūt ad cōfessionē vt possint emundari. vnde Matt.8. Vade & ōnde te sacerdoti. Et Io.8. vade,& amplius noli peccare. Itē vadūt ad prædicationē vt possiut occupari. vnde Ionæ.3. Vade in niniuē ciuitatē magnā,& prædica ibi verbum dn̄i. Et Lu.9. vade & annuncia regnum Dei. Itē vadunt ad bonos vt eius possint confirmari. Prou.6. Vade ad formicam o piger, & considera vias eius,& disce sapientiam. vnde Luc.10. Vade & tu fac similiter. Item vadat ad pauperes, vt ipsos possint consolari. vnde Matth.19. Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Item vadunt ad mortem vt possint eam meditari. Ioan.11. Vadit ad monumentum vt ploret. Itē vadunt ad infernū, vt per hunc possint cōturbari. vnde Esaiæ 48. Ego dixi in dimidio dierū meorum,vadam ad portas inferi. Item vadunt ad paradisum vt ipsum possint cōtēplari, & vt per eum possint iocundari. Hier.31. Vadet ad requiē suam israel. Isti ergo sunt tredecim passus quibus ad deū vadit iustus,et quibus ad paradisum graditᷓ iustus & deuotus dicens illud Ioan.16. Relinquo mundum,& vado ad patrē. Quod

Quod de Christi ascensione & assumptione virginis vel ēt cuiuslibet sancti vel ēt de dispositione vel festo pōt esse thema. Vbi ostēditur q̄ ille abhorruit locū inficiētē. Reliquo in quit mundum. Exercuit actū proficientē. Vado inquit. Obtinuit fructū reficientē. Ad patrē. inquit. Vide eā supra diuisā & prosecutā. Patet ergo q̄ istud verbum vado signat incessum virtualē. ¶Tertio dico q̄ signat incessum criminalem. Mali enim & criminosi semper ad malum aliquod vadunt, & de vno vitio ad aliud vadunt. Et ideo breuiter notandum quod isti vadunt

delicias & carnalitates.	Vadunt isti ad delicias,
sæuitias & crudelitates.	vt patet Eccl. 2. vbi dr̄. Va
Ad discordias & peruersitates.	dā & affluā delicijs, & fru
stultitias & mobilitates.	ar bonis. Itē q̄ vadant ad

sæuitias, patet Eze. 21. vbi gladio limato dr̄ Accede & exacuere, & vade ad dexterā & sinistrā. Itē q̄ vadant ad discordias, patet Mat. 6. vbi Petro contrarianti dn̄o dr̄. Vade retro me sathanas scandalum mihi es. Sathanas aduersarius interpretat̄. Itē q̄ vadant ad stultitias, patet Hie. 8. vbi dr̄. Oēs cōuersi sunt ad cursum quasi equus impetu vadens in pliū. Et breuiter malus sp̄ dr̄ ire, & nunquam in eodem statu siste re vel manere, q̄a sicut dr̄ in psal. de ipsis malis, Recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens & non rediēs. Patet ergo q̄ vado significat incessum criminalem: quarto dico q̄ significat defluxum tpalē. Mundus. n. & temporalis prosperitas semper vadit & transit, & nunquam in eodem statu permanet siue subsistit, quia sicut dr̄ Sap. 5. Trāsierunt oīa velut vmbra. ¶Quinto dico quod significat descensum infernalem. Apoc. 16. Bestia quā vidi, fuit. & non est, & in interitum, vadit, loquitur de bestiali peccatore, qui continue vadit ad infernū. ¶Sexto vero signat accessum supernalem, & sic istud dicitur ire quo iusti vadunt post mortem ad gloriam paradisi, quibus potest dici. 1. Reg. 25. Vade pacificè in domū tuā. ¶Sed adhuc dico q̄ de Christo possumus dicere quod ipse multoties dicit vado, quia ipse vadit

infirmos ipsos medicandum.	Vadit dico ad in-
socium ad ipsum visitandum.	firmos sicut medi
Ad cælum ad locum præparandum.	cator doctissim⁹.
dominum ad ipsum famulandum, &	Vnde de Lazaro
patrem ad ipsum honorandum.	mortuo sanando

& suscitando dr̄ Io. 11. Lazarus amicus noster dormit vado vt a somno excitē illum. ¶Vadit ad socios sicut visitator dulcissimus. vnde Io. 14. audistis q̄a ergo dixi vobis, vado & venio ad vos. Vadit insuper ad cælum sicut præparator altissimus. Vnde ipse dicit Apostolis Io. 14. Vado vobis parare locum. Vadit ad dominū & ad patrem Io. 14. vado ad patrem, quia pater maior me est. Ista ergo de vado sufficiant quo ad præsens. vide supra de ambulare, ire, gradi & currere, transire, & alijs vocabulis motum significantibus.

A **Vagus. Vagabilitas.** Nota q̄ ille dr̄ vag⁹, qui sine propria vel certa mansione vndequaq; vagatur. Notabo ergo q̄ de vagis, possunt dici tria genera personarum scilicet.

Sanctitate pollentes.	Sunt ergo vagi viri sancti & vir
Facultate carentes.	tuosi, q̄a. s. sācti certas habitatio
Vanitate nutantes.	nes non elegerunt in mūdo, sed

vagi per diuersas partes mundi circuierunt, & habitationē cęlestem tantummodo quæsierunt, similes peregrinis. Vide supra de peregrinis in suo titulo. Dicebant. n. illud Heb. 13. non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Vnde etiam de Christo dicitur Hiere. 14. quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum. quare futurus es quasi vagus. Item vagi dicuntur inopes viri & penuriosi, qui sine proprietate domorum & rerū mendicando vagantur. Et sic dicitur Esa. 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam. &c. Item vagi dicuntur vani & defectuosi, quia. s. viri inconstantes & mutabiles & vani mētem suam in stabilitate boni ꝓpositi non possunt figere, sed desideria sua ad mūdi delectabilia deflectunt, sicut sunt ambitiosi, quorum mens ꝑ omnia mundi officia & beneficia vagat̄. sicut etiam sunt inconstantes, qui nunquam in eodem proposito firmant̄. sicut auari, qui terminū nō ponunt in acquirendo, sed semper ad amplius accenduntur. Tales figurāt̄ in Cain, qui interpretat̄ possessio, qui fuit vagus & profugus super terram, sicut dicitur Gen. 4. Vnde. etiam de vana & instabili muliere dicitur Prou. 5. q̄ vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. Et Prouē. 7. dr̄ quod ipsa est garrula & vaga. qetis impatiens, & non valens in vno loco consistere pedibus suis. Ideo breuiter de peccatoribus instabilibus dicitur Ose. 9. Abijciet eos Deus meus quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus &c. Vide infra de vanitate.

Valere. Vide supra vbi Bonitas, & infrà vbi Vtilitas.

Validus Vide vbi Fortis.

Valde. Nota q̄ istud aduerbiū qualitatis valde semꝑ signat excessum vel excellentiā ipsius cui ad iungitur. pōt igitur competere bonis & malis. Et ideo possum notare quod quilibet vir iustus & bonus debet habere istud aduerbiū valde, quia in suis qualitatibus valde efficax debet esse. Dico ergo quod iustus debet esse A

fortis & vigorosus.	Sit igitur vir iustus for
diligens & amorosus.	tis & vigorosus Iosuæ.
pauidus & timorosus.	1. Confortare, & esto
formosus & speciosus.	robustus valde. Naum.
Valde subtilis & luminosus.	2. Contemplare viā, cō
lætus & gaudiosus.	forta lūbos, robora vir
humilis & obsequiosus.	tutē valde. Itē sit valde
mirabilis & gloriosus.	feruens & amorosus.

Vn̄. 1. Reg. 19. dr̄ q̄ Ionathas diligebat dauid valde. Item sit valde pauidus & timorosus. vn̄. 3. Regū. 18. Abdias timebat dn̄m Deū israel valde. Itē sit valde pulchre & speciosus, s. ꝑ honestam cōuersationem. Vnde de arcu cęlesti dicitur Eccl. 43. vide arcum & benedic qui fecit illum. valde. n. speciosus est in splendore suo. Itē sit valde subtilis & luminosus seu industriosus. Esa. 52. Ecce intelliget seruus meus Iacob, eleuabit & exaltabitur, & sublimis erit valde. Itē sit valde iocundus & gaudiosus. 1. Mach. 4. Et facta est lætitia magna in populo valde. Itē sit valde humilis & obsequiosus. vnde Eccl. 7. Humilia valde spiritum tuum, quia vindicta carnis impij ignis & vermis. Itē sit valde mirabilis & gloriosus. vt ei dicatur illud Hest. 15. Valde mirabilis es dn̄e, & facies tua plena est gratiarum. Sic ergo patet quod valde signat virtutū excellentiam, quæ pertinet ad bonos. Sed adhuc dico quod significat excellentiam vitiorum, quæ pertinet ad malos siue iniquos. vnde Ezec. 9. Iniquitas domus Iuda & israel nimis magna est valde. sed ita sufficit. vide supra &c.

Vallis. Cū vallis sit locus terræ bassus & infimus, & in medio montiū cōstitutus, possumus dicere q̄ multipliciter sumit̄ in scriptura. Et sic dico quod ꝑm conditiones naturales vallis, possunt quatuor valles spiritualiter denotari, quia sicut vallis naturaliter est A

inferior.	Sic inuenio Vallē humilē q̄ est īfima. Val
fæcundior.	lē fertilem q̄ est optima. Vallē obscurā q̄
Locus obscurior,	est diuidua. i. dubia. Vallē ipurā q̄ est pessi
immundior.	ma. Dico primo q̄ vallis inferior est sta-

tus miserorū. Pauper. n. & miser vallis dn̄r, pro eo q̄ inferi⁹ præ cæteris deprimuntur & calcantur. vnde Hie. 49. Defluxit vallis tua filia delicata. Montes prælatos designant, valles vero pauperes & subditos manifestant. Nā sicut vallis est locus securior quā sit mons eo, q̄ ventus non flat ibi, nec faciliter accidit ibi terræmotus, & sic ædificia secura ibi remanēt & intacta; sic vere status subiectiōis & paupertatis quāquā sit obscurior & turbentior, est tamen in veritate solidior & securior, quia. s. valles. i. pauperes non ita flantur ventis inanis gloriationis; & sic ita non concutiuntur impetu tētationis, & sic non incurrunt terræmotum æternæ damnationis. Tutius est ergo in valle paupertatis & subiectionis manere quam in dignitatum montibus residere. Et ratio redditur Luc. 3. vbi dr̄ q̄ omnis vallis implebitur, & omnis collis humiliabitur, scilicet interdum in hac vita & deprimetur finaliter in inferno. Pone si vis quomodo vallis humanæ naturæ ante Christi aduentum carebat.

Semine fœcundante.	Propter primum steriliter
Lumine illustrante.	degebat Deut. 21. Ducēt eū
Omine consolante.	ad vallem saxosam & aspe-
Culmine subleuante.	ram. q̄ non seminatur. Pro-

pter secundū debiliter videbat. Esa. 22. Onus vallis visionis. Propter tertium seruiliter sine omine consolante viuebat.

Hier.

Hier.7. Non vocabitur vallis tophet.i.,ptectio,sed uallis interfectiōis. Propter quartū flebiliter gemebat. Esa. 22. Dies fletuum dñi exercituū in valle. Sed procul dubio huius vallis sterilitas, cæcitas, calamitas, & infimitas fuit in aduentu Chri permutata. Nā cōtra istos quatuor defectus Christus impleuit vallē humanæ naturæ Semine diuinitatis ad eius indigentiā fæcundandā. Lumine veritatis ad eius ignorātiā illustrandam. Homine benignitatis ad eius mestitiā seu tristitiā cōsolandā. Culmine dignitatis ad eius subiacentiā sub leuandā. Iste.n.esurientes impleuit bonis. Lu.1. Vallis igitur inferior vallis est miserorum. ¶ Secundo dico ꝙ vallis fæcūdior est status perfectorum. perfecti.n.& eorum status.s.religionis & ecclesiæ valles dicuntur, quia sicut in vallibus est

B

Loci infimitas, — Sic procul dubio vir pfectus vel
Terræ vacuitas, — eorū status est infimus per humili
Fructus fertilitas. — tatē, est vacuus per paupertatē, est
Aquę fluxibilitas. — fæcundus per bonorū operū vber

tatē, est ēt irriguus per lachrymarū fluxibilitatē. Ibi.n. est infimitas humilitatis. Hie.2. Vide tuas vias in cōualle, & scias quid feceris. Conuallis.n.humilē conscīam designat, vbi vię nostræ sunt videndæ, & per cōpunctionē feruidā meditādę. Itē ibi est vacuitas tenuitatis. Status.n. perfectorū bonis tpalib. est vacuus, bonis vero spūalib. repletur. Nā sicut in valle vbi est vacuitas, citius niues liquefiunt quā in monte, cū sit locus calidior quā sint montes, sic viri perfecti q quantum ad affectū terrenis opibus sunt vacui, niues diuitiarū nō solent diu seruare, sed ipsas mediante calore charitatis facīt pauperib. distillare Miche.1. Valles scindentur sicut cera à facie ignis. & sicut dr̄ in psal. Deus emittit fontes in conuallibus &c. Fontes dico misericordiæ, q̄b. pauperes potantur, & per quorum distillationem opum fæcunditas vacuatur. Itē ibi est fæcunditas totius bonitatis. Ibi.n. abūdāt fructus bonorum operum, & flores honestæ vitæ. psal. Valles abundabunt frumēto &c. Itē ibi est fluxibilitas lachrymositatis. Fluuij n. lachrymarum in istis vallib. fluunt. psa. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum in loco quem posuit. Status ergo perfectionis dicitur vallis

Lachrymarum. — Vallis ergo lachrimarum dr̄, quia
Salinarum. — ibi vigent lachrymæ compunctio
Siluestris. — nis. psal. Qui emittis fontes in cō-
Illustris. — uallibus. Itē dr̄ vallis salinarū, qa
Saxosa. — ibi acredo est asperæ correctiōis
Nemorosa. — 2. Prou.25. Amasias abijt in vallē

salinarū, & pcussit filios seyr. Amasias est qui in valle ecclæ s. religionis corrigit & percutit insolentes. Item vallis siluestris dr̄ pp solitudinē solitariæ habitatiōis. vn̄ Gen. 14. dr̄ qd vallis siluestris habebāt multos puteos. Itē vallis illustris dr̄ pp nobilitatē famosæ reputationis. Vn̄ de Abrahā & Loth. dr̄ Gen.12. ꝙ ipsi venerūt vsq; ad vallē illustrē. Itē vallis saxosa dr̄, ppter asperitatem laboris vexationis. Vnde de vinculo siue iugo proficientium dr̄ Deut.21. quod duci debebat ad vallē asperam & saxosam. Item vallis nemorosa dicit propter amænitatē honestæ conuersationis. vnde Num.24. Quā pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua israel, vt valles nemorosæ, & vt horti iuxta fluuios irrigui. ¶ Tertio dico ꝙ vallis obscurior est status mūdanorū. Mundani.n.& ipse mūdus vallis dñr, eo ꝙ sicut vallis est naturaliter Locus obscurior, A cęlo remotior, Inferno ,ppinquior, sic vere mūdus & mundanus per ignorantiā sunt obscuri, per vitia & pctā inferno sunt propinqui, & à cœlo & cęlestibus sunt remoti. longè.n.à pctōribus salus quia iustificationes tuas nō exquisierūt. Valles sunt loca secreta & loca profunda, & iō fere solent in vallib. habitare & latrones insidiando transeūtib. latitare. Sic vere charissimi vallis miseriæ hui⁹ mundi est habitatio & locus bestiarū, i. hoīum immundorum, locus ēt furum raptorum & auarorum. Vn̄ de malis hominibus vallem istam inhabitantibus dicitur Nume.14. quod amalech. & chananeus habitabant in vallib. Et 1. Paral. 14. dicitur ꝙ philistiim diffusi sunt in valle raphaim Et.2. Regum.23. Castra philistinorum erant posita in valle gigantum. Amalech interpretātur lambens sanguinem, Chananeus negociator, philistijm poculo ruens interpretāt, gigantes signant superbos. Quia procul dubio charissimi vallis huius mundi est ,pprie locus horum qui lambunt sanguinem deliciarum. i. hominum luxuriosum, illorum qui sunt negociatores. i. hominū auarorum & mūdanorum, & ēt illorum qui poculo ruūt i. hominum ebriosorum & gulosorum Esa. 28. Væ coronæ superbiæ, ebrijs effraim, qui erant in vertice vallis pinguissimæ & etiam illorum qui sunt gigantes. i. hominum magnorum & superborum. Omnes.n. isti in valle huius mundi inhabitant, & ibi dominantur & militant. Et sic bene dico ꝙ vallis obscurior est status mundanorū. ¶ Quarto dico quod vallis immundior est status damnatorum. Infernus.n. vallis dr̄, eo ꝙ, s. ad modum vallis fæces & immunditiæ. i. viles homines peccatores ibi descendunt, & eo quod ad modum vallis inferius in terræ voraginibus habet situm. Ista figuratur in valle filiorum Ennon, vbi dr̄ quod antiquitus diceba tur esse gehenna, eo ꝙ sp ardebat, & eo ꝙ idololatræ ibidē filios comburebant, sicut supponitur Hie.7. quia.s. in inferno semper est ignis & vermis, ita quod demones filios suos peccatores ibi comburunt & occidunt Hie.19. Non vocabitur amplius locus iste tophet, sed vallis occisionis.

Vanum. Vanitas.

A Nota quod illud proprie dicitur vanum, quod in se habet vacuitatē, ꝙ in se habet instabilitatem, quod in se habet inutilitatē, & sic verificat illud cōe dictū ꝙ vanum est ꝙ non præbet plenitudem contenti, nec fulcimentum innitenti, nec fructum laboranti. Ego possum dicere ꝙ vanitas sp accipitur in malo. Et sic notabo ꝙ in scriptura inuenitur

naturalis. — Prima est vanitas omniū crea-
temporalis. — turarum. Secunda omnium bo
Vanitas personalis. — norum terrenorū. Tertia om
criminalis. — nium hominum peccatorum.

Quarta oīum operum malignorū. ¶ Primo ergo dico quod inuenit vanitas quæ est omnium creatorum. Omne.n. illud ꝙ creatū est, eo ipso ꝙ creatura est, quandā naturalē habet vanitatem, qua.s.à principio natum est deficere, & in nihilū tendere. Vnde etiam Aug. dicit quod omnia tenderēt in nihilum, nisi Dei manutenentia tenerentur. Vnde in psal. dicitur. Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuēs. sicut n. dicitur Rom.8. Vanitati subiecta est omnis creatura non volēs. Teste Sap. Eccl.1. Vanitas vanitatū, & omnia vanitas. Ista est ergo vanitas naturalis, quę est omnium creatorum. ¶ Scdo dico quod est vanitas temporalis, q̄ est bonorū mūdanorū. Omnia.n. bona temporalia dicuntur vana, quia mētē non satiant velut inania, tū quia innitentem fallunt velut instabilia, tum ēt quia spem frustrantur velut mendacia & inutilia. Res.n. vana dr̄ quæ apparentiam habet non existentiam quæ videtur fortis, & est debilis, quæ videtur durabilis, & est defectibilis. patet in vesica, quæ plena vēto aliquid videtur esse firmum, quod tū in veritate est vacuum & inane. Sic uere sunt mundi bona, q̄ quamuis firma & durabilia aliquamdiu uideantur, tamen debilia & defectibilia cōprobantur. Et iō dicit Eccl.1. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce uniuersa uanitas & afflictio spiritus. Et uere charissimi uniuersa uanitas & afflictio, quia non est dare aliqua bona mundi, qui inueniantur uana, & mentis & spiritus afflictiua. Inuenitur enim in scriptura Vanitas

diuitijs temporalibus. — Dico ꝙ est uani
delicijs corporalibus. — tas in temporali
scientijs secularibus. — bus diuitijs. un-
In amicitijs mundialibus. — de Ecclesiast. 5.
corporum pulchritudinibus. — Qui amat diui-
laborum mœstitudinibus. — tias fructus non
uerborum amplitudinibus. — capiet ex eis, &

hoc ergo uanitas. Vbi opes sunt plurimæ, multi qui comedunt eas. Item est uanitas in corporalibus delicijs. unde Ecclesiast.12. Adolescentia & uoluptas uana sunt. Item est vanitas in secularibus scientijs. unde Ecclesiast.2. Sapientia perseuerabit mecum. Seqtur. Et uidi in omnibus esse uanitatem. Hierem.4. Doctrina uanitatis illorum lignum est. Item est uanitas in mundialibus blanditijs se amicitijs. psa. ueruntamen filii hominum mendaces. Item est uanitas in corporum pulchritudine. Proue.31. Fallax gratia, & uana pulchritudo. Item est uanitas in laborum sollicitudine. Eccl.2. Alius laborat in sapiētia & doctrina & sollicitudine, & homini ocioso quæsita dimittet. in hoc ergo uanitas, & magnum malū. Itē est uanitas in uerborum amplitudine. unde Psal. Quorum os locutum est uanitatem, dextera eorum, dextera iniquitatis. Ista ergo sunt septem genera uanitatū q̄

in bonis

in bonis temporalibus inueniuntur, pp q̄ tanquã vana & superflua à prudentibus cõtemnuntur sicut de Dauid legim⁹, qui dicebat in Psal. Auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ &c. Et sic ergo, dico ꝙ est q̄dã vanitas t̄palis, q̄ est mundanorũ. ¶Tertio dico ꝙ est quędã vanitas personalis, q̄ est hoĩum pctorũ. Pctores.n. dñr vani, quia.s. vitiorũ vanitatis sunt pleni & repleti, & reb. vanis & t̄palib. sunt innixi. Isti.n. non habent nec stabilitatem nec vtilitatem, sed in omnibus habent vanitatẽ. Sap.13. Vani sunt omnes homines qui non habent scientiam Dei. Res.n. vana dicitur quæ fulcimento & fundamento priuatur quæ in pendulo constituitur, quæ nulla stabilitate firmatur, sicut est ventus, nubes, lampas, quæ nõ sunt res firmæ, sed vacuæ, & iõ non stant, sed potius vndequaq; discurrunt, & nunc ad vnã partẽ, & nunc ad aliam se deflectũt. Talis igitur peccator est cui deficit gratiæ fundamentũ. Talis.n. est sicut res quæ est in pẽdulo, quia cunctis motibus tribulationum subiacet, & firmitate cõstantiæ caret. vnde Psal. Hõ vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra p̄tereunt. Pctõr.n. proprie vmbra dr̄, eo ꝙ more vmbræ vanus non solidus inuenitur, sicut in hypocritis, vanis gloriosis, iactãtib. & superbis, sed de ipsis vide supra in suis titulis. Ergo possum notare ꝙ peccator multipliciter est vanus, scilicet

sensu & cogitatione.	Dico ꝙ pctõr vanus est in
corde & affectione.	sensu & cognitione Eph.
verbo & locutione.	4. Gens ambulans in vani-
In mente & cogitatione.	tate sensus sui. & Ezechi.
manu & operatione.	13. Vidẽt vana, & diuinãt
habitu & conuersatione.	mendacia. Item est vanus
superbia & præsumptione.	in corde & affectione, er-

go appetit res inutiles & vanas. psalm. Filij hoĩum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Item est vanus in verbo & locutione. psal. Vana locuti sunt vnusquisq; ad proximum suum &c. Et iterum. Inquirebant mala, locuti sunt vanitates. Item vanus est in mente & cogitatione. psal. Dominus scit cogitationes hominũ, q̃m vanę sunt. Item vanus est in manuum operatione. vnde Hie. 51. Vana sunt opera, & risu digna. Item vanus est in habitu & conuersatione. 1. Pet. 1. Redempti estis de vana conuersatione. Itẽ vanus est in vana superbia & præsumptione. vñ Iob 5. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natũ putat. Ista est ergo vanitas personalis, quæ est hominum peccatorum. ¶Quarto dico qđ est vanitas criminalis, quæ est operum malignorum. Mala.n. opera dicuntur vana, eo quod finali retributione frustrantur, eo quod à malis hominibus in vanum exequuntur Hier. 10. Vanum est opus, & risu dignum. Potissime autem opera superbiæ dicuntur vana seu vanitas, quia.s. illa quæ fiunt ad superbiam, pompam seu gloriam seculi non habent aliquam iustã causam, nec merentur aliquem bonum fructum. Et ideo illi cõmendantur in psal. Qui non acceperunt in vano aĩam suã nec iurauerunt in dolo proximo suo. Sic igitur patet ꝙ quatuor sunt genera vanitatum. ¶Verunamen ad vanitatem põt referri materia de instabilitate & leuitate, & aliæ similes.

A Varius. Varietas.

Cũ varietas nihil aliud sit quam rerum & maxime colorum diuersitas & contrarietas, possumus notare ꝙ in bono sumit in malo. Vnde nota ꝙ in scriptura inuenit varietas

Commendabilis.	Prima est varietas honestę apparẽtię.
Euitabilis.	Secunda est mentalis inconstantiæ.
Detestabilis.	Tertia est fallacis fraudulentiæ.

¶Prima est varietas hominum perfectorum, qui.s. varietatẽ habent honestatis, similes pãtheræ, quod est animal pulchrũ varijs coloribus picturatum. Quia.s. in pelle, i. in conuersatione iustorum debent esse varij colores, & variæ virtutes lucere. Exẽplo iridis, in qua omnium colorum varietas relucet. Quod bene figuratur Exod. 26. vbi præcipitur quod in tabernaculo fiat velum quatuor coloribus cõpositum, & pulchra varietate textum, quia.s. viri iusti qui tabernaculi ecclesiæ sunt ornamentum & velum, quatuor virtutibus cardinalibus spiritualibus componuntur, & per honestatem morũ, virtutum honestatibus distinguuntur. psalm. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu de aurato, circundata varietate. De palatio regis Assueri etiam dicitur Hester. 1. quod ipsum mira varietate pictura eecordabat. Ista est ergo varietas hium perfectorum. ¶Secundo dico quod est varietas hominũ infirmorum. Viri, enim infirmi & imbecilles leues & inconstãtes varij dicuntur in eo ꝙ in nullo proposito bono perseuerat, sed de vno ad aliud variantur, similes hyenæ, quæ mutat & variat sexum. Similes etiam istis marinis conchylibus ẜm varia tempora variantur, ita quod in vno tempore plena, & in alio vacua inueniuntur. Similes etiam sunt mari, cuius colores variantur & fluxus. Similes insuper sunt & lunę, cuius figura variatur & status. Et breuiter isti in eodem statu non perseuerant nec subsistunt sed variantur cõtinue & transeunt, & de conditione ad cõditionem, de affectu ad affectionem, de verbo ad verbum, de desiderio ad desideriũ se flectunt. vnde ad Titum 3. Eramus & nos aliquando insipientes & increduli, errantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs. Ista est ergo varietas hominum lasciuorum. ¶Tertio dico quod est varietas hominum dolosorum. Fallaces enim fraudulenti & dolorosi sciunt variare & mores & verba, sic possint decipere innocentes. Varij.n. inueniuntur adulatores, quia vnum dicunt ante, & aliud retro. Falsi amici, quia vnum fingunt in verbo, & aliud habent in aĩo. Hypocritæ, quia vnum monstrant in apparẽtia, & aliud celant in conscientia. Isti ergo sunt similes pardo, quod est animal varijs colorib. distinctum. Similes lupis æthiopiæ, de q̄bus dicit Isid. quod ita varij sunt quod nullus color eis deficit. Sic vere charissimi tales mira varietate pinguntur, & in suis conditionibus & moribus esse duplices & varij dignoscuntur. De istis dicitur Hier. 13. Si mutare potest æthiops pellem suam, & pardus varietates suas, sic & vos poteritis bonum facere, cum didiceritis malum. Sic ergo patet quomodo varietas potest tripliciter sumi. Vide supra de Mutare & de Colore &c.

Vas. Vasa. A

Nota ꝙ per vasa in scriptura intelliguntur homines. Vnde apost. Romano. 9. distinguit duo genera vasorum, bonorum.s. & malorum. Dicit.n. ꝙ figulus de eadem massa facit diuersa vasa, aliud quidem in contumeliam, aliud vero in honorem. Quia.s. Deus de eadem massa.s. de nihilo, diuersos homines creat, quorũ alij contumeliosè damnantur, alij honorificè saluantur. Notabo igitur ꝙ in scriptura inueniuntur vasa

Fragilissima.	Prima sunt vasa moralis conceptionis.
Nobilissima.	Secunda sunt mentalis affectionis.
Vtilissima.	Tertia sunt moralis perfectionis.
Vilissima.	Quarta sunt letalis infectionis.
Clarissima.	Quinta sunt Vitalis saluationis.
Turpissima.	Sexta sunt finalis damnationis.

Dico ergo ꝙ sunt q̄dã vasa mortalis corpulẽtiæ, & ista sunt vasa corporum nostrorum, q̄ proprie possunt dici vasa lutea, quę.s. sicut vasa q̄ de luto componũtur, cito frangunt, & nunq̄ postea reparantur, sic pariformiter corpora nostra naturalr̄ sunt materialr̄ cõfecta. Iob 10. Memẽto ꝙ sicut lutũ feceris me, & in puluerẽ reduces me. Quæ cũ per mortẽ fracta fuerint. nõ possunt amplius esse reparata naturalr̄. Hier. 18. Ecce figulus faciebat manib. suis vas sup rotã, & dissipatũ est vas ꝙ ipse faciebat manib. suis de luto. Istud est vas ꝙ per contritionẽ fricat & p confessionẽ lauat, & per satisfactionẽ frãgit & cassat, & sic ẜm apo. 1. Thes. 4. Sciat vnusquisque vas suũ possidere in sanctificatione & honore. Itẽ sunt q̄dã vasa mentalis cõsciæ. Conscientiæ.n. sunt vasa illa in q̄bus debem⁹ diuinæ gr̃æ balsamũ recõdere, & ad vsum bonorũ operũ reseruare, exẽplo apothecarij, q in vasis vnguenta & electuaria colligit, & pro medicinæ vsib. in posterũ custodit, Figurata in sapientib. virginibus, quæ accipiẽtes oleũ in vasis suis, ad spõsi nuptias sunt receptæ. Matt. 25. & Hier. 40. Colligite vindemiã & messem, & oleũ recõdite in vasis vestris. Vbi oñditur ꝙ in vase cõsciẽtiæ debet q̄libet colligere

Sanguinis poculum. Vindemiam.	Quod tamen est con
Corporis ferculum. Messem.	tra multos qui in va
Gratiæ riuulum. Oleum.	se conscientię nõ re-

ponunt p̄ciosum liquorem, sed potius vitiosum fætorem. Figurati in illa muliere diabolica Apoc. 17. quæ habebat vas plenum abominationibus fornicationis suæ. Mulier.n. meretrix est anima peccatrix, quæ pro certo vas cõsciẽtiæ abominatione plenum habet, & in ipso fæces vitiorũ continet atq; tenet Esa. 65. Comedũt carnẽ suillã, & ius ꝓphanũ in vasis eorum. Ista ergo sunt mentalis conscientiæ, quia sicut dicit Eccl. 21. Cor fatui quasi vas cõfractum omnem sapientiam

non tenebit.Itē ſunt vaſa moralis continentiæ,& iſta vaſa ni
hil aliud ſunt q̃ viri iuſti,qui ſunt diuinæ gratiæ contentiui.
Iſta ſunt illa vaſa de q.b.dr̄ Prou.20.Aurū & multitudo gē-
marū & vas p̄cioſum,labia ſapientiæ.ſed de hoc dicet̄ infra
lati⁹.Itē ſunt vaſa lætalis iniuſtitiæ,& iſta nihil aliud ſunt q̃
viri impij & iniqui,q in ſcriptura dn̄r vaſa , eo ꝙ ſunt oīum
criminū cōtentiui.Vn̄ in p̄ſona pc̄tōris dicit pſa.Factus ſum
tanquā vas perditū,qm̄ audiui vituperationē &c.De diabo
lo dr̄ ēt ꝙ ipſe parauit vaſa mortis,ſagittas ſuas ardentib.ef-
fecit.Vaſa.n.mortis dicunt̄ eo ꝙ morte culpæ īterficiunt̄, &
morti pœnæ æternæ reſeruant̄.In ſcriptura.n.oē iſtrm̄ vas di
cebat̄.Vnde ēt gladij īterfectionis vaſa dicebant̄. vnde Eze.
9.Vnuſquiſq; vas interfectionis habet in manu ſua,& ſignat
pc̄tōres,qui vaſa interfectionis dn̄r,vel quia aliquos ſpūalr
vel tpaliter īterficiūt,vel qa a demonib.finalr occidunt̄, qn̄
ſ.de iſtis implebit̄ illud qđ in pſal.de eis dr̄.Reges eos in vir
ga ferrea,& tanq̃ vas figuli cōfringes eos.Itē ſunt vaſa vita-
lis eminentiæ,& iſta vaſa ſunt beati qui munus gloriæ cōti-
nēt in ſeipſis.vn̄ 2.ad Tim.2.Si q̇s emūdauerit ſe à pc̄tō,erit
vas ī honorē ſanctificatū à dn̄o vtile.Eccl.43.Vas caſtrorū ī
excelſis in firmamento cæli reſplēdens.Itē ſunt vaſa finalis
peſtilentiæ,& ſic per vaſa intelligunt̄ dānati , q dicūtur vaſa
iræ.vn̄ Hier.50.Aperuit dn̄s theſaurū ſuū,& ꝓtulit vaſa iræ
ſuæ.Quia ſicut dr̄ Hie.48.Dominus contriuit Moab.i. pc̄tō
B rē,ſicut vas inutile.¶His præmiſſis dicamus generaliter qđ
ꝙ vaſa in bono ſignificato intelligunt̄ boni viri & iuſti quos
ſ.dominus per tribulationes fabricat , per tētationes ꝓbat,
per gratiam & virtutes exornat,& per gloriæ dationem in
theſauro ſuo cuſtodit & ſeruat.Iſti enim ſunt vaſa

Aurea. — Iſti enim ſunt qui Per patientiam fulgent tā
Argentea. — quam aurei.Per eloquentiā reſonant tāquā
Lignea. — argentei.Per parcitatem ſicci ſunt ſicut lig
Fictilia. — nei.Per humilitatem pōderoſi velut terrei.

Et ideo breuiter Apoſtol. 2.ad Tim.2.dicit ꝙ in magna do-
mo non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea,ſed ēt lignea & fi
ctilia.Ac ſi diceret in domo diuerſa vaſorū ſunt genera dif-
ferentiū,oīa tamē ſunt vtilia & ad domū neceſſaria.Sic ī do
mo Dei q̄ eſt eccleſia,diuerſa ſunt genera differētiū hoīum
in virtutib.quia vnicuiq; data eſt gratia ſm̄ menſurā dona-
tionis Chriſti,& nō oīs caro eadē eſt caro, ſed alia eſt caro
volucrū,alia beſtiarū 2.Cor.15.Veruntamen oēs neceſſarij
ſunt ad vnū vel ad aliud op⁹.Sic.n.ipſa bonitas Dei de ipſis
malis bona elicere,& eorū mala opera ad vtilitatē bonorū
ordinare.vnde dicit Ber.ꝙ in domo magna ſunt vaſa aurea
& fictilia,tn̄ vtraq; ſunt neceſſaria.Et iō breuiter de viro iu
ſto dr̄ Eccl.50.Ipſe eſt quaſi vas aurei ſolidū,ornatū omni la
pide p̄cioſo . Vbi aduerte ꝙ ſicut vaſa q̄dam ſolent habere
Vacuitatem vt poſſint tenere,Vas.
Nobilitatem vt poſſint habere,Aurei.
Soliditatem vt poſſint manere,Solidum.

Sic viri iuſti dicuntur vaſa,quia in ipſis eſt
Aptitudo continentis tenoris.Vas.
Sanctitudo mirabilis valoris.Auri.
Fortitudo durabilis vigoris.Solidum.
Pulchritudo amabilis decoris.Ornatum.

Dico primo ꝙ iuſt⁹ dr̄ vas ꝑꝑ aptitudinē magni tenoris,qa
ſicut vas ſui natura eſt naturæ contentiuæ,& hoc quia eſt ꝓ
fundum & concauum,& ideo quicquid recipit,continet &
cuſtodit, ſic vere iuſtus cum ſit per humilitatē concauus &
profundus , & virtutes quas acquirendo recipit , perſeue-
rando retinet,& continuè ſecum habet recte vaſi compara
tur.Quod bene figuratur Exo.19.vbi dr̄. Sume vas vanū &
pone ibi manna,vt cuſtodiatur in futuras retro generatio-
nes.Manna.n.qđ erat cibus dulciſſimus,dulcedinem gratię
ſignat,quæ pro certo in vaſe,i.in viro iuſto per longas gene
rationes cuſtoditur & ſeruatur.Quod eſt contra multos q
ſicut vaſa fracta,non integra, quia ſcilicet res ſubtiles non
poſſunt tenere,res vero groſſas & palpabiles ſolent optime
tenere,ſi ſicut patet de dolio fracto , quod bene tenet plu-
mam vel terram,vinum autem & oleum non tenet Sic vere
chariſſimi multi ſunt qui per peccatum ſunt fracti, & à
ſtatu innocentiæ diſſipati,& iſti procul dubio liquores præ
cioſos diuinæ gratiæ & ſapientiæ non retinent,ſed groſſa &
inutilia.ſ.bona temporalia,peccata & inutilia verba optimè
continent,cōſeruant atq; retinent.ſicut.n.dr̄ Eccleſ.21.Cor
fatui quaſi vas confractum omnem ſapientiā non tenebit.
Iſtud optime apparet de illis qui illud bonum quod dicit
p̄dicator,non tenent,ſed bene dicunt,ſic prædicauit , & p̄-
dicat,& nō plus, ſi quis vero minus benedictum dixerit,ſta
tim memoriæ commendant.Sed non ſic iuſti,quia iſti ſunt
vaſa bonorū contentiua,malorū vero & inutilium emiſſiua
ſimiles vaſi quod fit hedrea,quod ad probandū vina (ſicut
dicit Plinius)mirabilem habet virtutē,ſi vinum lymphatū
infunditur in vinum vaſe retinet̄,& aqua effunditur,qa pro
cul dubio qn̄ iuſt is offeruntur duo.ſ.vinū in aqua hoc eſt di
ctu,bona & mala,ſpūalia tēporalia,virtutes,& vitia,procul
dubio ipſi bonum retinent & malū dimittunt Exēplo bona
rum virginum , q̄ acceperūt oleū in vaſis ſuis cū lāpadibus.
Mat.25.Sed pro certo econuerſo mali ſunt ſicut vaſa papy
rea,quæ in vino & aqua impleta ſimul ſolent aquā attrahe
re & bibere,vinū vero dimittere,quia.ſ.iſti citi⁹ bibūt aquā
quā vinū .i.melius cōtinent mala quā bona tpalia q̃ æterna.
Apoc.17.Habebat in manu ſua vas abominatione plenum
De bonis ergo vaſis.i.de viris iuſtis dr̄ Eccle.43.Sol in con-
ſpectu annūciās in exitu,vas admirabile opus excelſi. Quia
pro certo mirabile eſt videre qūo excelſus operatus eſt iſta
vaſa.patet de beato Paulo,qui mirabiliter fuit conuerſus.Iō
de eo dicit Chriſtus Act.9.Vas electiōis eſt iſte mihi, vt por
tet nomen meū corā regib.& principibus & filijs Iſrael.Pa
tet in beata virgine,cuius pro certo conceptus & ortus cō-
uictus & deceſſus fuerunt mirabiles.Iſta.n.ſimilis vaſi iocu-
latoris.Ioculatores.n.aliqn̄ minimo vaſe vn̄r ponere res ma
ximæ quantitatis,quia.ſ.in vaſe ſui vteri præcioſi Deus pa-
ter poſuit filiū ſuū,cuius tanta eſt quātitas ꝙ cæli & terra ca
pere non valebant.Vnde dicitur.Quia quem cęli capere nō
poterant tuo gremio contuliſti.Iſtud eſt vas mundiſſimū,in
quo Deus pater poſuit reliquias oēs Paradiſi.de quo Prou.
25.Aufer rubiginem de argento,& egredietur vas puriſſi-
mum.Vbi deſcribit̄ ipſa vt prauitatis purgata fæcibus.Au-
fer rubiginē,ſupple originalis vel actualis pc̄ti.Caſtitatis do-
tata florib.De argento , quod ratione candoris caſtitatem
deſignat.Sanctitatis ornata morib.Vas puriſſimū.ſ.per om-
nimodā ſanctitatem.Pātet ergo ꝙ iuſti vaſa ſunt ꝑꝑ aptitu
tudinē magni tenoris.¶Scđo dico ꝙ iuſti dn̄r vaſa propter C
ſanctitudinem magni valoris.Auri inquit.Magnates.n.nō di
gnantur habere vaſa in domibus ſuis niſi magni pretij & va
loris.Exēplo de Aſſuero magno rege,in cuius cōuiuio om-
nes ſuibebāt in vaſis aureis,ſicut dr̄ Heſter 1.Sic vere nos q
ſumus vaſa ſpirituſſancti,debemus eſſe valentes,& p̄cioſi,&
cunctis morib.virtuoſi,quod oñditur cum dicitur Auri.Nā
vaſa aurea ſunt maioris ualoris quam alia , ſignantia uiros
iuſtos,quorum ualori non poteſt aliquid comparari , iuxta
illud Eſa.13.Præciſior eſt vir auro,& homo mūdo obryſo.
Quare autem iuſtus dicatur aurum vel aureus , uide ſupra
de auro , quia procul dubio heu pauca ſunt hodie vaſa au-
rea in eccleſia ſancta Dei.Verificatum.n.videtur illud.2.Pa
ral.36.ꝙ nabuchodonoſor vniuerſa vaſa domus dn̄i tā ma
iora q̃ minora tranſtulit in babylonē.Et 4.Reg.24.dr̄.Cōci
dit vniuerſa vaſa aurea q̄ inuenit in domo domini.Quia ꝓ
certo hodie Nabuchodonoſor diabolus uaſa argentea.i.ui
ros iuſtos & ſanctos de domo Dei,q̄ eſt eccleſia , tranſtulit
& amouit,ipſoſq; deſtruxit & occidit & confregit, & in Ba
bylonem.i.in confuſionem peccati portauit.Et ideo breui-
ter ibi modo non ſunt vaſa aurea,ſed potius

Aenea. — Vaſa enim ænea quæ faciliter ſonant,
Lutea. — ſignant viros diſcordes & litigioſos,
Lignea. — qui pro certo ſunt hodie in eccleſia in
Saxea. — magna quantitate.2.Reg.8.Tulit Da-
Papyrea. — uid æs multum,de quo fecit Salomā

vaſa ænea.Item lutea & terrea ſignant mundos & luxurio-
ſos,& illi ſunt vaſa de quibus dicitur 2.Regum.17.ꝙ berzel
lai galaadites miniſtrauit Dauid vaſa fictilia. Ozeæ 8.Deuo
ratus eſt Iſrael,nunc factus eſt in nationibus quaſi vas im-
mundum.Sic ſunt religioſi,quia volunt habere de omnibus
decimas,ſcilicet de mulieribus.Et hoc apparet,quia tota ec
leſia Dei eſt deturpata.De iſto paruo vitio non oportet pro
bare,quia ſatis videmus ad oculum.Item vaſa lignea ſignāt
viros leues & criminoſos.Lignum enim leue faciliter ſuper
natat in aqua.Iſti enim ſunt illa vaſa de quibus Leuit.15. di-
citur ꝙ vas ad tactum fluxus ſeminis fiebat immundum , ꝙ
ſi ter-

se terreũ erat, debebat frãgi, sed si ligneũ erat debebat aqua lauari. Quia ꝑ certo tales leues & insolentes qui terrei sunt & lignei.i. fragiles & infirmi, si semine carnalis voluptatis inficiũt, debent correctionib. frangi, & aqua cõfessionis lauari. Itẽ vasa saxea signant diuites crudeles & malitiosos, de quibus dr̃ Exod. 7. ꝙ cruor erat in ægypto tã in vasis ligneis quã saxeis. Itẽ vasa papyrea signãt viros inanes, hypocritas, & superstitiosos, qui.s. ad modũ papyri, q̃ est q̃dã spẽs iunci, sunt in intentione vani & in cõuersatione virides & honesti, de quib. Esa. 18. Væ terræ cymbalo alarũ q̃ est trãs flumen æthiopię, q̃ mittit ꝑ mare legatos suos & ĩ vasis papiri sup aquas. Nõ sic iusti, nõ sic charissimi, quia isti sunt aurei. Et sic dico
D & isti dñr vasa pp sanctitudinẽ grandis valoris. Auri. ¶ Tertio dico ꝙ isti sunt vasa pp fortitudinẽ magni vigoris. Solidũ inquit. Vas.n. solidũ & firmũ melius valet, ꝙ.s. nec faciliter frangitur, nec faciliter liquescit. & inde est quod vasa q̃ faciliter franguntur & vasa stãnea quæ faciliter igne liquescunt, parum à diuitib. reputant̃. Sic vere charissimi ad hoc ꝙ nos sumus vasa dñi ꝓciosa, necesse est ꝙ per constantiã simus solidi, & per patientiã valde firmi. Deus.n. illos non approbat, qui per impatientiã cito franguntur, & per mala desideria resoluuntur. Solidũ inquit. vt sic de nobis dicatur illud Iob 37. Nũq̃d cũ eo fabricat⁹ es cælos, q̃ solidissimi quasi ære fusi sunt? Qđ⁹ tñ est hodie contra multos, qui pro certo per inconstantiã non sunt solidi, sed per impatientiam & per inconstantiã valde vani. Hie. 51. Reddidit me quasi vas inane absorbuit me quasi draco. Vñ etiã plangit hodie scriptura. Thr. 4. Filij syon & inclyti eius quõ reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? Et quasi hodie oẽs sunt testei & non ærei, debiles & non stabiles, fluidi & non solidi, cadentes & non cõstantes. Non sic charissimi, sed simus vas solidum. Ezec. 19. Egressæ sunt de eo virgæ solidæ &c. Habea
E mus ergo similitudinem firmi valoris. ¶ Quarto dico ꝙ debent habere pulchritudinem magni decoris, quod ostenditur cum dr̃. Ornatũ omni lapide præcioso. Præciosi lapides virtutes & bonos mores designant, quib. q̃ ornatur, pulchri & honesti & in anima & in corpore reputantur. vnde illud prædictum Prou. 20. Aurum & gemmarũ multitudo, & vas præciosum, labia scientiæ. Vnde de ista pulchritudine honestatis potest dici illud Num. 4. Cuncta vasa altaris operientur velamine hyacinthino. Ita ꝙ cuilibet tali põt dici illud Ezec. 28. Omnis lapis præciosus operimentum tuũ. Hic potes dilatare si vis quõ diuersi lapides significant diuersas virtutes, quæ vasorum spiritualium sunt fulgidum & placidũ ornamentum. Sed de hoc vide supra de lapidibus in suo titulo. Sic ergo patet quomodo viri sancti & iusti debent habere quatuor, scilicet

Pulchritudinem vt placeant.
Fortitudinem vt permaneant.
Sanctitudinem vt præualeant.
Aptitudinem vt obtineant.

Et sic bene dictum est. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide præcioso. Sufficiat ergo de vase. Vide de vasis in speciali sicut de calice & de arca & similib. Et nota sicut audiuisti, quod quatuor sũt gñа vasorũ, fortia, vacua & sana &c. Et no. ꝙ signũ est ꝙ vas plenũ, quando tactum non sonat, quando igni appositum non frangitur quando sæpe fluit, quando amplius non recipit, quando ponderat, & expone &c.

A
Vastitas. Vastus. Vastator.

Nota ꝙ vastitas idẽ est quod vacuitas. Vnde res dr̃ esse vasta, quæ est omnibus bonis vacuata. Et sic vastare nihil aliud est quam aliquã rẽ siue locum bonis omnib. vacuare. Notare ergo possumus secundum quod generaliter sunt tria genera bonorum, s. spiritualia, temporalia, & æterna, secundum hoc sunt tria genera vastitatum, videlicet

Interior.
Exterior.
Posterior.

Prima est vastitas peccatorum, qui vastantur bonis spiritualib. Scd̃a est vastitas egenorum, qui vastantur bonis tpalibus. Tertia est vastitas dãnatorũ, qui vastantur bonis æternalib. Dico igitur primo ꝙ est quædam vastitas interior spiritualis, & ista est illa qua corda humana bonis spiritualibus vastantur, & qua per pct̃m & diabolicam tentationem gratijs & virtutibus denudatur. Sicut.n. videmus q̃n aduerarij possunt murũ castri frangere, statim solent ingredi, & bona quã deuastare, sic vere diabol⁹ statim q̃n põt murũ ciuitatis in voluntate aĩæ dirumpere, malum sensum immittendo, solet totũ vastare, & destruere, virtutes & gratias dissipando. Vnde de philisteis dr̃ 2. Paralipo. 21. ꝙ ipsi descenderunt in terram Iudam, & vastauerunt eam, & diripuerunt cunctam substãtiam domus regis. Philistijm.n. sunt demones, q̃ in terram Iudam.i. in ecclesiam ascendunt (quia Iuda interpretatur confitens, eo ꝙ ibi sit confessio nois Iesu Christi) ipsamque vastant virtutibus & conciduut, & quicquid inueniunt in domo regis.i. in ecclesia, dirumpũt & vastãt, & vacuã reddunt eã. Vnde de aia peccatrice potest dici illud Hier. 6. Iniquitas & vastitas audietur in ea, infirmitas & plaga. Ista.n. quatuor habent se per ordinẽ, q̃n aia peccat, s. iniquitas delinquendo, vastitas virtutes perdendo, infirmitas fragilitatẽ incurrẽdo, plaga de qua mors infernalis sequitur nisi per pœnitentiæ medicamina succurratur. Ista est ergo vastitas interior & spiritualis. ¶ Secũdo dico, ꝙ est vastitas exterior & temporalis, & ista est illa qua tyranni, & raptores vastãt, & diripiunt bona pauperum, similes locustis, quæ aliq̃n in aliquibus regionibus ita abundãt, ꝙ segetes & oẽ viride vastant. Figurati in illis locustis quæ ægyptum vastauerunt, & eorum fructus & segetes vorauerũt, sicut dr̃ Exodi. 10. q.a.s. isti rosores, vsurarii & vastatores, balliui officiales, & raptores abundant intantum modernis temporibus in hoc mundo, ꝙ oĩa subditorum bona ab eis deuastantur, & per tribulationem variam deuorantur. Isti figurantur in madianitis, de quibus dr̃ Iudicum 6. ꝙ ipsi & reges eorum venerunt super terram Israel instar locustarũ vniuersa deuastantes. vnde Iudicum 9. Habitatores sychem egressi sunt in agrum vastantes vineas. Sed quid? pro certo de istis vastatoribus verificatur multotiens illud Hier. 30. vbi dr̃ populo. Propterea oẽs qui comedunt te, deuorabuntur & omnes hostes tui in captiuitate ducentur, & vastantes te vastabuntur. Quia procul dubio plerunq; accidit, ꝙ illi qui sunt aliorũ deuoratores, s. vsurarii & balliui, tandem à suis maioribus deuorantur, & exemplo piscium qui minores se molestauerunt, tandem à suis maioribus molestantur. Micheæ. 5. Nunc vastaberis filia latronis. Est ergo vastitas exterior & temporalis. ¶ Tertiò dico, ꝙ est vastitas posterior, & æternalis, & ista est vastitas qua miser damnatus vastatur quando bonis fortuitis, & gratuitis spoliatur, & in tortorum manib. dimittitur vt torqueatur, & sine fine vastetur. Vnde de vastatione hominum superborum dr̃ Zacha. 11. Vlula abies q̃m cecidit cedr⁹, q̃m magnifici vastati sunt. Ista est ergo triplex spẽs vastitatis quando accipitur in malo. In bono vero accipitur q̃n Deus per se, & prædicatores suos vastat, & dissipat terram diaboli, s. peccatores, bellum. s. prædicationes inferendo, & ignem sancti spiritus immittendo, & possessiones suorum cordium segetibus, hoc est dictu vitiis, & criminibus extirpando. Et de hoc potest intelligi illud 2. Reg. 11. Misit Dauid Ioab & seruos suos qui erant cum eo, & vastauerunt filios Amon. Dauid.n. qui Deũ patrẽ signat qui Ioab, i. Christum, & seruos eius. i. prædicatores & sanctos misit, filios Amon. i. demones deuastauit 1. Reg. 14. Irruamus super philisteos nocte, & vastemus eos &c. Et sic de vastitate sufficit. A

Vbera.

Cum vbera sint illa mẽbra in quibus lac procreatur, à quo pueri lactantur, & nutriuntur notare possumus, ꝙ sunt duo genera vberũ. s. diuina, & humana. Tertia enim Deus habet vbera, videlicet

Vnum quo lactat homines pœnitentes.
Vnum quo lactat homines triumphantes.
Vnum quo lactat homines ignorantes.

Sicut.n. videmus ꝙ aĩalia generaliter pariunt tot fœtus, ꝙ vbera habent, sic pro certo Deus, q̃ est mater nostra, ẽm ꝙ habet varios fœtus, secundum hoc habet varia vbera pro eis lactandis, & nutriendis. Habet enim

Aliquos filios qui indigent miseratione.
Aliquos qui indigent eruditione.
Aliquos qui indigent consolatione.

¶ Primi sunt pænitẽtes, qui lactant vbere miserationis. Vñ ipsis pęnitẽtib⁹ dr̃ Esa. 32. Accingite lũbos vestros, semp vbera plãgite. Sicut.n. videmus ꝙ canicula nescit denegare vbera sua catulis suis adhuc cęcis. (Vñ ipsi ẽt quanquam cęci quodam instinctu naturali sciũt vbera petere, & se ad sugendũ lactis dulcedinẽ applicare) sic vere De⁹ vbera misericordię suæ nulli denegat, quanuis per peccatũ fuerit excęcatus. Solem n. suũ facit oriri super bonos, & malos,

los, sicut dr̃ Mat.5. Et iõ nos quanquam simus cęci & pc̃tores debemus vbera diuinæ misericordiæ cognoscere, & ad obtinenda Dei beneficia nos disponere, & sursum ad ipsum ꝑ deuotionẽ & conuersionem mentalr̃ nos erigere & leuare, dicentes illud Can.1. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Primi ergo filij dei sunt qui lactant vbere miserationis. ¶Scd̃i sunt filij ignorantes qui lactant vbere eruditionis. Deus.n. habet duo vbera sacræ scripturæ, s. vetus & nouum testm̃, q̃bus pueri. i. simplices lacte doctrinæ potant, q̃b. in fide & moribus imbunt. Iohel.2. Cõgregantes paruulos & sugentes vbera. ¶Tertij filij sunt indigẽtes, qui lactant vbere consolationis. Deus.n. habet vbera æternæ retributionis & affluentiæ, quib. lactat & satiat in tribulatos Sicut.n. paruulus quanquã doleat & plangat, statim tñ qñ ad vbera venit cõsolat, à ploratu quiescit, & pristinũ dolorem obliuiscitur, sic miseri pauperes & tribulati quando veniunt ad ista vbera, perfecte cõsolant, & in omnibus bonis delectantur. Esa.11. delectabitur infans ab vbere. Vnde etiã Deus dicit illud Can.1. Dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. vnde Esaiæ 66. Gaudete vniuersi cum Hierusalem qui lugebatis super eam vt sugatis & repleamini ab vberibus consolationis eius. Ista
B igitur sunt vbera diuina. ¶Sed adhuc dico quod sunt vbera humana, & sic dico quod inueniuntur

Vbera
- clementiæ & pietatis.
- scientiæ & claritatis.
- opulentiæ & prosperitatis.
- immunditiæ & carnalitatis.

Sunt dico vbera clemẽtiæ & pietatis, & ista sunt illa q̃ dedẽt habere diuites ꝑ pauperibus nutriendis. Vnde de ipsis pauperibus debent dicere illud Esa.66. Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis. Sunt etiam vbera charitatis & sciẽtiæ, & ista vbera nihil aliud sunt quam labia prædicatorum, à quibus lac doctrinæ sugitur & hauritur. Cant.7. Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemellę capreæ. Et tamen de multis dicitur Oseæ.9 Da eis domine, quid dabis eis? vuluam sine liberis, & vbera arentia. Item sunt vbera prosperitatis & mundanæ opulentiæ & ista sunt vbera q̃b. diabolus lactat malos, & de quib. Iob dicit plangẽdo. Quare nõ in vulua mortuus sum egressus de vtero statim perij? quare exceptus genib⁹ cur lactatus vberibus? Iob 3. Sunt nihilominus vbera carnalitatis & immunditiæ seu luxuriæ, & sic loquitur mulier mala fatuo iuueni. Prou.7. Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. vide supra de Lacte, vbi satis inuenies. & sufficit ad præsens.

A **Vbi.** Nota ꝙ vbi aliqñ sumitur interogatiuè, & aliquando positiuè. Vel aliter, vbi, significat per modũ positionis, & sic põt esse aduerbium interrogandi, sicut Ioan.8. Vbi sunt qui te accusabant? Aliqñ sumitur per modum inhæsionis, & sic est aduerbium loci, sicut quando dr̃ Matt.6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Dicamus ergo ꝙ istud vocabulum interrogatiuè sumptum, signat quæstionẽ & per consequens dubitationem, cum qõ non fiat nisi de dubijs. Possum igitur generaliter dicere quod per vbi intelligitur dubietas humanæ conditionis. Sicut enim quandoq; est quæstio dubitatiũa de tempore, sic est quandoque quæstio dubitatiua de loco. Sed dicamus melius quod vbi significat dubitationis incertitudinem, & sic significat quæstionem & dubietatem status & conditionis humanæ. Circa quod notandum quod status noster est dubius & incertus in multis, & maxime

De
- dei benignitate.
- status securitate.
- morum stabilitate.
- mortis propinquitate.
- status post mortem varietate.

¶Primo quidem sumus incerti de Dei benignitate, quia nescit hõ vtrum amore vel odio dignus sit, sicut dicitur Eccl.9. Quanuis.n. homo sciat se à Deo dilectum nescit tñ si sua gratia apud eum perseuerabit, quia, s. sua occulta & æterna prædestinatio aliquando peccatores facit iustos, aliquando iustos patitur fieri peccatores. Sicut.n. scd̃m Isidorum est quoddam genus adamantis in Aethiopia cui⁹ vnus angulus attrahit ferrum, alius depellit ipsum, ita quod iste lapis secundum diuersos angulos simul & semel attrahit ferrũ & fugat, sic vere Deus per suam occultam ꝓuidentiam vnum attrahit, cõuertit & saluat q̃a vult miseret Deus. & quem vult indurat. i. indurari permittit. Roma.9. Alios et attrahit per prosperitatem, alios repellit per aduersitatẽ. Et ideo de Christi gratia, acceptione & beniuolẽtia possumus dicere & dubitare per vbi, dicentes illud psalm. Vbi sunt miæ tuæ antiquæ dñe? Et potissimè illi qui in tribulatione tpali sunt & æternali, possunt dicere illud 4. Regũ. 2. Vbi est Deus Heliæ? Et nos pro certo possumus rñdere illud psalm. Deus autem noster oĩa quæcunq; voluit fecit. Sumus ergo incerti de Dei benignitate. ¶Secundò dico ꝙ sumus incerti de status securitate. Quãdiu.n. sumus in hac vita, nos sumus sicut arbor in flore, q̃ faciliter incurrit periculum, & faciliter à frigore vel calore à cõsecutione fructuũ impedit. Sic verè homo nihil potest habere securitatis ĩn hoc mundo, quia sp est in periculo ꝙ per mentalem tentationem vel per corporis infirmitatem & vexationem vel per rerum exteriorẽ aduersitatem & tribulationem aliquod infortunium tpaliter, corporaliter, spiritualiter & æternaliter consequatur. Et iõ dicit Ambrosius in sermone de confessoribus. Quis nisi in tuto & sine trepidationibus positus, potest sibi quicquã vẽdicare de meritis, vbi de præterito meminit se habere quod doleat, & de futuro videat sibi superesse quod timeat? Ideo de ista incertitudine potest fieri cuilibet ista quæstio Gene. 3. Adam vbi es? Et illud Io.1. Rabbi vbi habitas? Et maximè potest peccatoribus, qui reuera habitant in mundo in statu pc̃ti, rñderi & dici illud Apoc.2. Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ. finaliter autem erunt in inferni tormento, ubi habitabũt in terra tenebrosa & operta mortis caligine, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Iob 10. Et breuiter cuilibet qui est in statu peccati, põt dici illud Ezec.2. Impij subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Sumus igitur incerti de status securitate. ¶Tertiò dico ꝙ sumus incerti de morum stabilitate, quia. s. nescimus quandiu stemus in vitijs & peccatis, & quandiu ꝑseuerabimus in statu gratiæ. Iob 4. Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Ad q̃d ipse debet respondere. Fortitudo mea & laus mea dñs &c. ¶Quartò dico ꝙ sumus incerti de mortis propinquitate. Sicut.n. videmus ꝙ nauta quandiu est in mari, tandiu est in ista tu incerto, & hoc quia nescit qñ ventus mutabitur, nec vtrũ ad bonum portum applicabit, vel utrum fracta naue in profundum mergetur, sic vere charissimi homo, q̃ in fragili naue corporis nauigat per hoc mare huius mundi, vbi sunt reptilia quorum non est numerus, semper est incertus, quãdo ventus suæ vitæ mutabitur, quando nauis sui corporis ad portum & ad littus mortis applicabit, & vtrum in ꝓfundo abyssi per desperationem vel damnationem animæ submergetur. De ista ergo incertitudine mortis põt fieri ista quæstio 1. ad Corin.15. Vbi est mors victoria tua? &c. Et potest responderi illud Bernardi lib. de meditation. Scito ꝙ mors vbiq; te expectat. tu ergo si sapiens fueris, vbique eam expectabis. Sumus ergo incerti de mortis propinquitate. ¶Quintò dico quod sumus incerti de status post mortem varietate. Quia siue simus reges siue principes, nescimus vbi erim⁹, vbi sunt qui nos præcesserunt. vnde Baruch 3. Vbi sunt principes gentium qui dominantur super bestias quæ sunt in terra, qui in auibus cœli ludunt? &c. vsque. Alij loco eorum surrexerunt. Patet ergo quomodo per vbi intelligitur stat⁹ humanæ conditionis. Et breuiter de finali quæstione dubitatiua dicamus illud Iob 14. Hõ cũ mortuus fuerit, nudatus atque consumptus, vbi quæso est? In quib. verbis ostenduntur quinque quæ summè sunt apud nos dubia & incerta. s.

Labilitas carnalis naturæ. Homo.
Flebilitas finalis iacturæ. Mortuus.
Debilitas moralis structuræ. Consumptus.
Mobilitas mundialis texturæ. Nudatus.
Finalitas localis clausuræ. Vbi quæso est?

Sumus enim incerti de carnalis naturę fragilitate. Homo inquit, qui. s. modo est viuus, modo mortuus, modo sanus modo infirmus. Item de finalis iacturæ velocitate. Mortuus, inquit, quia. s. de morte nescimus, quando, vbi & quomodo veniet. Item de moralis structuræ debilitate. Consumptus inquit, qui nescimus vtrum illud modicum quod homo de gratijs habet & virtutibus, consumetur vel durabit. Item de mundialis texturæ mobilitate. Nudatus inquit. Quia quãuis modo simus diuites, nescimus tamen vtrum per fures, vel ꝑ ignẽ, vel ꝑ raptores, vel per aliud infortuniũ nudabimur cũ ctis

ctis bonis. Itē icerti sum⁹ de localis clausurę finalitate. Vbi q̄ so est inquit? quia. s. postq̄ hō recessit de hac vita nescit vbi ꝓ priè est vel in inferno, vel i paradiso, vel in purgatorio. Pōt igit quæri de quolibet illud Gen. 4. Vbi est Abel frater tuus?

B ¶ Sed adhuc dicamus ꝙ vbi de Chr̄o pōt fieri, & maxime de Christo nato. vñ Mat. 2. Vbi est q̄ natus est rex iudæorū? Itē de Christo in sacr̄o recepto illud Io. 20. Dicito mihi, vbi po suisti eū? Itē de Chr̄o refecto. Matt. 29. Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Ad primā ergo qōnē rñdet ꝙ ipse natus est in loco paupertatis. vñ Luc. 2. Inuenietis puerū pānis inuolutū. Ad scđam qōnē dico ꝙ Christus in sacr̄o recipiendus est in loco puritatis, s. in corde puro. Et dicamus ergo. Ecce locus vbi posuerunt eū. Mar. 16. Ipse tñ dicit de pc̄tori bus. Posuerūt me in lacu inferiori in tenebrosis. &c. ps. 87. Ad tertiā qōnē dico ꝙ iste est refect⁹ cibo pietatis, s. corde pio & deuoto. vñ Mar. 14. Vbi est refectio mea, vt cū discipulis meis manducē? Et ad hoc ipsemet rñdet. Esa. 28. Reficite lassum, & hoc est refrigeriū meū. et noluerūt audire &c.

¶ Nota ꝙ sicut supra dictū est, vbi nō solū significat interrogatiue, sed et̄ localr̄ & inhæsiuē. Circa qđ possumus aduertere qđ vbi in bono signat & in malo. In bono .n. significat

Locum
vbertatis.
charitatis.
dignitatis.
æquitatis.
sanctitatis.
fælicitatis.
societatis.
nobilitatis.

Significat .n. locū vbertatis & opulentiæ. vnde Proue. 14 vbi autē multitudo segetis, ibi fortitudo bouis manifesta est. Itē locum charitatis & amicitiæ. Mat. 18. Vbi duo vel tres congregati fuerint ī noīe meo, ibi sum in medio eorū. Itē locū dignitatis & eminētiæ. Iō dicebat Christus Io. 7. Vbi ego sū, ibi non potestis venire. Item locum æquitatis. vnde Lucę 17. vbi fuerit corpus illic congregabuntur aquilæ. Item locum sanctitatis, quia sicut dr̄ 2. Cor. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Item locum fęlicitatis. vnde Mat. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Item locum societatis. vnde Io. 14. Vbi sum ego, & vos sitis. Item locum nobilitatis: ideo dicit Col. 3. Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est. ¶ Sed adhuc dico ꝙ vbi pōt significare in malo. pōt. n. significare.

Locum finalis
moralis sterilitatis.
realis tenuitatis.
pænalitatis.
carnalis iniquitatis.

Significat .n. & denotat sterilitatē moralē. vnde Prouer. 14. Vbi nō sunt boues, præsepe vacuum est. Item significat tenuitatem realem, i. paupertatē. vnde Luc. 9. Filius aūt hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Itē significat pœnalitatem finalē, s. infernum. vnde Iob. 10. Vbi vmbra mortis & nullus ordo &c. Item locū carnalis iniquitatis. vnde Augustinus super Ioannem. Vbi caro imperat, & spiritus seruit, peruersa domus est. Quid pei⁹ domo vbi fœmina habet imperium super virū? Recta aūt domus, vbi vir imperat, fæmina obtemperat. Rectus ergo ipse hō vbi spiritus imperat, & caro seruit. & sic sufficit de vbi

A Vbique: Vbicunque.

Nota qđ ista a duerbia significāt gñralitatem, & possunt referri ad Deum, & ad prælatū, & ad subditum. Habet. n. Deus generalissimam potestatē. Habet bonus platus generalissimam charitatem. Habet bonus subditus generalissimam obedientiam. Dei. n. potestas est vbique ad proficiendum. vnde. 2. Reg. 7. Brachium tuum extentum vbique. Et illud Phil 4. vbi & in omnibus institutus sum. Item prælatus debet esse vbique

subueniendum.
Ad instruendum.
corrigendum.

Vnde 2. Reg. 7. Et fui tecum in omnibus vbicunque ambulasti. Item subditus debet esse vbiq; ad obediēdum, & ad se voluntarie cunctis bonis obsequijs subijciendum. vnde Sap. 7. Attingit vbique propter suā mūditiam. Item vbique & vbicunq; signare possunt in malo, s.

Curiosos exploratores.
Vitiosos murmuratores.
Gulosos deuoratores.

Dico curiosos exploratores, qui vbiq; volunt videre, oīa scire, inuestigare & inquirere. vnde Lu. 17. vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Item vitiosos murmuratores, quia vbicunque volunt esse ad loquendum, murmurādum, & detrahendum. Vnde Act. 28. De secta ac notum est nobis qđ vbique ei contradicitur. Item significat gulosos deuoratores, qui vbicunque sentiunt aliquod conuiuium, ibi currūt. vnde Iob 39. Vbicunq; senserit cadauer, statim adest. & hoc de vbicunque sufficiat.

Væ

A Nota ꝙ istud nomē væ, nomē est comminatorium, & nomē maledictoriū. Nā per istud potest intelligi quicunq; malus successus, & quodlibet infortuniū & grauamē. Igitur triplex incōmodum pōt homini inesse, s. miseriæ, culpæ, & pænæ. Hic est ꝙ Mauricius bene ꝓsequitur & scribit ꝙ triplex pōt inueniri væ. Qđ. s. bene figuratur Apoc. 8. vbi dr̄ ꝙ Ioannes audiuit vocem magnā aquilæ volantis p medium cælū, dicentis, væ, væ, væ, habitantibus super terrā. Aquila. n. ista est Dei filius, qui pro certo charissimi habitatoribus terræ. i. dilectoribus mundi triplex væ. i. triplicē maledictionem cōminatur, s. væ miseriæ, væ culpæ, væ æternæ pænæ. Notabo igitur quod inuenitur in scriptura.

Vnum
væ quod est miserorum.
væ quod est peccatorum.
væ quod est damnatorum.

Primū væ debet sustineri cum patientia. Secundū debet abhorreri cū diligentia. Tertium debet præcaueri cū sapientia. ¶ Primum væ est terrenæ tribulationis cui subijcimur. Secundum est internæ inquinationis per quam inficimur. Tertium est externæ dānationis per quam affligimur. ¶ Dicam⁹ ergo ꝙ est vnū væ cui miseri subiiciunt, Multis. n. afflictionibus & maledictionib. & multis infortunijs calibus subijcimur in hoc mūdo. Subiicimur. n. dolori, merori, errori, languori, timori & clamori. Subijcimur dico vę multorū dolorum. Vnde Hier. 45. Væ mihi misero, quia addidit dñs dolorem dolori meo. Item incurrimus væ multorum mærorum. Dominus. n. mittit nobis quotidie librum Ezechielis. vbi scripta erant lamentationes & carmen & væ. Eze. 2. q̄a quotidie risus dolori miscetur, & extrema gaudij luctus occupat. Item incurrimus væ multorum errorum. Sæpe. n. fit ꝙ errore seducti nos dicimus bonum esse malum, & ecōtrario malū esse bonū Esa. 5. Væ qui dicitis malū bonum, & bonum malum &c Et merito nos eramus qñ sensualitas & nō rō nos gubernat. vnde Ecclesi. 10. Væ terræ vbi rex est puer Item incurrimus væ multorum languorum. Quotidie. n. lāguoribus affligimur & grauamur. vnde Hiere. 10. Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Item incurrimus væ multorum. Psal. Timor & tremor venerunt super nos, & contexerunt nos tenebræ. Vnde Hier. 4. Væ mihi quia defecit anima mea propter interfectos. Item incurrimus vę multorum laborum seu clamorum, quia, s. nō sumus in loco pacis, sed potius discordiæ & clamoris vnde Hie. 15. Væ mihi mater mea quia genuisti me virum rixæ & discordiæ in vniuersa terra, Sic ergo patet quod est vnum væ cui subijciuntur miseri. ¶ Secundo dico ꝙ est vnum væ quod est pœnæ, p quod homines inficiuntur, & illud est vę culpæ. Quęlibet. n. culpa quam cōtrahimus, est vnum vę & vna maledictio quā incurrimus. Vnde Iob 10. Et si impius fuero, væ mihi est. Et B dico quod per istud væ in scriptura maledicuntur multa genera peccatorum, scilicet

Viri
mendaces.
loquaces.
fallaces.
tenaces, vel rapaces.
procaces.
voraces.
mordaces.
læte viuentes.
malè regentes.
contradicentes.
insipientes.
male pensantes.
durè regnantes.
carnem amantes.
deum linquentes.
dupla loquentes.
superbientes.
de se sperantes.
decipientes.

Est igitur vnum væ viris mendacibus. vnde Esa. 5. Væ qui dicitis bonum malum. Itē est væ viris loquacibus, i. adulatoribus quia tales verbis alios decipiētes, à deo maledicti sunt Eze. 13. Væ q̄ con suunt puluillos, i. puluinaria, sub omni cubito. Item est væ viris fallacibus, scilicet hypocritis. Matthe. 23. Væ vobis scribæ & pharisei hypocritę, qui similes estis sepulchris dealbatis &c. per totum illud capitulum. Item est væ viris tenacib. & auaris Abacuch. 2. Væ qui multiplicat non sua. Esaiæ 5. Væ q̄ cōiungitis domū ad domum. Item est væ viris rapacibus Esa. 23. Væ qui prædaris, nōne & ipse pdaberis? Item væ est viris procacibus & fatuis, insolentibus, obstinatihus, inobedientibus.

diētib. Esa. 29. Væ qui ꝓfundi estis corde. Itē est væ, viris voracib. gulosis, s. & ebriosis. Esa. 5. Ve q potentes estis ad bibēdū vinū, & fortes ad miscēdā ebrietatē. Et prou. 23. Cui væ, cuius patri, væ, cui rixæ, cui foueæ, cui suffossio oculorū, cui sine cā vulnera, nisi his, q morant̄ in vino, & studēt calicib. epotādis? Itē est væ mordacib. viris, s. detractorib. & ꝓuocatorib. Soph. 3. Væ ꝓuocatrix & redēpta ciuitas. Itē est væ lætè viuentib. i. diuitib. mundi Lu. 6. Væ vobis diuitib. q hic habetis consolationē. Et amos 6. Væ qui opulenti estis in syon Itē est vt male regentib. s. malis iudicib. & p̄latis Hie. 24. Vę pastoralib. qui dispergunt & dilacerant gregē pascuæ meæ dicit dn̄s. Et Eze. 34. Væ pastorib. Israel qui pascebāt semet ipsos. Itē est vnū væ cōtradicentibus, i. rebellib. inobedientibus & brigosis Esa. 45. Væ qui cōtradicit factori suo. Et Lu. 17. Væ aūt hoīni illi p quē scandalū venit. Itē est væ insipientibus. Ezechiel. 13. Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Item est væ malè pensantibus seu cogitātib. Mich. 2. Væ qui cogitatis inutile & operamini malū. Itē est væ durè furentib. seu regnantib. s. viris crudelib. Esa. 10. Væ assur virga furoris mei &c. Itē est vę carnē amantib. Naum. 3. Væ ciuitas sanguinū &c. Itē est væ deū spernentib. Eccl. 41. Vę vobis impij q dereliquistis legē Dei. Et Oseæ 7. Ve eis, qm̄ recesserūt à me. Itē est vę dupla loquētib. i. viris duplicib. & fallacib. Eccl. 2. Væ duplici corde & labijs sceleratis. Item est væ superbientibus. Esa. 28. Væ coronæ superbiæ, ebrijs effraim. Item est væ de sē sperantib. Esai. 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Item est vę decipiētibus, s. proditorib. & iniquis vn̄ Mat. 26. Væ hoīni per quē filius hoīnis tradet̄. Abacuc. 2. Væ qui dat potū amico suo miscens fel. Ista sunt viginti væ, i. viginti maledictiones q̄ generibus viginti peccatorum applicantur, & quibus ipsi peccatores spiritualiter corrumpuntur. Sic ergo dico qđ est vnū væ per quod inficimur. ¶ Tertio dico ꝙ est vnum væ per qđ

C affligimur, & illud est væ .i. maledictio pænæ æternæ, quod sequitur væ miseriæ, & ve, s. quo damnati ipsi maledicuntur & excommunicantur, & à Deo perpetuo reprobantur. Et aduerte quod istis est væ propter multa, videlicet

pæna eorum non releuatur. Quod non releue
Quia pæna ipsorum semper augmētatur. tur pæna eorum
pæna illorum nunquam terminatur. vel temperetur. pa

tet Eccl. 4. vbi dicitur. Væ soli, quia si ceciderit, non habet q subleuet eum. Qui etiam semper augmentet̄, patet Hie. 45. vbi dr̄. Væ mihi misero, qm̄ addidit dominus dolorem dolori meo. Et quod etiam nunquam terminetur, patet Sopho. 2. vbi dr̄. Væ væ q habitatis funiculum maris, gens perditorum. Funiculus. n. ligamētum æternitatis designat. Mare aūt amaritudinem designat. Perditio vero quod nunquam amplius debet īueniri denotat. Iō ipsis dr̄ Nu. 21. Væ tibi moab peristi pp̄le camos. Sic ergo patet qūo generaliter loquēdo, triplex væ. i. tria damna vel infortunia in scriptura ponūtur, miseriæ, pænæ, & culpæ. Et sic sufficit quo ad præsens.

A

Valere. Velum. Velamen. Velamentum

Cum velare nihil aliud sit quam tegere vel operire, possumus notare quod multiplex velare vel tegere inuenio in scriptura, scilicet

Velamen
humilitatis.
nobilitatis.
securitatis.
obscuritatis.
duplicitatis.
fallacitatis.
simplicitatis.

Et dico primo ꝙ est velamen humilitatis. Nam p̄ciosæ merces grosso velamine solent tegi & velari, vt mundius secretius & tutius possint custodiri. Etiā natura aliquib. dedit fructibus quædam grossa & rudia velamenta, vt ipsis sint vtilia tutamenta, sicut patet in pineis & malogranatis, quæ in rudibus & duris thecis velantur, & ibi ne faciliter pereant absconduntur. Etiam sunt quædam animalia quæ spinis & thecis rudibus velantur, vt ipso velamine tutius à nociuis defendantur, ita quod si quid nociuum senserunt statim sub eo recludunt̄, sicut patet in hericijs & formicis. Sic vere charissimi natura naturās Deus vult ꝙ p̄ciosæ merces virtutū si sint in hoīe, sub velamento humilitatis seruentur, & ne ibidem per inanem gloriam pereāt, occultentur, quia ꝓ certo grossa & rudia humilitatis velamenta, sunt virtutum tutissima munimenta. Nam si sine isto velamine visibus hominum exponuntur, cito per inanē gloriā à demonib. rapiunt̄, quia s̄m Greg. in homil. Deprædari desiderat qui thesaurum publicè ī via portat. Ac ēt de isto velamine rudi apparet de cælo, quod est coopertum nubib. & multis impressionib. Istud velamētum fuit figuratum in veteri testamento. Nam Exo. 40. p̄ceptū est ꝙ ante arcā testamenti velum poneretur, ne. s. ab intuentib. videretur. Etiam de zara legimus Ge. 20. ꝙ est sibi data pecunia pro faciendo velamine faciei suæ, ne forte pulchritudo ipsius videretur, & ab intuentibus per violentiā raperet̄. Ad denotandū ꝙ pulchritudo virtutū nostrarū p humilitatem debet velari, vt possint melius ab intuitu hominum & à periculo inanis gloriæ cōseruari 1. Cor. 11. Debet mulier. i. anima velum habere super caput suum &c. Et Nu. 4. pręcipitur filijs caath ꝙ arcā testamenti inuoluant velamine hyacinthino. Istud est ergo velamē humilitatis. ¶ Secundo dico qđ est velamen nobilitatis, & sic per velamē potest intelligi virtus honestatis, quæ oīa interiora operit & B
velat & cuncta contegit atq; celat. Figuratum in velo tabernaculi, quod de quatuor coloribus præciosis erat factū, & ꝙ erat ad ornamentum tabernaculi constitutum. Ibi. n. erat byssus, hyacinthus, purpura, & coccus bis tinctus, sicut dr̄ Exod. 36. Quia. s. velū honestæ conuersationis vt exinde possimus moraliter ornari. debet diuersis coloribus. i. multis & varijs compositis virtutibus aggregari. Ibi. n. debet esse coccus qui dicitur igneus color, qui significat iustitiæ rigorem. Purpura quæ est roseus color, qui significat patientiæ vigorem. Hyacinthus qui est color cælestis & aereus, qui significat prudentiæ splendorem. Byssus vero qui est color candidus atq; niueus, qui significat castitatis atq; temperantiæ nitorem. Quia procul dubio charissimi velum honestæ cōuersationis debent quatuor isti colores. i. quatuor cardinales virtutes in nobis cōficere, & nos moraliter adornare, & oēs mores interiores contegere & velare. Ezech. 27. Byssus varia de Aegypto texta est tibi in velum. Vnde Cherubim per quæ viri spirituales intelliguntur, dicunt̄ habuisse quatuor alas Ezec. 1. quarum duabus velabant corpora sua, & duab. tegebant capita sua, quia duæ ales, i. duæ species honestatis, actus scilicet & gestus, debent velare corpora conuersationis exterioris, & sic duæ alæ aliæ, s. honestas cogitationis & affectus, debent velare capita idest mentem hominis interioris. Vt sic de sancta ecclesia possit intelligi illud 1. Macha. 6. vbi dicitur quod in ꝑside erat ciuitas nobilissima dicta elymaida, vbi erat templum, & illic uelamenta aurea & loricæ & scuta. Istud est ergo uelamen nobilitatis. ¶ Tertio dico ꝙ est velamen securitatis, & istud est uelamen protectionis diuinæ. Nam sicut gallina sub velamine alarum suarum ponit pullos vt ipsos à rapacib. auibus tueatur, sic vere Deus sub velamento protectionis suæ pullos suos, i. deuotos cōtegit, ipsosq; a rapacitate demonum & tyrannorum custodit. Ista autem protectio fit quotidie hic à Deo; finaliter autem fiet in paradiso, quando complebitur illud psalmi. quod beatus quilibet pōt dicere. Inhabitabo in tabernaculo tuo, in seculum, protegar in velamento alarū tuarum. ¶ Quarto C
dico est ꝙ velamentū obscuritatis, & istud est velamen. i. secretum & absconditum occultæ Dei prouidentiæ, & ēt difficultas sacræ scripturæ. ibi. n. sunt quædam velamina. i. quædam obscuræ profunditates, quæ nō possunt facil̄r penetrari nec cognosci vel videri. Nam vt dicit Seneca in libro de naturalibus quæstionibus (vbi loquitur de cometis, reddēs rōnē quare nō sit certa scīa de eisdē sicut de alijs stellis, cum ipsas dicat stellas veras) Multa futuris seculis reseruat rerū natura, secreta sua nō simul tradit. Ac si diceret, nō est nobis mirū si natura aliqua velit esse occulta & velata qa forte eorū manifestatio alijs t̄pibus reseruat̄. Istud velamen figurat̄ Exo. 34. vbi dr̄ ꝙ Moyses videns ꝙ populus abhorreret claritatem vultus eius, posuit velamen super faciem suā vt saltem mediāte velatione videret̄. Quia. s. Moyses. i. Deus vidēs ꝙ pp debilitatē visus nr̄i intell̄s; nos nō possumus ipsum videre nude, cū claritas suæ essentiæ cæcet penitus nr̄m sensū, iō velamen ænigmatū & figurarum in rebus & in scripturis posuit, vt per fidē ambulātes & nō p spēm ipsum sub tali velamine videremus. 2. Cor. 3. Cum legit̄ Moyses, uelamen est positum sup cor eorum, cum autem cōuersus fuerit ad deū, auferet̄ velamen, quasi dicat mō sumus sub velamine spei & fidei, i futura autem gloria erim⁹ in claritate fidei & rei. Velum

lum.n.positum erat in tabernaculo,& nulli prçterquã sacerdotibus erat licitũ intrare intra velũ,vel videre q̃ intus erãt vel ét deponere velum,sicut dr̃ Num.4.Ad denotandum ꝙ soli sacerdotes digni sunt velum.i. obscuritatẽ scripturæ & diuinorum iudiciorũ deponere & exponere,& vsq; ad interiora intelłs penetrare & secreta q̃ ibi latent, aspicere & videre.Istud est ergo velamẽ obscuritatis.Veruntñ illud velamen obscuritatis põt bene significare velamen humanitatis Chr̃i,quo.s.Deus voluit velari,& sub cornis obscuritate celari.Exẽplo reliquiarũ,q̃ non nudæ oñdunt̃, sed sub velamine vel sub tecto,vt sit ipse Deus in Moyse figuratus,qui filijs Israel claritatẽ suã ĩtueri nõ valẽtib. sub velamine.i.sub carnis tegimine demõstrauit,ꝙ q.dẽ est oñsũ,q.a.s.mysteriũ velaminis inclinationis Chr̃i nõ oĩb.est licitũ tangere vel tractare,sed solũ sacerdotib.i.sacra dãtib.& perfectis.Leu.21. Oĩs qui habuerit maculã,in velũ non ingrediet̃.Est igit̃ velũ obscuritatis.¶Quinto dico ꝙ est velamẽ duplicitatis.Viri.n.ꝓditores & duplices sp̃ sub quodã velamine dupliciũ verborũ solent loqui ita ꝙ vix vel nunquã põt sciri quid volunt loqui vel tractare.Similes leoni,qui volẽs in bestias subito insilire solet se sub velamẽto foliorũ abscõdere,vt in ipsas possit cũ opportunitatẽ viderit,insilire.Sic isti sub velamẽto fallaciũ dissimulationum se contegunt,vt opportunitate accepta dũ non cauentur,illis noceant quos odiunt j.Cor.11.vir non debet velare caput.q.d.ad hoĩem virilem & perfectum nõ pertinet ꝙ sit duplex varius & velatus.Istud est ergo velamen duplicitatis ¶Sexto dico ꝙ est velamẽ fallacitatis, & istud est velũ hypocritarũ,qui velamine honestæ conuersationis se velant,vt alij quam sint appareant.de quo velamine dicitur 1.ad Cor.11.Oĩs vir ornãs velato capite(supple velamine fallacitatis)deturpat caput suum.¶Septimo dico ꝙ est velamen simplicitatis,quando.s.simplices erroris velamine sunt operti,& de hoc Luc.6.Ignorabant verbum,& erat velatum ante eos.Vt sic cuilibet tali dicatur illud Eze.12.In caligine efferreris,faciem tuam velabis,& non videbis terram.Ista ergo sunt septem velaminum genera de quibus facit diuina pagina mentionem.Vide supra de Abscondere & tegere,& sufficit ad præsens.

Velle. Voluntas.

Quia volũtas est illa aĩæ potentia à qua liberũ arbitriũ A noscit̃ emanare,& quæ in bonum naturaliter tẽdit possum notare quod per voluntatem cõiter intelligitur ipse actus, ita ꝙ vnũ pro alio sæpissimẽ sumit̃ in scriptura.Et etiã velle aliquando sumitur pro cogitare,ordinare,amare & similib. Quocunq; ergo mõ velle accipiatur notãdum quod in scriptura inuenitur voluntas quadruplex,scilicet voluntas.

Ordinata. — Prima est voluntas summi creatoris.
Regulata. — Secunda est volũtas iusti viatoris.
Deuiata. — Tertia est voluntas vani peccatoris.
Obstinata. — Quarta est voluntas diri tentatoris.

Prima est voluntas quæ est imitanda.
Secunda est voluntas quæ est regulanda.
Tertia est voluntas quæ est refrenanda.
Quarta est voluntas quæ est refutanda.

Dico ergo q̃ est voluntas summi creatoris quæ est imitanda.Ipse.n.videtur dicere illud 1. Cor.7.Volo oẽs homines esse sicut meipsum.Et ideo nos debem⁹ intelligere,& sibi respondere illud.Lu.22.Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.& illud. Veruntamen non sicut ego volo,sed sicut tu.Itẽ est voluntas iusti viatoris,quæ est regulanda,quia isti debent suã voluntatem s̃m Dei voluntatem ordinare & regulare.Deus.n.sicut dicitur Philipp.2..operatur in illis velle & perficere.Et ideo de ipsis canitur Lu.2.Gloria in excelsis Deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis.Item est voluntas vani peccatoris,quæ est refrenãda.vult.n. & nõ vult,sicut dr̃ Oseæ 10.Confundetur Israel in voluntate sua Eccl.18.Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.Item est voluntas diri tentatoris,quæ est refutanda,s.voluntas diaboli,quæ est obstinata in malo. Apo.2. Dedit illi dominus tempus pænitentiæ,& ipsa non vult pœnitere à fornicatione sua.His igitur prçmissis,possumus aliquid dicere de voluntate.

Dei,quæ est gloriosa.
Iusti,quæ est virtuosa.
Impij,quæ est vitiosa.

Dicamus ergo primo ꝙ est qdã voluntas quæ est summę potẽtię,& ista est voluntas & dispositio diuina,quia,s. quicquid ipse Deus vult,hoc totum facit,quia sicut dicitur Eccl.8.Omne quod voluerit faciet, & sermo eius potestate plenus est.Deus.n. habet triplicem voluntatem,scilicet

Potestatiuam quæ est metuenda.
Ordinatiuam quæ est facienda.
Benefactiuam quæ est promerenda.

¶Prima est voluntas magnæ ptãtis, q̃ debet B timeri.Ista est similis motui & cursui firmamenti,cuius impetus trahit secum oẽs inferiores orbes,& ipsis ĩuitis ipsos cursum suũ sequi cõpellit.Ista est ẽt sicut impetus fluminis, qui facit voluere molendinum,& cuius cursum non est facile impedire quia pro certo motus & impetus voluntatis diuinæ omnia facit ad votũ propriũ volũ,nec est qui ipsum valeat retardare.Sicut.n.dr̃ in psal.Omnia quæcunq; voluit dñs fecit in cælo & in terra,in mari & in oĩbus abyssis.Et iõ fatui sunt illi qui voluntati Dei obuiare nitunt̃,cũ quicquid agant,ab ipsa trahatur & voluat̃,& eam sequi necessario cõpellantur.Ipsum.n.sequuntur nostri affectus & effectus.De affectibus.n.nostris ꝙ à Deo & eius voluntate moueant̃ & ordinent̃,patet Prou.21.vbi dr̃ ꝙ cor regis in manu Dei est, quocunq; voluerit,inclinabit illud.De effectib.ẽt & operibus nostris & ab ipso & eius voluntate ordinent̃,patet Iob 27.vbi de nubibus dr̃ ꝙ illustrant cuncta per circuitũ, quocunq; eas voluntas gubernantis duxerit.Nubes. n. sunt homines,qui in aere huius inanis vitæ incerti vagantur & currũt.Istos ergo vel occulte vel apertè ad voluntatẽ suã Deus dirigit,& ipsos ordinat & disponit,vt sic q̃libet possit dicere illud Io.6.Descendi de cælo.i.ã deo per creationẽ, nõ vt faciam volũtatem meã,sed eius qui me misit.Spiritus.n.vbi vult spirat,sicut dr̃ Io.3.quia non est volentis neq; currẽtis, sed Dei miserantis.Rom.9.Ista est ergo voluntas magnę potestatis.q̃ debet timeri.Deinde dico ꝙ est voluntas magnæ veritatis,q̃ debet impleri,& ista procul dubio est voluntas ordinatiua.Sicut.n.artifices habent certas regulas & rectas quas suis discipulis ostendunt,quas sequentes ijdẽ discipuli non deficiunt,sed rectè & debite sp̃ agunt, sic Deus quandã certam & infallibilẽ regulã.s.volũtatẽ suã,tradidit adimplendam,quam sequendo non deuiamus, quinimmo recte facimus quod debemus.Tegula.n.torta nunquam rectificatur,nisi certæ regulæ applicetur,& nisi ei conformetur. Sic vere voluntas nostra quæ est sicut tegula quædã valde torta quia sp̃ á recto deuiat,& à vero declinat, nunquã rectificaretur,nisi cum regula volũtatis diuinæ quæ est recta & infallibilis,corrigeret̃,& eidẽ per imitationẽ efficaciter aptaretur.Si aũt tu quęris quę sit ista voluntas Dei,Apos.1.Thessa.4.respõdet,vbi dicit ꝙ hæc est voluntas Dei,sanctificatio vestra.Si ẽt tu quæris quomodo voluntas nostra voluntati Dei confirmabitur,respondet Apostol.Hebre.13.Deus autem pacis aptet vos in omni bono,vt faciatis eius voluntatem.Et nota quod sicut videmus quod stella quæ fixa est in firmamento,ad motum ipsius sine rebellione se mouet; sic vere hõ qui Deo per amorẽ & affectionẽ infigit̃, ipsum voluntarie sequit̃,& voluntati ipsius cõfirmatur,dicens,illud. Act.9.Dñe,quid me vis facere?q.d.In oĩb.paratus,sum obedire.Et nota ꝙ nos debemus facere voluntatem eius, quia

In scriptura nobis iniungitur.
Ex officio nobis committitur.
Præmium inde promittitur.
Mens nostra ad hoc instruitur.

Dico ꝙ istud in scriptura nobis iniũgit̃; quia sicut dr̃ in Psal. In capite libri scriptum est de me,vt facerem voluntatem tuam , Deus meus, volui & legem tuam in medio cordis mei. Dico etiã ꝙ ex officio nobis committit̃.Nos.n.sumus serui & ministri.Dei & ideo voluntatem magistri debemus facere & ex iniũcto nobis officio sibi in omnibus obedire,vt dr̃ in psal. Benedicite domino oẽs virtutes eius ministri eius qui facitis volũtatem eius.Dico insuper quod magnum præmium inde ꝓmittitur,quia sicut dicitur 1.Io.2.Omnis qui facit voluntatem domini manet inæternum.Vnde Heb.10.Facientes voluntatem domini reportetis promissionem. Dico etiam ꝙ mẽs nostra instruitur ad hoc,quia,scilicet sicut magister habens nouum seruitorem solet illum instruere illa quæ sunt beneplacita suæ volũtatis,sic deus per documenta & exempla nos instruit quid est illud quod ipsẽ nos facturos desiderat atq; cupit psalm.Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas . Quod etiam bene petebat Dauid in psalmis . dicens . Doce facere voluntatem tuam, quia Deus meus

meus es tu. Nos.n.ſumus ſicut hæredes, qui debemus facere voluntatẽ teſtatoris, ſicut miniſtri, qui debemus facere volũtatẽ pceptoris, ſicut viæ ignari, qui debemus facere voluntatẽ conductoris. Ideo bene dr̃ Rom.12. Vt probetis q̃ ſit volũtas Dei bona beneplacens & pfecta. Quia breuiter ſicut dictum eſt 1.Theſſal.4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Vbi aduerte quod ſcriptura

Oſtendit quod eſt videndum exemplariter.
Prætendit quod eſt tenendum regulariter.
Intendit quod eſt habendum ſingulariter.

Primũ eſt via moralis bonitatis. Hæc eſt. Secũdum eſt neceſſariũ diuinæ voluntatis. Voluntas Dei. Tertiũ eſt forma ęternæ ſanctitatis. Sanctificatio veſtra. Et ſic patet ꝙ eſt volũtas Dei ordinatiua, q.ſ. eſt implenda, & totis virib. facienda, vt ſic cõmendemur, ſicut ille de quo legitur in pſal. In lege dñi fuit voluntas eius, & in lege eius meditabit̃ die ac nocte. Patet igit̃ ꝙ inuenitur vna Dei volũtas ſummæ veritatis. ¶ Deniq; dico ꝙ inuenit̃ vna Dei voluntas ſummæ bonitatis ſeu largitatis. Deus.n. habet volũtatẽ nõ ſolũ ordinatiuã ad ptãtis fortitudinẽ, & ẽt ad veritatis ſeu ęq̃tatis rectitudinẽ, imo ẽt ad bonitatis ſeu largitatis amplitudinẽ, & iſta eſt propriã Dei volũtas, qua ipſe vult oẽs hoĩes ſaluos fieri, & ad cognitionẽ veritatis venire, ſicut dr̃ 1. ad Tim.2. Tãta.n. eſt ei⁹ bonitas ꝙ ipſe ſp nobis vult proficere, & nõ nocere. Et iõ ſicut pater ſolet filijs hęreditatem diuidere, & vnicuiq; propriã portionẽ ẜm volũtatẽ ſuã aſſignare, ſic p certo Deus nobis bona ſua ſpiritualia & æterna diuidit, & ſecundum liberalẽ ſuam voluntatem de cunctis ordinat & diſponit, ſicut dr̃ 1. Cor.12. Diuiſiones gratiarum ſunt vnus autem ſpiritus diuidens vnicuiq; prout vult. Et ideo circa hoc nota quod voluntas Dei eſt quæ

extollit ad promotionem.
mundat per confeſſionem.
turbat per afflictionem.
Quoſdam ducit per directionem.
dimittit per obſtinationem.
deſtruit per damnationem.

Dico igitur ꝙ Dei voluntas quoſdam extollit ad pmotionem. vnde ſicut dr̃ Eſaię. 46. ipſe vocat ab oriente iuſtum & de terra longinqua virũ voluntatis ſuæ. vñ Mar.3. dicitur quod cum Chriſtus aſcendiſſet in montem, vocauit ad ſe quos voluit. Itẽ dico quod aliquos mũdat per cõfeſſionem vel gratiæ collationem. vñ Matth.8. Dñe ſi vis potes me mũdare. & reſpondit. volo mũdare. Item quoſdã turbat per tpalem afflictionem. Vnde ẽt de Chriſto dr̃ Eſa.53. Dolus non eſt inuentus in ore eius, & dominus voluit cõterere eum in infirmitate. Item aliquos deducit p directionẽ. Vñ pſa. In voluntate deduxiſti me. Itẽ aliquos dimittit p obſtinationẽ. vnde Rom.9. Cui vult miſeret̃ Deus, & quẽ vult indurat. Item aliquos deſtruit per dãnationẽ. Vnde de amaſa peccatore dicitur 2. Paral.25. ꝙ noluit audire verbũ dñi, quia volũtas Dei fuit vt traderetur in manus hoſtiũ. Sic ergo patet ꝙ triplex inuenit̃ volũtas Dei, ſ. Vna pertinet ad Dei bonitatẽ diſpenſatiuã. Alia q̃ ptinet ad Dei veritatem ordinatiuam. Alia vero q̃ pertinet ad Dei poteſtatem operatiuam. Et ſic dictum eſt de voluntate Dei

C q̃ eſt glorioſa. ¶ Secundo principal̃r dico ꝙ eſt voluntas iuſti, quæ eſt virtuoſa. Voluntas.n. de ſui natura eſt potẽtia vana & vaga; diſcurrit.n. per omnia delectabilia mũdi, nec aliquid eſt ꝙ poſſit eam ſatiare. quouſq; in Deũ figat̃, & quouſque motus deſideriorum ſuorum terminetur. Quamdiu.n. auis currit per aerem, ſp eſt in pendulo & in motu, qñ vero ad nidũ ſuum venerit, & qñ alicui rei firmæ adhæreſcit, tunc in certo eſt ſtatu & firmo. Sic voluntas humana quandiu volat per deſiderium per aerem huius mundi, ſemper eſt inquieta & vaga, pendula, dubia & incerta. Rei.n. firmæ & ſtabili. ſ. ipſi Deo, qui eſt proprie nidus cordis humani & habitaculum mentis noſtræ debemus per deſideriũ inniti, vt in ſtabilitate boni ppoſiti poſſimus firmiter ſtabiliri, qa ſicut dicit Auguſtinus, inquietũ eſt cor meum bone Ieſu, donec q̇eſcat in te. Volũtas.n. viri iuſti eſt ferro ſimilis, ꝙ cõtra naturã pprie grauitatis adamantẽ ſequit̃, & in eo ſiſtit & q̇eſcit & terminat̃. Vñ de viris iuſtis põt dici illud 2. Para.15. In tota voluntate, q̃ſierunt dñm, & inuenerunt. Quia ſicut dicit ps. Beatus vir qui timet dominum, in mãdatis eius volet nimis. Vbi diligẽter aduerte ꝙ volũtas viri iuſti debet habere

repreſſiuum.
Vnum directiuum.
allectiuum.
erectiuum

Nam voluntatem noſtram debet reprimere timoris grauitas. quia beatus inquit vir qui timet. Debet allicere diuina bonitas. Dominũ inquit. Debet dirigere mandati veritas. In mandatis inquit. Debet erigere amoris veritas. Volet inquit nimis. Dico ergo quod voluntas noſtra debet habere p q̃d reprimatur, & illud pro certo debet eſſe timor, quia timor diuinæ offenſæ debet eam reprimere à vanitate affectuũ laſciuorũ. Beatus inq̃t vir qui timet. Volũtas.n. eſt ſicut puer ſine ſenſu, q multa inutilia faceret, niſi à matre vel à patre verberari timeret. Nam ſicut oculi falcõis operiunt̃ corio, & pedes ligant̃ laqueo, vt a volatu ſuperfluo refrenet̃, qa alias ad oẽs prædas quas uideret uolare uellet niſi haberet quod ipſum reprimeret uel teneret, ſic uere uolũtas noſtra & cor noſtrũ dẽt corio diuini timoris velari, & laqueo diuini amoris ligari, vt ſic poſſit à vanis volatib. & affectibus refrenari. Beatus inq̃t vir q timet. Quia ſicut dr̃ in ps. Voluntatẽ timẽtium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet & ſaluos faciet eos. Habeat ergo aliquid voluntas per quod reprimatur. Item habeat aliquid per ꝙ attrahatur. Dominum inq̃t. Voluntas.n. natural̃r tendit ad bonum, ſicut intellectus in verum, & iõ quanto res eſt magis bona, tãto magis eſt attractiua volũtatis. Cũ igit̃ Deus ſit ſumme bonũ & ſummus bonus, dico ꝙ ſumme debet eſſe volũtas noſtra allectiuus, & ad ſui amorẽ attractiuus. Dñm inquit. ps. In lege dñi fuit volũtas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Itẽ dico ꝙ debet habere aliquid per ꝙ dirigat̃. In mãdatis eius. Equ⁹.n. nõ bene ambulare docet̃ niſi eius pedes quibuſdã chordulis aſtringant̃. Sic pcul dubio voluntas humana quæ recte eſt ſicut equus indomitus & effrenis, nunquã bene vel recte in via morum ducitur, niſi freno diuinorum mandatorum vndiq; coerceatur. ſp.n. effrenate ad mundi delectabiliã tenderet, niſi ipſam Dei mãdatorum chordula retineret. In mãdatis inquit eius. Vnde de iſto velle per mandata dñi regulãdo dr̃ Mat.19. Si vis ad vitã ingredi ſerua mandata. Et ps. Deduc me in ſemita mãdatorum tuorum, qa ipſam volui. Habeat igitur aliquid per quod dirigat̃. Itẽ dico ꝙ debet habere aliquid per ꝙ erigatur vel per quod accendatur vel moueat̃, & iſtud nihil aliud eſt quã amor. Quia. ſ. amor mouet & accendit voluntatem, ipſamque facit cito & voluntariè quicquid facit q̃d oſtenditur cum dicitur, volet nimis; quãdo.n. hõ vult aliquid valde, ſine difficultate exequitur & facit. Sicut.n. videmus ꝙ ſcintilla accẽſa p ſe ſurſum ſolet aſcẽdere, & celeriter vndiq; diſcurrere, & tranſire, qñ autem eſt extincta, non ſolet penitus ſe mouere, ſic vere volũtas igne feruẽtis amoris accẽſa, celeriter per ſe & facil̃r ſolet diſcurrere obediendo, & ſurſum aſcendere contemplãdo. Sap.16. vnuſquiſq; voluntati deſeruiens, ad quod quiſque volebat cõuertebatur. iſta potiſſime debent eſſe de voluntate boni obedientis. Sed pcul dubio illi qui per pctm̃ ſunt extincti, & igne diuini amoris priuati non ſolent voluntariè per obedientiã ſe mouere, imo neceſſe ipſos coarctare, & per violẽtiã excitare. Et tamen iſti deberent attendere, & aduertere ꝙ placent deo opera voluntaria magis q̃ coacta. Quia etiã thus & myrrha pcioſiora reputantur, quando de arbore voluntariè exeunt, q̃ qñ per inciſuras corticis per violentiam extorquent̃. Et ideo dicebat Dauid in pſal. Voluntariè ſacrificabo tibi, & cõfitebor nomini tuo. Volet inquit nimis. Sed circa hoc nota quod plura ſunt quæ à fidelibus volenda & voluntariè cupienda ſunt. Debent enim velle

Chriſti viſionem.
Pacis vnionem.
Vitæ regionem.

Dico Chriſti viſionem Ioã.12. Domine, volumus Ieſum videre. Dico pacis vnionem. ps. Exultent & lętentur qui volunt pacẽ ſerui eius. Dico inſuper vitæ regionem. pſ. Quis eſt hõ qui vult vitam &c. Sic ergo patet q̃o aliquid dictum eſt de voluntate iuſti quæ eſt virtuoſa. ¶ Tertio principaliter dico ꝙ eſt aliquid dicendum de volũtate impij qui eſt vitioſa. D
Impij.n. habent voluntates diuerſas & peruerſas, ſ. à bono incommutabili auerſas, & ad bonum commutabile conuerſas. In muliere.n. de nouo pręgnante quandoque peruertitur appetitus, ita quod bonos cibos abominatur, in malis vero & inſipidis delectat̃, ſicut patet qa multæ ſunt quæ tunc comedunt terrã & carbones. Sic vere chariſſimi cum diabolus fæce peccati impregnauerit aĩam peccatricem, ſtatim appetitus voluntatis ſuæ puertitur

titur & mutatur. Nā bona & sapida. s. bona spiritualia & ęterna, abhorrere, horrida vero & vilia. s. bona tpalia & carnalia velle incipit & amare. Io. 6. animæ esurienti etiam quæ amara sunt, dulcia esse videntur, & quę prius nolebat tangere aīa mea, modo præ amaritudine cibi mei sunt. Infirmus. n. magis vult quæ sibi sunt contraria quam illa quæ sunt vtilia: Sic peccator nociua vult & appetit, vtilia vero renuit & derelinquit. Notabo ergo quòd isti volunt.

Discordias & diuersitates.
Delicias & carnalitates.
Diuitias & crudelitates.
Blanditias & familiaritates.
Proditiones & fallacias.
Stultitias & præsumptiones.
Adulationes & versutias.

Dico q̃ mali volunt discordias & diuersitates, & iō dicit psal. Dn̄e dissipa gētes quæ bella volūt. Item volunt carnalitates & delicias. Ideo quilibet talis reprehendit̄. Hier. 2. Quid tibi vis in via ægypti, vt bibas aquam turbidā? quia isti sunt qui dicunt illud Ephe. 2. Conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatē carnis. 1. ad Tim. 6. Qui volūt diuites fieri, incidūt in tentationē & in laqueum diaboli. Itē volunt crudelitates & diuitias. Dicūt. n. cum filia hęrodiadis Mar. 6. volo protinus vt des mihi in disco caput Ioannis baptistæ. Itē volunt familiaritates & blanditias. Et tñ dr̄ Iac. 4. Qui voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei cōstituetur. Item volunt proditiones & fallacias. Dicūt. n. illud Mat. 26. Quid vultis mihi dare & ego vobis eum tradam? Itē volunt præsumptiones & stultitias. Et sic dr̄ prou. 29. q̃ puer q̃ voluntati suæ dimittitur, confundit matrē suā. Item volunt adulationes & verborum versutias. Dicunt. n. illud. Gen. 27. Fac mihi pulmentum sicut velle me nosti. Ista ergo de volū tate sufficiant. Vide de affectione, cogitatione, concupiscentia & cætera.

A Velox. Velocitas. Velociter.

Cum velocitas in bono & in malo significet possum notare q̃ in scriptura velocitas inuenitur. s.

Metuenda.
Requirenda,
Fugienda.
Attendenda.
Exequenda.
Dimittenda.
Intuenda.

¶ Prima est velocitas seueritas diuinæ quæ cito & celeriter punit malos. Hiere. 48. Prope est interitus Moab, & malū eius velociter occurret. & vbi non sperant, occurrit malis, sicut de Balaam dr̄ Num. 23. Velociter occurrit ei Deus. ¶ Secunda est velocitas benignæ deitatis. Deus. n. velociter qñ necesse est, iuuat suos. Quod bene sciebat sanctus Dauid dicens in psal. Qm̄ tribulor, velociter exaudi me. ¶ Tertia est prosperitas velox, vel velocitas mundanę prosperitatis, q. a. s. ista est sicut torrens qui velociter transit & currit. Vnde de mundanis pōt dici illud psa. Velociter tanquam fęnum arescent &c. ¶ Quarta est velocitas humanæ mortalitatis. Vita. n. mortalis valde velociter transit & currit. Iob 9. Dies mei velociores fuerunt cursore. & iterum. Dies mei velocius trāsierunt, quasi à texente tela succiditur. ¶ Quinta est velocitas moralis agilitatis, quia nos debemus esse veloces & agiles Deo & prælatis celeriter ad bona opera facienda iuxta illud Eccl. 31. In oībus operib. tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi, quia sicut dr̄ Prou. 29. Vidisti hoīem velocem in opere suo corā regib. stabit. ¶ Sexta est velocitas letalis fatuitatis, quia. s. fatui & iniqui veloces sunt & præcipites ad malū faciendum, sicut dr̄ in psa. Veloces pedes eorū ad effundendum sanguinem. Iuxta illud Esa. 8. Accelerat velociter, spolia detrahe, festina prædari. Similiter. n. sunt tigridi & pardo, quæ sunt animalia iniqua, velocia & crudelia. tñ Prouer. 6. dr̄ q̃ Deus odit pedes veloces ad currendum in malū. Itē ad irascendum, contra illud Eccl. 7. Ne sis velox ad irascēdum, quia ira in corde stulti requiescit. Itē ad vanē loquēdū. vnde Prou. 29. Vidisti hoīem velocē ad loquendum stultitia sperandā est de ipso &c. Similes. n. sunt serpēti, qui tactus velociter irascitur, & si torquetur, linguā habet valde celerē & velocem, sic isti. vnde Esa. 32. Lingua balborum velociter loquetur. Contra illud Iacob. 1. Sit oīs homo velox ad audiendum &c. Ista est velocitas letalis fatuitatis. ¶ Septima est velocitas mortalis celeritatis, quia mors valde velociter nos sequitur & consequitur. Nullus. n. est ita velox qui possit effugere morsum suum. Esa. 30. Et dixistis, super veloces ascēdemus. ideo velociores erunt qui persequent̄ vos. vnde Amos. 2. Peribit fuga à veloce, & fortis nō obtinebit virtutē suam. & sequitur. Robustus nō saluabit animam suam, & velox pedibus non saluabitur. Et sic sufficit, vide supra de Cito, statim, subito, celeriter &c.

Venatio. A

Nota q̃ venatio est qñ quis aliquod animal pro capiendo insequitur. Significat ergo venatio diligentiam & inquisitionem, morsum & apprehensionem. Notemus ergo moraliter quòd multa sunt genera venatorum. Nam subditos venatur prælatus vt per eum puniantur.

Peccatores venatur prædicator vt per eum conuertantur.
Animas venatur diabolus vt per eum capiantur.
Pauperes venatur tyrannus vt per eum deprædentur.

Dico ergo q̃ est qdam venatio diligentis visitationis, & ista est illa qua prælatus venatur & inquirit, pteruos vt ipsis inuentis puniat sicut decet. Nobiles ēt venantur lupos & leones non ad comedendum, sed ad occidendum. Sic vere platus debet venari, inquirere & persequi hæreticos, tyrānos & obstinatos, ad ipsos puniendū & expellendū de grege ecclesiæ. vnde Hier. 16. Mittam eis venatores multos, & venabuntur eos. Item dico q̃ est quædam venatio curiosæ pdicationis. Prædicator. n. est sicut canis nobilis, qui peccatores venatur & capit, & ipsos sibi per dilectionē incorporat, vt ad deū conuertat. Non cessat. n. latrare in pdicando, vndiq; currere, vt pdā dño suo. s. Deo valeat inuenire. Gen. 27. Cumq; venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentū sicut velle me nosti. Itē est venatio diabolicæ machinationis. Diabolus. n. tentando, & retia mundi delectabiliū tendendo, nō cessat aīas uenari, vt ipsas in inferno valeat depredari. Vnde pōt dici de ipso illud Gen. 25. Fuit Esau homo gnarus venādi. Ipse. n. qñque tendit laqueum & rete suum. s. malas mulieres, vt hoīes irretiat & inuoluat. vnde Eccl. 7. Inueni mulierem morte amariorē, quæ laqueus venatorum est. Item est venatio tyrannicæ deprædationis. Tyranni. n. sunt sicut leones, qui aīalia grossa venantur. balliui & alij inferiores sunt sicut aranea, quę muscas & papiliones venatur. Vnde breuiter de istis dr̄ Eccl. 13. Venatio leonis onager in eremo. sic pascua diuitum sunt ipsi pauperes. Isti. n. sunt sicut nembroth. qui erat robustus uenator coram domino, sicut dicitur Gen. 10. Vide supra De prædari &c.

Vendere. Vendens. A

Nota q̃ vendere nihil aliud est quam proprietatem alicuius rei cum alterius pecunia commutare. In venditione. n. id quod nostrum est, amittimus, & quod alienū, acquirimus. Notabo igitur q̃ moraliter loquendo, venditio sumitur multis modis. Est. n. venditio

Temporalis & necessaria.
Spiritualis & meritoria.
Criminalis & deceptoria.
Noxialis & damnatoria.

Prima est venditio hominum mercatorum, quia. s. mercatores pro necessitate reipublicæ solent vendere & emere res venales, & de vna patria ad aliā transportare, & ipsas etiā ad necessitatis opera reseruare. Natura. n. ī hyeme humores de ramis & remotis partib. arborū retrahit, & ipsos pro custodia vitæ arboris & radicis ad interiora colligit & custodit, quos tandē in uere ad ramos nutriendos iterū influit & remittit. qđ si forte non faceret, adueniente forti frigore tota arboris substantia deperiret. Sic vere boni mercatores mærces victualiū recolligūt & ipsas, p necessitate reipublicæ custodiūt & reponūt, easq; loco & tempore distribuunt & refundunt. Exemplo Ioseph, qui postquā frumenta per septē annos recollegisset, tandem (sicut dr̄ Gen. 41.) aperuit horrea & vendidit frumēta ægyptijs. Quod tamen est contra multos malos mercatores, qui non recolligunt ad vtilitatē publicam, sed priuatā, quod patet quia, vltra debitū præcium tempore necessitatis solent vendere. & quod peius est malas merces pro bonis solent pauperibus tradere, & quod deterius est, ad mensuram magnam solent recipere solutionem, & ad paruam tradere vel præstare. Contra quos dr̄ Amos 8. Audite hoc inquit qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes. qñ transibit messis & sabbatum, & venūdabimus merces & operiemus frumentum, vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas, vt possideamus

mus in argento egenos & pauperes pro calciamẽtis,& quis quilias frumenti vendamus? Ista est venditio hoĩum mercatorum. ¶ Scdo dico ꝙ est venditio hoĩum perfectorum. Viri .n. iusti seipsos Christo solent vendere,& ius suæ propriæ voluntatis Christo & plątis tradere, & ad religionis seruitutẽ pro reportando ꝓcio gloriæ se quãdiu vixerint obligare. Dicunt.n. illud Gen.47. Eme nos in seruitutẽ,& læti seruiemus regi. Vnde de ista venditione dr̃ Deut.15. Cum venditus fuerit frater tuus hebræus sex annis seruiet tibi,& septimo egredietur liber. Et possunt esse verba directa ad Christũ, cuius fratres sumus, cui.s. bonus Christianus venditur & obligatur, vt dictum est, veruntamen sex annis.i. sex mundi ætatib. debet seruire, in septimo vero.i. post mortẽ debet cum eo in paradiso esse liber. Esa.52. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Ista est ergo venditio hoĩum perfectorũ. ¶ Tertio dico ꝙ est venditio hoĩum proditorum, qui.s. alios vendunt dñis suis,& maiorib. ipsos falsè accusando, & ipsos in manib. eorũ obligando, vnde in psal. Vendiderunt populũ meũ sine pręcio &c. Isti.n. vendunt alios sine ꝓcio, quia tales detractores ab his quibus detrahunt, præcium & lucrũ non reportãt, quia secrete & in occulto dicunt pestifera verba sua. Ista est ergo venditio hoĩm proditorum, qui.s. figurãtur in Iuda, qui Deum vendidit. Iohel.3. Filios Iudã & hierusalem vendidistis filijs græcorum. ¶ Quarto dico ꝙ est venditio hominum iniquorum. Et sic inuenitur.

Venditio
- Simoniæ.
- Luxuriæ.
- Blanditiæ.
- Scientiæ.
- Nequitiæ.

¶ Mali.n. ecclesiastici vẽdũt spũalia per simoniã. & sic dr̃ Io.2. ꝙ Christus eicit de templo vẽdentes & ementes, & ẽt cathedras vendentiũ columbas euertit. Lenones vendunt carnalia ad luxuriã, quia.s. mala mulier seipsam vendit, & vetula iuuenculã tradit. Iohel.3. posuerunt puerum in prostibulo,& puellã vendiderunt pro vino vt biberent. Itẽ adulatores vendunt pulchra verba per falaciã. Et sic dr̃ Matt.25. Ite potius ad vendentes & emite vobis. Vbi dicit Greg. ꝙ oleũ vendere, nihil aliud est quã verba dicere adulatoria. Itẽ aduocati vendunt sensum suum per auaritiam. Cõtra quos dr̃ Prou.23. Veritatẽ eme,& noli vendere sapientiam, doctrinã & intelligentiam. Item peccatores vendunt aĩas suas per nequitiam, quia qñ homo peccat mortaliter, tunc aliquid delectabile pro pręcio accipit à diabolo, & animam suam vendit. vnde Roma.7. Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. & Esai.50. dicitur peccatoribus. In iniquitatib. vestris venditi estis. Isti.n. vendũt semetipsos in seruitutem diaboli, qui ipsos tandem sicut suos seruos flagellat, Lacerat & occidit. Vnde de demonibus potest dici illud Zacha.11. pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant & vendebant. & sufficit.

A **Venenum** Cũ per diuersa genera venenorũ possint accipi variæ species vitiorum, quia tamen auctoritates deficiunt & etiam in pluribus exemplis dicta sunt plurima de venenis, ideo omitto. Faciam.n. tabulam, Deo dante, per quam istam quæ per librum sparsa sunt, ad certum ordinem reducentur.

Venerabilis. Venerari Vide vbi Honor.

Venia. Vide supra de misericordia, de Indulgere de. Parcere.

A **Venire.** Nota ꝙ venire nihil aliud est q̃ ad aliquem terminũ applicare,& de vno termino ad aliũ accedere & transire. Accipitur etiam qñque venire pro accidere, vel euenire. Et breuiter notare possum ꝙ in scriptura venire multiplex inuenitur. Est.n. venire.

- Perfectorum.
- Peccatorum.
- Meritorum.
- Vitiorum.
- Tormentorum.
- Præmiorum.
- Diuinorum.
- Malignorum.

¶ Veniũt perfecti vt Deo pareant. Esa.60. Filij tui de lõge venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Veniunt peccatores vt bonis noceant. Hier.6 veniet repente vastator sup vos. Veniunt merita vt bonos foueãt. Sap.7. Inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ. Sequitur. Venerunt mihi oĩa bona pariter cum illa. Veniunt vicia vt bona transeant. Eze.1. Ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. Veniũt tormẽta vt alios arceant. psal. Veniat mors super illos, & descendant in infernũ viuentes. Veniunt ꝓmia vt boni gaudeãt. Iob 14. Cũctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Veniunt diuina vt boni valeant, vnde Io.14. dicit Christus de viro iusto. Ad eũ veniemus,& mãsionẽ apud eũ faciemus. Veniunt ẽt maligna.s. ipsi demones vt mala compleant. Mat.13. Dum dormirent hoĩes, venit malus hõ,& superseminauit zizania. Et de oĩbus istis generib. veniẽdi multa possent dici, sed solũ ad præsens intendo dicere de venire iusti viatoris, de venire vani peccatoris,& venire pij saluatoris. ¶ Igit̃ primo dicamus ꝙ est unũ uenire iusti uiatoris. Et istud est illud uenire quo iusti ueniũt ad Deũ.s. per grãm moraliter in ꝓsenti,& in futuro ꝑ gloriã personaliter. Videmus .n. naturaliter ꝙ oĩa ueniunt & accedunt ad illud ubi inueniunt fundamentum, ubi inueniunt nutrimentum. De fundamento patet, qa lapis sursum iactus, naturaliter uenit ad terram, ubi stabilitur. De nutrimento ẽt patet ꝙ bos & porcus uenit seduliter ad stabulũ ubi educatur. Sic ẽt Charissimi, iustus uenit & accedit ad Deum, quia Deus est fundamentum defensatiuũ, Deus est nutrimentũ delectatiuum, quia iste est qui sustinet debiles fatigatos. Heb.1. Portans oĩa uerbo uirtutis suæ. Iste est qui adiuuat miseros impugnatos. psa. Deus adiutor noster inæternũ. Iste est qui reficit pauperes desolatos, dicens. Io.6. Ego sum panis uiuus, qui de cęlo descendi, Et ideo pro certo charissimi cum nos indigeamus

Fundamento tanquam fatigati,
Isto Iuuamento tanquam impugnanti,
Nutrimento tanquam depauperati,

Dico ꝙ ad istũ debem⁹ uenire nos eis cõformãdo,& ad eum charitatiuè appropinquando, moraliter accedere & transire. Ad quod ẽt ipse monet Mat.11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,& ego reficiã uos. Vbi aduerte ꝙ ad ueniendum ad Deum mẽtaliter & moraliter, quattuor nos breuiter inducunt.

Primum est quo benigniter inducimur.
Secundum est quo fideliter recipimur.
Tertium est quo seueriter incutimur.
Quartum est quo suauiter attrahimur.
Primum probat clamor attractiuus, Venite,
Secundum amor locatiuus, cum dicitur. Ad me.
Tertium terror impulsiuus. Qui laboratis & onerati estis.
Quartum dulcor allectiuus. Et ego reficiam uos.

Dico ergo quod uenire debemus ad Deum propter clamorẽ uocatiuũ per quem inducimur benigniter. Venite inquit Omnia.n. domesticata solent uenire,& ad uocationẽ sui magistri ueniunt & occurrunt. Cum igitur dominus noster & magister uocaliter nos uocet, ad eum uenire debemus. Patet etiã in pauonib. caponibus & gallinis, qui ad pabula uocati statim ueniunt & occurrunt. Et ideo quia uocat nos Christus in scriptura, dicẽs Venite, ideo nos debemus procul dubio ad ipsum uenire,& nos sibi per uerum amorem coniungere & copulare. Venite inquit. Et aduertendum est ꝙ Christus in scriptura per istud uerbum. Venite uocat nos ad oĩa quæ sunt necessaria ad salutem. Dicit.n. uenite

Ad
- Præsumptionem dimittendum.
- Dei operationem admirandum.
- Eucharistiæ refectionem manducandum.
- Dei contemplationem spectandum.
- Diligentem inquisitionem faciendum.
- Gratiæ inspirationem hauriendum.
- Verbi prædicationem frequentandum
- Laudis modulationem decantandum.
- Christi desponsationem copulandum.
- Cœli creationem nanciscendum.

¶ Ista.n. sunt decẽ officia ad quæ per istud uerbum uenite cõuocamur,& ad quæ ueniendo ad ipsum Deum illi coniungimur,& cum eo copulamur. Dicit.n. uenite ad dimittendum omnem præsumptionem. Et sic dr̃ Iob.17. Conuertimini & uenite,& non inueniam in uobis ullum sapientem. Item uenite ad admirandum Dei operationem. psal. Venite & uidete opera domini terribilia in conspectu eius super filios hominum. Item uenite ad gustandum eucharistiæ refectionẽ. Prou.9. Venite comedite panem meum,& bibite uinum qd miscui uobis. Item uenite ad cõtemplandum cęli conditionem. Esa.2. Venite ascendamus in montem domini & ad domum Dei Iacob. Itẽ uenite ad faciendum bonã inquisitionem.

nem Esa.21. Si quæritis quærite, conuertimini & venite. Itē venite ad gratiæ infusionem vel inspirationem hauriēdum. Esa.55. Oēs sitientes venite ad aquas. Itē venite ad frequētādum pdicationē. vnde Mat.4. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominū. Itē venite ad decantandū laudis modulationē. psal. venite exultemus dño, iubilemus Deo salutari nostro. Itē venite ad copulandum Christi desponsationem. Matt.22. Omnia parata sunt, venite ad nuptias. Item venite ad obtinendū vitæ participationē. Mat.25. Venite benedicti patris mei, percipite paratū vobis regnum. Sic ergo patet ꝙ Deus dicēdo venite, ad multa bona nos inducit, & ad veniēdum ad se multipliciter excitat & exclamat. Venite inquit. Vt & nosipsi dicamus illud psal. Venite & videte oēs qui timetis Deum, quanta fecit aīæ meæ. Patet ergo ꝙ veniendū est ad Deum pp clamorem vocatiuū per quem inducimur.

C ¶ Deinde dico ꝙ ad ipsum veniendum est pp amorem locatiuum per quem recipimur fideliter, & hoc ostenditur cum dr̄ Ad me. Iste.n. est sicut amorosus hospes, qui inuitat & recipit trāseuntes, & qui vnicuique ſm ꝙ vult expendere, parat mensam & cameram meliorem. Quia.s. iste est semper paratus hospitari & recipere omnes venientes ad eum, & oēs ad se cōuertentes, nullum.n. scit refutare, quinimo ſm ꝙ quilibet vult de bonis vel de laborib. pro eo expendere, solet sibi de gradu & statu meliori spūaliter, ꝓuidere. Ad me inquit. Io.6. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum q̄ venit ad me, nō eijciam foras. Ista.n. præpositio ad significat terminum ad quem, qui.s. recipit & terminat ad dependentiam à quo. Et ideo benedicit Ad me, vbi dat nobis intelligere quòd se offert ad dependentiam affectuum nostrorum, sicut finalis terminus. Ad me inquit. Ioan.7. Qui sitit, veniat & accipiat aquam vitæ gratis. Et nota quòd ad istum est veniendum.

Sicut ad
- Doctorem vt informemur.
- Pastorem vt recreemur.
- Medicum vt consolemur.
- Dominum vt præmiemur.
- Fontem vt satiemur.
- Hospitem vt receptemur.

¶ Dico ergo ꝙ ad ipsum venire debemus sicut ad doctorē vt informemur. Exemplo reginæ Saba, quę venit ad regem Salomonem audire sapientiam eius, sicut dr̄ 3. Reg.10. vnde Esa.2. venite ascendamus ad mōtem domini, & docebit nos vias suas. Itē ad pastorem vt recreemur. Pascit.n. & recreat cor deuotum. Vnde ipse dicit Io.6. Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet, & qui crēdit in me, non sitiet. Item ad medicum vt consulemur vel vt sanemur. psal. Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Item ad dñm vt præmiemur. Oseæ.6. Venite & reuertamur ad dñm, quia ipse cepit & sanabit nos &c. Itē ad fontem vt satiemur. Gen.24. Veni ad fontem aquæ. Et illud Ioā.7. qui sitit, veniat ad me & bibat. Item ad hospitem vt receptemur, & vt apud eum commoremur, dicentes illud Io.14. Ad eum veniemus, & mansionē apud eum faciemus. Istis.n. rationibus est ad Deum veniendum, & ad ipsum per desiderium est fugiendum. Iste est.n. sicut liberalis dñs qui oēs venientes solet de familia sua recipere, & sicut pius testator q̄ solet etiam extraneos qñque in filios adoptare. Ad me ergo supple venite. Quod est contra multos qui ad Deum nō veniant, s. ad mundum, similes auiculę, quæ veniens ad sibilum aucupis laqueo capitur & occiditur. Quia.s. illi qui veniunt & accedunt ad sibilum diaboli, carnis & mundi (qui.s. nō cessant sibilare & dicere illū versum. Ad mea decepti iuuenes præcepta venite) laqueis malarum complacentiarum capiūtur, & per pctā mortalia perimuntur. Quod figuratum est in iahele, quę sizare fesso & calefacto dixit. Intra ad me dñe mi, ne timeas quæ offerens sibi lac, fecit dormire, & dum dormiret, clauo tabernaculi ipsum occidit. Vide istam figuram supra. Non sic ergo charissimi, sed ad Deum veniamus. Venite inquit ad me. psal. Sitiuit aīa mea ad Deum fontem viuum &c. Veniendum est ergo ad Deum sicut patet pp amorem locatiuum per quem recipimur. ¶ Deniq; dico ꝙ veniēdum est ad Deum propter terrorem incussiuum, per quem impellimur, & hoc ostenditur cum dicitur. Omnes qui laboratis, & onerati estis. Quia.s. labor & onus mūdanarum tribulationum nos compellit ad Deū venire, & nos ad ipsum conuertere & redire, quia ſm Greg. Mala quę nos hic pmūt, ad Deum citius nos venire compellunt. De ceruo.n. legimꝰ ꝙ impulsus à canibus solet venire ad hominem, sciens eum esse animal benignum. Ventus etiam naui cōtrarius qñq; ipsam impellit ad meliorem portum quam alias esset ventura. Quia breuiter & mundi canes & tyranni & morsus eorū & latratus, nec non & ventus contrarius mundanarum aduersitatū nos compellunt de amore mundi resilire, & ad ipsum hoīem Christum per deuotionē redire, & ad portum salutis accedere & uenire. Qui laboratis inquit, & onerati estis. ps. humilitatū est in labore cor eorū, & appropinquauerunt. Veniendū est ergo ad Deum pp terrorem concussiuum per quem impellimur. ¶ Insuper ueniendum est ad Deū per dulcorem allectiuum per quē attrahimur, quia ego reficiā uos inquit. Deus.n. non solum infert mundi uerbera vt retrahamur, imo etiam exponit ubera ut attrahamur. Promittit.n. ad se uenientib. æternam refectionem, & æterni solatij regionem. Et ideo sicut puer libenter uenit ad matrem, ut lacte reficiatur, sic uere libenter debemus uenire ad Deum, ut lacte suæ dulcedinis in gloria satiemur. Reficiam inquit uos. psal. Super aquā refectionis educauit me. Quod bene figuratur Luc.14. in illo rege qui misit seruum suum hora cęnæ dicere inuitatis ut uenirēt, quia parata sunt omnia. Quia rex noster Christus prandium suum paradisum parauit. ubi per seruos suos Apostolos, Prophetas, & alios prædicatores, ad ueniēdum illuc totum genus humanū inuitauit. Paratus est.n. oēs reficere, & sic nulli ostium denegare, dicens. Matt.22. Oia parata sunt, uenite ad nuptias. Veruntamen aduertēdum est ꝙ tria genera hoīum se uenire ad illas nuptias excusarūt, unus .s. qui dicebat se emisse uillā, alius qui dicebat se emisse quattuor iuga boum, alius qui dicebat se duxisse uxorem, sicut totum patet ibidem Luc.14. Nam charissimi emptor uillæ significat mundanos opulentiæ possessores. Ductor uxoris significat carnalis immunditiæ dilectores. Emptor pariū boū significat sensuū incontinentiæ sectatores. Quia ꝓcul dubio ista tria gña hoīum, q.s. in his tribus mercimonijs occupanť, ad festū paradisi non ueniunt nec accedūt, sed inde per pctā potius fugiunt & recedunt, dicentes Christo illud Hie.2. Recessimus, non ueniemus ultra ad te. Sed nō sic boni, quia isti ueniunt ad Deum per gratiam in præsenti, & in futuro per gloriam. Isti.n. finaliter ueniunt ad paradisum, E

- Vt milites ut coronentur.
- Vt diuites ut spatientur.
- Vt uirgines ut desponsentur.
- Vt principes ut honorentur.

Veniunt dico iusti uel iustorū aīæ ad paradisum ut ibi coronentur. Cāt.4. Veni de libano soror mea sponsa, ueni de libano, & coronaberis. Veniunt ibidem ad Deū spatiari. Can.5. Veni in hortū meum soror mea. Veniūt ibidē à Deo pmiari uel honorari. Matt.25. Venite benedicti patris mei &c. Sed procul dubio charissimi, est impossibile uenire ad terminum nisi per uiā. Via aūt ueniendi ad cęlum est uia uirtutum, pœnitentiarū & laborum, quia sicut dicit Greg. Ad magna præmia peruenire non potest nisi per magnos labores. Et ideo si ad paradisum uenire uolumus, per uiā uirtutum incedere debemus. Notabo igitur ꝙ ad istum terminum allectiuū peruenitur.

Per
- Parcitatem abstinentiæ,
- Puritatem innocentiæ.
- Pietatem amicitiæ.
- Arctitudinem indigentiæ.
- Mæstitudinem conscientiæ.
- Promptitudinem obedientiæ.

¶ Dico igitur ꝙ ad ueniendum ad paradisū oportet trāsire per istam scalā in qua sex isti gradus requiruntur, s. abstinentiæ parcitas, & sic dr̄ Matth.11. Venit Ioannes non manducans neque bibens. Item requiritur innocentiæ puritas, & sic dr̄ Mat.19 Sinite paruulos ad me uenire &c. Itē requiritur amicitiæ pietas, & sic uidetur dñs dicere Mat.25. In carcere eram, & uenistis ad me. Item requiritur indigentiæ arctitudo. s. paupertas spūalis, & sic dr̄ diuiti Mat.19. Vade & uende oīa quæ habes, & da pauperib. & ueni sequere me. Itē requiritur conscientiæ mæstitudo. s. compunctio lachrymarum, & sic dr̄ Hiere.31. In fletu uenient ad me, per torrentes aquarum deducam eos in uiam rectam. Item requiritur obedientiæ rectitudo uel promptitudo. & sic loquitur Matt.16. ubi dr̄. Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Istam auctoritatem diuisam & prosecutam habes alibi pone eam hic si uis. Sic ergo patet charissimi quomodo sunt multæ uiæ ueniendi ad Deū & ad gloriam paradisi. Nam si omnes istas uias tenuerimus

ibi

ibi pro certo veniemus, ita ꝙ implebitur illud psal. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, veniẽtes autem venient cum exultatione portãtes manipulos suos &c. Sic igitur patet ꝙ veniendum est ad Deum spiritualiter & moraliter,

Propter
- Dulcorem allectiuum.
- Terrorem impulsiuum.
- Amorem receptiuum.
- Clamorem vocatiuum.

Bene ergo dictũ est. Venite ad me oẽs qui laboratis &c, Sic ergo patet primo Principaliter ꝙ est vnum venire iusti

B viatoris. ¶ Adhuc dico ꝙ est vnum venire vani peccatoris. Peccator venire dr̃ ad malum, & non ad bonum. sicut.n. venit aqua absq; hoc ꝙ vocetur, sic vere vbi mali nocere sciũt, veniunt non vocati. Veniunt etiam demones quotidie, & ad nocendum accelerant & occurrunt. Vnde de ipsis vr̃ dici homini illud 2. Paral. 20. Nunciauerunt Iosaphat, dicentes, venit contra te multitudo magna. Ipsi etiam hortantur se ad contra nos veniendum, dicentes illud Mat. 21. Hic est hęres, venite occidamus eum. vnde Esai. 55. Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum. ¶ Sed tertio principaliter dico quòd est vnum venire pij saluatoris. Christus.n. venit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. 1. ad Timot. 1. Iste enim

Venit ad
- Virginem vt incarnaretur.
- Seculum vt visitaretur.
- Hierusalem vt repararetur.
- Patibulum vt immolaretur.
- Infernum vt vacuaretur.
- Sepulchrum vt suscitaretur.
- Cœlum vt coronaretur.
- Iudicium vt formidaretur.
- Cor humanum vt fęcundaretur.

¶ Dicamus ergo ꝙ iste venit ad carnẽ assumendum. Ioan. 20. Venit Iesus ianuis clausis. Itẽ venit ad mũdum visitandum. Matt. 26. Venit Iesus in partes cęsareæ philippi. Item venit ad vrbem Hierusalem reparandum. Ideo sibi Hierusalem ingredienti fuit dictum, Luc. 19. Benedictus qui venit in nomine domini. Item venit ad crucem tolerandum Io. 9. Ego in iudicium veni in mundum. & Marc. 14. Venit hora, & filius hoĩs tradetur &c. Item venit ad infernum spoliandum. Vnde de ipso ad inferos uẽturo dr̃ Matt. 11. Tu es qui venturus es an alium expectamus? Quia ſm Bernardum, venit medicus ad ægrotos, venit redemptor ad perditos &c. Item venit ad corpus resumendum. Vnde ipse dixerat. Io. 14. Vado & venio ad vos. Iterum Io. 14. veniam iterũ ad vos, & accipiam vos, ad meipsum. Item venit ad cœlum ascendendum, vnde Aggei. 2. venit desideratus cunctis gentibus. Vnde sibi poterat dicere Deus pater illud. 2. Reg. 19. Veni mecum ut requiescas securus in Hierusalem. Item veniet ad iudicium iudicandum. Esa. 3. Ecce dominus ad iudicium veniet. Item quotidiè venit ad mentem illustrandum. 1. ad Cor. 4. Veniet dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum &c. His igitur præmissis, possumus breuiter dicere de aduentu Christi, non solum de aduentu in mẽtem qui est spiritualis, sed etiam de aduentu carnis qui est personalis, & etiam ad iudicium qui est imperialis. Sed de omnibus istis supra littera & titulo de aduẽtu vide, vbi ad plenum inuenies quattuor auctoritates diuisas & prosecutas de venire. s. veniat dilectus meus in hortum suum. Cant. 5. Item Hucusque venies. Iob. 38. Ego lux veni in mundum. Io. 12. Itẽ Ecce vẽtus turbinis ueniebat ab aquilone, nubesque magna, & ignis inuoluens. Ezec. 1. De uenire inquantum idem est quod accidere, contingere uel uenire, uide suprà de aduenire. Et pone hic auctoritates notabiles si vis, quia paucæ sunt. Et sufficit quantum ad præsens.

A Venter

Cum uenter sit illa corporis concauitas qua cibi recipiuntur. & in qua iecur & alia intestina cum multis alijs mẽbris continentur, & in qua appetitus carnis gñaliter originatur, possumus dicere ꝙ generaliter ꝑ uentrem possumus intelligere quodcunque abditum uel secretum quod interior conscientia & affectio mentis nostrę uersat. Notandum igitur ꝙ in scriptura inuenitur uenter.

- Corporeus. — Primus signat nostram natiuitatem.
- Eburneus. — Secundus matris uirginitatem.
- Pectoreus. — Tertius cordis profunditatem.
- Stercoreus. — Quartus carnis fragilitatem.
- Extraneus. — Quintus mundi cupiditatem.
- Aethereus. — Sextus ueram humilitatem.
- Tartareus. — Septimus inferni uoracitatem.

¶ Dico ergo primo ꝙ est uẽter corporeus nostræ nouitatis. Iste est.n. uenter nostrę matris, ubi nouem mensibus hospitamur, & tandem in hanc uallem miseriæ parturimur. & ideo dr̃ Eccle. 40. Graue iugum creatum est omnib. hoĩbus à die exitus de uentre matris ipsorum usq; in diem sepulturæ eorum in matrem oĩm. ¶ Dico scd̃o ꝙ est uenter eburneus puræ uirginitatis, & iste est uenter uirginis gloriosę, quæ eburnea dr̃, pro eo ꝙ castitatis nitoribus candidatur. Ista est.n. uirgo pygmaleonis. Pygmaleon.n. cum esset summus pictor & sculptor, & carnalem coniugij copulam & concubitũ abhorreret, imaginem uirginis pulcherrimę fecit de ebore, q̃ uidens ita pulchrã, amore ipsius inflãmatus est, ipsamq; in camera & in lecto suo loco uxoris suæ amplexãdã habebat, & oscula sibi dabat. Casus uero accidit, sicut recitat Ouidiꝰ fabulator, ꝙ ipsa ficta & mortua imago dum esset iuxta dñm suũ in lecto suo, incepit incalescere, & uenter eius inspirare, ut sic uitam recepit humanam ipsamq; pygmaleon accepit uxoré, de qua postmodũ filiũ gñauit. Re uera charissimi talis pygmaleon fuit Deus. Ipse.n. uirginẽ Mariã eburneã fabricauit. Ebur.n. cãdidã puritaté castitatis designat. Et quãuis iste abhorreret carnalé amplexũ, istã tñ imaginẽ suã intantũ dilexit, ꝙ eã mirabiliter in mulieré mutatã. i. in imaginẽ ꝑgnãté cõuersam, ipsam sibi in uxoré ꝑpetua castitate ligauit, & in uentre eius Christũ Deũ & hoiem gñauit, ita ꝙ uenter eiꝰ potuit figurari in throno eburneo Salomonis. 3. Reg. 10. de quo supra inuenies de throno. Et iõ de ipsa & eius uẽtre dr̃ Cant. 5. Manus eius tornatiles plenæ hyacinthis, uenter eius eburneus, distinctus sapphiris. uenter.n. & manus istius hyacinthos & sapphiros habuerunt, inquantũ ꝑciosis uirtutib. semꝑ splenduerunt. Etiã de cõceptu mirabili huius uentris dr̃ Eccle. 11. Ignoras q̃ sit uia spũs &c. Ergo fuit bene dictũ Luc. 11. Beatus uenter qui te portauit, & ubera q̃ suxisti. Iste ergo uenter est eburneus puræ uirginitatis. ¶ Tertio dico ꝙ est uenter pectoreus cordis profunditatis. Cor.n. & conscientia uiri iusti dr̃ uenter quia ibi continetur iecur quod amare facit. i. feruens amor & dilectio. unde Cant. 5. dicit aĩa spõso. Venter meus intremuit ad tactum eius. Itẽ ibi est splen, q̃ ridere facit. i. uirtus spei uirtualis consolationis. psal. Tu es q̃ extraxisti me de uentre, spes mea ab uberibus matris meæ. Itẽ ibi est fel quod irasci facit. i. spũalis dolor & contritio. ps. Conturbatus est in ira oculus meus, aĩa mea & uẽter meus. Ibi sunt fęces. i. materia uilis cogitationis meditatio, de quo põt exponi illud ps. Cõglutinatus est in terra uẽter meꝰ &c. Aĩal ruminans, habet duos uentres uel plures. Vnde ẽt de camelo legimus ꝙ quinq; habet uentres interius, ita ꝙ de uno ad alium cibũ transmittit, ut melius decoquatur. Sic homo debet habere plures uentres. i. plura conscientiæ receptacula, in quibus. s. cogitationes decoquantur, & ad perfectioné conuertantur. quinq;.n. uentres sunt quinq; cõsiderationes, quæ in omnib. factis sunt habendæ & dictis, quæ. s. in isto uersu continẽtur. Quis, quid cui dicas, cur, qñ qũo, quęras. Vel. Quis, quid, cur facias, cui, qñ quomodo, quæras. Ista.n. sunt quinque diuerticula mentis nostræ, ubi omnia dicta & opera nostra debemus uoluere antequam exterius operemur. Iste est.n. uenter de quo dr̃ Apoc. 10. ꝙ cum Ioannes comedisset librum amaricatus est uenter eius. quia. s. dum liber sacrę scripturæ attenditur, uenter conscientiæ merito conturbatur. Et si in uentre conscientiæ de pc̃tis cõfitendis agitur, per quinq; reuolutiones primo à prudentib. deuoluunt, q̃a. s. considerari debet quis, quid, cui, cur, qñ qũo. Quis qui offendisti. s. religiosus uel laicus pręlatus uel subditus &c. quid de quo fit offensa. s. quã uile fuerit factum uel qũo contra rationé. Cui facta est offensa. Cur. i. quibus additis uel circunstantijs, delectationib. uel accidentib. Et quo tp̃e uel quo loco, utrũ. s. in ieiunio uel in festo. Ista.n. duo, quomodo & qñ, sub uno possunt optime cõprehendi. His.n. uentriculis mentis nostræ cibus peccati deducitur, ut per confessionem expelli ualeat & educi, quia sicut dicitur Matt. 15. Omne quod in os intrat, in uentrem uadit, & in se cessum emittitur. His .n. considerationibus mens concutitur, & in cõtritionis amaritudinem commutatur. unde anima dicit illud Thre. 1. Venter meus cõturbatus est, subuersum est cor meum in memetipsa quoniam amaritudine plena sum. Iste.n. est uenter pectoreus cordis ꝓfunditatis. ¶ Quartò dico ꝙ est uenter stercoreus,

coreus,qui est uenter nostræ carnalitatis. Et sic dico ꝙ per ventrem intelligitur sensualiras carnis nostræ,in quo continentur feces oĩum peccatorũ,& vilitas cõditionis humanæ. Nam quia in ventre puer generatur.bene per ventrem natura nostræ vilis conditionis designatur.Vnde Sapi. 7. Septem mensibus in ventre matris meæ figuratus sum caro. Venter .n.iste est conditio carnis nostræ,& etiam ipse carnalis appetitus,quę.s.nisi per prudentiam ab illicitis restringatur,totus homo ipsum interius & exterius maculatur. Apes.n.& formicæ quæ aĩalia sunt prudentissima,circa ventrem sunt valde stricta.ventrem.n.habent magis strictum quã pectus contra naturam aliorum aĩalium.Sic vere charissimi aliqui sunt prudentes viri qui habent vt communiter ventrem strictũ, quia.s.ventrem corporis,& ipsam conditionem sensualitatis & carnis pro virib.restringunt. Plus.n.abundant in pectore vbi est animus,quã in ventre vbi est stercus, hoc est dictu, ꝙ magis vigeant in spũali bonitate, quam in carnali voluptate & sensualitate.Quod bene pensabat Sapiens Eccles.23. cum dicebat.aufer à me concupiscentias ventris &c.Quod est cõtra multos qui ventrem sensualitatis & voluptatis & carnis habent valde magnum & latum.Similes locustæ,quę non habet nisi vnum intestinum. totum.n. corpus est quasi venter. Serpens etiam respectu corporis ventrem habet longissimũ, & maximum. Vnde etiam Plinius narrat ꝙ sub Claudio cæsare serpens quidã fuit occisus in cuius ventre puer integer fuit inuentus.& de nostris serpentib. apparet ꝙ habent magnum ventrem,quia auiculas solent deglutire.Sic vere charissimi quidã habent ventrẽ carnalis appetitus & sensualitatis valde latũ.toti.n.videntur esse venter,quia.s.nihil de spiritualitate videntur sapere vel habere.quod apparet, quia oĩa mundi delectabilia non possunt suum venrrem.i. suum carnalem appetitum implere.Prou.12. Iustus comedit & replet animam suam,venter autem impiorum insaturabilis est. Et bene insaturabilis,quia isti habent ventrem

Cupiditate voracem.
Carnalitate vomacem.
Fatuitate loquacem.
Voracitate capacem.
Verbositate mordacem.

¶Venter.n. malorũ inflatur per cupiditatem.Istud.n.figuratur in filio prodigo,qui cupiebat replere ventrem suum de siliquis quas porci mãducabãt, sicut dr̃ Luc.15.Et tñ dr̃ Ezec.7.Animam suam non saturabunt,& ventres eorum non implebuntur.Item spumat per carnalitatẽ,ideo venter satur facile spumat in libidinẽ. Itẽ feruet per loquacitatẽ. vnde Iob. 32. En venter meus quasi mustũ sine spiraculo,quod lagunculas nouas dirumpit,loquar & respirabo paululũ.Item capax est per voracitatẽ.vnde Eccle.36. Omnem escam manducabit venter. Item mordet per detractoriam verbositatẽ.vnde Eccl.40.In ore imprudentis conculcabitur inopia,& in vẽtre eius ignis ardebit.ignis.n.mordaciter vrit.Et breuiter iste est venter vtilitatis nostræ.oĩa.n. vilia sunt in ventre, & ideo ventrem Deus posuit in medio corporis & ẽt à parte ante,vt sic vtilitatẽ & conditionẽ vilitatis nr̃æ ante oculos & in cordis medio poneremus vel portaremus. Sic ẽt dico ꝙ ventrẽ fragilitatis humanæ cum oĩb. fęcibus vitiorũ præ oculis debemus habere, & in cordis medio collocare. Quia procul dubio iste venter est pars nr̃a vilior,& pars nostra ponderosior,& pars nr̃a fragilior. Aĩal.n. citius læditur in ventre quam alibi. Et ideo vnicornis sciẽs ꝙ elephans habet mollẽ ventrem, sp̃ solet ipsum in ventre si põt percutere,vt ipsum citius possit occidere,quod sciẽs elephas solet sibi dorsum vertere,& sic solet pericula declinare. Sic vere charissimi, sensualitas & caro sunt partes hoĩs magis debiles,& molles,& ideo vnicornis.i.diabolus libentius nos percutit in hoc ventre in quo.s.de pc̃tis carnis libentius nos tentat.Scit,n.ꝙ valde sumus debiles, quia sicut dr̃ ad Titum.1.Cretenses semper mendaces,malæ bestiæ, ventris pigri.Quapropter solet ibi libentius percutere,vt contra nos possit facilius præualere. Quod nos præsentientes dorsum sibi debemus vertere,& occasiones peccatorum & tẽtationũ fugere & vitare,& sic ab huius vnicornis cornib.poterimus nos saluare,maxime si cum Dauid ad dñm proclamantes dicamus.Salua me de ore leonis, & à cornib.vnicornium humilitatẽ meam. Caueant autẽ illi quorum Deus venter est. Phil.3.quia sicut dr̃ Iob.20.Diuitias quas deuorauerũt euoment,& de ventre eorũ extrahet eas Deus.Iste est ergo venter stercore carnalitatis nostræ.¶Quintò dico ꝙ inuenitur venter extraneus mundi cupiditatis.Mundus.n.est vẽter noster,quia.s.ibi in peccatis cõcipimur & nutrimur, & inde in lucem fidei & gratiæ,vel ẽt in lucem religionis vel ecclesię à dño parturimur.Puer.n.in ventre matris non plorat, sed ibi viuendo de matris mẽstruis se delectat, sed statim qñ de matre extrahitur,plorare incipit. Sic peccator existens in mundo nutritus in immunditijs & peccatis, non plorat, nec ad causas sui planctus attendit,qñ tñ ad ecclesiam vel religionẽ parturitur,statim incipit vitæ huius miseriam agnoscere, & ad planctum & lachrymas se donare.De isto ventre gaudebat se Dauid exisse in psal. Qm̃ tu es qui extraxisti me de ventre &c.Multi tñ sunt qui de isto ventre.s.de mundi prosperitate egrediuntur,& statum religionis vel ecclesię confitẽtur, & tñ in istum uentrem iterum ingrediuntur, inquantum ad mundana negocia reuertuntur.Glarea.n.monstrum est marinum,ꝗ filios suos quos peperit,videns tẽpestatem, ne submergantur,solet in ventrem iterum reponere,vt possit à fluctibus ipsos liberare.Sic vere diabolus illos quos aliquo casu de ventre mundanæ prosperitatis peperit & euomuit videns & fluctus tribulationum & inundatio lachrymarũ possent ipsos sibi penitus auferre, & ad dñm conuertere, solet eos pro virib.in istum ventrem iterũ inferre & reponere, & ipsos solet allicere & fouere, & sibi eos quos iam perdidisse videbatur,penitus retinere, sicut ad litterã videmus de clericis mercatorib.& de platis officialib.regũ, & de religiosis negociatorib.Istud vr̃ reprehendere Nicodemus, dicẽs Io. Quomodo inquit põt homo nasci cum sit senex.i. quomodo põt homo in mundum & ad mundana redire, cũ debeat esse perfectus, Nunquid põt in matris suæ ventrẽ iterato introire & renasci?q.d.non debet,imo pro certo cum Esa.debet dicere & clamare.Esa.49.dñs ab vtero vocauit me,de vẽtre matris meę recordatus est nominis mei,posuit os meum dominus vt gladium acutum, sub vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me,& dixit mihi seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Quia procul dubio charissimi Deus ex speciali priuilegio nos extrahit, & in ecclesiæ & religionis pharetra nos abscondit, vbi nos sagittam vel gladium facere intẽdit, & sic seruos suos in quib.glorietur specialiter ordinat & facit.Et ideo istum vẽtrem vnde exiuimus debemus horrere, & illud amplius per mundi concupiscentias non redire, dicentes dño illud Eccl.23. Aufer à me cõcupiscentias vẽtris. Iste est ergo venter extraneus mundanæ cupiditatis.¶Sexto dico ꝙ est venter æthereus perfectæ humilitatis,& iste est vẽter religionis & ecclesiæ,vbi Deus generat, concipit & nutrit filios suos.s.religionis clericos. Item in ventre nubis generatur lapis p̃ciosus qui dr̃ ceraunius. Sic vere in uentre religionis generantur viri p̃ciosi & perfecti.Vnde de Hierem. dr̃ Eccl.49.ꝙ à ventre matris suæ consecratus est propheta. Istud est tñ contra multos similes filijs viperorum, qui abhorrentes esse in ventre matris suæ, volunt exire,expectare nolentes naturæ solutionem, & ideo corrodunt latera eius, & sic exeunt sine partu. Sic vere multi sunt quibus displicet venter religionis & status interioris claustri,& ideo suã matrem religionẽ destruunt & corrodunt, & sic per apostasias vel per appellationes fugiunt & recedunt.Multi.n.sunt in ecclesia viperei filij qui sunt causæ corrosionis & destructionis proprię matris suæ,quibus dr̃ Esai.48.Scio.n.ꝙ præuaricans præuaricaberis, & transgressorem de ventre vocaui te.Iste est ergo venter ęthereus perfectę humilitatis &c.¶Septimò dico quòd est vẽter tartareus æternæ calamitatis,& iste procul dubio est uenter inferni, vbi diabolus peccatores concipit & recipit, ipsos tamen nunquam amplius parturit vel emittit.Iste est uenter ceti,in quo Ionas deuoratus fuit. Ista est altitudo uentris inferi, de quo dicitur Eccl. 51. Liberasti me domine de altitudine uentris inferi & de leonibus præparatis ad escam &c.

Ventus.

Nota quòd uentus nihil aliud est quam spiritus uel flatus.Est.n.propriè uentus idem qđ aer motus cum siccis uaporib.intermixtus.De uento igitur materiam tractare quid sit,& quare sint 12.uenti,& nũc flat unus,nunc alius,nihil ad præsens pertinet opus.Sed quid uẽtus possit moraliter significare, hoc solum breuiter est dicendum. Dicamus ergo quòd uentus habet aliquos effectus A

bonos & aliquos malos, & ideo nūc bonum nunc malum significat in scriptura. Notabo ergo secundum quòd inuenio in scriptura quòd uentus naturaliter habet.

Sufflare,	Sic uere dico ꝙ moraliter loquendo, plura gña ventorum
Siccare,	inueniuntur. Est igitur ventus
Pulsare,	sufflatiuus qui significat malā
Mundare,	suggestionem. Multi.n.sunt sicut ventus,
Turbare,	qui per mala consi
Leuare,	lia & colloquia nō cessāt alijs
Inflare,	aliquid mali suggerere & suf-
Spirare,	flare,& per adulationē & sug-
Refrigerare.	

gestionem aliquid sibilare. Eccl.43. Frigidus vētus aquilo flabit,& gelabit crystallus ab aquis. Item est ventus siccatiuus, qui signat hostis tentationem. Iste.n.qñ fortiter sufflat,solet omnem virorem gratię desiccare. Figuratus in illo vento calido & urente qui siccauit illam viridē hederā sub cuius vmbra Ionas delectabatur,intantum ꝙ.Ionas incepit ęstuare. sicut dr̄ Ionæ. 4. Quia.s.tentatio diabolica virorē & vmbram gratiæ desiccat & vrit,& æstum malorum desideriorū in cordibus introducit. Vnde de diabolo dr̄. Abac. 1. ꝙ facies eius ventus vrens. Item est ventus pulsatiuus, qui signat mūdi tribulationem,quæ pulsat,destruit & subuertit. vnde Iob 1. Repente ventus vehemens irruit à regione deserti,qui concussis angulis domus subuertit eam,& liberos interfecit. Itē est ventus mundatiuus,qui significat violentā correctionē, Ventus.n.bladum à palea purgat. Et sic loquitur Matth.3. vbi dr̄ ꝙ ventilabrum in manu dñi, & mundabit areā suam. Vnde Prou.25. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. Itē est ventus turbatiuus & sublatiuus, qui signat æternam damnationem, sicut dr̄ in psal. ꝙ impij erunt sicut puluis quē proijcit ventus à facie terræ. Item est ventus leuatiuus, quia ventus eleuat paleas, qui signat prosperam successionem. de quo Iob.30. Eleuasti me,& quasi super ventū ponens,elisisti me valide. Itē est ventus inflatiuus, qui signat cordis elationē & præsumptionē. ventus.n.vesicā inflat. Et sic de vanigloriosis elatis superbis & p̄sumptuosis loquitur Hiere.14. vbi dicit ꝙ onagri steterunt in rupibus,& attraxerunt ventum quasi dracones. Itē est ventus inspiratiuus,qui significat diuinam reuelationem,& de isto dr̄ in psa. ꝙ Deus producit ventos de thesauris. Item est ventus refrigeratiuus,qui signat sancti spūs inflammationē,& sic dr̄ Dā. 3. ꝙ Angelus fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. His igitur præmissis possum notare ꝙ ventus significat in bono & in malo. Et sic dico quòd est

Ventus gratiæ,qui est mirabilis.	¶Dico ergo primo ꝙ est vētus gratiæ,
Ventus culpæ qui est damnabilis.	qui est gloriosus, &
Ventus pœnæ,qui est tristabilis.	iste p̄cul dubio ni-
Primus flat ab interiori.	hil aliud est quā spi-
Secundus flat ab inferiori.	ritussanctus & gra-
Tertius flat à posteriori.	

tia quæ per eum inspiratur. Spiritus.n.est quasi vētus. Sed de hoc vide ad plenū supra de spiritu in primo membro principali. Sicut.n.ventus habet

Arbores agitare,	Sic vere spiritussanctus
Aerem depurare,	agitat per mentis discus
Ignem inflammare,	sionem. Vnde Christus
Aestum temperare,	vocat beatū Ioanē arun
Naues transportare,	dinē vento agitatā. Item
Fœces desiccare,	depurat p̄ vitiorū restri
Paleas eleuare,	ctionē. vnde Iob 37. Aer
Omnia fęcundare,	cogetur in nubes,& ven
(quia.s.ventus aquilo cooperatur ꝙ masculi generentur,)	tus trāsiens fugabit eas. quia.s. ventus purificat

aerem tollendo nubes. Item inflammat per charitatem & dilectionem. Eze.1. Ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone,nubeq́; magna,& ignis inuoluens. Item temperat & refrigerat per gratiæ irrorationē. Dan.3. Fecit medium fornacis quasi ventū roris flantē. Vnde de viro iusto dr̄ Hier.2. ꝙ ipse sicut cursor leuis explicans vias suas,& onager assuetus in solitudine,in desiderio aīæ suæ attraxit ventum. Item trāsportat s. naues.i. aīas ad paradisum per spūalē deductionē. Iac.3. Naues cum magnæ sint,à ventis validis minantur. Desiccat per oīum scelerum abstersionē, vnde Exo. 14. Abstulit mare dñs flante vento vehementi & vrenti tota nocte,& vertit in siccum. Eleuat per cęlestem contemplationē. Io.6. Mare aūt magno vēto flante exurgebat. Fæcundat ēt per bonam operationem & per gratiarū irrigationē. Vnde 3. Reg. 18. dr̄ ꝙ cœli obtenebrati sunt,& nubes & vētus,& facta est pluuia magna & grandis. Istis ergo & multis alijs rationib. pōt intelligi per ventum spiritussanctus,& maxime per ventum subsolanum,qui ventus est orietalis, dictus subsolanus, quia sub sole oritur,& ab ortu solis nobis dirigitur. Sic vere spiritussanctus à loco vnde sol iustitiæ Christus orit.s.à paradiso,nobis mittitur.& inde nobis spūalis deriuatur. Vnde psa. A summo cœlo egressio eius &c. Vide de isto supra de aduentu in illa auctoritate. Ecce ventus turbinis &c. Iste est ergo ventus gratiæ,qui est gloriosus.¶Scdō dico ꝙ est ventus culpæ, qui est vitiosus, & iste est ventus quem diabolus continuē suscitat,per quem nos ad malum incitat atque pulsat. Ventus.n.ex refractione & conflictu brachiorum maris in quattuor mundi partibus oritur, & inde est ꝙ quattuor venti principales oriuntur,& inueniuntur, eo ꝙ s.mare con fligendo mouens aerē,incorporatis vaporib. ventum alternatim in diuersis mundi partibus operatur. Mare.n. charissimi significat diabolum, qui continuē est in labore & motu, qui p̄ desperationē est turbidus & amarus. Iste ergo per conflictum brachiorum suorum.i.per executionem malitiarum suarum ventum peccati generat per quem nos concutit & perturbat. Quattuor autem isti venti sunt

Subsolanus,qui est orientalis.
Fauonius,qui est occidentalis.
Auster,qui est meridionalis.
Aquilo seu boreas,qui est septentrionalis.

Orientalis signat mundi vanitatē,& eleuationē. Occidētalis signat mundi prauitatē & tentationē. Australis signat mūdi p̄speritatē & successionē. Aquilonaris signat mūdi aduersitatē & afflictionē. Isti ergo sunt quattuor venti diabolici,quibus quotidie impellimur & turbamur. Figurati. Dan.7. vbi dr̄ ꝙ quattuor venti pugnabant in medio maris. Quia pro certo in mari huius mundi semper isti quattuor venti cōtra nos pugnant,& nunc vnus,nunc alius nos impugnat,sic dr̄ illud.1.Par.9. Per quattuor uentos erant ostiarij.i.demones q̄ per istos ventos deambulant,& eos contra nos flare faciāt & per eos nos destruant & subuertant. Figurati Apoca.7. in quattuor Angelis qui habebant dominium in quattuor uentos cęli. Prosequamur ergo de istis quattuor uentis

Elationis.	¶Dico ergo ꝙ est uentus elatio-
Tentationis.	nis & superbiæ, & iste est uentus
Prosperitatis,	subsolanus & orietalis qui subso
Aduersitatis.	lanus dr̄, quia sub sole oritur, &

ab ortu solis deriuat ad nos, & signat superbiā q̄ sursum in paradiso unde sol iustitiæ Christus uenit, cū lucifero fuit orta. Iste.n.est uentus qui ipsum luciferum de paradiso subuertit. Ventus.n.superbiæ,inflat per p̄sumptionem, eleuat p̄ elationem,uentat per iactantiam,ubique intrat per inanem gloriam. Isti.n.sunt quattuor uenti prosperitatis.s.

Sufflare	Quia procul dubio uentus super
Leuare.	biæ seu homo uētosus & superb'
Clamare.	inflat de se p̄sumēdo. Eleuatur se
Subintrare.	alijs p̄ferendo. Clamat bona sua

uerbaliter iactādo. Subintrat bona sua alijs per inanē gloriā ostendendo,& se corā hominib. exponendo. Quòd.n.isti per præsumptionē inflentur,patet Io.6. ubi dr̄ ꝙ mare uento magno flante exurgebat. Item ꝙ isti per elationem leuentur,patet in psal. ubi dr̄. Ascendit super cherubin,& uolauit super pennas uentorum. Item ꝙ isti per iactantiam loquantur,patet Iob.15. ubi dr̄. Nunquid sapiens respondebit quasi in uētum loquens? Item ꝙ isti per inanem gloriam undique ostēdantur, patet in canonica Iudæ, ubi dñr tales nubes inanis glorię,q̄a undiq; circunferūt eos uenti ad tirocinia,ad festa, & q̄libet loca publica,ubiq;.n.uolūt discurrere, ubiq; uolūt q̄cquid habēt de bono ostēdere,ut ubiq; possit de uana gloria aliquid obtinere. Similes cameleonti,qui de uento dr̄ uiuere. Similes draconi,qui attrahendo uentū solet ardorē pectoris minuere. Similes ēt onagro,qui uentū pro inueniēdo uxore sua montes ascēdendo solet attrahere. Apes aūt uentū timēt, ne p̄ ipsum proijciant. & ideo cū ipsum senserint, basse uolant,& lapillū ut magis ponderēt, secū portant. Hericij ēt præsentientes & timentes uentū, ad cauernā fugiūt, & ibi-

& ibidē se sagaciter abscondunt. Cameleon & draco ventū diligunt, & onagri ipsum attrahūt & bibunt. Et draco est (vt dicit Plinius) aial cristatum quibusdā fitulis, quibus attrahit ventum. & cū sit ardentis naturę, pro vento inueniendo libēter ascendit ad nauis malū. Sic pro certo charissimi, apes. i. viri iusti & sancti solēt istum ventū fugere, per humilitatē basse volare, lapillum. i. pondus diuini timoris portādo pericula præcauere. Vidētes. n. ventū validum. i. mundi pompas & superbias ventilare, ipsi more hæricij ad cauernā. i. ad sepulchrum per mortis memoriā solēt recurrere, & ibi a periculis se saluare. Nam sicut dr̄ Mat. 14. Petrus videns ventū venientem timuit, & ad præcandū dn̄m se conuertit, Christus vero ipsum misericorditer liberauit. Quia pro certo tales pōdus diuini timoris portantes, dū ad Deū humiliter recurrunt, venti huius impetu non succumbunt, imo dicunt cum Apostolo Eph. 4. non simus paruuli fluctuantes, vt circunferamur oī vento. Sed quid? Pro certo non sic in ecclesia & in mundo, quia pro certo ibi sunt cameleontes, qui habent pellem oium colorum capacem. i. hypocritæ & palliati. Itē ibi sunt onagri, qui sunt aīalia libera, & nulli iugo subiecta. i. homines mobiles & affrenati. Ibi sunt dracones aīalia cristata & inflammata. i. hoīes clerici & mitrati, qui pro certo de vēto vanæ laudis, p̄sumptionis, iactantiæ, & elationis, solēt viuere, & ipsum bibere & diligere, & corde sitibundo vt ipsū ventū hauriant ad alta dignitatū officia se tranferre, & p̄ ambitionē ascendere & volare Oseæ. 12. Effraim pascit ventū, & sequitur æstū. vnde Hier. 14. Onagri steterunt in rupib. & attraxerunt ventū quasi dracones. Iste est ergo ventus elationis & superbiæ, de quo Hie. 51. Cor suum leuauerunt quasi ventum pestilentē. ¶ Deinde dico ꝙ est ventus tētationis & malitiæ, & iste est ventus procul dubio occidētalis, & dr̄ occidentalis, eo ꝙ vt aīam occidat, sp̄ incipit à blanditijs & fauore. sp̄. n. proponit dulcia vt alliciat, & tandē fortiter impellit vt deijciat. Ventus. n. in principio qn̄ surgit, valde est paruus, sed per additionē vaporum cōtinuam, qn̄ venit sursum ad aerem, efficitur valde magnus, intantum ꝙ aliquotiens p̄ ipsum arbores euelluntur. terra etiam qn̄ ventus est in ipsius viscerib. cōcutitur, & turres & ædificia subuertūtur. Sic pro certo charissimi ventus tentationis à principio surgit paruus, sed paulatim diabolus admiscet vapores diuersarū cōplacentiarū ita ꝙ ventus iste continuè recipit incremētū. & breuiter nisi à principio resistatur, intantum crescit & augmentatur, ꝙ eius violentiæ non faciliter resistitur, quinimo arbores & ædificia. i. viri lcti qui in fide & morib. videbantur radicati per eū euelluntur. & peccādo mortaliter destruunt. 1. Mac. 6. Nisi præueneris eos velocius, maiora his facient, & nō poteris obtinere eos. Ideo de isto vento breuiter dr̄ Mat. 7. Venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt super domum illam, & cecidit. O Deus quantum pestilens est iste ventus. vix. n. est aliquis qui resistat. quinimo sicut ventus corporalis fortius impellit & citius eradicat fortes arbores quam debiles, & hoc quia magis agit contra resistentes quam contra obedientes (Iuxta illud Hie. 46. Fortis impegit in fortē.) sic vere tentatio diabolica fortius impugnat bonos qui sibi resistunt, q̄ malos qui sibi faciliter obediunt. Et ideo necesse est ꝙ simus optimè radicati, si ab isto vēto nō volumus euelli. Teste. n. Seneca, inuicti esse possumus inconcussi nequaquā. Et quia necesse est ꝙ impulsus tētationū sustineamus, simus in fide radicati, & perfecti in morib. vt vincamus, qa sicut dr̄ ibidem multi inueniuntur qui multas habent vrbes & populos in sua potestate, paucissimi vero sunt q̄ se habēt Et sequitur, ꝙ nulla est maior victoria, quā vitia deuicisse. veruntamen cauendum est de isto vento, quia. s. iste ventus solet incedere circulariter, & non rectè. Ventus etiam aliqn̄ causatur ab influentia corporum cœlestium. quia. s. sicut dicunt astrologi, si in principio anni planetę fuerint congregati in signis aereis & vētosis, totus annus p̄ maiori parte erit ventosus. Quia pro certo diabolus non immediatè seu directè tentat de pc̄tō enormi (scit. n. ꝙ nunquam subito rō consentiret, imo solet venire circulariter & indirectè. diuersas imagines & complacētias & circunstantias suggerendo, & tandem ad suum propositum concludendo. Et ideo de ista circunuolutione istius venti dr̄ in psal. Dn̄e pone illos ut rotam, & sicut stipulā ante faciem venti. Veruntamē adhuc est potissime attendendū pro certo quia iste ventus tentationis aliqua venit ex influētia & ordinatione superiorum, dei. s. & angelorum, quia sæpe fit ꝙ aliquis qn̄ de virib. suis p̄sumit, nec propriā fragilitatē attendit, Deus ipsum (vt experiatur vires proprias) tētari permittit, & in manibus hostis tradit. Quapropter bene consulit Apostolus ad Gal. 6. ꝙ homo de suis viribus non confidat, & ꝙ alios non contemnat, sed ꝙ fragilitatem propriam cognoscat, & ꝙ exinde patientibus compatiatur, indulgeat delinquentibus dicens. Considerās temetipsum, ne & tu tenteris. Quia sæpe fit ꝙ deus producit ventos de thesauris suis. i. de suę prouidentiæ occultis permittit flare tentationes, & percutit primogenita ęgypti vsq; ad pecus. i. permittit percuti. i. tentari p̄fectos & imperfectos Patet igit̄ ꝙ est vētus tentationis & malitiæ. ¶ Deniq; dico ꝙ est ventus prosperitatis & affluentiæ. Diabolus. n. uidens quod non potest præualere contra hominem per duos primos uentos. s. per uentum elationis & per flatū tentationis, apponit quandoque tertiū ventū mundanę prosperitatis, & successionis, quę propriè comparatur uento, eo ꝙ more uēti nullā habet firmitatem, sed transitoriā labilitatem. & quādam tumultuosam pompositatē. Iste est uētus auster, qui est uentus laxatiuus & mollis, impetuosus & turbatiuus, nauiū a recto itinere retardatiuus, & ipsarū in mare submersatiuus & ipsarum qn̄ non sperant, ad manus piratarum uel ad aliud periculū deductiuus. Sic uere uentus mundanę prosperitatis instabilis & uentosus ualde est periculosus. Valde ... per mala desideria nos remollit, & nobis ad nauigandum ad portum paradisi multipliciter contrariatur, sicut dr̄ Mat. 14. Nauicula iactabatur in medijs fluctibus, erat. n. ventus contrarius illi. Quod aūt contrarius sit ad nauigandum in cœlum uentus mundanæ prosperitatis, patet per illum qui dicit ꝙ facilius est intrare camelum per foramen acus, quam diuitem in regnum cœlorum. Mat. 19. Nam procul dubio illi qui ducuntur isto uento, quāuis non sperent damnari sed finaliter ad salutem peruenire, iste tn̄ uentus ita est impetuosus, ꝙ cōtra spem propriam ipsos ad portum mortis impellit, & in piratarum infernalium manus eos ducit, ut sic nauiculæ aīæ dicatur illud Ezech. 27. Ventus auster contriuit te, in corde maris diuitiæ tuæ, & thesauri tui, & multiplex instrumentū tuū, nautæ q̄ erāt in medio tui, carent in corde maris. Quid ergo? Pro certo iste uentus non est sequendus, nec eius flatui motus animi est laxādus, imo eius impulsui est cōtrariandū, & fortunæ fauorib. obuiandū. Exemplo prudentis rectoris nauis qui sentiens uentum contrarium, deponit uelū, & mittens anchoram, in medio figit gressum. Exemplo ēt lupi, qui uadens ad prædam, solet contra uentum incedere, ne canes uillarum ad quas uadit, per uētum possint aduentum ipsius præsentire, & opus ipsius impedire. Sic uere charissimi nos qui in mari huius seculi fluctuamus, & ad portū cęlestis gloriæ nauigamus, qn̄ uidemus ꝙ uentus mundanæ prosperitatis nobis obuiat, & canes inferni contra nos excitat, gressus desideriorum nostrorum debemus ad Deū figere, & anchorā fidei nr̄æ usq; ad interiora uelaminis penetrare, & huius uenti impulsui pro uirib. obuiare. Ad quod Seneca lib. 3. q. nat. dicebat sic. In secundis nemo confidat, in aduersis nemo deficiat. alternæ sunt uices rerum. Et sequitur. In melius aduersa, in deterius optata flectuntur. Quod procul dubio est contra multos qui fortunæ fauorib. & uentosis suis promissionib. non repugnant, sed quantum potest flare, tm̄ uelū animi sibi laxant, quare fit quod dum ad finis periculum non attendunt, ad aduersitatē corporis & animi sæpe uadunt. Oseę 8. Seminauerunt uentum, & turbinem metent. Quod bene figuratum est Exo. 10. ubi dr̄ ꝙ locustas quas uentus auster adduxerat, frigidus uentus aquilo proiecerat in mare. Sic pro certo patet ꝙ illos quos uentus prosperitatis nutrit, finaliter uentus aduersitatis frigidus confundit. Esa. 57. Oēs eos auferet uentus, & tollet aura. Iste est ergo uentus prosperitatis & opulentię. ¶ Insuper dico ꝙ inuenitur uentus aduersitatis & pestilentiæ, & iste est quartus uentus qui dicitur boreas, qui de locis frigidissimis ueniens, corpus stringit & affligit, flores & uineas dissipat & cōburit. Sic procul dubio uentus ad uersitatis est multum noxius, flores. n. i. imperfectos & insipiētes solet destruere, & fructus bonorum operum in eis impedire. Diabolus. n. illos quos non potest per illos tres primos uentos destruere, nec uento elationis, nec uento tentationis, nec uento successionis mouere, solet uento tribulationis con-

nis concutere, vt saltem per istum ventū possit eos in fide vel in morib. variare. Vnde de qualibet persona debili & inepta dr̄ Ezec.17. Ecce plantata est, ergo ne prosperabitur? nonne cum tetigerit eum ventus vrens, siccabitur? Iste ergo ventus est debilib. periculosus, iustis tñ & perfectis vtilis est & fructuosus. Ventus.n.aquilo licet corpus affligat, aerem tñ serenat, & nubes fugat &c. Vide suprà de aduentu in vltima auctoritate diuisa in primo membro. Boni.n.isto vento nō debent succūbere, sed ei fortiter resistere, & viriliter ꝓualere. vnde Sen. de vento circio loquens libro de naturalib. q̄stionib. 5. dicit ꝙ huic etiā ædificia quassanti incolæ gallici gratias agunt, tanquam salubritatē cœli attribuant ei. qđ credo intelligendū de illa parte galliæ Lugdunen. quæ Prouincia nuncupatur, quæ vltra modū est patria ventosa. Dr̄.n.ꝙ ventus ille depurat aerem, & ꝙ tota patria aere corrupto inficeretur, nisi aer per venti impetū purgaretur. Iste ventus charissimi pōt signare impetū mundanæ tribulationis, qui procul dubio viros perfectos nō permittit corrumpi, nec in eis aliquid mali generari. In vitis.n.patrum de quodā fratre legitur ꝙ cum vltra modum tentaretur de peccato carnis, & nullo modo posset tentationem euadere, quinimo uellet monasterium dimittere confessus fuit abbati, qui sicut vir prudens, duos alios fratres ipso ignorante cōtra ipsum instituit, qui fortiter eum de adulterio accusauerunt. quare cū de purgatione sua frater fortiter continuè tribularetur, tentationē penitus est oblitus. Et sic per ventum aduersitatis aer suæ cōscientiæ fuit depuratus, & ipse à periculo liberatus, & ecce ergo de isto vento qūo sibi profuit. Talis ergo uentus tribulationis quāuis à diabolo possit multotiēs introduci, debet in potentia tollerari, & sic poterit fructus plurimus ex eo reportari, iuxta illud Senecæ vbi dicit ꝙ animus debet esse cōtra calamitates fortis & contumax, nec auidus periculorū, nec fugax. Iste est ergo ventus qui iustis & perfectis patiēter sustinentib. proficit, imperfectis vere & desperantib. officit. Et ideo de isto vento & de mente debili per ipsum dissipata pōt dici illud Ezec.19. Euulsa est in ira, in terramq; proiecta est, & ventus vrēs siccauit fontes eius. Iste est ergo vētus aduersitatis & pestilentię. Et sic apparet qūo per istos quattuor ventos hoīes ad pc̄m̄ attrahun, & à bonis operib. retrahuntur, & sic dicit diabolus istis pc̄tōrib. illud Zac.2. In quattuor vētos cęli dispersi vos. Igit sic patet principaliter scd̄o ꝙ est ventus culpæ, qui est vitiosus. ¶ Terttiò dico principaliter ꝙ est ventus pœnæ, qui est dolorosus. Et sic dico ꝙ per vētum pōt intelligi pęna æterna, quæ paleas.i.superbos & vanos importat peccatores, & pulueres.i. vanos & auaros & terrestres dissipat, & lutū.i.carnales & viles deficcat. Vnde psalm. Erunt sicut puluis ante faciem venti, vt lutū platearum delebo eos. Vnde de ista pœna dicit dn̄s Ezec.13. Dabo lapides prægnantes desuper, & ventū procellæ dissipantē. De Christo.n.in mundum istum ventum emittente dr̄ Deu.33. ꝙ cornua rhinocerontis cornua eius, in ipsis ventilabit gentes. Sic igitur patet ꝙ generaliter loquendo, inuenitur ventus pęnę qui est dolorosus, ventus culpæ qui est vitiosus, ventus gratiæ qui est gloriosus. Ista igitur de vēto sufficiant. Vide suprà de spiritu & de Flare. & sic sufficit.

Verberare

Vide de Percutere & de Tribulatione.

A Verbum.

Nota ꝙ verbum propriè loquendo est ille mentis conceptus qui de voce formāda & emittenda concipitur, antèquam vlterius ad labia producatur. Sæpe tñ accipitur pro voce & locutione & pro prædicatione, vel pro filio Dei, qui dicitur verbum patris. Et ideo breuiter notandum est quòd quintuplex verbum inuenitur scilicet Verbum

Incarnatum.	Primum verbum quod est caro factum.
Exaratum.	Secundum quod est in libro scriptum.
Pręedicatum.	Tertium quod est à sanctis dictum.
Moderatum.	Quartum quod est à sanctis datum.
Effrenatum.	Quintum quod est à malis fictum.

¶ Primum est verbum summæ diuinitatis, de quo Ioan.1. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & Deus erat verbum. ¶ Secundum est verbum summę veritatis.s. verbum scripturæ. vnde Mat.24. Cœlum & terra trāsibunt, verba aūt mea non transibunt. ¶ Tertium est verbum magnę sanctitatis.s. verbū ꝑdicationis, de quo Lucæ.8. Semen est verbū Dei. ¶ Quartū est verbum grandis honestatis.s. verbū locutionis iustorum, de quo Eccl.28. Verbis tuis facito stateram & frenos ori tuo rectos. Quintū est verbum magnæ vanitatis.s. loquela fatuorum, de quo Prou.14. Vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. Videmus & dicamus igitur ꝙ inuenitur verbum

Aeternæ generationis.	Dico primo ꝙ est
Diuinæ prædicationis.	verbum generatio
Humanæ prolocutionis.	nis æternæ, & istud

est Dei filius, qui in mente patris fuit conceptus, & in esse genitus & productus, & tandem humanitate per incarnationē fuit inductus, & exterius ad mundum eductus, vbi per prędicationis officiū fuit expositus & auditus. Sicut.n.aqua primo in venis terræ secretissimis inuisibiliter generatur, & tandem in fontē recipitur, à quo visibiliter distillatur, sic verbū patris ab æterno in secreto mētis diuinæ fuit inuisibiliter genitum. quia.s. In principio erat verbū, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū. tandē fuit ad fontē misericordię .s. ad beatam virginē per incarnationem emissum, quia fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Eccl.1. sumpta carne humana fuit hominib. visibiliter publicatum, & tunc fuit verificatum illud Esa.2. De syon exibit lex, & verbum domini de hierusalem. Vbi aduerte quod istud verbum

Humiliter se inclinauit.	¶ Primum probat lo
Benigniter nos visitauit.	cus altæ gn̄ationis
Moraliter nos regulauit.	de syon. Secundum
Vocaliter nos informauit.	actus suę incarnatio
Mentaliter nos concordauit.	nis, quia exibit. Ter-

tiū status suæ conuersationis, quia.s. fuit lex. Quartum sonus suæ ꝑdicationis, quia fuit verbū. Quintū modus nr̄æ coniunctionis. Hierusalem, quia fuit pax. ¶ Dico ergo ꝙ istud verbū se inclinauit humiliter, quia.s. ipse venit de syon.i. de altitudine deitatis suę. Syon.n. qui est mons altus iuxta Hierusalem, signat ipsum Deum, & eminentiā paradisi, de quo istud verbum originē sumpsit, & vbi ab æterno habitauit, iuxta illud psal. Dn̄s in syon magnus & excelsus super oēs populos venit iterū illud psal. Ex syon spēs decoris eius &c. De syon .i. de cęlo venit illud verbum quod vtiq; fuit magna humilitas vnde Esa.55. Qūo descendit imber & ros de cęlo, sic erit verbum quod egredietur de ore meo. De humilitate isti⁹ verbi qua.s. de cœlo voluit descendere, possumus dicere ꝙ iste est similis ceraunio lapidi ꝑcioso, qui sursum in nubibus in loco tonitrui gn̄atur, & tandem cum tonitruo ueniēs cōtra fulgura plurimum operatur, significans verbum Dei, quod de profunda paternorum secretorū mēte vbi ab æterno fuit genitū, ad nos venit, & pro salute nr̄a multum profuit, & nos contra tēpestatē dānationis iuuauit. Et ideo in psa. dr̄ de deo patre ꝙ misit verbum suum, & sanauit eos. Sicut.n. dr̄ Esa.9. Verbum misit dn̄s in Iacob. & cecidit in Israel. Patet ergo ꝙ istud verbum humiliter se inclinauit. De syon inquit. Iohę.3. dn̄s de syon rugiet, de Hierusalem dabit vocem suam. ¶ Etiā dico ꝙ istud verbum nos visitauit humaniter, quod ostenditur cūm dr̄. Exibit.n. homo ad opus suum, & ad operationē suam vsque ad vesperam. Et bene dicit operationem.i. redēptionem nostram, quia.s. exiuit de cœlo in virginis vterum, de vtero ad mundum, de mundo ad patibulum, de patibulo ad infernum, de inferno ad sepulchum, de sepulchro ad cœlum, de cœlo exibit ad iudicium. Vnde iste est ille de quo Ioan. Exiui à patre, & veni in mundum, & iterum relinquo mundum & vado ad patrem. Istud enim verbum exiuit à patre vt

visitaret.	Dico ergo ꝙ istud verbū
Habitaret.	incarnatum exiuit ad mū
Liberaret.	dum visitandū. Ideo dice-
Mundum Illustraret.	bant antiqui illud Hie.17.
Sustentaret.	vbi est verbū dn̄i? veniat.
Manifestaret.	Item ad mundum habitan

dum, sicut dicitur Ioan.1. Et verbum caro factum est & habitauit in nobis &c. Itē ad mundū liberandū, quia istud verbū liberat atq; soluit. vnde Iacobi 1. In mansuetudine suscipite insitū verbū, quod pōt saluare aīas vestras. Itē ad mundū illustrandum. psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Item venit ad mundum sustentandum, & in psal, Sustinuit aīa mea in verbo eius, sperauit anima in domino. Item ad se manifestandum. vnde Lucæ.2. Transeamus

eamus in Bethleē, & videamus hoc verbū ꝙ factum est &c. Dico ergo quod istud verbum visitauit nos humaniter. Exibit inquit. Eccl. 24. Exiui de paradiso, & dixi rigabo hortum plantationum mearum. ¶ Deinde dico ꝙ istud verbum regulauit nos moraliter. Ipse. n. fuit lex & regula bene viuendi. Conuersatio. n. uita, regula & doctrina ipsius fuerunt lex, q̄ sequendo, ipsi nos in cunctis moribus optimè regulamus. Sicut. n. in psal. dr̄. Rectum est uerbum dn̄i, & oīa opera eius in fide. Ista. n. est lex dn̄i conuertens aīas, testimonium dn̄i fidele, sapientiam præstans paruulis. vide supra de lege. Dico igitur ꝙ istud verbum nos regulauit moraliter. ¶ Deniq; dico ꝙ Istud verbum nos informauit uocaliter, & hoc ostenditur cum dr̄ Verbum. De natura. n. verbi ſm̄ suam communē acceptionem est ꝙ audiatur, & ꝙ per ipsum hoīes informētur. Quia procul dubio istud verbum Dei filium Maria virgo ꝓduxit, q̄a prædicando nos informauit, & in fide & in morib. instruxit. Et inde dr̄ Luc. 10. Maria sedens secus pedes dn̄i audiebat verbum illius. Et merito, quia sicut dr̄ Io. 5. Qui audit uerbum meum, habet vitam æternam. Igitur istud verbum nos informauit vocaliter. ¶ Insuper dico ꝙ istud verbū nos concordauit mētaliter. Hierusalē inquit, quæ interpretatur visio pacis. Quia. s. per uerbum patris pax fuit in terra inter Deum & hoīem reformata qn̄ per ipsum Deum fuit humanitati diuinitas copulata. Vide supra de Hierusalē. Verbum est medium inter mentem & uocem, sic persona filij media est inter Deum & carnē. Et ideo pōt dici illud Act. 6. ꝙ uerbum dn̄i crescebat, & multiplicabatur in Hierusalē. Et ideo breuiter de uirtute mediatiua & concordatiua istius uerbi dr̄ Eccl. 6. Verbū dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Sic ergo patet quō uerbum concordatiuum patris fuit, & suiipsius inclinatiuum & humiliatiuum. Si uis dilatare de incarnatione uerbi, uidē supra de Christi aduētu, & infra in littera 10. de incarnatione Christi. Vide supra de syon & de exire, de lege, de Hierusalē, quia trāseo gr̄a breuitatis. Istud est ergo uerbum ęternę generationis, quod est primum principale. ¶ Secundò principaliter dico ꝙ inuenitur uerbum diuinæ prædicationis. Scriptura n. sacra & doctrina sanctorū, necnon prædicatio doctorū catholicorum dr̄ uerbum Dei. Deus. n. per istud uerbum uoluntatem suam nobis aperit, & nos etiam de agendis, omittendis, & credēdis instruit & erudit. Illi. n. qui istud uerbum proferunt, non sunt nisi os & instrumentum diuinæ mentis, quia. s. uerba Dei & nō propria dicunt, sicut dr̄ in psal. Dn̄s dabit uerbū euangelizantib. &c. Et ideo sicut uidemus ꝙ edicta regum audiuntur reuerētur & seruantur, sic debet uerbum Dei ꝙ nihil aliud est q̄ summi imperatoris edictum, reuerenter audiri, & diligenter perfici & impleri. Exemplo animalium innocentium, quæ timent leonem. exemplo auium rapacium, quæ timent aquilæ uolatum. quia certè clamor diuini prædicatoris ab innocentibus & rapacibus. i. à bonis & malis est timendus, & in reuerētia audiendus, & executioni debitæ demandandus, iuxta illud Luc. 8. Audientes uerbum domini retinent, & fructum afferunt in patientia. Vbi aduerte ꝙ uerbum Dei debet

Seduliter auscultari. Audientes.
Stabiliter conseruari. Retinent.
Vtiliter adimpleri. Fructum afferunt.
Humiliter sustineri. In patientia.

¶ Dico ꝙ uerbum Dei est seduliter attendendū, qđ ostendit cum dicitur. Audientes, quia. s. libenter & attentè debent audiri, iuxta illud Luc. 10. Maria sedens secus pedes dn̄i audiebat uerbum illius. Vide supra de audire. Sicut. n. homo libenter recipit bonos cibos ut nutriatur, sic aīa debet libenter recipere bona uerba, ut Dei gratia impleatur. Verbum. n. Dei nutrimentum est animę, sine quo uita gratiæ non potest seruari, nec diutius retineri. Qnāmuis. n. animalia uiuant aliquā diu sine cibo, nunquam tn̄ semper. Sic uere quamuis homo sine cibo uerbi Dei possit uita gratiæ aliquandiu uiuere, nō potest tn̄ semper, imo necdiu sine isto cibo in uita gratiæ ꝑmanere, quia sicut dicitur Matthęi 5. Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quòd procedit de ore Dei. Audiētes ergo &c. Boues & cerui delectantur melodiam audiendo. Sic uere nos gaudere debemus, quando uerbi Dei melodiam attendimus & audimus. Actuum. 13. Audientes gentes gauisæ sunt, & glorificabant uerbum domini. Sed scitis quid? quamuis sit generale ꝙ animalia bibant aquam, illud tn̄ fallit in illis animalib. quorum cibus multum est humid⁹, sicut sunt aues prædales, q̄ vtuntur crudis carnib, & sicut cuniculi, qui vtuntur herbis virentib. quia talia aīalia raro bibunt. Sic vere charissimi quamuis gn̄aliter oēs teneamur bibere, haurire & audire aquā diuinæ sapientiæ & verbi Dei, Istud tn̄ non faciunt qui habitant in cauernis terræ, vsurarij. s. & auari, & prædales, qui vtuntur carnib. crudis. i. crudeles, nobiles & tyranni. Quia procul dubio aqua verbi Dei nō bibunt libenter nec audiunt, nec ipsum recipiunt aut faciunt, quia sicut dr̄ de istis Ioā. 8. Qui ex Deo est, verba Dei audit, ꝓpea vos non auditis, quia ex deo non estis. Est igitur verbū Dei seduliter attendendum. ¶ Item dico ꝙ istud est memoriter addiscendum. Retinent inquit. Cibus. n. sumptus vel etiā medicina nō proficiunt nisi retineantur. Sic vere nec verba prædicationis nisi tenaciter memoriæ commendentur. Si. n. infirmus medicinam sumptam statim vomeret, potius noceret q̄ iuuaret. Littera. n. scripta in pergameno si statim deleretur, illa scriptura non proficeret, sed pergamenum per eā defędaretur. Sic vere necesse est ꝙ verba ꝑdicationis in corde maneant, & ꝙ statim non fugiant nec recedant. Luc. 2. Maria aūt conseruabat oīa verba hec, conferēs ea in corde suo. Retinent inquit. Hebræ. 3. Initium substantiæ eius vsq; in finem firmum retineamus. Quod tn̄ est contra multos qui verba salutis non retinent, imo quicquid de bono eis ꝑdicatur, obliuioni tradentes pro nihilo totum habent, similes illis petris super quas semen proiectū non fructificauit, eo ꝙ se nunquā interius fundauit, sicut patet ꝙ per vnam aurē intrat, & per aliam euolat, contra illud Deute. 4. Ne obliuiscaris verborum quæ viderunt oculi tui. Patet ergo ꝙ verbū Dei memoriter est retinendū. ¶ Item dico ꝙ istud verbum est vtiliter adimplendū. Fructū inquit afferunt. Non. n. sufficit verbū audire, nisi fructum bonorum operū studeat quisq; dare, & verbum executioni demandare. Ager. n. non bonus diceretur esse, qui semina acciperet, & fœcunditate fructuum orbaretur. vnde ad Col. 1. Spes q̄ vobis reposita est in cœlis, in verbo euangelij, fructificat & crescit. ¶ Itē dico ꝙ istud humiliter est sustinendū. In patientia inquit. Quia. s. sicut sapiēs infirmus libenter sustinet medicinā, quamuis asperam ipsam inueniat & amarā, sic quamuis verbum Dei nobis sit qn̄que asperum, correctoriū & seuerum, non est ꝑ hoc fugiendū, sed in patientia sustinendum, quia sicut dr̄ 2. ad Tim. 4. Prædicans verbū Dei debet instare opportunè, importunè, argue re & increpare in omni patientia & doctrina. Quod est contra multos qui verba correctionū nequeunt sustinere, de q̄bus Hier. 6. Ecce verbū Dei, sanctum est eis in opprobriū, & non suscipiunt illud. Quia. s. isti diligunt verba, adulatoria & non correctoria, & ideo ꝑdicatores nr̄i solent ipsi adulatoribus parcere, nec audēt triste aliquid immiscere. Cuius tn̄ cōtrarium debet esse, quia sicut dr̄ Eccl. 12. Verba sapientū debent esse quasi stimuli vt timorē incutiant auditori. ps. A verbis tuis formidauit cor meū. Sic ergo patet ꝙ verbum est humiliter sustinendum, vtiliter adimplendum & exequendum, memoriter continendum, seduliter attendendum. Sed vide supra de audire & prædicarē. Patet ergo ꝙ est verbum diuinæ prædicationis, ꝙ est secundum principale. ¶ Tertio dico principaliter ꝙ est verbum humanæ locutionis. Et sic dico ꝙ inuenitur verbum bonorum, & verbum malorum. Vnde de verbis iustorum nota ꝙ isti debent habere verba

Dulcis benignitatis.
Certæ veracitatis.
Prudentis maturitatis.
Asperæ sæueritatis.
Euidentis vtilitatis.
Consolantis alacritatis.
Gratæ & acceptæ sonoritatis.

¶ Dico ergo ꝙ verba iustorū debēt esse benigna & dulcia, q̄a sicut dr̄ Eccle. 6. Verbū dulce multiplicat amicos. Vnde Roboā fuit dictū 2. Paral. 10. Si linieris populū verbis elementibus, seruiet tibi omni tempore, ꝙ tamen non fecit, ideo perdidit regnum suum. Item debent esse verba certa & veracia. vnde Eccl. 37. Ante omnia verbum verax præcedat te. Ideo petebat Dauid in psalm. Ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque. Item debent esse matura & sagacia Eccl. 18. Sensati in verbis sapienter egerunt. Itē debent esse aspera pungentia, quia vt dr̄ Eccles. 12. Verba sapientum quasi stimuli. Item debent esse vtilia & proficua. Vnde de Salomone dr̄ Ecclesi. 12. quòd ipse composuit parabolas multas, quæ sunt verba vtilia. Item debent esse læta & consola-

tiua.

tiua.vnde 1.ad Thes.4.Itaque consolamini inuicē in verbis istis.& 2.Para.32.Confortatus est populus verbis Ezec. regis.Item debent esse grata & complacentia, quia sicut dicit Eccl.20.Sapiens in verbis amabilem se facit. ¶ Sed nota ꝙ verba malorū hoīum sunt cōtrariæ cōditionis, quia ista sunt

Vana & pompo∫a.	Dico ꝙ ista habent vanam pom-
Falsa & dolosa.	positatem.vnde Iob 16. Nunquid
Dulcia & adulatoria.	finem habebunt verba pomposa
Multa & copiosa,	& ventosa?Item falsam dolosita-
Mendacia & vitiosa.	tem. Vnde in psal.dr̄. Verba oris
Mordacia & venenosa.	eius iniquitas & dolus &c. Item

blandam falsitatem,vel adulatoriam duplicitatem.Vnde de mala muliere dr̄ Prouer.16.ꝙ fauus mellis verba composita.& Prouer.18.Verba bilinguis quasi simplicia.Item habēt multam loquacitatem,& tamen dr̄ Prouerbi.14. Vbi verbā sunt plurima,ibi frequenter egestas.& Eccl.20.dr̄ ꝙ qui multis vtitur verbis,lædit animam suam. Item habent omnem mendacitatem,cum tamen dicatur.Proue.29. ꝙ princeps q̄ libenter audit verba mendacij, omnes ministros habebit impios.Item habent detractoriam mordacitatem.Proue.6. Verba susurronis quasi simplicia,& ipsa perueniunt vsq; ad interiora ventris.Ista ergo sufficiant.Vide supra de loqui labijs,vbi de ista materia magis ad plenum tractatur.

A **Verecundia** Nota verecundia est quædam animi passio à timore originaliter generata.Est.n.verecundia timor confusionis, & accipitur in scriptura in bono & in malo.Vnde breuiter nota ꝙ in sacra scriptura verecundia est

Quædam commendabilis.	Dico ꝙ est verecūdia cō
Quædam detestabilis.	mendabilis & virtuosa,
Quædam confusibilis.	& ista ē illa qua multi iu-
Prima est perfectorum.	sti sunt verecundi & pu-
Secunda est peccatorum.	dibundi,& qua verecun-
Tertia est damnatorum.	dantur facere aliquid in-

honestum.Ista est vna virtus quam & sacra scriptura & natura cōmendāt.Natura dico,q̄a ēt aīalia aliqua sunt q̄ de re bus turpibus verecundant̄.Vnde de elephantibus legim⁹, ꝙ intm̄ verecundantur vinci,ꝙ victoris vocem semper solent timere,& ad eius presentiam erubescunt amplius apparere. Vrsa etiam erubescit videri q̄n cum suo masculo vult carnaliter copulari,quapropter abdita loca solet quærere, vt tūc securius possit latitare.De leone ēt legimus, ꝙ solet verecūdari q̄n persecutus á venatore in nemoribus occultat̄, quapropter tunc de nemore solet velociter decurrere, vt extra nemus in publicum possit apparere. Si igitur natura, bruta verecundiā habere voluit,multo fortius hominibus ratiōe vtentibus ipsam imperauit. Quapropter verecundiā debemus habere si ab hostibus vincimur, si inficimur carnaliter, & si per ignauiam ab occursu persecutorum ecclesiæ occultamur.¶Prima debet esse verecundia pœnitentiæ, quia pro certo viri pœnitentes,q̄n considerant se à diabolo in tot tētationibus victos fuisse,erubescere debent,& ex indignatione ad prælia fortius anhelare.Verecundia.n. succumbendi, magna pars est victoriæ.vnde Ambrosius de morte Abel dicit ꝙ erubescere debemus & condemnare pc̄t̄m,non defendere,quia peccatum pudore minuitur, & culpa defensione augetur. ¶Secunda verecundia est prudentiæ,quia.s.ad prudentem pertinet verecundari facere peccatum. quamuis.n. à tentatione vincatur carnalitate sua, tn̄ securius quod poterit debet operari,confidens de Dei auxilio. ꝙ etiam natura in radice mandragoræ indicare voluit,quæ cum formā prætendat humanam,tamen manum tenet dexteram super virilia & ea operit atque cœlat,Ad denotandum ꝙ quicquid fit circa illa membra,est celandum, & cum verecundia occultandum.Exemplo secum impiorum & malorum, qui turpitudinem cogitationis & carnalitatis suæ quam in Susannam habebant,erubescebant indicare sibi inuicem, sicut dicitur Dan.13.Cuius tamen contrarium est de multis,qui non verecundantur si eorum carnales turpitudines videantur, sed in his potius gloriantur,similes pueris & bestijs,qui non verecundantur nudi videri.vnde Gen.2.dr̄ de Adam & Eua ꝙ erat vterq; nudus,& nō erubescebāt.vn̄ Hier.6. Cōfusione non sunt confusi,erubescere nescierunt.& Hie.3. Frons mulieris meretricis facta est tibi,& noluisti erubescere. ¶ Tertia est verecundia audacię & constantiæ,quæ potissimè pertinet ad prælatos,qui debent verecundari persecutionis tēpore latitare,imo ipsi tyrannis & persecutoribus se publicè debent opponere,& eis obuiare. Pueri.n. habent fugere & timere,sed viri non.Et ideo loquitur Seneca talibus in epistola 25.Numera annos tuos & pudebit eadē velle, quæ volebas,puer.Ista est igitur verecundia virtuosa, qua viri virtuosi sectantur & per quam a turpibus operibus retrahuntur.Nobiles.n.caniculi habent aures pendentes, & etiā elephantes,qui animalia sunt nobilissima,signātes viros iustos, qui aures pendentes dicuntur habere,inquantum verecundia,reuerentia & obedientia faciliter suffunduntur. Sciunt.n ꝙ(s̄m Bernardum super cantica)Verecundia est bonę spei nuncia,boni indolis iudicium,virga disciplinæ,expurgatrix malorum,propugnatrix prauitatis, gloria conscientiæ,famæ custos,vitæ decus,virtutum sedes,gratiarum primitiæ, naturæ laus,totius insigne honestatis.Ecce q̄uo commēdat verecundiam.Et breuiter,Seneca dicit epistola 25. ꝙ quandiu durat in homine verecundia peccandi, tandiu nō est de correctione ipsius desperandum.Et ideo ipse docet epistola.25.ꝙ summè prodest ad verecundiam nutriendum,si q̄cquid facimus sic facimus(vt Epicurus)tanquam spectet aliquis. Prodest.n.sine dubio custodem sibi imponere,& habere in quem respicias.Patet ergo ꝙ est verecundia commendabilis & virtuosa.¶Secundò dico ꝙ est verecundia detestabilis & vitiosa,& ista est illa qua homo verecundatur cōfiteri,similis oui,cui lupus stringit guttur ne clamet & liberet. B
qui a.s.verecūdia similis est morbo qui dr̄ squinātia quo guttur ita stringitur,ꝙ spiraculum denegatur. Similes strangulo suspensorum &c.sicut dr̄ in psal.Tota die verecundia mea contra me est,& confusio &c.Sicut etiam sunt aliqui qui verecundantur facere quæ tenentur, sicut sunt aliqui religiosi & clerici qui verecundantur & erubescūt se portare religiosè,& facere cerimonias regulares,imo ecōuerso volunt imitari actus & habitus seculares, dicentes illud Lucæ 16. Fodere non valeo,mendicare erubesco. Non attendētes ꝙ dominus dicit in euangelio Lucæ 9.Qui erubuerit me corā hominibus, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua &c.Tales enim sunt illi qui verecundantur recognoscere humilitatem sui generis,& amare pauperem parentelam.Similes illi mulo qui requisitus de quo genere esset,noluit cognoscere patrem suum asinum,sed dixit se nepotem equi regis Hispaniæ,qui frater fuerat matris suæ.Tot istud hodie,quia si tales habent aliquem nobilem in genere suo quamuis longinquum, solent eum præponere, pauperes vero quamuis propinquos solent post ponere, erubescere & horrere,contra illud Eccl. 4. Non verearis proximum tuum in casu suo.Ista est igitur verecundia detestabilis & vitiosa ¶Tertiò dico ꝙ est verecundia confusibilis & damnosa,& ista est qua damnati in inferno confundantur & verecundantur, sicut homo qui venit de alto statu ad infimum, de regno ad patibulū & cuius scelus venit de occulto ad publicum.Et ideo dr̄ in psa.Erubescant impij, & deducantur in infernum,muta fiant labia dolosa.Isti.n.sunt sicut lupus, qui tunc tp̄is valde erubescit, q̄n se in foueam cecidisse videt vnde nequit exire.Sunt etiam sicut latro, qui publice se deprehensum videt & sentit.Sic ergo patet quòd est verecūdia dolorosa,vitiosa,& virtuosa.Vide supra de Cōfusione.

A **Vermis.** Cum vermis sit animal vile & modicæ virtutis,turpissimique coloris,possum dicere quòd moraliter loquēdo,potest accipi multis modis. Sic igitur notabo quòd inuenitur vermis

Despectiuus.	¶Primus signat hu-
Corruptiuus.	militatem Christi.
Corrosiuus.	Iste enim in scriptu-

ra vermis dicitur,quia sicut aliqui sunt vermes qui sine sexus commixtione nascuntur,quia tacti mollissimi, tangētes vero durissimi inueniuntur,inquantum ligna durissima per tactum eorum perforant̄,qui ēt amara fugiunt, & dulcibus delectantur.& qui insuper nec falsa nec aromatica corrodere dinoscuntur,sic vere Christus sine sexu virili genitus, si p orationē tangitur,inuenitur mollissimus & pijssimus,in iudicio vero quando tanget,inueniet̄ durissimus,q̄ in hoc mūdo vilis apparuit & despectus.Vnde psal.Ego autem vermis sum,& non homo,opprobrium hominū, & abiectio plebis. Nā iste pc̄tores fugit,benignos & dulces diligit,aromaticos vero

vero.i.virtuosos & famosos,& falsos.i. pęnitétes & doloro sos nō lædit ideo dr̃ de Dauid 2.Re.13. ꝙ ipse é quasi tenerrimus ligni vermiculis.¶Scd's vermis significat culpæ malignitaté,& iste ęst vermis peccati, qui corrūpit & inficit mentem nostram. Diuersa.n.sunt genera vermium,quia

Quidam
Generantur in herbis,vt ærucæ.
Arboribus,vt terredines.
Carnibus,vt mandones.
in Vestibus,vt tineæ.
Animalium visceribus,vt lumbrici.
Animalium pilis & pellibus,vt pediculi.
Hominum capitibus,vt lendes.
Hominum manibus,vt cirones.

Sic vere charissimi diuersa inueniuntur gña peccatorū,quia quædā sunt in herbis.i.in pauperib.& depressis,vt eruca corrodens.hæc est impatientia. vnde Iob. 21. Simul in puluere dormient,vermes cooperient eos. Alij sunt in arborib.i. in altis hoībus.hæc est teredo cōterens,i.rapina & sæuitia.Ecc, 7.Vindicta carnis impij ignis & vermis. Alij sunt in carnib. .i.in viris carnalib.s.mando nes,hæc est gula & luxuria 2.Mach.9.De corpore impij vermes scaturiunt.Alij sunt in vestibus.i.in religiosis,qui per vestes cognoscuntur. hæc est inuidia.s.tinea occultè consumens.Eccl.10.Cum mortuus.i.religiosus fuerit homo, hæreditabit serpentes & bestias & vermes.Alij sunt in viscerib.hæc est ira & tristitia.vnde Act.12. dr̃ de Herode.Consumptus est à vermibus,& expirauit.Alij sunt in pilis diuitiarū,vt pulices,& pediculi,hęc est auaritia. Deute.28. Vineā plantabis,& non bibes vinum,qm̄ vastabit eam vermis. Alij sunt in capitib. hoc est in intétione cordis, sicut sunt lentes,i, hypocrisis & inanis gloria, vnde 1.Mach. 2.Gloria eius stercus & vermis. Alij vero sunt in manibus,i. in operationibus,sicut sunt cirones, hoc est ocium & pigritia.Vnde negligenti dr̃ Esaiæ.14.Subter te sternetur tinea,& operimentum tuum erit vermis.Ista.n.sunt genera varia vermium,i.culparum,quibus vas animæ corroditur, & quibus ne teneat liquorem gratiæ,perforatur. Et sic dico ꝙ vermis significat culpæ malignitatem. ¶Tertiò dico ꝙ vermis significat pœnæ acerbitatem. Pœnam & miseria tam temporalis, q̃ æterna per vermes designatur,à quibus homo corroditur, & vastatur.Corpus.n.vermibus corporalibus traditur,& aīa, peccatorum vermibus infernalibus deuoratur. De corpore dr̃ Iob 17. Mater mea & soror mea vermibus. De aīa vero dicitur Esai. 66. Vermis eorum non morietur,& ignis eorū non extinguetur.Vermis iste est corrosio conscientiæ, vel ipse diabolus infernalis.vnde Iudith 16.de damnatis dr̃ quod dabit dominus ignem & vermes in carnes eorum, vt vratur, & sentiant vsq; in sempiternum.Patet ergo ꝙ est vermis despectiuus,corruptiuus,& corrosiuus.Si vis dic de verme qui inuolutus luto intrat ventrem crocodili,qui signat auaritiā. Item de verme quem comedens bos inflatur interius,qui significat inuidiā.Item de verme qui est in capite arietis,qui signat superbiā & stultitiam. Vel potes applicare de vermibus particularibus,sicut est serpens,scorpio,eruca,& sic de alijs. Vide ergo supra in locis pluribus,& inuenies plura &c.

A **Vertex.** Vertex est illud summum cacumen ꝙ in mōtib.eminet & apparet, & accipitur vertex ꝑ capite pro eo ꝙ caput est pars altior in homine, & pro eo ꝙ vertex dr̃ à vertendo,quia caput de sui natura vertibile mēbrum est & mobile.Vertex igitur per omnia potest significare idem quòd altitudo.Notare ergo possum quòd in scriptura inuenio.s.verticem

Intentionis.
Perfectionis.
Promotionis.
Elationis.

¶Primus est vertex interior, & iste est vertex intellectus,qui est caput mētis. Vnde Seneca ad Paulum dicit. Cum sis altissimus vertex omnium mentium.Dan.14.Apprehendit eum Angelus domini in vertice eius. Et sic dr̃ de peccatore Esa.1. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.planta.n. pedis est affectus, vertex vero intellectus, quia.s.peccator infirmatur in pedibus affectus per malū desiderium & amorem,in vertice intellectus per malam opinionem & errorem.Vnde de diabolo dicitur Iob 2.ꝙ ipse percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis vsq; ad verticem capitis &c.¶Secundus est vertex perfectionis & eminētiæ.Status.n.perfectionis vertici cōparatur,eo ꝙ alijs supereminet, & præ alijs in morum celsitudine eleuatur.vnde Exo..17.dr̃ ꝙ Moyses & Aaron & Vr,qui fuerunt viri perfectissimi,ascéderunt in verticem montis.Et 3.Reg.19.Ascendit Helias in verticem carmeli. ¶Tertius est vertex sublimioris excellentiæ,& iste procul dubio ex vertex dignitatum & pręlationū, & status ecclesiæ & religionis,de quo Esa. 2. Erit in nouissimis diebus pręparatus mons domus domini in vertice montium,& fluent ad eum omnes gentes. Fluere.n.debemus ad istum verticem.

Secure habitemus.
Vt ibi Mandata prædicemus.
Animum eleuemus.

Ibi.n.securius habitatur.Iud.4.Pręoccupauerūt oēs vertices montium, & circundederunt muris. Ibi etiam lex domini aptius prædicatur.vnde Prouer.8.dr̃ quòd sapientia clamitat in plateis, dat vocem suam & loquitur in summis excelsisq; verticibus.Ibi insuper Deus splendidius speculat̃, vnde Num.24.Mane surgentes filij Israel descenderunt verticem montis.Israel.n.interpretatur videns Deum. ¶Quartus est vertex elatioris arrogantiæ,& iste est vertex elationis & superbiæ.i.fatuorum, qui.s.incedunt vertice elato. vnde Esai.3. Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ syon. & extento collo ambulauerunt,decaluabit dominus verticem filiarum syon. Et sic breuiter dico quod vertex sumitur quattuor modis, sed transeo,quia supra de monte,de altitudine, & de capite satis dictum est.

Vertere. Nota ꝙ vertere nihil aliud est quam mouere,voluere & mutare,& potest accipi in bono & in malo.Et ideo breuiter notabo quod in scriptura inuenitur versio. A

Pœnitentium.
Sapientium.
Pestilentium.
Fugientium.
Adamantium.
Prosperantium.
Desperantium.
Indigentium.
Adulantium.
Pereuntium.

¶Dico ergo ꝙ vertuntur hoīes pœnitentes. Isti.n.vertuntur quando per pęnitentiam ad virtutes de vitijs cōmutantur,sicut videmus ꝙ per caloré ignis minæra terræ conuertitur in metallum. vnde Iob 28.Lapis solutus calore, in ęs vertitur. vt sic dicat quilibet penités illud Iob 30. Versa est in luctum cithara mea,tympanum meū in vocē flentium. ¶Itē vertuntur hoīes sapientes. sciunt.n. se ad plura considerāda vertere,& per dissimulationem dicta & opera palliare. Similes serpentibus,quorum totum corpus flexibile est & etiam vertibile.quia illi sunt prudentes sicut serpentes,sunt nunc ante,& nūc retro.i.nūc ad præterita,nūc ad futura,nunc ad præsentia se conuertunt.vnde Eccl.Verti me ad alta,& vidi quæ sub cęlo sunt. Et per dissimulationem se ēt sciunt vertere.i.sciunt vna cogitatione & sub fictione vnius aliud cogitare. Exemplo de Dauid, qui corā Achis linguam in amentiam sibi conuertit 1.Reg.21. Exemplo Iosuæ,qui vertendo vultum fugere simulauit Iosuæ8. Fugiamus & tergā vertamus,donec persequentes nos longius ab vrbe pertrahātur. Vnde versus.Stultitiam simulare loco, prudētia sūmma est. ¶Itē vertuntur hoīes pestilentes.s.obstinati & pctōres,qui similes sunt gallo qui est supra cāpanile,qui sp̄ vertit faciē cōtra ventū,quia isti in oībus factis suis cōtra uentum spiritussancti vertuntur,& contra eum per obstinationē obdurantur. Figura in vxore Loth Gen.20.quæ respiciens retro,versa est in statuā salis.Vnde isti vertūt Deo & prælato tergū & contra eos stomachando, & de mandatis eorum non curando.Hier.6.Verterunt ad me tergum,& non faciem.¶Itē vertuntur hoīes fugientes,& isti sunt imperseuerantes & inconstantes,qui vbi teneri in aliquo proposito creduntur, statim in oppositū vertuntur,similes linguæ stateræ, q̃ facillima occasione de una parte ad aliā partem se uertit.Sic incōstātes & falsi amici & alij proditores.Prou.26.Sicut ostium uertitur in cardine sua,sic piger in lecto suo.Et tñ isti deberēt attendere illud quod dr̃ Iosuæ 7.Terga uertentes,percussi sunt uiris urbis hay.¶Item uertuntur hoīes diligentes, quia.s.illi qui se diligunt,libenter se uertunt mutuo.Similes acui tactæ ab adamante,quæ ad adamantem faciliter se cōuertit.Vnde de Cherubin dicitur Exodi 15. quòd respiciebant se mutuo versis vultib. ¶Item vertuntur homines prosperantes,quia

illi qui prosperitate fruuntur, faciliter ad infortunia conuertuntur, similes rotæ, cuius ad infima altitudo vertitur, & ad terram motus eius continuò inclinatur, quia.s.isti de alto uetuntur in bassum, i. de prosperitate in infortunium & in carsum. vnde Prou.12. Verte impios, & non erunt. Vnde ipsi dicunt illud Thre.4. Hereditas nostra versa est ad alienos, domus nr̄æ ad extraneos. ¶ Item vertuntur hoīes desperantes, qui ex toto in crudelitatē, & in iniquitatem vertuntur, similes aliquibus hoībus secundum Isidorum, qui certis tp̄ibus de hoībus conuertunt in lupos. Figura in virga Moysi Exo. 4. quæ proiecta in terram, versa est in colubrū. ¶ Item vertūtur hoīes indigentes, quia.s. pauperes & indigentes in consolationem vertuntur, qn̄ de mundi miseria ad cœli gloriam transferuntur, similes cineri pallido, qui qn̄ igne forti succenditur, in vitri substantiam conuertitur & mutatur. Quia illi qui in igne tribulationis hic vruntur, de cinere in vitrum clarum.i. de infortunato in prosperum commutantur, iuxta illud Io.16. Tristitia vestra vertetur in gaudium. Sicut in rota vertente pars superior inferior efficitur vt dictum est, & inferior efficitur superior. Vertente.n. rotam fortuna, & mutato continuo statu rerum, diuites fiunt infimi, & pauperes fiūt summi, quia.s. mali diuites ad inferos trahuntur, boni vero & pauperes ad superiora extolluntur. Vnde de ista versione dr̄ Hester 9. quòd iudæi quibus ab aduersarijs interitus parabatur, versa vice superiores esse ceperunt, & de suis hostib. se vindicauerunt. ¶ Item vertuntur homines adulātes, & isti similes sunt situlæ, quæ vertit faciem ad aquam quousq; sit plena, & statim post vertit ei dorsum, quia isti vertunt faciē ad hominem blandiendo, vt bona eius hauriant se adimplēdo. Similes ēt sunt ibi serpenti, qui velociter vertit linguam suam diuersimodè, s̄m q̄ magis superant placere. Similes illi vetulæ quę dicit 2.Reg.14. Iob pręcepit mihi figuram sermonis vertere. ¶ Item vertuntur homines pereuntes, s. damnati, quibus fortuna vertitur de prospera in aduersam. De ipsis .n. facit diabolus sicut facit latro de veste furata, quam facit in aliam formam ne cognoscatur, quia.s. de tunica facit supertunicale &c. Sic diabolus omnia ista vertit in cōtrariū, s. diuitias in paupertatem, gaudium in tristitiam, gloriam in vtilitatem. Ideo ipsi dicuntur illud Thren.5. Cecidit corona de capite nostro, cessauit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster, uæ nobis quia peccauimus. Sic igitur patet quomodo vertere sumitur multis modis. Prosequere de versione pœnitentiæ & diuinæ gratiæ, sed supra de reuersione fuit planè tractatū. Vide igitur supra de Mutare & alijs titulis similibus.

A **Verus. Verax. Veritas. Vere.** Nota quòd veritas est illa virtus per quam rerum quidditas demonstratur. Possum ergo notare quòd in scriptura triplex veritas inueniuntur scilicet

Veritas { Aeterna. / Interna. / Externa. }

Prima est veritas diuinæ Permanentiæ. Secunda est veritas moralis existētiæ. Tertia est veritas verbalis eloquentiæ. Et hoc diuisionis membrum in vltimo. §. huius vocabuli p p auctoritatis conuenientiam expeditur. ¶ Dico q̄ est veritas quæ est existens & realis, & ista est veritas diuinæ essentiæ & naturæ, quæ.s. verè certè & perfectè est nihil habens compositum, fictum seu mixtum. Vnde ipsa dicit Io.14. Ego sum, via, veritas, & vita. Item dico q̄ est quædā veritas permanens & moralis, & ista est veritas vitæ virtutū & morum, q̄.s. iusti habēt, qui nihil habent hypocriticum seu fictum. De quo Hie.2. Ego plātaui te vineā electam, & oē semen verum. Item dico q̄ est veritas eloquentię verbalis, & ista est illa q̄ homo habet in ore qn̄ verbis certis & veris vtitur & non falsis, de qua in ps. Nō auferas à me verbum veritatis vsquequaq;, quia in iudicijs tuis speraui. ¶ His præmissis dicamus aliquid de veritate moralis & æternæ permanentiæ.s. de ipso Christo Dei filio, qui se vbique prędicat veritatē. Iste.n. non solum fuit verus, imo etiam veritas in abstracto. Verum.n. balsamum cognoscitur ex hoc q̄ semper ad profundū aquæ in qua ponitur descēdere cōprobatur. Sic veritas suę charitatis apparuit per hoc q̄ per carnis assumptionem de cœlo ad terra descendit. Vnde in psa. Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Vbi aduerte q̄ iste habuit, habet & habebit veritatem

Qualitatis corporeæ.
Deitatis ætheræ.
Bonitatis pectoreæ.

Primum probat ortus humanitatis. De terra orta est.
Secundum probat ritus æqualitatis. Iustitia.
Tertium probat locus diuinitatis. De cœlo prospexit.

Prima est carnalis & exterior.
Secunda est moralis & interior.
Tertia est realis & superior.

Dico igitur q̄ iste habuit veritatē carnalis humanitatis, quod ostenditur cum dr̄. De terra orta est. nihil.n. pōt oriri de terra, quin veraciter corporeum sit & terrestre. Igitur iste de terra.i. de corpore virgine fuit ortus. Vnde dico q̄ ipse fuit veraciter humilitatus, iuxta verbum eiusdē qui dicit Io.3. Quod natū est de carne, caro est. Qđ cōtra quosdā hæreticos est qui dixerunt Christū carnē habuisse fucatā, aereā, & nō verā. Cuius cōtrariū fuit verū, quia ipse veraciter fuit verus homo. Vnde ipsi Deo de assumpta humana carne pōt dici illud psal. Dn̄e De⁹ virtutū quis similis tibi? &c. In circuitu .n. diuinitatis fuit veritas humanitatis. Veritas inquit de terra orta est. Vnde in ps. Lux orta est iusto. Lux dico, de qua dr̄. Io.1. Erat lux vera q̄ illuminat oēm hominem venientem in hunc mundū. Ergo veritas humanitatis carnalis de terra orta est. B ¶ Deinde dico q̄ iste habuit veritatem moralis synceritatis seu bonitatis, & hoc ostenditur cū dr̄ Iustitia. Iustitia .n. continet oēs virtutes. Quia procul dubio omnia quæ in Christo fuerunt.s. dicta & facta, fuerunt iusta, vera sancta atque bona. Apo.15. Domine Deus omnipotens iustæ, & veræ sunt vitę tuæ. Circa quod nota quod iste habuit veram

Perfectionem.
Compassionem.
Protectionem.
Locutionem.
Correctionem.
Durationem.
Ordinationem.
Illuminationem.
Conuersationem.

Dico igitur q̄ in isto fuit vera perfectio, Nō.n. fuit hypocrita, sed verus & sanctus. Vnde psal. Oēs viæ tuæ veritas. Itē vera cōpassio. Verè .n. & non fictè cōpatitur miseris. ps. Misericordia & veritas p̄cedēt faciē tuā. Itē uera protectio. Iste.n. est solus qui uerè protegit & saluos facit psal. Scuto circundabit te ueritas eius. Item uera locutio, quia non mendaciter loquitur psal. Principiū uerborum tuorū ueritas &c. Itē uera correctione. Tribulationes.n. quas immittit atq; correctiones, iustæ sunt atq; uerę. Vnde psal. Iustitiæ dn̄i rectæ &c. Et iterum. In ueritate tua humiliasti me. Itē uera duratio. ueritas, n. suarum uirtutū nunquā deficit. Vnde psa. Veritas tua manet inæternum. Item uera ordinatio, quia.s. lex & mandata eius sunt uera & sancta. psa. Oīa mādata tua ueritas iniqui persecuti sunt me, adiuua me domine. Et alibi. Iustitia tua iustitia inæternum, & lex tua ueritas. Itē uera illuminatio, quia sicut dr̄ 1.Ioā.2. Tenebræ transiuerunt, & uerum lumen iam lucet. Item uera uita & conuersatio. Vnde ipse dicit Eccl.24. In me gratia omnis uitæ, & ueritatis, in me omnis spes uitæ & uirtutis. Ecce ergo quomodo iste habuit ueritatem realis bonitatis, quæ per iustitiam designatur. Iustitia inquit. Vnde in psal. dr̄. Propter ueritatem & mansuetudinē & iustitiā &c. C ¶ Deniq; dico q̄ iste habuit ueritatem realis diuinitatis cum dr̄. De cęlo prospexit. Cęlū.n. est propriè locus Dei. Vnde dr̄ Esa.56. Cœlum mihi sedes est. Et ideo bene concluditur q̄ iste est uerus Deus, qn̄ dr̄ in cęlo fuit locus eius. in psalm. Inæternum misericordia eius ædificabitur in cœlis &c. istud fuit contra multos hęreticos sicut fuerunt nestoriani, quorū adhuc maxima est copia in oriente, q̄ dixerunt Xp̄m purum hoīem & non Deū, cuius cōtrariū est uerū quia ipse per oīa fuit uerus Deus, unde Hier.10. Dn̄s aūt Deus uerus est, ipse Deus uiuens & rex sempiternus. De cœlo inquit psa. Dn̄s de cœlo in terram aspexit. Et aspexit dico de cœlo in terrā.i. de uera diuinitate in uerā humanitatē. Quia.s. dr̄ in psal. Dn̄e in cęlo misericordia tua &c. Patet ergo q̄ Deus Dei filius fuit uerus in reali diuinitate, in morali bonitate, & in carnali humanitate. Et ideo ipse est qui dicit Io.15. Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est. Ego sum inquit, quod pertinet ad diuinitatem, quæ.s. sola uere est. Vitis inquit, quod pertinet ad moralem bonitatem, quia ista uitis uinum spiritualis iocunditatis hominibus procurat. Et pater meus agricola est, quod pertinet ad carnalem humanitatē, quæ ex hac agricu-

tural

tura spirituale recipit nutrimentum.Et ideo breuiter possu-
mus dicere illud Gen.28. Vere dominus est in loco isto &c.
Et bene dicit vere, quia sicut dictum est,pro certo iste vere

Fuit carrne velatus.
Fuit in cruce grauatus.
Fuit à morte leuatus.
Fuit virtute dotatus.
Fuit honore ditatus.
Fuit in altare sacratus.
Fuit propheta vocatus.

¶Dico ergo ꝙ iste fuit
vere carne velatus un-
de Esaia.45. Tu es vere
Deus absconditus. Itẽ
fuit in cruce vere gra-
uatus.Esa.53.vere lan-
guores nr̃os ipse porta
uit.Item fuit verè à morte leuatus.vnde Luc.24. Surrexit do
minus vere,& apparuit Simoni. Itẽ ipse fuit vere virtute do
tatus.vnde Luc.23.Vere hic homo iustus erat.Item fuit vere
honore ditatus,quia de eo dr̃ Matth.27.Vere filius Dei erat
iste.Item fuit in altari vere cõsecratus siue sacratus,quia si-
cut dr̃ Io.6. Caro mea vere est cibus,& sanguis meus vere est
potus.Item ipse fuit vere propheta vocatus.vnde de ipso di
cebatur Io.6. Hic est vere propheta qui venturus est in mun
dum.Sic ergo patet quõ primo & principaliter quædam est
veritas æternæ permanentiæ.¶Scd̃o dico ꝙ est veritas mora
D lis eminentiæ, & ista procul dubio est illa veritas qua quili-
bet iustus dr̃ esse verus & non fallax,varius seu falsus.In cœ-
lo.n.inueniuntur stellæ veræ,quæ.s.nunquam pereunt neque
cadunt,sed in firmamẽto fixæ sunt, & cum eo semper vadũt.
Ibi etiam qñque falsæ stellæ apparent vere,quæ quia veræ nõ
sunt,ideo quamuis aliquandiu splendeant cito tñ pereunt &
recedunt,sicut patet de vaporib. in aere inflammatis, qui à
rusticis dicuntur stellæ esse,quæ de nocte cadere existimant.
Sic procul dubio in mundo duo sunt genera perfectorum,s.
falsi & veri.Falsi nullam habent existentiã,veri autem habẽt
in morib.& in fide perpetuam permanentiam. Falsi à perfe-
ctione quã vidẽtur habere,cito pereunt atq; cadunt, veri au
tem in firmitate propositi semper sunt, & cum firmamento
Deo vere & virtualiter semper vadunt,ita quòd de talib. di-
cere vr̃ Christus illud Io.8.Si manseritis in sermone meo,ve
re mei discipuli eritis.quasi diceret. In hoc cognoscitur ho-
mo verus,si in fide & in morib.stabiliter manet firmus.Ita ꝙ
de quolibet tali põt dici illud Io.6.Hic est vere propheta.In
quibus verbis ostenditur triplex veritas quam iusti tenẽtur
habere,videlicet

Veritas Tenenda. / Credenda. / Dicenda.

Prima pertinet ad moralẽ existẽtiam.Hic est.
Secunda pertinet ad mentalem sapientiam,cũ dicitur.Vere.
Tertia pertinet,ad verbalẽ eloquentiam,cum dr̃ Propheta.
¶Dico ꝙ iustus debet habere veritatem moralem veræ exi-
stentiæ,& hoc ostenditur cum dr̃.Hic est ꝙ est pronomen re
præsentatiuum.i.demonstratiuum. Est vero est verbum sub
stantiuum.vtrunq; ergo realem existentiam denotat, & veri
tatem morum & veram firmitatem & virtutum substantiã
manifestat.De vero.n.homine,qui.s.est in amicitia & virtutũ
existentia semper firmus,dr̃,Hic est. De falsis vero amicis,&
de fictis hypocritis & de varijs hoĩbus atque vanis non pro-
priè dr̃,hic est,imo potius,hic non est, quia.s.illi propriè nõ
sunt,qui faciliter desinunt esse,& non existentiã,sed solũ ap-
parentiã prætendunt,ita ꝙ de eis põt dici illud Io.9. Alij di-
cebant ꝙ hic est,alij dicebant,non,sed similis eius est,sed de
hoc vide supra de esse,& in sermone. Est puer vnus hic. Sed
de viro iusto & vero, reali existente dr̃,hic est,s.indeficiẽs &
permanens,non vanus nec defectiuus, sed ad oĩa paratus,tã
in amicitia quam in morib. duraturus. & sic de illo põt dici
illud Matt.15. Vere hic hõ filius Dei erat. & vere filius Dei,
quia.s.Deus diligit hoĩes firmos & veros, & ipsos reputat fi-
lios suos & seruos,quia sicut dr̃ in psa.Veritatẽ diligit Deus,
Gratiam & gloriam dabit dñs. De vero.n.amico dr̃, hic est,
quia.s.nunquã mutatur in alium, sed semper idem perseue-
rat in prosperis & in aduersis.Ideo dr̃ Ecc.25.Beatus qui in-
uenit amicũ verum.De viro etiã constante dr̃, hic est,quia.s.
intentatione & extra semper manet idem.vnde psal.Tu autẽ
idem ipse es,& anni tui non deficient. De iusto etiam dr̃ hic
est,quia.s.non debet esse aliud quã sit,vt vnũ videatur in ap-
parentia,& aliud sit,in existentia,sicut hypocrita,sicut de tri
plici veritate bonorũ dicatur illud Lucæ.23.Vere hic hõ iu-
stus erat. Sed heu ista triplex veritas hodie in multis variat,
sicut dr̃ in psal.Diminutæ sunt veritates à filijs hominũ, va-
na locuti sunt vnusquisq; ad proximum suum.Similes,n.sunt
Mercurio,qui est planeta varius & mutabilis,intantũ ꝙ nũc
bonus,nunc malus,nunc fœmineus,nũc masculus inuenitur.
Sic isti nullã habent in morib. firmitatẽ, sicut patet de falsis
amicis & viris inconstantib.& hypocritis,de quibus nõ põt
dici hic est,sed potius illud. Venite & videte locũ,surrexit,
nõ est hic.Nõ sic charissimi, sed habeat iustus vir virtutẽ mo
ralis existentiæ.Hic est inquit.vt sibi dicatur illud Matth.14. E
Vere filius dei es.Quia dicit Seneca in epistola 79.Veritas in
oẽm sui partẽ eadẽ est. ¶Itẽ habeat veritatẽ mentalis sapien
tiæ,q̃ notatur cũ dr̃.Vere quia.s.ipse verè cognoscere & senti
re debet tã in fide q̃ in naturalib.mundi rebus, vt sic dicat il
lud Act.12.Nunc scio vere.Clarũ.n.lumen & clarus visus re
quiritur ad hoc ꝙ quis bene iudicat & de colorib.& de reb.
Cæcus.n.vere nunquã iudicat de colorẽ. et de nocte nõ vere
iudicatur,imo vna res pro alia sæpissimẽ extrahitur.Sic vere
ad lumẽ veræ fidei & gr̃æ verus visus & verus intellectus sciẽ
tiæ requiritur,ad hoc ꝙ vere veritas rerũ cognoscatur,& iõ
illi qui in cæcitate ignorantiæ sunt constituti,& sapientiæ,&
fidei lumine sunt priuati, non de rebus vere iudicant neque
sentiunt,sed sæpe vnũ aliud credunt.Patet in antiquis philo
sophis,qui lumen fidei nõ habuerunt,& ideo de Deo & alijs
plurimis mala iudicauerunt.Sicut.n.dr̃ Ro.1.Ipsi euanuerũt
in cogitationib.suis,& obscuratũ est insipiens cor eorũ. Et
sequitur.Commutauerunt veritatem Dei in mendacium.Fi
des.n.est illa lux quæ illuminat oẽm hoĩem venientẽ in hunc
mundum.Io.1.Quia.s.ista oculum cordis disponit ad viden
dum credendũ veritatẽ Dei.vnde Ioã.8. Si manseritis in ser-
mone meo,vere discipuli mei eritis,& veritas liberabit vos.
& 2.ad Tim.3.dicit apostolus. Aliqui sunt semper discentes,
nunquã ad veritatẽ Dei venientes.Isti.n.sunt sapientes mun
di,similes noctuæ,quæ pulcherrimos habet oculos, tñ nun-
quã respicit vel videt lumẽ solis,quia.s. isti oculos limpidos
intellectus atq; pulchros habent in mundi scientijs exercita
tos,sed in lumine solis.i.in veritate fidei & in scientia bono-
rum spũalium parum vident, imo falsas opiniones & hæreti
cas semper tenet.Ista potissimẽ videmus de aduocatis,q̃ ma
gis diligunt falsa,quam vera,ꝙ patet, quia ad veritatem ne-
gotiorum non vadunt, sed ad cautelas & falsitates vadũt &
tendunt contra illud Zach.8. Tñ veritatẽ & pacem diligite.
Quod.s.isti non faciunt,quia non pacem,sed litem, non ve-
ritatẽ sed falsitatẽ, non concordiam sed discordiam semper
volunt.Similes piscatorib. qui magis diligunt aquam turbi-
dam quam claram, quia in clara pisces retia sua vident, ipsi
vero in turbida non se cauent. Sic istis ad capiendum & ad
illaqueandum alios, obscuritas quã claritas,hoc est dictũ,fal
sitas magis quam veritas prodest,nam si clarẽ & verẽ incede
rent,hoĩes retia suarum cautelarum viderẽt, sed quia in tur
bedine suarum falsitatũ nihil videtur, hinc est ꝙ ab eorum
malitijs non cauetur. Vnde breuiter tales possunt dicere il-
lud Esa.49.Concæpimus & locuti sumus verba mendacij,&
conuersum est retrorsum iudicium & iustitia à longe stetit,
quia corruit in plateis veritas, & æquitas nõ potuit ingredi.
isti.n.propriè sunt inimici veritatis.vnde Seneca,Nihil mo-
lestius ueritati,quã nimia sublimitas.Veruntñ si veritas mo-
do ab eis deprimiẽ,finaliter tñ p̃ualet, & inuitis aduersarijs
dñatur.Ista.n.similis est oleo,ꝙ sub aqua aliquandiu põt,nõ
penitus detineri,quia sp̃ solet superius eleuari. Sic uere ueri
tas quõcunq; ad tẽpus supprimitur finaliter p̃ualens liberta
ti tradita dñatur,& se oĩbus reuelat.vnde 2.Esdræ.4.Veritas
magna est,& fortior præ oĩbus.Oĩs terra ueritatẽ inuocat,&
cælum etiã benedicit.Sequitur. Veritas valet & inualescit in
æternum,& uiuit & obtinet. Sequitur. Magna est ueritas,&
præualet. Istud.n.multotiens ad literam uẽ ꝙ ueritas q̃ lon-
go tp̃e occultata fuerat,finailter reuelatur,& potissimẽ hoc
fiet in iudicio qñ oĩum ueritas apparebit, quia sicut dr̃ in ps.
Dñs custodit ueritatem in seculum &c.Non sic ergo,sed ha
beat iustus uir ueritatem mentalis conscientiæ & sapientiæ.
Viræ inquit dicens illud 4.Regũ.5. Vere scio ꝙ non sit alius
Deus in terra uniuersa, nisi tantum Deus Israel. ¶ Item ha- F
beat iustus ueritatem uerbalis eloquentiæ, & hoc ostendi-
tur cum dicitur. Propheta. Prophetæ erant illi qui ueritatẽ
dicebant, & nunquam mẽdacium dicebant siue p̃dicabant.
unde Hebræ.1. Multifariè multisque modis olim Deus lo-
quẽs patribus in Prophetis. Quia.s.secundum hoc quilibet

debet esse propheta, i. veriloquus & fidelis, dicens illud Prouer. 8. Veritatem meditabitur guttur meũ, & labia mea detestabuntur impium. Iusti erunt omnes sermones mei. Lingua .n. nostra formata est plana, non curua neq; angulosa, & mollis, non aspera nec dura ad significandũ q lingua vel locutio debet habere planitiẽ veritatis, & non curuitatem falsitatis vel mendacitatis, benignitatis mollitiẽ, non asperitatis duritiẽ. Actu. 26. Nõ insanio optime feste, sed veritatis & sobrietatis verba eloquor. Et aduerte q veritas habẽda est in ore,

Prædicando. Iudicando. Respondendo. Corrigendo. Dico prędicando, quia .s. nos qui docemus & prædicamus, summe debem⁹ curare q dicamus oẽm veritatem, vt sic dicatur nobis illud Matt. 22. Magister scim⁹ quia verax es, & viã Dei in veritate doces. Quod tñ est cõtra multos qui magis volunt pdicare vana, q̃ vera, & potius mirabilia q̃ vtilia. quod est cõtra psa. qui dicit. Nõ est in ore eorum veritas &c. Dico et iudicando, quia semper ad iudicẽ pertinet veritatẽ dicere, & tam in sententia q̃ in processu nihil nisi verũ supponere & dicere, vt dicatur de iudice & aduocato illud Malach. 2. Lex & veritas fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius. Quod est contra multos, de quibus põt dici illud 1. Macha. 7. Veritas & iudicium non est in eis. ¶ Dico insuper & respondeo, quia .s. quicquid à nobis petitũ fuerit, veritas dicenda est, vel saltẽ sub simulatione tacenda. Eccl. 26. Et est qui emittit verbũ certum, enarrans veritatẽ. Quod est contra multos, qui in quibusdã collocutionib. & responsionib. vix possunt veritatẽ dicere, sed semper per mendacia respondere, vnde Oseæ 4. Non est veritas, non est misericordia, non est iustitia in terra. Dico etiã corrigendo, quia ad viros iustos pertinet in correctionib. veritatem dicere & tam magnos q̃ paruos veritatis eloquijs castigare. vnde v. ad Ti. 2. Seruum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad oẽs, docilem, patientem, & cum modestia corripientẽ eos qui resistunt veritati. Non .n. debet pp timorem auditorum dimittere veritatẽ, exemplo apostoli, qui dicebat ad Gal. 4. Ego inimicus factus sum vobis, vera dicens vobis. Debet .n. aduertere q ẽm Terẽtiũ, Veritas odiũ, obsequium amicitiam amicumq; parit. Veritas .n. non audit, sed potius contemnitur & horretur. Similes .n. sunt pctõres aspidi, q̃ aures incantatori claudit, quia procul dubio qñ veritatẽ de vitijs suis audiunt, statim renuũt & recedunt. cõtra quos 2. ad Ti. 4. dr̃ q erunt quidam in nouissimis diebus qui à veritate quidem auditum auertent, & ad fabulas conuertentur. Sic ergo patet quomodo triplex est habenda veritas .s. in locutione, in cogitatione, in conditione. Et sic dictũ est de veritate humana & diuina &c.

Vescor, Vesceris.

Nota quòd vesci idem est quòd manducare, comedere, cibo, potu, pane, & alijs similibus corpori alimenta ministrare. Vide in tabula.

A Vespera.

Nota q vespera vltima pars diei, quæ ẽm diuersas proprietates põt in scriptura varia designare. Notabo ergo quòd in scriptura inuenitur

Vespera antiquitatis.
Vespera iniquitatis.
Vespera mortalitatis.
Vespera longanimitatis.
Vespera finalitatis.

¶ Dico ergo primo q vespera significat senum antiquitatem. Vespera enim est hora diei nocti ppinquior, in qua dies incipit obtenebrari, & calor refrigerari. Sic verẽ i senectute dies vitę nostræ minuit claritas sensuum obscuratur. calorq; naturalis debilitatur, & nox mortis in proximo comitatur. Tota .n. vita de mane vsque vesperam labitur, & à iuuentute vsque ad senectutem mutatur, ibiq; finaliter terminatur. Eccl. 18. A mane vsq; ad vesperã immutabitur tempus. Et aduerte de isto vespere q sicut viator qui habet adhuc ante noctẽ ire magnã viã, & qui in mane parũ processit, solet qñ videt aduesperascere diẽ, citius procedere, & ad veniendũ ad terminũ properare, sic vere charissimi, nos qui in mane iuuentutis parum profecim⁹, & quibus adhuc de virtutum itinere multum restat, quo ad ciuitatẽ paradisi intremus, debemus saltẽ in vespere senectutis laborare, & per virtutum exercitium celeriter ambulare, ne forte nox (.s. mortis) preoccupet nos, & nõ possimus ianuã introire. & hoc est q dr̃ Ecc. 11. Mane semina semẽ tuũ, & vespere ne cesset manus tua. Qđ figurabatur antiquitus Exo. 2. vbi dr̃ q iuge sacrificiũ fieret, .s. vn⁹ agnus mane, & vnus agn⁹ vespere ad significandũ q homo debet de seipso facere sacrificiũ, & se exhibere agnũ immaculatũ mane & vespere, hoc est, in iuuentute & in senectute, hoc est dictu, cõtinuẽ & sp, iuxta illud ps. Vespere & mane & meridie narrabo & annunciabo laudẽ tuã. Oues .n. auidius comedũt in vespere quã in die & mãne. Sic vere nos auidius debemus comedere pabulum grẽ & doctrinæ in senectute q̃ in iuuentute. Multi sunt similes istis magnis dñis siue burgensib. qui de mane comedũt diuersa cibaria, tot & tanta, quod in vespere non pñt comedere, cã est, quia de mane nimium comederunt. Ita sunt multi qui nimis faciunt in iuuentute de abstinentia, antequã sint bene membrati & ita diuersis pœnitentijs se macerent, q in senectute non possunt proficere. Non sic est bonũ, sed moderamine & regula corpus est custodiendũ. Item operarius qui vsq; ad vesperã non continuat dietam, præmiũ non reportat. Nam si præmium paradisi habere volumus, necesse est q vsq; ad vesperam senectutis, finis & mortis in virtutibus laboremus. Vnde psal. Exibit homo ad opus suũ &c. Ista est ergo vespera q̃ significat senũ antiquitatẽ. ¶ Scđò dico quòd vespera significat cordis iniquitatem. Vespera .n. significat statũ pcti, in quo lux gratiæ deficit, & color charitatis tepescit. Sicut .n. videmus quod vmbra in vespere est longior, noctes propinquiores, aues nocturnę sunt lætiores, ferę sunt ad nocendum promptiores & potẽtiores, sic vere in vespere pcti vmbra bonorum temporaliũ existimatur longior, nox æternæ mortis imminet propinquior, immunda auis .s. peccator, discurrit lætius, fera vero, .i. diabolus pugnat audacior, & contra nos est tunc promptior & paratior. Illi .n. qui in statu pcti sunt, reputant magnam vmbram mundanæ prosperitatis, Vnde Hier. 6. Væ nobis quia inclinata est dies, & factæ sunt longiores vmbræ vesperi. Itẽ in isto vespere magis sæuit ira diabolicæ potestatis, & tyrannicæ prauitatis. vnde Sopho. 3. Iudices eius lupi rapaces vespere. & Abachuc 1. dr̃ quod leuiores pardis equi, velociores lupis vespertinis. Ad litteram lupi plus nocent de vespere quam de mane. Sic vere raptores & alij homines lupini plus sæuiunt in pauperes in vespere senectutis, vel in obscuro iniquitatis, quam in mane iuuentutis uel gratiæ bonitatis. Teste .n. Seneca. Auaritia, senescente homine iuuenescit. Vnde de istis & de pauperib. dr̃ Hier. 5. Lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum. Item in isto vespere appropinquat & præsto est nox æternę mortis & calamitatis. Vnde 3. Reg. 22. Rex Israel stabat contra Syros, & mortuus est vespere. Patet ergo quod vespera significat culpæ malignitatem. ¶ Tertio dico quod vespera significat mortis obscuritatem. Dies .n. in vespera finitur, & operarijs præmium redditur & donatur. Sic vere in vespera mortis dies præsentis vitæ deficit, & tam bonis quam malis præmium & salarium Deus reddit. Video .n. quod uespere

Dormiunt qui vigilauerunt.
Quiescunt qui laborauerunt.
Comedunt qui ieiunauerunt.

Sic vere dico quod in vespera mortis iusti dormiunt & delectantur, quia .s. homines & animalia vadunt de vespere ad lectos. vnde Esa. 21. In saltu ad vesperam dormietis. Item iusti cessant à laboribus & consolantur. Vnde in psa. Ad vesperam demorabitur fletus. Quia sicut dr̃ in psal. Exitus matutini & vespere delectabis. Item iusti cibo æternę gloriæ pascuntur & satiantur. Videmus .n. q hoĩes vespere vadunt ad cœnam: vnde Iudith 12. dr̃ quod manebat in tabernaculo vsq; dum acciperet escam suam ad vesperam. Dico igitur quod vespera significat mortis obscuritatem. ¶ Quarto dico q vespera significat vitæ longinquitatem. Hora .n. vespertina est finis diei, & signat virtutem perseuerantiæ, quæ finis est omnium virtutum. ista .n. est hora quam Deus magis elegit, .s. finalis vespera. Et ideo Christus legitur Matth. 26. cum discipulis vespere discubuisse. Et mulieres leguntur Matt. 28. ad sepulchrum ad vngendum dominum in vespere accessisse. Et breuiter ista est hora qua lux diuinæ gratiæ lucet, & per quam homo summo deo placet. Vnde Zach. 14. In tẽpore vesperi erit lux. & Iob 21. dr̃ cuilibet bene perseueranti, Meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam. Et breuiter, si sic homo aduesperascit, manet cũ eo Deus, ita q tunc quilibet potest

potest sibi dicere illud Lu.24. Mane vobiscum dñe qm̃ adue sperascit. Patet igitur quod vespera q̃nque significat vitæ lõginquitatem, seu perseuerantiæ longanimitatem. ¶ Quintò dico ꝙ vespera designat mundi finalitatem. Finis.n. mundi dicitur vespera, eo ꝙ in fine seculorum, secundum apostolũ ad Hebre.9.) Christus incarnatus est. Marci 11. Cum iam vespera esset, venit Iesus in Bethaniam &c.

A **Vestibulum.** Nota ꝙ vestibulũ est domus seu locus circa templum sanctorũ, vel circa cameras regum vel dominorum, ad vestes induendũ specialiter ordinatus. Vnde possum dicere ꝙ est vestibulum

Superius.
Inferius.
Interius.
Exterius.

Superius est patria, vbi sumũtur vestes immortalitatis, & istud est vestibulum horti vbi Assuerus fecit conuiuium p̃parari. Hest.1. de quo dr̃ Eze.40. ꝙ in vestibulo portę domus dñi erant duæ mensæ. Duæ.n. mensæ sunt in paradiso.s. Christi diuinitatis, & humanitatis. In prima.n. delectabitur aĩa, in secunda corpus. ¶ Inferius est ecclesia, vbi sumũtur vestes sanctitatis & honestatis, & istud est vestibulũ ꝙ status ecclesiasticorum, de quo dr̃ Ioh.2. Inter vestibulũ & altare plorabunt sacerdotes & leuitæ ministri dñi &c. ¶ Interius est conscientia, vbi sumuntur vestes sanctitatis. Hester.1. Iussit præparari conuiuium in vestibulo horti. ¶ Exterius est miseria, vbi sumuntur vestes pęnæ & calamitatis, vel etiã vestes mundanę prosperitatis, & istud est vestibulum corporis seu mundi, de quo dr̃ Hier.37. Pręcepit Zedechias vt traderetur Hieremias in vestibulo carceris. Vide supra de Tabernaculo & consimilibus.

A **Vestigium.** Nota ꝙ vestigium idẽ est quod signũ, veruntamen signũ extẽdit se ad oĩa, vestigium extẽdit se solum ad p̃terita. Est.n. vestigiũ signũ ꝙ remanet post alicuius rei transitum vel recessum. Nota igitur loquendo moraliter quòd in scriptura inuenitur vestigium.

Mirabile & gloriosum.
Laudabile & virtuosum.
Damnabile & vitiosum.
Mutabile & fluctuosum.

¶ Primum est vestigium æternæ maiestatis, & istud ẽ illud signũ & imago, Illa sĩlitudo, illa impressio, ille character ipsius in aĩa & in oĩbus creaturis, quia in oĩbus creaturis resultant & apparent quædam manifesta vestigia potentiæ bonitatis & sapientiæ Dei, inquantum.s. Deus creaturas creare potuit, sciuit, & voluit. Vnde de creaturis põt dici illud Eze.43. Hic est locus vestigij pedũ meorum, vbi habito in medio Israel. ¶ Secundũ est vestigiũ moralis bonitatis, & istud est illud quod Deus in hoc mundo reliquit, & ꝙ ẽt sancti nobis post eos reliquerũt.s. character & impressio bonorum exemplorũ, & bonorũ documentorũ. Ista.n. sunt quædã vestigia bonitatis, & vitæ ipsorũ, q̃ à nobis sunt sequenda, & subtiliter attendenda. Nota. Venator sequẽdo vestigia p̃dę, ad ipsam venit & attingit, ipsamq; accipit & acquirit. Sic vere Deũ & sanctos in paradiso inuenim⁹ & accipimus, si in hoc mundo vestigia eorum sequimur, & si eorum vitam moraliter imitamur, vt sic dicamus illud Iob 23. Vestigia eius secutus est pes meus, viã eius custodiui, & nõ declinaui ab ea. Sicut.n. dr̃ j. Pet.2. Christus pro nobis passus est, relinquẽs nobis exemplũ vt sequamur vestigia eius. Vnũ est tñ aduertendũ ꝙ in ecclesia sunt multi quorũ vestigia nõ sunt ad sequendum facilia, nec etiam vtilia. De ceruo.n. dr̃ ꝙ ad finẽ ꝙ venator perdat vestigia eius & canis perdat odorẽ, ipse facit tres vel quatuor saltus, nõ recte, sed à dextris & sinistris, vt sic ad quã viã declinauerit, nesciatur. Etiã de leone legimus ꝙ cum cauda delet vestigia sua, ne à venatorib. possit deprehendi. Sic vere sunt multi qui dato ꝙ nobis relinquant aliq̃n multa vestigia bonorũ exemplorum & documentorum, ipsi tñ q̃nque faciũt aliquos saltus transuersales .i. aliqua enormia facta, p q̃ odor suæ vitæ bonæ perditur, & suorũ operũ vestigia demittuntur. Nã q̃n cauda .i. finis vitæ malus efficitur, tunc oĩm bonorũ p̃cedentiũ vestigia submouentur, ita ꝙ cuilibet tali põt dici illud psal. In mari vitę tuę, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur. & Grego. Non respicit Deus quales ante vixerimus, sed quales circa finẽ vitæ erimus. Non sic charissimi, quia boni ecclesiastici, & prælati maximè, debẽt habere bona vestigia, vt à subditis merito sint subsequenda, & executioni debite demandanda Iuxta illud Gen.33. Præcedat dñs seruum suũ, & ego paulatim sequar vestigia eius. Istud est ergo vestigiũ moralis bonitatis. ¶ Tertium est vestigiũ prauitatis localis, & istud nihil aliud est quã vestigium malorũ hominũ, qui.s. ubicunq; uadant, relinquunt uestigium malorum exemplorũ. Limax est uermis uilissimus, ubicunq;.n. uadit, relinqit uestigiũ fœdũ. Et de serpentib. ẽt dr̃ ꝙ corpus habent ualde humidũ, quapropter solẽt uestigiũ quoddã relinquere, & postmodũ solet intuentib. apparere, Sic uere tales serpentini peccatores ubiq; relinquunt mala uestigia uitæ suæ. unde Dan. 2. Respice cuius sunt uestigia, & dr̃ ꝙ totũ tẽplũ plenũ erat uestigijs puerorũ & mulierũ. Quia procul dubio in ecclesijs nõ apparẽt hodie nisi uestigia & exẽpla muliebria & puerilia, & inania, & inepta, qui procul dubio nõ sunt sequẽda, sed potius dimittenda, ut sic dicant illud. Thre.4. Lubricauerũt uestigia nr̃a in itinere platearũ nostrarũ. Istud est ergo uistigiũ localis prauitatis. Quartũ est uestigiũ mutabilis uanitatis. Vita.n. nr̃a nõ est propriè uita, sed quoddã uestigiũ & q̃dã similitudo uitæ, & sic loquit̃ Sap.2. ubi dr̃. Transibit uita nr̃a tanquã uestigiũ nubis. Et sic ergo patet q̃uo uestigiũ sumitur multis modis. Vide supra de Imagine & similitudine &c.

Vestis. Vestire. Vestimentũ. Nota ꝙ in scriptura multa inueniuntur genera uestimẽtorum. Est.n. uestis A

naturalis.
Corporalis.
Temporalis.
Virtualis.
Supernalis
Criminalis.
Internalis.

¶ Sunt dico uestes naturales, q̃ sicut uidemus, oĩa quæ sunt, utũtur quibusdã naturalib. indumẽtis. Patet de arborib. quæ uestiũtur corticib. de pratis q̃ uestiunẽ graminib. de animalib. quæ uestiuntur pellib. Corpus ẽt nihil est aliud quã uestimentum aĩæ, pellis uero nihil aliud q̃ corporis indumentum, de quo Iob 10. Pelle & carne uestisti me. ossibus, & neruis cõpegisti me. Itẽ dico ꝙ sunt uestes corporales. q̃.s. non debent esse nimis protensæ, nec ultra statũ debitum sumptuosæ. Et de hoc dr̃ Eccl.11. In uestitu ne glorieris unquã. Item dico ꝙ sunt uestes t̃pales. quia.s. teste Greg. Oĩa quæ uidemus, non sunt nisi quædã corporis indumenta. unde Esai.49.c. postquã enarrasset bona multa tẽporalia, dicit His oĩbus uelut ornamento uestieris. Item dico ꝙ sunt uestes uirtuales uel spirituales. Virtutes.n. sunt quædam spiritualia indumenta. de quibus Apoca.16. Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet. Itẽ sunt uestes supernales. bona.n. cęlestia sunt q̃dam beatorum nobilissima uestimenta, de quibus dr̃ ipsi aĩæ beatæ Esa.53. Consurge, & consurge, induere fortitudine tua syon, induere uestimentis gloriæ tuæ, Hierusalem ciuitas sancta. Item sunt uestes criminales. Vitia.n. & pc̃ã & inhonestæ conditiones sunt q̃dam uestimenta quibus diabolus uestit malos. Vnde de peccatore dr̃ in psal. Induit maledictionem sicut uestimentum, & intrauit sicut aqua in ossib. eius. Item dico ꝙ sunt uestes infernales. & istæ nihil aliud sunt quã pęnę æternę, quibus damnati sicut quibusdã uestibus circundantur. Vnde de quolibet damnato põt dici illud psal. ꝙ abyssus sicut uestimentũ amictus eius, super montes stabunt aquę. Aquæ.n. miseriarũ, mõtes .i. superbos in inferno operiunt, uestimentaq; pœnarum ipsos uestiunt atq; tegunt. ¶ His ergo p̃missis, dicendũ est generaliter de uestimentis bonorũ & malorũ. Et sic possumus dicere ꝙ sunt uestimenta q̃ sunt induenda, & sunt uestimẽta quæ sunt exuẽda. ¶ Dico igitur primo & principaliter quòd sunt uestimenta quę sunt induenda, & istæ sunt uestes uirtutũ, quas.s. sancti & iusti debent induere, & exinde pro ornamento se uestire. Sicut.n. turpe est quòd homo sit nudus sine vestimento, sic turpe est ꝙ hõ sit sine uirtutũ quolibet ornamento. Sicut.n. nobiles & diuites solẽt induere bonis uestib. filios suos, ecõtra rustici & pauperes faciũt filios suos ire nudos, sic uere nobilis & diues pr̃ Xp̃s uult q̃d illi qui sunt filij sui, uirtutũ bonis uestib. sint uestiti. 2. Para.9. Fecit solium, ut uestiuit illud auro mundo. Sed procul dubio pauper rusticus, i. diabolus non curat filios suos esse uestitos uirtutibus, immo gloriatur si uidet ipsos nudos. Isti sunt sicut improbi mendici, qui bonas uestes datas filijs solent uendere, & eos faciunt ut elemosynam habeant, esse nudos. Iob 23. Nudos dimittunt hoĩes, uestimenta tollentes. Vestimenta.n. uirtutũ hominibus auferunt, ipsosque nudos gratijs deserunt & dimittunt, ut sic diabolo dicatur illud Iob 22. Abstulisti pignus

gnus fratrum tuorum sine cā, & nudos spoliasti uestib, Et iō de vestimento virtutum inducendo, acquirendo & habēdo dicatur cuilibet viro iusto illud psal. Confessionem & deco rem induisti amictus lumine sicut uestimento. Vbi aduerte ꝙ iusti tria habent generaliter vestimenta, s. Vestimenta

Doloris. Dico ꝙ sunt quædā iustorū vestes, q̄
Honoris. sunt lugubres & luctuosæ. Et procul
Splendoris. dubio istæ sunt vestes pęnitentiæ, quæ

notantur cum dr̄. Confessionē, quia. s. confessio & pœnitētia sunt fratres. Sicut. n. videmus ꝙ qn̄ amici nostri moriuntur, vestes lugubres sumuntur, & in signum doloris hoīes saccis induuntur. & ſm ritum aliquarum terrarum vestes in signū maioris tristitiæ scinduntur & corā oībus hoībus lacerant, re vera charissimi talia sunt penitentiæ vestimenta. lugubria . n. & dolorosa esse noscuntur, & in signū doloris ab oībus ac cipiuntur. Qn̄. n. accidit ꝙ amici nr̄i. i. aīa, spiritus & virtutes sunt mortui interius per peccatum, nos pro certo debemus dolorē & pœnitentiam inducere, gaudium & lætitiam exue re, saccum asperitatis accipere, & nosmetipsos per confes sionem aperire & scindere iuxta illud 3 Reg. 19. vbi dr̄ ꝙ au diens Ezechias Sennacherib verba, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco. De Dauid etiam dr̄ 2. Reg. 1. ꝙ qn̄ audiuit mortē Saul, & Ionathę amici sui, statim vestimēta sua, scidit, & oēs viri qui cum eo erant, planxerunt, & ieiunauerunt & fleuerunt. Nux. n, seu nucis nucleus seu fructus tria habet ve stimenta. s. pellem interiorē, corticē exteriorē, testā superio rem. Sic vir iustus debet habere interiorē tunicā, q̄ cordia adhæret, hoc est, contritionem, superiorem corticē, quę fra cta sonat, hoc est confessionē, exteriorē testam, quæ amaris sima est, hoc est, satisfactionē. Sicut. n. hæricij vestiūtur pelle spineata, castanea etiam habet vestimenta pungitiua, malo granata habent vestimenta dura & pallidissima, poma quæ dicuntur arenchiæ vel citrones, habent vestimenta amarissi ma, sic vere nos si fuerimus pœnitentes, vestiemur in exterio ri conuersatione, vestimento pœnitentiæ, quod. s. pungit per contritionē. Et sicut citrones habēt vestimenta amarissima & rubicundissima, ita pęnitens rubet per verecundiæ cōfes sionem, pallidus est per abstinentiæ maceratiooem, durus & amarus per laborum & dolorum tollerationē. vnde Eccle. 39. Aqua, panis, ignis, ferrum, lac, mel, oleum, vestimentum, hæc omnia sanctis in bona. Et ideo vestes pœnitentiæ figu rantur in scriptura, vbi inuenio vestem

Cilicinam. Quia. s. vestis pœnitentiæ debet esse
Saccinam. cilicina per asperitatē. psal. Posui ve
Camelinam. stimentum meum cilicinum. Itē de
Igneam. bet esse saccina per vtilitatē. Ione 3.
Purpuream. Abiecit rex vestimenta sua, & indu
Candidam. tus est sacco, & sedit in cinere. Item
Fulgidam. debet esse camelina per humilitatē.

Camelus. n. qn̄ oneratur, super genua se inclinat. Exēplo Ioā nis Baptistæ, de quo dr̄ Matt. 3. ꝙ ipse habuit vestimētum de pilis camelorum. Itē debet esse ignea per contritionis feruo rem, & per diuinæ dilectionis ardorē. Iob 37. Nonne vesti menta tua calida sunt cum per flata fuerit terra austro? quā uis de multis hypocritis pōt dici hodie illud quod de Dauid sene dr̄ 3. Regū. 1. q. s. cum operiretur vestib. non calefiebat. Item debet esse purpurea per verecundæ confessionis rubo rem. Io. 19. Exiuit ergo Iesus portans spineā coronam, & pur pureum vestimentum. Item debent esse candida per innocē tiæ nitorem. Eccl. 9. Omni tempore sint vestimenta tua can dida, & oleum de capite tuo non deficiat. Itē debet esse fulgi da per honestæ conuersationis decorem. psal. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato &c. ¶ Item sunt vestes lugu bres & luctuosæ 2. Reg. 14. Lugere simula, & induere veste lu gubri. Patet ergo ꝙ sunt quædam vestes iustorum, quæ sunt lugubres & luctuosæ, quod ostenditur cum dicitur. Confes sionem, eo ꝙ confessio est pars pœnitentiæ, & debet esse in mœrore & luctu. Vnde Marci 1. Baptizati sunt confitentes peccata sua. vt sic de quolibet dicatur illud psal. Confessio & magnificentia opus eius, manet in seculum seculi. ¶ Deinde dico ꝙ sunt quædam vestes iustorū & sanctorum, quæ sunt salubres & virtuosæ, & istæ sunt vestes gratiarum & virtu tum, quibus aīa induitur & vestitur, quod ostēditur cum dr̄ Decorem. Quia sicut decor mulieris procedit ex naturali ha bitudine & ex vestiū pulchritudine, sic spiritualis decor aīæ consistit in sua conditione, & vestimentorum virtutum di spositione. Decorē inquit. Iuxta illud Prou. 31. Fortitudo & decor indumentum eius. Vt aīæ sic spiritualiter ornatæ dica tur illud Ezec. 16. Vestita es bysso & polymito & multis co lorib. similā & mel & oleum comedisti, & decora facta es ve hementer. Et bene dixit multis colorib. quia. s. vestes virtutū ex multis perfectionib. cōsistunt. Vnde ipsi animæ dr̄ ibidē. Sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & vestita es eis. Et iō multitudo vestimentorum spiritualium, s. virtutum, optimè pōt figurari in uestimentis sacerdotalib. antiquæ legis, quæ erant varia & miranda. ¶ Summus. n. sacerdos debebat ha bere (sicut dr̄ Exo. 28. 29. & 30. & in alijs multis locis) ad hoc ꝙ consecraretur, & ꝙ digne dn̄o ministraret, quædam mira bilia vestimenta. Ipse. n. debebat primum ad ostium taberna culi Moysi applicare. Scd̄o corpus eius debebat aqua laua ri. Tertio debebat tunica linea vestiri. Quarto fœminalib. li neis dębebat circa fęmora operiri. Quinto ueste superhume rali debebat super humeros insigniri. Sexto veste rationali iudicij in pectore decorari. Septimo baltheis, vittis & annu lis debebat cōstringi. Octauo debebat oleo inungi. Nono mi tra sup caput eius debebat locari. Decimo lamina super ca pitis frontem debebat ligari. Vndecimo tunica hyacinthina cum caputio debebat ornari. Duodecimo tintinnabulis so nantib. & in tunica pendentib. debebat iugiter ingrediendo tabernaculum comitari. & hoc ritu (sicut ibidem dr̄) debe bat dn̄o cōsecrari. ¶ Sic vere charissimi quilibet sacerdos sa cra docēs, sacer dux, vel sacrè doctus. i. quilibet christianus, & maximè ecclesiasticus vel prælatus ad hoc ꝙ Deo conse cretur spūaliter, est necesse ꝙ virtutum varijs vestimētis in duatur. Iste ergo debet ad ostiū tabernaculi ad Moysen ap plicari, quia. s. iste debet Moysi. i. suo superiori ad ostiū taber naculi. i. dum adhuc est in ostio & ingressu, applicari. i. dili genter examinari. Vestes. n. quæ debent emi, solent bene ex plicari & videri & examinari. sic & vestes virtutum quas isti habent, à plato vel à superiori emi videntur, inquantum pp eas beneficiū confertur. Dico igitur ꝙ bene dn̄t per exa minationē videri, & per discussionē penitus explicari, & de bet sibi dici illud Esa. 3. vestimentū tibi est, esto princeps. Vn de de ista applicatione dr̄ Exo. 20. Applica ad te Aaron fra trē tuum. Quod est tn̄ contra multos, qui sine applicatione, sine examinatione solent alios promouere, cōtra quos facit illud quia omne aīal quod erat in tabernaculo offerendum, primo debebat per sacerdotes videri, & si haberet maculā, refutari, si vero careret macula acceptari, sicut dr̄ Leu. 22. iux ta illud Apostoli 1. ad Thes. 5. Oīa probate, quod bonū est, tenete. ¶ Scd̄ò dico ꝙ isti debebant lauari, quia vere ad ec clesiasticos ptinet ꝙ sint loti, & à cūctis vitiorū immunditijs depurati. Serui. n. regis solent habere vestes mundas. vnde Exo. 19. Lauent vestimenta sua, & sint parati. Quod est cōtra multos ecclesiasticos, quorū vestes exterioris cōuersationis non sunt lotæ, sed carnalitatum fœcib. maculatæ, ita ꝙ pn̄t di cere illud Esa. 63. Aspersus est sanguis eorum super vestimē ta mea, & oīa indumenta mea inquinaui. Et tn̄ isti debēt ad uertere ꝙ illi soli qui non inquinauerunt vestimenta sua, re putantur digni in albis sedere, & corā filio hoīes ministrare. Apo. 3. ¶ Tertiò dico ꝙ isti debent tunica linea vestiri, per q̄ puritas innocentiæ & interioris conscientiæ designat, quib. s. aīa inferiori tunica linea induitur & vestitur. Linea. n. tuni ca. i. camisia puritatem designat. de quo Leu. 8. Vestiuit pon tificem subucula linea. Quod tn̄ est contra multos ecclesiasti cos, qui pro certo habent conscientiam magis impurā & im mundam q̄ cæteri seculares. ps. Induit maledictionē sicut ve stimentum, & intrauit sicut aqua interiora eius. ¶ Quartò di co ꝙ isti fęminalib. circa lumbos debent operiri. s. circa viri lia, & illa significant castitatem, quæ. s. membra uirilia operit atque seruat, quia utiq; tales debent vestiri, & à carnis affe ctionib. reseruari vel refrenari. Vnde Leu. 16. Vestietur sacer dos tunica linea, feminalib. lineis uerenda celabit. Quod est contra multos, qui non uidentur portare fęminalia, quia nō uidentur habere aliquid quo stringant impudicitiam carnis suæ. unde isti figurantur in Iesu sacerdote, de quo dicitur Za char. 3. quòd Iesus erat indutus uestibus sordidis. Et magis istud est uituperandum, quia quando ignis tenetur in una domo in parte anteriori & in fronte, & domus est alta dif ficilius defenditur ignis quàm si teneretur in posteriori domo,

domo,quia aliqualr defenditur magis de posteriori quã de anteriori.Sic est de istis ecclesiasticis,qui debẽt esse ostium sanctæ matris ecclesię,& via paradisi,quia si ignis luxurię & pc̃ti tenet in eis,quia debent esse exemplum aliorum)difficile intrabunt alij in viam rectam,si accipiant introitum biarum eorum.¶ Quinto dico ꝙ isti superhumerali debent insigniri.Erat autem suphumerale vestis præciosa qua humeri ornabantur,quæ duos lapides onychinos cotinebat,in quibus duobus patriarcharum nomina sculpta erant.In cõpositiõe vero vestis istius erat aurum,hyacinthus,purpura, coccus bis tinctus,byssusq; retorta.Et ista procul dubio signãt virtutẽ spei.Humeri.n.qui onera portant,patientiam designant.Vestis autem quæ patientiã ornat,est spes . nunquam n.sine spei consolatione patientia præualeret.Aduerte tñ ꝙ ista vestis debet habere quoq; colores,i.quinq; subalternas virtutes,s.aurum sapientiæ & discretionis,quia spes sine sapientia præsumptio est.Item hyacinthum cælestis apparentiæ & altæ contemplationis.Item purpuram quæ habet colorem sanguineum .i. exemplum patientiæ Christi & dominicæ passionis.Item coccum colorem igneum bis tinctũ i.ardorem duplicis charitatis & dilectionis.Item byssum ẽt retortam,i.puritatem carnis & affectionis,& sic animæ tot coloribus vestitæ dicetur illud Ezec.16.Vestiui te discoloribus,calciaui te hyacintho,& cinxi te bysso.Iudic.5.Vestes diuersorum colorum Sisaræ traduntur in prædam. Ista etiã vestis debet habere duos lapides onychinos qui sunt imagines obscuræ,repræsentantes & generãtes tristitiã, ꝑ quos duo testamenta figurant,quæ nobis imagines & veritates rerum,obscurè tñ & enigmaticè repræsentant,& mentis timorem & tristitiam delinquentibus incutiunt & intentãt.Istos n.lapides in scripturæ scientia debemus habere quæ nomina filiorum israel,i.vitam,mores & exempla sanctorum noscitur continere,quæ per imitationem nobiscum debemus gerere,& portare.Et iõ de ista veste superhumerali, i.de virtute spei & patientiæ cum suis appendicijs dicitur Leu. 8.ꝙ Moyses vestiuit põtificem subucula linea, & desuper humerale posuit.¶ Sexto dico ꝙ isti rationali iudicij debebant in pectore ornari.Ista.n.erat vestis quædam quæ super pectus posita,rõnale dicebatur,in quo 12.lapides præciosi ponebãtur,in quib.12.patriarcharum nomina scribebantur. & ista vestis significat pro certo virtutem prudentiæ, quam in pectore debet platus vel ecclesiasticus habere, & in eis debet habere 12.ladides ꝓciosos,i.12.articulos fidei, cum nominibus patriarcharum,i.doctrinis & exemplis doctorum,vt sic rationale iudicij,i.rationem in iudicio possit ostendere & tenere.Ista tamen vestis erat quadrãgula & duplex,& in ea erat scripta doctrina & veritas.psal.Sacerdotes tui induantur iustitiam &c.Quod est contra multos iudices & platos, qui non habent aliquid prædictorum,de quibus 1. Macha. 7.Veritas & iudicium nõ est in eis.¶ Septimo dico ꝙ vitijs & baltheis,i.charitatis ligaminibus stringantur,& per verã concordiam inuicem coarctẽtur.vnde de talibus stricturis & iuncturis dr̃ Exod.29.Indues Aaron vestimentis suis, s.linea tunica superhumerali,& rationali iudicij,quod cõstringes baltheo. Quæ tamen hodie sunt contra multos qui sunt in ecclesia & in mundo,qui pro certo non habent vestẽ iũctã & constrictã,s.cõcordiæ & vanitatis , sed potius vestem scissam,i.diuisionis discordiæ & diuersitatis.vnde Gen.37. dicitur quod Iacob scissis vestibus indutus est sacco.¶ Octauo isti oleo purissimo debebant inungi.& istud procul dubio significat virtutem pietatis,quæ.s.per oleum designat, qua ecclesiastici debent,& per cõpassionẽ & misericordiã aliorũ miserijs misereri.In cuius ẽt signũ manus nostrorũ sacerdotũ in sua cõsecratione oleo inunguñt.Ad denotãdũ ꝙ pietatis dulcore liniti esse tenent.Res.n.vncta oleo,suauis est.Manus etiã inuncta oleo nõ solet bene tenere,imo solet faciliter dimittere ꝙ habet.Sic vere isti q. oleo pietatis sunt vncti,mites & suaues dñt esse,& illud ꝙ tenent,s.bona tẽporalia debent ꝑ elemosynas faciliter pauperib. dimittere & laxare.Et ideo breuiter de veste pietatis per oleum designata dicitur Ecclesia.6.Omni tempore sint vestimenta tua cãdida,& oleum de capite tuo non deficiat.Quod tñ est cõtra multos ecclesiasticos,qui non vident esse vncti oleo pietatis,sed potiꝰ sanguine crudelitatis.Et isti tamen deberent aduertere ad illud quod dicitur Esa. 9. quod vestimentum mixtum sanguine erit in combustionẽ,& cibus ignis. ¶ Nonõ dicitur,ꝙ mitra super caput debet poni.Caput charissimi significat intentionẽ, quæ est caput cuiuslibet,operis & principium.Mitra quæ caput ornat,& pyramidaliter sursum tendit,significat rectam ad deum mẽtis eleuationem & erectionem , quia scilicet ecclesiastici debent rectam intentionẽ ad Deum erectam habere,& quicquid agãt, semper intentionẽ iustam & licitam habere.de quo Exod.28.Baltheos & tiaras facies in gloriam & decorem , vestiesq; his omnibus Aaron fratrem tuum. Quod tamen est contra multos qui nõ habẽt vestem rectę intẽtionis,sed vestes falsitatis,duplicitatis & deceptionis,sicut habẽt illi qui vnum dicunt exterius, & aliud cogitant interius. Contra quos dr̃ Leuit.29.Veste q̃ ex duobus texta est,non indueris.& Deu.22.Non indueris vestimẽtum ꝙ ex lana linoq; contexitur.¶ Decimò dr̃ ꝙ in fronte lamina aurea cum noĩe Dei tetragrammaton debebat ligari. Et ista procul dubio signat virtutem deuotionis, & reuerentiam diuinæ potentiæ,& sui nominis & dominationis, quæ in fronte & ante oculos debet haberi, & à Christi fidelibus intueri.Leuit. 8. Contra frontem posuit laminam aureã consecratam.Quod est contra multos qui præ oculis non habẽt nomẽ Dei, nec suę potestatis magnificentiã,nec vidẽtur deũ in potentia cogitare,contra quos dr̃ in psal. Non posuerunt te in conspectu suo.¶ Vndecimò dicitur quod isti tunica hyacinthina debebẽt velari.Istud.n.erat maius & latius vestimẽtum, quod sub rationali & humerali erat positũ, & constrictũ,& signat cõuersationem bonã, & cęlestem,quia hyacinthus color est cęlestis,vt sic dicant illud Philip.3. Conuersatio nostra in cęlis est.In ipsa tamen tunica erat caputium , ꝙ sub se premit & continet omnia alia vestimenta.Ipsa etiã tunica habebat lymbum seu oram textilem , ne faciliter rũperetur. quod significat timorem Dei,quia sicut dicitur Eccle. 25.Timor domini super omnia se superposuit. Quia pro certo in veste nostræ cõuersationis cęlestis semper debet timor domini superesse,qui vestes virtutum , ne per vanam gloriã perdantur,sub se cõtineat,ipsasq; deprimat & cõponat. Limbũ ẽt & oram finalis perseuerantiæ debet habere, ne tunica bonæ conuersationis rumpatur, sed vt perpetuo cõseruetur. Vnde de ista tunica dr̃ Exodi 28. Facies inquit tunicam totã hyacinthinam , in cuius medio erit caputium & ora textilis pergyrum.sicut solet fieri in extremis vestium,ne facilè rumpantur . Istud tñ est contra multos,quorum vestis conuersationis facilè rumpitur,sicut dicitur de hypocritis in psa.Omnes sicut vestimentum veterascent,& sicut opertorium mutabis eos.¶ Duodecimo dicitur, ꝙ tintinnabulis & malis punicis aureis circa tunicam pendentibus debebat muniri, ita ꝙ eius incessus per tabernaculũ debebat audiri.Charissimi, per mala punica,quæ sunt fructus nobiles, intelligũtur opera fructuosa . Per tintinnabula sonantia intelliguntur verba vtilia & fructuosa . Quia pro certo in fine tunicæ cõuersationis nostræ ista duo debent pendere.s. fructus bonæ operationis,& sonus vtilis locutionis,i. prædicationis & cõfessionis, laudis & gratiarum actionis. Sine.n.isto sono tintinnabulorum non debemus templum domini ingredi, nec in statu ecclesiæ,conuersari.vnde Eccl.45.Induit illum stola gloriæ. Sequitur . Circũpediles & fęmoralia & humerale imposuit ei, & cinxit illũ tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare sonum in incessu suo . Sic ergo patet quibus vestibus.i.quibus virtutibus ecclesiastici debent ornari, & quibus ritibus debent domino consecrari. Et de hoc Exod.28. Vesties his oĩbus Aaron fratrem tuum,& filios eius cum eo, & cunctorũ consecrabis manus . Et bene dicit oĩbus his quia scilicet nos debemus indui omnium virtutum generibus. Circa quod notandum,quòd vestiri debemus.scilicet vestibus.

Patientiæ.
Pœnitentiæ.
Abstinentiæ.
Continentiæ.
Honestæ apparentiæ.
Iocundæ conscientiæ.

Habeamus dico vestes patiẽtię,quæ scilicet in aduersis nõ atteruntur. Deute. 19. Non sunt attrita vestimẽta vestra.

Item habeamus vestes pœnitentiæ Exemplo Beati Ioannis Baptistæ Marci 1. Ipse Ioannes vestitus erat pilis camelorum . Item habeamus vestes abstinentiæ, quia sicut dicitur Ecclesiastic.29. Initium uitæ hominis,aqua,panis , & vestimentum . Item habeamus vestes continentiæ. Ezech. 9. Vir

qui erat in medio eorum.vestitus erat lineis. Item habeam^9 vestes honestæ apparētiæ,de quo in ps. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato,circundata varietate. Itē habeamus vestes iocundæ consciæ,de quib. Iudith.10. Induit se vestimentis iocunditatis. Sic ergo patet q̄ sunt q̄dā vestes sanctorū atq; iustorū,q̄ sunt salubres & virtuosę. Decorē inq̄t. Istæ.n.sunt illæ vestes nuptiales,quas nō habens à Christo repræhendit à conuiuio paradisi excluditur & tortorib.carceris religatur. Matt.22. Amice,q̄uo huc intrasti nō habens vestē nuptialē? ¶ Deniq; dico q̄ sunt vestes iustorū celebres atq; virtuosę,& hoc oñdit cū dr̄ Amictus lumine sicut vestimento. Istæ sunt vestes beatorū,q̄ sunt septē.s. quatuor dotes corporis & tres dotes aiæ. Sicut.n.videmus q̄ hō alijs vestib.vtit in dieb.ferialib.& alijs in dieb.solemnib.sic vere hō nunc in vita ista laboriosa simplicibus vestib.i. gratia & virtutib.vti debet,vt tandem qñ solennitas æterna venerit præciosis vestib.gloriæ possit vti. Figurata Gen.41.vbi antequā introducerent Ioseph incarceratum ad regem,mutauerunt vestes carceris eius,& ipsum nouis vestib.induerunt. Quia vere charissimi qñ hō de carcere huius mūdi & carcere carnis educitur,& ad regē paradisi introducitur,tunc vestes interiorum laborum mutantur,& nouæ vestes gloriæ induūtur. vnde Iudith.10.dr̄ quod ipsa descendens in domū suā, abstulit a se cilicium,& exuit vestimentum viduitatis suæ, & vinxit se myrtho optimo,discriminauit crinē capitis sui, & imposuit super caput suum mitram,& induit se vestib. iocunditatis.vide eam supra de induere. Amictus inquit lumine sicut vestimento.vt sic anima figuret in illa muliere Apo. 12.quæ erat amicta sole,& luna sub pedibus eius & in capite eius corona stellarum 12. De lumine exponitur supra. Lumine inquit sicut vestimento.quia.s.lumen.i.ęternorum pręmiorum claritas erit væstis beatorum.& Luc.24.de angelis dicitur. Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis i dest veste fulgenti. Istud est enim vestimentum.

Splendoris.	Splendoris dico,quia beatus
Honoris.	est solium Salomonis, q̄ fuit
Valoris.	vestitū de auro mundo, sicut

dicitur 2.Paral.9. Honoris etiam;vnde cuilibet beato dicit illud Iob 40. Circunda tibi decorem,& in sublime erigere, & speciosis induere vestib. Valoris insuper.vnde beatus dicit illud Esa.61. Induit me dominus vestimento salutis &c. Et sic patet quomodo ibi habent varias vestes tam in præsenti quam in futuro seculo scilicet Vestes

Celebres.	Et sic patet q̄ in scriptura in-
E Salubres.	uenitur vestis iustorum & p-
Lugubres.	fectorum. ¶ Secundo princi-

paliter dico q̄ est vestis malorum. Et sic dico q̄ pc̄tōr habet vestem carnalitatis,& est illa de qua dr̄ illud prædictū Esai. 9. Vestimentum mixtum sanguine erit in cōbustionem,& cibus ignis. Habent etiam vestem prosperitatis. Bona.n.mundi sunt quædā vestimenta quib.hō indutus,per auaritiā calescit,per luxuriā sudat faciliter & sordescit. Zach.3. Iesus aūt erat indutus vestibus sordidis. Bona.n.tpalia sordida dicuntur,quia etiam sordes in canonibus nominātur. Ista.n.sunt illa vestimenta de quib. Iob 27. Si comportauerit quasi terram argentum,& sicut lutum præparauit vestimenta,p̄parabit quidem,sed iustus vestietur illis. Habent insuper vestem duplicitatis,& ista est vestis hypocritarum,qui.s.vestē conuersationis habent præciosam.mentem vero habent vilem & vitiosam,vnde 2.Paral.20.dicitur quod ipsi inter cadauera carnalis vitæ inueniuntur sæpe.vestes præciosæ apparentiæ. Isti sunt qui habent vestem peregrinam, contra quos dicit dominus Soph.1. Visitabo super eos qui induti sunt veste peregrina. Vide supra de Induere.&c.

A

Vetustas. Vetus.

Nota q̄ vetustas sicut senectus signat in bono & in malo,quia aliqua sunt quæ veterascūt in gratia, aliqua in pęna aliqua in culpa. Notabo igitur quod inuenio vetustatem

debet haberi. Prima est vetustas veteris cōuersationis.
Quæ debet horreri. Secūda est vetustas mentis obstinatiōis.
debet terreri. Tertia est vetustas infernalis habitatiōis

¶ Est igit primo vetustas perfectorū & sapientū., & sic vetustas nihil aliud est quam sensus & prudētia,maturitas & cōuersationis bonitas, bonæque consuetudinis antiquitas & honestas. Multa.n.sunt quib.commendatur vetustas. Palma enim quanto vetérior,tāto fæcundior. Coralium etenim antiquius est rubicundius. Vinum etiam quanto veterius.tanto calidius. Ebur quanto plus senescit,tanto plus candescit. Sic vere charissimi vetustas bonæ cōuersationis,cōsuetudinis & prudentis maturitatis,est multipliciter commendanda. Per hanc.n.in bonis operibus sumus fæcūdiores. Per honestā verecundiā sumus rubicondiores. Per deuotam orationē sumus feruētiores,& Per innocentiā sumus puriores. Ad oīa.n.ista solet valere vetustas,& in istis proficere & iuuare. Luc.5. Nemo vinum bibens vetus, statim vult nouum, dicit,enim vetus melius est. Noua.n.solent plus placere, sed pro certo cæteris paribus vetera plus solent valere. Qd̄ bene figuratur Iosuæ 9.in Gabaonitis,qui induentes se vestibus veterib.& calciamenta sumentes vetera & saccos & vtres veteres asinis imponentes,filijs israel cōfœderati fuerunt,& sic mortis periculum euaserunt,& ex tunc cū sua posteritate in templo dño seruierunt.de Hieremia etiam legimus Hier.38.quod cum pannis veteribus de lacu fuit leuatus,& ne ibi moreretur,de laci fæcib.liberatus. Quia illi breuiter qui in vetustate perseuerantiæ delectantur,in quib. vestes & calcei exterioris conuersationis,necnō sacci & vtres interioris capacis affectionis in bonis morib.antiquant, & qui non varias nouitates,sed honestas vetustates sectant,solent Iosuæ & filiorum israel.i. Dei & angelorum amicitiam acquirere,& de lacu pc̄tōrum se eripere, & de mortis periculo æternæ se saluare. Et ideo bene consulit Sapiens Ecclesiastici 2.dicens Crede deo.& recuperabit te,dirige viā tuā & spera in illum.serua timorē eius,& in illo veterasce. Ista est igitur vetustas perfectorum & sapientium,de qua Eccl. 9. Vinum nouum amicus nouus,veterascet,& cum suauitate bibes illud. ¶ Secunda est vetustas peccatorum , & delinquentiū. Peccatores.n.veterascere dicuntur , inquantum p̄ malas consuetudines in vitijs indurātur, & in malis operibus antiquantur. De quo Iudicum 10.dicitur Filij aūt israel peccatis veteribus iungentes noua,fecerunt malum in conspectu domini. Ista est .n. vetustas valde vituperabilis. Vestes enim & aliæ res veteres vt communiter perdunt. B

Dolorem.	colorem,quia turpes efficiuntur
Vigorem.	Perdunt vigorem,quia faciliter dilaniātur
Valorem.	valorem,quia parum reputantur

Sic isti qui tali veteri antiquitate grauantur,
Perdunt vigorem perseuerantiæ & durationis.
Perdunt colorem honestæ conuersationis.
Perdunt valorem bonitatis & perfectionis.

Et ideo de talib.dicitur in psal. Omnes sicut vestimentū veterascent &c. Et ideo charissimi ista vetustas est damnāda & deponenda,& à prudentib.abhorrenda. Vetustas.n. à suis possessoribus non amatur,immo si possunt faciunt vt ab eis remoueatur.in serpente,qui nouā pellē comparat, & veterem abducit. In ceruo,qui vetera cornua abijcit. In arbore q̄ veteres fructus & folia exuit & noua induit & producit. Et iō apostolus monens Colossen.3.dicit sic. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis,induite nouum hominem.qui s̄m Deū creatus est. Ergo charissimi expurgemus vetus fermentū,vt simus noua cōspersio,& ambulemus in nouitate spiritus,& nō in vetustate literæ 1.Cor.5. Et Roma.7. Iuxta illud Leuit. 26. Nouis superuenientibus uetera proijcietis. Ista est ergo vetustas peccatorum & delinquentium. ¶ Tertio dico q̄ est vetustas damnatorum & pereuntium,& ista est illa ipsius loci inferni, qui à mūdi principio fuit factus,vbi impij taliter veterascunt, quod ex eo quod illuc fuerint,memoria eorū nō durat,vnde ipsis dr̄ Eze.26. Collocabo te in terram nouissimam,sicut solitudines ueteres. Et in psal.dicitur de ipsis q̄ auxiliū eorū ueterascet in inferno a gloria eorum. Ista igitur sufficiant de vetustate,quia supra de antiquitate dicitur satis plene &c.

Vexatio.

Nota q̄ vexatio sumitur pro tribulatione, pro castigatione,pro tentatione, pro dānatione. Notabo ergo breuiter quod

Iusti vexantur mundi uerberibus.	Est ergo quædam uexatio
Pauperes vexantur raptorum manibus.	mundanæ tri-
Subdidi vexantur à correctoribus.	bulationis, &
Tentati vexantur à demonum actibus.	ista est illa quā A
Damnati vexantur pænis & ignibus.	

iusti patiuntur in hoc mundo. De qua Sapienti.3. In paucis

eis vexati,in multis bene disponũtur.Itẽ est uexatio rapinæ, & exactionis,& ista est illa qua pauperes vexantur continuè à tyrannis. De qua psal. Vexati sunt à tribulatione malorũ,& dolore. Itẽ est vexatio disciplinæ & correctionis,& ista est illa qua prælati vexant & corrigunt insolentes. De qua Esa.28. Sola vexatio dabit intellectum. Itẽ est vexatio diabolicæ tentationis & suggestionis,de qua Matth.15. Filia mea,i.anima mea,male à demonio vexatur. Itẽ est vexatio æternæ damnationis & afflictionis. Hiere.24. Dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ. Vide supra de afflictione, de tribulatione,tentatione,dolore,ardore,& consimilibus &c.

Via. Cum via sit illud terræ spatiũ per quod itur, & per quod de termino ad terminum pertransitur, possumus notare, ꝙ per diuersas uias possunt intelligi uarii mundi status,per quos.s.de mundo ad patrem incedimus, & per quos de vita ad mortem iugiter incedimus & ambulamus Notabo ergo quòd in mundo inueniuntur tres viæ per quas diuersi transeunt,sed diuersimodè,videlicet via

Naturalis. Prima est via cunctorum.
Virtualis. Secunda est uia bonorum.
Criminalis. Tertia est uia malorum.

Per priuimam uadunt uniuersi.
Per secundam vadunt conuersi.
Per tertiam uadunt subuersi.

Dico primo & principaliter ꝙ est uia naturalis quæ est uia cũctorum. Natura.n.humana non dr̃ propriè esse in termino, sed in via. Continuè.n.transit & labitur, & de statu commutatur. Oia.n.naturalia habent vias suas certas, naturales & necessarias,per quas vadunt, sicut de flumine patet vel de fonte,quæ.s.per tramites viæ suæ currunt continuè uersus mare. Sic vere charissimi cum homo sit res naturalis,& ex naturalibus principiis cõstitutus,necesse est ꝙ viã naturalẽ habeat, perquã necessario trãseat atq; vadat. Et ista procul dubio nihil aliud est quã status & decursus humanæ naturæ, infra cuius ambitũ vadũt & veniũt uniuersi,iuxta illud Esa. 30. Hæc est via,ambulate ĩ ea,nõ declinetis ex ea neq; ad dexterã neque ad sinistram. Et aduerte ꝙ uia naturalis est triplex,s. Via

Per quem uenimus. Prima uia est ortus vel ingressus.
Per quam transimus. Secunda est uita vel progressus.
Per quam eximus. Tertia est via mortis uel egressus.

¶ Dico quod est quædam uia naturalis per quam ingredimur,& ista est procul dubio uia natiuitatis humanæ,per quam intramus ad miseriam huius mũdi,de qua potest quilibet dicere cũ nascitur, illud Iosuæ 23. Heu viam vniuersę carnis ingredior hodie. Et bene põt dicere heu,quæ ẽ interiectio dolẽtis,quia pro certo ingressus huius viæ si bene consideremus q̃ viliter celebratur, & ad quantam miseriam ordinatur, bene est tristitiæ materia & doloris. Ista.n.est uia immundissima, quia.s.hanc ingredimur mẽstruis nutriti, & hanc intramus pelle vilissima ornati & vestiti. Ezec.36. Iuxta immunditiã menstruatæ facta est uia eorũ coram me.& 1.Reg.21. Porrò via hæc polluta est. Ista est uia naturalis per quam ingredimur. ¶ Deinde dico ꝙ est viã naturalis per quã progredimur,& ista procul dubio est via vitę p̃sentis, per quã necesse est progredi & trãsire & ista est sicut via spatij per quã de termino ad terminum peruenitur. Ista autem via est aspera & ad transeundum molesta. Similis.n.à viis montium sunt tortuosæ & montuosæ, & asperè & tediosæ, & propter insidias latronũ atq; ferarũ dubiæ & periculosæ. Sic procul dubio via huius uitæ nostræ est per tribulationem asperrima,& per diuersos erorres tortuosissima,& per insidias tyrãnorũ,& demonũ periculosissima. De insidiis demonũ quæ sunt in ista uia, põt dici illud Proue 33. Insidiatur in via quasi latro,& quos incautos uiderit interficiet. De molestia peccatorũ quæ hic inuenitur, dr̃ Gen.46. Fiat dan coluber in via,cerastes in semita. De asperitate vero tribulationũ,infirmitatũ,laborũ casuũ & ĩfortuniorũ dr̃ Baruch 4. Delicati mei ambulauerũt vias asperas. Ista ergo est vna via naturalis per quã progredimur. ¶ Deniq; dico, ꝙ est vna via naturalis per quã egredimur, & ista procul dubio est via mortis,per quã.s.de hoc mũdo exeũt vniuersi. Ista.n.est uia valde stricta, similis viæ per quam trãsit coluber qñ vult dimittere pellẽ suã quia.s.per foramen strictũ inter duos lapides transit,vbi violẽtẽ pellẽ suã dimittit, & vlterius nud⁹ exit. Quia pro certo via mortis est stricta,dura & arcta. Ibi.n.pellis corporis exuitur,& vestimentũ bonorũ tẽporalium dimittitur, & nudus hõ egredit̃,& cũ dolore vehemẽti per foramẽ huius mũdi ptransit. Et de hoc dr̃ Ezech.47. Eduxit me p viã portę aquilonis,& cõuertit ad viã foras portã exteriorẽ. Pars.n.aquilonaris frigida est & gelida,significãs viã mortis, vbi spirit⁹,& vita gelant,& ubi tribulationũ frigora intẽtant̃. Hõ.n.moriẽs,p istã viã educit̃, & vltra portã istã vsq; ad paradisũ,purgatoriũ vel infernũ trãsducit̃ & portat̃. Ista ergo ẽ via maris trãs iordanẽ galileæ gentiũ,q̃ super hoiem aggrauat̃,ita ꝙ in galileã.i.trãsmigrationẽ mortuorũ trans Iordanẽ.i.vltra fluuiũ huius vitæ miserabiliter trãsportat̃,ita ꝙ moriẽs põt dicere illud qđ Dauid in pximo moriturus dicebat. Ego ingrediar viã vniuersæ terræ &c.3. Reg.2. Patet igit̃ charissimi, ꝙ est via Egredientiũ,Progrediẽtiũ, Ingredientiũ. Et sic dico, ꝙ est quædã uia naturalis q̃ est via cũctorũ. & hoc est primũ principale. ¶ Scđò principaliter dico, ꝙ est quędã via virtualis q̃ est bonorũ, & ista est uia uirtutũ,per quã.s.boni ad paradisum vadũt,& p quã à mũdo,& peccato recedũt. Formicæ.n.vias tritas,& rectas,& strictas solẽt facere p quas solẽt iugiter incedere, & p quas solẽt grana ad suũ domiciliũ deportare. Sic pcul dubio formicæ p quas uiri pfecti & sapiẽtes intelligunt,uias virtutũ sibi eligũt, p quas vadũt & p quas grana meritorũ ad paradisi domiciliũ secũ trahũt,iuxta illud Prouer.6. Vade ad formicã o piger,& cõsidera vias eius,& disce sapiẽtiã. Istæ tñ uiæ sunt arctæ,tritæ & rectæ,q.d.s.in uiis virtutũ põt arctitudo pænitẽtiæ, tritio seu tritura tribulationis, & angustiæ,& rectitudo veritatis signari. Quia pro certo via uirtutis ẽ uia arcta uel stricta p pęnitẽtiæ arctitudinẽ. igit̃ dr̃ Mat.7. Arcta est uia q̃ ducit ad vitã,& pauci ingrediunt̃ p eã. Itẽ est trita per laborũ multitudinem. Vnde psa. Propter verba labiorũ tuorũ ego custodiui uias duras. Et Nume.20. Per tritam gradiemur viam. Itẽ est recta per iustitiæ rectitudinẽ, de quo Prouer.11. Iustitia simplicis diriget viã eius. Et ideò breuiter quælibet uirtus est una uia ad eundũ in cœlũ, ita ꝙ eundo nõ deficimus,si per virtutum uias & semitas ambulemus.& rõ redditur Prouer.3. vbi dr̃ ꝙ uiæ eius uiæ pulchræ, & oẽs semitæ illius pacificæ. Viæ inquit eius.s.Dei,hoc est dictu virtutes.quæ.s.sunt viæ per quas Deus venit ad nos, & p quas nos venimus ad Deum. ¶ Aduerte ergo quòd uiæ uirtutũ sunt tenendæ multiplici ratione, uidelicet

Quia pluriores.
Quia puriores.
Quia breuiores.
Quia tutiores.

Primum probat pluralis multitudo,qui 1 Viæ.
Secundum amœna gratitudo,quia Pulchræ.
Tertium spatii rectitudo,quia Semitæ.
Quartum secura quietudo,quia Pacificæ.

¶ Dico ꝙ istæ uię tenẽdæ sunt propter ipsarum multitudinẽ. Viæ inquit. Plures.n.viæ & nõ vna sola datæ sunt hominibus ad salutem. Ad eundẽ.n.terminũ possunt esse plures uiæ, quia aliqñ una uia asperior est pro peditibus, aliqñ una via latior pro equitibus,aliqñ una uia secrerior pro familiaribus. Melius ẽ.n.habere plures uias qua unã, quia si homo in vna uia deficiat,ad aliam se conuertat. Exẽplo muris,qui plures uias & semitas eũdi ad cauernas solet habere, ut catto in unã insidiante, ad aliam possit introire. Sic procul dubio charissimi ad eundum & paradisum,cõstituit nobis Deus plures uias.i. plures uirtutes,& plura opera uirtuosa. Quædã.n.faciliores & latiores sunt sicut elemosyna, & charitas, & istæ sunt uiæ pro diuitibus. Quædam sunt uiæ asperitatis.s.ieiuniũ,pęnitẽtia,peregrinatio & similia,p pauperibus. Quia breuiter nobis datæ sunt plures uiæ salutis, ut si in una deficiamus, ad aliam recurramus, ut si tentatio diaboli insidiãtis in una nobis paretur,statim per aliã ambulemus. Nã si carne, & diabolo impedientibus nõ possimus per pœnitentiã ambulare,statim debemus ad aliã uiã,s. ad misericordiã recurrere, & sic de una uia in aliã, de uirtute in virtutem debemus discurrere,quousq; possimus ad æternæ gloriæ uiã peruenire. Viæ inquit,in plurali. Ad ꝙ monet Hieremias 5.c. ubi dicit. Circuite uias Hierusalẽ,aspicite & considerate &c. Et merito,quia pro certo sicut in ps.dr̃. Vniuersæ uiæ dñi misericordia & ueritas. Viã igit̃ uirtutũ teneamus, & uias, & gressus nostros p eas dirigamus.2.Para.27. Corroboratus est Ioathan,eo ꝙ direxisset uias suas coram domino. Igitur de pluralitate uiarũ istarum possumus notare ꝙ tenẽda est & etiam ambulãda.s.

Veritatis.

	Veritatis.		Veritatis eſt via certior.
	Pietatis.		Pietatis eſt planior.
	Puritatis.		Puritatis eſt mundior.
	Sanctitatis.		Sanctitatis eſt tutior.
Via	Honeſtatis.	Via	Honeſtatis eſt pulchrior.
	Paupertatis.		Paupertatis eſt breuior.
	Charitatis.		Charitatis eſt latior.
	Aequitatis.		Aequitatis eſt rectior.
	Iucunditatis.		Iucunditatis eſt lætior.

¶Igitur chariſsimi ambulemus, & vadamus per viam veritatis & prudentiæ. Iſta.n. eſt via certior, iuxta illud pſal. Viā veritatis elegi, iudicia tua nō ſum oblitus. Vnde de Thobia legitur Thobiæ.1. ꝙ in captiuitate poſitus, viā veritatis non deſeruit. Hoīes.n. libenter vadunt per viam certam & notā, & inter oēs virtutes nulla via certior veritate. Itē vadamus per viam pietatis, & clementiæ. Iſta.n. eſt via planior, quia.ſ. iſta non eſt via aſpera, ſed mollis & læuis, de qua.2. Reg.15. Cunctus populus incedebat per viam puritatis & mūditiæ quia, iſta eſt via mundior, & hæc eſt innocentia interior, & cōtinentia exterior, de qua pſal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. Quia ſicut dr̄ alibi. Deus meus impolluta via eius. Item vadamus per viam ſanctitatis & decētiæ. Iſta.n. eſt via tutior, ſignata ꝑ viā tritā, de qua Deuter.19. In medio terræ quam dedit tibi Deus, ſternas diligenter viam tuam. Item vadamus per viam honeſtatis & congruentiæ, & iſta eſt via pulchrior. Prouer.3. Viæ eius, viæ pulchræ, & oēs ſemitæ eius pacificæ. Item vadamus per viam paupertatis & inopiæ. Iſta.n. eſt via breuior. minus.n. inuenit vbi erret quā in alia. Vnde de via iſta 2. Reg.18. Currens Achimaas ꝑ viā compendij, præuenit Chuſi. Item vadamus per viam charitatis & amicitiæ. Iſta eſt.n. via latior. continet.n. Deum & ꝓximum, & amicum & inimicū. vnde iſta eſt via regia, de qua Num.20. & 21. Gradiemur via publica, non declinantes ad dexteram, neq; ad ſiniſtrā. Item eamus per viam æquitatis & iuſtitiæ, & iſta eſt via rectior 1. Reg.12. Docebo vos viam rectam. Item vadamus per viam ſpiritualis iucunditatis & lætitiæ. Iſta enim eſt via latior, de qua pſal. Cantent in vijs domini, magna eſt gloria domini. Patet ergo ꝙ eundi ad cœlū plures ſunt viæ, quæ omnes ſunt vtiles & rectæ. Ideò dr̄. Sapien.20. ꝙ iuſtum deduxit dominus per vias rectas &c. De quo etiam regratiando Deo, Dauid dicebat. Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me &c. Sed quid certamus de vijs virtuū, cum ipſe Chriſtus ſit generalis via per quā ambulātes non deficiunt nec errant? Ipſe.n. dicit Io.14. Ego ſum via, veritas & vita. Quod exponens Aug. de quatuor virtutibus, dicit. Via factus eſt tibi ipſe ſaluator, ſurge, ambula, habes quo noli pigreſcere. Quæris quo? vides eā. Quæris quo ducat.ſ. ipſa via? ad veritatem & ad vitam ducit. Si ergo amas veritatem, & deſideras vitā, ſi cupis ad vitam & ad veritatē venire à via noli errare. Video inquis viam, & cupio ambulare, ſed aſpera eſt. Arcta enim eſt via, quæ ducit ad vitam. ſed Chriſtus tranſiuit, & adhuc aſpera eſt? caput trāſiuit, & adhuc mēbra dubitant. Sed Chriſtus inquis Deus & homo. vide quot milia tranſierunt. Senes.n. iuuenes, pueri & puellæ tranſierunt & viā quam times, tritam tibi fecerunt. Hæc Augu. Patet ergo ꝙ viæ virtutum ſunt viæ vtiles, per quas debemus ambulare. Quod tamen procul dubio pauci hodie faciunt, quia pro certo multi ſunt qui vias virtutum renuunt, & vias vitiorum cupiunt atq; volunt, dicentes illud Eſa.30. Loquimini nobis placētia: videte nobis errores: auferte à me via: declinate à me ſemitā, ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael. Et iō ꝑꝑ raritatē ambulantium, iſtæ viæ ſunt hodie diſertæ, & omni frequentia hodie deſtitutæ. Sicut enim dicitur Thren.1. Viæ ſyon lugent, eo quod non ſit qui veniat ad ſolennitatē. Et merito, quia ſicut dr̄ Eſa.33. Diſſipatæ ſunt viæ, & ceſſauit trāſiens per ſemitā &c. Nō ſic chrariſſimi, ſed teneamus vias virtutum, quia ꝓ certo iſtæ ſunt eligibiles propter ipſarum multitudinē. Viæ inqt. Si vis, pone quare diſſipatur via in ſyrtib. ¶Itē dico ꝙ iſti debent eligi ꝑꝑ ipſarum gratitudinem. Pulchrè inquit. Et vere viæ virtutum pulchræ ſunt & pulchrum eſt incedere per vitutes. Via.n. dicitur pulchra

Quando ſternitur herbis virentibus.	Vnde iſta
Quando alluitur aquis fluentibus.	eſt illa via
Quando frequentatur auibus cantantibus.	de qua di
Sic vere merito viæ virtutum pulchræ poſſunt dici, quia in iſtis.	citur Sapie.10. Reddidit do
Viror decentiæ abundat.	minus mercedē la-
Aqua diuinæ gratiæ fluitat.	borū ſctōrum ſuo-

Cantus ſpiritualis lætitiæ Deum laudat. rū, & deduxit illos in viā mirabili &c. Et iō de pulchritudine aīæ viā iſtā frequētantis dr̄ illud Can.7. Quā pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis. Iſta.n. via & eius pulchritudo figurant per uiā qua phateon iuit ad palatiū. Solis ſm fabulas poetarū, de quo Ouidius in Meta. Eſt via ſublimis &c. Iſtā vocat viam ſublimem, viam lacteam, & viam ſplendentem, viā vergentem ad orientem, viam ſigna 12. continentem, quia procul dubio via virtutū eſt ſublimis & alta, dulcis & admirabilis, lactea, pulchra & delectabilis & clara, & ā 12. ſignis.i. ab vniuerſitate ſanctorum 12. fidei articulos continentium frequentata. Iſti ſunt beati immaculati in via, quia ſicut dr̄ alibi in pſal. Hic ambulans in via immaculata, mihi miniſtrabat. Dico igitur ꝙ viæ virtutum ſunt eligendæ propter earū gratitudinem. ¶Item dico quod viæ virtutum ſunt vtiles ꝓpter ipſarum rectitudinem, & hoc oſtēditur cum dr̄. Semitæ eius. Sunt.n. ſemitæ pulchræ viæ, difficiliores, & magis arctæ quā natura factæ, & ſignificant virtutum viam, quæ quamuis ſit difficilior, aſperior, occultior & ſecretior, eſt tñ ad eundum ad cœlum certior, & breuior atque rectior. Ioannis 1. Dirigite viā dñi, rectas facite ſemitas Dei noſtri. Et ideo ad incedēdum per iſtam viam monemur Eſa.2. Venite aſcendamus ad montem domini, & ad domū Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas & ambulabimus in ſemitis ſuis. Quod tamen eſt contra multos de viæ rectitudine non curātes, & per obliqua vitiorum continuè decurrentes. qui propriè ſimiles ſunt fluminibus, quæ nunquam viā rectā vadunt, ſed per vias obliquas incedunt. Sic iſti ſunt de quibus dicitur Prouer.2. quod ipſi dereliquerunt iter rectum & ambulauerunt per vias tenebroſas. Nō ſic chariſſimi, ſed vadamus per vias virtutum, ꝓpter ipſarum rectitudinem. ¶Item ambulandum eſt per iſtas vias. ꝑꝑ ipſarum quietudinem. Pacificè inquit. Viæ.n. virtutū ſunt pacificæ & quietæ. quandiu.n. in iſtis ſumus, ſpiritualium latronū rapinas aut homicidia nō ſentimus, & ab ipſis dæmonibus tuti ſumus. Luc.1. Ad dirigendos pedes noſtros in viā pacis. Si vero ad vias vitiorum acceſſerimus, viam virtutum pacificam derelinquentes, ſtatim ſumus in periculo ne ſpiritualiter & æternaliter à demonibus occidamur. Diabolus.n. ſicut dr̄ Prou.23. Inſidiatur in vijs quaſi latro, quos īcautos viderit, occidet. Et iō contra fatuos qui magis volunt viam vitiorum litigioſam, quā viam virtutum pacificam, dr̄ in ps. Contritio & infælicitas in vijs eorū, & viā pacis non cognouerunt. Non ſic chariſſimi, ſed eligantur & diligātur viæ virtutū ꝑꝑ quietudinē, q̄a pacificè inquit. Propter rectitudinē, q̄a ſemitæ. Propter gratitudinē, q̄a pulchræ. Propter multitudinē, q̄a viæ. Sic ergo patet ſcd̄o & principal̄r ꝙ eſt vna via virtualis, q̄ eſt bonorū. ¶Tertio principaliter dico ꝙ eſt vna via criminalis, q̄ eſt malorū. Iſta ergo via nihil aliud eſt quā proceſſio ſæuorum criminum vel operum malignorum. Iſti.n. habet vias ſuas per quas hunc mundum tranſeunt, & per quas ad infernum vadunt. & iō ſm ꝙ ſunt diuerſa pc̄tōrū genera, ſecundum hoc ſunt diuerſa genera itinerum & viarum Et ſic notabo, quod in malo ſignificato inuenio viam

Superborum, quæ eſt altiſſima.	Dico ergo ꝙ eſt via.
Immundorum, quæ eſt fœdiſſima.	alta, quæ eſt ſuperbo
Iniquorum, quæ eſt baſſisſima.	rū. Iſti ſunt ſicut ca-
Mundanorum, quæ eſt longiſſima.	pra, quæ ſemꝑ vult
Proditorum, quæ tortuoſa.	in altis locis eſſe, ſi-
Imperitorum, quæ eſt tenebroſa.	cut ſunt rupes, cui⁹
Fatuorum quæ eſt præſumptuoſa.	contrarium eſt de
Laſciuorum, quæ eſt ſolatioſa.	oue, quia ſemper vo

lunt ſummitates cōſcendere, & ita ſuperb. cōtra ſuperbū inſurgere. Hoc eſt ꝙ ſcribitur Prou.13. Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. Ideo ſuperbi ſꝑ quærunt in altis dignitatibus ambulare. Ezec.9. Sex viri veniebant de via portæ ſuperioris. Et in pſal. In via hac qua ambulabam, abſcon. la. mi. Itē dico ꝙ eſt via fœda, quæ eſt īmundorū ſeu luxurioſorū. Iſti.n. ſunt ſicut limax, cuius via apparet immunda & limoſa. pſa. Iniquitatæ ſunt viæ illius in omni tpe. Item eſt via baſſa, quæ eſt iniquorū & auarorum. Iſti.n. more talpæ infra terram.i. in bonis terrenis q̄runt & faciunt vias ſuas, de quibus Iob 3. Quaſi effodientes theſaurum, gaudent vehementer cum inuenerunt

D

uenerint sepulchrum viro cuius abscondita est via. Item est via longa, quæ mundanorum. Mundani.n.vadunt vnam viā lōgissimam.vix.n.possunt venire ad terminum.i. paradisum, qui est terminus. Prouer.6. Abiit via longissima, sacculū pecuniæ secum tulit. Et Iosuę 9. Tollite in manibus vestris cibaria ob longissimam viam. Itē est via torta, quæ est proditorū qui sunt similes cancro vel serpenti, qui nunquam faciūt viā rectam. Vnde Ecclesiastic.2. Dereliquerunt vias rectas, & di uerterunt in uias prauas. Item est via obscura, quæ est via imperitorum. Viri.n.simplices & ignorantes sunt sicut illi qui sine lumine de nocte vadunt qui faciliter in lutum cadūt. Vnde Prou.4. Via impiorū tenebrosa, nesciūt vbi corruant. Itē est via incerta, quæ est fatuorum, de quibus Prou.12. Via stulti recta in oculis eius. Item est via lata, quæ est diuitum repletorum, de quibus Mat.7. Spatiosa est uia quæ ducit ad mortem. & sic de aliis malis uiis. Istæ enim sunt malæ viæ,

Quæ sunt præuidendæ.
Quæ sunt cauendæ.
Quæ sunt dimittendæ.

Quia.s. homo debet considerare, & videre quibus uiis, & operibus transacto tempore vitā egit. Hie.2. Vide uias tuas in conualli, scito quid feceris. Et Hier.6. State super uias vestras. Sunt ēt præcauendæ, quia multū pcauere debet homo ne intret huiusmodi malas uias psal. Ab oī via mala prohibui pedes meos. Sūt insuper dimittendę. Non est.n.sapiens qui est in via mala, nisi citius quā poterit ipsam dimittat, & ad rectam & vtilem se conuertat, qa quanto ibi diutius tardabit tanto à termino longius declinabit. Ideo dr̄ Hiere.18. Reuertatur vnusquisq; via sua mala &c. Quod est tamen contra multos, qui vias suas malas nolunt præuidere, præcauere, dimittere vel horrere, imo in ipsis nitūtur pseuerare, & diutius remanere. Contra quos Hieremiæ 2. Vilis facta es nimis, iterās vias tuas. & hoc male, qa pro certo tales viæ ducūt ad malum terminum.s. ad hospitiū demonū & latronū. Quia sicut dicitur Proue.14. Est uia quæ videtur homini recta, & nouissima eius &c. Sic charissimi patet quomodo generaliter in scriptura inueniuntur tres vię.s. uia malorū, quæ est criminalis, uia beatorū, quæ est uirtualis, uia cunctorū, quæ est naturalis. Et hæc sufficiant de Via. Vide supra de semita, de ire, de ambulare, & consimilibus.

A **Vicis. Vicissitudo. Vicissim.** &c. Nota, ꝙ acci piuntur vt communiter pro simili casu vel recompensatione, vel pro alterna retributione. Et possum notare, ꝙ in scriptura inuenitur quadruplex uicissitudo. Vna

Quæ redditur
- pauperibus.
- diuitibus.
- peccantibus.
- promerentibus.

Est dico uicissitudo indigētium. Pauperes.n. uicissim habent bonū, & malum. In prima uice habent malum in hoc seculo, secunda uice habent bona mirabilia in futuro. Vnde de iudæis prima uice captiuitatis, & suppeditatis dr̄ Hest. 9. ꝙ iudæi uersa uice superiores esse cœperunt. Item est uicissitudo prosperantium, quia.s.illi qui sunt in prosperitate, uersa uice erunt in aduersitate. Vn̄ ipsi possunt dicere illud diabolo vel mundo ꝙ dixit Iacob Gen.31. Mutauit mercedem meam decem uicibus. Itē est uicissitudo delinquentium, quia.s.iniusti hac uice faciunt peccatū, sed altera uices sentiunt tormentum. de quo dicitur Hie.51. ꝙ dominus reddet uicissitudinē Babyloni. Item est uicissitudo promerentium, quia iu stū est ꝙ iustis & ꝓmerētib⁹ dotes reddantur, & ꝙ uices suæ ſm merita præmiētur 1.ad Tim.5. Doce inquit filios mutuā vicē reddere parentibus. ¶ Nota ꝙ vicissim seu uicis accipitur pro tēporis successionibus uel ꝓ certa & distincta tēporis portione. Vnde Lucæ 1. dicitur Zacharias sacerdotio fungebatur in ordine vicis suæ. Et 2.Re.17. dicitur. Non est bonum consilium Achitophel hac uice &c.

A **Vicinus.** Nota quòd vicinus idem est quod propinquus, socius, & amicus. Et ideo qa supra de societate & amicitia satis dictum est, hinc est quòd breuiter de uicinitate & vicino aliquid est tangendum. Notabo ergo quòd est dare Vicinum

- Honorabilem.
- Amicabilem.
- Commendabilem.
- Castigabilem.
- Detestabilem.
- Formidabilem.

Dico primo est ꝙ est uicinus honorabilis, & iste ꝓ certo est Christus, qui per carnis assumptionē factus, est uicinus noster, & propè nos in hoc seculo 30. annis & amplius mā sit. Exod.12. Assumet uicinum suū, qui est iunctus domui suæ. Ipse.n.vicinum suum.i.hominē assumpsit, qui domui suæ.i.ecclesiæ per charitatem, & gratiam iunctus fuit. Item est vicinus amicabilis, & iste est angelus, q̄ Deo & hominibus est uicinus. Vnde iste est uicinus ille de quo dicitur Prouer.27. Melior est vicinus iuxta, quam frater procul, Vicinus.n.iuxta est angelus, frater vero procul ē diabolus. Item est vicinus commēdabilis, & iste significat bonū sociū uel amicum, qui cum vicinis suis in prosperis solet cōgaudere, & in asperis condolere. Lucę 1. audierunt vicini, & cognati eius &c. Itē est uicinus castigabilis, & iste nihil aliud est quam caro, & corpus, & mundus, qui animæ uicinantur, q̄a ipsi debēt castigari, & spiritui subiici, vt sic dicat aīa illud Esa.33. Cognoscite vicini fortitudinē meā. Itē est uicinus detestabilis, & iste est peccator vel iniquus socius vel propinquus. Vnus.n.malus uicinus est cā multorū malorū ī uicinis. Vn̄ illi ciuitati, s. Hierusalē sub typo pulchræ mulieris dicit Ezec.16. Fornicata es cū filiis ægypti uicinis tuis. ¶ Item est vicinus formidabilis, & iste est diabolus, quia.s.demones nobiscum in isto caliginoso aere commorantes, sunt uicini nostri. Vnde Hier.12. Hæc dicit dominus aduersus oēs uicinos meos pessimos &c. omitto. Vide supra de societate, amicitia.

A **Victima.** Nota ꝙ uictima nihil aliud est quā sacrificiū hostia, immolatio. Vnde uictima ꝓprie dicebatur q̄n aīal uinctū ad mactādū adducebatur, & dn̄o immolabat̄. Et iō uictima dicebat̄, quasi ad mactādū uincta. Cū igit̄ uictima de suo significato significat aliq̄ occisionē, uel aliq̄ carnis cōbustionē ad Dei honorē uel glorificationē notabo, ꝙ tā in bono q̄ in malo inuenio in scriptura uictimā.s.

- Saluationis.
- Afflictionis.
- Religionis.
- Deuotionis.
- Corruptionis.
- Damnationis.

¶ Victima saluationis est Christus, qui in ara crucis pro salute hominum uictimatus fuit. Prouerb.8. Victimas pro salute deuoui. unde Exo.12. Victima trāsitus domini ē. Et Num.19. Ista est religio uictimæ, quam constituit dn̄s. ¶ Victima afflictionis significat martyres, qui Deo fuerunt uictimati & immolati. vnde Exo.24. Immolauerunt uictimas pacificas Deo. ¶ Victima religionis significat ipsos religiosos, qui de seipsis faciunt uictimas Deo patri. Vnde de loco religionis dicitur ꝙ Dauid rogauit ut iret celeriter in Bethleem, quia uictimæ solennes ibi sunt 1.Reg.20. Victima deuotionis significat uolūtatem cuiuslibet uiri iusti, qui domino victimatur, q̄n deuotioni & obedientiæ subiugatur. Melius est enim obedientia quam uictimæ ipsi domino immolatæ. Eccl.4. Significat etiā opera uirtuosa, quæ sunt quædam speciales victimę ipsi dn̄o immolatæ, de quibus dicitur Marci 9. Victima omnis sale salietur. quia.s.in omni uictima bonæ operationis debet apponi sal sapientiæ, & discretionis. vnde Prouer.9. Sapientia ędificauit sibi domū &c. Victima corruptionis signat mala opera malorū, quæ cōtinuè ipsis demonibus offeruntur, de quibus Prouer.15. Victimę impiorū abominabiles domino. Victima dānationis significat ipsos dānatos, qui.s.ipsis demonibus finaliter offerunt̄, ut ab eis cremētur & puniātur. Vn̄ auibus cęli & demonibus dicitur Ezech.39. Concurrite ad victimam quam ego do uobis & immolo. Transeo & omitto, quia materia est satis sterilis. Vide de sacrificio & hostia.

A **Videre.** Cū uidere sit actus nobilissimæ potentiæ sensitiuæ, videlicet uisus & oculi corporalis, & videre illud ꝑ q̄d cognoscunt̄ rerū colores & quātitates, possumus notare ꝙ uidere spūaliter loquēdo nihil aliud est q̄ aliquid cognoscere uel sentire. sicut.n. videt hō exterius ꝑ sensum, sic videt interius ꝑ intellectū. Notabo ergo ꝙ inuenio in scriptura duplex videre, diuinum.s.& humanū. Deus.n.videt se, & in se, & oīa alia à se. homo aūt uidet deum supra se, aīam intra se, mundum extra se, infernum subtu sse. Breuiter ergo possum distinguere quatuor genera uisionum, scilicet

- Dei. Videt Deus per lympidam cognitionem.
- Iusti. Videt iustus per prouidam discretionē.
- Impii. Videt impius per inuidam inquisitionē.
- Diaboli. Videt diabolus per liuidā explorationē.

Dico ꝙ Deus dr̄ omnia videre cognoscendo. vnde Gene.1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat &c. Item videt iustus prouidè discernendo, & sic loquitur psal. Vt videam uoluntatē domini, & visitē tēplum eius. Itē videt impius inuidè inquirendo, & sic loquit̄ ps. vbi dicit ꝙ peccator uidebit, & irascetur

dentibus

dentib.&c.Item videt diabolus omnia explorādo.vnde Iob 41.Omne sublime videt,& est rex super omnes filios superbiæ Deus aliquando dicitur videre

Benigniter compatiendo.
Seueriter officiendo.
Vtiliter proficiendo.
¶Primus est visus pietatis.
Secundus est visus seueritatis.
Tertius est visus liberalitatis.

¶Videt.n. benigniter dolorem patientium.Sicut.n.dr̄ Eze. 16.Deus miseræ ciuitati loquitur,dicens, Trāsiens per te, vidi conculcari te in sanguine tuo.Vnde in lib.pe. Damiani narrat q̄ Deus apparuit cuidā barbitonsori qui pauperes amore Dei radebat,in specie pauperis radi petētis,quē cū vellet radere,vidit sibi oculos in capite.de quo cum miraret̄,dixit dn̄s.Isti sunt oculi quib.vidi porcū quē furatus es,& sic euanuit,& alter penituit,& se correxit.Ista.n.est visio diuinæ misericordiæ qua ipse videt misericorditer delinquentes,& et desolatos.Qd' petens aīa dicebat Thr.1 Vide dn̄e & cōsidera q̄ vilis facta sum.Et sic similis est caladrio,q̄ vidēs infirmū sanat eū.Vn̄ psal.Vide humilitatē meā & laborē meum,& dimitte oīa delicta mea.¶Item iste videt seueriter pc̄tā delinquentium.Iste.n.dissimulat se non videre,inquantum pc̄tā q̄ fiunt,non solet statim ad vnguem punire,sed ac si nesciret,ipsa sub dissimulationis pallio pertransire,omnia tamen videt & intelligit,& in fine oīa vindicabit atque puniet. Et de hoc Deut.32.Vidit dominus,& ad iracundiam cōcitatus est &c. Et iste est visus terroris incussiuus.Hō.n.a peccato & peccati commissione debet cessare,quando scit Deum ipsum respicere & videre.Exemplo leonis,qui videns animalia ipsa terret.Quod est contra multos,qui non credunt Deum ista inferiora videre,dicentes illud Ezec.8.Dereliquit dn̄s terram & dominus non videt.¶Item iste videt vtiliter merita laborantiū.q.a.s.iste est qui custodit operarios qui optime scit & videt quo,quantum operantur,vt ipsos præmiet ſm merita singulorum Matt.6.Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.Multa possent dici de isto triplici videre diuino,sed supra de oculo,aspectu,& de aspicere vide magis.¶His igitur præmissis dicamus ſm apost. 1.ad Cor.13.Videmus nūc per speculum & in ænigmate,tunc autem facie ad faciē.Vbi ipse ostendit duplicem visionem,s.vnam tēporalem, & aliā æternalem.vnam ænigmaticam,& aliam claram & veridicā, vnam speculatiuam,& aliam intuitiu am, vnam perfectorū
B quæ est in via,aliam beatorum quæ est in patria.¶Primo igitur dicamus de ista visione morali,qua boni & iusti vidēt illa quæ pertinent ad salutem.Nullum.n. animal est perfectū nisi videat.Et iō canes,vrsi,lupi,vulpes, imperfecti dicuntur nasci,pro eo q̄ cæci,& sine visu nascuntur.Visus.n.est potentia sensitiua,sine qua nullum in corde generatur gaudium. Quod bene aduertebat Thobias,dicens Tho.5.angelo.Quale gaudium mihi est,qui in tenebris sedeo?&c. Sic vere charissimi,ille non potest dici spiritualiter perfectus,qui visu discretionis & sapientiæ est priuatus.oportet,n,illa , quæ sunt necessaria ad salutem,videre & bonum malo scienter discernere,& quod est bonum & malum,clare cognoscere & sentire,alias si ignorantes fuerimus atque cæci, nec perfecti esse poterimus neq; læti.Et ideo vt dicitur Deu.15.animal q̄ oculos nō habebat,Deo immolari nō debebat.Leu.etiā 21. à sacerdotali ministerio repellitur qui cæcus vel albuginem habens in oculo reperitur.Sic procul dubio nullus est dign⁹ domino imolari,vel ad eius ministeriū in ecclesia dedicari, nisi q̄ oculos clari intellectus habet,& nisi qui per discretionem clare intuet̄ & videt.Vnde Prou.14. Acceptus est regi minister intelligens.Quod est hodie cōtra multos, de quib. dr̄ in psal.Oculos habent & non vident, &c. Sed adhuc inferius dr̄ magis planè.Vel inuehe si vis,& pone de asina Balaam.Et Esa.42.Quis cæcus nisi seruus meus &c. Clare ergo charissimi debemus videre,& inquantum proficimus vel deficimus,aduertere vel sentire.Ad quod monet nos scriptura Marc.13.d.Vigilate,videte & orate.Et bn̄ dicit videre impe rando & excitando,quia,s.peccator qui longo tempore fuit criminibus excæcatus,in cæcitate permanet,nisi ad videndū per discretionem & gratiam fuerit fortiter excitatus.Quod bene sciebat Hieremias,qui ciuitati vel animæ peccatrici dicebat Hieremias.3. Leua oculos tuos directum , & vide vbi nunc prostrata sis.Et aduerte quod in istis verbis ostenduntur septem quæ sunt videnda,& quæ sunt cum diligētia meditanda,scilicet

Cœli dignitas,vt eam habeamus.
Vitæ veritas,vt eam teneamus.
Fratrum charitas,vt eam foueamus.
Morum prauitas,vt eam horreamus.
Rerum vanitas,vt eam caueamus.
Vitæ breuitas,vt eam defleamus.
Pœnæ grauitas,vt eam timeamus.
¶Primum probat mentis erectio.Leua oculos.
Secundum morum directio.Indirectum.
Tertium ligans coniunctio.Et.
Quartum culpæ inspectio.Vide.
Quintum dubia dictio.Vbi.
Sextum curta duratio.Nunc.
Septimum vilis depressio.Prostrata.

¶Dico quod videnda est summa bonitas, vt habeat̄, & hoc ostiditur cū dicitur.Leua oculos tuos,supple sursum ad Deū ad cælestia & æterna.Potentia.n.visiua habet locum suum i alto loco corporis,s.in capite,vbi quanto profundius radicatur,tanto clarius videt hō.Exemplo aquilæ cuius oculi sunt parui & in capite fossati,& iō ad videndum optime sunt dispositi.Sic vere visus discretionis & cognitionis nostræ debet esse principaliter locatus.s.in rebus sublimibus & æternis,& sursum in bonis gloriæ paradisi,& potissimè in capite i.Deo,quia primò & ante oīa nos videre debemus Deum & eius potentiam & largitatem,& gloriæ paradisi claritatem, qualitatē & bonitatē.Leua inquit oculos tuos.vn̄ Gen.22.dr̄ de Abrahā q̄ cū leuasset oculos suos,vidit locū ꝓcul.Et maxime ista ꝑtinent ad ecclasticos & ꝑlatos,q̄ more cōteplatoris in alto speculationis loco cōstituunt̄,vt secreta Dei & bonorū æternorū videat & cōtéplent,& aliis enarrare conent̄. Esa.21.Pone speculatorē,& qd' cunq; viderit,annunciet.Herodius.n.die qua aquilā viderit vel audierit, ꝑ timore venari vel ꝑdari,hoc est dictu,volare nō audebit.Sic vere hodie, qua per contemplationem dn̄m intuetur,a venatione & cōparatione cuiuscūq; ꝑdæ malæ operationis retardat: Prou. 15.Per timorē dn̄i declinat oīs à malo. Qd' bn̄ figurat̄ Exo. 28.vbi onychinus q̄ oculos intuentiū tremulos facit ꝑcipit in indumento sacerdotis poni,& ibi ꝑcipue cōtineri. Ad denotandū q̄ cōsideratio diuinæ maiestatis quæ oculos mētis facit tremulos,ꝑcipue est habenda,& a sacerdotib. & viris ecclesiasticis possidēda,vt sic quilibet cū Hester possit dicere illud Hester.15.Vidi te quasi angelum Dei stantē, & cō turbatum est cor meū ꝑ timore gloriæ tuæ. valde.n. admirabilis es dn̄e & facies tua plena est gratiarum. Hæc et figurata sunt in lamina aurea in qua nomen domini tetragrāmatō sculpū erat,quā in frōte sup oculos sacerdos ponebat.Ad notandū q̄ Deū & nomē eius ꝑ oculis habere debebat. Et aduerte q̄ visus cognitionis & attētionis nostræ debet esse eleuat⁹ ad videdū & cōsiderandū ea q̄ sunt procul,videlicet

Dei
auctoritatem.
benignitatem.
humilitatem.
seueritatem.
fælicitatem.
Virginis puritatem.
Angeli bonitatem.
Cœlorum tenacitatem.
Sanctorum societatem.

Hæc.n.omnia sunt videnda,& diligentius attendenda Dico ergo q̄ attendenda est Dei auctoritas & potentia Esa.6.Vidi dominum sedentem super solium excelsum & plena erat omnis terra maiestate eius. Et potissime potentia & magnificentia eius, q̄ est in vnitate deitatis,& in Trinitate personarum,debet videri,& multipliciter adorari.Gen.40. Videbā corā me vitem in qua erant tres propagines. Sicut.n.in scia perspectiua experimentaliter videtur,si radius solis in aqua positum speculum percutiat,apparebūt duæ solis imagines, & si videbit esse sol triplex.s.vn⁹ in cælo , & duo in aqua & speculo,& tamen secundū rei veritatem non est nisi vnus.Sic vere charissimi si radius diuinæ gratiæ nos illuminauerit, & speculo cordis in aqua deuotionis fuerit infusus,statim tres soles.i.tres personæ apparebunt in ipsa Trinitate,cum tn̄ cō stet q̄ non est nisi vnus sol.i.vnus deus in sua simplicitate & quidditate.Ideo de Abraham dr̄ Gen.18.Tres vidit, & vnū adorauit. Magnificentia.n.qua creauit oīa de nihilo, & qua cunctis mō ꝓsidet in empyreo,est videnda,iuxta illud ps.Venite & videte opa dn̄i terribilia &c.Vt sic dicat q̄libet cōteplator illd' Esa.6.Regē dn̄m exercituū vidi oculis meis. ¶Itē videda est dei benignitas quā habuit i carnis assumptiōe, & mundi

mundi redemptione,& eius clementia videnda est deuotè, & à fidelibus intuenda.psal.Gustate & videte quoniam suauis est dñs. beatus vir qui sperat in eo. Istud est.n.mysteriū visionis rubi,qui ardebat & non comburebatꝰ, de quo dixit Moyses Exo.3.Vadā & videbo visionē hanc magnā, quare non cōburatur rubus.Quia vere valde fuit videnda & admirāda visio ignis,q ardebat,& rubi qui nō cōburebanꝰ.i. deitatis apparitio,& rubi.i. virginitatis non cōsumptio. de quo Lu.2.Videamus hoc verbum ꝙ factum est,ꝙ dñs ostēdit nobis.Et potissimè illa dulcedo diuina,qua Deus indulget delinquentibus,qua ipse subuenit indigentibus, est attēdenda,de qua in psa.Venite & videte opera dñi, & narrate oēs q timetis.Deum,qta fecit aīæ meæ.¶Itē vidēda est Dei humilitas & patientia,quia.s.humilitas q̄ habuit in mundo cōuersando,patientia q̄ sustinuit mortem sustinendo, summè dēt attendi.de qua Esa.53.Vidimus eū, & nō erat aspectus,& desideravimus eū despectum & nouissimū virorū, virum,dolorū,& scientem infirmitatem.Ad quem ēt spinis coronatum considerandū monet nos scriptura diuina Can. 4.Egredimini filiæ syon,& videte regem Salomonē in diademate suo &c.O inquit filiæ syō.i.aīæ deuotæ egredimini, & in diademate spinarum regem Chrm̄ coronatum à synagoga matre in cruce intuemini.¶Item videnda est Dei seueritas atq; iustitia,& potissimè illa q̄ in iudicio ptendet,qñ.s. ipse veniet cum nubibus,& videbit eum oīs oculus. vñ Iob 19.Et in carne mea videbo Deum saluatorē meum. Iste.n. status dēt à iustis videri,& cum formidine intueri & cogitari.Ad ꝙ ipse ēt inuitat Deute.32.Videte ꝙ ego sim solus,& non sit alius Deus præter me.ego occidā &c. ¶Itē videnda Dei fœlicitas & eminētia.qa illa summa fœlicitas & gloria ipsius cuius intuitiua visio est tota merces,dēt nunc ꝑ fidem in ænigmate videri,& speculatiue mentaliter intueri, de quo in psa.Videant pauperes & lætentur, q̄ do. & vi. aīa vestra.Et Esa.33.Regem in decore suo videbit.Item videnda est virginis puritas & continentia,quia honor,& excellētia beatæ virginis debet per deuotionem videri,& per contemplationis speculum intueri.de quo Cant.6.Viderunt eā filiæ syon,& beatissimā eam prædicauerunt, & Reginæ laudauerunt eam.Item videnda est angelorum cōitas & cōsonantia.vnde Gen.32.dr̄ ꝙ Iacob obuiā fuerunt angeli Dei, quos cum vidisset. ait.Castra Dei sunt hæc. ¶Item videnda est fœlicitas cœlorū & opulentia.i.fœlicitas vitæ æternæ summè est cōsiderāda,vt ad eā attrahamur.Vñ psa.Videas bona Hierusalem oībus diebus vitæ tuæ. Videndū.n.est qūo ista gloria est læta,lata,alta & æterna,interna,superna, pura,secura,& nō obscura & cōsita,vt dicat hō illud psa.Credo videre bona dñi in terra viuentium.Item videnda sanctorum societas & amicitia.vnde Nu.24.Vidit Balaam Israel in tētorijs,& dixit.Quā pulchra tabernacula tua Iacob. Sic igiꝰ patet qūo videnda sunt bona superiora.s.Deus & bonaeter na.Leua inquit oculos tuos.psa.Leuaui oculos meos in mōtes.Grues.n.volentes transfretare, primo solent altissimè ascendere,vt videant ad q̄ partem debeant declinare. sic & nos mentaliter sursum ꝑ contēplationē ascendamus,vt illa bona æterna videamus,& ad ea transeamus.Nu.23.De summis excelsisq; silicibus videbo eum.Patet ergo qūo vidēda est bonitas summa vt habeaꝰ.Leua inqt oculos tuos. ¶Etiā dico ꝙ est videnda vitæ sanctitas vt teneaꝰ, & hoc ostenditꝰ cum dr̄.In directum.Quia sicut videmus ꝙ artifex libenter videt regulam & exemplar ꝛm ꝙ dēt operari, & ad ipsum sæpe respicit & attendit,sic vere & nos debemus ad exēplar & regulas vitæ nr̄æ sæpe videre.s.ad virtutes & scias attēdere,vt eas sequendo possimus aliqualiter non errare. In directum inquit.q.d.in directione morum.s. virtutes debemus attendere,ipsasq; videre & respicere.vnde psa.Pes meus stetit in via recta,in ecclesijs bñdicā dñm.vnde Gene.13.Leua oculos tuos,& uide.Videri.n.dēt & cōsiderari dicta sanctorum,ꝑcepta malorum,exēpla iustorum, opera singulorum. Sic videbaꝰ videre sapiens cum dicebaꝰ.Eccle.1.Vidi cūcta q̄ fiunt sole.Et Proue.24.Cū vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinā.Quod tñ est contra multos, q magis sunt diligentes ad uidendum vilia q̄ vtilia, curiosa q̄ virtuosa,exemplo Dauid,cui visio mulieris se in fluuio balneantis fuit cā ruinæ,sicut dr̄.2.Reg.11.Exemplo Dinæ,quę voluit videre mulieres regionis,& oppressa est.Gene.34.Iō dr̄ Eccl.3.In superuacuis rebus ne fueris curiosus.Nō.n.est tibi necessarium ea q̄ abscōdita sunt, videre. Dico igiꝰ ꝙ videnda est vitæ sanctitas,vt teneatur.Indirectum inqt Prou. 4.Oculi tui indirectum videaꝰ,& palpebræ tuæ ꝑcedāt gressus tuos.¶Iterum dico ꝙ est videnda fratrum charitas vt foueatur,& hoc ostenditur cum dr̄ Et.Ista n.syllaba,&, est cōiunctio copulatiua,significans illos,qui sunt nobis vicinitate,familiaritate,charitate,fide,religione,ordine, vel alia cā coniuncti,qa à nobis debent videri ad defendendum, sicut Moyses,q egressus ad fratres suos,vidit afflictionē eorum, & virum ægyptium pcutientem quendam de Hebræis fratrib.suis occidit.Exo.2.ne forte hebræus frater ab ægyptio occideretur.Item debent videri ad veniā concedendā,si in nos deliquerunt,vel debēt videri ad fouendū si egent.Exēplo Ioseph,q fratrib.de cōmisso in eū scelere nō solū pepcit,sed etiā eos humaniter tractauit, eorū inopiā suis opib. leuauit,sicut clare dr̄ Gen.43. Videaꝰ ergo fratrum charitas vt foueaꝰ.Et si placet,iunge hic illa q̄ ponunꝰ infra in sermone.Videte qūo caute ambuletis,sub.§.Quartò dico ꝙ videnda est fraterna charitas &c.¶Rursum dico ꝙ est videnda morum prauitas vt horreatur,& hoc ostēdiꝰ cum dr̄. Vide,iuxta illud Hie.2.Vide vias tuas in cōualle, scito quid feceris.Infirmus dēt sepe videre sua vulnera vt saltem ex dolore & horrore eorū cōpellaꝰ remedium adhibere. Vnde Oseæ 5.Vidit effraim languorē suum. Sic verè hō debet videre & attendere q̄ & quanta sunt suorum vulnera,vitiorū, ex hoc.n.mouetur ad pniam & dolorem, & ad cōsiderādū Dei offensam & Dei iustitiam,& ad concipiendum reuerētiam & timorē.Pauo.n.videns turpitudinē pedum suorum, dr̄ rotā suam deponere,& de plumarum gloria non curare. Sic vere cum turpitudo defectuum nostrorū respicitur, rota supbiæ deponiꝰ,& si quas plumas pulchras.i.aliquas virtutes & gratias habuerimus,non curatur.Et iō ad ista vidēda monet scriptura.Hie.2. Scito & vide qua malum amarū est dereliquisse te dñm deum tuū,& nō esse timorē eiꝰ apud te.Quod est tñ cōtra multos,siles oculo,q videt alia, nō se, qa multi sunt q vident aliorū defectus,& nō suos,quinimo defectus suos paruos reputant.Visus.n.qñq; decipit, qa qd̄ lōgē est,maius ab eo reputaꝰ.Vnde & luna existēs & in oriēte,maior nobis vr̄ q̄ qñ est in meridie, vbi tñ constat nobis prōptiorem esse.Et iō dr̄ Matth.7.Quid inquit vides festucā in oculo fratris tui?&c.Diabolus.n.in principio & ante oīa nitiꝰ pc̄torem excæcare,vt propriam vilitatem nō possit videre.Exemplo latronis, q qūo intrauerit domū,ante oīa solet extinguere lumē,vnde de antichodr̄.1.Macha.1.ꝙ de templo dr̄ candelabrū abstulisse.Sicut.n.videmꝰ ꝙ vrsus primo excæcaꝰ,& tandē corā dño suo ludere doceꝰ,sic diabolꝰ pc̄torem ne pc̄m̄ uideat excæcat, & sic ad libitū suū ꝑ mala opera ludit & saltat.Figura de Sāsone,qui primo fuit tōsus, & tandē excæcatus.deinde in carcerē ligatus, & ad ludēdū corā philistijm est locatꝰ.Quia.s.pc̄tor primo uirtutū crinibus spoliaꝰ,deinde per obstinationē ne pc̄m̄ suū videat excæcaꝰ,& sic fucibus malæ cōsuetudinis ligaꝰ,& sic corā diabolo ludos malorum operū operaꝰ.O deus si oculos mētis apertos haberent,culpam suā noscerēt & viderēt.Vnde de gentibus regis Syriæ dr̄.4.Reg.6.Dñe percute gentem hanc cęcitate.Et sequiꝰ.Aperi oculos eorū vt uideāt.& uiderunt se esse in medio ciuitatis,s.inter hostes. Ad denotādū quòd si peccator oculos cordis apertos haberet,in medio hostiū se videret.Et ideo Augustinꝰ dicit sic: O homo si te videres tibi displiceres, & mihi placeres,nūc autem quia te non vides,tibi places,& mihi desplices,veniet tempus,qūo tibi & mihi displicebis,mihi qūo iudicaberis.& tibi quando ardebis.Videatur ergo morum prauitas vt horreaꝰ.Vide inquit. ¶Adhuc dico quòd est vidēda rerum uanitas ut caueatur, & hoc ostenditur cum dicitur. Vbi enim quando interrogatiuè,significat locum dubiū & incertū,sicut dicitur.Gen. 5.Vbi est Abel frater tuus? Aliquādo etiā poniꝰ inhęsiuè & positiuè,& sic significat cōstructiuè & certitudinaliter locatiuè,sicut dr̄ Mat.9.Vbi est thesaurus tuꝰ &c. Et ideo ꝓpriè per istud significatur mūdi bona,quæ sunt dubia & incerta breuia,limitata & arcta.Vbi iquit. Istud ergo vbi.i.vanitas rerū temporalium,est videndum, & discretis cordibus intuēdum.unde Matthæi.18.Venite & uidete locum vbi &c. Homo enim qui est in nūdinis,solet libēter videre merces quas

quas vult emere, & ſm q valent, in pcio conuenire. Sic vere in nundinis huius vitæ mundi neceſſe eſt q bona tpalia diſcretius videant, ne vltra debitum reputatur & ne nimis charum præcium, ſ. aīa pro eis expendatur, quia. ſ. ſicut dr 2. ad Cor. 4. Quæ vñr, tpalia ſunt, q aût non vñr ęterna ſunt. Iō bñ dicebat iſta ſe vidiſſe Sapiēs. Eccl. 1. dicens, Vidi in omnib. vanitatem & afflictionem ſpiritus. Videatur ergo rerum vanitas vt caueat, iuxta illud Nau. 3. Omnis qui viderit te, reſiliet à te. Quod tamen eſt contra multos, ſimiles illi, qui eſt in aere nebuloſo, qui non videt ſe ibi eſſe; ſed ille qui extra illū aerem, nebuloſitatē ipſius bene videt. Quia illi qui ſunt inuoluti in aere nebuloſo mūdanæ, pſperitatis, obſcuritatem ipſius nō percutiunt neq; vident: Sancti vero qui extra iſtum groſſum aerem poſiti ſunt, eius obſcuram turbulentiam bene noſcunt. vt de talib. dicat mundus. Omnes q viderunt me deriſerūt me. Videatur ergo rerum vanitas vt caueatur. Vbi inqt. ¶ Deinde dico q eſt videnda vitæ breuitas vt defleatur Nūc inqt. Nūc. n. eſt breuiſſima pars tpis, quia nunc eſt illud tempus & momentum q in præſenti durat, quod. ſ. multum eſt attendendum, quia de certitudine vitæ non habemus niſi nunc. Vnde Iob. 7. Ecce nunc in puluere dormiam. Quia pro certo ſumme debemus videre & cōſiderare iſtud nūc. ſ. breuitatē vitæ noſtræ. ſ. quā vilis ſit in ingreſſu, quā fragilis ī progreſſu. quā debilis ſit in egreſſu Ad quod nos monet in ſcriptura dicēs. Mar. 13. Videte voſmetipſos. quia. ſ. nos debemus nos conſiderare quantum ad vanitatem, & quātū ad noſtræ vitæ labilitatem, & quantum ad noſtræ mortis neceſſitatem. Cattus. n. non ſolum videt de die, ſed etiam de nocte. q etiam de capra dr. Sic nos debemus de die videre, & etiam de nocte, i. illa quæ pertinent ad diem præſentis miſeriæ, & ad noctem futurę mortis. vnde Mat. 28. Venit Maria Magdalena & altera Maria videre ſepulchrum. Videatur igitur vitæ breuitas, vt defleatur. Nūc inquit. vnde Exo. 6. Dominus dixit Moyſi, nunc videbis. ¶ Denique dico q videnda eſt pœnæ grauitas vt timeatur, cū dr, Proſtrata ſis. Humana. n. natura pſtrata fuit à ſtatu ſuæ primæ cōditionis per pctm̄ Adę & pœnis temporalibus ſubiugata. Quotidie ēt aīa proſternitur in inferno per pctm̄ proprium, & à ſtatu gloriæ & gratiæ ſupplantatur. Iſta proſtratio eſt videnda, & quotidie meditanda, quia. ſ. videndæ ſunt pſtrationes & miſeriæ temporales, pœnæ & triſtitiæ infernales. De quo 1. Regū. 14. Ecce multitudo proſtrata huc atq; illud diffugiens. Sequitur Inqrite, & videte. Præſentes. n. & futuri caſus ſunt videndi, & diligentius intuendi, & ne eueniant metuendi. Quod maxime verum eſt de pœnis inferni, quas bene attendebat ille qui dicebat Hier. 1. Ollam ſuccenſam ego video. Leo. n. timet quādo flammam & ignem videt. Sic vere pœnas & ignes ęternos vitabimus, ſi ipſos per conſiderationem timeamus. Et Eſaiæ 33. Ecce vidētes clamabunt foris, angeli pacis amarè flebūt Sicut. n. leo caſtigatur & timet quando videt catulum verberari, ſic & nos caſtigamur & peccare timemus, quādo in mūdo vel in inferno pctōres caſtigari videmus. Zach. 9. Videbit Aſcalō, & timebit. Sic ergo patet qūo ſeptem ſunt in genere quæ principaliter ſunt videnda, & a deuotis cordibus attendenda. Iſta eſt ergo viſio ſpeculatiua, q eſt primum principale. ¶ Secundo principaliter dico quod eſt viſio intuitiua, & iſta eſt viſio beatorum, qua. ſ. beati vident in patria intuitiue & intrinſecè faciē Dei patris, quæ eſt eis cauſa beatitudinis ſempiternæ. De qua Matt. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt, &c. Eſt igitur quædam uiſio

Lætificatiua.
Deſideratiua.
Saluificatiua.
Recreatiua.
Certificatiua.

Eſt dico viſio lætificatiua, qa ſicut apes dicunt lætari qn̄ vident regem ſuum, ſic beati in viſione Dei dicuntur ſummopere lætari. Io. 20. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo dño. Nec mirum ſi beati q ſunt amici dei gaudent in dei viſione, qa ipſe ēt inimic⁹ Herodes in eius viſione nō beatifica, ſed ænigmatica; dicebat gaudere. Vnde. Lu. 13. dr q Herodes viſo Ieſu gauiſus eſt. Erat. n. multo tpe videre eū cupiens & merito, qa ſicut dr Eccl. 11. Delectabile ē oculis videre lumē. Itē eſt viſio deſideratiua. quāto. n. plus vr, tanto magis deſideratur. ſ. videri, ſicut pulchritudo coloris & magnitudo amoris ſolet viſum attrahere ad videndū, intuendū aliqd' inuitare. Vnde prouerbialiter. Vbi amor, ibi oculus. vnde de panthera legimus q eſt aīal gratū & amicabile, pulchrū, coloratū, & delectabile, ideo ab alijs aīalib. aſpicitur libenter & vr, & ab ipſis diligit ac ēt frequētat. Sic vere chariſſimi, beati, q perfectiſſime Deū diligūt, & qui infinitā pulchritudinē in eo cernunt, ipſum ſp videre deſiderāt, & quāto plus vident, tāto magis deſiderat videre & tenere. Vn̄ 2. Para. 9. Oēs reges terrarū deſiderabāt videre faciē Salomonis, quia ſicut dr 1. Pet. 1. Iſte eſt in quē deſiderant angeli pſpicere. Itē eſt viſio ſaluificatiua, qa eo ipſo qd' beati vident deū. ſunt ſaluati & in ſecuritate ſalutis poſiti, & à cunctis malis præſentibus & futuris expediti. Quod bene ſentiebat iacob quando dicebat. Gen. 32. Vidi deū facie ad faciē, & ſalua facta eſt aīa mea. Itē eſt viſio recreatiua. Vidēdo n. deū oēs aīę appetitus ſatiant, & nihil aliud deſiderant, ſed in iſto ſolūmodo delectant. pſal. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Quia eis propriè pōt dici illud pſal. Guſtate & videte qm̄ ſuauis eſt dominus. Vnde de iſta opulenta ſaturitate dr aīæ beatæ Eſa. 60. Tunc videbis & afflues, & mirabit &c. Itē ē viſio certificatiua, quia. ſ. vidēdo Deū, ēt oīa alia vident & eo beatificè cognito, oīa alia cognoſcuntur. ps. Qm̄ apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Et Greg. in homilia. Quid eſt q nō videāt, q videntem oīa vident? Iſta eſt ergo viſio intuitiua, q eſt beatorū. Et ſupra viſum eſt de viſione ſpeculatiua, q eſt viatorū. ¶ Sed adhuc dicere poſſumus q videre aliquando ſignificat admirationē, attentionē, E vel circa aliquid occupationē. Et iō ſicut videmus q diuites & potentes diligunt illos ſeruos qui res notabiles ſolent diſcernere & videre, & ipſas poſtquā viderunt recitare, ſic vere apud deū diſcretiores reputant, q res mūdi notabiles cōtemplantur, ipſasq; alijs prædicando nunciant & loquūtur. Ideo Apoc. 1. cuilibet noſtrū præcipitur & dicitur. Quod vides, ſcribe, i. omnia quæ videris, diligenter retine & attende. Vnde etiam ipſe Deus facit ſicut diligens pater, qui volens filium ſuū inſtruere, ducit eum ſecum, & oſtendit ei ſecreta, q poſſint ei eſſe vtilia & honeſta, dicens illud pſal. Venite & videte opa domini. Et ſic videbat inſtruxiſſe & ad videndū dei mirabilia inuitaſſe beatū Ioannē euāgeliſtā, qn̄ ſibi Apocalypſim reuelauit, dicēs Apo. 6. & i alijs multis locis. Veni & vide. Vbi in iſto & quolibet alio ſancto oſtenditur quod ipſū

Benigniter inuitauit.
Veraciter adamauit.
Subtiliter informauit.

Primū probat verbū allectiuum. Veni. Secundum ſignum coniunctiuum. Et Tertiū dictū inſtructiuum. Vide de ſua allectiua vocatione quæ oſtēditur cum dr Veni, vide ſupra de venire. De ſua copulatiua dilectiōe, q oſtēditur cum dr Et, vide ſupra. De ſua vero inſtructiua informatione quæ oſtenditur cum dicitur Vide, poſſumus aduertere, quod Deus informauit eum de omnibus abſconditis, & ſecretis. Oſtendit enim ſibi

Quæ ſunt credenda.
ſunt tenenda.
ſunt facienda.
ſunt reſpicienda.
ſunt timenda.
ſunt petenda.

Et breuiter de omnib. quę ſunt virtuoſa, & quę ſunt vitioſa, ita q dominus poterat ſibi dicere illud. Ezec. 8. Certe vides filij hominis Et ideo ſicut videmus q hō narrat libenter mirabilia quæ vidit, vt auditores incitet ad ſtuporem, ſic beatus Ioannes mirabilia & notabilia quæ vidit in mundo, nobis narrat & dicit. Igitur ſi quæratur ab ipſo, qd vidiſti, vel illud Mat. 11. Quid exiſtis in deſertum videre? ipſe poteſt optime reſpondere, Vidi

Deum cunctis imperantem.
Angelum deo famulantem.
Prælatum dignè gubernantem.
Iuſtum ſanctè ſe regentem.
Egenum multa ſuſtinentem.
Cœlum beatos continentem.

¶ Sed ſi quæras, quid vidiſti de malo tam pœnæ quam culpæ, ipſe proculdubio reſpondet. Vidi

Diabolum cunctis inſidiantem.
Infernum malos recipientem.
Mundum malos præficientem.
Impium mala perficientem.
Hominem fictum bonum diſſimulantem.
Iudicem malos exterminantem.

¶ Iſta enim ſunt duodecim mirabilia, quæ dicit Ioānes ſe vidiſſe, & in rerum ordine perſpexiſſe. ¶ Primo ergo dicit qd' vidit Deum cunctis imperantem, & ſic loquitur Apocalip. 4. vbi dicit. Vidi, & ecce oſtium apertum in cælo, & ecce ſedes poſita

des posita erat, & in circuitu sedis 24. sedilia, & sup thronos 24. seniores sedentes circum amicti vestimētis albis, & in capitibus eorum coronæ aureç, & de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, & septē lāpades ardentes añ thronum, quæ sunt septem spiritus Dei. Charissimi, ostiū diuinæ reuelationis isti primo fuit apertū, & ideo ante oīa super sedem maiestatis æternæ ipse uidit sedentem, & cunctis imperantem dñm, seniores vero, i. sanctos in suis sedibus cū coronis aureis æternæ dignitatis, & cū vestibus albis æternæ claritatis circa ipsum vidit sedere. lāpades vero ardentes, i. spiritus & Angelos charitate feruentes circa ipsum uidit lucere, & iridē, & arcum æternæ iurisdictionis in circuitu suæ sedis vidit manere, & de ista sede uoces fulgura, & tonitrua. i. diuinorū iudiciorū diuersa genera vidit exire, & ad nos inferius peruenire. Vnde de isto vidi dicit. Esaias 6. Vidi dñm sedentē super solium excelsum, & plena erat oīs terra maiestate eius. seraphin stabāt super illud &c. Istud est. n. illud &c. Istud est .n. illud quod primo volunt sancti videre, s. ipsum Deum, cuius honorem, & maiestatem uolūt contemplari, & ante omnia sentire. Exēplo Iacob. Gen. 32. qui dixit. Vidi dñm facie ad faciem, & salua facta est aīa mea. Iste ergo uidit Deū cunctis imperantem. ¶ Scdō dico, ꝙ iste uidit Angelorum cœtū in Deo famulantē. Et sic loquitur Apoc. 8. vbi dicit. Vidi septem Angelos stantes in cōspectu Dei, & dateç sunt eis septē tubæ. Septem. n. vniuersitatem angelorum designat, q in conspectu Dei semper stant, & voluntatem Dei per occultas inspirationes, vel per suorum iudiciorū executiones nobis diuersimodè tubant. Apoc. 14. Vidi alterum Angelum uolantē per medium cœli habentem euangelium sempiternū. ¶ Tertiò dico, ꝙ iste uidit chorum prælatorum digne gubernantē Et sic dicit Apoc. 10. Et vidi alium Angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube, & iris in capite eius, oculi eius erant ut sol & pedes eius ut columna ignis, & habebat in manu sua libellum apertum. Iste Angelus charissimi ē bonus prælatus, qui dr̄ fortis per constantiæ firmitatem, dr̄ de cœlo descendere per suæ promissionis deriuantem à Deo sublimitatem, dr̄ amictus nube per pietatis quam debet habere rorifluitatē, dr̄ hr̄e iridē in qua sunt colores multi. i. cōuersationis honestatem, & virtutum multiplicitatem, dr̄ habere librum. i. sacræ scripturæ oīmodam ueritatem, & iste liber dr̄ apertus, quia. s. ipsum aperire solet aliis per prædicationis, & eloquentiæ claritatē. Et iō de aspectu boni iudicis uel p̄lati breuiter dicit ipse. Apo. 14. Vidi & ecce nubē candidā similem filio hoīs, habentem in capite suo coronā aureā, & in manu sua falcem acutā. Quia. s. tales qui personis rōnalibus similes debent esse, & qui coronā dignitatis noscuntur portare, debent in nube roridæ pietatis sedere, & tñ falcē iustitiæ acutæ debet in manu iugiter tenere siuè continere. Vidit igitur iste prælatorum chorū dignè gubernantē. ¶ Quartò dico, ꝙ ipse uidit iustorum populū sanctè se regētē. Et sic loquitur Apoc. 6. Vidi & ecce equus albus, & qui sedebat super eū hēbat arcū, & data ē ei corona, & exiuit vincēs vt vinceret. Iusti. n. hābēt equū albū. i. corpus mūdū. s. per mūdissimā castitatē, hñt arcū. i. iustitiā & æquitatē. & iō quia vincūt peccata per vigorē & probitatē, ipsi ꝓ certo finaliter reportant coronā. i. gloriam & claritatē. Ecc. 43. Vide arcum, & benedic qui fecit illū. Iste ergo vidit iustum iuste se regentem. ¶ Quintò dico, ꝙ iste vidit pauperem multa sustinentē. Et sic loquitur Apo. 6. Vidi cū aperuisset sigillum sextū, & ecce terremotus factus est magnus, & sol factus est niger tanquā saccus cilicinus, & luna tota facta est tanquā sanguinis, & stellæ ceciderūt de cœlo. Terremotus charissimi motū tribulationū designat q. s. tantus est in hoc mundo, ꝙ sol, & luna, & stellæ. i. superiores medij, & inferiores multas miserias patiunt̄, & nunc nigri per timorem, nunc sanguinei per ruborē, cadētes de proprio statu per tribulationis horrorem sępissimè efficiuntur. Vnde simile videbatur uidisse Sapiēs, Eccl. 4. Verti me inquit ad alia, uidi calūnias quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentiū, & neminē consolatorē, nec posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxilio destitutos, & laudaui magis mortuos q̃ uiuentes. Vidit ergo pauperē multa sustinētē. ¶ Sextò dico, ꝙ ipse uidit paradisum bonos recipiētē, & sic loquit̄ Apo. 21. Vidi cęlū nouū, & terrā nouā, & vidi ciuitatē Hierusalē nouā descendētē de cęlo à deo paratā. Et audiui uocē magnā dicentē, ecce tabernaculū Dei cū hoīb⁹, & ipse cū eis erit eorū Deus, & absterget Deus oēm lachrymā ab oculis eorū. Paradisus. n. est cęlu nouū, & terra noua, q a. s. ibi intrantibus oīa noua, & mirabilia uident̄. Iste. n. loc⁹ Deo, & hoībus ꝑparat̄, & inde oīs luctus, & lachryma resecat̄. ut sic dicat q libet ibi existens illud p̄dictū Gene. 32. Vidi dñm facie ad faciē &c. Istæ. n. sunt sex uisiones quas uidit Ioānes, & quas q libet pōt mētaliter uidere, q̄ ꝑtinent ad bonos de quo Ezec. 8. Leuauit me spiritus, & adduxit me in Hierusalē ī uisione Dei. ¶ Sed adhuc septimo dico, ꝙ ipse uidit diabolū cūctis insidiantē, & sic dicit Apocal. 13. Vidi de mari bestiā ascendētē habētē capita septē, & cornua decē. sequitur. Et bestia quam uidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes ursi, & os eius sicut os leonis, & dedit illi draco uirtutē suā, & potestatē magnā, & admirata ē vniuersa terra, & adorauerūt bestiā dicētes. Quis similis bestiæ; q s poterit pugnare cū bestia? &c. Ista bestia charissimi est diabolus, cui draco lucifer dat potestatem, & qui de mari inferni contra nos pugnare mittitur in hunc mundum, quia pro certo iste dicitur

Pardus propter versipellitatē.
Vrsus propter instabilitatem.
Leo propter crudelitatem.

¶ Quis ergo isti similis? q s cōtra ipsum pugnare poterit, q generaliter oēs vincit? Iste ꝑcul dubio a multis adorat̄, & eidem quasi ab oībus obedit̄, & iō de tā mirabili visiōe dr̄ Apo. 16. Vidi de ore draconis exire tres spūs immūdos in mundū ranarū. hi sunt spiritus demoniorū, facientes signa. Et nota, ꝙ demones dicuntur tres, pro eo, ꝙ triplici concupiscentia tentāt. Vidit ergo diabolū cunctis insidiantē. ¶ Octauò dico, ꝙ ipse vidit infernū malos recipientē. Et sic loquit̄ Apoc. 20. Vidi Angelū descendentē de cęlo, & habētē clauem abyssi cathenā in manu sua, & apprehendit serpentē antiquū, & misit eū in abyssum, clausitq;, & signauit sup illū. Quia procul dubio abyssus. i. insatiabilis infernus, per Angelum qui habet clauem eius. i. per diabolum peccatoribus aperitur, & ibi serpens antiquus. i. q libet malitiosus peccator recluditur, & ligat̄. unde ipsemet dr̄ Apoc. 19. Vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos. Et sequitur. Viui missi sunt in stagnum ignis ardentis, & sulphuris. Vnde ista est illa uisio de qua dr̄ Esaiæ 21. De terra horribili visio dura demonstrata est mihi. Vidit igit̄ infernum malos recipientem. ¶ Nonò dico, ꝙ ipse vidit mūdum malos præficientem. Istud est. n. de maioribus monstris, & mirabilibus huius mundi. s. ꝙ mundus indignos præficit, & exaltat. Illa. n. quę videntur in speculo, videntur euersa, q a. s. dextera uidentur sinistra, alta uidentur bassa, sinistra uidentur dextra, bassa uidentur alta. Sic hodie in mundo qui debēt esse in alto, sunt in infimo statu, & depressione, & illi qui debent esse in dextra, & prosperitate, ponūtur in sinistra & aduersitate. Quia. s. viri perfecti qui deberent esse in dextera, & prosperitate, id est in alto statu, & in alta prælatione, sunt in infimo statu, & depressione, & econuerso illos qui inferius deberent iacere, videmus in altis dignitatibus præsidere, & illos qui digni sunt sinistra aduersitatis, videmus in dextera prosperitatis. Ista uiderat ipse Ioānes Apoc. 14. vbi dicit. Vidit inquit agnum stantem supra montem syon, & cū eo centum quadraginta quatuor milia, habentes nomē eius, & nomen patris sui. Quia ꝑcul dubio agnos insufficiētes, & ignorantes super nomen syon. i. super omnes dignitates uidemus præsidere, & de portantibus nomen suum, id est de illis de genere suo videmus cum ipsis centumquadragintaquatuor milia, id est infinitā multitudinem habitare. Et ideo ad istud uidebatur attendere sapiens cum dicebat Ecclesiasticis 10. Vidi inquit sub sole quasi per errorē egrediens à facie principis, positum stultum indignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram. Iste ergo uidit mundum malos proficientē. ¶ Decimò dico, ꝙ iste uidit impium bonis officientem. Vnde etiā de magis mirabilibus, quæ possunt fieri, est quod iniqui præsumunt bonos offendere, quòd illi, qui digni sunt omni supplicio, malum audent aliis ex officio intentare, sicut ad literam uidemus de iniquis iudicibus, & balliuis, qui proprios defectus non uident, sed alienos. Vnde similes sunt oculo, q melius uidet distantia, quàm sibi adhærentia, quinimo alios uidet, seipsum non. Et tales iniquos bene uidit Ioannes, dicens Apocalip. 17. Vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemiæ, quæ habebat capita septem, cornua decē, & erat ornata purpura, auro, & lapide

pide precioso, & habebat in manu vas plenũ abominatione fornicationis,& erat ebria sanguine martyrum Iesu. Ista mulier significat malos iudices & balliuos,molles fœmineos, & ineptos,qui.s.super bestiã portantur coccineã, inquantũ bestialibus principibus,coccineis,sanguineis,& crudelibus cõiunguntur, & ab eis sustinentur.Isti.n.dicuntur habere plura capita.i. plures capitaneos & magistros, plura ẽt habent cornua.i.plura officia,dignitates,eminẽtias & p̃bendas. Et ideo isti sunt,& dicuntur purpura,& auro, & lapide precioso ornati,inquantum.s.tã pp magistros quos habent, q̃ pp prælaturas,dignitates vel officia q̃ tenent,præ cęteris diuites fiunt iuxta illud psal.Ecce ipsi peccatores,& abundantes in seculo obtinuerũt diuitias. Quid plura?pro certo isti habent vas plenũ fornicatione, inquantũ ipsi abundant in luxuria & sanguine martyrum Iesu.i.pauperũ substãtia. Sũt ebrii,inquantum ipsi abundant in rapina & sæuitia. Et iõ de isto vidi.i.de impiorum visione dr̃ in psal.Vidi impium superexaltatũ &c. Vidit ergo Ioãnes impium bonis officientẽ.¶Vndecimò dico,ꝙ iste vidit hipocritã bona dissimulantem, & sic loquitur Apoc.6.dicens.Vidi & ecce equus pallidus, & qui sedebat super illum,nomẽ ei mors,& infernus sequebatur eum. Hypocrita dr̃ equus carnalis, & realiter dr̃ pallidus,q.a abstinẽs est superficialiter dr̃ mos, quia detrahendo alios occidit mordaciter.dr̃ ab inferno sequi, quia pro certo infernus apprehendit eum finaliter.ideo de isto uidi dr̃ Eccle.8.Vidi impios sepultos,quæ cum adhuc viuerent, in loco sancto erat, & laudabantur in ciuitate quasi iustorũ operũ.Vidit ergo hypocritam bona dissimulantem.¶Duodecimò dico,ꝙ iste vidit iudicẽ malos exterminantem, postquã.n.multa in isto mundo visa fuerint,dies iudicii sicut vltima cõspicietur,vbi mali recipient qđ merentur.Et sic loquitur Apoc.20.vbi dicit.Vidi sedes,& sederũt super eas,& iudicium datum est illis.Sequitur.Et libri aperti sunt, & iudicatum est de singulis sm opera eorum. Ecce ergo quæ, & quanta mirabilia dicit sanctus. Ioannes se vidisse,& quomodo discretionẽ legitur ad videndum mirabilia extendisse. Iste est ergo qui potuit dicere.Io. 9.Abij & laui & uidi. Quia exemplo istius nos debemus

Dimittere quod officit.Abij.
Abstergere quod inficit.Laui.
Aspicere quod proficit.Vidi.

F Sic ergo dico,ꝙ videre signat admirationẽ,vel alicuius enarrabilis attentã cõsiderationẽ & narrationẽ.¶Sed adhuc dico ꝙ videre ĩ bono significato sumit multis modis.Iusti.n.uidẽt

Discutiendo. — Primum est uidere iudicatiuum.
Inspiciendo. — Scd̃m est uidere cõtemplatiuum.
Compatiendo. — Tertium est uidere miseratiuum.

Dico ergo primo,ꝙ p̃lati vident discretè discutiendo. Sicut .n.aquila rex auium dr̃ lympidissimè videre, sic illi qui reges sunt & iudices aliorũ,debent,visum discretionis,& discussionis habere clarũ, & merita subditorum promouendorũ,vel puniendorum discretè examinare,& cãs negociorum cautè discutere,vt veritate cõperta possint qđ iustũ est iudicare.uñ ap̃lus Ephes.5. Dicit. Videte qũo cautè ambuletis. Et illud Col. 2. Videte ne quis vos decipiat. Et illud etiam Marc.13. Vide te vigilate & orate.Vbi dicit quod isti debent esse

Per discretionem illustrati.Videte. — Sic ergo, dico ꝙ pla-
Per attentionem excitati.Vigilate. — ti habent videre di-
Per deuotionem occupati.Orate. — scretè discutiendo.

Prælatus.n.debet esse sicut oculus,qui non solum pro se, sed pro toto corpore videt,sicut speculator,qui pro toto castro videt, vigilat, & attendit.Ideo ipsis dr̃ Mar.13. Videte ne q̃s uos seducat.¶Secundò dico, quòd attentè uident contéplatiui.s.conspiciendo,quia contemplatiui.s.morales, debẽt habere visum more lyncis, quæ uidet ultra parietem, quia scilicet isti uident illa quæ sunt in remotis partibus

Superiora. — Superiora dico.s.Deum,angelos, beatos
Inferiora. — bona æterna, & etiam quãta Dei bonitas
Interiora. — est & eius pietas,qua.s.uoluit carnẽsume
Exteriora. — re,& crucẽ subire. Vnde Mat.24.Videbũt

filium hoĩs venientem in nube.quantum ad incarnationem. Luc.24.Videte manus meas, & pedes meos.quantum ad passionem.Et in psal.Venite & videte opera Dei ter.in consi.su. fi.ho.Vnde dr̃ Hier.3. Leua oculos tuos in directum,& vide; inferior etiam debet videre.s.mortem, iudicium, & infernũ. psal.Ipsi viderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo.¶Interiora etiam debet videre,s.& conscientiam, considerando quantum proficimus, & quantum deficimus, quot culpas cõmisimus,quanta bona omisimus, & quanta prẽmia amisimus.Marci 13. Videte vosmetipsos &c.¶Exteriora ẽt dẽt videre,s.quãta est in carne uilitas,quanta in mundo uanitas,quanta est in hoste fallacitas.vnde in ps.Vidi p̃uaricãtes, & tabescebam,quia eloquia tua non custodierũt. Et sic tales cum suo quadruplici visu figurabunt̃ in aĩalibus ocularibus, quæ habebãt ante, & retro totum corpus plenum oculis, sicut dr̃ Apoc.4.& Eze.1. & 10. Contẽplatiui ergò & literales .i.scholares,debent uidere,& attendere, & studere. Et si vis pone hic illa septẽ q̃ pertinent ad scholaris visus instructiones,quę ponuntur in li.de oculo.uel pone ea quæ posita sunt supra de studere vel discere. Patet ergo ꝙ contemplatiui vident attentè conspiciendo. Quod bñ põt dici de subditis, & religiosis, qui semper debent videre,& p̃ oculis habere mandata superiorum,& exẽpla hoĩum meliorum.Ipsis.n.dicunt superiores illud Iudicum 7.Qđ me videritis facere, hoc statim facite. quia sicut discipulus nititur facere quod magistrũ videt fecisse,sic & isti debent,iuxta illud Ioan. 5. Non potest filius facere quicquam nisi quod viderit patrẽ facientẽ,quæcunq;.n.ille fecerit,hęc & filius similiter faciet.Contẽplatiui ergo uident attentè conspiciendo.¶Tertiò dico,ꝙ boni actiui uident deuotè compatiendo, quia ad bonum uirum pertinet pauperes,& desolatos uidere, eorũ miseriis cõdolendo. De proprietate.n. oculi est, ꝙ faciliter ploret.multum.n.habet de humido,& proprium est oculo,ꝙ suo compari assimiletur,& pro eius læsione aliquotiẽs lachrymetur. Sic vere viri iusti debent se pauperibus conformare, & eis cõdolere, & pro eorũ infortuniis lachrymas cõpassionis emittere, & stillare.Ad qđ inuitant ipsi pauperes Thren.1.vbi dr̃.O uos oẽs qui transitis per uiam attendite, & videte si est dolor similis dolori meo. Quod tamen est contra multos qui de uisione pauperum non curantes, ad ipsorum miseriam nõ attendũt. Sicut.n.ille qui est in lumine non videt eũ qui est in tenebris, sed bene econuerso qui est in tenebris videt eũ q. est in lumine,sic uere charissimi illi qui sunt in lumine prosperitatis,nõ dignantur videre hodie illos qui sunt in tenebris miseriæ, & aduersitatis,& econtra illi qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, alios qui sunt in prosperitatis lumine bene uidẽt, & ad ipsorum auxilium respiciunt,& anhelant. Quod bene figuratum est Gen.40.in illo pincerna Pharaonis,qui existẽs in tenebris carceres,bene cognoscebat Ioseph, sed tandẽ ad lumen p̃speritatis eductus, succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui in carcere remanentis. Exemplum audiui de quodam scholari nobili,qui magistro suo dicere solebat, & cõsueuerat,ꝙ si eps fieret,ipsum egregia beneficiaret, qui tandẽ eps factus, de magistri miseria non curauit, & iõ quadam die sibi parisius uenienti magister in meridie cũ multis luminaribus ardẽtibus cereis ei occurrit, cui q̃renti cur hoc faceret,Respondit magister.dñe quia nõ videtis, & q.a ut uideo, cõpassionis oculos perdidistis. Isti n.oculos habent, & non uident,aures habent, & nõ audiũt &c. Et breuiter istud est generale,ꝙ hoĩes diuites pauperes propinquos nõ solent libenter cognoscere, si vero ad paupertatem ipsos venire cõtingat tunc solent eos libenter cognoscere & uidere. Exẽplo struthionis,quæ oua sua dum sunt in sabulo,obliuiscitur cum vero pulli creuerunt,ipsos libenter recipit,& maternis visceribus amplexat̃. Quia illi q. in Sabulo paupertatis iacẽt, à suis consanguineis nõ vident. si uero p̃ prosperitatẽ creuerint,uel per dignitatem aliquã, libenter ab eis cognoscũtur, si uident eos promoueri in aliquo gradu. dicũt.n. Nõne fuit filius illius?& sic uidentes,& dicẽtes inter se: Pater suus siue mater erat de genere nr̃o propinquo, & sic cognoscunt,non in Sabulo paupertatis.Sicut.n.habetur p̃ sciẽtiã perspectiuã, quicquid in aqua ponitur, melius vr̃.unde ponatur, ꝙ denarius sit in tanta distantia,ꝙ nõ possit amplius apparere,dicitur,si in ea distantia ponatur in aqua,ꝙ statim clarè cognoscitur,& uidetur Si uere procul dubio charissimi dato,ꝙ aliquis à nobis distet tantum propter sui pauperis status difformitatem uel per remotam consanguinitatem uel familiaritatem, ꝙ ipsum non uideamus, & quòd de ipso penitus nõ curemus,si contingat,ꝙ iste in aqua mundanę prosperitatis ponatur, seu in dignitate, & quòd diues, & prosper efficiatur,statim ipsum cognoscimus, & uidemus, & non obstante

te quacunq; distantia generis patriæ seu status, ipsum diligimus & amamus. Qđ bene figuratum ẽ in Nabuchodonosor Dan. 4. quem mutatum in bestiã principes sui de regno suo eiecerunt, sed cum ipsum viderũt remutatũ in hoĩem ipsum gratificè receperunt. Sic ergo fit (sicut dr̃ Io. 9. Vt qui non videt, videãt, & qui vidẽt, ceci fiãt. Nõ sic ergo, sed egenos pauperes, & tribulatos videamus, exẽplo Matathiæ, de quo dr̃ 1. Macha. 2. ꝙ vidẽs miseriã filiorũ Israel, doluit & contremuerũt renes eius, iuxta illud Abacuch 3. Viderunt, & doluerũt mõtes. Ista ergo est triplex bona visio cõpassionis, attentionis & discussionis. ¶ Sed adhuc hodie procul dubio vr̃ verificatũ illud Ezechiæ. 12. In longum differentur dies, & cessabit oĩs uisio. Quia hodie cessauit apud prælatos visio discussionis. Nõ.n.curant videre vel discutere de meritis causarũ, sed de donatione bursarũ, nõ de sufficientijs ꝑsonarũ, sed potius de exactione pecuniarũ, nõ de iustitia negociorũ, sed de receptione munerũ vel donorũ. Qđ patet in multis p̃latis indignos sine deliberatione ꝓmouentibus, & multis iudicibꝰ, sententias sine debita causæ cognitione ꝑcipitantibus. Isti.n. videre nõ uident, inquãtũ merita singulorũ nõ discutiũt nec rimant. Gen. 27. Senuit Isaac, & caligauerũt oculi eius, & videre nõ poterat. Itẽ cessauit apud religiosos visio attẽtionis seu cõtẽplationis, qa ꝓcul dubio isti libentius vidẽt hæc terrestia quã cęlestia, temporalia q̃ ſpũalia, mundi fauores, & solatia q̃ cęli dulcores, & beneficia. Figura Ezec. 13. de prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, & nihil vidẽt. Item cessauit in actiuis visio compassionis, quia procul dubio nullus videt alium ei compatiendo, sed potius ad eum

Deridendum.
Explorandum.
Contemnendum.

Ad eum dico deridendũ. psal. Viderunt me, & mouerunt capita sua. Ad eũ ẽt explorãdũ. Gen. 42. Vt videatis infirmiora terræ, uenistis. Ad eum insuper contemnendũ, dicẽs Sap. 2. Grauis est nobis ẽt ad videndum, qm̃ dissimilis est aliis uita eius. Et breuiter tales bonæ, & spirituales visiones perierunt, & vidẽtes vidẽda defecerunt. Eccl. 12. Obtenebrescent uidentes per foramina. ¶ Quibus præmissis possumus dicere, ꝙ multa sunt quæ visum, & discretionem mentis impediunt, sicut optime ponit auctor de oculo morali, & accepit de scientia perfectiua, scilicet propter

G

Digiti impulsionem.
Medii obscurationem.
Nimiam attentionem.
Medii uariationem.
Speculi appositionem.
Radii fracti reflexionem.
Diuersi situs dispositionem.
Directam appropinquationem.

Decipitur ergo uisus ꝑꝑ oculi fortẽ impulsionẽ. Nam sicut in scientia perspectiua oñditur, oculus impressus digito videt vna rẽ esse duo. Sic ꝓ certo loquẽdo ſpũaliter, qñ ab aliquo cõsiliatore malo fortiter inducimur, & impellimur, tunc male videre, & iudicare cõpellimur. Na duo vnũ uidentur, qñ per malũ consiliariũ aliquid fortiter allegat. Illud patet de consiliariis principũ, & p̃latorũ, qui siue excusent siue accusent, semꝑ de vna re faciunt uideri duo, qa.s. si accusent de festuca, solent trabẽ facere, & ut pecuniam exigãt, faciũt vnũ defectũ duos videri, & apparere, ita ꝙ accusati possunt dicere illud psal. Videntes me deriserunt me, locuti sunt labiis, & mouerunt caput. Si.n. aliquem apud dominum suum comendant, & excusaut, ita fortiter solent impellere, ꝙ bona eius faciunt duplicia apparere, ita ꝙ sufficientiam nõ unius sed duorum in moribus cõtinere vr̃, ut sic dicat cõsiliarius illi, cõmẽdato illud Zach. 9. Ego aũt annuncians duplicia redda tibi. Dicunt.n. ipsi domino ipsius vel magistro illud Matt. 11. Quid existis in desertum uidere, prophetam? etiam dico uobis plus q̃ prophetã. Et illud Cã. 7. Quid uidebis in Sunamite, nisi choros castrorum? Et breuiter isti sunt Magi Pharaonis, qui de seipsis possunt dicere. Digitus Dei est hic. Et bene magi, quia illud qđ nihil est, faciunt aliquid, & quod aliquid est faciunt nihil uideri. Si.n. princeps vult exactionem facere, uel aliquã malitiã exercere, statim adest Achitofel, cuius cõsilium quasi si qs cõsuleret, dominum cum alicuius falsæ causæ allegatione impellit, & eum male iudicare cõpellit, exemplo aliorum tyrãnorum. Dicit.n. talis p̃latus sic facit, & talis sic subditi vestri tm̃ deliquerunt, uos habetis mõ talem necessitatẽ &c. Si qs etiam prælatus aliquem indignũ uult promouere, statim adest malus consiliarius ad excusandum, quia si dr̃, puer est, respondet Hieremiam, & præcursorẽ fuisse pueros, & Danielem puerũ senes iudicasse, & de iniustitia cõdẽnasse. Si ignobilis, & illiteratus, rñdet ignobilia mundi ẜm Apostolũ electa fuisse, & Apostolos studia nũquã frequẽtasse. Elinguis ẽ. dicet. Aron qui fuit impeditioris linguæ; functus est sacerdotio. Luxuriosus est. Sed & Oseæ propheta fornicariã legitur accepisse mulierẽ, & Dauid legitur adulteriũ cõmisisse. Percussor est & uinoletus. sed & Petrus legit̃ gladio percussisse. Dñs vini potator legitur dictus fuisse. Obiurgator est & cõtentiosus. Sed & Paulus legitur Petro Apostolorum principi in faciẽ restitisse, & ipsi Apostoli leguntur qs eorũ eẽt maior, cõtendisse. Et breuiter nullã cãm repulsionis poterit qs allegare, qn ipsam sciat malus cõsiliarius excusare, quinimo si ex toto inutilis, & ineptus dr̃, rñdebit ꝙ Sanson in mãdibula asini philisteos expugnauit, & ꝙ potẽs est Deus nũc de lapidibus filios Abrahæ suscitare. O Deus quot, & quanti tales digiti curiã dominorũ frequentant, ipsosq; ad malè iudicandũ, & uidendũ excęcant, & inclinant. Iõ bene cõsulitur Eccl. 37. A malo consiliario serua aĩam tuam. Vnde de talibus dr̃. Esa. 59. Digiti eorũ pleni sunt iniquitate. Impeditur ergo visus per fortem impulsionẽ, qa mali cõsiliarii sunt illi de quibus dr̃ Esa. 30. ꝙ ipsi dicunt videntibus. nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt. ¶ Scđò dico, ꝙ visus decipitur per obscuram habitationẽ, qa.s. experimento ꝓbatur, ꝙ oculus existens in aere turbulento, non uidet nec percipit turbulẽtiam in qua manet, qñ vero ad clarũ acrẽ venerit, tunc bñ videt turbulentiã in qua fuit. Talis turbulentia charissimi est peccatũ, qđ.s. oculũ & visum rõnis intm̃ turbat, ꝙ ibidem existens se illic esse ignorat, ita ꝙ vilitatem proprij status nõ uidet nec cõsiderat neq; spectat. Cõtra quod Hier. 3. Leua oculos tuos in directum, & uide ubi nũc prostrata sis. Qñ vero surrexerit de peccati vilitate in qua iacuerat, tunc agnoscit. Exemplo phrenetici, qui dũ est in infirmitate, nõ se sentit infirmũ, qñ uero sanari incipit, tunc se eẽ fractũ debilẽ, & infirmũ fuisse sentit. In figurã cuius dr̃ Exod. 14. ꝙ filii Israel de seruitute Aegypti recedentes, leuauerũt oculos, & viderunt ægyptios post se. Quia pro certo dũ ægyptus, & ægyptius. i. peccatũ & peccati status dimittitur, tunc perfectè cognoscitur, & vr̃. Anselmus de similitudinibus dicit, ꝙ cõsuetudo vitij est ut non facile videatur ab ipso q ipso premitur, sed mox ut cessauerit, vr̃, & illa in qua qs iacuerat fœditas tunc sentitur. Visus ergo decipitur per obscurã habitationem. ¶ Tertiò decipitur visus propter nimiam meditationẽ & attentionẽ. Vnde sicut sensibiliter experitur, & in præfata scientia probatur, & monstratur, si oculum valde conuerteris ad aliquid, & virgã vel digitũ in medio duorũ oculorũ inter te, & rẽ uisam posueris, tunc duos digitos uidebis, & qđ mirũ ẽ, si oculũ dextrũ clauseris, disparebit imago sinistra, econuerso si sinistrũ, dextra. Qđ ualde mirum reputat. Aug. 10. de trinitate. Ista deceptio accidit charissimi in illis qui nimis attẽtè respiciũt, qa carnalẽ affectũ habent ad neptulos, & parẽtes. Illud.n. quod vnũ est, vr̃ duo, quia bona eorũ videntur eis in duplo maiora q̃ sint, sicut oĩa q̃ uidẽtur in aqua, vident esse maiora, & meliora esse credunt. Vt de tali uisione dicatur Ioa. 20. Inclinauit se, & prospexit in monumentum, & uidit duos Angelos. Isti.n. habẽt duos oculos.s. oculum dextrum ueri iudicii, & oculũ sinistrũ carnalis affectus, qui in re uisa cõsiderãt dextra, & sinistra. i. eorũ uirtutes & defectus. Quòd si isti claudãt oculũ dextrum recti iudicii, statim disparet, imago sinistra, quia nihil uident in talibus de sinistro & malo, si uero oculũ sinistrũ carnalis affectus clauderẽt, & oculũ dextrũ ueri iudicii apertum tenerent, statim dextra pars illorum dispareret, inquantum, s. in ipsis nullum meritum appareret. Quia breuiter clauso carnali affectu, & aperto oculo recti iudicii, nihil vr̃ in istis dextrũ siue bonũ. Sed quia econuerso isti oculum carnalis affectus aperiunt; oculum vero recti iudicii claudunt, idcirco nihil sinistrũ possunt uidere, sed cuncta solent bona, & dextera existimare. vñ Inde de multis modernis affectuosis, & carnalibus p̃latis, & aliis parentũ, & amicorum delectoribus põt dici illud Esa. 6. Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eiꝰ claude ne forte uideat oculis suis audiat, & auribus suis audiat, & corde suos intelligat. Vñ Zac. 9. Oculꝰ eiꝰ tenebrescẽs obscurabitur. Deludit̃ ergo uisus ꝑꝑ nimiam attentionẽ seu meditationem. ¶ Quartò dico, ꝙ deluditur uisus ꝑꝑ medii uariationem. Res.n. q ẽ in raro medio, sicut aer, vr̃ minor, &

remotior,& res q̃ est in grosso medio, sicut est aqua, vr̃ grossior & ꝓpinquior. Et inde est ꝙ baculus quamuis sit rectus, si tñ pars sit in aqua, vel vr̃ fractus, vel tortus. Et ꝓ certo charissimi talis delusio spũaliter intellectus contingit in multis, quia.s. quãuis aliquis religiosus vel alius sit rectus & ꝑfect⁹, si tñ aliquis uidet eũ in aquis deliciarũ in parte perfusum, ut pote quia laxat se ad aliquas temporales diuitias vel promotiones, statim credit eũ esse fractũ, deuiũ vel iniustũ. Istis deberet dici illud Mat.8. Quid uides festucã?&c. Et iõ religiosi nõ debẽt in cõspectu seculariũ cõsolationes accipere, ne forte scandalũ possint parere, & malas opiniones in eis generare. facilè.n.de p̃latis & religiosis male iudicatur, & eorũ uita magis mala q̃ bona in exemplum trahitur & habetur. Et ideo ẽm Apostolũ 1.ad Corint. 8. quamuis comedere idolotita non esset peccatum, illa tñ comedi coram infirmis prohibentur, ne videntes scandalizentur, & ad gehennam ducantur, quia sicut dicit Claudianus, Regis ad exemplum totus cõponitur orbis. Mobile semper cũ principe uulgus.¶ Quintò dico, ꝙ deluditur uisus ꝑp speculi appositionem. Constat .n.ꝙ res uisæ in speculo, uidentur euersæ, quia.s. homo uidet dextrum sinistrum, & altum bassum, & quod plus est, memoria illorum quæ videntur in speculo, valde est labilis, qđ accidit ideo, quia illa visio causatur per reflexiones, & fractos radios non directos. & inde est quod homo melius recordatur de forma alterius, quam aspexit nude, q̃ de forma ꝓpriè faciei quam in speculo sæpe vidit. Charissimi, per speculũ qđ est fragile, & tñ splendent, intelligo mundi prosperitatẽ, quæ fragilis est, & de facili frangitur pulchra tñ vr̃, splendens & amabilis. Modo sic est, ꝙ quicquid mediãte isto speculo cernitur, non rectè, sed per radios fractos uel reflexos aspicitur, quia pro certo illi qui nõ nude vel directè ad hoĩem aspiciũt sed ipsum mediante speculo mundanæ suæ prosperitatis, diligunt & attendunt, non est dubium, ꝙ istam visionem in seipsos reflectant, in quantum propriã vtilitatẽ in uisione hmõi semꝑ querũt.2.Phi.2. Oẽs quæ sua sunt quærunt, nõ q̃ sunt Iesu Chri. Quid ergo?pro certo illi qui sic uidẽt aliquid in speculo.i.illi qui visum, & aspectum cordis ad speculũ prosperitatis mundanæ uertunt, deluduntur, quia qđ vnum est, aliud credere noscuntur, qđ patet, q̃a oĩa uidẽt ꝑpostera & euersa, quia ꝓ certo viros iustos, & sanctos, qui in veritate sunt sublimes, & alti in rei reputatione, & nobiles atq; summi, vident & æstimant, infimos, ignobiles, viles & depressos: econuerso mali hoĩes, & iniqui, q̃ apud Deum, & in veritate sunt infimi videntur à speculanter uidentibus esse summi. Et quare? certè q̃a spũalia q̃ in ueritate apud Deũ sunt dextera, & prospera, ab ipsis reputãtur sinistra & aspera, tẽporalia vero q̃ apud Deum sunt aduersa, & sinistra præcipua, & prospera esse credunt. Et igitur ꝑp speculũ mũdanæ prosperitatis uisus, & aspectus viri iudicii deluditur, inquantum bonũ qđ malũ est, & malum qđ bonum est reputatur. Contra quos Esa.4. Væ q̃ dicitis bonum malum &c. Et bene isti ponũt tenebras lucẽ, & econuerso, quia pro certo isti sicut dictum est, dextera reputant sinistra, & sinistra reputant dextera, temporalia existimant prospera, & spiritualia credunt aduersa. Cuius tñ deus contrarium facit, quia pro certo illud quod mundus credit altum, Deus credit infimum, & illud qđ Deus credit infimũ, mundus altum credit, q̃a sicut dr̃ 1.ad Corint.1. Qđ infirmũ est Dei, fortius est hoĩbus, q̃a infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. sicut dr̃ ibidẽ, & illa q̃ mundus dextera reputat, dñs sinistra ꝑdicat, & aduersa, & econuerso qđ sinistrũ & aduersum à mũdo creditur, & à Deo dextrũ, & prosperũ reputatur. Ita ꝙ Deus mundane iudicanti, & specularitér videnti põt dicere illud Gene.13. Si ad sinistram ieris, ego dexterã tenebo, si dexterã elegeris, ergo ad sinistrã pergã. Quod bene figuratũ fuit in patriarcha Iacob, qui (sicut dr̃ Gen.48.) cũ ordinati essent effraim ad dexterã qui erat primogenitus, & manasses ad sinistram qui erat scd'o genitus, Iacob bñdictionẽ daturus cãcellauit manus, & dextram manum posuit super sinistram super dextrã. In quo possumus videre, ꝙ summus patriarcha Deus dextrum reputat, quod mundus sinistrum, ipsius reputat dextrũ. Nã super effraim qui interpretatur augmẽtum.i.super diuites & opulẽtos, qui mõ uidentur primogeniti esse, & dexterã ꝓsperitatis tenere, sinistrã, suæ iustitiæ De⁹ ponit, ut ostẽdat eos nõ esse dextros, sed sinistros, & finaliter in sinistra aduersitatis æternæ ponendos, qñ.s. dicet tunc his qui à sinistris sunt. Ite maledicti in ignem æternum &c. Super manassen uero q̃ interpretatur obliuio.i.super pauperes qui nunc obliuioni dantur, & qui nunc in sinistra aduersitatis locantur, & sicut vltimogeniti postponunt, dexterã suæ gratiæ collocat, vt statum eorum magis prosperũ, q̃ aduersum ostendat, & ut dexteram æternæ prosperitatis eis finaliter porrigat, qñ.s. his qui à dextris eius sunt, dicet venite benedicti patris mei &c. psal. Me suscepit dextera tua dñe. Quæ ẽt figuratur Apoc.10. ubi Angelus pedẽ dextrũ super mare, & sinistrũ super terrã legitur posuisse. Et vere angelus testamenti Chrs dexteram prosperitatis æternæ, mari .i. amaris & fluctuosis pauperibus extendit, sinistrã vero æternæ miseriæ, super terrã.i. super terrenos diuites ponit. Quod insuper imago crucifixi denotat, quæ dexteram aquiloni.i. illius qui sunt in frigore aduersitatis, vr̃ ostendere & promittere, sinistram pœnæ æternæ ad meridiem.i. ad illos qui nũc sunt in claritate prosperitatis, vr̃ extendere & donare. Circa quod est aduertendum ꝙ imago uirginis ad aquilonem ponitur. Ad denotandũ ꝙ Deus nullum habet tam charum qn in mundo isto aquiloni.i. mundi frigoribus & tribulationib. exponatur, ut sic sua diuinæ protectionis dextera ꝓtegatur, & ad externæ prosperitatis dexteram assumatur, dicẽs illud psal. Dextera domini facit uirtutem, dextera domini exaltauit me, nõ moriar &c. Sic ergo patet qũo visus decipitur ꝑp speculi appositionem. Sed quid? pro certo talis visio facta in speculo non est durabilis, quia uere siquis mediante speculo suę prosperitatis ab aliquo aspicitur, & diligitur & videtur, suã uisio faciliter obliuioni traditur, quia deficiente prosperitatis speculo, nũquam amplius de eo recordatur. Etiam si homo seipsum mediãte tali speculo respiciat, ita ꝙ oculum considerationis suæ primo ad speculum in quo relucet.i. ad mundi diuitias quas obtinet principaliter cõuertat, statim iudicando de seipso decipitur, & sibiipsi alius q̃ sit esse vr̃. Et sicut suprà dictum est, de seipso dextrũ sinistrum, & sinistrũ dextrum.i. bonum malum, & malũ bonũ a suo decepto oculo æstimabit. Vñ tales dicere possunt illud 1. Corin.13. Videmus nunc per speculum in ænigmate. Nude ergo, & nõ cum speculo & nos & alios uideamus, & non ad fortunam, sed ad naturam: non ad prosperitatem, sed ad personæ sufficientiã principaliter intendamus, quia alias sicut dr̃ Iacob 1. Hic cõparabitur vero consideranti vultum &c. Fallitur ergo visus per speculi appositionem. ¶ Sextò dico, ꝙ visus fallitur ꝑ radiorum reflexionem. Visio.n. quæ fit per radios fractos vel reflexos, nũc est certa sicut visio nuda, & directa. & inde est, ꝙ de quantitate rei uisæ in speculo uel in aqua nunquã uere iudicat. Sic uere charissimi qñ visus recti iudicii per aliqđ delectabile frangitur, tunc ueritas cognitionis impeditur. Et inde est ꝙ qñ auaritia, inuidia uel luxuria immiscetur, nunquã de re ueraciter iudicatur. Et istud patet de doctoribus, qui qñ uident peccatum directè.s. qñ ꝑdicant vel disputant, tunc quantitatis ueritatem optimè monstrant. si uero veniat tẽtatio quæ radios veri iudicii frangat, tunc procul dubio male iudicant, inquantũ ad illud condemnauerunt, se inclinant. Threnor.2. Prophetæ eius non inuenerunt visionem à domino. De inuidis quid dicemus, in quibus inuidia ita uisum recti iudicii frangit & cęcat, qđ de hoĩe quanquam propinquo nihil boni existimant. Sicut.n. dicitur Gen.37. Videntes fratres Ioseph veniẽtem, dixerũt, Ecce somniator venit &c. Dicunt.n. inuidi illud Sap.2. Grauis est nobis ẽs ad uidẽdũ. Sed quid de auaritia iudicabimus? Ista.n. dominatur in oĩ terra ægypti, quæ.s. oculos sapientium & verum iudiciũ contẽplatiuum, & iudicatiuum peruertit, & omnem viri cognitionẽ confundit, istud patet de munerum acceptoribus, qui à ueritate iudicii excæcantur. Isti.n. sunt sicut ursus q̃ uidendo peluum candentem, excæcatur, quia.s. dum istis munera, & uasa ubi ardor auaritiæ est inclusus, offerũtur, ipsi à vero iudicio excęcantur. vnde Daniel.13. Auertunt oculos suos ne uideat cœlum, & ne reminiscantur iudiciorum iustorum. Quia breuiter apud istos nihil fit sine muneribus, sed cũ muneribus q̃cquid uolunt. Vnde de malis iudicibus, & eorum curiis, & familiaribus pulchrè loquitur uerisificator qui dicit. Audito numerò quasi uiso principe summo, soluuntur valuę nihil auditur nisi salue. Patet ergo quòd visio deluditur per radiũ reflexionem. ¶ Septimò dico quòd uisus deluditur propter diuersi situs variationem. Probatum est enim in dicta scientia

tia sicut ponit dictus auctor de oculo, quod oculus existens in medio raro, utpote in aere, uidet illud quod est in medio grosso, sicut est aqua, esse maius quam sit in rei ueritate & econuerso qui est in aere grosso, videt illud quod est in medio raro, esse minus. Charissimi medium rarum, & tenue significat paupertatem, medium vero grossum & pingue signat temporaliū facultatē. Pauperū ergo & diuitū uisus & discretio taliter dilludit, quod illi qui sunt in raro paupertatis, diuites qui sunt in grosso medio terrenæ facultatis, magnos existimant, diuites uero pauperes quos vident, paruos & minimos esse putant. Vnde breuiter ipsi pauperes videndo magnos status diuitum dicunt illud Num. 13. Filios Enachim vidimus ibi, quibus cōparati quasi locustæ videbamur. Diuites vero de pauperibus quos contemnunt, dicunt illud Esa. 53. Vidimus eū, & non erat aspectus, uirum dolorum & scientem infirmitatem. Contra quos dominus dicit Matth. 18. Videte ne contēnatis vnū ex istis &c. Angeli eorū semper uidēt faciē patris &c.

H Deluditur ergo visus per medii variationem ¶ Octauo dico quod uisus deluditur propter directam appropinquationem. Videmus. n. quod stella uel luna vr̄ maior quā à nobis ē remota. s. in oriente, quam quā est in puncto meridionali, ubi constat quod est magis prope nos. Et ideo talis procul dubio delusio inuenitur quotidie in nobis, quia pro certo illi qui sunt aliquantulū à nobis remoti, & minus familiares, nobis videtur maiores, & meliores. Illi vero quotidiani familiares & propinqui quantuis præ cæteris sint excellentes, dicuntur respectu aliorum esse parui. Teste. n. Terentio. Obsequium gratiam, & familiaritas contemptū parit. Istud ēt ad mortuos applicatur, quia constat quod quamdiu aliquis uiuit, & est prope nos, sua quantitas, suus honor, valor & bonitas non vr̄, quā vero moritur, & à nobis elongatur, tunc quantum erat utilis cognoscitur, & eius sufficientia melius declaratur. Istud insuper apparet de officialibus, & aliis maioribus, qui dum sunt præsentes, parui & mali reputantur, si uero recesserint, & à nobis remoti fuerint, tunc aliis deterioribus succedentibus ipsi meliores esse probantur. Iniquitas. n. succedentiū auget famā precedentiū. Vnde Ezec. 16. Hierusalē nequissimæ ciuitati dr̄. Tu aūt iustificasti sorores tuas, sceleratius agēs ab eis. Illa ergo quæ sunt remota, melius videntur, quia & cæcutiens melius videt aliquātulum à remotis, sicut de. Hely dr̄ 1. Reg. 3. quod nō poterat videre lucernā domini, donec extingueretur. Sic ergo patet charissimi, quod visus recti iudicij octo causis vel casibus deludit, ita quod vnum aliud creditur vr̄, & sic visio vana & falsa pficitur & causatur. Vn̄ de talibus sic vidētibus dr̄ Oseæ 10. Loquimini uerba uisionis inutilis. De quo tn̄ iudicio visionis Dauid se absolui rogabat, dicēs ī ps. Auerte oculos meos, ne videant uanitatē. ¶ De videri confusionis, quo. s. reproborū opera praua quæ modo abscondita sunt, in die iudicii videbuntur, possum dicere quod lapis qui dr̄ chrysoprasus, melius vr̄ de nocte quam de die, quia sicut dicit Dioscordes, istū lux celat, & prodit obscuritas. sic uitia taliū quæ in die psentis uitæ celantur, in nocte futuri iudicij videbuntur, quia nihil opertū quod nō reueletur, & nihil absconditū quod non sciatur in die iudicii. Vn̄ dn̄s loquens aīæ peccatrici dicit sic Ezec. 16. Nudabo ignominiam tuā corā eis, & uidebunt omnem turpitudinē tuā, & iudicabo te iudicio adulterorū. Nota quod luxuriosi, præsumptuosi, inuidiosi gulosi & curiosi uolunt uidere. ¶ Luxuriosi, cōtra illud Matt. 5. Qui viderit mulierē &c. Sed de visu & aspectu mulierū vide supra vbi agit de oculo luxurioso.

I ¶ Itē psumptuosi, qui volūt uidere & inquirere de diuinis secretis. Contra quos Nu. 4. Alii nulla curiositate uideāt quę sunt in sanctuario. Tales. n. per talē uisum incidunt in errorē. Figurati in uiris bethasmes, qui quia uiderūt arcā nudā, mortui sunt, quia sicut dicit Exo. 33. Nō. n. uidebit me hō & uiuet. Et idō ipse dicit Moysi ibidē posteriora mea uidebis, faciem aūt meā nō uidebis. Quia pceptū est simplicibus ne faciē Dei .i. sublimia diuinitatis uideant aut scrutentur, sed quod in dorso eius. i. in superficialibus & magis grossis studeāt & meditentur. Deū. n. nemo uidit nunquā, sicut dr̄ Io. 4. Quia sicut dr̄ 1. Tim. 6. Ipse est qui lucē habitat inaccessibilem, quem nemo hominum uidit, sed nec uidere pōt. supple pro tempore uitæ præsentis nudæ & intimę. Alias tn̄ in uia futura ibi eum uidebimus sicuti est 1. Ioan. 3. ¶ Item uident inuidiosi, de quo in ps. Peccator uidebit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet &c. ¶ Item male uident gulosi & curiosi. Vnde Genesis 3. dr̄ quod mulier uidit lignū &c. ¶ Videri uero loquēdo passiue, accipitur in bono & in malo. In bono, quia s. malus debet uelle uideri ut colligatur: bonus vero ut eius exemplo alius melior efficiatur. Dico malus ut castigetur. Infirmus. n. bn̄ vult ut medicus eū uideat, & ut eius cōsulat sanitati. Sic & peccator debet uelle quod peccata eius sacerdos in cōfessione uideat, platus uero in uisitatione uideat, & ut salutis remediū interponat. Vnde talis debet dicere correctori uel cōfessori illud Thre. 1. Vide dn̄e & considera, quia facta sum vilis. Itē bonus vt per eū alius informetur. Exēplo boni magistri, qui bn̄ uult, quod discipulus uideat opera sua & addiscat. Et sic dr̄ Mat. 5. Sic luceat lux vestra corā hoībus, vt videāt opera vr̄a bona &c. ¶ Sed uere illud videri passiuū accipitur in malo, & sic refertur ad vaniglorios, hypocritas & curiosos, qui uolūt uideri ab hoībus & ut laudentur ab hoībus intueri. Matt. 6. Faciūt opera sua vt videantur ab hoībus. Similes simiæ quæ gloriatur, quā hoīes uident catulos suos. Similes ēt pauoni, qui gloriari dr̄ quā cauda & rota sua ab hoībus inspicit, & vr̄. Sic vere hypocritæ, qui habent pulchrā cōuersatione, & mulieres & iuuenes qui habent pulchrā iuuentutem: bene uero parati & induti qui habent pulchrū ornatū & dispositionem, ab hoībus uideri cupiūt, & ideo quicquid habent pulchrū ut uideatur ostendunt, imo si nō haberent nisi truncum, ualde bene oñdunt. Patet in istis armigeris tā in vestibus quam in aliis dicētes illud Sap. 9. In multitudine uidebor bonus, & in bello fortis. Cōtra illud Mat. 6. Attēdite ne iustitiā uestrā faciatis &c. Sed de tali uideri supra de apparere in titulis consimilibus. Ista igitur de uidere sufficiant. Vide de aspicere. Apparere. Ostendere, & similibus titulis. Et sic sufficit.

¶ Sermo de quo per dictionarium sæpe mentionem auctor facit.

Videte quomodo caute ambuletis. Eph. 5.

A In lumine tuo uidebim⁹ lumen. ps. 35. Quia charissimi ad uisionem corporalem nō solū est necessaria obiecti pn̄tatio, nec solū necessaria est organi dispositio quinimo necessaria est luminis influitio, hinc est quod nos qui sm thematis nostri cōtinentiā de uisu morali locuturi sum⁹, non solū indigemus obiecto materiarū nobis psentato, organo

B potentiarū bn̄ disposito, quinimo sup oīa indigemus lumine diuinæ gratiæ nobis sursum a patre luminū deriuato. Et hoc vr̄ dicere uerbum superi⁹ secundo dictū. In lumine tuo uidemus lumen. Ac si dicat quod sine lumine diuinæ gratiæ nihil utiliter uidere uel cognoscere possimus. Istud est. n. lumē quod nō solum illuminat cognitionem, quinimo mouet, & informat rectā, & debitā locutionē. Idō indigemus lumine diuinæ gratiæ ut utiliter uidere uel cognoscere possim⁹. Quia pro certo, charissimi, nec pdicator bene uidet seu loquit, nec auditor bene retinet sine hoc lumine. Quod probari potest.

Naturaliter.
Figuraliter.
Exemplariter.
Scripturaliter.

¶ Naturaliter. n. istud patet in istis auiculis, quæ adueniente solis lumine solent dulcius, & lętius resonare, & uoces suas altius exaltare, & creatorē suū modulo suo attentius collaudare. ¶ Figuraliter istud patet in apl̄is, qui tūc uariis linguis Dei magnalia locuti fuerūt, quā lumen cęleste. s. spūsanctū in forma luminosa ignea receperūt. ¶ Exēplariter illud pbo, & hoc quidē p exemplū satis mirabile. Legit. n. quod Alexāder postquam Indias peragrasset, & ad terminos Liberi pr̄is & ad Herculis colūnas attigisset, inuenit in deserto duas arbores soli & lunæ dedicatas, & ipsis specialiter à gentilib⁹ cōsecratas, quæ quidē arbores certis tpibus loquebant, & de oībus quæsitis rn̄sa certissima quærentibus fatebant. Erat. n. error gentiū quod sol & luna in his arboribus effabant. verū tn̄ sic erat quod istę non loquebant, nec rn̄debant, nisi quā lumen ab istis suis numinibus recipiebāt. vnde sic fiebat quod in mane quā solares radii tangebant arborem solis, ipsa arbor quærentibus rn̄debat. Infero uero arbor lunæ quærentibus loquebatur, quā lux lunaris super eā influebant. Re uera charissimi sic est quod pdicatores possunt dici apostoli, possunt dici arbores. Aues, quia debent uolare cœlestia contemplando. psal. Volauit super pennas uentorum. Apostoli sunt & nuncii, quia debent fidei, & morū misteria nunciare auditoribus pdicādo. Esa. 66. Nunciabunt gentibus fortitudinem meam. Arbores sunt, quia debent fructificare bona opera faciendo, & etiam fructum doctrinæ proferre alios erudiendo. Daniel. 4. Ecce arbor

arbor in medio terræ, & fructus ei⁹ nimius. Et specialiter isti debent esse arbores solis, & lunæ, quia.s.soli iustitiæ Chro & lunæ perfectæ inæternũ. i. virgini gloriosæ debet esse dati & dedicati, & per deuotionẽ, & confessionẽ eisdẽ penitus consecrati, ita ꝙ de istis possit dici illud Esaiæ 60. Nõ occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur. Isti etiã sunt arbores, quæ habent loqui oĩmodam sanctitatem, & de secretis fidei respondere quærentibus veritatem. Eccl.5. Si tibi est intellectus, respondere proximo. Et in psal. Magnificentiam gloriæ tuæ loquẽtur, & mirabilia tua narrabunt. Sed quia pro certo isti nunquã possunt nec bene loqui, nec bene dicere, nec bonum responsum aliis facere, nisi cęlestis luminis.i. diuinæ gratiæ radiis tangãtur, & nisi solis & lunæ.i. Christi & Marię lumine seu gratia perfundãtur (Teste.n. beato Gregorio, in vanũ laborat lingua prædicatoris, nisi intus fuerit gratia saluatoris. Et hoc etiã probatur quarto scripturaliter, quia Marc. 7. de illo muto & surdo dr̃ ꝙ cum Christũ ipsum sputo tetigisset, solutũ est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Chrs.n. interpretat̃ unctus, & significat cęlestẽ vnctionẽ, quę .s. mot⁹.i. p̃dicatores inscios, & surdos.i. tepidos auditores facit discrete loqui, & prædicare, & attentè intẽdere & audire. Et sequitur. Bene oĩa facit (diuina.s. gratia) surdos fecit audire, & mutos loqui. igitur charissimi, ꝓ isto lumine cęlesti impetrando, ad nr̃a duo numina solem & lunã.i. Christũ & Mariã recurramus, & ipsam lunã.i. beatã virginem pro obtentu isti⁹ luminis salutemus, dicẽtes. Aue Maria &c. ¶ Videte qũo cautè ambuletis. Ephe.5. Charissimi sicut ex scripturis possumus colligere, præter uisionẽ corporalẽ, sensibilẽ & cõmunem, quatuor sunt species mentalium visionum. Est.n. visio

Naturalis vel mathematica.
Figuralis vel enigmatica.
Moralis atque sanctifica.
Realis atque beatifica.
Prima est visio demonstratiua.
Secunda est uisio optatiua.
Tertia est uisio meditatiua.
Quarta est uisio intuitiua.

Videt philosophi mathematicè, & naturaliter. Contẽplatiui enigmatice & figuraliter. Viri sanctificè vel moraliter. Viri vero beati certificè uel realiter. Est ergo quædã visio Pilosophantiũ. Fidẽ tenentiũ. Iustè viuentiũ, Beatè fruentiũ.

B ¶ Dico ergo primò ꝙ est q̃dã visio naturalis & in mathematica, quæ q̃nq; est vana & curiosa, & sub ista uolo cõprehendere oẽm scientiam literalem, siue sit physica, siue sit ciuilis, vel canonica, quia pro certo tales sciẽtiæ quanto cordi magis approximantur, tanto maiora mala quantũ ad aĩam operantur. Nã sicut oculus corporalis hebetatur q̃n respicit nimiam claritatẽ, ac etiam uisus excæcatur q̃n respicit peluem candentem, & sicut claritas excessiua solet spiritũ uisualẽ attrahere & disgregare, nihilominus uero calor humorẽ neruorum uisualium desiccare, & sic necessario oculum excæcare, sic uere charissimi, q̃n oculus mentis nostræ nimis curiosè attendit, & respicit ad claritatem subtilitatum scientialiũ, spiritus interioris affectionis ita q̃nq; delectatur, & attrahit, & ita per uarias opiniones, & per magnas sciendi affectiones disgregatur & dispergitur, ꝙ humor gratię in eo cõsumitur, & ꝙ homo siccus & indeuotus efficitur, & sic sp̃ualiter excæcatur. Figurati Act.9. in apostolo Paulo, quẽ primo circũfulsit lux de cęlo, & statim extitit excæcatus, ita ꝙ apertis oculis nihil uidebat. Ad denotandum, ꝙ splẽdor, & subtilitas scientiarum mentẽ sp̃ualiter excæcat, & dato ꝙ hõ oculos intellectus habeat apertos & acutos, de his tñ q̃ ad salutẽ pertinẽt nihil spectat, sicut ad literã videm⁹ multis clericis in spiritualibus hebetatis atq; cęcis. vñ Hiere. 10. Stultus factus est oĩs homo a scientia. Qd ẽt figuratum est in Eua quę videns sciẽtiæ lignum, contempsit lignum vitæ, & dum ipsius fructũ gustauit, lignum vitæ, & paradisi amænitatem amisit. Sic vere multi sunt, qui plus volũt scire q̃ viuere, scientiã q̃ gratiã, subtilitatẽ q̃ sanctitatẽ, & iõ dũ scientiarũ fructũ gustat, & colligunt, lignũ vitæ.i. diuinã gratiã & deuotionẽ negligũt, & paradisum necessario ꝑdũt. Et iõ de tali curiosa visione dr̃ Eccle.3. Altiora te ne quęsieris, & in superuacuis rebus ne fueris curiosus. Non.n. est necessariũ quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. Ista est ergo visio scientifica, quæ est curiosa. Rom.12. Nõ plus sapere q̃ oportet sapere. ¶ Scd'ò dico, quòd est quædam uisio ænigmatica, quæ est caliginosa, & ista est uisio fidei. Quia sicut aues nocturnę quæ habent debilẽ visum, non possunt uidere lumen solis, & iõ de nocte in lumine tantũ quã magis cõtẽperato uolitant, sic & nos pro tẽpore huius vitæ intellectus visum valde debilẽ habemus, intm̃ ꝙ claritatẽ solis.i. misteria regni Dei nudè uidere & clare cognoscere nõ ualemus, donec lunare lumẽ.i. obscura fidei cognitionẽ nobis uoluerit dñs concedere, vt sic ipsum temperato lumine uideamus. Figuratum in Moyse, cuius vultũ splendidũ & cornutũ filii Israel videre non poterant, quapropter velamẽ super faciẽ suã posuisse legitur, & sic filii Israel vultũ ipsius cõtẽperato lumine aspexerũt. Sic uere q̃a ipsius Moysi.i. ipsius dei nõ possumus videre diuinitatem aut claritatẽ, nec faciẽ cornutã, nec maiẽstatẽ vel potestatẽ, adhibuit fidei velamẽtũ, quo.s. mediante vultum ipsius cernimus, & ipsum naturaliter conspicimus & videmus. Et de hac tali caliginosa visione loquitur Apostolus 1. ad Corint. 13. Videmus nũc per speculũ in ænigmate. Ista est ergo visio ænigmatica, q̃ est caliginosa. ¶ Tertiò dico, ꝙ est visio moralis & sanctifica, q̃ est utilis & fructuosa, & ista nihil aliud ẽ q̃ sp̃ualis meditatio & cognitio, qua nos uidemus, & attẽdimus illa q̃ pertinẽt ad salutem.s. vtilia quæ sunt faciẽda, & nociua q̃ sunt fugienda & ꝑcauenda. Exemplo galli q̃ vnũ oculũ ad granũ inueniẽdũ ad terrã uertit. aliũ vero ad accipitrẽ ꝑcauendũ sursum erigit, significãs.s. virũ iustũ, q̃ vnũ oculũ.s. considerationis uertit ad grana virtutũ q̃renda, aliũ uero erigit ad nociua oĩa ꝑcauenda, & machinamenta accipitris diaboli euitãda. Colos.2. Videte ne q̃s uos decipiat. Hæc est ergo uisio sanctifica & fructuosa, q̃ est utilis. ¶ Quartò dico ꝙ est quędã uisio beatifica, quæ est gaudiosa, & ista est ꝓ certo illa quã beati in patria uident intuitiuè, & cõicatiuè essentiã deitatis, de qua dr̃, ꝙ uisio est tota merces, significati per philosophos Indorũ, de q̃bus dicit Solinus ꝙ indi in arenis feruentibus solem irreuerberatis oculis intuent̃, & in ipso orbe cãdentis luminis quędã secreta incessanter rimant̃. Sic uere sancti Angeli in ipso deserto, & in loco occulto paradisi nõ cessant solẽ.i. claritatẽ diuinæ essẽtiæ cõtẽplari, & secreta deitatis uidere, cognoscere & rimari, & ĩ hoc multipliciter delectari, iuxta illud Eccl. 11. Delectabile est oculis uidere lumẽ. & illud Gen.33. Vidi dñm facie ad faciẽ, & salua facta est aĩa mea. Quia sicut dr̃ 1. Pet.1. Iste est in quẽ desiderãt Angeli ꝓspicere. Figuratus in Salomone, de quo dr̃ 3. Reg.10. ꝙ oẽs reges terræ desiderabant uidere faciẽ Salomonis, & audire sapiẽtiam eius. Quid ergo charissimi? pro certo Apostolus in themate p̃assumpto nos monet ad istam uisionem beatificã, quia bene scit, ꝙ ista nõ est pro tẽpore huius uitæ apprehendenda, nec ad uisionẽ fidei seu ænigmaticã, quia supponit ꝙ quilibet habeat eã, nec ẽt ad uisionẽ sciẽtialẽ mathematicam, q̃a ista q̃nq; nocet magis q̃ proficit, sed verè ipse monet nos ad uisionẽ moralem seu sanctificam, quę.s. nos, bona docet eligere, mala fugere, rectè uiuere, & ad gloriã paradisi per passus bonorum operum ambulare. & hæc facit in themate præassumpto. Videte &c. In quibus Apostolus facit tria. Vidit enim apostolus, ꝙ homo in mundo generaliter patiebatur tria mala scilicet

In cognitione ignorantiam.
In conuersatione insolentiam.
In operatione negligentiam.

In cognitione carebat lumine directiuo. In cõuersatione carebat ordine correctiuo. In operatione carebat lumine cõmotiuo. ¶ Contra ergo ista tria,

Ignorantiam monet illustrari.
Insolentiam monet regulari.
Negligentiam monet excitari.

¶ Habeamus ergo in aspectu mẽtalis sapiẽtiæ splendorẽ. Videte. Habeamus in affectu moralis moderãtię decorem. Qũo caute. Habeamus uitalis operationis ꝓgressionem. Ambuletis. Mentalis meditatio sensus atq; cognitio nobis iniungit. Moralis ordinatio modus atq; discretio nobis indicit̃. Vitalis operatio motus atq; progressio nobis p̃cipitur. ¶ Habeam⁹ igitur primo, & principaliter in ꝑfectu morali diligentiæ vigorem. Ambuletis. Et principaliter dr̃ ꝙ debemus habere in aspectu mentalis splendorem sapientiæ. Videte inquit.s.ꝑ sapientiã, prudentiã, & uerã cognitionem. Ista est ergo ueritas ꝙ sensus uisus inter cæteras partes corporis est magis nobilis, & magis appetibilis & commendabilis, & istud pater

Exemplo naturæ.
Aenigmate figuræ.
Auctoritate scripturę.

¶ Exẽplo dico naturæ, q̃a uisus iter potẽtias corpales magis ẽ sp̃ualis, & idẽ ẽ ꝙ physognõi magis iudicat de aĩæ passionibus & de hoĩs cõditionibus ꝑ oculũ & visum,

quàm

quam per alia quęcunq; mēbra. Ad qđ ēt scriptura Eccl. 19. Ex visu cognoscitur vir & ex occursu faciei cognoscitur sensatus. Iste.n. est sensus qui totum corpus habet regere, & cętera membra gubernare, & ideo natura voluit oē perfectū aīal visu tanquam dono nobiliori & potiori nobilitare dotare & etiam decorare. ¶ Itē patet enigmate figuræ, quia sicut legitur Leuit. 21. Ipse Deus naturæ, seruitores clare videntes & sensum visus habentes habere voluit, & oēs cęcos & oculis maculatos à suo ministerio repudiauit, & eos ab ingressu interioris tabernaculi reprobauit. ¶ Item istud patet auctoritate scripturæ, quia in scriptura patet ꝙ illi qui visu carebāt, se viles & misos reputabant, sicut patet de Thobia Thob. 5. Quale gaudium est mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cęli nō video? &c. Illi ēt qui visum non habent, ipsum tanquam donum naturæ præcipuum totis affectibus appetebant, sicut dr̄ de illo cœco Iesu adducto, cui cum dixisset dn̄s, Quid tibi uis faciam? rn̄dit, Domine, vt videam. ¶ Si ergo corporalis visus qui regit totū corpus, commendatur & in scriptura, & in figura & in natura, multo magis est commendabilis visus spiritualis. s. prudentia seu meditatio, & circūspectio virtualis, qua. s. aīa regitur, quæ inter cæteras virtutes specialior, & vtilior iudicatur. Ista est. n. quā oīs homo & oē aīal perfectā tenetur habere. Ista est per quā à brutis. i. à peccatoribus distinguimur. Ista est sine qua nullus dignus ministrandi in tabernaculo militantis ecclesię iudicatur, sed potius tanquàm indignus ab officiis, & beneficiis ecclesiasticis à domino reprobatur. Ista est sine qua homo miser, & flebilis reputatur. Ista est quæ in speciali viris ecclesiasticis iniungitur & mādatur. Videte inquit. Mar. 13. Videte, vigilate & orate. Sed heu proh dolor, vr̄ ꝙ vltima pars prælibatæ figurę hodie tenetur ad vnguē, & hodie in hoc articulo vr̄ ecclesia iudaizare. Dr̄. n. Leui. 21. Et sequenti capitulo, ꝙ dato ꝙ quis pp maculam vel albuginem vel etiā cęcitatē vel aliam quamcunq; maculā quam in oculo pateretur, deberet à ministerio & ab ingressu interioris tabernaculi, vt dictum ē, reprobari, si tn̄ erat de genere sacerdotum non propter hocā commestione panum & sacrificiorum quæ offerebantur in tabernaculo, repellebatur, imo portionem suam sicut illi qui clare videbant, percipere noscebat. Sic re vera charissimi hodie videmus ꝙ multi sunt in ecclesia militante, qui dato, ꝙ ipsi sint spiritualiter cęci & ignorantes, & diuersas vitiorum maculas sustinentes, dato etiam quòd ipsi bene caueant ne deo in tabernaculo ecclesię seruiant aut ministrent (quia. s. vix aut nunquam ipsum ecclesiæ tabernaculū intrant, nisi forte ꝓ fructibus, & distributionibus colligendis) istud tn̄ est verum, ꝙ dū sint de genere sacerdotum. i. consanguinei prælatorū, nunquā pp hoc à perceptione panū sacrificiorū. i. beneficiorū ecclesiasticorū, & bonorum quæ dudum à secularibus in tabernaculo ecclesiæ sunt oblata, repellūtur, s. potius q̄q̄ cæci & indigni portionē suam pinguem, & latam inde recipere comprobantur, quinimo quod dolendum est, tales cognati sacerdotū, & ipsorum consanguinei dato, ꝙ sint ignorantes, & cęci, & diuersis vitiorum maculis irretiti, sunt ipsis clare videntibus. i. discretis viris sufficientibus in domo, & tabernaculo ecclesiæ ditiores, & de istis panib⁹, & sacrificiis pinguiores. Ista. n. est regula ſm Plinium, ꝙ de catulis canum, ille q̄ tardius videt, est pinguior. Pinguedo. n. lactis retardat visum. Sic vere sæpe fit, ꝙ qui est magis cœcus, & imbecillis, est in bonis ecclesiæ magis pinguis. Quia sicut videmus, multi viri clare videntes. i. viri scientifici, & insufficientes, in ecclesia præ paupertate languent, tales uero superfluūt, & abundant de quo plangendo possunt dicere illud Luc. 15. Quanti mercenarii in domo patris mei &c. Istud. n. uerum est, ꝙ aīalia crudelia & gulosa pariunt catulos imperfectos, sicut patet de leone, qui parit mortuos, de vrso qui parit in nullo formatos aut figuratos, de vulpe, lupo & cane qui pariunt eos cęcos. Et est cā quare isti informes pariunt, qui etiam ipsi à suis parentibus informes & cæci parturiti fuerūt, & ideo rōne similitudinis filios informes parturiūt & emittūt. Sic vere charissimi aīalia crudelia & gulosa, i. superiores crudeles & raptores, ambitiosi & auari solent hodie in suis antris & cubiculis, i. in suis officiis & beneficiis & dignitatibus, filios, id est subditos informes & male compositos, cęcos, inscios & ignaros introducere, & parere, & ipsos indebitē promouendo inibi generare, eo ꝙ ipsi simili modo. s. per carnalē affectū, & per simonia cum ingressum fuerunt cęci & informes, mali & insufficientes, in cubilib⁹ ecclesiæ collocati. Et illud vr̄ figuratum Luc. 14. in illo patrefamilias qui misit seruum suum, dicens. Exi inquit per vicos ciuitatis, & quos inueneris, debiles, cœcos & claudos, introduc huc, vt impleatur domus mea. Quia re uera isti hodie implent domū ecclesiæ viris debilibus, & incōstātibus, uiris claudis & duplicibus, uiris cęcis & ignorātib. & ad vtranq; partē nunc a dextris adulando, nunc a sinistris detrahendo claudicantibus & vacillātibus. Et tn̄ isti deberēt attendere ad illud quod dictum fuit Dauid Hierusalē ingredięti, Non ingredieris inquiunt huc, nisi abstuleris cęcos & claudos. quia. s. tales debent eiusmodi defectuosos de Hierusalē. i. de ecclesia repellere, nō introducere, tollere, nō ꝓmouere, supprimere, nō parturire sed potius eijcere & bānire. Cuius cōtrarium faciunt, ut dictum est. Et breuiter de illis q̄ per malos superiores in ecclesiam introducunt, pōt quilibet malus introductor dicere illud Hier. 21. Ecce ego ducā eos, de terra aq̄lonis, & congregabo eos ab extremis terræ, inter quos erunt cœcus & claudus, prægnās & pariēs simul. Et sic applica qūo ab extremis terræ. i. de patria sua cōgregāt ad ecclesiam in qua pręsunt, suos cœcos & ignorantes nepotes, & etiam qūo quandoq; inter eos sunt concubinæ prægnantes, & parientes. Non sic charissimi, non introducantur in ecclesiā hoīes ignorantes, sed potius scientifici, prudentes uidentes & cognoscētes. Videte inquit. Vt sic inuitando dicat superior illud psal. Venite & uidete oēs qui timetis Deū. Vt etiā tales sic videntes sint similes oculis, quorū officiū est uidere, qui mobilis & uertibilis sunt naturæ, ut. s. unam rem solūmodo non uideant, sed ad oīa consideranda sese uertant. Sic vere nos per considerationē debemus nos ad oēm partem uertere, ut possimus non solū unū, sed uniuersa utilia cognoscere, & vniuersa nociua ꝑcauere. Et hoc est qđ præcipit Gene. 13. Leua oculos tuos in directū, & vide ī loco in quo nūc es, ad aquilonē & meridiē ad orietem & occidētē. ¶ In quibus uerbis aduerte ꝙ hō debet uidere & considerare multa, s.

Deum.	Et sic nota ꝙ in ista auctoritate oſ̄ditur. Diuina bonitas, quæ est metuenda. Humana utilitas, quæ est intuenda. Fraterna charitas, quæ est attendenda. Mundana uanitas, quę est contemnenda. Egeni paupertas, quæ est nutrienda. Impii libertas q̄ est punienda. Cęli fælicitas, quæ est
Seipsum.	
Proximum.	
Mundum.	
Egenum.	
Impium.	
Paradisum.	
Terminum.	

appetenda. Finis necessitas, quæ est præuidenda. Et sic dico, quod tu debes uidere Deum qui est superior. Leua oculos tuos. Teipsum. qui es interior. In directū. Proximū, qui est exterior. Et vide. Mundū qui est inferior. De loco in quo nunc es. Egenum qui est sterilior. Ad aquilonem. Impium qui est deterior. Ad meridiē. Paradisum qui est fœlicior. Ad orietē. Finem seu terminum qui est asperior. Ad occidentem. ¶ Istæ. n. sunt octo partes cōsiderationis ad quas debet oculus mētis nostræ deuolui, & quas debemus videre, & mentaliter perscrutari. ¶ Igitur primo dico, quòd videre debet homo Dei bonitatem, quæ est superior, quod ostenditur cum dicitur. Leua oculos tuos, supple, ad Deum considerandū, ad maiestatem eius meditandum, ad ipsum timendum, amandū & honorandum, & ad ipsius misericordiam implorandum. ps. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis quia re uera charissimi sicut oculus corporalis situs ē in alto loco, s. in capite, sic vere oculus cordis nostri situs debet esse in capite nostro Deo. & istud probare possumus

Per naturam.	Per naturam dico, quia pro certo natura uidetur nobis ad hoc formasse unum exēplum satis optimū.
Per figuram.	
Per scripturam.	

sicut. n. dr̄ in libro de ꝓprietatibus rerū, est quidē piscis qui nominatur granus qui unicū habet oculū, & istū habet in occipitio capitis supra caput cōtra naturā oīm aliorū pisciū, ita ꝙ iste pōt uidere superius, & nunquam inferius. Sic vere hō qui in mari. i. in amaritudinib⁹ mūdi uagatur & fluctuat sicut piscis (Abacuch 1. Facies hoīs sicut pisces maris) debet unū oculū. i. unicā ad Deum affectionem & intentionem habere, quam. s. sursum in superiori parte rationis debet tenere, & sic Deum qui est superius debet cōtinuè meditari & uidere, & ad ista quæ sunt inferius mentem suam nullatenus inclinare, dicēs ipsi Deo illud quod scribitur Iob 42. Audi

42.Auditu auris audiui te,nunc oculus meus uidet te. Pec-
figurã ẽt patet quia ſicut Exo.28. dr̃, ſummus ſacerdos vnã
laminã aureã ĩ qua ſcriptũ erat nomẽ dñi,in frõte inter ocu
los portabat,qñ ĩ ſanctuario miniſtrabat.Sic vere nos eccła
ſtici,q̃ Dei ſum⁹ ſacerdotes,& q̃ ĩ diuerſis gradib.in ſanctua
rio ecclæ vel p̃lationis dño miniſtramus ſp nomẽ dñi p̃ ocu
lis habere debemus;& hoc ẽt patet ꝑ ſcripturã,q̃a ſicut dr̃ in
p̃s.Sicut oculi ancillæ in manib.dñę ſuæ, ita oculi noſtri ad
dñm Deũ noſtrũ donec miſereat̃ noſtri.Exẽplo Eſaiæ,qui di
cebat Eſa.6.Regẽ dñm exercituũ vidi oculis meis.Sed heu
proh dolor,vr̃ hodie ꝙ verificet̃ vna fabula poetica, q̃a anti
quit⁹ fuerunt in natura monoculi gigãtes q̃ Cyclopes voca
bat̃,quorũ vnũ excæcauit Vlyſſes;iõ poetę acceperunt licen
tiã fabulãdi.Finxerunt ergo ꝙ in quadã inſula fuit gigas vn⁹
monoculus q̃ Polyphemus appellebat̃,q̃ tantæ erat fortitu-
dinis,ꝙ mõtes de loco ad locũ ꝓijcere dicebat̃.Iſte aũt vnũ
oculũ ad modũ clypei ĩ frõte habebat,quẽ qñ dormiebat ſo
lebat iuxta ſe ponere, & qñ vigilare volebat ipſum iterũ in
frõte ponebat.Vlyſſes igit̃ de deſtructione Troiana rediens
ad illã inſulã applicuit,& Polyphemũ ibi dormientẽ inuenit
& oculũ iuxta ſe poſitũ,qui caute accedens oculũ gigãtis eſt
furatus,& eo recedente remanſit miſer fatuus excæcatus.qñ
n.euigilauit,oculũ ſuũ inuenire credidit,ſed q̃a latro eũ ſu-
bripuerat,nõ ĩuenit.Chariſſimi iſtud verũ eſt hodie in eccłe
ſia,q̃a eccleſiã militans põt inſulæ cõparari,pro eo. ſ. ꝙ ſolet
ictib.maris.i.tribulationũ fluctib.verberari.In iſta.n. fuerũt
antiq̃tus gigantes.i.viri in quãtitate virtutũ excellẽtes alios
& ẽt per doctrinã & exẽpla mõtes.i.ſupbos de loco ad locũ
mouentes.i.de pctõ ad virtutes,& ad fidẽ & pniam cõuertẽ
tes.Baruch.3.Ibi fuerunt gigantes nominati,illi qui ab ini-
tio fuerũt ſtatura magna ſciẽtes bellũ.Iſti.n. vnicũ oculum
habebant.i.vnicã in Deũ affectionẽ & meditationẽ, quia eũ
ſolum videbant,& cogitatum ſuum in eo iactabant. Vnde ĩ
p̃s.Oculi oĩum in te ſperant dñe.Sed q̃d?Pro certo iſti hoĩes
qui debebant & ſolebant(ſicut dictum eſt gygantes eſſe,nũc
incipiunt in delicijs dormire,& in mundi proſperis delecta
ri & requieſcere.Et ideo iam oculum cõſiderationis ſuæ de
capite ꝓprio.i.de deo auferunt,& iſtum iuxta ſe.i.ad mundi
bona & ad carnales cõſanguineos recolligunt & reponunt.
Iſtud.n.eſt vitiũ noſtrum cõe,quia procul dubio oculũ men
tis à Deo videndo & cõſiderando quaſi penitus auertimus
& ipſum iuxta nos ad parentelas carnales inclinamus p̃s. Lu
men oculorum meorum & ipſum nõ eſt mecum. Et iõ Vlyſ
ſes.i.diabolus oculum noſtrum.i.cognitionem & meditatio
nẽ per diuerſas diſtractiones ſubripuit,& nos cæcos & igno
rãtes dimittit.Quia vere pauci ſunt hodie homines magis cę
ci in ſpiritualibus,quã religioſi & eccleſiaſtici.Eſa.42. Quis
cæcus niſi ſeruus meus,quia ſimplices & ſeculares laici deũ
vident clerici vero nõ cõſiderant neq; ſtudent. Qđ pulchre
figuratum eſt Nu.22.in Balaã propheta & in aſinæ ſua, q̃ dũ
Angelus ſtaret econtrario eorũ in alto loco & arcto duorũ
parietũ euaginato gladio,aſina videbat,& iõ a ſuo malo iti-
enre ꝓp angeli gladiũ nõ recedebat.Sic vere cũ Angel⁹ teſti
Chriſtus ſtet aduerſus pctõres, habens gladiũ ſuæ ſnię con-
tra eos euaginatum & ad percutiendum paratum,& cum ip
ſos etiam expectet inter duos parietes.i.in foramine mortis,
in diuiſione aĩæ & corporis,vt eos interficiat, niſi à ſua ma-
la via ſe diuertant,iſtud eſt verum,ꝙ aſina melius videt An
gelũ,q̃ ꝓpheta.i.ꝙ ſimplices & brutales laici melius vident
deũ,& magis præ timore eius à mala via declinant,quã nos
alij clerici,qui prophetæ.i.ſubtiles & litterati poſſumus nun
cupari.Quia breuiter illud Io.9.iam videtur impletum vbi
dr̃.Ego in mundum veni qui non vident, videant,& qui vi-
dent,cæci fiãt.Quod vr̃ exponere Aug.cum dicit. Simplices
& idiotæ rapiunt cælos,& nos cũ literis noſtris deſcendim⁹
ad inferos.Quia iã re uera ſimplices in ſpiritualib. ſunt vidẽ
tes eccleſiaſtici vero qui tanquã prophetæ melius videre de
berent,ſunt cæcutientes.quapropter iam nos alij prophetæ
maledicimur in ſcriptura Ezec.43.vbi dr̃ Væ prophetis inſi
pientib.qui ſequuntur ſpiritum ſuũ,& nihil vident. Non ſic
chariſſimi, ſed videamus Deum. Leua inq̃t oculos tuos.
Exemplo Abrahæ,de quo dr̃ Geneſ.22.Eleuans oculos ſuos
Abrahã vidit.& Eſa.6.Vidi dominum ſedentem ſuper ſo-
lium excelſum & eleuatum.Sic ergo patet quod videnda eſt
diuina bonitas q̃ eſt ſuperior,ꝙ eſt primũ auctoritatis. ¶Se-
cundo dico quod videri debet humana vilitas,quæ eſt inte
rior,cum dicitur,In directũ quia.ſ.illa ſola viſio dr̃ ꝓpria &
directa,qua hõ conſiderat ſemetipſum.Aliæ autem viſiones
quibus videmus alios & alia,ſunt impropriæ viſiones & re-
flexæ.p̃s.Pes meus ſtetit in directo.Directe ergo ſe debet hõ
quid ſit diligenter attendere & ſtudere.In hoc.n.eſt differen
tia inter oculum corporalẽ,& oculum ſpiritualem, ſeu mẽ
talem,quia.ſ.oculus corporalis non põt videre ſeipſum, ſed
bene videt alium.Spiritualis vero & mentalis oculus ſuper
ſeipſum reflectitur,& ſic ſeipſum videt & intuetur. Sic vere
inter carnales viros & ſpirituales eſt magna differentia q̃a
oculi corporales.i.homines mundani & terreni ac carnales
non vident nec conſiderant ſeipſos, nec defectus proprios,
tñ optime aſpiciunt & iudicant alienos.Mat.7.Vides feſtucã
in oculo fratris tui,trabem autem quæ eſt in oculo tuo,non
cõſideras.Vnde Tullius ſic ait.Neſcio quõ magis in alijs cer
namus ſi quid delinquitur,quam in nobis.Sed pro certo mẽ
talis oculus.i.hõ iuſtus & ſpiritualis,ſuper ſeipſum eleuatur
per cõſiderationem ſuæ vtilitatis,& ſeipſum & ſuos ꝓprios
defectus intuetur 1.Cor.2.Quis.n.nouit hoĩum q̃ ſunt hoĩs
niſi ſpiritus?i.ſpiritualis homo? q.d.nullus. Iſte.n.eſt ſimilis
lynci,cuius viſus eſt ita acutus & lympidus, ꝙ per parietem
penetrat,& ꝙ vltra modum videt,cõſiderat & attendit. Sic
vere conſideratio viri iuſti & eius viſus in tantum debet eſſe
ſe lympidus,ꝙ in accidentibus.i.exteriorib.mundi bonis tẽ
poralibus non debet ſiſtere, nec ibi officiũ ſuum vel animũ
arreſtare, imo pro certo ipſe debet parietẽ ſui proprii cor-
poris per cõſiderationẽ penetrare. & quid ſit interius agno
ſcere & videre.Figura habetur ad hoc Ezech.6.vbi dr̃.Filii
hominis fode parietem.& cum fodiſſem,dixit ad me,Ingre
dere, & vide abominationes,& ingreſſus vidi,& ecce oĩs ſi-
militudo reptilium & aĩalium. abominatio & vniuerſa ido
la domus Iſrael depicta erant in pariete. Chariſſimi paries
iſte ſignat corpus noſtrum,quod.ſ.ad modum parietis con-
ſtat ex lapidibus & ex terra,i. ex oſſibus & ex carne.reptilia
ſignant motus carnales & affectus aĩæ,qui ibi ſerpunt. Ido-
la ſignificant vitiorum imagines quæ ibi ſtrepunt. Quia re
uera chariſſimi ſi parietem noſtri corporis perfodimus mẽ
taliter noſtra interiora conſiderando,& exteriora contem-
nendo, tunc proprie cognoſcimus quid ſumus, tunc in no-
bis abominationis uarietatẽ videmus,& tũc reptilia motuũ
carnalium, aĩalia affectionum mentalium, idola ſeu imagi-
nes.i.imaginationes p̃ſumptionũ cordialiũ in nobis habita
re cernimus, abominatiões ẽt videmus in nobis.ſ.quãtũ ad
corpus.Horrorẽ quantũ ad uilem ingreſſum.Laborẽ quãtũ
ad triſtẽ progreſſum.Dolorẽ atq; fętorem, quantũ ad turpẽ
agreſſum. Etiã videmus abominationes quãtũ ad ſpiritũ.ſ.

In intellectu ignorantiam.
In affectu concupiſcentiam.
In memoria obliuiorem.
In ſtatu dubietatem.

Et ſic poteſt dicere ho
mo illud Hiere.13.In
agro uidi abominatio
nes. & Oſeæ.6.In do-
mo Iſrael uidi horrendũ.Et ꝙ hõ debeat videre & conſide-
rare ſeipsũ,poſſum ꝓbare multipliciter, videlicet & uerbis

Dominicis.
Propheticis.
Sanctificis.
Apoſtolicis.
Philoſophicis.
Diabolicis.

¶Ex uerbis dico dominicis,quia.ſ.ip
ſe dominus ad hoc monet Marc.13.
dicens.Videte uoſmetipſos.Item pa-
tet ex uerbis propheticis. Hierem.2.
Vide uias tuas in conualle, & ſcito
quid feceris. Item ex uerbis ſanctifi-
cis.i.ex uerbis ſanctorum.vnde Hugo. lib.9. de clauſtro aĩæ
dicit ſic.Melius eſt, ꝙ teipſum uideas,quàm ꝙ curſus ſyde-
rum, complexiones hominum,naturas animalium cogno-
ſcas.Multi.n.multa ſciunt,& ſeipſos neſciunt, cum tñ ſum-
ma prophetia ſit ſeipſum cognoſcere. Ad quod facit quod
dicit idẽ Hugo.3 libro c.6.ꝙ fruſtra uidere Deũ,nititur qui
ad videndum ſeipſum inutilis reperitur. Item probatur ex
uerbis philoſophicis, quia ille moralis philoſophus Seneca
dicit ſic.Interius teipſum cõſidera,nõ qualis ſis aliis credas.
Item probatur ex uerbis. Apoſtolicis.ad Gal.6. Conſiderãs
teipſum, ne & tu tenteris. Item patet ex uerbis diabolicis,
& ad hoc aduerte, quia antiquitus in monte Pernaſo fuit tẽ
plum Dei. Phaetontis Apollini dedicatum, vbi ſcilicet in
idolo Apollinis, id eſt ſolis, diabolus ita uera reſponſa da-
bat de quacunq; materia,quod quaſi totus mundus ad iſtud
idolum cõfluebat. Et ideo templum illud in tanta reueren-
tia

tiæ apud orientales antiquitus habebatur, ut ſm Titum Liuium, iſtud vnicum & ſingulare humani gñis oraculum diceretur. Philoſophi ergo ab iſto idolo & ab iſto diabolo qui loquebatur in illo, quem.ſ. Deum ſolem eſſe dicebant, ſemel petierunt quid erat magis neceſſarium pro tpe huius vitæ. Qui reſpondit tantum duo verba.ſ. γνῶθι σεαυτόν quod nihil aliud eſt græcè, qua noſce teipſum, latinè. Philoſophi ergo iſtorum verborum vtilitatem viderunt, & ideo iſtā verba in tripode.i. in corona ipſius Apollinis ad perpetuā rei memoriam deſculpſerūt. Et ſic patet q̃ videnda eſt humana vilitas quæ eſt interior. In directum inquit. Heu proph. dolor, videtur q̃ pauciſſimi ſunt hodie qui habeant talem viſionem, &
F qui conſiderent & videant ſuam vilem conditionem. Vnde breuiter notare poſſum q̃ tria ſunt quę impediunt ne homo videat aut conſideret ſeipſum, videlicet

Proſperitas mundialis.
Cupiditas temporalis.
Fatuitas cordialis.

¶ Impediuntur ergo ſeipſos quidā cognoſcere ex mūdana proſperitate. viſio.n. quæ fit in ſpeculo, duos habet defectus. Vnus eſt, quia iſta eſt debilis & incerta, nā ſicut patet, hō melius recordatur de facie alterius quā ſemel vidit cum oculo quam de ſua propria quā multotiens vidit in ſpeculo. Alius eſt q̃a iſta viſio dr̃ transferſa, & non directa, quia illud quod vr̃ in ſpeculo, ſi ſit altum vr̃ infimum, ſi ſit dextrū, videtur ſiniſtrū, ſicut videmus ad ſenſum, & ſicut probat ſciētia perſpectiua. Chariſſimi ſpeculum quod eſt candidum & tn̄ fragile, ſignificat, mundi proſperitatem, de qua dicit Seneca q̃ fortuna vitrea eſt, cum ſplendet, frangitur quia illi qui conſiderant & vident ſeipſos nō directè, ſed potius ſpeculatiuè, vtpotè qui non conſiderant ſuam naturam, ſed ſuam fortunā, ita q̃ oculos mentis ſuæ ad propriam ſcientiam vel opulentiā vel propriam dignitatem vel auctoritatē, ad corporis fortitudinē vel pulchritudinem conuertunt, non poſſunt ſe bene cognoſcere, nec de ſe propriè iudicare. vnde Iacobi 1. vbi dr̃ de illo qui conſiderauit vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Conſiderauit ſe, & abijt, & oblitus eſt qualis fuit. Quinimo pro certo tales in ſeipſis vident omnia transferſa. Infima vident altē, & econuerſo, quia.ſ. ſeipſos dato q̃ ſint viles & infimi, & de infima plebe nati, & infima ſcientia dotati, reputāt altos, ſolemnes, & magnos, Altos vero & nobiles, ſcientificos vel perfectos reſpectu ſui infimos & deiectos, q̃a re uera in ſui imaginatione ipſi ponunt potentes de ſede, & exaltant humiles &c. Ex illa quæ ſunt dextera, apparēt eis ſiniſtra, & cōtra, quia tribulationes quæ eis eueniunt, quæ ſm veritatem magis eis eueniunt dexteræ quam ſiniſtræ, & magis ſpūaliter q̃ temporaliter, & magis proſperè quā aduersè, iudicant ab eis ſiniſtrè peſtiferè & obliquè. Siniſtra vero.i. bona tpalia, de quibus prou. 3, dr̃. Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra eius diuitiæ & gloria (q̃ in veritate ſunt ſiniſtra & damnoſa ac periculoſa, videntur ab eis dextra bona & vtilia, proſpera & iocunda. Itaque iſti figurari poſſunt in Iacob. Gen. 49. qui cācellatis manib. ſuper filios Ioſeph, quorū unus erat dexteram, alius ad ſiniſtram, de dextero fecit ſiniſtrum, & de ſiniſtro fecit dextrum. Sic vere iſti iſta mala & periculoſa reputant bona, & econtra bona mala. Et ideo contra tales dr̃ Eſa. 5. Væ qui dicitis bonum malum &c. Ecce quō viſum illudit viſio ſpecularis.i. attentio ad propriam proſperitatē. Ideo Bern. in libro meditationum, vel Innocē. de vilitate cōditionis humanæ dicit ſic ponens duos verſus. Forma, fauor populi, feruor iuuenilis, opesq; Subripuere tibi noſcere q̃d ſit homo. Et bene dicit forma, contra fatuos iuuenes & iuuēculas, qui in ſua forma corporali taliter delectātur, q̃d quid ſunt obliuiſcuntur, & q̃ per diuerſa vitia maximè per ſuperbiam & inanem gloriam moriuntur. Exemplo narciſſi, q̃ intantum dilexit imaginē ſuam quam vidit in aqua, q̃ præ nimio amore perijt & deceſſit. Reſpiciebat n. ad figuram, non ad naturam, attendebat ad ſpeculum non, ad oculum, videbat, pulchritudinem, non rectitudinem, attendebat vero ad vanitatem, non ad veritatem. Quia breuiter q̃n quis tali imaginaria vel ſpeculari viſione ſe cernis, nec ad ſuam imaginē vel ſtatus ſui figuram attendit, mortem diuerſorum pc̃torū incurrit. Exemplo Alexandri, qui videns ſe mundi dominū, ſe Deum eſſe & filium Iouis credidit, & ſe eſſe hoiem oblitus, ſe adorari, & ſibi ſacrificari mandauit de quo cum ipſum Caliſthenes philoſophus reprehenderet, naſum, aures, oculos, labia philoſopho detruncauit, & ipſum cum cane ligatū per exercitū duci iuſſit. Quia breuiter ſicut cōcludit ſapiens Prou. 1. Proſperitas ſtultorum perdit eos. ¶ Item quidam impediuntur ſeipſos cognoſcere ex cupiditate tpali, ſicut ſunt diuites huius mundi, quibus nihil ſufficit. Iſti.n. impediūtur ſeipſos cognoſcere ex auaritia & cupiditate. Auaritia.n. ſu p oīa cęcat mentem. intantum.n. impedit rectum iudicium, q̃ ipſe auarus neſcit ſe eſſe auarum, ſicut patet in talib. qui ſolēt magis contra auaros loqui, & liberalitatem commendare q̃ alij, dato q̃ parciſſimi & cupidiſſimi à cunctis deprehendantur eſſe. Ideo Seneca vrbanē loquendo cōparat tales vxori ſuæ, q.ſ. cæca erat, & tn̄ bene ſe videre credebat. quinimo pœdagogum ſuum à ſe fugabat, & domū tenebroſam dicebat. Vnde ipſe ī epiſtola 51. dicebat. At noſti inquit o Lucili Harpaſtē vxoris meæ fatuā, onus hæreditariū domui meæ remāſiſſe. hæc.n. fatua videre ſubito deſijt. Narro tibi rem incredibilem, ſed verā, ſe eſſe cæcā neſcit, & pedagogo dicit q̃ migret, & domū dicit tenebroſam eſſe, hoc q̃d in hac ridemus. oībus nobis accidere liqueat tibi. Nemo ſe auarum intelligit, nemo cupidum. Cæci tamē ducem quærunt, nos ſineduce erramus. Sic ergo patet quō iſti impediuntur ſeipſos cognoſcere ex temporali cupiditate. ¶ Denique quidam impediuntur ſeipſos cognoſcere ex fatuitate cordiali.ſ. ex p̄ſumptione, quia pro certo quidam ſunt ita præſumptuoſi & elati, q̃ non conſiderant quid eſt homo. Præſumunt.n.

Quidam de
Iuſtitia
Scientia.
Opulentia.
Sanctimonia.

¶ De iuſtitia dico, ſicut ſunt iſti crudeles iudices, qui ſine quacunq; iuſtitia effrenanē in delinquentes, non aduertentes quanta ſit hoīs in delinquendo fragilitas, & quanta ſit occaſionis & impulſionis neceſſitas, non atendentes q̃ ſm Senecam, Nobiles genus vindictæ eſt ignoſcere. Et ſecundum Hugo. Culma eſt totam culpā proſequi. Ita q̃ de talib. pōt propriè dici illud Dan. 4. Cor eius ab humano immutetur, & cor ferę detur ei. De ſcientia vero tam inter theologos quam inter ciuiles & etiam canonicos illi qui aliquid ſciunt, ſtatim de ſeipſis pręſumunt, & omnes alios contemnentes, ſe magnos ſupra omnes credunt, & ſic conditionē propriā non cognoſcunt, contra quos Hiere. 5. Stultus factus eſt omnis homo a ſciētia. ¶ De opulentia ēt patet q̃ ſtatim quando aliquis ditatur, vel ad eminentiā eleuatur, de ſeipſo taliter præſumit, & ſe alijs taliter āteponit, q̃ clarē apparet q̃ ſe nullatenus cognoſcit. vnde Inn. de vili. hu. na. Ambitioſus ſtatim vt ad ſtatū honoris prouectus eſt, in ſuperbiam erigitur, & in iactantiam effrenatur non curat prodeſſe, ſed gloriatur præeſſe. præſumit. ſe meliorem, qui ſe videt ſuperiorē. ¶ De ſanctimonia etiam patet, quia re uera ſunt quidam qui ſtatim quando ſe præpollere in aliqua virtute ſentiunt, vtpotè quia in continentia vel in abſtinentia, vel deuotione, vel oratione alios antecedunt, ſolent ſe mirabiliter reputare, & ſe dignos omni honore reputare. Iob. 12. Ergo vos ſoli eſtis hoīes, & vobiſcum morietur ſapiētia? Iſtud potiſsimè allegari poteſt contra quoſdā religioſos, quibus videtur q̃ in mundo non ſunt homines niſi ipſi, ita breuiter q̃ tantum præſumere de ſeipſis videntur, q̃ ſe homines minimè eſſe recordantur. quod patet, inquantum ardua opera & virtuoſa intantum aggrediunt, q̃ quādoque deficiētes invia, vſque ad finem attingere non merentur. Acres.n. in principio, in fine franguntur, vt dicit Ariſto. Iſti igitur videntur ſimiles quibuſdam melancholicis, quorū imaginatio ita quādoque corrumpitur, q̃ ſe eſſe non homines, ſed volucres opinantur. De quodam enim tali audiui, q̃ ſe eſſe gallum credebat, & manibus percutiens more galli cantabat. De alio etiā audiui q̃ nudum ſe ſub vepribus abſcōdebat, & ſe eſſe philomenam totaliter exiſtimabat. vnde dicebat quando vidit homines. Thy. thy. taceatis, ego ſum philomena. Sic vere chariſſimi corruptus humor.i. corrupta pręſumptio imaginationē multorum hodie inficit, ita q̃ ſe eſſe homines neſciunt, imo aues vel Angelos, vel vltra hominem ſicut dictum eſt, eſſe ſe credunt. imo ſemel legi q̃ duo fratres germani cum in uno deſerto vitam eremiticam aſſumpſiſſent, & pro laborando & operando vnum tugurium elegiſſent, vnus eorum de ſeipſo præſumēs, dixit ſe nolle circa actiua opera laborare, ſed ſolū velle circa cōtemplatiua vacare, nec amplius cibo uti, ſed ſi ſicut Angelus ſpiritualiter uiuere, q̃ cum recedēs à fratre aliquot

quot dies fecisset,& sine cibo diu per desertum vagatus fuisset,horrenda fame correptus,propriam fragilitatem cognouit,& ad tugurium fratris rediens, sibi aperiri & cibum dari poposcit,à quo cum frater peteret quis esset,& ipse se fratrē suum diceret,econtra frater deridendo dixit. Nequaquam es frater meus, frater.n. meus Angelus factus est.& sic eum vsque mane in verbis tenens,sibi cellulam aperuit, qui operari incipiens,nequaquam de seipso amplius præsumpsit. Et re vera charissimi,qn̄ Deus videt tales præsumptuosos,solet ipsos qn̄que sibijpsis dimittere, & labi in peccatum dimittere,vt ex proprio casu discant fragilitatem proprium cogitare.vnde Greg.28.morum Sæpe inquit pia Dei dispensatione agitur, vt de se confidens aīa tentationis iaculo feriatur, vt infirmata,quid sit inueniat,& de seipsa amplius non p̄sumat. Seneca etiam in prouerbijs dicit ꝙ cautio est in reliquū lapsus anterior.Ideo charissimi non impediamur à præsumptionis fatuitate,nec auaritiæ cupiditate,nec à mundana prosperitate, sed pro Deo videat quilibet semetipsum, iuxta illud Oseæ 5.Vidit Effraim languorem suū.vnde Chrisost.de symbolo.libro 3.Est principium sapientiam affectantis,cogitare quid sit,quid intra,quid extra,quid supra.Hæc.n.consideratio quadruplicem fructum parit, videlicet vtilitatem sibi, charitatem Christi,contemptum mundi,& amorem ꝓximi. Igitur videnda est humana vilitas,quę est interior In directū
G inquit.¶Tertio dico ꝙ videnda est fraterna charitas,quę est exterior,& hoc ostenditur in illa syllaba, & quæ est coniunctio copulatiua, significans illos qui nobis sunt vicinitate & familiaritate vel charitate coniuncti, quia.s.à nobis sunt videndi benigniter,vtiliter diligendi, & secundū merita ꝓmouendi.Vide inquit.Dan.9.Aperi oculos,& vide. Homo.n.vt cōiter pōt videre tria.s.Illa quæ sunt clara, Illa quæ sunt ꝓpinqua,& non nimis remota,Illa quæ sunt solida,& non nimis rara. Sic vere homo debet valde videre & attendere ad res claras,i.ad viros iustos scientificos & sanctos, vt ipsos ꝓmoueat & honoret.Item ad res propinquas,vt familiares & seruitores,vt eos stipendiet & remuneret. Item ad res solidas.i.ad bonos & fideles amicos, vt eos summe diligat & cōsideret.Quod tn̄ hodie est contra multos, quia proh dolor, iam non est aliquis qui videat Viros scientificos in paupertate iacentes.Seruitores bonos in dominorum domibus laborantes.Veros & fideles amicos aliorum auxilium implorantes.Re vera charissimi videtur de viris sufficiētib.ꝙ ipsi sunt similes carbunculo,de quo dicit Dioscorides ꝙ eius lux celat,& prodit oscuritas,quia.s.iste lapis de die non rutilat,sed de nocte. Sic vere isti in die præsentis vitæ in oculis mundanorum nō rutilant nec apparent,quia.s.isti eos non reputant nec honorant,nec eos promouent aut vident,sicut patet De democrito,de quo dicit Tullius lib.5.Tusculanarū quæstionum.Veni athenas inquit democritus, nec ibi quisquam me agnouit.Veruntamen de nocte post mortem isti splendebūt & videbuntur, & coram Deo & Angelis eorum sufficientiæ demonstrabuntur.psa. Nox illuminatio mea in delicijs meis & ideo videtur ꝙ mundus & mundani sint figurati in Heli.1. Reg.3.De quo dr̄ ꝙ non poterat videre lucernam Dei, donec extingueret. Vnde de isto vr̄ scriptura supponere ꝙ melius lucernam extinctam,videret quā illuminatam,melius rē obscuram quam claram.Sic vere mundus & mundani meliꝰ vident malos quam bonos,extinctos quam illuminatos,imbecilles & inscios quam sufficientes & bonos. Apparet autē ꝙ tales mali melius à mundo videntur, pro eo ꝙ isti ab eo ꝓmouentur, boni vero impromoti ab ingratis hominibus dimittuntur.Vnde de istis bene potest dici illud Exod. 10.Tribus diebus nemo vidit fratrem suum.Et si vis dic ꝙ tres mali dies sunt qui impediunt diuites ne videant fratres suos, & ne cognoscant aut promoueant illos quos videre & cognoscere tenebantur, quæ sunt tria vitia quibus diuites hodie sunt infecti,scilicet.

Vitium
- Ingratæ obliuionis.
- Distractę intentionis.
- Carnalis affectionis.

Et istud patet de vitio ingratitudinis,quia vere nullus est qui sit gratus,nec erga benefactorem, nec erga seruitores,non vident.n.hoīem,nec de eius promotione cogitāt, nisi quandiu pręsentialiter vel munera vel seruitia ab eo recipiunt & reportant,quinimo statim ei dorsum vertūt.& de eo amplius nihil curant.Et ideo similes sunt lynci, de qua dicit Petrus Damianus in quodam sermone,ꝙ quāuis lympidissimū visum habeat,memorriā tn̄ habet debilē, intantū ꝙ qn̄ faciē suam auertit oē illud quod ante se viderat, obliuioni tradit. Sic vere ingrati nullum vident nisi p̄sentem, & eis principaliter obsequentē.Vnde Seneca bene dicit ꝙ memoria beneficiorum labilis est. Istis.n.ingratis vr̄ ꝙ oīa eis fiant ex debito,& ideo oīa beneficia & seruitia,& oēs labores hominum solent absorbere,& pauperes seruitores irremunera tos dimittere.Similes.n.sunt duobus fontib.qui ſm Plinium sunt in agro cannensi hispaniæ, quorū vnus nihil recipit,alter aūt oīa absorbet.Quia.s.vt dictum est, pauperes seruitores nihil recipiunt,mali vero dn̄i & diuites oīa seruitia & beneficia absorbent & deglutunt. Iob 40. Absorbebit fluuiū, & non mirabitur. habet.n.fiduciam ꝙ influat Iordanis in os suum.Et bene dicit nō mirabitur quia isti sicut dictū est,credunt sibi cuncta ex debito fieri.& ideo non solent de munerib.aut hoīum laborib.admirari.O ingrata gn̄atio diuitū,vt quid est manus tua ad accipiendum porrecta,ad tribuendū collecta)Eccl.4.Interroga.supple iumenta,& docebūt te,& volatilia,& indicabunt tibi Iob 12.Quia re uera vix est dare aliquod aīal ingratum p̄ter hoīem. Audi rogo te quid dicit ille autor naturalis historiæ li.8.c.17.vbi agit de gratitudine aīalium & bestiarum. Dicit.n.democritū narrare ꝙ quidam homo dictus Thoas,dum erat puer, in aphrica dracūculum nutriebat,& ac si esset parens seruentis,mannualiter educauit, qui dum tandem ab horrendam quantitatē creuisset,timuit puer ne à dracone hmōi voraretur, quapropter ipsum longè in solitudinem duxit, & ibi eum suæ libertati dimisit. Accidit ergo lapsu tp̄is ꝙ illac Thoas per illas solitudines transiens,à latronibus inuaderetur, & ꝙ vox illius clamātis à dracone illo audiretur & intelligeretur,qui statim ad locū currens, latrones in fugam vertit & nutritorem suum de eorum manib.liberauit. Hic ergo aduertat ingratus homo,an non debeat recognoscere suum benefactorem seu etiā seruitorem,qn̄ videt ꝙ draco liberat suum nutritorem.Ideo beatus Bernardcs super Cantica pulchre istud vitium detestat. Ingratitudo inquit inimica est aīæ, exinanitio meritorū virtutum dispersio,beneficiorū perditio, ventus vrens,siccans fontem pietatis,rorem misericordiæ,fluēta gratiæ.Istud ergo est primum quod impedit ne homoo cognoscat proximum.s.ingratæ obliuionis vitium. ¶Item dico ꝙ istud impedit vitium distractæ attentionis.Sicut.n.serpens dr̄ male ante se videre,pro eo ꝙ oculos in temporib.habeat seu in capitis laterib. sic homo ēt male videt ante se hoīes sufficientes, iustos & sanctos,pro eo ꝙ habet oculos in tēporib.vel capitis laterib.i.in reb. collateralib.s.in exteriorib. negocijs vel diuitijs,quia etiā eius intētio fertur ad consanguineos,nepotes vel collaterales amicos ad dexteram,quia.s.ad illos qui filij sunt fratrū, & ad sinistrā.i.ad illos qui sunt filij sororum, ideo non vident ante se.s.sufficiētiam hoīum bonorum,nec suorum miserias seruitorum. Iob 23. Si ego me vertam ad dexteram,non videbo eum,si ad sinistram, non intelligā.ac si dicat quòd isti vertunt oculos mentis suæ nūc ad dexterā, nunc ad sinistrā, nunc ad negocia, nunc ad officia,nunc ad amicos carnales, nunc ad illos qui munera offerunt vel diuitias temporales nunc ad eos qui ad dexteram adulātur, nūc ad illos qui ad finestram obloquūtur.Ideo alios recognoscere & videre dedignantur. Hoc ergo est ſm impediens.s.vitium distractę intentionis.¶Item tertia mala dies est vitium carnalis affectionis, quia isti ita attente vidēt & diligūt suos carnales nepotulos,ꝙ non vacat eis respicere alienos. Et circa hoc aduerte ꝙ carnalis affectio consanguineorum suorū non solū facit alios obliuioni tradere, imo & ista facit istos plusq̄ valeant reputare. Probatur.n.in scientia perspectiua in illo egregio opusculo de oculo morali per Petrū de sopia recitato,quòd si quis digitū suū ad candelā applicet, & attētissime oculos figat, vnus digitus videbitur sibi duo, & qd̄ magis est mirabile,si claudit oculū dextrum,disparet imago digiti sinistri,si vero sinistrum clauserit,disparebit dextri.cuius rationem difficile est reddere, nisi recurratur ad rationem visualium radiorum,& ad doctrinam perspectiuæ. Sic vere nos & alij viri ecclesiastici ista cęcitate sumus perculsi, quia ad digitos nostros.i.ad nepotes & ad cōsanguineos nostros ita attentè per carnalem effectionem intēdimus,& eos diligimus,quòd p̄ter eos nullū respicimus & videmus quod etiam

etiam vnum vr̃ nobis esse duo, inquantum bonum qđ in eis est duplum, quã sit esse credimus, inquantum quemlibet eorũ duobus alijs æquipollere censemus. Vnde de istis põt exponi illud Act. 1. Videntib. illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorũ, & ecce duo viri astiterũt. Istis inquit ecclesiasticis viris vel quibuslibet alijs effectuosè videntib. & corporaliter aspicientib. eum. s. amicum consanguineum, statim eleuatus est. s. in eorũ reputatione, inquantũ. s. ab istis æstimatur aliquid esse magis quã est & nubes. i. carnalis affectio suscipit & tollit hominem hmõi ab oculis eorum. i. à iudicio euidentis veritatis. Et ideo sequitur. Ecce duo viri astiterũt in vestib. albis quia. s. vt dictum est, vnus apparet esse duo eis in sufficientia & valore, vnũ bonum quod in eis est vr̃ talibus maius duplo. Quod etiam figurari põt Ecc. 46, vbi de Iosue dr̃ in iracũdia sua impeditus est sol, & facta est vna dies quasi duo: in iracundia. n. i. in carnali affectione nostra quæ contra nos prouocat iram Dei, impeditur sol. i. claritas veri iudicij nr̃i, & sic in mente nostra fit vna dies quasi duo. i. vnus talis à nobis dilectus reputatur valere duos. Sed aduertamꝰ vltra. Dictũ est. n. ꝙ clauso vno oculo. s. dextro, disparet imago sinistra illius digiti, & econuerso clauso sinistro, disparet dextra. Charissimi nos habemus duos oculos. i. duo iudicia. s. dextrum. i. iudicium certũ quod iudicat veritatem, quod est verum & spirituale, & sinistrum quod iudicat falsitatem, quod est falsum vel carnale. Isti etiam habẽt duas imaginationes. s. dexteram quæ signat aliqua eorũ bona, & sinistram quæ signat sua mala. Ista ergo est veritas, ꝙ qñ homo clausũ habet oculũ dextrũ. i. ũerũ iudiciũ. & solũ considerat tales dilectos cum sinistro oculo carnalis affectionis, tunc disparet imago sinistra eorum, & apparet solum dextera eorũ, quia. s. tunc oĩa in eis videbimus esse dextera & bona, nulla vero sinistra & mala, sicut iam in multis apparet, qui quia oculũ dextrum veri iudicij perdiderunt, & solum oculum sinistrũ carnalis affectus retinuerunt, ideo nulla sinistra. s. mala in talib. conspiciunt, sed oĩa in eis dextra & vtilia esse credũt &c. Figurati in viris Iabes Galaad. 1. Reg. 11. cum quibus Naas qui coluber interpretatur, diabolus. s. princeps filiorũ amõ, pactum volebat facere, ita ꝙ erueret oculos eorum dextros. Sic coluber diabolus vr̃ nobiscum tale pactũ fecisse, & dextros oculos veri iudicij eruisse, & solos oculos sinistros. i. affectuosum iudicium dimisisse, ita ꝙ iam isti tales à nobis dilecti possunt dicere illud Gal. 4. Testimonium perhibeo vobis, quia si fieri potest, oculos vestros eruissetis, & dedissetis nobis. Vnde ẽt de nobis iam vr̃ loqui scriptura Zach 11. Gladium super brachiũ eius, & super oculum eius dextrũ. brachium eius ariditate siccabitur, & oculus eius dexter obtenebrescens obscurabitur. Brachiũ est operatio, oculus dexter est vera cognitio. quæ. s. quasi correlatiuè se habent, quia qñ oculus dexter veri iudicij obscuratur, tunc & brachium dextrum. i. fortitudo bonorũ operũ exiccatur. Sed quid? pro certo charissimi si contrarium faceremus, & tales digitos. s. dilectos siue tales de quibus nos dicimꝰ, vere digitus est hic (Exo. 8.) clauso oculo sinistro carnalis affectus, cum dextro oculo veri iudicij consideremus, tunc vere cõtrario modo iudicaremus, quia. s. tunc sola imago sinistra appareret, dextra aũt disparet, inquãtum oĩa in eis praua cognosceremus, & pauca vtilia in eis videremus. Ideo breuiter tales p̃nt dicere illud Gen. 13. Si ad dexteram ieris, ego sinistram tenebo, si ad sinistram &c. Ac si diceret talis sic affectuosè visus, si ru vadas ad dexterã me directè considerando, tunc ego sinistrã tenebo, inquantum oĩa in me videbis inutilia & sinistra. Ecõtra vero si ad sinistrã. ieris. i. carnalis affectione videbis, tunc econtra ego ad dexteram pergam, inquantum oĩa in me apparebunt esse virtuosa & dextera & bona. Et ideo breuiter contra nos & alios carnales affectuosos loquitur scriptura Iob. 10. dicens. Nũquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut homo videt, & tu videbis? q. d. ꝙ sic. Ergo patet ꝙ tribus diebus nemo vidit fratrẽ suum, & qũo illa tria vitia. s. carnalis affectio, mentalis distractio, & ingratitudinis obliuio impediunt ne proximos videamus. Quod bene figuratum est in illo pincerna Pharaonis, qui post tres dies ad officium restitutus, succedentib. prosperis oblitus est interpretis sui. s. Ioseph. qui in carcere etiam sibi seruierat. Ad denotandũ ꝙ illi qui post istos tres dies. i. post ista tria vitia ad dignitates & officia promouentur, suorum seruitorum, & bonarum personarũ succedentib. sibi prosperis obliuiscũtur. Non sic charissimi, sed videamus viros proximos benemeritos & prouectos. Et vide inquit. vt quilibet dicat de tali Io. 9. Abijt & laui & vidi. Idcirco dico ꝙ videnda est mundana vanitas, quæ est exterior. & vidi inquit. ¶ Quartò dico ꝙ videnda est mundana vanitas quæ est inferior, cum dr̃. De loco in quo stas. quia. s. locꝰ in quo nunc sumus & nunc viuimus, est mundus, qui re uera debet videri, & q̃ plurimum respui. & horreri. Est. n. mũdus sicut basiliscus, qui occidit hoĩem si primo eum viderit, si tñ ab hoĩe præuisus fuerit, non nocebit. Vnde in vitas patrum legitur de fratre sancto, qui casu in deserto vidit basiliscũ, & statim territus clamauit (& non mirũ si serpens hoĩem interficit videndo, quia sicut Solinus ponit, In scythia fuerũt mulieres cum duplici pupilla in oculo, quæ visu si quẽ viderant iratæ occidebant. Vnde Plin. li. 6. c. 2. Cicero auctor est ꝙ cũ Deus naturę, ferarum more comedendi carnes humanas in aliquibus hoĩbus rabiem posuisset, in quorundam etiã oculis venena posuit, vt nullum malum esset quod hoĩ deesset) O Deus inquit aut mihi moriendum est, aut isti, & statim basiliscus crepuit. fuerat. n. præuisus, vt supra ponitur. Basiliscus aĩal venenosissimum significat mũdum, cuius visus. i. cuius fauor aĩam spiritualiter occidit, & aues. s. contemplatiuos à volatu altę contemplationis peruertit. videre istius Basilisci significat mundi promotiones, quia tunc aliquẽ videre dr̃ & respicere, qñ solet eum honorare & promouere, iuxta illud psal. Respice in me & miserere mei. Vide aũt vt iam pluries dixi, discretionem seu lympidam cognitionem significat, quæ. s. ẽm considerationem significat veritatem atque pensat. Igitur ista est veritas, ꝙ Basiliscus. i. præsens mundus viderit primo aliquem. i. promouerit vel exaltauerit ipsum, pro certo per diuersa vitia enecabit, inquantum. s. mediante tali visu superbiam, luxuriam & auaritiam in eo generabit. Iste. n. potest dici mulier cum pupilla duplici. Mulier dr̃ ꝑꝑ rerum suarum inconstantiam, duplex vero pupilla propter diuitiarum & honorum resplendentiam. Et ideo si istis duabus pupillis hoĩem viderit. i. si alicui fauendo honores & diuitias dederit, re uera facilè erit ꝙ ipsum spiritualiter venenabit, quia talis est visus periculosus, & ijs qui sic visi sunt, venenosus, iuxta illud quod dicit de muliere Prouę. 23. Fauea profunda meretrix, & puteus angustus, aliena insidiatur in via quasi latro, & quos incautos viderit interficiet. Mundus . n. dr̃ meretrix, quia magis dantẽ prædiligere noscitur, solũque ꝑꝑ lucrum hominem sequitur. Dr̃ fouea, quia in eius pericula facilè caditur. Dr̃ puteus augustus, quia exinde difficiliter exitur. Dr̃ quasi latro insidiari, quia fallaciis, & insidijs est totus plenus. Dr̃ quos viderit occidere, quia qui ab ipso visi & promoti fuerint, si non sunt cauti, diuersis insidijs moriũtur. Sed quid? De isto prócul dubio Basilisco dico, ab homine discreto præuideatur, & ipsius vanitas cognoscat, tunc nocere non poterit, dato ꝙ gloria eius obtineatur. Mundus . n. solum interficit qui eum nõ videt, nec vanitatem eius aut iniquitatem attendit, quia si eius vanitas & iniquitas præuidetur homo indemnis & immunis meretur euadere. vnde Naum . Oĩs qui viderit te. resiliet à te. Quia pro certo qui viderit mundum, ab amore eius resiliet & exibit. Et sic eum viderat Sapiens, qui dicebat Ecclesi. 1. Vidi cuncta quæ sunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Vide ergo de loco in quo nunc es. i. de mundo. Matth. 28. Venite & videte locum. & Genes. 22. Vidit locum procul. Videri ergò debet mundana vanitas, quæ est respueda. ¶ Quintò dico ꝙ videnda est egeni paupertas, quæ est nutrienda, quia. s. nos debemꝰ videre misericorditer pauperes, & ipsos misericorditer confouere. Homo. n. medicus magis libenter videt mẽbra læsa quam sana vel illæsa, & hoc ẽm doctrinam Christi Matth. 9. non est opus valentib. medicus, sed mala habentib. Sic vere pauperes tribulati, infirmi vel læsi sunt libentius à nobis videndi & benigniter recipiendi, quam illi qui nullo indigent. s. diuites & opulenti, seu in prosperitatib. constituti. Exemplo Samaritani, de quo dr̃ Lucæ 10. ꝙ sauciato appropians, videns eum misericordia motus est, & lauans vulnera eius, adhibuit oleum & vinum. Et hoc ostenditur cum dr̃ ꝙ nos debemus videre ad aquilonem, quia. s. pars acquilonis quæ est frigida, sterilis & munda, pauperes signat, qui. s. sunt nudi propter frigiditatem, sicci propter famem, steriles & egeni propter paupertatem, quia sicut dicitur Hiere.

1. Ab

1. Ab aquilone pandetur omne malū. & Eccl. 1. Ventus aquilo &c. Ad aquilonem ergo.i. ad pauperes debemus respicere, & ipsis misericorditer subuenire. Exemplo beatę virginis imaginis, quæ ad aquilonē solet esse iuxta imaginē crucifixi filij sui benedicti. Quia.s. Christus dextram perpetuæ largitatis pauperib. porrigit, & beata virgo ipsos associat & custodit. Sic & nos debemus ad ipsos dexteram extendere bona largiēdo. Esa. 42. Dicam aquiloni, da. Et eos debemus associare, & in necessitatib. visitando, & ad partem aquilonarem stare, desolatorum pauperum iustitiam confouendo. ps. Oculi eius in paupertatem respiciunt. Sed proh dolor videt hodie ꝙ homines contra faciunt, quia pauperem non vident, nec respiciunt multa genera personarum.s.

Tyranni rapaces.
Auari tenaces.
Iudices fallaces.
Amici nugaces.

¶ Dico ꝙ pauperes miserando nōn vident tyranni rapaces sicut, sunt mali principes officiales, balliui, & dn̄orum familiares, qui pauperib. non miserantur, nec ad eorum paupertatem attendere dignantur, sed magis contra eos quam contra diuites debacchantur, Figurati in Saul & in socijs suis, de quibus dr̄. 1. Re. 15. ꝙ pepercerunt pinguiorib. Amalech, quicquid aūt vile & reprobum fuit, demoliti sunt. Quia pro certo isti ꝑdicti rex Saul & socij eius.i. mūdi principes & eorum balliui necnon & quicunque vsurarij & tyranni, fouent diuites & pingues, & deprędantur reprobos & pauperes & viliores. ps. Insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum. Et bene dicit dum attrahit eum, quia.s. balliui & vsurarij obsequio attrahunt, diuitibus blandiendo, occidunt officio pauperes exhæredando. Isti tn̄ non deberēt auferre, sed conferre, quia sicut dr̄ Prou. 11. Alij rapiunt nōn sua, & semper in egestate sunt. Alij vero diuidunt propria, & ditiores sunt. Quia sicut dr̄ Prouer. 28. qui dat pauperi, non indigebit. Pauperes ergo non videtur à tyrannis rapacib. ¶ Itē adhuc dico ꝙ non videntur ab auaris tenacib. quia sicut patet, diuites auari nō dignātur pauperes respicere, nec aliquid eis erogare. Similes situlæ plenæ, q̄ vertit dorsum ad puteum, quia.s. isti diuites pleni dorsum vertunt inhumaniter ad pauperes & egenos. Figurati in illo Leuita Luc. 10. vbi. vr̄ ꝙ viso sauciato pertransijt, eiq; munus misericordiæ non impendit, contra illud Thob. 4. Ex substātia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, vt sic dicat cum propheta illud Esa. 66. c. Ad quem inquit respiciā nisi pauperem & contritum corde? Ergo non videntur hoīes pauperes ab auaris tenacib. ¶ Etiam dico ꝙ non videntur ab iniquis iudicib. qui causas pauperum non dignantur respicere, sed magis solent ipsas dissimulare & ꝓtrahere, & contra eorum instantiam diuites sustinere. Ideo contra tales loquitur Innocentius de vilitate humanæ naturæ, vbi dicit sic. Vos non intenditis merita causarum, sed ꝑsonarum, non iura, sed munera, non quod rō dictet, sed quod voluntas affectet, non quod cor sentiat, sed quod mens cupiat, non quod liceat, sed quod libeat. Sequitur. Pauperū cās cum mora protrahitis, diuitum tn̄ cum instantia promouetis, in illis rigorem ostenditis, in istis cum mansuetudine dispensatis, illos difficulter respicitis, istos cum fauore tractatis, illos negligenter auditis, istos subtiliter auscultatis. Patet ergo qūo videtur miseria malignis iudicib. ¶ Denique dico ꝙ isti non videntur ab amicis nugacibus, quia.s. mundani amici, ita sunt ficti & falsi, ita inconstantes & vani, ꝙ si quis amicus eorum ad paupertatem venerit, vel aliquod infortunium incurrit, nullus amplius ipsum respicere vel videre curabit. Et hoc probo.

Exemplo naturali.
Aenigmate figurali.
Problemate fabulari.
Auctoritate scripturali.

¶ Probando ergo per naturā possum eos naturaliter comparare struthioni quę est auis summè obliuiosa, intantū ꝙ postquā in desertis æthiopiæ in sabulo ouum suum ponit, statim obliuiscitur vbi ipsum posuerit & dimisit. Vnde etiam de hoc cōcordat scriptura Iob 39. vbi dr̄ de struthione ꝙ priuauit eam Deus sapiētia. qn̄. n. ponit in arena oua sua, obliuiscitur vbi posuit ea, sed ꝓ certo istud ouum sic in arena oblitum, virtute solis fouetur, & in volucrē transformatur, q̄ videns mater assumptis plumis sibi similem, ipsum filium recognoscit, & ipsum recipiens & diligens, de eo optime recordatur. Sic vere faciūt hodie amici mundani, qui postquam ouum suum.i. aliquis consanguineus & amicus ad sabulum sterilitatis & paupertatis peruenit ipsum statim obliuiscuntur & contemnunt, ipsumq; amplius non respiciunt sed pro certo si contingit ꝙ virtute solis.i. misericordia diuina talis sic despect⁹ fiat de sabulo paupertatis auis plumosa.i. diues efficiatur, & de ouo in pullum.i. de paupere in diuitem conuertatur, & plumis.i. diuitijs & beneficijs induatur, tunc statim ab ista matre.i. ab isto fallaci amico vel parente recolligitur, & tanquā pullus.i. tanquā partus vel cōsanguineus recipitur, qui antea spernebat. ¶ Et hoc vlterius probo per figurā, quia Dan. 4. dr̄ ꝙ Nabuchodonosor rex Babylonis mutatus fuit in bestiam, & statim à principib. suis de solio regni sui fuit eiectus. tandē vero post septem tp̄a de bestia mutatus fuit in homine, & in solium regni sui statim ab eisdē principib. est erectus & restitutus. Sic vere charissimi hodie si contingat ꝙ aliquis amissa figurā humana.i. exteriori prosperitate & statu, in bestiam.i. in pauperē conuertatur, pro certo principes.i. priores amici sui ipsum contemnunt, eijciunt & detestātur, & eū videre dedignant. Sed pro certo si contingat eum de bestia in hoīem.i. de paupere in diuitem remutari, statim ipsum recipere, aduocare & ad honorē restituere cōprobantur. Probat ēt hoc ꝑ poeticam fabulam vel fictură. Calisto. n. ex ira Iunonis fingitur in vrsam mutata, & quanuis mētem sp retineret humanam, humana tn̄ figura eidem penitus est adempta. Arcas autē filius suus semel ad venationem properans, matrem inuenit, quam ꝑꝑ mutationem naturæ nullatenus recognouit. Ipsa tn̄ eum videns, affectu ducta materno, ad eum venit, qui timens, eam sagittare voluit, sed ea clamante Iupiter impediuit. Sic vere charissimi, si mater.i. aliquis amicus vel benefactor vel consanguineus visa.i. pauper efficitur, amplius nō cognoscitur, & dato & ipsa vrsa.i. ipse pauper filium.i. priorem amicum vel consanguineum bene cognoscat, & ad ipsum petendo auxilium respiciat, & ad eum veniat, ipse tn̄ fictus & malus filius & amicus ipsam non respicit, sed sagittet, & sagittis malorum verborum ipsam qnque percutit atq; grauat. ¶ Et hoc vlterius per scripturam patet Gen. 22. vbi de Ioseph captiuato dr̄ ꝙ fratres ipse cognoscens, non est agnitus ab eis. Quod ēt proh dolor de proprijs filijs naturalib. habetur, quia.s. pauperes parentes videre & respicere dedignantur, iuxta illud Proue. 14. Etiam proximo suo pauper odiosus erit. Et in isto articulo videntur reprehensibiles multi q̄ de paupere statu ad officia & alta fastigia veniunt, qui pro certo consanguineos pauperes vel amicos præ cęteris despiciunt & contemnunt. contra quos Innocē. vbi supra. Ambitiosus inquit statim vt ad honorē promotus est, in superbiā erigitur, in iactantiā effręnatur, non curat prodesse, sed gloriatur præesse, præsumit se meliorem, quo se videt superiorē priores detestatur amicos, notos ignorat, externos comites eligit, contemnit antiquos, vultū auertit, ceruicem erigit, fastum prætendit, grandia loquitur, subtilia meditat, subesse non patitur, præesse molitur. Et vt breuiter cōcludam, tales videntur figurati in Samuele, de quo dr̄ 1. Reg. 15. ꝙ postquā fuit Saul à dn̄o reprobatus, non vidit Samuel vltra Saul. Nō sic charissimi, nō simus amici fallaces, nec simus iudices seu aduocati rapaces, nec auaritenaces ad egenos, sed misericorditer nos habeamus ad ipsos, & maxime ad priores & familiares proximos & amicos, quia sicut dr̄ Prou. 14. Qui despicit proximum suum, peccat, & qui miseretur pauperi, beatus erit. Exo. 15. Viderunt filij Israel ægyptios mortuos sup littus maris. Vide inquit ad aquilonem.i. respice pauperē. Hie. 1. Ollam succensam ego video, & facies eius ad aquilonem. Dico ergo ꝙ videri debet egeni paupertas, q̄ est nutrienda, & hoc est quintum quod est videndum. K ¶ Sextò dico ꝙ videri debet malorum prauitas quæ est punienda & fugienda. & hoc ostenditur cum dr̄. Ad meridiem. Pars. n. meridionalis vbi. s. est prouincia gauloliæ, vbi s̄m Geruasium oceanus sicut olla præ calore, feruet vbi est prouincia thozoniæ, quæ perpetuis incendijs semper flammat & ardet, vbi est prouincia æthiopię, quæ monstris & serpentib. abundat & scatet, & tn̄ his non obstantibus à sole plus cōtingit illuminari. & ampliori claritate pollere, peccatorem signat, qui serpentib.i. vitijs est plenus per carnis concupiscentiam, est corrosus per auaritiam, & per superbiam & discordiam est feruidus, tamen præ ceteris hominibus splendore humanæ gloriæ est lucidus

tidus atq; clarus. Esa. 57. Impii quasi mare feruens, qđ quiescere nõ valet. Tales. n. videndi sunt. i. excutiendi, & examinādi & ab inferiorib. declinandi & contēnendi, à superioribus vero castigandi & puniendi, iuxta illud Pli. Videte canes, videte malos operarios. psal. Vidi impium superexaltatū &c. vt de tali meridie dicatur illud Amos 8. Occidit Sol in meridie. Vt nunc ēt prælati in illis duodecim bobus figurētur, de quibus tres respiciebant ad meridiem 3. Reg. 7. Quod tñ. est contra multos malos iudices, qui non vident nec examinant malos & publicos pctóres, imo clausis oculis trāseunt, & eos facere permittunt quicquid volunt, ipsosq; non puniunt nec arguunt, sed potius sustinent, & defendūt, sicut patet ad litteram de vsurarijs manifestis. Et si tu petis cām qua re isti non vident tales, dico ꝙ duplex pōt esse cā. s. munerū excęcatio, & timoris remollitio. De excęcatione. n. patet ꝙ dona & munera q̄ mali iudices respiciunt, oculos eis claudunt. Ophtalius. n. lapis præciosus est, qui si ab aliquo portetur, ita illudit oculos aliorum, ꝙ illum qui portat, non respiciunt nec percipiunt. Et ideo de isto dr̄ in lapidario ꝙ asserit furtis tutissimus esse patronus. Sic vere charissimi q̄n aliquis malus timet à iudicib. videri, discuti & puniri, solet adhibere lapidē ophtalium p̄ciosum. i. optabilia munera atq; dona. Et sic pro certo dum ista offert iudicibus, atq; prælatis p̄sentat, oculos sui iudicij illudit & excęcat, ita ꝙ ipsum tunc nequeunt perpendere nec videre, quinimo ac si non viderent, solent ipsum impunitum dimittere & transire, & sic mali inuisi & impuniti transeunt, & iudicum oculos cum suis muneribus sic illudunt. Deut. 16. Munera excęcant oculos sapiētum, & peruertunt verba iustorū. Item isti omittunt videre malos remollitione timoris, qđ patet, quia. s. mali fallaces & iniqui q̄nq́ nitūtur in suum visorem & inquisitorem insurgere, & eum diffamare, lædere & grauare. Geruasius. n. narrat esse quoddā stagnum in finibus scotię iuxta occanum qđ omni die fluit & refluit. Iuxta illud stagnum accidit mirabile, quod si faciem quis ad stagnū vertat, aqua quasi fortis pluuia dispergitur, & ipsum stagnū quasi indignatum supra sic vidētem & respicientē insurgit, vt vix sine periculo euadat. si vero stagnū nō respiciat aut videat, sed sibi potius dorsum vertat, tūc aquis eius non aspergitur, nec tumor eius nec tēpestas aliqua sentitur. Sic vere in hoc sunt mali huic stagno similes, quia in suis malitijs nolunt videri, quinimo q̄n prælatus eos videre & examinare, & eorū malitiā explorare & cognoscere nititur, statim fluctibus infamiarum & iniuriarum & rixarum ac appellationum ab eis impetitur, qui tñ si faciē auerteret, & dissimulando transiret, in pace dimitteret, nec ab ipsis malis subditis lęderetur. Quapropter hodie multi superiores compelluntur sub dissimulatione transire, & malorum culpas non corrigere vel videre. Sicut. n. dr̄ Prou. 15. Non amat pestilens eum qui se corripit. Ideo de tali iudice qui sic per malos subditos dissimulare cogitur, dr̄ Ecclesi. 19. Est qui declinat faciē suam, & fingit se nō videre quod ignoratum est. Non sic charissimi, non simus dissimulātes malos, sed aspicientes & discutientes, & s̄m iustitiam punientes. Et re vera sicut dictum est, videri debet malorū prauitas, quæ
L est punienda. Ad meridiem inquit. ¶ Septimò dico ꝙ videri debet fęlicitas cœli, quæ est appetenda, & hoc ostenditur cū. dr̄ Ad orientem. Pars. n. orientalis quæ est luminosior, & in qua sol oritur paradisum designat, vbi lumen æternę glorię construuetur, & vnde sol iustitiæ Christus mundo oritur atque datur. Iste ergo locus debet videri, & in mente & desiderio sp̄ haberi, & totis desiderijs semper affectari, quod vtique in tabernaculo fęderis figuratur quod in oībus partibus erat clausum, & solū ad orientē & ad lucis ingressum aperiebatur. Ad denotandū ꝙ tabernaculum cordis debet esse clausum ad terrena, apertum uero ad orientem. i. ad cęlestia & superna. Gen. 28. Dilataberis ad orientē. Et in Psa. Ascēdisti super cęlum cœlorum ad orientē. quia orientalia. i. bona ęterna debent videri & contēplari, desiderari & affectari, bona vero terrestria respui, sperni, & abdicari. vnde Esaia. 33. Oculi tui videbunt Hierusalem regionē opulentam, tabernaculum quod amplius transferri nō pōt. Peregrinus. n. qui est captiuus in terra aliena, libenter recordatur patriam suā, & multum appetit reditum ad eandē. Vnde in persona captiuorum dr̄ in psa. Super flumina babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui syon. Sic vere nos qui sumus peregrini & hospites super terram, & qui non habemus hic manentē ciuitatē, sed futurā inquirimus (Heb. 13.) Debem' patriā nostrā de qua cecidimus, paradisum. s. mentaliter videre, & ad eandē totis affectib. anhelare. Vnde ps. Vt videat bona Hierusalem oībus diebus vitæ tuæ. Quod tñ est hodie proh dolor contra multos, qui. s. orientē. i. paradisum non vident, nec quæ & quanta sint illa bona considerant, quinimo intantū sunt allecti bonis moralib. & caducis huius mūdi ꝙ nunquam mori vellent, & ꝙ sp bona terrena possiderent. Sicut. n. ponit Plin. in Aphrica est quædā arbor q̄ dr̄ lethæ, qđ interpretatur obliuio, & hoc quia facit peregrinos obliuisci patriā. & hoc pro tanto dr̄, ꝙ fructus istius arboris est opulentissimus, & vero loco panis est eius fructus dulcissimus, & bibitur ab eis loco vini, quapropter cum incolæ & aduenæ inueniunt in ista arbore vnde sine labore pn̄t viuere, non q̄runt amplius patriam suam ingredi nec videre, sicut ponit Plin. 30. lib. 3. Naturalis mūdi historiæ. In illis. n. partib. aphricæ est quidam fluuius dictus lethæ, qui obliuionem inducit, quapropter lethæ. i. obiuio dictus fuit, quem. s. pp hoc garrulitas poetica s̄m infernalem fluuium esse dixit. Sic vere charissimi arbor mundanæ vitæ & mundanæ prosperitatis & status cum sua altitudine eminētiarum, cum suo succo deliciarum, & cum suis fructib. diuitiarum, necnon fluuius infernalis mundialium scientiarum, ita hodie alliciunt mentes nostras, ꝙ dato ꝙ simus peregrini & aduenæ in hoc mūdo, iuxta illud Hebr. 11. Peregrini & hospites sunt super terrā, nihilominus tñ delectamur super terrā & in istis terrenis ꝙ patriam nostrā. s. paradisum obliuiscimur, & ꝙ ab eius visu & consideratione penitus impedimur. Figurati in Loth. qui interpretatur declinans, qui videns regionē circa iordanē qui irrigabatur aquis sicut paradisus, elegit habitare ibidē, & recessit ab oriente. Sic vere peccator qui facit malum & declinat à bono, regionem iordanis. i. mundum & irriguū prosperitatis eligit, & ab oriente. i. à paradisi & æternæ lucis amore fugit & recedit. Super quod vr̄ posse dici illud Iob 20. Nō videbit riuulos torrentis mellis & butyri. Non sic charissimi, sed videamus ad orientem. i. ad paradisum psal. Credo videre bona dñi, in terra viuentium. Vederi ergo debet cęli fęlicitas, quæ est appetendo. Ad orientem inquit Zacha. 6. Oriens nomen eius, & cum eo orietur lux eius. Si vis declarare, dic quomodo in oriente sunt multa nobilia. s. species, preciosi lapides, elephantes &c. ac applica ad bona paradisi, vel ad ipsos beatos. ¶ Octauò dico ꝙ uideri debet finis necessitas, q̄ M est præuidenda, & hoc ostenditur cum dr̄. Ad occidentem. Pars. n. occidentalis ad quā continuè currit sol, & q̄ cōtinuè respicit, & vbi solis claritas deficit & occidit, finem nostrum significat, ad quem vita nostra continuè labitur, in quo claritas vitę nostræ cessat & moritur, ad quem quilibet respicere & præmeditari tenetur. Iosuæ. 1. Vsq; ad solis occasum erūt termini vestri. Dum. n. pauo videt pedes suos, fastum rotæ & caudæ propter cuius pulchritudinem superbierat, deponit & remouet. Sic vere si pedes nostros & finem vitæ nostrę & affectiones bene considerando cernimus, nunquā procul dubio superbimus, sed etiam fastum & pompam deponimus & laxamus. Dan. 2. Tu rex cogitare cępisti in stratu tuo, quid futurum esset post hoc. Et sic pòsset notari, quòd circa finem consideranda & videnda sunt multa, scilicet quia ibi videre debemus.

Mortis horrorem.	¶ De morte patet Apoc.
Iudicis terrorem.	6. vbi dicitur. Et ecce e-
Purgatorij ardorem.	quus pallidus. i. hō mor-
Inferni dolorem.	tuus, & qui sedes super
Diaboli furorem.	equū, nomē illius mors.

¶ De iudice patet Apoc. 20. vbi dicitur. Vidi mortuos pusillos & magnos ante thronum, & libri aperti sunt, & mortui iudicati sunt de his quæ scripta in libris erant. ¶ De purgatorij ardore ꝙ sit videndum, patet Hie. 1. vbi dicitur ollam succensam ego video. ¶ De inferni vero dolore videndo & considerando patet Apoc. 20. vbi ait. Vidi angelum descēdentē de cœlo habentem clauem abyssi, & cathenam magnam in manu sua, & comprehendit draconem, & misit eum in abyssum. ¶ Quod etiam diaboli malitia videnda sit patet exēplo Christi, qui dicit Lucæ 10. videbam sathanam tanquam fulgur. Et Hierem. 1. vbi dicitur, virgam vigilantem video. De istis quinque posset magnus fieri tractatus, sed quodlibet habet suam

bet suam materiã in inuentorio.s.morali.vide ibi.Talia.n.videnda sunt vt homo ea timeat,& territus à malo resiliat,& recedat,exemplo leonis,qui dr̃ timere qñ videt ignem,& qñ videt gallum.s.album, & qñ videt verberari catulum,& qñ videt leocesanum aial leonib.venenosum.Sic vere iustus timere debet qñ videt ista posteriora.s.qñ videt ignem purgatorij,& gallum.i.iudicem,strepitum mortis, verberationẽ, & damnationem catuli.i.impij,& venenum hostis nostri diaboli.Vnde de isto visu potest dici illud quod de destructione Damasci dr̃ Zach.9. Ecce dñs percutiet in mari fortitudinem eius,& hæc igni deuorabitur.videbit ascalon &c. Et si vis,inuehe contra diuites, qui non vident ad ista posteriora, similes hyenę,quę non põt flectere collum vt videat post se. Similes etiam quibusdam qui breuem habent visum,qui nõ vident aliquid nisi prope sit &c.Contra quos Thren.1. Sordes eius in pedibus eius,nec recordata est finis sui. Non sic charissimi,sed videatur.

Finis necessitas.
Cœli fœlicitas.
Malorum prauitas.
Pauperum egestas.
Mundana vanitas.
Fraterna charitas.
Humana vilitas.
Diuina maiestas.

¶ Et sic ad istas octo partes oculos mẽtis nr̃æ vertimus,& circunspicimus, in illis sanctis aialibus q̃ habebant oculos ante & retro(Apoc.4.) & in illis rotis quarum corpus in circuitu plenum erat oculis(Ezec.1.)figurati erimus,& sic pro certo nos habebimus in aspectu mentali splẽdorem,quod est primũ principale.Videte inquit.

N ¶ Secũdò principaliter dico q̃ nos debemus habere in affectu morali decorẽ moderantiæ,& hoc ostenditur cum dr̃. Qũo caute. ac si diceret q̃ in oĩbus actibus nr̃is adhiberi debet modus & cautela,quod vtiq; totum facit discretio.vnde Petrus Rauen.in sermo.q̃ discretio modum virtutibus administrat,& sine discretione virtutis vitia reputantur,dicit, Sine ista.n.timor in desperationem,amor in adulationem, spes in p̃sumptionem,lętitia in dissolutionẽ,ira in furorem,dolor in amaritudinem commutantur. Notandum ergo si volumus de isto vocabulo quomodo,quòd multipliciter sumitur in scriptura,tam per modum interrogationis, quam per modum simulationis. Vnde aduerte qiòd quantum ad interrogationem sumitur.

Admiratiuè.
Miseratiuè.
Desolatiuè.
Inquisitiuè.
Allegatiuè.
Reprehensiuè.
Charitatiuè.
Consolatiuè.
Superatiuè.
Superlatiuè.
Comparatiuè.
Regulatiuè.
Ordinatiuè.

Sumatur istud vltimũ quod est nostrum qũo quod.s.ordinẽ & regulã actuũ nostrorũ designat.Qũo inquit cautè ambuletis 1.Thes.4. Quemadmodum accepistis qũo vos oporteat ambulare, ita ambuletis &c. De oĩbus. alijs si vis concordantias, vide supra in litera. Q. tit. qũo Sed aduerte hic & non solum ponitur qũo imo etiam Caute ambuletis, quia.s.in nostris actibus nõ solũ necessarius est modus, vt melius fiant bona,sed necessaria etiam est cautela vt præcaueãtur mala.vnde Sen.li.de mora.dicit sic. Cunctis inquit esto benignus,nemini blandus, paucis familiaris oib. ęqu[9]. sæuior esto iudicio q̃ sermone,vita q̃ vultu, clementiæ cultor,clemens vltor,sęuitiæ detestator,famæ bonæ, nec tuæ seminator,nec alienæ detractor, suspitionis minime credulus, ad iram tardus, ad misericordiã pronus, in aduersis firmus, & in prosperitate cautus, Qũo inquit caute &c.1. Macha.6. Ibant caute & ordinate.Et sic patet ẽm.s. q̃ habere debem[9] in affectu morali decorẽ temperantię.

O ¶ Tertiò principaliter dico q̃ nos debemus habere in profectu reali victorem diligentiæ ostenditur cum dicitur. Ambuletis.i.de vno opere ad aliud procedatis, quia in via bonorũ morum quodlibet bonum opus est vnus passus.Et ideo sicut oĩa aĩalia vt cõiter procedunt anterius eundo,non posterius redeundo, sic oĩs homo qui est per gratiã ajatus, debet anterius per virtutes procedere, & nunquã posterius ad vitia vel tpalia retroire. Exemplo Apostoli.Phil.Quæ retro sunt obliuiscẽs,ad ea vero q̃ ante sunt extendens meipsum, destinatũ prosequor ad brauiũ.Ambuletis inquit.Vt sic possimus figurari in sanctis aĩalibus,de quibus dr̃ Ezec.1.q̃ ipsa erãt quattuor,& quodlibet habebat quattuor facies,habebat quattuor pedes,habebat quattuor alas, & habebat sub alis quattuor pennas, & vnumquodq; ante faciem suam gradiebatur, nec reuertebãtur dum ambularẽt. Istam vide expositã in reductorio meo li.16.Eze.1.Ambuletis ergo.Ad Col.1. Vt ambuletis digne per oĩa deo placentes, in omni opere bono fructificantes & crescentes.Et sic replicando dico q̃ nos debemus habere diligentiæ victorem. Ambuletis. Moderantiæ decorem.Qũo cautè.Sapientiæ splendorem.Videte.Videte ergo quomodo cautè ambuletis,vt.s.exemplo Heliæ in fortitudine cibi isti[9] ambuletis vsque ad mõtem Dei oreb, & vt de virtute in virtutem taliter procedamus, q̃ Deum deorum in syon videamus.Iuxta illud Ioã.1. Vidimus gloriam eius,gloriam quasi vnigenitiã patre plenum gratia & veritate.Quia sicut dicit Aug.Ipse erit finis desideriorum nostrorum,qui sine fine videbitur,sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. quod nobis concedat Christus &c.

¶ Explicit sermo.

Vidua.

Nota q̃ vidua dr̃ illa quæ virum habuit,sed est viri solatio per mortis infortunium destituta. A
Et ideo breuiter in scriptura statum desolabilem & miserabilem designat in bono pariter & in malo. Et ideo breuiter notare possumus q̃ inuenio viduitatem

Honorabilem. Prima est bonarum matronarum.
Miserabilem Secunda est pauperum personarum.
Detestabilem. Tertia est malarum animarum.

¶ Dico primo q̃ est viduitas matronarũ honorabilium,& sic loquitur Apostolus.1.ad Ti. 5.vbi dicit viduas honora,quæ veræ viduæ sunt. Vere.n.viduæ honorandæ sunt, & in reuerentia habendæ. Harũ.n.status in turture designatur, quæ.s. mortuo compare,nulli alio copulatur.s.sola incedẽdo mortem comparis lamentatur, signans vtiq; bonã viduam & honestam quæ mortuo viro nullum alium quærit, sed sola sine cõiuge in viduitate & castitate domino famulatur & seruit, & propter mortem coniugis semper gemit, inquantum pro ipso mortuo dño præces fundit,dicens illud 2.Reg.14.Heu mulier vidua ego sum,mortuus est.n.vir meus.Vnde nota q̃ quæ volunt esse veræ viduæ,debent

Pauperes nutrire.
Infirmis seruire.
Castitatem seruare.
Orationi vacare.
In pœnitentia laborare.

Dico q̃ debent pauperes nutrire per pietatẽ. vnde Heliæ dr̃ 3. Reg.16. Vade in sareptam sydoniorum, præcepi.n.ibi mulieri viduæ vt pascat te.Itẽ dẽnt infirmis seruire per sedulitatẽ.vñ 1. Ti.6.Vidua eligatur in bonis operib.testimonium habens.si hospitio pauperes recepit,si sanctorum pedes lauit,si tribulationẽ patientib. subministrauit.Item debẽt castitatẽ seruare.vnde Esa.47.Venerunt tibi hæc duo similiter,sterilitas & viduitas.Exẽplo palmæ femellæ,quæ p̃cisa palma mascula sibi cõiuncta intra triduum sterilescit.Denotãs bonas viduas, quæ mortuo viro suo,fructui prolis non dant operã,sed cõtinuã continentiam seruando sterilescunt. Quod est tñ contra multas,q̃ quæ tuncunq; sint viduæ vetulæ vel antiquæ,volunt nubere & non continere,dicentes illud Esa.47. Non sedebo vidua,& sterilitatem ignorabo. quinimo tñ esse extra statũ viduitatis delectantur, q̃ videntur dicere illud Apoc. 18.Sedeo vt regina,& vidua non sum.Itẽ dẽnt orationi vacare,exemplo Annæ viduæ,de qua dr̃ Lu.2. q̃ hæc vidua erat & non discedebat de tẽplo ieiunij & orationib.seruiens die ac nocte.Itẽ debent in pñia laborare. Exẽplo Iudith,de qua dr̃ Iudith.8.Erat aũt Iudith relicta viduã, & in superioribus domus suę fecit sibi secretũ cubiculũ.s.in quo cũ puellis suis clausa morabaẽ,& super lumbos habẽs ciliciũ ieiunabat.Qd tñ est contra multas, quæ magis vacãt delicijs quam cilicijs & ideo plus abundant in carnalitate quã in caritate.de quibus 1.ad Ti.5.vidua quæ est in delicijs viuens,mortua est.Sequitur.Adolescentiores viduas deuita.cum.n.luxuriatæ fuerint, volunt nubere.discunt.n.vt ait circuire domos.s.ociosè curiosè & verbosè,loquentes quæ non expediunt.Nõ sic pro certo quia bona & honesta viduitas est viduitas honorabilis.

¶ Secundo est viduitas miserabilis,& sic per statum viduitatis intelligitur oĩs status tribulationis & paupertatis, B
vnde per viduam intelligitur oĩs persona desolata & solatio destitu-

destituta.cui est miserandum,& misericorditer succurendũ, quia sicut dicitur Ioc.1. Religio munda & immaculata,hęc est,visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum.Notabo ergo ꝙ tales viduæ sunt.

Defendendæ.
Nutriendæ.
Consolanda.
Visitandæ.

¶Sunt dico defendendę,ne molestentur.Esai.1. Quærite.s.iudicium subuenite oppresso, iudica pupillo,defendite viduã. Quod tñ est contra multos, qui viduas pauperes nõ defendunt,sed ipsas depredantur & rapiunt ac offendunt. De malis.n.iudicibus dr̃ Esa.1.Pupillo non iudicant,& causa viduæ non ingreditur ad eos.De raptoribus dr̃ Iob. 24.ꝙ vim fecerũt pupillo depredantes,& acceperunt pro pignore bouem viduę. dicunt.n.illud Sap.2.Non parcamus viduæ nec veterano.Itẽ sunt nutriendæ ne moriantur. Diuites.n.debent nutrire viduas,pauperes & egenos 1.ad Ti.5.Si quis habet viduas,sub ministret eis.Item sunt consolandę ne contristentur.Iob 29. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ cõsolatus sum.Quod tñ est contra multos,qui magis nituntur molestare & contristare personas miserabiles quam potentes. Eze.22.Pupillum & viduam cõtristauerunt apud te.& Hier. 22.viduam nolite contristare. Itẽ sunt visitandæ ne desolentur,iuxta illud prædictum,Visitate pupillum & viduam &c. Ista est ergo viduitas miserabilis. ¶ Tertiò dico ꝙ est viduitas detestabilis,& ista est viduitas pc̃t̃i. Aĩa.n.quæ Christo in baptismo despõsatur per fidem,tunc spiritualiter viduatur, qñ per peccatum Christi viri sui coniugio desolatur. vnde de ista dr̃ Thren.1.Facta est quasi vidua dña gentium, & princeps prouinciarum facta est sub tributo.Diabolus.n.est ille de quo dr̃ Ezeh.19.Factus est leo,& didicit prædam capere, & hoĩes deuorare. didicit viduas facere, & ciuitates earum in desertum adducere.Quia pro certo diabolus per tentationes suas prædam meritorum subripit,& homines per pc̃m deuorat & occidit,animas à Christo viduas facit, & ciuitates ecclesiarũ desertas virtutibus reddit. Et si vis dic ꝙ ista viduitas potest intelligi ecclesia,quæ.s.vidua efficitur,quãdo bono pastore priuatur, & quando bono prælato viduatur, dicens illud prædictum 2.Regum 14.Heu mulier vidua ego sum &c. Patet ergo quòd est viduitas detestabilis & vitiosa, miserabilis & dolorosa, honorabilis, & virtuosa. Vide supra de pupillo.

A **Vigilare.** Nota ꝙ cum vigilare sit vnum de sex accidentibus hominem in esse conseruantib⁹, & propriè nihil aliud sit quam libera spirituum per organa sensus & motus diffusio, virtutis naturalis per corpus peragens passiones, possumus notare quod vigilia moraliter loquendo, nihil aliud est quam vigil & circunspecta diligẽtia. Accipitur.n.vigilia in bono & ĩ malo.Et ideo breuiter notabo quòd inuenio vigiliam

Summi creatoris.
Nostri protectoris.
Iusti viatoris.
Beati fruitoris.
Vani peccatoris.
Hostis deceptoris.

¶Dico igitur ꝙ vigilat summus creator ad creaturarum gubernationem,quia.s.iste vr̃ nunquam dormire,sed ad punitionem malorũ,& promotionẽ bonorum continuè vigilare.vnde Hier.31.Sicut vigilaui super eos vt euellerẽ, & demolirer & dissiparẽ, sic vigilabo super eos vt ędificem & plantem & Hie.1.Vigilabo ego super verbo meo, vt impleã illud.Item vigilat noster protector, Angelus.s. ad mortaliũ custoditionem.Angelus.n.noster nũquam dormit, sed ad custodiendum nos continuè intendit,& teste saluatore,semper faciẽ patris cernit. Et ideo in scriptura Angelus vigil dr̃,eo ꝙ ad vigilandum super custodiam hominis ordinatur.Dan. 4.Ecce vigil & sanctus descendit de cœlo,& Cant.3. Inuenerunt me vigiles qui custodiũt ciuitatem. Item vigilat iustus viator ad bonorum operum executionẽ, quia iusti tam subditi q̃ prælati debent vigilare in suis bonis operibus.vnde 1. ad Ti.5.Non dormiam⁹ sicut cęteri, sed vigilemus,& sobrij simus. ¶Item vigilat beatus in paradiso, vbi.s.post mortem perpetuo non dormiet,dicens illud psa.Deus deus meus ad te de luce vigilo.¶Item vigilat impius.s.in pœnis peccatorũ per malitiæ circunspectionem.Iob 24.Vigilantes ad prædã, præparant panem liberis.Et Iob 21.In diem perditionis seruabitur malus, & ad diem furoris ducetur,& ipse ad sepulchrum ducetur,& in congerie mortuorũ vigilabit. ¶Itẽ vigilat hostis deceptionis,s.diabolus per cõtinuã machinationẽ,quia.s.iste similis est draconi,qui raro vel nunquã dr̃ dormire quia.s.semper vigilat ad tentandũ. vnde de diabolo & peccatoribus dr̃ Hiere.5. Percussit eos leo de silua,lupus ad vesperam vastauit eos,leopardus vigilans super ciuitates eorum.His præmissis, dicamus aliquid de vigilia bonorum,q̃ est virtuosa,& de vigilia malorũ,quæ est vitiosa. ¶Et primo dico ꝙ est quædam vigilia quæ est laudabilis & virtuosa, & ista est vigilia bonorum,quæ.s.facit vigiles & attentos ad ea quæ pertinent ad salutem.Sicut.n dicit Arist. Omne aĩal habens sanguinem,ambulat,vigilat & dormit. Sic vere spũaliter loquendo,oĩs qui sanguine & humore diuinæ gratiæ negetur,debet ambulare bona opera frequentando,debet dormire de nocte in Deo quiescẽdo, debet vigilare discretè necessaria præuidendo,nociua cauendo, & proficua procurando,vt sic de tali vigilia dicatur illud Matt.13.Videte vigilate & orate.Vigilia.n.discretionem designat, quia ille qui vigilat,põt videre,& operari & sentire. Ille vero qui dormit, nec videt,nec operatur,nec scit quid fit circa ipsum.Sic vere ille qui est vigil,prouidus & discretus, põt operari vtilia,videre & cognoscere necessaria.illi vero qui per ignorantiam & negligentiã dormiunt,nec bona opera faciunt, nec quid debent facere sciunt.Et ideo dñs discipulos suos de dormire increpat,& ad vigilandũ ipsos instruit & informat,dicens illud Mar.14.Non potuistis vna hora vigilare mecũ?Et addit horando.Sustinete hic,& vigilate mecũ. Vbi aduerte ꝙ homo solent vigilare propter quattuor.s.propter B

Commodum.
Periculum.
Præceptum.
Consortium.

Sic pro certo nos ad vigilandũ debet mouere commodum copiosum quo in fine gaudemus, periculum tædiosum qđ ad præsens videmus, mandatum vigorosum qđ taliter imptemus, consortium generosum quod in istis habemus. Ad vigilãdũ ergo charissimi nos debet incitare fructus expectatus q̃ est copiosus.Sustinete.q.d.gaudebitis inde.Locus denotatus,q̃ est tædiosus.Hic.s.in mũdo,vbi est locus periculi. Actus imperatus qui est vigorosus.vigilate.quod imperatiue dr̃.Nex⁹ colligatus qui est amorosus.Mecum dicit ipse saluator¶Dico ergo ꝙ vigilandum est ꝓp fructum copiosum quæ consequi valemus,quod ostenditur cum dr̃.Sustinete.q.d.nõ diu, imo breuissimè durabit, sed post vigiliã semper venit festũ, & post laborem venit quies. Sustinere.n.patienter expectationem futuri commodi designat,iuxta illud Eccl.1. Vsque ad tempus sustinebit patiens,& postea redditio iucũditatis. Quia si vigilia in præsenti sustinetur, commodũ æternæ gloriæ ex hoc finaliter reportatur. Homo sanus postquam vigilauerit, dormit, alias si dormire nequit, sanus & incolumis esse nequit. Sic vere si sanitate gratiæ sumus sani,postquam in hoc mundo in bonis operibus vigilauerimus, finaliter in cœli requie dormiemus, si vero per peccatum ægrotamus, tunc de vigilia laborum mundi ad inferni vigilias pertransimus. Ideo de vigilantibus dicitur Lucæ 12. Beati sunt serui illi quos cum venerit dominus inuenerit vigilãtes &c.Ideo sancta ecclesia canit. Surgite vigilemus, venite adoremus, quia promisit dominus coronam vigilantibus. Et vere charissimi multa commoda possunt euenire & sustinentia bonarum vigiliarum

Pastoribus.
Scolaribus.
Cursoribus.
Seruitoribus.
Laboribus.
Aegrotantibus.

Vigilant.n.pastores gregem custodiendo. Quia prælatis q̃ sunt pastores gregis ecclesiæ,necessaria est vigilia & circunspectio super gregem,ne forte fiant negligẽtes,& dum dormierint,lupus inferni totum gregem destruat & deuoret. vnde dr̃ Lucæ 2. Quòd pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis sup gregem suum. Itẽ vigilant scholares sapientiam contemplando & addiscendo.Sapientia.n.sine vigilijs non acquiritur,& scientia sine laboribus non habetur. Vnde de quodam philosopho legitur ꝙ cum quidam ab eo peteret quomodo in tantam scientiam peruenisset,respondit, quia plus consumpsi de oleo in crusibulo quam de vino in cypho.Vnde ꝙ ista scientia cum vigilijs acquiratur, innuitur Prou.8.vbi dr̃.Ego diligentes me diligo,& qui mane vigilauerint ad me,inuenient me.Et bene dicit mane, qa vt communiter melius est scholari vigilare de mane quam de sero.

de sero.nūc.n.propter cibos digestos & sensus somno quietatos, intellectus redduntur liberiores, spiritus puriores,& sensus acutiores. vnde Esaias se dicebat de mane vigilare,dicens Esa.26.De mane vigilabo ad te. Moraliter tñ loquēdo, per mane intelligitur iuuentus,quæ est tempus aptum ad laborandum & vigilandum,& ad mores & scientias acquirendum.Quod est contra illos qui in sero vix volunt in sapiētia vigilare,dicentes illud Eccl.32.Ego nouissimus vigilaui.Itē vigilāt cursores iter continuando.Cursor.n.si nimis dormiret,nunquam ad terminum præfixum bona hora perueniret Nos igitur qui per viā vitæ præsentis currimus,in bonis operibus vigilemus,vt ad paradisum fœliciter attingamus 1.Re. 11. Ingressus est Saul in media castra in vigilia matutina.Itē vigilant seruitores proprium dñm expectantes sollicitè famulando.Deus.n.qui dñs noster est,ad nos in morte veniēs, quos in bono vigilātes inuenerit,præmiabit,quos vero dormientes in peccatis inueniet,cōdemnabit.Matt.24.Vigilate ergo,quia nescitis qua hora dñs vester venturus sit.Iste.n.est dñs qui vult habere famulos vigilantes, & seruos attentos, dicens cuilibet seruitori suo illud 2.Timo.4.Tu vero vigila, in omnibus labora,opus fac euangelistæ,ministerium tuum imple,sobrius esto.Item vigilant speculatores de hostib.prę cauendo.Nos ergo qui sumus in militia huius vitæ, vbi hostes infiniti insidiantur,debemus vigilare,& ne pereamus ab hostibus præcauere,quia sicut dr̄ Luc.12.si sciret paterfamilias qua hora fur veniret,vigilaret vtique,& non sineret perfodi domum suam. Item vigilant laborātes & sua bona opera frequentantes, & inde præmium æternum expectantes. Eccl.38.Cor suum dabit in consummationem operum,& vigilia sua ornabit imperfectionem. Item vigilant ægrotantes suis infirmitatibus obuiando,quia.s.aliquæ sint infirmitates quæ per vigiliam sanantur, sicut est lethargia.Sic vigilia diligentiæ contra multas infirmitates valet, & maximè contra lethargiam inuidiæ, accidiæ & luxuriæ, quæ dormire faciūt peccatorem.Vigilia.n.& sollicitudo auferunt luxum carnis. Eccl.31.Vigilia honestatis tabefaciet carnes.Patet ergo qūo vigilia est vtilis, & ideo debet in patientia sustineri.Sustinete inquit vt sic dicat quilibet illud psal. Sustinuit aīa mea in verbo eius.Patet ergo ꝙ vigilandum est pp fructum copiosum quem consequi valemus. ¶ Secundò dico ꝙ vigilandū est propter locū periculosum in quo nos esse videmus. Hic inquit.Sicut.n.sensibiliter videamus,homo q est in loco periculi, libenter vigilat sicut patet in illis qui sunt in exercitu & guerra,qui pp timorem ne hostes superueniant,solent libenter vigilare,& ad sigilādum alios aliquos ordinare. Vnde gruibus legitur ꝙ inter se de sero quādo quiescunt, solēt aliquam de suo grege ad vigilandum instruere, vt per ipsam possint hostium pericula præsentire. Cum igitur nos oēs simus in loco periculoso.s.in exercitu huius mundi,vbi hostes multiplices nos impugnant(quia sicut dr̄ Iob. 7. Militia est vita hoīs super terram) necesse est vt attentè ambulemus,& vt sic hostium aduentum pręcaueamus.ad quod monet nos Apostolꝰ Petrus 1.Pet.5.Fratres sobrij estote,& vigilate &c. Iste.n.locus periculosus est,cum dr̄ Hic, quia in mundo locus est vbi oportet vigilare. Non.n.habemus hic manentem ciuitatem,sed futurā inquirimus,vt dicit Apostolus ad Heb. 13.Et ideo bene consulitur Mich. 1. vbi dr̄ Surgite & ite,qa non habetis hic requiem.Surgere & ire,vigiliam requirunt. Vigilandum est igitur pp locum periculosum in quo nos esse videmus. ¶Tertio dico ꝙ vigilandum est propter præceptum rigorosum quod taliter implemus, quia dr̄ imperatiue.Vigilate.Homo.n.qui ex officio & expresso mandato vigilare intendit,solet vigilare,& à somno quanto plus potest nititur abstinere.patet in pastorib. armentorum,speculatoribus castrorum,seruitoribus magnorū dominorum.Sic dñs in verbo suo dat vigilandi speciale mandatum,dicens Vigilate.Necesse est ergo vt vigilemus; & ꝙ diligenter in bonis operibus nos occupemus,quod potissimè debent facere illi quibus ex officio incumbit, sicut pastores gregis ecclesiæ,sicut boni prælati & vigiles ciuitatis Hierusalē,sicut religiósi & contemplatiui,sicut etiam serui regis Christi.s.boni acti ui.Omnibus.n.istis vigilia & sollicitudo præcipitur,& apud ipsos diligens circunspectio approbatur.& 1.Mach 12.præcepit Ionathas suis vigilare.prælati.n. debent vigilare super subditorum gubernatione Apoc.3. Esto vigilans,& confirmā cætera quæ moritura erant.vnde illud prædictum Marc. 13.Videte vigilate & orate.Videte per discretionem.Vigilate per attentionem. Orate per deuotionem,Prælatus.n.qui est vigil exercitus Christiani,& pastor gregis,Christi,debet habere.Quo ad se discretionem & sapientiam.Videte. Quo ad proximum diligentiam & attentionem.Vigilate.Quo ad Deum deuotionem & reuerentiam. Orate. Religiosi debēt vigilare super cęlestium contemplatione.vnde Mat.25.Vigilate itaque,quia nescitis diem neque horam.& Marc.13.Qđ vni dico omnibus dico,vigilate. Scholares etiam debent vigilare super suorum defectuū emendatione, & super criminum ratione.Et sic dr̄ Matt. 22. Vigilate & orate,ne intretis in tentationem. Omnibus.n.istis ex officio prælationis, vel Christianæ professionis,necnon ex speciali mandato diuinę ordinationis incumbit vigilare, & à somno corporis & desidiæ abstinere.Exemplo piscium, qui rarissimè dormire dicū tur,& quorū oculi nunquā claudi dicuntur,& si aliquo casu dormiunt,facillimè excitātur.Vigilate ergo.vnde 1.ad Cor. Vigilate & state in fide,viriliter agite, & cōfortamini,& oīa vestra in charitate fiant. Vigilandum est ergo propter mandatum rigorosum quod taliter implemus.Vigilate,imperatiuè.¶Quarto dico ꝙ vigilandum est pp consortium,gratiosum quod in istis habemus.Mecum inquit.Homo.n.libētius solet vigilare qñ videt gratum socium vel consortium. Homo.n.solus solet libenter dormire, ille vero qui gratum habet consortium,non sic.Cum igitur vigilando in bonis operibus habemus socios Xpm & Angelos qui nobiscum vigilant & laborant,dico ꝙ ista vigilia non debet esse alicui grauis,sed libens,facilis atque leuis. Istud aūt ostēditur cum dr̄ Mecū.Pauper.n.famulus libēnter vigilat qñ inuitat magnos dños.Ille.n.esset reprehēsibilis,qui dormiret,& suum dominum vigilantem videret.Sic & nos si vigilante dño dormiemus.Ideo ipse conquerens dicit Petro Matt.26.Simon,dormis?non potuisti vna hora vigilare mecum?q.d.ꝙ non bene factum est.Et vere qui Christū ardenter diligeret, libenter cum eo vigilaret.Amethistus.n est lapis qui scintillas igneas emittere vr̄,qui secundum Diosco.hominem facit vigilē,bonum confert intellectum,valet contra ebrietatē, & malā aufert cogitationē.Et sic pro certo charissimi si Christum lapidem præciosum socium habuerimus, ipsumq; per amorem nobiscum portauerimus. ipse pro certo facit nos vigiles & diligentes & prudentes,intelligentes sobrias,abstinentes honesta cogitantes,& ebrietati & etiam luxuriæ resistentes.Bene ergo dr̄ illud 1.Petr.5.Sobrij estote &c.Et bene sobrjj,qa sobrietas est mater honestarum vigiliarum.Nō dormiamus ergo sicut cæteri,sed vigilemus,& sobrij simus 1. ad Ti.5.& merito,quia dñs ipsis vigilare nolētibus comminatur,dicēs Apoc.3. Si aūt non euigilaueris,ueniam ad te tanquā fur,& nescies qua hora veniam ad te.Mecum inquit.Mat.26.Vigilate mecum.Et bene mecum, quia pro certo sine istius inuocatione & auxilio nihil ualent uigilię nostræ,quia sicut dr̄ in ps.Nisi dominus custodierit ciuitatem,frustra &c. Patet igitur quod uigilandum est propter

Consortium quod habemus.	Sustinete ergo
Mandatum quod implemus.	hic, & uigilate
Periculum quod timemus.	mecū.Et sic pa-
Commodum quod uidemus.	tet ꝙ est uigilia

bona & uirtuosa,& istud est primū principale. ¶Sed adhuc dico ꝙ est mala uigilia & uitiosa,& ista est uigilia malorum, qui ualde sunt uigiles solliciti & uigilantes diligenter ad sua mala opera facienda,sicut patet in luxuriosis,furibus,homicidijs & auaris,qui pro implendis nequitijs suis quantum uigilent Deus nouit. Similes lupo, qui ẛm Homerum dr̄ animal esse uigil,& similes etiam senibus, qui propter frigiditatem cerebri & siccitatem solent esse uigiles & insomnes, qa pro certo impij lupini & crudeles indeuoti,& in malitia ueteres atque senes solent esse ad optandum malum uigiles, & in suis iniquitatibus diligentes.Sap.14.Obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas uigilias habentes,neque uitam neque mundas nuptias iam custodiunt.Ista ergo de bona & mala uigilia sufficiant.

Viginti.

Nota ꝙ numerus uicenarus significat in bono & in malo.Est.n.numerus constans ex denario bis ducto. Et ideo in bono signat illos qui cum binario duplicis charitatis seruant denariū mandatorum. Et sic uiri

uiri perfecti uiginti esse dicuntur, inquantum in denario mã datorum cum binario duplicis charitatis Dei.s.& ꝓximi uiuere dinoscunt. Figurati Exo. 26. in tabulis tabernaculi, ubi ex utroq; latere uiginti tabulæ cedrinę auro opertæ ponebãtur. quia.s. de illis tabulis cedrinis.i. uiris perfectis tabernaculum ecclesiæ construitur. qui uiginti pp cãm iam dictam esse dicuntur. Isti sunt uiginti illi pp quos dicit dñs se parciturũ sodomæ. Gen. 18. In malo etiam põt significare, & sic significat malos, qui uiginti dñr, pro eo ꝙ est quinario reducto cõstituuntur, inquantum quinq; sensuum inordinatis actibus, & affectionum inordinatis passionib. gubernantur. Et ideo isti sunt de quibus facit encenium suum diabolus. unde Ge. 32. dr̃ ꝙ Iacob parauit munera fratri suo Esau. uigiti hircos, arietes uiginti, tauros uiginti, asinas uiginti. Ad denotãdum ꝙ per uicenarium numerum signantur Hirci.i. illi qui fętent per luxuriã. Arietes.i. illi qui percutiunt per sæuitiam. Tauri .i. illi qui uadunt elatæ per superbiam. Asini.i. illi qui stolidi sunt per stultitiam. Et sic de unoquoque crimine per uicenarium designato põt dici illud Iudi. 4. quod per uiginti annos oppresserat filios Israel &c. Expone. Et sic sufficit.

A **Villa.** Cum uilla nihil aliud sit q̃ domorum congregatio ad habitationẽ hominum constituta, possum notare ꝙ sicut inueniuntur diuersa grã hoĩum, ita diuersa genera inueniuntur uillarum. Et sic dico quod inuenitur uilla

Perfectorum.	Villa perfectorum est religio
Peccatorum.	uel cõscientia. unde Iosuæ 15.
Beatorum.	dr̃ ꝙ datæ sunt tribui filiorum
Damnatorum.	Iuda uillæ ad habitãdum. Iuda

autẽ qui interpretat̃ cõfitentes, uirum perfectũ solet significare. & Nee. 12. dr̃ quod cantores ædificauerunt uillas in circuitu Hierusalẽ. Item uilla pctõrum est carnalis parentela & mundi patria, & de hac dr̃ Luc. 15. quod filius prodigus missus est ad uillã ut pasceret porcos. Mundus.n. est uilla, ꝓ qua auarus uidenda & cœna se excusat, dicens illud Lucæ. 14. c. Villã emi, & necesse mihi est uidere eã. Quia mundani intantum delectantur mundi uillam uidere, quod nõ dignant̃ paradisi cõuiuium intrare. Item uilla beatorum est cęli gloria, de qua Marci 16. dr̃ quod Christus in alia effigie ostensus est duobus discipulis euntibus in uillam Emaus. Sed nõ ita beatis ostẽdetur, quando non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem contemplabitur æternaliter. Item uilla damnatorum est infernus & æterna miseria, de qua 1. Reg. 15. dr̃ ꝙ uillæ & agri ebullierunt &c. Vide de ciuitate, de domo, quia illic parum iam dictum est.

A **Vincere. Victoria.** Nota ꝙ uictoria nihil aliud est q̃ prædominatio quã habet aliquis vel põt habere contra alium ꝓualendo, & ei dominando. Est aũt vincere idẽ qđ dominari ꝓualere, vel superare. excellere, vel violẽter aliquẽ edomare. Victoria.n. non est sine aduersario repugnante. Nam sicut dicit Sen. in ꝓuerbijs, Victoria sine aduersario breuis est laus. Igitur notandum ꝙ in bono & in malo põt multiplex victoria reperiri. Et sic dico ꝙ laus vel victoria Dei. vincit.n. Deus mirabiliter. Iusti. vincit iustus cõmendabiliter. Diaboli. vincit diabolus detestabiliter. ¶ Dicamus ergo primo ꝙ est victoria Dei quæ est mirabilis. Deus.n. vincit oĩa & superat in bonitate, in potestate, in sapientia & eminentia. Iste.n. est sicut aquila q̃ vincit alias aues quantum ad visus lympitudinẽ. Sicut leo, qui vincit alia aĩalia quantum ad virtutis magnitudinem. Sicut topazion, qui vincit alios lapides quantum ad claritatis pulchritudinẽ. Sicut rhinoceros, qui vincit alias feras quãtũ ad roboris fortitudinẽ. Quia iste vincit sicut aquila in visus & sapientiæ lympitudine. Iob 36. Magnus.n. Deus est, vincẽs scientiam nostrã. Est.n. sicut leo in virtutis & potẽtię magnitudine. Apo. 5. Vicit leo de tribu Iuda. Sicut topazion in claritatis & apparentiæ pulchritudine, necnon in dignitatis & eminentiæ celsitudine. Abacuch 3. Super excelsa mea deducet me victor. Sicut rhinoceros in ptãtis & ꝓdominij fortitudine. Iudit. 5. Deus eorum pugnat pro eis & vincit. Et breuiter de ipso dr̃ 2. Esdræ 4. Super oĩa vincit veritas Deus.n. qñque & veritas permittunt se vinci, vt finaliter fortius vincãt, more boni militis, qui qñque permittit se fortiter verberari, & quasi non defendens, superari, & tandem fatigatis aduersarijs in pugnatione ipse victus vires suas ostendit, & præualet in suæ virtutis ostensione. Deus.n. & ueritas uidentur in principio suis oppugnatorib. cedere, & eisdem victoriæ palmã dare finaliter tamen cum satis malas pugnationes & ꝑcussiones sustinuerunt, virtutem suã solent ostendere, & cõtra oẽs fortiter præualere. Hoc potissimẽ de ueritate uidemus, ꝙ multotiens supprimitur, & in fine uincere reperitur. qñ.n. nõ speratur, victrix oĩbus declaratur. Similis est.n. ficui ægyptiacẽ, cuius lignum in aqua positũ statim mergitur, & tñ cum diu se occultauerit, & humectatum fuerit, ex inspirato suscitatur, & contra naturam omnium lignorum madefactorum superius eleuatur. Sic pro certo veritas aliquãdo se permittit supprimi & submergi, & quasi uicta abscõdit se & celat; subito tñ & inspirato postquã diu latuerit, solet vincere, & in conspectu oĩm apparere. Nihil.n. opertum quod non reueletur &c. Matth. 10. Exemplo naturæ sanæ, q̃ subito infirmitatem non vincit, sed paulatim solet contra eã pugnare, & in fine contra eam præualere 2. Esdræ 4. Magna est veritas, & ꝓualet. Idẽ etiam de fide Christiana apparuit, q̃ primo in martyrib. submersa, i. in abscõdito fuit sed vbi & vnde deficere videbatur, in hoc magis vincere & crescere noscebat̃ 1. Io. 4. Nam hæc est victoria quæ vincit mũdum fides vestra. Et ideo de Deo & sua fide & veritate certum est ꝙ nunquã finaliter possunt superari, iuxta illud Iudith 16. Adonay dñe rex, quem superare nemo potest. Et ꝙ ipsa soleant oĩa vincere, & finaliter oĩa superare, patet Esa. 9. Virgam humeri eius & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian. Ista est.n. victoria Christi, præcipuẽ facta in prælio passionis, vbi spinis coronatus sicut rex diabolũ superauit Figuratus Apocal. 6. Ecce equus albus, & qui sedebat super eũ, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. Christus.n. in equo purissimi corporis sedens, & arcum crucis in manibus tenens, coronamq; spineam in capite portans, exiuit in mundum, vt diabolum vincens vinceret. Ista est ergo victoria Dei, quæ est mirabilis. ¶ Scdõ dico ꝙ est victoria iusti quę est laudabilis. Iustus.n. contra multa habet pugnare, s. contra diabolum, contra se, contra pctm̃ & ideo quãdo vincit, victoria est multum laudabilis. Victoria.n. tunc laudabilis dr̃ quando de forti aduersario, vel quando de multis triũphatur. Cum igitur isti aduersarij sint plurimi, sint pessimi, sint fortissimi, debet dico ꝙ victoria laudabilis dr̃, cum per virtutes & merita triumphatur. Iustus.n. debet esse sicut mustella, quæ quamuis parua sit bestiola, armata tñ ruta, audacter solet basiliscum inuadere & vincere, ac de ipso triumphare. Sic vere quamuis homo paruam virtutem in se habet tamẽ ruta armatus. i. pœnitentia, poterit de basilisco. i. de diabolo, necnon de fortissimo inimico carne & mundo triumphare, & eos nõ per naturam, sed per gratiam vincere & domare. Berillus & alectorius lapides sunt qui portatorem victorem & immunem ab hostibus faciunt & reddunt. quia pro certo possibile est quòd homo qui ex conditione humana debilis est naturaliter. fortis fiat per virtutes accidentaliter. Si.n. berillum & alectorium. i. virtutẽ fortitudinis & patientiæ habuerimus, inuicti esse poterimus, & hostes animæ superabimus & vincemus, ita quòd de nobis poterit dici illud Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, adepti sunt promissiones &c. fides.n. cum suis sororib. s. patientia & fortitudine, faciliter vincit salutis inimicos. vbi aduerte ꝙ ad victoriam habendam tria sunt necessaria. s. Causa efficiens. Per fidem. Modus perficiens. Sancti operati sunt iustitiam. Finis alliciens. Adepti sunt promissiones. Prosequere si vis. Homo .n. quattuor inimicos debet vincere. s. quendam fortissimum .s. diabolum. Durissimum, s. mundum. Falsissimum, s. carnem. Familiarissimum, s. propriam voluntatem. Diabolus.n. cum superbia vincitur per humilitatem 1. Ioan. 2. Iuuenes fortes estis, & vicistis malignum. Mundus cum auaritia vincitur ꝑ contemptum, & spiritualem paupertatẽ, quia sicut dr̃ 2. Ioã. 5. Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Caro cum luxuria vincitur per continentiæ puritatem. Vnde Apoc. 6. dr̃ quod ille qui sedebat in equo albo. i. in corpore casto & mundo, habebat arcum, s. ad sagittandum & stimulandum carnem, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. Animus vero & propria voluntas vincitur per prudentiæ maturitatem & obedientiæ stabilem & promptam firmitatem. de qua Sene. in prouerbijs dicit quod bis vincit qui se vincit. Item in epistolis. Imperare sibi magnum imperium. Et est vere charissimi magnum imperium est vincere

semetipsum.Homo.n.quilibet est inimicus sibi, qm̃ ipse habet magnã victoriã facere,& tñ facilius est oĩa vincere q̃ seipsum.vnde Sen. de Alexandro in quadã epistola dicit ꝙ tot populorũ & regnorũ victor,iræ tristitiæq; succubuit.Itẽ de Hanibale fortissimo pugnatore dr̃ ꝙ armis vicit, sed victus est vitijs.vnde alibi dicit Sen. ꝙ multi sunt qui gentes & populos habuerũt in potestate, paucissimi aũt qui se.& ideo dr̃ Prou.16.ꝙ melior est potiẽs viro forti,& qui dñatur aĩo suo, expugnatore vrbium.Oportet ergo charissimi nosmetipsos vincere,& vitijs proprijs non succumbere, sed de ipsis viriliter triũphare, vt sic nos victores quis valeat appellare,& de quolibet nostrorum dicatur illud Apoca.5.Ecce vicit leo de tribu Iuda Dauid.In quibus ostenduntur quinq; quæ ad habendam victoriam suffragantur,s.

Dulcor amicorum.	¶Primum probat mentalis
Valor meritorum.	promptitudo.Ecce. Secun-
Splendor exemplorum.	dum virium fortitudo.Leo.
Timor tormentorum.	Tertiũ attẽta sanctitudo.De
Amor præmiorum.	tribu iuda. Quartũ inferni

mæstitudo.Radix.Quintũ superna pulchritudo.Dauid,q dr̃ vultu desiderabilis.¶Dico ꝙ ad victoriã suffragatur prõptitudo bonorũ operum,& aĩorum,quod oñditur cum dr̃ Ecce.homo.n.qui promptus est obedientię,& maiorib.parere, meli⁹ solet vincere q̃ ille qui est solitus repugnare. Homo.n. qui per fortitudinem non põt leonẽ vincere, solet se prosternendo & humiliando iram ipsius superare.Sic vere iras tyrãnorum melius vincimus,si ipsis non resistimus,sed paremus, dicentes Ecce, quod est aduerbium prõptitudinem signans voluntatis,iuxta illud Esa.6.Ecce ego,mitte me. De forti ẽt vento videmus ꝙ fortes arbores solet eradicare & vincere, flexibiles vero & debiles & impetui eius cadentes nõ resistẽtes,solet illæsas dimittere. Sic vere fortis tentatio & ipse diabolus vincit & superat,ipsos feroces,hoc est dictu, illos qui se fortes reputant,qui de suis ꝑsumunt virib⁹ & superant. A debilibus autẽ vincitur.i.ab humilibus cedentib. tentationibus & fortes flatus fugientibus,& de suis viribus non ꝑsumẽtibus superatur. Quia breuiter melius ipsi viri humiles vincunt hostes aĩæ qui fragilitatẽ suã propriam attendunt,& cedunt,q̃ multi fortes,qui de suis virib.cõfidentes,resistere volunt & credunt.In signum cuius dr̃ Barach,Iudi.4. Victoria non reputabitur tibi, quia in manu fœminæ dabitur Sizara. Iuxta illud 1.Regũ.2.Arcus fortium superatus est,& infirmi accincti sunt robore.Fatuum est.n. de proprijs viribus confidere,quia victoria non ab hoĩe, sed à Deo solet contingere, sicut.n.dr̃ 1.Mach.3.Non in multitudine exercitus est victoria belli sed de cœlo est auxilium. Quia pro certo illi qui de se & mundi adiutorio confidunt,non vincunt sed vincũtur, non superant,sed superantur 2.Para.25.Si in multitudine cõfidis,superari te faciet dñs ab hostibus tuis.Dicat ergo Ecce ,i.supponat se Deo & non sibi.Quia pro certo multum valet ad victoriam habendam mentalis promptitudo bonorũ animorum.Ecce Iob 35.Ecce magnus Deus & vincens.¶Iterũ dico ꝙ ad victoriã operatur stabilis fortitudo, cum dr̃ Leo qui s.est ita fortis ꝙ oĩa aĩalia superat atq; vincit. Sicut.n.videmus ꝙ fortitudo virium est cã victoriæ, & inde est ꝙ alia aĩalia fortia de cursu cõuincunt debilia, sic vere ad vincendum tentationes & vitia necessaria est virtutis plenitudo,& constantię fortitudo.Leo habet multas conditiones nobiles per quas virtutes morales intelliguntur,q̃ ad triumphãdum de vitijs suffragantur.vnde notandum ꝙ leo est &c. Vide supra titulo de leone & applica quicquid volueris.Ideo de leone,i.de viro iusto potest dici illud Prou.28. Iustus quasi leo cõfidens absq; vllo timore erit. Et potissimẽ leo habet duas conditiones ꝑꝑ quas melius vincit, quia verecundatur fugere,& dedignatur timere In signũ cuius qñ vadit per nemus, incedit furtiuẽ & curuẽ,quasi verecundans abscondi,qñ autem in plano est & in publico,nõ sic. In signum etiam huius qñ pugnat,non solet spicula venatorum intueri,ne ipsum cõtingat metuere vel terreri. Sic vere charissimi duo sunt quæ iuuant hominem ad vincendũ.s.verecundia virtuosa, & audacia generosa. qñ.n.verecũdatur & dedignatur timere,tũc solet fortius pugnare,& victoriã obtinere facilius. Verecũdari.n.debet homo si vincatur,exemplo elephantis,qui in tãtum verecundatur cum vincitur,& vocem victoris timet,& solo barritu ipsius terretur & verecundatur. Sic pro certo iustus sit vinci & superari se videat, debet fortiter verecundari,iuxta illud Hier.48. Confusus est Moab,qm̃ victus est. Et ideo ad pugnandum & vincendum debet fortiter animari.Leo inquit.i.audax strenuus & vigorosus. Iuxta illud Eze. 19.Leo factus est,& didicit capere ꝑdam.Et vt sibi dicatur illud 2.Para.9.Vicisti famam virtutibus. Et ideo sancti inuicti dici poterunt,pro eo ꝙ diabolum,tyrannos & vitia cum fortitudine vicerunt.Vnde Augustinus de vera religione.Nunquam ab hoĩe vinci põt qui sua vitia vicerit.Non.n.vincitur is cur quod amat,ab aduersario nõ eripitur.Qui ergo amat id solũ qđ ab aduersario auferri nõ põt,ille inuictus est. Valet igitur ad victoriã stabilis fortitudo operũ perfectorum.
¶Deinde dico ꝙ valet ad victoriã habendã attenta sanctitudo nostrorum,prædecessorum,seu bonorum exẽplorum.De D
tribu inquit iuda,Homo.n. de nobili prosapia seu genere timet degñe,& ideo fortius ne vincatur solet pugnare. Et inde est ꝙ probitas parentum ad memoriã reducit,vt eorum Exẽplo filij & nepotes vincant & fortiter operẽtur. Sic vere charissimi per scripturam sacram probitates & merita sctõrum parẽtum nr̃orum.s.Chri & martyrum, & nr̃orũ fundatorum & institutorum ad memoriam reducunt vt eorũ exẽplo ad pugnandum & vincendum quilibet aĩetur. Dr̃.n. eis illud Esa.51,Attendite ad Abrahã patrẽ vestrum, & Saram, quæ peperit nos.Attendite ad petrã, de qua excisi estis. q.d. Attendite ꝙ vos estis de tribu Iuda,& ꝙ sicut dr̃ Apo.7. De tribu Iuda duodecim milia signati. Attendite quis locus cui in officio pastorali succeditis, quia quales fuerunt illi quorũ in terris locum tenetis, & in quorum religionib. & ecclesijs habitatis,horum exemplo fortiter agatis,& vt victores sitis prouide cogitate.Sicut.n.lapis qui dr̃ phanteron, si de mane respicitur,facit hoĩem inuictum in illa die,sic vere si Christũ & sanctos qui nos præcesserunt,attente respiciamus, & per deuotionem & orationẽ oculos mẽtis in eos figamus, nos procul dubio exẽplo & auxilio eorum hostes spirituales vincemus,& de diabolo & vitio triumphabimus. Vnde Sen. in epistolis ad exẽpla perfectorum virorum qui tribulationes & tentationes vicerunt volens nos inducere,sic ait. De his qui terribilia vñr, nihil est in victum. singula priores vicere, iã multi vincũt,ignẽ Mutius,crucẽ Regulus,venenum Socrates, exilium Rutilius, mortẽ ferro adductã Cato. & nos inquit etiam oĩa aduersa,supple, istorum exemplo uincam⁹. Victores ergo charissimi nos faciunt exempla q̃ respicimus, orationes quas ad Deum fundimus.Quia sicut bonus dñs respiciens uasallum ad Deum recurrentẽ, ipsum iuuat ne uincatur,sic dominus hoĩem tentationem timentem, & ad dominum fugientẽ, & se protectioni ipsius cõmittentẽ iuuat, ne à diabolo superetur.Cuius exemplum habemus Exo.17. ubi dr̃ ꝙ Moyse leuante manus, uincebat Israel, si uero manus dependerent,uincebatur. Ad Deum ergo & ad sanctos per deuotionem & orõnem aspiciamus, & eorum exempla uideamus,quia sicut dictum est,ad uictoriam habendã multum facit attẽta sanctorum promptitudo,uel sanctitudo nostrorum prædecessorum.De tribu Iuda.¶Deniq; dico ꝙ ad hoc multum facit retẽta mæstitudo inferni tormẽtorum,cũ dr̃ Radix.Radix.n.quæ sub terra iacet,significat illos qui per considerationem sub terra.i.inferius in inferno morantur,& qui ibi dolores & supplicia cotemplantur, & exinde ad pugnandum & triumphandum per bona opera animantur. Sicut.n.uidemus ꝙ pugil qui pro alio pugnat in stadio, nõ solum perdit lucrum quod superabat imo ẽt suspẽditur aut punitur,quã ꝑꝑ si sit sapiens,pro pęna euitanda quãtum põt ꝓ uictoria habẽda decertat, sic & nos q cõtra hostes aĩæ in stadio mundi pugnam⁹,pęnã inferni, si uicti fuerimus,incurremus.Attẽdam⁹ ergo ut iuxta uerbũ.Senecæ,ex desperatione ẽt aĩum sumamus,& præ tormentorum timere faciamus taliter ꝙ uincamus.Radix inquit.ut.s.more radicis ad infernũ mẽtaliter penetremus.Iuxta illud Esa. 37. Qđ reliquum est, mittet radicẽ deorsum,& fructum faciet sursum.Et breuiter timor pęnę & miseriæ est cã uictoriæ.Vnde ẽt de quodã imperatore legimus quod fugientes ad bellum ire compulit, & uictores qui uicti fuerant esse fecit. Ad quod facit fabula poetica quæ dicit ꝙ Styx palus infernalis,quæ interpretatur tristitia,filiam habuit nomine uictoriam, quæ quia dijs pugnantibus contra gigantes dicitur restitisse, ideo ipsa Styx legitur ab ipsis dijs certum priuilegium accepisse. Ex qua

quidem

quidem fabula poetę nihil aliud intellexerūt,nisi q Styx infernalis.i.timor pœnæ inferni victoriā haberet à mortis sententia.Qđ bene innuit qui dicit Apo.2.Qui vicerit non lędetur à morte secūda.q.d. p timore illius mortis vincendū est. Igitur valet ad victoriam obtinendā retentā mestitudo inferni tormentorum.¶Insuper dico q valet ad victoriā preuisa beatitudo gloriæ beatorū,cum dr̄ Dauid, qui interpretatur vultu desiderabilis.Quicquid.n.est ibi,summe est desiderabile & delectabile.s.Deus,& beata virgo, & gaudia q̄ sunt ibi. Istud.n.summe solet cōsolare victorē,& ipsum iuuat ad vincendum,quia s̄m Greg in Hom. Consideratio pmij minuit vim flagelli.Vnde petitū fuit à quodā Philosopho quid erat quod non permittebat hoiem fieri lassum,qui respondit lucrum,quia certe qn̄ de cęlesti præmio quod promeretur attenditur,infatigabilius pugnatur, & per cōsequens victoria facilius reportatur. Ista aūt bona futura quæ per victoriam habent victores,denotantur cum dr̄ Dauid.i.vultu desiderabilis.Quia quicquid est desiderabile,per eam obtinetur. De quo Esa.9.Exultant victores captam prędā,quando diuidūt spolia.Sequitur. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit. Et aduerte quòd istud præmium quod victoribus dabitur consistit

In delicijs cordialibus.Exultant.
In delicijs spiritualibus.Capta præda.
In consortijs fraternalibus.Diuidunt.
In diuitijs æternalibus.Spolia.

Can. 5. Bibi uinum meum cum lacte meo. ¶ Scdò dico ꝙ iusti bibũt uinũ splendoris & discretionis. Vinum. n. clarum & purum, quod. s. sensum & ingenium acuit, significat sapiẽtiã & scientiam & spiritalem prudentiam & doctrinam, quæ. s. est bibenda, & fidelibus impartienda, & per ipsam intellectus subtilitas acuenda. unde de sapientia dr̃ Proue. 9. ꝙ sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit uictimas &c. Sapientia. n. increata Dei filius domum suam. i. ecclesiam fabricauit, quam septem columnis. i. septem donis spiritussancti stabiliuit, in qua mensam sacræ scripturæ posuit, & in qua panem & uinum fortis & simplicis doctrinæ miscuit & confecit, quibus insipientes & paruulos instruxit & refecit. Vinum. n. doctrinæ debet esse mundificatiuũ, quia & lætificatiuum dẽt eẽ mundatio corruptionis, dulcedo & lætificatio consolationis & benignæ monitionis, quia sicut dr̃ Eccl. 31. Vinum iocunditate creatum est. Apes. n. in aluearı suo retinentur, qñ uino dulci superfundantur. sic uere multi sunt qui ab alueario ecclesiæ uel religionis per pc̃m uel p apostasiam recederent & per disperationem & tristitiam deperirent, nisi prædicatores uel prælati cum uino dulcis doctrinæ uel consolationis benignè ipsos in statu gratiæ & in aluear i ecclesiæ retinerent, & a suis malis uoluntatibus coercerent. Ita quòd talibus consolatorib. potest dici illud Can. 7. Verba tua sicut botrus uineę &c. Et hoc uinum ostenditur cum dicitur, Moderate potatum, quia uinum scientiæ debet moderate sumi, & cum temperãtia & prudentia potari, iuxta illud Ro. 12. Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem &c. Moderate inquit Ecclesiast. 32. Numerus musicorum in iucundo & moderato uino. Eccles. 31. Quam sufficiens est homini erudito uinum exiguum, quasi dicat. Melius est in scientijs moderate transire, quàm profunditates nimias inquirere & ambire. Quod est contra multos, qui in nimis profundis subtiliter se occupant &

magis

magis cã curiositatis q̃ necessitatis de altis, & superfluis sępe tractant. Contra quos Seneca, O quanta dementia est superflua de altis quærere in tanta temporis egestate. Non sic ergo, sed moderatè vino sciẽtiarum vtamur, ne forte si vltra modum potemus, in furorem, & superbiam deducamur. Vinum.n.qđ est nimis forte, lędit caput. sic sciẽtia, nisi aqua sapiẽtiæ fuerit tẽperata. Et iõ apostolus 1. ad Tim. 5. dicit. Modico vino vtere propter infirmitatẽ. Sic patet, ꝙ est vinũ splẽdoris, & discretionis. Tertiò dico, ꝙ sancti bibunt vinum liquoris, & curationis, & istud est vinum dominici sanguinis, qđ vel per cõpassionem desideratũ, vel in altari receptum, & potatum, aĩam à peccatis sanat, & per illud sanitas gratiæ à Christo conceditur perficitur, & augmentatur. Et istud vinũ ostenditur cum dr̃. Sanitas. Hier. 51. Tollite resinã ad dolorẽ eius, si forte sanetur. Resina.n. est ille liquor q̃ ab arbore stillat, sicut & vinum de uite, significans sanguinem Christi, qui more balsami de uinea engaddi. i. de uite, & arbore crucis stillauit, & aĩam peccatoris reficiens uiuificauit, & sanauit. Et teste Philosopho coagulũ agni cum vino potatum, sanat à morsibus aranearũ. Sic vere coagulum. i. dulcedo benignitatis Christi cum uino sui sanguinis intermixto, à morsibus demonum nos sanauit, qñ humanum genus quod aranee infernales momorderant, de inferis, sui sanguinis virtute liberauit. Quod bene figuratum est Luc. 10. vbi dr̃ ꝙ Samaritanus vulnera illius qui inciderat in latrones cum descenderet de Hierusalem in Hierico, alligauit, & pro medicina vinum, & oleũ superinfudit. Quia pro certo dum homo quidã. i. adam (qui tunc solus erat) descendit per peccatũ de Hierusalẽ in hierico. i. de paradiso in mundum, ipsum latrones demones inuenerunt, qui ipsum spoliãtes gratuitis, & naturalibus virtutibus, sauciauerunt. Samaritanus aũt Christus vinũ sui sanguinis superfundens, & oleũ suæ gratiæ adiungẽs, ipsum sanauit, & eius vulnera remediis spiritualibus alligauit. Hier. 10.

D Obducam cicatricẽ tibi, & à vulneribus tuis sanabo te. Istud est uinũ liquoris, & curationis. ¶ Quartò dico, ꝙ iusti bibũt vinũ doloris, & afflictionis. Vinũ.n. infusum vulneribus, acriter mordet, & superfluitates consumit, & mordificat, & desiccat. Sic vere potus mundanarum tribulationũ, & correctionũ, quæ. s. iustos inebriãt in hoc mũdo, hẽt acriter mordicare & vrgere, & fæces uitiorũ cõsumere, & desiccare. & istud uinum oñditur cum dr̃. Corporis. quia. s. tribulatio est similis vino turbido, & grosso, quod fortiter ſm Isaac lædit caput. corpus.n. grossum de sui natura solet aliud corpus lædere, si ei collidatur, quod. s. spiritus nunquã facit. sic tribulatio. Vt sic hõ dicat illud 2. Mac. 7. Duros corporis sustineo dolores. Et istud est vinũ cõpunctionis, de quo loquit̃ psa. Potasti nos uino cõpunctionis. Sed vide de isto vino supra de bibere in tertio mẽbro auctoritatis diuisæ. Istud.n. est vinũ doloris, & afflictionis. ¶ Quintò dico, ꝙ iusti bibunt vinũ amoris, & refectionis seu cõsolationis, & istud vinũ lętitiæ, & iocũditatis, qđ a sanctis in patria bibit̃, vbi aĩa cũ Angelis iocundatur. & hoc ostenditur cum dr̃. Aĩæ, quia lętitia spiritualiter est vinũ aĩæ, iuxta illud Eccl. 31. Exultatio aię, & cordis, uinum moderatè sumptum. Vinum super oẽs medicinas solet mentem lætificare, quia ut dicit Isaac, timorem expellit, dolorem, & tristitiam obliuisci facit. Sic vere uinũ uoluptatis æternæ facit hoĩes perpetuo lætificari. Vnde psal. Vinũ lætificat cor hoĩs. Ita etiam allicit eos, ꝙ oẽs præcedentes dolores, & miserias facit eos obliuisci. Prouer. 31. Da mærentibus uinum: & eis qui in amaritudine sunt, bibant & obliuiscãtur egestatis suæ &c. Vinum.n. æternæ consolationis ibi ex oĩ parte funditur, ita ꝙ beata aĩa taliter imbibit̃; ꝙ de malis in mundo perpessis minimè recordatur. Mulier.n. cum parit, tristitiam habet &c. Ioan. 16. Sic.n. est in paradiso, sicut in Aethiopia. Dicit.n. Pli. ꝙ ibi sunt palmę tam uarietate, q̃ suauitate mirabiles, q̃a ex ipsis quidam fructus caryotæ colliguntur, & cibo quidẽ sed, & succo vberrimæ, ex quibus & ṗcipua uina fiunt, & sic incolæ illius patriæ uino suæ culturæ pro suis laboribus satiantur. Et sic patet de quintuplici vino quo iusti potantur. s. vino amoris & affectionis, doloris & afflictionis, liquoris & curationis, splẽdoris, & discretionis, dulcoris & deuotionis. ¶ Adhuc dico, ꝙ est uinum quo potantur impii, de quo dr̃. Fel draconum uinum eorum &c. Deu. 32. Quod etiã mũdana aduersitas, & temporalis vinum dicantur, patet Hier. 51. Calix aureus babylon in manu dñi, de uino eius biberũt oẽs gentes, & ideo commotæ sunt; sic igitur charissimi patet, ꝙ vinũ quãtũ ad malos, & quãtũ ad bonos sumitur multis modis. Vide de bibere, de ebrietate, de potu, & similibus.

Violentia. Violenter

Nota breuiter, ꝙ violentũ, & uoluntarium differunt, & ideo uiolentum dicitur quicquid inuolũtarium uel contra uoluntatis desiderium efficitur. Nota ergo quod inuenio A

Violentiam necessariam.
Violentiam compulsoriam.
Violentiam meritoriam.
Violentiam transgressoriam.
Violentiam infectoriam.
Violentiam afflictoriam.

¶ Dico, ꝙ est uiolentia necessaria, & ista est illa qua prælati aliquando sunt uiolenti quando subditos proteruos qui obedire renuunt, per violentiam ad bonum compellunt, similes torculari, quod per uiolẽtiam vinum de uindemia extrahit, quod aliter non exiret. vnde sicut dicitur Esai. 59. iste debet esse sicut fluuius violentus, quem spiritus domini cogit. Itẽ est uiolentia compulsoria, & ista est illa qua Deus per quandã violentiam potentię compellit omnia suam facere uoluntatem. exemplo firmamenti, quod post se violenter trahit oẽs planetas, dato ꝙ naturaliter contrarios habeant motus. Quia dato, ꝙ nos multos habeamus motus, & appetitus contrarios ipsi Deo, Deus tñ uiolenter omnia secum trahit, & non ad nostram uoluntatẽ, sed ad suam oĩa ordinat, & disponit, ita, ꝙ dñs põt dicere illud Iob 34. Violenta sagitta mea absq; vllo peccato. Item est uiolentia meritoria, & ista est illa qua homo ad bonum cogit, & uiolentat propriam uoluntatem, de qua Mat. 11. Regnum cęlorum vim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Item est uiolentia transgressoria seu offensoria, & ista est illa qua mali uiolant libertatem ecclesiæ, de qua 1. ad Corinth. 3. Si quis templum Dei uiolauerit, disperdet illũ Deus. Item est uiolẽtia infectoria, & ista est illa qua mali violant, & fœdant mulieres. de qua Esa. 13. Vxores eorum uiolabuntur. Itẽ est violentia scilicet afflictoria, & ista est illa quã mali per rapinæ violentiam auferunt alienũ, uel qua grauãt alios uiolenter, similes lupis, & leonibus, qui uiolenter rapiunt sibi prędam. Micheæ 3. Violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eorum &c. Vide supra de Potentia.

Vir. Viri.

Cum uir sit nomẽ uiriũ, hinc est, ꝙ uir põt dici oĩs qui habet fortitudinem, & uirtutẽ. Et sic possum dicere, quòd per virum intelligitur Christus, prælatus, amicus, diabolus, & vir malus. Inuenitur ergo A

Vir
- nobilis, & gloriosus.
- stabilis, & uigorosus.
- fertilis, & fructuosus.
- damnabilis, & malitiosus.
- inutilis, & perniciosus.

¶ Vir gloriosus, & nobilis est Chr̃s, qui uir, & sponsus est ecclesiæ matris nostræ. Vnde de forti muliere dicitur Prouer. 31. ꝙ nobilis in portis uir eius. Vir uigorosus, & stabilis est bonus prælatus, & sic sibi dicitur 1. Reg. 18. Esto uir fortis, & præliare prælia domini. Vir fructuosus, & fertilis est homo iustus, de quo in psal. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum &c. Et sequitur. Et erit tanquam lignũ, ꝙ plantatum est secus &c. Vir malitiosus, & damnabilis est diabolus, de quo Micheæ 7. Vir fratrem suum uenatur ad mortem. Vir perniciosus, & inutilis est hõ iniustus, & iniquus, de quo in psal. virum iniustum mala capient in interitu. ¶ Dicamus ergo primo, ꝙ ẽ quidam uir nobilis, & gloriosus, & iste est Christus, qui est uir, & sponsus ecclesiæ, & animæ nostræ, quam sibi per fidem sponsat, & secum indiuisibiliter in paradisi thalamo collocat atq; portat. Sicut.n. uidemus, ꝙ uir uxorem suam miro modo diligit, & pro eius copula patrem, & matrem dimittit, & pro eius defensione morti multotiens se exponit, sic uere Christus ecclesiam suam, & animam miro modo dilexit, quod apparuit, quia pro ea patriam, & parentes. i. paradisum, & Angelos dimisit, & neglexit, & huc ad mundum in crucis patibulo moriturus personaliter se transuexit. Et ideo iste est ille uir de quo dicitur Prouerb. 18. Vir amicabilis ad societatem magis proderit quam frater. Vbi aduerte quòd sicut uir

Debet se uxori inseparabiliter coniungere,
Debet uxoris negocia gerere,
Debet uxorem amare, & diligere,

Sic dico, ꝙ Christus bonus uir spiritualis aĩæ christianæ debet se

bet se stabiliter nobis copulare per vnitatem copulatiuã. Vir amabilis ad societatẽ, Probitatẽ operatiuam. Proderit. Charitatem inflammatiuam. Frater. Iste.n. nobis stabiliter copulatur, utiliter nobis operatur, veraciter in nos inflammatur. ¶ Dico ergo, ꝙ iste nobis copulatur benigniter, & stabiliter, cũ dr̃ ꝙ est amabilis ad societatẽ, q.d. iste est amabilis, tractabilis, & socialis, & istud fecit carnẽ assumendo, & quotidie facit, mentem spiritualiter visitando, & se aiæ sponsæ suæ ꝑ gratiam infundẽdo. Christus.n. & Angeli sunt illi uiri qui aiæ sociantur. 1. Reg. 14. Viri israel sociati sunt. Vt sic de aia dicatur illud ibidem, Vbicunq; uidebat uirum fortem, sociabat eum sibi &c. Vide supra de societate. Iste.n. factus est socius noster carnẽ assumẽdo, in mundo cõuersando, & nobis in corde ꝑ gratiam suam adhærendo. Similis.n. est ciconiæ, quæ est auis hoĩem diligens, & societatem eius uolens, & iuxta domicilia eius nidos suos faciens, & quasi indiuisibiliter nidum eundẽ custodiens, non dimittens, & licet sit ipsum in hyeme dimittens, ad ipsum tñ in æstate est rediens, & reuertens, sicut ad sensum patet cuilibet intuenti. Sic Christus socialis, & amicabilis, humanam naturam.i. ecclesiam, & aiam sicut propriam uxorem miro mõ dilexit. Col. 3. Viri diligite uxores uestras, sicut Christus ecclesiã. & iuxta eam in nido ꝓprii corporis, habitauit personaliter quem in passionis hyeme dimisit, sed cito ad eum rediit qñ reuixit. Quod etiã quotidie cõpletur, spiritualiter cum Christus uxori suæ.s. aiæ per gratiã suã copulatur, & in eius societate mirabiliter delectatur. Prouer. 8. Deliciæ meæ esse cum filiis hoium, Nidum.n. humanæ cõsciẽtiæ inhabitat, qui nisi per peccatum expellatur, & etiã eiiciat; ad ipsum libẽter reuertitur; ipsumq; reparat uirtutibus atq; ornat Aĩa.n. est uxor Christi, quæ sibi per peccatũ aufertur, & sibi per pœnitentiam restituitur, & refertur. Gen. 20. Red de vxorem uiro suo, quia propheta est, & orabit pro te. Qđ tñ est contra multas aias, quæ à Deo uiro suo per peccatum recedunt, & per obstinationem redire ad eum amplius nolunt, sed adultero suo diabolo, & mundo irreuertibiliter se iungunt. Vnde mulieri meretrici loquitur scriptura Hier. 3. Implesti malam cogitationem tuam, ostendisti contra uirũ, fortitudinẽ. Et ideo Christus sicut homo nobilis de tali muliere fornicaria, q.s. in peccato uult uiuere, nec redire curat nihil curat, sed separatione perpetua tractans ipsam in inferni carcere collocat, & exinde se uirum suum non reputat neque uocat. Hinc est, ꝙ Deus hodie, & aiam, & ecclesiam peccatricem deserit, ipsamq; sicut uir nõ diligit nec custodit, dicens illud Oseæ 2. Matrẽ vestram iudicate, qm̃ non ipsa uxor mea, & ego non uir eius. Et ideo Christus ecclesiæ vxori suę vr̃ libellum repudii dedisse, & se ab ea penitus separasse, iuxta illud Prouer. 7. Non est uir in domo sua, abiit uia longissima. Quod tñ non debet esse, quia aia à Deo fornicata debet ad eum per pœnitentiam redire, diabolum dimittere, & societati domini sui se unire, dicens illud Oseæ 2. Reuertar ad uirum meum priorẽ, melius.n. mihi erat magis tunc q̃ nunc. Patet ergo, ꝙ Christus dr̃ vir, quia copulatur.s. benigniter, & stabiliter. Societatem inquit. ¶ Deinde Christus dicitur uir, quia operatur nobis viriliter, & vtiliter, quod ostenditur cũ dicitur. Proderit. Ad uirum.n. pertinet operari opera proficua, & utilia, & ideo uirã uirtute, dr̃, pro eo, ꝙ uirtuosus sit in operando. Sic uir Christus dr̃ pro eo, ꝙ uirtuosæ, & proficua operatur. Esa. 27. dñe oĩa opera nostra operat⁹ es nobis. Iste.n. est vir ad quem pertinet vxorem.s. animam uel ecclesiam regere, & sine quo non possunt bona opera generari, quod ostenditur cum dr̃. Proderit. Eccl. 29. proderit tibi magis q̃ aurum. Aduerte tñ, ꝙ in multis libris ponitur loco ꝓderit, amicus erit, quia sicut amicus fidelis prodest amico, & ꝓ ipso se exponit supplicio, sic Christus, ipsi animæ profuit, & pro ipsa periculo mortis se exposuit, opusque suæ redemptionis fideliter exercuit, & perfecit. Quia sicut dr̃ prouerb. 12. Qui negligit damnũ ꝑ amicũ suum, vir iustus est. Quia sicut dr̃ Prouerb. 11. Benefacit animæ suę uir misericors. Iste est.n. ille vir de quo Zach. 6. Ecce uir oriẽs nomẽ eius, & sub ipso orietur lux &c. Et sic dico, ꝙ iste uir dr̃, quia operat̃ nobis fideliter & utiliter. Proderit inquit, uel aliter alio modo. Amic⁹ erit. ¶ Deniq; dico, ꝙ Christus dr̃ vir, quia obligatur tenaciter, & ueraciter. Frater. Frater fratrem, & uir uxorem tenentur diligere, & ideo amor istius uiri ad nos in hoc ostẽditur, ꝙ frater non extraneus nuncupatur 2. Reg. 1. frater mi Ionatha amabilis ualde super amorẽ mulierum. Vir.n. nõ est uxoris dominus, non est superior, sed æqualis. In signum cuius mulier non fuit facta de Adæ pedibus, sed de latere uel de costa. Et ideo Christus frater ecclesiæ vel aiæ dr̃; q̃a aiam tractat ut sociam uel sororem, & diligit vt collateralẽ, & amicam. Frater inquit. Gen. 37. Frater.n. & caro nostra est. Iuxta illud Eph. 5. Vnusquisq; diligat suam uxorem, sicut seipsum, uxor aũt timeat uirum suum. Iste est igitur frater. Sed aduerte, ꝙ sicut frater dolet, qñ uidet sororem suam ab amico uiolari, uir qñ videt sponsam adulterari publice, pater qñ uidet filiã suam prædilectam notorie fornicari, sic Christus de aĩa uel ecclesia unica sua sorore sponsa, & filia dolet mirabiliter, & tristatur, quando uidet, ꝙ cum carne, mundo, & diabolo fornicatur. In cuius figuram 2. Reg. 3. dr̃ ꝙ cum Michol filia regis à uiro suo uiolenter tolleretur, ipse uir plorãs, & eiulãs sequebatur. Quia ꝓ certo cum aĩa filia regis Christum uirũ suum deserit, ipse Christus uir suus eam per dilectionem sequitur, & plorans.i. sibi compatiens eam sibi si põt religat, & reiũgit, & ad statum salutis restituit, & reducit, dicens, illud Hier. 3. Si uir dimiserit uxorem suam, s. recedẽs ab ea &c. Patet igitur, ꝙ Christus dr̃ uir, quia per amorem magnum ad nos inclinatur, quia per fortem uigorem nobis operatur, q̃a per firmum tenorem nobis copulatur. Et si uis dilatare materiam de uiro, applica figuram Dan. 10. de uiro mirabili qui apparuit Danieli, & Ezec. 9. de uiro induto lineis &c. Patet igitur, ꝙ inuenit uir nobilis, & gloriosus. ¶ Scđò dico, principaliter, ꝙ inuenitur stabilis uir, & uirtuosus, & sic per uirũ ut dictũ est, intelligitur prælatus, qui est ecclesiæ uir, & sponsus. Quia.s. iste uir debet pro uxore sua demonibus per orationem, tyrannis per defensionem, hæreticis per prædicationem, aliis peccatoribus per correctionem, & coërtionẽ se opponere, & eam immunem, & liberam cõseruare, fœdus & iuramentum ẽm promissum tenere, & in eius speciali matrimonio fideliter manere, & eam sicut uxorem legitimam diligere, & fouere. Vnde prælatis potest dici illud Col. 3. Viri diligite uxores uestras, nolite esse amari ad illas. Et iõ tam de prælato, q̃ de alio uiro iusto põt exponi illa figura Dan. 10. Ecce uir un⁹ indutus lineis, & renes eius accincti auro obryzo, & corpus eius sicut chrysolitus, & facies eius uelut spẽs fulguris, & oculi eius ut lapas ardens, brachia eius, & pedes quasi spẽs æris, & uox sermonum eius ut uox multitudinis. Si uis, dic historialiter per modum narrationis, uel literaliter, per modum auctoritatis. Igitur charissimi cõsideremus uirũ istum mirabilem quem Daniel describit, & uideamus suas conditiones, quas debent habere prælati, uel quilibet alii uiri iusti. Debent.n. habere. In habitu honestatis decorem. Ecce uir unus uestitus lineis. In corpore castitatis pudorẽ. Renes eius accincti auro. In animo firmitatis uigorem. Corpus eius sicut chrisolitus, qui est lapis. In vultu venustatis nitorẽ. Facies eius sicut spẽs fulguris. In intellectu claritatis splendorem. Oculi eius sicut lampas ardens. In opere probitatis ualorem. Brachia inquit eius. In corde charitatis feruorem. Pedes eius ut species. In uerbo uel sermone ueritatis clamorẽ. Vox sermonũ eius, ut uox multitudinis. ¶ Dico ergo, ꝙ q̃ uult esse uir debet habere in habitu decorem honestatis. Ecce uir unus indutus lineis. Vestes.n. lineæ sunt puræ, & mundæ, nec tamen sunt ultra modum pręciosę. & per uestes istas honestatis habitus describitur, in quo necessariũ est, ꝙ honestas, & munditia teneatur, & ꝙ nimia.s. deformitas, & ꝓciositas caueatur. hinc Deut. 22. prohibetur ne fœmineis uestibus uir utat̃. In quo intelligere possumus, ꝙ uiri ꝑfecti nõ debẽt dissolutos habitus diligere, nec ornatus superfluos, q̃ ad mulieres ꝑtinent (non ad uiros) eligere uel portare, q̃a sicut Seneca dicit loquens de uiris religionis, & uirtuosis. Non fuerunt inquit sicut mulieres, circa flosculos occupati. totus cõtextus illorũ uirilis est. Sequit̃ in fine epistolæ. Viros carpere flosculos turpe est. Ecce inq̃t uir unus indut⁹ uestibus lineis. quasi dicat. Ecce habitus uirilis, non muliebris, honestus, sobrius, non deformis. Cuius tñ contrarium in ecclesia, & religione uideo, ubi muliebres, & dissoluti etiam habitus portantur, ubi inhonestæ uestes ab illis qui uiri esse debent, non horrentur. Nõ sic, sed ecce uir uestitus lineis. Eze. 9. Ecce uir qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius. Habeat ergo uir honestus honestatis decorem, in habitu. ¶ Item debet habere pudorem castitatis, cum dicitur.

dr.Renes eius &c.Renes.n.in quibus est desiderium naturæ,
& generatiua uirtus, uoluptatem carnis significant. Aurum
vero quod est metallum imputribile, & quod ét in pergame
no albo nullius signi seu lineæ vestigium derelinquit, castita
tem denotat, quæ imputribilem, & incorruptibilem hoiem
reddit, & nullius mali exempli vestigiũ imprimit aut dimit-
tit. Quia ꝑ certo viri spirituales, & maximè religiosi, & præ-
lati, debent renes carnalis voluptatis auro imputribilis casti
tatis accingere, & constringere, & omnem fluxũ luxuriæ per
zonam continentiæ coarctare. Vnde de tali uiro dicitur 4.
Reg.1. Vir pilosus occurrit nobis, zona pellicea accinctus lũ
bis seu renibus. Quod est contra multos, qui magis dici pos
sunt pueri quàm viri, quia non mũdè se custodiunt. vnde isti
non videntur viri à uirtute, sed à uirore. Viride.n.lignum ca
lefactum spumam emittit, & ad quemlibet partem se flectit.
Sic uere multi sunt ita uirides, & molles, qui spumã immun-
diciarum carnalium non cessant diffundere, & cum calefacti
fuerint per luxuriã ubicunq; impulerit diabolus se plicare,
& nunc ad unum peccatũ, nunc ad aliud se inclinare. Et bre
uiter qlibet talis uĩ esse sicut seruus ille effæminatus de quo
loquitur Seneca ĩ epistola, ubi dr, ꝙ ipse erat in cubili uir, in
conuiuio puer. Renes inquit eius. Iob 38. Accinge lumbos
tuos sicut uir. Habeamus igitur in corpore pudorem castita
tis. ¶Item dico, ꝙ debet habere uir.i.uirtuosus in aio uigorẽ
firmitatis. Ad uirum.n.pertinet ꝙ sit fortis, stabilis & cõstans
in tentationibus, & tribulationibus, non succumbens, sed in
aduersis, & prosperis æqualiter se continens, & in cunctis im
mobiliter perseuerans, quod ostenditur cũ dr. Corpus eius
&c. Quia chrysolitus est lapis qui demones dr terrere, & cõ
tra timores, nocturnos solet proficere, & valere, sicut dicit
Diosco. Ad denotandum, ꝙ per uirtutẽ cõstantiæ corpus no
strum sit chrysolitinum, i. lapideũ atq; forte, non facilè pene
trabile atq; molle. Cõstãtia.n.animi est virtus quæ demones
terret, pellit timores, & superat atq; tollit. Et hoc est quod di
cit Seneca de viro iusto. Nihil sapiẽti viro põt euenire, stat re
ctus sub quolibet põdere. nulla eum res minorem facit, nihil
ei eorum, quæ ferenda sunt displicet. quicquid cadere in ho-
minem põt, in se cecidisse non quæritur, uires suas nouit, scit
hoĩ oĩa fereda, Corpus ergo eius chrysolitus. Vñ de eo põt
dici Iob 41. Corpus eius scuta fusilia, & cõpactũ. Et aduerte
ꝙ uir debet esse constans, & fortis præcipuè quo ad tria, s.

audacem aggressionem difficilium.
Ad stabilem perpessionem terribilium.
durabilem fictionem volubilium.

Debet.n.uir perfectus audacter aggredi difficilia, iuxta illud
1.Reg.18. Esto uir fortis, & præliare prælia domini. Item de-
bet patiẽter perpeti terribilia. Nulla.n.pęna, & nullus labor
debet uirum perfectum frangere, sed in oĩbus patiens esse,
& immobilis ꝑmanere. Vnde Seneca epistola 31. dicit, ꝙ ge-
nerosos aios labor nutrit. Vnde non est uiri timere sudorẽ.
Vnde ét Seneca cõsolãs illum qui super morte uxoris flebat,
dicit sic. Quare ploras? si maritum te cogitas te cogita virũ.
Ac si diceret: Non decet uirum flere, sed æquanimiter ét oĩa
sustinere. ¶ Item debet stabiliter figere cordialia, quia non
debet animũ suum fluctuare permittere, sicut puer, nec mõ
vnum, nec mõ aliud desiderare sicut mulier, sed in uno pro-
posito persistere, sicut uir solidus, & tenax. exemplo Aposto-
li 1.Corin.13. Cum essem paruulus &c. Quæ tñ sunt contra
multos tã ecclesiasticos q̃ laicos, q nec in uerbis nec in pro-
missionib⁹, nec in factis, nec in operibus, nec in audaciis, nec
in aggressionibus, nec in patientiis, nec etiam in supportatio
nibus vllam habent penitus firmitatem, nec aliquam virilẽ
fortitudinem nec stabilitatem, sed potius puerilẽm mobili-
tatem, & muliebrem per oĩa vanitatem. Similes illi Tiresiæ,
qui ẽm fabulas poetarum, de uiro in fęminam per septenniũ
est mutatus, quia pro certo isti ita sunt hodie, & in agẽdo, &
in patiendo effęminati, ꝙ non viri, sed fœminæ possunt dici.
Hier.31. Virũ circũdabit fœmina &c. Figurati in filiis israel,
qui uiros cunctos contra Madian in prælio occiderunt, & fę
minas seruauerunt, sicut dr Num.31. Figurati etiam in Pha-
raone, qui uiros, & mares in flumine fecit submergi, & fęmi
nas seruari. Quia.s.isti uiros.i.uirtutem, & uirilitatem in seip
sis occidunt, fęminas uero.i.mollitiem, & fœmineitatẽ cu-
stodiunt. Quia multi sunt de quorum moribus plus apparet
de fœmina q̃ de uiro. Esa.4. Apprehendent septem mulieres
virum vnum. Non sic charissimi sed simus uiri constãtes, nõ
fœminæ, stabiles, non desistentes aut mutabiles, iuxta illud
1.Reg.4. Cõfortamini, & estote uiri. quia sicut dr 1.ad Tim.
2. docere mulieri non permitto, nec dominari in uirum. Qđ
nihil aliud est, q̃ ꝙ fœmina.i.sensualitas, mollities & carnali
tas non debet contra virilitatem pręualere, nec ipsam suis le
gibus subiugare, quinimo mulieri.i.sensualitati, & carnalita
ti debet vir.i.ratio dominari, & penitus principari, Gene.3.
Mulier quoque dixit: In dolore paries, & sub potestate uiri
eris. Habeat ergo uir in moribus uigorem firmitatis. ¶Itẽ di
co, ꝙ iste habere debet in aspectu nitorem uenustatis, quod
ostẽditur cum dr, ꝙ habebat mirabilem faciem sicut fulgur.
Facies inquit eius uelut spẽs fulguris. Quia ad uirum perfe-
ctum pertinet, ꝙ habeat uultum, & faciem fulgureã, niti-
dam, & splendentem, iocundam, urbanam, hilarem, & riden
tem, sicut etiam dr Eccl.19. Ex uisu cognoscitur uir, & ex oc
cursu faciei cognoscitur sensatus. Hilaritas.n.uultus, & læti
tia sunt indicia boni uiri, & cordis placidi, benigni, & fidelis.
fidelis.n.vir multum laudabitur, quia sicut dr Prouer.18. Vir
amabilis ad societatem magis amicus erit q̃ frater. Istud po
tissimè debet esse in prælato, qui subditis se debet exhibere
familiarem, & lætum, hilarem, & socialem, non tristem aspe-
rum uel crudelem. Quod tñ est contra multos, qui amaros,
& asperos aliis se ostendunt, ita ꝙ alicui gratiam vel fauorẽ
non prætendunt. Similes illi Nabal, de quo dr 1. Reg.25. Cõ
pleta est malitia cõtra uirum tuum, nam ipse est filius Belial,
ita ꝙ nullus põt ei loqui. Nõ sic charissimi, quia pro certo ta
lis austera conditio reprehenditur, & maximè in plãtis, quia
si faciem leoninam oĩbus ostenderent. simplices ad iustitiam
uenire non auderent. Et ideo necessaria est in uiris pfectis, &
maximè in platis, hilaritas, & benignitas, non austeritas uel
potestas, iuxta illud Num.12. Erat autem Moyses uir mitissi
mus super oẽs hoies qui morabantur in terra. Vt de talibus
intelligatur illud Eccl.26. Diuitis & pauperis cor bonum, oĩ
tempore uultus eorum hilaris. Habeat ergo uir in aspectũ
nitorem uenustatis. Facies eius inquit quasi species fulguris.
Matt.17. Resplenduit facies eius sicut sol. ¶Item dico, ꝙ vir-
tuosus debet habere in intellectu splendorem claritatis seu
ueritatis, cum dr. Oculi eius sicut lampas ardens. Oculi.n.aię
sunt uirtus intellectiua, & discretiua, quæ per clarã cognitio
nem debent lucere, & quantum ad ueram boni, & mali noti
tiam clarissimè resplẽdere. Apoc.1. Oculi eius uelut flamma
ignis. Vir.n.s.perfectus habet sensus corporales, quos tñ non
habet puer, q.d.s.nos qui uiri esse uolumus, sensum & discre-
tionem in agendis, & præcauendis habere debemus, quia si-
cut dr Eccl.14. Beatus uir qui in sapientia morabitur &c. Na
turaliter uir habet barbam, quæ uirilis sapientiæ, & constan
tiæ est signum. Vnde de quodã Philosopho legitur in libro
Philosophorum moralium, ꝙ quæsitum fuit ab eo quare to
tiens tangebat barbam suam, qui respondit, ut dum tango
barbam meam, uirum me esse meminerim. Quod est contra
multos, qui per sapientiam non sunt uiri sed per ignorãtiam
pueri possunt dici. Et circa hoc applica de puero quod uo-
lueris, uel de ignorantia, & uide supra de oculo. Habeat er-
go uir in intellectu splendorem ueritatis uel claritatis. ¶ Itẽ
dico, ꝙ uir debet habere in opere uigorem probitatis, quod
ostenditur cum dr, ꝙ ille uir mirabilia habuit brachia. Bra-
chia eius ærea inquit &c. Per brachia cũ quibus hõ pugnat,
& operatur, intelligo fortitudinem in bonum operando, &
in subditos defendendo, & in hostes inuadendo. Psalmista.
Qui docet manus meas ad præliũ &c. Vir.n.debet esse For-
tis, & uirtuosus. Audax & animosus. Iustus, & rigorosus. For
tis dico, & uirtuosus 2. Paralip.17. Viri bellatores, & robusti
erant in Hierusalẽ. Audax & animosus, quia nullũ debet ti-
mere in sua iustitia, & maximè prælatus. Vnde Iob 34. Viri
cordati audite me. Iustus etiam, & rigorosus, quia iustè, & ri
gidè debet delinquentes punire, & contra eos fortiter præ-
ualere. Ezech.23. Viri iusti sunt, & iudicabunt eos iudicio
adulterarum. Quod est contra multos, tam laicos quam cle
ricos, qui.s.penitus non uidentur uiri, quia.s.nec bene operã
do, nec malos impugnando aliquid uiriliter faciunt, similes
lepori, qui est aĩal timidissimum, de quo dubitatur utrum ha
beat sexum masculinum uel fęmininum, quia.s.tales uiri æsti
mantur, & tñ fœminaliter operantur. Viri.n.sunt quantũ ad
gradum, fęminæ vero quantum ad actum, quia.s.isti locũ vi-
rorum

rorũ tenent,& tamen opera inutilia,& fœminea semper exercent. Et sic verificatur illud quod dicit Seneca, ꝙ.s.in loco in quo vir bonus quæritur, paucissimi sedent. Isti.n.sunt imbecilles,& inuidi,ita ꝙ quantum ad opera videntur plus fœminæ quã uiri. Isti.n.sunt uiri fictiles,& uani, viles & fragiles, de quibus Hier. 48. Clamabo ad uiros muri fictilis lamentates. Non sic, sed si volumus esse uiri habeamus in opere vigorẽ probitatis. Brachia inquit.psal. Fiat manus tua super uirum dextræ tuæ.&c. Quia.s.per brachiũ(vt dictũ est)intelligimus fortitudinẽ ad operandum.psal. In brachio uirtutis tuæ &c. ¶ Item dico, ꝙ vir debet habere in corde feruorem charitatis, cum dr̃ ꝙ habebat pedes in similitudinem æris cãdentis. Pedes.n.qui portant cor, aïæ sunt affectus, qui tunc candẽtes efficiuntur, quando per charitatis incendium inflammãtur. Apoca. 1. Pedes eius similes orichalco sicut in camino ardẽti. Vir enim debet uere, & charitatiuẽ diligere, non fictẽ nec mutabiliter affectare. Pedes debet habere æreos, & ardentes, quia affectus amoris sui debent esse

Pedes per stabilitatem.

Aerei per durabilitatem.

Ardentes per fortem,& feruentem charitatem, quæ oĩa bene pertinent ad virum. Vir.n.statim, & faciliter non debet alium diligere, imo debet deliberare, ꝙ sit tal s, ꝙ eius amicitia sibi utilis possit esse, sed postquam dilexit, non debet ipsum dimittere amplius, sed in eius amore stabiliter pseuerare. Exemplo ferri, quod non faciliter calefit, sed calorẽ cum caluerit, diu custodit. Habeamus igitur in corde charitatem feruoris. ¶ Item dico, ꝙ si uolumus eẽ viri, habeamus in ore clamorẽ ueritatis seu auctoritatis, cum dicitur. Vox sermonum eius. & maximẽ ad prælatum pertinet autenticẽ loqui, & altẽ, & seuere proferre sermones. Teste.n.Plinio, uoces uirorum seu masculorum sunt grossiores generaliter, quia.s.illi qui uirorum locũ habent, debent per prædicationẽ ad terrorem delinquentium non molliter sicut fœminæ, sed more viri fortiter verbum dare, quia sicut dicitur Prouer.12. Doctrina sua cognoscitur uir esse. Vt sic alii possint dicere illud Gene.3. uocem tuam dñe audiui, & timui. vnde Apoc.1. dr̃ ꝙ ille qui sedebat in throno, uox illius erat sicut aquarum multarũ. Esa. 58. Clama, ne cesses &c. Sed adhuc uide de hoc infra de uoce. Quod tñ hodie non fit, quia multi ecclesiastici, & alii sunt qui nihil uiriliter dicunt uel agunt. deliciis.n.taliter eneruãtur, ꝙ nihil fabulant, quia sicut dicit Seneca Epistola 33. Mirum est aliquid fortiter dici ab hoĩe molitiẽ pro fesso. Patet igitur charissimi per prædictas octo cõditiones, ꝙ prælati, & ecclesiastici debent esse viri.i.viribus, & virtutibus pleni. Et sic bene patet, ꝙ in scriptura inuenitur uir stabi-
C lis, & uirtuosus, & hoc est ꝭm principale. ¶ Tertiò dico, ꝙ in scriptura inuenitur uir utilis, & fructuosus, & sic per virũ potest intelligi homo sanctus, non solum prælatus, sed ẽt alius. Vir.n.habet complementũ ætatis, & tunc bene potest laborare, opari, intelligere, generare, & alios actus facere, signãs hoĩem perfectum, qui tunc uir, & virtuosus esse dignoscitur qñ discretẽ intelligit, bona opera generat, & producit, & in bonis operibus se exercet. Dic si uis illam figuram Dan.10. Ecce uir un⁹ indutus lineis &c. cum oĩbus suis membris. Et ponitur immediate supra sub.§. Secundò dico, principaliter. quia quicquid ibi est pertinet ad virum perfectum. Iustus.n. dr̃ uir, à uirtute, q.a.s.multę uires, & uirtutes reqrunt ad hoc, ꝙ aliquis spũaliter uir dicatur. Et sic notabo, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquis sit uir iustus, necessarium est quòd ipse sit scilicet. Vir

Fortis,& bellicosus.
Sanctus,& uirtuosus.
Concors,& non rixosus.
Rectus,& non tortuosus.
Pius,& uisceroſus.
Prudens,& studiosus.
Rarus,& præciosus.
Pauidus,& timorosus.
Eloquens,& seriosus.
Pœnitens,& dolorosus.
Et sic fuerit,& erit.
Vir beatus,& gloriosus.

Dico, ꝙ iusti sunt viri fortes, & bellicosi. Pugnant.n.contra diabolum, contra mũdum, contra seipsum, cõtra peccatum. Vnde Gen. 32. Ecce uir luctabat cum eo. Et 1.Reg.17. Hic aũt uir bellator ẽ ab infantia sua. ¶ Item sunt uiri sancti, & virtuosi. 4. Regum 4. Animaduerto, ꝙ uir Dei sanctus est. Ita.n.sancti uiri debemus esse, ut alios sanctos faciamus. psal. Cũ sancto sanctus eris &c. Item sunt uiri concordes, & non rixosi. Et sic dicitur 1. Esdræ 3. congregatus est populus quasi uir unus. Item sunt uiri recti, & non tortuosi, quia rectẽ, & planẽ debent in suis actibus procedere, nõ tortuosẽ vel falsẽ. Iob 1. Erat ille uir simplex, & rectus, & timens Deum, & recedens à malo. Item sunt uiri pij, & uiscerosi, & aliis misericordes, q.a sicut dr̃ Prouerb. 11. bene facit animæ suę uir misericors. Item sunt uiri prudẽtes, & studiosi, quia sicut dicitur Sap.6. Melior est sapiens viro forti. Item sunt uiri rari, & præciosi, quia pauci inueniuntur tales. Esa.13. Præciosior erit uir auro. & Eccl.7. virum de mille unum repperi. & Sene. dicit ꝙ in loco in quo uir bon⁹ quæritur, pauci sedent. Item sunt uiri pauidi, & timorosi. ps. Beatus uir qui timet dominum. Item sunt uiri eloquentes, & seriosi. Eccl.37. Vir peritus multos erudiet. Item sunt uiri pœnitentes, & dolorosi. Ezech.9. Signa thau in frontibus uirorum dolentium gementium. Item finaliter erunt uiri beati, & gloriosi, s.in patria, quando uerificabitur illud quod regina Saba dixit Salomõi 2. Paral.9. Beati uiri tui. & beati serui tui, qui assistunt &c. His igitur, & alijs multis modis dicũtur hoĩes spiritualiter esse uiri, & spiritualibus uiribus esse uirtuosi. Vt sic de talibus dicatur illud Exodi 18. Prouide tibi ex omni plebe uiros potentes, & timentes Deũ, in quibus sit ueritas, & qui oderiut auaritiã, & constitue eos tribunos. q.d. tales uiri debent esse in officiis, & cõstituti in beneficiis, & in dignitatibus ordinati. Patet igitur ꝙ inuenitur uir utilis, & fructuosus. & istud est tertium principale. ¶ Quartò dico principaliter, ꝙ inuenitur uir nequam, & uitiosus. Et sic dico, quod inueniuntur scilicet Viri.

Leprosi.
Verbosi.
Rixosi.
Pomposi.
Mendosi.
Inuidi,& odiosi.
Ignari,& tenebrosi.
Auari,& ambitiosi.
Carnales,& luxuriosi.
Crudeles,& perniciosi.

Sunt dico in mundo uiri.s. leprosi.i.uiri diuersis uitiis infecti. Vnde.4. Regũ.5. de Naamã dicitur, ꝙ ipse erat uir fortissimus, & diues sed leprosus. Item sunt ibi uiri uerbosi, & dolosi, de quo in psal. Viri sanguinũ, & dolosi. Isti.n.sunt illi qui ꝑ dolum, & fallaciam sub specie amoris alios decipiunt, & produnt, de quibus Prouer.16. dicitur. Iniquus lactat amicum suum, & deducit eũ per viã nõ bonam. Item sunt uiri rixosi, de quibus Prouer.15. & 29. Vir iracundus prouocat rixas. Item ibi sunt uiri pomposi, & clari, de q̃bus Iob 11. Vir uanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri natum liberum se putat. Itẽ ibi sunt uiri mendosi, de quibus Prouer. 19. Melior est pauper q̃ uir mendax. Item sunt ibi uiri inuidi, & odiosi, de quibus Prouer.19. Viri sanguinum oderunt simplicem. Itẽ ibi sunt uiri ignari, & tenebrosi, de quibus psa. Vir insipiens non cognoscet &c. Item sunt ibi auari, & ambitiosi, de quibus Prouer.29. Rex iustus erigit terram suam, & uir auarus destruet eam. Item ibi sunt carnales, & luxuriosi, de quibus Leuit.15. vir qui patitur fluxum seminis immundus erit. Item sunt ibi uiri crudeles, & perniciosi, de quibus Esa. 9. Vir fratri suo non parcet. Isti.n. sunt mali uiri, de quibus extat copia tã magna, quia.s.mali uiri hodie superabundauerunt, uiri vero boni perierunt, iuxta illud Esa.57. Viri misericordiæ colliguntur, & non est qui recogitet. Isti.n.uiri non dicuntur à virtute, sed à uirulentia, quia isti non sunt uiri.i.uigorosi vel virtuosi, imo uiri.i.uirulenti, & uenenosi, de quibus Soph.1. Visitabo super uiros defixos in fęcibus suis. Et Sopho.3. Prophetæ tui uesani uiri infideles. Ista ergo de uiris tam bonis, quam malis sufficiant, q.a in aliis locis pluribus est tractatum. Vide ergo plures auctoritates diuisas, & prosecutas. A

Virga.

Nota ꝙ uirga ꝭm suas proprietates potest uariari, & multa designare. Vnde breuiter notare possũm, quòd in scriptura inuenio uirgam scilicet

Gloriosam,& admirabilem.
Speciosam,& amicabilem.
Virtuosam,& uenerabilem.
Rigorosam,& formidabilem.
Amorosam,& commendabilem.
Furiosam,& detestabilem.

Prima est virga imperialis dominationis. & hæc uirga ẽ Dei bñdictus filius, de quo in ps. Virgam uirtutis suæ emittet dominus ex syon &c. quia ipsam de paradiso emisit, & in medio peccatorum, & inimicorum suorum dominari constituit, & perfecit. Pastor.n.mediãte uirga regit oues, sic pater mediante filio regit mũdum. & ideo iste

est virga moysi, cum qua signa mirabilia fecit coram Pharaone, quæ aquas Aegypti in sanguinem mutauit, & quæ in draconē mutata uirgas magorū deuorauit sicut dr̄ Exo.4.& deinceps. Quia uere charissimi moyses dicitur Deus pater, qui per virgam suam Deum filium hic corā humano genere fecit multa signa,& mirabilia, quæ per beatam incarnationē in draconem.i.in carnem seu hominem se mutauit,& cōuertit, uirgas magnorū.i.potestatem regnorum, & demonū destruxit,& deuorauit,inquantum.s.sanctam ecclesiam instituit, & errores gentilium eneruauit. Et ideo ista est virga ferrea, de qua dicitur in psal.Reges eos in uirga ferrea &c. Quod potissimè fiet in iudicio, quādo cum ista uirga canes.i.peccatores percutientur,& extra domum ecclesiæ in infernum expellentur. Exod.8. Extende uirgam tuam, percute puluerem terræ. Virga.n.in principio de sui natura est flebilis, tenera & mollis, in fine vero fit.s.dura, grossa, difficilis atq; rudis. Quia nūc Christus est dulcis, tener, flexibilis,& benignus, in fine tñ.s.in iudicio fiet durus, percutiens & sæuerus. Et ideo nūc potest figurari in uirga Assueri aurea, quæ in signum clementiæ ad Hester fuit extenta, tūc uero figurabitur in uirga ferrea, quæ ad percutiendum impios est excenta. Apoc.12. Recturus erat oēs gentes in virga ferrea. Ista est virga imperialis dominationis. ¶ Secundò dico, ꝙ est virga virginalis propaginationis. Virgo.n.beata dicitur uirga, eo ꝙ sine corruptione flos diuinitatis,& fructus humanitatis de ea propagatur. Vnde Esa.11. Egredietur uirga de radice Iessæ &c. Virga.n. flexibilis est,& tenera, & quanto in arbore est altior, tanto est minor, gracilior & flexibilior. Sic ista dulcis ē, flexibilis, & pia, & ad preces nostras est inclinabilis, & prompta, & quanto fuerit altior per sanctitatem,& generis dignitatem, tāto fuit gracilior per humilitatem,& tenerior per mellifluam pietatem. Et iō ista fuit figurata in uirga Aaron, quæ sicca floruit. Num.17. Inuenit germinasse uirgam Aaron in domo leui,& gemmis turgentibus eruperant flores. Ista est virga uirginalis generationis. ¶ Tertiò dico, ꝙ est uirga virtualis sustentationis,& ista virga ē crux Christi, quia crux est illa virga qua canis inferni cum suis tentationibus depellitur,& superatur per quam regnum ecclesiæ regitur,& spiritualiter gubernatur, cui debilis peccator per spem,& fiduciam innititur, cum qua nobis præmia æterna mensurantur, & per quam pauperes simplices,& innocentes ne fiant uiri pestilentes, corrigūtur. Dico ergo quòd crux est virga scilicet

Defensionis.
Directionis.
Sustentationis.
Mensurationis.
Correctionis.

Est dico uirga qua tuemur, & defenditur, quia.s.pueri cum virga se defendunt,s. à canibus. Sic cum virga crucis. i. cum memoria passionis defendimur ab hostibus, & peccatis. Istam.n.uirgam timet canis diabolus, sciens ꝙ alias per eam in Christi passione fuit uictus. Esa. 3. Pauebit assur virga percussus. Item est virga qua regimur,& dirigimur. Sicut.n.pastor cum uirga regit,& dirigit gregem suū, sic Christus mediante uirga crucis suæ, & memoria passionis gregē deuotum gubernat & regit,& in viā salutis dirigit, & deducit. psal. Virga directionis uirga regni tui. quia crux est sceptrum,& uirga regni Christi. Item ista est virga per quam sustentamur, erigimur, quia sicut debiles, & insani, & infirmi vtūtur uirgis,& baculis ad sui innixionem, & sustentationē, sic & nos qui infirmi,& debiles sumus, uirgæ & baculo crucis inniti debemus per spem,& fiduciam, hic ne cadamus, ut sic dicamus cum psal. Virga tua,& baculus tuus ipsa me consolata sunt. Item ista est uirga qua mensurantur nostra merita. Sicut.n. virga solent rerū mensuræ accipi,& ſm eius quātitatem aliarum rerū quantitas mensuratur, sic vere ſm quantitatem uirgæ crucis. i. ſm quantitatē deuotionis quam habemus ad crucem, merita nostra mēsurantur, quibus postea adæquantur præmia. Vnde Zach. 41. Assumpsi duas uirgas, unam uocaui decorem, alteram uero funiculum. psal. Diuisit eis terrā in funiculo distributionis. Duæ.n. virgæ sunt.s.duo brachia sanctę crucis quæ sunt decor ecclesiæ,& funiculus.i. mensura etiam cœlestium præmiorum, & pœna infernaliū tormentorum. Sic ergo patet quod est uirga uirtualis sustentationis. ¶ Quartò dico, ꝙ est virga iudicialis iurisdictionis. Virga.n.quam portant reges, præsides & pastores, significat iudiciariā potestatem, quæ in malis est impia,& peruersa, quia.s.cum ipsa lædunt impiè subditos, & affligunt per eā nudos pauperes, & nō indutos, diuites uero nō lædunt. Ista.n.est illa uirga ꝙ Chrs discipulis suis inhibuit ne portarent, dicens illud Matt. 10. nolite possidere aurū nec virgam nec peram. Nā tales mali iudices, & eorū malæ iurisdictiōes nihil aliud sunt, ꝙ quædam uirgæ dn̄i ad disciplinandū pueros dn̄i.i.pauperes simplices,& innocentes, ne forte fiant viri pestilentes. Deus.n.vtitur malis sicut uirgis suis ad alios affligendū. Esa. 10. Væ assur uirga furoris mei ipse est. Veruntamen sciant tales, quia postquam hō uirga usus fuerit, & ipsa alios flagellauerint, in ignem aliqñ eam proijcit, uel ipsam destruit atque frangit. Sic uere Deus postquam tales uirgas.i.tales iniquos iudices florere diu permiserit (Iuxta illud Ezec.7. Floruit uirga germinauit superbia)& eorū ministerio ad alios tribulādum, & affligendum usus fuerit (iuxta psalmistam, Visitabo in uirga iniquitates eorum) ipsos tñ solet finaliter qnq; temporaliter destruere,& ad miseriā deducere,& frangere. Hiere.48. qm̄ confracta est virga fortis, baculus gloriosus, & in igne perpetuo concremare, & eos penitus eneruare. Esa.14. Comminuta est virga percussoris tui. Quia sicut dicit dn̄s in psal. Non relinquit dn̄s finaliter virgam peccatorū super sortem iustorū. Et si tu q̄ris, si Deus talibus uirgis utitur, quare ex hoc puniuntur; securis. n. puniri non debet imo manus. Ad hoc rn̄detur, ꝙ dato ꝙ isti sunt instrumentū diuinæ iustitiæ, ex hoc tñ sua malitia non minuitur. nec etiā excusatur; quia.s.mala quæ faciunt, ex sua culpa proueniunt, & à suo libero arbitrio fiunt. Deus.n.malis eorū uolūtatibus punitiones aliorū per occulta sua iudicia applicat, & per ipsos quasi ignaros, executione suorū iudiciorū ordinat. Latro.n.in silua insidians ut primo transeuntem spoliet, & occidat, non minus punit, si Deus volens aliquē occidi,& spoliari, ipsum in manibus eius tradat, & sic per illam viam occultam iustitiam dispenset. Quamuis ergo ista duo occurrāt simul, latronem tñ non excusant. De istis habemus exēplū in Nabuchodonosor rege Babylonis,& Sedechia rege Iuda. Deus.n.uolens captiuare Sedechiam,& populum Hierusalē pp eorum idololatrias, & peccata (sicut ēt ante ipsum prædixerat per psal. Super flumina Babylonis &c.) vsus fuit superbia,& crudelitate Nabuchodonosor, qui prædictum Sedechiam captiuauit, & excæcauit. Dictus.n. Nabuchodonosor erat pessimus,& Dei inimicus, qui ad Dei occultam iustitiā non attēdebat, nec ibi à deo aliquid fieri sciebat, imo pro eo ꝙ dictus Sedechias pactum,& iuramentū sibi fregerat, & ab eius obedientia recesserat, ipsum personaliter impugnabat. Concurrebant ergo simul Dei iustitia, Sedechiam de idololatria puniens, & Nabuchodonosor sæuitia impietatem suam exercens. Et Hier.25.& alijs locis plurimis Deus Nabuchodonosor seruū suū uocat, pro eo, ꝙ ipse fuit virga furoris dn̄i in filios pestilentes. Vnde ēt Cyro regi dicit dn̄s Esa.10. Væ assur uirga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea. Sequitur. Ipse aūt nō sic arbitrabitur, & cor eius nō ita æstimabit, sed ad conterendū erit cor eius,& ad interfectionē gentiū non paucarū. q.d. isti nō credunt se esse instrumentum diuinæ iustitiæ, imo proprio corde ad iniquitatem mouentur, quapropter à Deo non minus puniuntur, quia sibi non Deo imputant,& attribuūt facta sua,& quasi de propriis uiribus gloriantur. Vnde sequitur ibidē. Nunquid gloriabitur securis contra illum qui secat?&c. Patet ergo, ꝙ est uirga mūdalis iurisdictionis seu tēporalis afflictiōis. ¶ Quintò dico, ꝙ est uirga pastoralis castigationis. Et sic dico, ꝙ per uirgam intelligitur bonus prælatus, uel etiam iusta, & charitatiua correctio.s.prælatorum. Ista enim est uirga qua

Pastores utuntur oues reducendo.
Rectores vtuntur plebi præsidendo.
Magistri utuntur pueros docendo.
Genitores utuntur filios castigando.
Ministri utuntur uestes expoliando.
Balliui utuntur alijs imperando.
Magi utuntur serpentes incantando.
Mensores utuntur sortes assignando.
Mercatores utuntur, pannos mensurando.

Quia charissimi, prælati,& superiores qui sunt subditorū balliui, magi, ministri, magistri &c. sunt correctionis uirga siue iurisdictiōis, corporalis afflictionis & punitionis, oues.s.simplices,& errantes, sicut pastor in uiam ueritatis reducendo, & dirigendo. psal. Virga directionis uirga regni tui. Itē plebi

scilicet

.s.subditorum imperando, & sicut imperator maiestatē suā eis ostendendo. In cuius signum reges virgā.i.sceptrum portant in manu, ad designandum, ꝙ isti sunt qui habēt alios ad regendū.i.uirga iurisdictionis regere, & uirga correctionis castigare. Hester.5. Virgam auream tenebat in manu. Itē pueros.i.ignorātes carnales, sicut magister instruēdo, & doctor erudiendo. Prouer.22. Stultitia colligata ē in corde pueri, & virga disciplinę fugabit eam. Item filios & subditos, sicut pater castigando, & corrigēdo. vnde prouer.23. Qui parcit virgę, odit filium. Item vestes conuersationis subditorū per discussionē visitationis à puluere excutiendo, & à maculis peccatorū eorū emundādo, & depurando. Exod.8. extēde virgā & percute puluerem. Itē mādata superioris sui Dei sicut balliui aliis.s.denunciando, & præcipiendo. 1. ad Corinth.4. In uirga veniam ad uos. Itē serpentes.i.peccatores incantando, & sicut bonus magus domesticando, & conuertēdo. Exo.7. Proiecerunt magi singuli virgas. Ista est virga somnifera, cū qua Mercurius somniauit Argum. Item sortes beneficiorum & officiorū aliis sicut mensor assignando, quia mediante uirga iudiciariæ ptātis plati debent mensurare, & assignare gradū suum cuilibet. Hie.10. Israel virga hæreditatis eius. Item pannos.i.peccata, quos eis uendunt, inquantūm ipsos exinde puniunt uirga correctionis mensurando, quia uirga debet adæquari panno.i.correctio, & pœna peccato, quia sicut dicitur Deut.25. Iuxta mensuram culpæ debet esse plagarū modus. Vnde de tali uirga taliter peccatis adęquata, & mensurata psa. Visitabo in uirga iniquitates eorum. Prælatus.n. debet subditos uisitare, & uirga correctiōis iniquitates, & delicta mensurare. Et breuiter charissimi sicut pastor sine uirga non potest gregē regere, sic prælatus sine uirga asperę correctionis non pōt hodie subditos gubernare. Exemplo Moysi, qui virga non legitur signa fecisse nec populum israeliticum direxisse. Vnde de subdito potest dici illud Ecclesiast.33. Cibaria, & virga, & onus asino. Vbi aduerte quòd prælatus debet asinum suum id est

Subditum recreare. Cibaria.	Correctio.n. est illa
Subditum castigare. Virga.	uirga de qua dr̄ pro-
Subditum occupare. Onus.	uerb.29. Virga atque

correctio tribuit sapientiā. Vbi ēt oñdit, ꝙ uirga correctionis est. Virtutū productiua. Virga. Criminū punitiua. Correctio. Cordium directiua. Tribuit sapientiam. Istam.n. uirga

Virtutes producit.	Dico ergo, ꝙ ista virga uirtu-
Crimina educit.	tes producit, cū dicitur Vir-
Sapientiam inducit.	ga quia sicut à uirga oriun-

tur ramusculi cum floribus, & fructibus, & folijs, sic ex correctione oriuntur multę uirtutes cum bonis verbis affectionibus, & operibus, quia de ista oritur in futurum

Opus perfectionis.	Dico, ꝙ ista virga producit
Cibus deuotionis.	in nobis opus perfectionis.
Aqua compunctionis.	unde Gen.30. dr̄ ꝙ oues la-
Lumen discretionis.	cob solo aspectu virgarum

producebant fętus diuersorum colorum. Exemplo boni eq, qui solum aspectu uirgæ citius currit. Item cibum deuotionis. De uirga.n. nascitur fructus dulcis. sic siquis uirga correctionis percutitur, citius ad fructum deuotionis allicitur. & sic dicit Heb.9. ꝙ in arca cum virga erant tabulæ, & manna. Ad denotandum, ꝙ manna gratiæ, & deuotionis virgam correctionis comitatur, & ꝙ illi qui acriter corrigūtur, finaliter cibo deuotionis, & gratiæ satiantur. Eccl.33. Cibaria & uirga, & onus asino. Et Michæ 7. Pasce populum tuum in uirga tua. Item aquam compunctionis, quia.s.homo.qñ corrigitur, ad compunctionis lachrimam inuitatur. Vnde de Moyse dicitur Exo.17. & Nume.20. ꝙ ipse bis percussit uirga silicem, & eruperunt aquæ largissimę. Et pro certo si hō quāuis sit durus, & lapideus, bis.i.pluries à Deo vel prælato percutiatur, uix aut nunquam erit quin aqua compunctionis finaliter abundet. Item lumen discretionis, quia.s.hō uirga correctionis docetur, & qui uerbis non potest, verberibus eruditur. Quod bene figuratur 1.Reg. 14. ubi extremitas virgæ in melle ponitur, & comeditur, & oculi Ionathæ illuminatur. Quia pro certo si Ionathas.i. subditus de melle cōsolationis cui adiuncta sit uirga asperę correctionis gustauerit, statim intellectus sui oculus clarus erit. psal. Virga tua correxit me &c. aduerte tñ, ꝙ uirga & mel coniunguntur inuicē, & ꝙ uirga in melle inungitur, intingitur & locatur. Ad denotādum, ꝙ virga correctionis melle dulcis monitionis, compassionis & consolationis miscetur, & ꝙ mens per sapientiam illustretur. psal. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Patet ergo, ꝙ virga correctionis uirtutes solet producere. Virga. ¶ Deinde dico, ꝙ ista uirga crimina solet educere. Correctio inquit. Eccle. 7. Per tristitiam vultus corrigitur animus delinquētis. Virga.n. vipera uel tyrus uerberatur, & ab ipsis venenū aufertur, & exinde tyriaca fit. Sic uere peccator uirga correctionis affligitur, ut ueneno uitiorum fluente ipse tyranica.i.sanctus & bonus efficiatur. unde Leuit.27. dicitur ꝙ decima pars ouis, & bouis & capræ quę sub pastoris uirga.s. transeūt, sanctificabitur. Et ideo prælatus virgam correctionis debet in manu habere, quia illa est qua

Carnales debet superare.	Est ergo uirga correctio-
Solide debet imperare.	nis carnalium macerati-
Rigide debet fulminare.	ua, quia prælatus cū ista
Prouide debet liberare.	virga debet carnales ali-

quotiens tangere, ne per lasciuiam insolescant. vnde Iudicū 6. Extendit Angelus summitatem uirgæ, & tetigit carnes. Itē ista debet esse.s.crudelium impugnatiua. Nullus.n. debet esse ita terribilis tyrannus, quin debeat prelatus eum aggredi cū hac virga. Exemplo Banaie de quo dr̄, ꝙ cum uirga descendit ad gigātē ęgyptium, & abstulit ei hastam, & interfecit eū 1.Paralip.11. Item debet esse solide imperatiua. Vnde de bonis iudicibus, & iurisdictionibus dr̄ Ezec.19. ꝙ factæ sunt ex eis solidè uirgæ in sceptra dominantium. Itē debet esse rigide fulminatiua, & cōminatiua, quia correctio debet habere uerba, & uerbera. unde Exo.9. Extendit Moyses uirgam, & facta sunt tonitrua magna, & grando, & discurrentia fulmina. Item ista debet esse prouide liberatiua, quia per correctionem homo de pęna saluatur. Vnde de puero ipsi prælato uel patri dr̄ Prouer.24. Noli a puero subtrahere disciplinā, si.n. percusseris eum uirga, nō morietur, tu uirga percuties eū, & animā eius liberabis de inferno. Sic ergo patet, ꝙ ista uirga crimina educit, quia correctio inquit. Deniq; dico, ꝙ ista prudentia solet inducere, qd̄ ostenditur cum dr̄, Tribuit sapientiam. quia uirga dr̄ esse mater disciplinæ. sicut.n. dicitur Esa.28. Afflictio (alias vexatio) dat intellectum. Vnde de virga dr̄ Prouerb.22. ꝙ stultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplinæ fugabit eam. Sapientiam inquit. Prouer.19. Suscipe disciplinam, ut sis sapiēs. Et sicut præmittitur, visum est q̄d sit uirga pastoralis castigationis. ¶ Sextò modo dico, ꝙ est uirga æternalis indignationis, & ista est uirga seueritatis diuinæ iustitiæ, qua finaliter flagellabit damnatos, de qua quilibet dānatus pōt dicere illud Tren.3. ego uir uidens paupertatem meam in uirga indignationis eius. Sic ergo patet quomodo uirga sumitur multis modis.

Virgo. Virginitas.

Nota, ꝙ virginitas potest accipi in bono, & in malo. A
In bono.n. significat carnis puritatem, & integritatem, & sic potest significare quamlibet uirginem, siue monialem, siue aliam, & maxime beatam Mariam uel quamlibet sanctā, vel quemlibet in anima purum, & mundum. Et sic loquitur 2. Cor.11. Despondi uos uni viro &c. Quia secundum Aug. in hoc spiritualis animę uirginitas consistit, quòd

Fides sit integra.	In malo autem designat ste-
Spes sit solida.	rilitatem, & fructus bono-
Charitas sit sincera.	rum operum raritatem. Et

sic virgo potest dici quilibet peccator, vel quælibet mala aīa uel persona, quę fructum bonorū operum non producit, nec sponso Christo per charitatis copulam se cōiungit, sed in sterilitate perpetua semp consistit, & sic accipiūtur illæ quinq; fatuæ uirgines quarum lampades inuentæ sunt uacuæ, & io in nuptijs nō fuerunt receptę, nec ipsis ianuę sunt apertę, sicut dr̄ Matt.25. Quia pro certo tales uirgines oleum gratiæ non portant, & ideo ad sponsi nuptias nec ad paradisi ianuas vnquam intrant. Et ideo breuiter de talibus uirginibus per quas hodie ecclesia deformatur, dicitur Trene. 1. Virgines eius squalidę, & sacerdotes eius gementes, & ipsa repleta est amaritudine. De scorpione dicit Plini. ꝙ pungit acrius uirgines quàm corruptas. Quia pro certo tales uirgines steriles scorpio diabolus in inferno finaliter pūget, ipsasq; destruet & occidet. Ezech.9. Non parcat oculus uester, neq; misereamini, senē, adolescētulū, & uirginē, & mulieres, & paruulos interficite. ¶ Dicamus ergo latius de uirginitate tā spirituali quàm

li quàm corporali. Virginitas.n.est quædam mentis,& carnis integritas. Reges.n.non solēt sibi ducere mulieres corruptas sed prælectas virgines. Sic vere rex Christus vult sibi iūgere pulchras, & mundas ac sanctas, & iustas, non peccatrices fœtidas, & corruptas. Et ideo Christus ad modum vnicornis in gremio beatæ Mariæ requieuit,& ex tunc virginitatē amauit & uoluit. In cuius signum virginē præcursorem habuit, & discipulo virgini matrem uirginem commendauit, amore cuius quascunq; alias bonas uirginem prædilexit. psalm. Adducētur regi virgines post eam &c. Animæ igitur nostræ seu mentis integritatem Deo seruent,& etiam quæcunq; bonæ religiosæ deo mundas, & virgines se cōseruēt,q̄a pro certo nulla nisi uirgo uel mente uel pro corpore Deo desponsabitur., nec in paradiso suis gratis amplexibus perfruetur. unde Hester 2. Quærantur regi puellæ ac virgines speciosæ. Illi vero qui mente,& carne erūt virgines,in paradiso erunt virginis Mariæ socij & consortes. Apoc. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati &c. Sed quia multa requirunt ad custodiam virginitatis tam corporalis,q̄ mētalis, hinc est quod possumus exponere ad uirginum documentum illud Esa. 47. Descende, sede in puluere uirgo filia babylonis. In quibus uerbis aduerte, q̄ sicut lilium (per quod uirginitas in scriptura ostenditur,& denotatur) sed habet folia q̄bus granum quod est interius circuitur, sic vere hic ostēditur, q̄ uirginitas sex habet speciales uirtutes quæ in suo sed scilicet uirtuoso perficitur,& tenetur,& iste procul dubio sunt

Humilitas subiectionis. Descende.	Debet ergo primo
Tranquilitas quietionis. Sede.	habere humilitatē,
Asperitas afflictionis. In puluere.	& subiectionē. De-
Sterilitas possessionis. Virgo.	scende inquit. Quia
Nobilitas conditionis. Filia.	nō debet altè sape-
Timiditas confusinis. Babylonis.	re, nec de suis uiri-

bus præsumere, nec per elationem super alios se efferre, sed potius debet ad suæ fragilitatis considerationem descendere & virginitatem suam Deo humiliter cōmendare. Exemplo illius de quo legitur, q̄ domino humilitatem, & virginitatē præcibus cōmendabat. Virginitas.n.& castitas ex propriis viribus non habetur, sed à Deo conceditur, & donatur. Sap. 8. Non ero cōtinens nisi Deus det. & ideo necesse est q̄ per humilitatem quæratur. vt sic in bonū exponatur illud Threno. 5. Humiliauerunt virgines in ciuitatibus Iuda. Descende inquit. Esa. 55. Descendit imber,& nix de cœlo. Nix.n.personā candidam,& castā designat. ut de tali descensu humilitatis intelligatur illud Amos 5. virgo israel proiecta est in terram. Et de tali uirginitate dicit Aug. de virginitate. Nō solū p̄dicanda est virgini humilitas ut amet, imo ēt admonēda est ne infletur. Vñ bernardus sup missus est de pulchra permixtione uirginitatis & humilitatis, Deo inq̄t placet illa aïa in qua virginitatem commendat humilitas, & in qua humilitatem exornat virginitas. Habeat igitur uirgo humilitatem, & subiectionem. Descende inquit. Si uis applica q̄ū moniales debent esse humiles,& maioribus subiectæ. ¶ Scd̄ò habeat trāquilitatē & quietionem. Sede inquit. Quia ad uirginem pertinet domi,& in claustro quiescere, & sedere, nō ad ludibria mundi discurrere uel uagari. Vinum.n.sæpe motum in æstate corrūpitur, si cum proprijs fœcibus miscetur, si uero quiescere dimittitur, in puritate conseruat. Sic multæ sunt iuuenculæ quæ si domi sederent, & quiescerent, in puritate uirgines remanerent, quæ tamen quando discurrunt, corrumpuntur,& luxuriæ fæcibus admiscentur. Exemplum de Dina uirgine filia Iacob, quæ uadens & uolens uidere mulieres regionis, ab Emor est corrupta. Gen. 34. Sede ergo. Thren. 2. Sederunt in terra, conticuerunt senes, filiæ syon consperserunt capita sua cinere, abiecerunt &c. Et bene dixit conticuerunt, quia.s.rariloquium, & taciturnitas multum iuuant. Habeat ergo tranquilitatem,& quietē. ¶ Tertio dico, q̄ habeat asperitatem & afflictionem. In puluere inquit. quia ipsam non debet in delicijs uiuere. s. corpus per pœnitentiam macerare. Periclitatur.n.castitas in delicijs, charitas in diuitijs, veritas in multiloquio, bonitas in hoc mundo, s̄m Greg. Et ideo ipsa in puluere, & cinere. i. in asperitate ut uilitate pænitentiæ dr̄ uiuere, a carnis delicijs abstinere.& potissimè uilitas,& asperitas habitus nō ornatus, & curiositas requiritur ad hoc, q̄ castitas teneatur. Intus.n.in anima debet ornari, & nō extra, quia sicut dr̄ in psal. Oīs gloria eius abintus. Puluere inq̄t. Puluis.n.cinis & saccus erant arma pœnitentium, & plorantium. Iohel. 1. Plange quasi virgo accincta sacco. Et Thren. 2. Virgines Hierusalem accinctè sunt cilicijs. Puluere inq̄t. ut sic dicatur illud Iob 7. Ecce nunc in puluere dormiam. Habeat ergo asperitatem,& afflictionem. ¶ Quartò habeat sterilitatē possessionis, quia necesse est, q̄ sit virgo. i. sterilis quantū ad bona mundi,& non fæcunda per diuitias temporales. vix.n.pōt esse diues & casta & virgo. Diuitiæ.n.ad cogitandū in mundanis solent diuidere & trahere, paupertas p̄ter Deū non habet vbi debeat cogitare 1. Cor. 7. Virgo cogitat quæ dñi sunt. ¶ Quintò dico, q̄ habeat nobilitatem, non deiectionem. Filia inquit non serua. Filia.n.nobilis generis non faciliter in uiles personas consentit. Cū igitur aïa,& quælibet uirgo siue Dei filiæ spirituales, non debēt ad luxuriam faciliter accedere, sed nobilitatem, & statum sui generis cogitare, & de uili mundo corpore, & diabolo non curare. ut sic Deus possit dicere illud Iudicum. 19. Habeo virginem filiā. ¶ Sextò habeat timiditatem,& confussionem. Babylonis, inq̄t quæ interpretatur confusio. Confusio.n.bonā & verecunda & timorosa sunt cōditiones virginum honestarum. unde Thrē. 2. Abiecerunt in terra capita sua uirgines Iuda. ut sic de qualibet uirgine dicatur illud Esaiæ 21. Babylon dilecta mea facta est mihi. &c. Debent etiam verecundari, & timere uirginitatem amittere, & maximè p̄ eo, q̄ ipsam amplius nullus pōt reparare. Amos 5. Virgo israel p̄iecta ē in terrā, null⁹ ē q̄ suscitet eā. Sic ergo patet, q̄ sex sunt speciales uirtutes, q̄ virginitati famulant. Et sic sufficit de beata uirginitatē. uide sup.

Virtus.

Cum uirtus nihil aliud sit, q̄ quædam mentis, A dispositio qua mens rōni consentit, & Deo cōsonat,& obedit, possumus dicere, q̄ uirtus s̄m suas diuersas cōditiones à diuersis diuersimodè diffinitur,& sic dicit Philosophus, q̄ uirtus est habitus uoluntarius,& declarat, dicēdo quod uirtus consistit in medio duarum malitiarum. Augustinus de spiritu, & anima dicit q̄ uirtus est habitus mentis bene cōstitutæ. Et libro de libero arbitrio dicit, q̄ virtus est bona qualitas mentis qua rectè viuitur, qua nemo male utitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur. Vnum.n.ante oīa est aduertendū quod dicit Tullius, q̄.s.uirtus antiquitus solum per fortitudinem sumebatur. Et s̄m hoc uidetur loqui scriptura, quia ut cōiter ubicunq; agit de uirtute, uidetur intelligere de potentia,& fortitudine uel uigore. Ad præsens ergo intēdo dicere aliquid de virtute in genere, inquantum nomen uirtutis ad fortitudinem principaliter applicat. Dicamus ergo generaliter inquantū uirtus sumitur p̄ quacunq; bona mentis dispositione. Sicut.n.videmus, q̄ natura generat res informes, sed postea per diuersas dispositiones, & alterationes ipsas ad perfectū deducit, sicut patet de corpore, quod diuersis iuuamentis organizatur, & complemētis, sic uere aïa de se informis,& sine virtute,& gratia ē, & iō necesse est, q̄ habitus, & dispositiones virtutis eidem imprimantur, per quas in esse suo corporali siue morali cōpleat, vt sic eidem possint dicere illud Ruth. 3. Scit.n.oīs populus mulierē te esse uirtutis. Sicut.n.videmus q̄ lapides p̄ciōsi in terræ venis generantur, sic vere virtutes in corpore humano & terreno per Dei influentiam producuntur. Virtus.n.vt dicit Seneca, nudo hoīs contenta est, nec aliquis est ita pauper, debilis, vel infirmus, quin multipliciter possit esse generosus & uirtuosus. Vnde dicit Apostolus 2. Corin. 11. Virtus in infirmitate perficitur. Virtutes.n.sunt quidā riuuli fonte diuinæ gratiæ procedentes,& se per terram aïæ diffundentes, ipsam spūaliter irrigantes, atq; bonis operibus fœcundātes. unde Gen. 2. dicitur q̄ de fonte paradisi quatuor flumina nascebantur, à quibus per diuersos riuulos tota terra irrigua reddebatur. Fons.n.paradisi diuinā gratiam significat, qui se in terra in quatuor flumina. i. in quatuor cardinales uirtutes ramificat, & quæ cum illis riuulis. i. cum alijs suis dependentibus animam totam irrigat & fæcundat. Vt sic aïa uirtuosa dicat illud Eccl. 24. In me gratia oīs uitæ,& ueritatis in me oīs spes uitæ,& uirtutis. Et bene dicit spes vitæ, quia sicut videmus, q̄ apes solent in suis aluearibus mella conficere, taxi vero formicæ,& hericij in cauernis suis solent poma,& grana reponere, apothecarij solent in suis apothecis herbas, & species recolligere, ut inde in hyeme possint uiuere,& proficere, sic vere dū durat æstas uitæ præsentis, mella grana,& species diuersarum uirtutū aggregare in cordibus nostris de-

bemus

bemus, ut dum hyems mortis aduenerit, inde viam ęternam cum deo sursum, & cum Angelis habeamus. Virtutes.n.nos faciunt post mortem uiuere, & Deum facie ad faciem cernere, & uidere, iuxta illud psal. Ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus eorum in syō. Et merito, quia sicut dr̄ Eccl.40. Facultates & virtutes exaltant cor. Vbi aduerte ꝙ virtutes sunt possidendæ, & acquirendæ multiplici rōne, s. quia sunt

Cordium repletiuæ. Facultates. Dico ergo primo, ꝙ
Virum defensiuæ. Virtutes. istæ sunt cordium re
Mentium erectiuæ. Exaltant cor. pletiuæ, quia faculta

tes. Quia uirtutes sunt illæ facultates, & diuitiæ, quæ replent ditant, & satiant cor humanū. Vnde Seneca dicit: Diuitiæ tēporales dum placent, transeunt. Ad ueras ergo conuertere poti⁹ diuitias. Sic vere dicit ibidē, ꝙ vere diuitiæ sunt in animo, non in patrimonio. In quibus vr̄ innuere, ꝙ vere diuitiæ sunt uirtutes, quę non bursam, sed mentem locupletant, & q̄ post mortem manent, nec deficiunt. Facultates. Vnde de Iacob dicitur Gene. 31. ꝙ facultate ditatus factus est inclytus. Vnde Seneca dicit, ꝙ nulla possessio, nulla uis auri uel argenti plus quam virtus æstimāda est. diuites.n. thesauros suos faciunt nō de rebus corruptibilibus, & putridis, sed durabilib. & sanis, & ideo aurum, & argentum, & lapides præciosos solent in suis thesauris ponere, quæ possunt longè manere. Sic uere sapientes non faciunt thesaurum de transitoriis rebus, & diuitiis terrenis, sed potius de permansuris uirtutibus, & æternis. Diuitiæ.n. quæ sunt exterius, a fortuna possunt interimi, uirtutes, quæ sunt interius, ab inimico nequeūt necari. vnce Stylbon philosophus cum capta urbe una cum alijs conciuibus quicquid suppellectilis haberet, in captiuitate perdidisset, quæreti cur aliis flentibus lætaretur, quia nihil inquit perdidi. Fortuna.n. diuitias quæ suæ erant, accepit diuites autem quæ meæ erant, s. uirtutes, malis gratibus dimisit. ac si diceret possessio uirtutū perpetuo durat, eo ꝙ ab inimico nō tollitur, & per fortunæ violentiam non aufertur. Sūt igit̄ virtutes cordiū repletiuæ. Eccl. 39. Reple syon inenarrabilibus uirtutibus tuis. Facultates inq̄t. q̄a Macrobius dicit. Solę uirtutes beatū faciūt. Scd̄ò dico, ꝙ istæ sunt uiriū tuitiuæ seu defensiuæ, qđ ōnditur cum dr̄, Virtutes, quasi uires tuentes. Virtus.n. dr̄, quasi uirium status, uel quasi uires tuens, vel quasi uirilis actus, quia ꝓ certo uirtus facit uirilem statū, uiriliter agere, & uires suas solet defendere, & tueri. Vir.n. virtuosus in uirtutū stabilitate formatus cōcuti pōt, sed uinci nunquā. nec.n. temporalibus mulcetur, nec tribulationibus terretur, nec blanditijs fallit̄, nec violentijs submergitur. Vnde Sene. dicit, ꝙ non plus possunt aduersus uirtutem calamitates, dāna, & iniuriæ, quàm aduersus solem nebulæ. Vir.n. virtuosus per sufficientiam uincit blanditias, per patientiā uincit tristitias, & uiolentias &c. Vnde breuiter quilibet talis pōt dicere illud psal. In Deo faciemus virtutem, & ipse &c. Virtutes inquit. Notā ꝙ uirtus dr̄ à ui, quia s. uirtuosi uim faciunt sibiipsis, inquantum se subijciūt rōni, unde Seneca. Vis habere magnum imperiū? impera tibi. Istę ergo sunt uirium tuitiuæ, & iuuatiuæ. Virtutes inquit. vnde Seneca dicit, ꝙ sicut solis claritas intuitiua lumina obscurat, sic dolores angustias molestias & iniurias magnitudine sua uirtus elidit. Nam ut ait, acrior est uirtus ad occupanda pericula, q̄ crudelitas ad irrogāda. Igit̄ uirtutes sunt uirium tuitiuæ, & iuuatiuæ. ¶ Tertiò dico, ꝙ uirtutes sunt mentium erectiuæ, cū dr̄, Exaltant cor. Quia cor quod virtutib⁹ ditatur, ab istis inferioribus segregatur, & sursum ad Deū erigitur & eleuatur. Virtutes.n. sunt similes aeri, quo si doliū plenū fuerit, nūquā descendere sub aqua ipsum permittit, imo ipsum aqua eleuari cōpellit. Cui⁹ simile est de testa oui plena rore, interioribus vacuata, quæ tacta per radios solis, per hastā cui iunitit̄ solet sursum ascendere, & uirtute roris ad solem ascēdentis, & solis rorē attrahentis, se ab inferioribus eleuare. Quia procul dubio charissimi si testa, & doliū mentis nostræ, aere & rore gratiarū, & uirtutū fuerint plena, & interioribus uitijs uacuata, nō est dubium quin ista inferiora cōtēnant, & dimittant, & sursum ad solē iustitiæ Christū per desideriū ascendant, & ad cōsiderationē, & affectionē æternorū superiorū se faciliter cōuertāt. Exaltant inquit. Et sic vr̄ loqui Dauid in psal. ubi dicit. Dextera dn̄i fecit uirtutē, dextera dn̄i exaltauit me. Vnde Seneca. Validiorē oīm, & celsiorē, & ampliorē facit uirtus, nā cætera q̄ cupiditates nostras irritāt, aīum deprimūt & labefaciūt.

Sic igitur patet, ꝙ uirtutes sunt habendæ, & acquirendæ, qæ sunt mentiū erectiuæ, & uirium tuitiuæ &c. ¶ De uirtutibus in genere multa, & infinita alia possunt dici, sed quia in particulari in diuersis titulis, & locis de uirtutibus est tractatū, iō omitto, & trāseo quo ad p̄sens. ¶ Sed adhuc dicēdū est de noīe virtutis in speciali. Et sic dico, quòd ḡnaliter in scriptura per uirtutē intelligit̄ fortitudo, potentia, uis, & uigor. Et sic sumendo, dico quod tā in bono q̄ in malo significato est

Virtus
- Dominica, & est æternalis.
- Angelica, & est supernalis.
- Canonica, & est spiritualis.
- Pestifera, & est mundialis.
- Demoniaca, & est infernalis.

Dico ergo, ꝙ est virtus dominica, q̄ debet formidari, & ista ē virtus, q̄ est potentia Dei, de qua in psa. Date gloriā Deo sup̄ israel &c. Itē est uirtus angelica, q̄ debet admirari, & sic Angeli certi in scriptura uirtutes dicuntur, pro eo, ꝙ Deus per eos uires, & mirabilia operatur, & pro eo, ꝙ angelorū potētia, & uirtus mirabilis inuenit̄, & sic uirt⁹ sumit̄ ꝓ ordine angelorū, qui dicuntur uirtutes. de quo dr̄ Luc. 21. Virtutes cœlorū mouebunt̄. Et 1. Petr. 3. dr̄ ꝙ Christus profectus est in cœlū, subiectis sibi Angelis virtutibus, & potestatibus. Item est virtus canonica seu catholica, quæ debet roborari, & ista est uirtus, & fortitudo uiri iusti, qua. s. cōtra tētationes, & tribulationes effecit̄ uirtuosus. de qua cuilibet iusto dr̄. Naum. 2. Contemplare uiā, conforta lumbos, robora uirtutē ualde. Itē est uirtus pestifera, quæ debet detestari, & ista est uirtus, & potentia mundialis. Vnde 1. Machabæo. 3. dr̄ ꝙ Apolloni⁹ congregauit cōtra filios israel gentes, & exercitū, & uirtutē multā. Itē est uirtus demoniaca, quæ debet subiugari, quia iusti debēt uirtutē diaboli superare, & eum intentatione fortiter conculcare, sicut Luc. 10. dr̄, ubi Christus Apostolis dicit. Ecce dedi uobis potestatē calcandi super serpentes, & scorpiones, & super uirtutē inimici. ¶ His igitur p̄missis, & ꝓ magna parte omissis dicamus solū de uirtute diuina & humana. Est.n. uirtus diuina, quæ est admiranda, & est humana, q̄ est adiuuāda. ¶ Dico igit̄ ꝙ est uirtus superior & diuina. Deus.n. sicut dr̄ in psa. Magnus dn̄s, & magna uirtus eius. In rebus.n. corporalibus magnitudo, & uirtus non semper adæquantur quia aliq̄n erit unus cōis lapis magnus, qui nihil habebit de uirtute, ubi modicus lapis mirabiliter est p̄ciosus. hoc ēt sæpe est in aīalibus, quia sæpe inuenit̄ unum modicū p̄ciosum uirtuosum, & forte, & unū magnū uanū impotens & debile. Hoc etiam patet in moralibus, quia sæpe inuenit̄ hō magnus quantū ad seculum, qui nihil habet uirtutis, & gratiæ quo ad Deū, & econtra inuenitur hō modicus in corpore, & facultate, & tñ in uirtutibus, & moribus erit magnus. Sed ꝓcul dubio nō sic de Deo. Deus.n. magnus, & in magna uirtus eius. quasi diceret, In deo uirtutes & magnitudo adæquantur, & magnitudo suæ essentiæ, & uirtus suæ potentiæ infinita, & pura iudicantur. Vñ Sap. 12. Virtutē.n. ostendis tu q̄ non crederis in uirtute esse consummatus. Et si uellemus de potentia, & uirtute diuina, possemus dicere multa, sed quia eius uirtutes sunt notæ, & notabiles, infinitæ & inenarrabiles, summæ, & incogitabiles, ideo supersedeo, & solū ad uirtutis suæ gloriam notabo, quòd uirtus diuina apparet

Carnem assumendo. O charissimi uidete, quæ & quā
Mortem sustinendo. ta apparebit, apparuit & apparet
Morti præualendo. uirtus Dei. Dico ergo, quod ista
Cœlum ascendendo. uirtus apparet in carnis assūptio
Mundum iudicando. ne. ex magna.n. uirtute processit
Malos condemnando. de uirgine posse nasci. Vnde de
Bonos præmiando. conceptione dictū est Luc. 1. Spi
Malos conuertendo. ritusanctus superueniet in te, &
Prauos subuertendo. uirtus altissimi obumbrauit tibi.
Bonos promouendo. Item apparet illa virtus in mor
Tristes confortando. tis toleratione & perpessione. Ex
Aegros sanando. magna enim uirtute, & fortitudi
Mira operando. ne prouenit mortem nō timere,
Fracta confirmando. & mortē velle pati ꝓ alio. Vñ de

seipso Christus sibi, & alijs martyribus uidetur dicere illud 1. Macha. 9. Moriamur in uirtute propter fratres nostros. Vnde etiam ipse dixit in psal. Aruit tāquā testa uirtus mea & in puluerē mortis deduxisti me. Item apparet ista uirtus in carnis resumptioue, & resurrectione, seu in mortis superatione. Vnde

ne. Vnde ipse de Deo patre vr̄ dicere illud psal. Deus præcinxit me virtute ad bellum, & posuit immaculatam viā meam. Qui perfe.pec.&c. Item apparet in ascensione eius. Vnde de ascensione angeli dicebant, illud ps. Exaltare in virtute tua, cantabimus,& psallemus uirtutes tuas. Itē apparebit in mūdi iudicatione.vnde Sap.12. Tu aūt dominator es virtutis cū tranquilitate iudicas. Item in malorum cōdemnatione. Prouerb.15. In abundanti iustitia virtus maxima est. Et in psal.de ista sentētia dr̄, Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia &c. Item in iustorum præmiatione,& beatificatione de qua in psal. Dn̄s virtutē dabit populo suo. Vnde ēt q̄libet, beatus pōt dicere illud psal. Dn̄e domine uirtus salutis meæ obumbrasti super caput meū in die belli. Item apparet quotidie ista uirtus in malorum cōuersione, in suę gratiæ infusione. Ista.n.est uirtus solis, quæ siccas arbores florere facit. Et ideo dr̄ Iudith.5. Quotiens pęnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis virtutē. Nam sicut dr̄ Gal.3. Ipse qui vobis tribuit spiritum,& operatur virtutes in uobis. Item apparet in nobis ista virtus in prauorū subuersione,& impiorum punitione. Vnde de nequissimo Antiocho à Deo oppresso & punito dr̄.2.Mac.9.ꝙ humiliatus ad terrā, in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semeptipso contestans. Item apparet ista virtus in bonorum promotione. vnde psal. Dextera domini exaltauit me. Item apparet in tristiū consolatione. psal. In virtute tua dn̄e lætabitur rex. Item apparet in debilium confirmatione. patet de apostolis infirmis, quibus dictum est. Lucæ.24.ꝙ expectarent donec induerentur virtutem ex alto. psal. Manda Deus uirtuti tuæ.&c. Item apparet in ægrotantium sanatione. Luc.6. Virtus de illo exibat,& sanabat oēs. Item apparet in mirabiliū operatione. Vnde Act.19. Virtutes non modicas faciebat dn̄s per manum Pauli. Et Mat.7. Vnde sapientia huic,& virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Istæ ergo sunt uirtutes Dei, quibus in nobis mirabiliter utitur,& per quas uirtuosus potens,& mirabilis operatur. Istas igitur virtutes debemus laudare, & ipsis suis laudibus cōmendare, dicentes illud ps. Exaltare dn̄e in virtute tua &c. Ista est ergo virtus diuina & superior. ¶ Sed adhuc dico, ꝙ est virtus interior,& humana, & ista est virtus, & fortitudo viri iusti. Sicut.n. videmus quod virtus naturalis varios habet actus, quia scilicet ista nutrit, viuificat & mouet, secundum suos actus diuersos ista uirtus dicitur

Virtus: nutritiua, viuificatiua, motiua,

Sic vere virtus aīæ, & sua spiritualis fortitudo solet eam nutrire per deuotionē viuificare per gratiæ infusionem, mouere & agitare per bonā operationē. Et sicut videmus, ꝙ virtus exercitata solet crescere, sicut patet de igne, q̄ flatu venti pulsus, & aspersione aquæ solet augmentari,& in fortitudine roborari, sic verè uirtus fortitudinis,& constantiæ tunc temporis augmentatur, cum infortuitorū obice irritatur. Flatus.n.& pulsio tribulationum, sunt irritatio,& occasio virtutum,& operationum, quia vt communiter nulla uirtus in suo esse perficitur, qn̄ aliquo contrario non pulsatur. Et sic dicit apostolus.2.ad Corint.12.dicēs uirtus in infirmitate perficitur. Quia sancti fortes, & uirtuosi multa contraria infortunia habuerunt. Vnde Hebr. 11. Cōualuerūt de infirmitate, fortes facti sunt in bello. Hoc est qd̄ dicit Seneca, vbi ait, ꝙ non aliter erigitur virtus cum tacta, & impulsa est, quam scintilla flatu leui adducta ignem suum explicat. Vnum tn̄ aduertendum est, ꝙ sicut virtus corporis principaliter ab interiori spiritu prouenit, ꝙ patet, quia deficiente spiritu nulla amplius est uirtus in corpore, sic procul dubio uirtus fortitudinis nostræ, qua.s. possumus bona facere, vel mala etiam tolerare, non aliunde potest uenire, quam à spiritu sancto, à Deo qui quandiu in nobis per grām inhabitat, tādiu nos roborat,& cōfirmat, sed cū à nobis per pctm̄ recessit, statim bn̄ operandi,& malo resistendi uirtus,& fortitudo trāsiet,& peribit. Istud bene apparuit in apostolis, qui virtutē resistendi tentationibus, & tribulationibus non habuerunt, donec spiritum sanctum receperunt. Postquam vero diuino spū sunt repleti, ex tunc virtute maxima sunt induti. vnde Actu.4.dr̄, ꝙ uirtute magna reddebant apostoli testimoniū resurrectionis Iesu Christi &c. Fatui sunt igit̄, qui in suis uirtutibus,& viribus cōfidunt,& qui in tribulationibus, & in operibus, ad Deum non recurrunt. Tales.n. solet Deus destruere,& ad propriæ virtutis notitiā reducere, & eorū superbiā eneruare. Iudith. 9. Allide uirtutē illorū dn̄e. A Deo .n. occultè venit virtus, & potentia, & ab ipso prouenit magnificentia,& gloria.psa. Dabit dominus virtutē populo suo &c. Et ideo ille Micheas congratulando dicebat Micheæ.3. Ego autem repletus sum fortitudine spiritus domini iudicio,& virtute. Et si vellemus notare de virtute fortitudinis possumus dicere quod ista est

Boni operatiua.
Mali toleratiua.
Sui augmentatiua.
Diu perduratiua.

Est dico bonorū operatiua. Oīa.n. quæ sunt, specialem habent virtutē quā mediante complent, & faciunt actus suos, nihil.n. sine virtute operatur. brachium.n. non operatur inquantum brachium, sed inquantum virtute fortitudinis est repletum. Sic verè charissimi in aīa debet esse virtus fortitudinis, & per quā bona faciat & operetur, & per quam in bonis operibus occupetur. vnde.2.ad Timo.1. Conlabora in euāgelio s̄m virtutem. Est ēt virtus malorum toleratiua. Metallum.n. quanto est fortioris virtutis, tanto melius resistit ignibus,& tanto magis sine suo detrimento sustinet vires ignis, sicut de auro patet, cui* tanta est uirtus, ꝙ sine sui consumptione sustinet oēs violentias ignis,& carbonum. Sic verè quantò quis magis habet de virtute constātiæ,& patientiæ, & fortitudinis, tanto ignibus tentationum, & tribulationum melius resistit,& sine sui spirituali detrimento eorum violentias melius tolerat atq; suffert, sine.n. virtute uiolentia non portatur, nec in patientia sustinetur. vnde in psal. Domine in virtute tua præstitisti decori meo virtutē. Est insuper suijpsius augmentatiua. Quandiu .n. crescit corpus, tandiu in eo crescit virtus. Quanto ēt ad septennium appropinquat ceruus tanto in eius cornibus vnus in anno crescit ramus. Ad denotādum, ꝙ uirtus in perfecto hoīe semper debet crescere,& quanto plus hō senescit, tanto plus debent cornua virtutis suæ plures ramusculos generare,& pullulare. psal. Ibunt de virtute in virtutem. Et nihilominus perduratiua est ista virtus longo tēpore, quia virtus fortitudinis nostræ est perseuerantia. non.n. ista uirtus solet tantūmodo bene operari, sed etiam cum aduersitatē luctari & uictrix, in melius perficere,& augmētare, imo etiam ad ipsam pertinet pseuerantiam operis prorogare. Non.n. virtus fortitudinis videret, si an̄ operis cōplementū finiretur. Vnde Seneca dicit, ꝙ virtutis est ire, nō retroire. Vnde Eccles.46. dr̄, ꝙ Caleph dedit dominus fortitudinem, & permansit illi virtus vsq; in finē. Iste igitur de virtute ad præsens sufficiant.

Vis. Vires.

Nota ꝙ vis in singulari significat violentiam, in plurali vero signat fortitudinē, & virtutem. Et ideo possumus notare quod inuenio scilicet A

Vires: corporales. temporales. pectorales. naturales. tyrannales. supernales.

Vires corporales sunt subiugandæ, de quo Iudith.9. Non in fortitudine, & multitudine est uirtus tua, nec in viribus equorum uolū tas tua. Istæ.n. sunt illæ uires, quæ deflorauerunt thamar.2. Reg.13. Præualens viribus Amō oppressit thamar. ¶ Vires tēporales sunt dispensandæ. Istæ aūt sunt vires substātiæ tēporalis, quibus sunt elemosynę faciendę. vnde Eccl. 14. Secundum vires tuas porrigēs da pauperibus. Item sunt vires pectorales seu spirituales, quę sunt roborandę. Et inde dr̄.2.Reg.6. Saltauit Dauid totis viribus ante dn̄m. Item uires naturales sunt attendendæ, quia.s. homo non debet pręsumere de viribus suis naturalibus quantum ad executionem alicuius operis uirtualis. Istæ.n. non sufficiunt, nisi vires gratiæ sancti spiritus intercedant. Vnde Moysi est dictum Exod.18. Stulto labore cō sumeris, vltra uires tuas est negociū. quia dominus solus habet dare uires bene operandi,& malo resistendi, iuxta illud Deut.8. Recordare domini Dei tui, ꝙ ipse uires tibi tribuit. Item uires tyrannales sunt abhorrendæ, & istæ sunt uires, & violentiæ crudelium impiorum, de quibus Iob.34. Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt. Item vires supernales sunt metuendæ.s. vires potentiæ diuinæ, quas ipse Deus in diuersis tribulationibus oñdit, & quas finaliter in iudicio ostendet, de quibus dicitur Esai.38. Domine uim patior. Et Abacuch. 1. Vsquequo clamabo, & non exaudies domine vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? Sic ergo patet, ꝙ in scriptura fit mentio de sex generibus uirium uel uirtutum. Vide supra de violentia, & fortitudine, & de uirtute in ultimo.

A **Viscera.** Nota q uiscera ẽm Isidorum idem sunt qđ corporis intestina.¶Et ideo viscera sunt quædam mẽbra interius latentia, cibos, digerentia, utilia retineu tia, superflua emittentia. Possumus ergo generaliter dicere, q per uiscera possunt intelligi affectus interiores, siue boni fuerint siue mali. Et iõ notãdũ est, q in scriptura inueniũtur

Viscera diuinæ dilectionis. / internæ affectionis. / humanæ infectionis.	Dico ergo primo, q sunt uiscera diuinæ dilectionis, & cõpassionis. Deus

.n.dr̃ habere viscera, inquantum habet erga nos intima dilectionis fœdera. Et sic dr̃ Lucæ 1. Per viscera misericordiæ Dei nostri &c. ¶Secundò sunt uiscera internæ affectionis, omnia enim quæ in mente accipiuntur, animæ uiscera spiritualiter esse dicuntur. Et aduerte quod viscera mentis nostræ

Per passionem debent impinguari. / discretionem debent illustrari. / deuotionem debent renouari. / turbationem debent contristari.	Dico ergo, q viscera voluntatis, & mẽtis nostræ debẽt im pinguari per passio-

nem. Viscera.n. sunt membra ualde mollia, & tenera, ad denotandum, q viscera mentis nostræ, & affectiones cordis nostri debent habere mollitiem benignitatis, & erga miseriam proximorum, rectitudinem pietatis. Et sic de Ioseph dicitur Gen.43. q cum vidisset fratres suos tribulatos, & in præsentia sua tremebundos, & fratrẽ suum Beniamin quem cõpulsi adduxerant, cœpit flere, commota sunt quippe viscera eius super fratre suo. Et sic præcepit apostolus Coll.3. dicens Induite vos, sicut electi Dei, uiscera misericordiæ. Item uiscera mentis nostrę debẽt illustrari per discretionem. Discretio.n. & sapientia non sunt exterius in corpore, sed interius in mẽtis & cordis visceribus. Et sic loquit̃ Iob 28. Quis posuit in visceribus hoĩs sapientiam? Et Ezec.3. Filij hoĩs implebũtur viscera tua volumine isto. Hier.31. Dabo legem meam in visceribus eorum. Item ista viscera debent renouari per deuotionem. Deuotio.n. & gratia sancti spiritus sunt illa quę spiritualiter renouant uiscera mẽtis nostræ. Et iõ petebat Dauid in psal. Cor mundũ crea in me Deus, & spiritum rectũ innoua in visceribus meis. Item ista sunt uiscera, quæ debẽt cõtristari per turbationem.i. per timoris diuini cõceptionẽ, & sic loquitur Thre.2. Cõturbata sunt oĩa viscera mea, effusum est in terra iecur meũ. Ista sunt ergo uiscera internæ affectionis

B & intentionis. ¶ Tertiò dico, q inueniuntur uiscera humanę corruptionis, & infectionis, & ista sunt uiscera puersæ, & infectæ mentis hoĩum peccatorum. Et aduerte, q ista sunt.s.

Per luxuriam pinguia. / inuidiam tristitia. / iactantiam patientia. / infamiam fœtentia. / sæuitiam ardentia.	Sunt dico mentis uiscera malorũ pinguia per luxuriã. Vñ de diuite carnali dr̃ Iob 21. q uiscera eius plena sunt adipe, & medulla ossa eius irri-

gantur. Viscera.n. naturaliter sunt pinguia, & continent oẽs fęces, sic mens carnalis, & luxuriosi. Item sunt tristitia per inuidiam. In visceribus.n. accidunt colica, & iliaca passiones, q̃ nihil sunt aliud quam viscerum torsiones. Iste morbus est in uidia, quæ torquet hoĩes, & peruersorũ viscera, sicut de pessimo Antiocho dr̃, q apprehendit eum dolor viscerum. unde Esa.19. Dirumpetur spiritus ægypti in uisceribus eorum. Itẽ ista viscera sunt potentia per iactantiam. Est.n. quædam infirmitas uiscerum qua qñq; pp defectum uirtutis contentiuæ viscera laxantur, & per secessum exterius emittuntur. Talis est infirmitas iactantium, & inaniter gloriantium, nihil.n. possunt continere, imo cordis sui, & secreta mentis suæ siue bona siue mala fuerint, solent per iactantiam emittere, & per fatuitatem alijs ostẽdere, & per inanem gloriam oĩbus propalare. Figura in Iuda, qui suspensus crepuit medius, & effusa sunt oĩa uiscera eius Act. 1. ¶ Item ista uiscera sunt fętentia per infamiã. De visceribus.n. stercora emittuntur, sic de malorum cordibus aliorum diffamationes detractiones. & iniuriæ producunt. Vnde de illo iniquo rege Achab dr̃ 2. Paraly. 21. q lõga cõsumptus est tabe, ita ut egereret intestina. ¶ Itẽ ista viscera sunt ardentia per sæuitiã. fel.n. ubi manet, ibi cholera materia ardentissima adiacet. Ad denotãdum quod fel, idest ardor & amaritudo sæuitiæ, & iracundiæ impiorum, in uisceribus mentis semper latet. Et sic dicitur Prouer.12. Viscera impiorũ crudelia. Pone si vis, quòd ira, & inuidia sunt sicut illa auicula, quæ blandè primo ingrediens postremò secat, & rodit uiscera crocodili. unde Sap.12. Comestores hominum uiscerum, & deuoratores sanguinis. Sic ergo patet, quod sunt tria genera uiscerum spiritualium.

Visitatio. visitare. Nota, q Visitatio dr̃ à video, & frequẽtando, & sic visitatio idem est quod visualis frequẽntatio, vel uisus frequens agitatio. Et possumus generaliter loquendo visitationem duplicem inuenire.s. diuinam & humanam. ¶Primò dico, q ẽ visitatio superior & diuina. Sicut.n. principales, & superiores solent in suis capitulis ordinare uisitatores, quos p totum ordinem solent mittere, dantes potestatem eisdem, q visitare possint vndiq;, & si quid reformandum fuerit, reformare, dicentes. 1. Reg.17. Fratres tuos uisitabis si rectè agãt, sic superior oĩum Deus pater prælatorum in capitulo suo.i. in curia paradisi instituit filium visitatorem hominum, & uisitandi castigandi, & reformandi potestatem plenariam sibi dedit, dicens sibi illud 1. Esdræ. 7. Missus es vt visites Iudãá. Et possumus notare, quod iste visitator visitat A

Veniendo personaliter. / Influendo spiritualiter. / Succurrendo tẽporaliter. / Affligendo corporaliter. / Promouẽdo supernaliter. / Puniendo æternaliter.	Dico ergo, q ista visitatio Dei q̃ fit psonaliter veniendo, fuit visitatio beatæ incarnationis. Nõ. n. sufficit medico infirmũ diligere, quin ipsum soleat pso naliter uisitare. Sic vere medi-

cus noster Christus nõ solum nos amauit, imo carnem sumẽdo personaliter nos uisitauit. Qđ bñ petebat genus humanũ dicẽs. Memẽto nostri dñe in bñ placito populi tui, uisita nos in salutari tuo. Ista.n. fuit uisitatio mirabilis & utilis. Mirabilis dico, eo q rex totius uniuersi in hospitali huius mũdi dignatus est infirmũ hoĩem uisitare. Qđ admirans Dauid dicebat. Quid est hõ, q memores eius? Et utilis ẽt est, quia.s. à cũctis malis uoluit nos sanare. Iob 10. Visitatio tua custodiuit spiritũ meũ. Visitat ergo Deus psonaliter veniẽdo. Itẽ uisitat spiritualiter influendo. Sicut.n. amicus uisitat amicũ mittendo sibi xenia p nuncios suos, sic Deus influendo munus gratiæ, & deuotionis, visitat quotidie deuotos suos, & amicos, mittendo eis per angelos xenium spiritualis sciẽtiæ, & reuelationis. & talẽ visitationem petebat Dauid dicens in ps. Respice de cęlo, & vide visita vineã istã, & perfice eã q̃ plãtauit dextera tua. Itẽ uisitat temporaliter succurrẽdo. Sicut.n. bonus dñs famulos suos obsessos, & tribulatos uisitat, & eos liberans auxilium eis præstat, sic deus postquam hoĩem diu viderit tribulari, solet eum misericorditer uisitare, & tẽporaliter consolari. ps. Probasti cor meum, & uisitasti nocte. Itẽ visitat affligẽdo corporaliter. Pastor.n. uisitãs oues in pascuis, solet errantes cum uirga percutere, & ad domũ reducere, & à luporum periculo liberare. Sic Deus cũ virga tẽporalium tribulationum oues suas visitat, & eas reducit ad salutem, & à diabolo eas saluat. psal. Visitabo in uirga iniquitates eorũ, & in vrbe pec. eorũ miam aũt meam &c. Quia p certo talis tẽporalis afflictio, & visitatio signum est saluationis, & misericordiæ, sicut econtrario hoĩem dimittere impunitũ, signũ est diuinæ offensæ, & ei⁹ futuræ dãnationis, iuxta illud Oseæ. 4. Non visitabo filias uestras cum fuerint fornicatæ. Itẽ visitat supernaliter promouendo uel pręmiando, quia.s. sicut paterfamilias solet in sero oparios uisitare, & eis mercedẽ reddere pro labore, sic Deus in sero mortis bene operantes uisitat, & mercedem æternæ gloriæ eis præstat. Ideo bene cõsulitur. 1. Petri. 5. Humiliamini sub potenti manu dei, vt vos exaltet in die visitationis. Ista est uisitatio pacifica, & fructifera. Pacifica dico. unde Esa.60. Ponam uisitationem tuam pacificã. Fructifera dico ps. Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eã. Item visitat æternaliter puniendo. Qñ.n. rex audit, q sunt multi malefactores ĩ vna ciuitate, solet eã visitare, & sceleratos occidere, & punire. Sic & Deus, finaliter in iudicio mundum istum uisitabit, & impios perpetue damnabit. vnde Iudith.16. Væ genti insurgenti cõtra genus meum, dñs oĩpotens uindicabit in eis, in die iudicij uisitabit illos. Et Es.26. Dñs egredietur de loco sancto suo vt visitet iniquitates habitatorum terræ. Et si vis, potes notare, q tunc visitabuntur, punientur & affligentur in iudicio.s.

Luxuria fœtentes. / Superbia tumentes. / Malitia fallentes. / Sæuitia nocentes. / Discordia feruentes.	Dico q tũc visitabunt fœtentes & luxuriosi. Vnde Leuit. 18. Polluta est terra, cuius scelera visitabo. Et Zachar. 20. Super hircos visitabo.

Item

Carnaliter gaudentes. Item tunc uisitabuntur superbi, præsumptuosi & ambitiosi.unde Esai.10.Visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur.Et bene dicit regis, quia nullus est ita altus,& potens, qui uisitationem istam euadat. vñ.Esa.24. Visitabit dñs super militiam cęli quæ est in excelso.Item tūc uisitabuntur fallentes & malitiosi.Esa.27.Visitabit dominus in gladio suo duro,& forti,& grādi super leuiathan serpentem uectem,& super leuiathā serpentem tortuosum.Et Hier.23. Visitabo super eos malitiam studiorum eorum.Item tunc uisitabuntur nocentes & seditiosi seu iniuriosi.unde Hiere.30. Visitabo aduersus oēs qui tribulant eum.s. populum Israel.Item tunc uisitabuntur discordes,& litigiosi.Hier.46.Visitabo super tumultum Alexandriæ. Item tunc uisitabuntur carnales & deliciosi.vnde Hier.9. Visitabo sup oēs qui incircuncisum habent præputium. Oēs.n.isti dure à Deo uisitabūtur,& à Deo seueriter damnabuntur.vnde Esa. 29.Repente confestim à domino Deo execituum visitabitur in tonitruo,& commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempestatis, & flamma ignis deuorantis.Et sic patet ꝙ est

B vna visitatio superior,& diuina.¶ Secundo dico, ꝙ est visitatio inferior,& humana, & ista est visitatio prælatorum, qui visitant corrigendo,& uisitatio perfectorū, qui visitant consolando,& iuuando.Et sic dico quod est uisitatio.

Consolatiua.
Correctiua.
Castigatiua.

Consolatiua, quia.s.quilibet tenetur uisitare pauperes infirmos, & tribulatos, ut ipsos benigniter consolet,sicut.n.dr̄ Iacobi.1. Religio mūda, & immaculata hæc est,uisitare pupillos, & viduas in tribulatione earū. Vnde Eccl.7.ꝓcipitur. Non te pudeat uisitare infirmū, ex hoc.n.in charitate firmaberis.Quam quidem uisitationē ipse Deus reputat in persona tribulatorum,& pauperum sibi factam.Matt.25.Infirmus fui,& in carcere,& visitastis me.¶ Correctiua ēt,quia prelati debent visitare subditos, & eos corrigere,& monere,& si q̄d in ipsis reformandum fuerit,reparare,ut sic ipsis per superiorē qui ipsos mittit,dicatur illud prædictū.1.Reg.17. Fratres tuos uisitabis si recte agant.ubi ostenditur,ꝙ visitator debet

Odium exterminare.
Subditos examinare.
Discrete deliberare.

Pro primo debet odium exterminare, qñ dr̄, Fratres tuos, quia.s.amandi sunt, & non odiendi. Pro secundo subditos examinare cum dr̄,Visitabis.Pro tertio discretè deliberare, cum dr̄.Si rectè agant.Debet dico odium eliminare. Fratres quia.s.ipse debet se habere fraternè & charitatiuè, & cogitare ꝙ illi cum quibus habet agere, sunt fratres,non famuli neque extranei, ut sic ad charitatem magis quam ad seueritatē moueatur, dicens. Esaiæ.60.Ponam uisitationem tuam pacem.Et sic cuilibet dicat illud Genes.13. Ne quæso sit iurgiū inter me,& te, fratres.n.sumus.uide supra de fratre,& adiunge quicquid volueris.Item debet subditos examinare. Visitabis,quia.s.ipse debet visitare.i.uidere,& frequentare status & cōditiones subditorum, & quod bonum est,fouere: quod malum est,amouere,dicens illud Ezech.34. Ego ipse requiram oues meas,& visitabo eas, sicut uisitat pastor gregē suū &c.Sequitur. Quod perierat,requiram,& quod abiectū fuerat,reducam,& quod fractum fuerat,alligabo, & quod infirmum fuerat,consolidabo,quod pingue, & forte, custodiam & fouebo. In ista auctoritate pōt videri quid debeat facere visitator.expone eam si uis.Item iste debet discretè liberare. Si rectè agant.Ista enim dictio si,dubitationem signat,& per consequens deliberationem designat, quia iste debet deliberatiuè procedere, & magis sub dubio quam sub certo de ꝓpositis negocijs cogitare.Si rectè agant inquit.ut sic cuilibet dicat illud 4. Regū.4. Rectè ne agitur circa te?ac si diceret,si rectè omnia tua sunt,tu es dignus commendatione. Si uerò recta non sunt, tu es dignus correctione,& emendatione,ita quod tibi dicatur illud Oseæ.9. Venerunt tibi dies visitationis,venerunt dies retributionis. Et bene visitatio dicitur retributio,quia bona, & mala debent retribui cuique Esai.15. Secundum magnitudinem operis, erit uisitatio eorum. Et ideo mali uisitandi sunt, & puniendi, & secundum demerita castigandi. Vnde nota,quòd prælatus debet visitare luxuria fœtentes,superbia tumentes &c. Dic per omnia sicut supra. Et sic patet quod est uisitatio inferior, & humana. uide supra de Correctione de prælatis.

Vitis.

Quia uitis siue uites sunt illa arbusta ex quibus uinea constituitur,& ideo qui de uite est,qui uoluerit ad uineam redeat. Nota breuiter,quòd in scriptura inuenio,quod per uitem potest intelligi uidelicet ipse A

Deus summus,& gloriosus.
Homo iustus,& virtuosus.
Vir iniquus,& uitiosus.
Status bonus,& fructuosus.
Status malus,& perniciosus.
Baculus præciosus.

Dico igitur, ꝙ uitis pōt dici Deus summus, & gloriosus, & sic loquitur ipse Deus.Ioā. 15.Ego sum uitis uera,& pater meus &c.Et de ipsa trinitate pōt dici illud Gen.40.Videbam coram me uitem, in qua erant tres propagines.i.cognoscebam diuinitatem,in qua uidebam personarum trinitatem.Item uitis potest dici homo iustus,& uirtuosus, & sic sumitur uitis Eccle.24.ubi dr̄ in persona uiri iusti, Ego quasi uitis fructificaui.quia.s.ad uitem.i.ad uirum iustum pertinet ꝙ fructum bonorum operum portet.Iste.n.debet esse illa uitis quæ sublimari ad regnum noluit, timens ꝑꝑ regnum perdere vinum suum, sicut dr̄ Iudic.9. Quia pro certo vir iustus regna.s.mundi,per cupiditatem non solet ambire, timens ne si ipsa haberet, suum vinum.i.interiorem gratiam contingeret deperire.Itē uitis pōt dici vir iniqu⁹,& uitiosus,& sic sumitur 4.Reg.4. vbi dr̄ ꝙ famulus Helisei inuenit uitem siluestrem quasi coloquintidas quæ ita fuit amara, ꝙ manducari, nō potuit à filijs ꝓphetarum. Vitis.n.siluestris est peccator; cuius fructus.i.opera tātaamaritudine & malitia plena sunt, ꝙ à iustis māducari.i.imitari nō possunt.Mali.n.sunt vites steriles,debiles & inutiles.Vites dico steriles, q.a.s.fructū bonorum operum nō portant.Et dic si uis cām sterilitatis, sicut supra de uinea.Hie.8. Non est vua in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea.Vitis debilis est peccator, quia uitis non est lignū forte,sed satis debile.Sic peccator debilis est ad bonuū faciēdum,& malum dimittendū.Vnde Esa.24. Luxit uindemia,infirmata est vitis.Itē vitis est ad opus inutilis. Sic etiam peccator.Vnde Ezec.15.Fili hoīs, quid fiet de ligno vitis? Sequit. Nunquid utile erit ad opus? etiam cū esset integrum nō erat vtile. Item vitis potest dici bonus status, & uirtuosūs, & sic ecclesia uel religio dr̄ vitis,quia.s.viros iustos loco vinorum producit.unde psa.Vxor tua sicut uitis abundās in lateribus domus tuæ &c. Item vitis pōt dici status malus, & perniciosus, & sic per vitē pōt intelligi mundus vel etiam malorum status, qui vinum carnalitatis producit.Et ideo dñs vr̄ dicere illud Mat 26.Non bibam amodo de genimine vitis. Item vitis potest dici lapis ꝓciosus siue baculus, scilicet crux Christi:quia crux est illa uitis quę botrum cypri.i.Dei filium portauit.vnde Christus est Iuda,qui Gen.49.ligauit ad uitem asinam suam.i.ad crucem corpus suum.Vnde.1.Mach.14. Sedebat vnusquisquisque subtus uitem.Sufficit de Vite.Si uis,uide de vinea, quia plerunque in scriptura vitis pro uinea sumitur,& econuerso &c.

Vitulus.

Nota ꝙ vitulus est filius bouis, cū matrę adhuc deditus, & lacte, & uberibus enutritus. Et est uitulus animal quod in aris deorum antiquitus offerebatur.Et ideo breuiter dico secundum, quòd vitulus plures habet conditiones,secundum hoc potest sumi multipliciter in scriptura.Notabo ergo quòd inuenitur

Vitulus saginatus.
Vitulus immolatus.
Vitulus effrenatus.
Vitulus adoratus.

Vitulus saginatus significat nostram redemptionem.Christus enim redemptor noster vitulus dicitur, qui saginatus gratijs, & virtutibus præ cæteris inuenitur. Figuratus Lucæ 15. ubi paterfamilias uitulum saginatum in aduentu filij prodigi legitur occidisse, & ipsum in conuiuio præ gaudio filii ꝑditi comedisse,& ad comedendum aliis obtulisse. Quia pro certo paterfamilias Deus pater pro recuperatione filij perditi.i.gentilis populi,& totius generis humani,uitulum saginatum Christum voluit occidi, & in sacramento altaris à fidelibus manducari.Vnde Gen.18.dr̄ ꝙ Abraham cùm puero ad armentum cucurrit,& tulit inde uitulum tenerrimum. Item vitulus immolatus designat iustum uiatorem. Viri.n. iusti dicuntur vituli,eo ꝙ per oblationem,& obedientiæ dedicationem Deo penitus immolautur,& sibi in ara cordis ꝑ deuotionem offerūtur. Vnde 1.Esdrę.6. dr̄ ꝙ in dedicatione domus dei obtulerunt vitulos centum &c. Quia motus cordis nostri vitulus cordis dicitur,inquātum deo dedicatur,& offertur. Vnde etiā uerba laudis confessionis,& orationis vituli

tuli dicuntur Oseæ 14. vbi dr̄, Reddemus uitulos labiorum nostrorum. Vnde in psal. Laudabo nomen Dei cum cantico &c. Item. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ &c. ¶ Item vitulus effrenatus significat stultum peccatorem. Vitulus. n. iugo non subijcitur, lacte pascitur, ludit, discurrit & erigiť. sic vere peccator non quærit nisi ludere & saltare per insolentiã. Malach. 4. Salientes sicut vituli de armẽto. Lactare & patere per carnalitatẽ & opulentiam. Esa. 27. Pascetur vitulus, & accubabit. Sine iugo disciplinæ manet per inobedientiam. Hie. 51. Effusi estis quasi vituli super herbam. ¶ Itẽ vitulus adoratus significat deceptorem hostem. s. diabolum, qui figuratur in vitulo conflatili, quem filij Israel adorauerunt. Exod. 32. Iste. n. conflatilis à flatu malæ suggestionis dicitur. eo quòd propter huiusmodi flatum à fatuis adoratur quod fit quando suis suggestionibus creditur. psal. Fecerũt vitulum in oreb &c. Et quia parum valet, vide de boue.

A **Viuere. Vita.** Nota quòd vita aliquando accipitur pro ipsa naturali dispositione, aliquando accipitur pro morali conuersatione. Generaliter ergo sumendo, dico quòd inuenitur

Vita:
- Naturalis.
- Virtualis.
- Triumphalis.
- Noxialis.
- Gehennalis.

Vita naturalis est vita cunctorũ, de qua Iaco. 4. Quid. n. est vita nr̄a, nisi vapor ad modicũ parẽs? ¶ Vita virtualis est vita bonorum, & de ista Gal. 5. Viuo ego iã nõ ego, viuit autem in me Christus. vita triumphalis est vita sanctorum, de qua Sap. 5. Iusti autem in perpetuum viuent. ¶ Vita noxialis est vita malorum, de qua 1. ad Tim. 5. Vidua quæ in delicijs est viuens, mortua est. ¶ Vita gehennalis est vita damnatorum, qui. s. habent vitam cum morte, & mortem cum vita, de quo in psal. Veniat mors super illos &c. ¶ His ergo præmissis, dicamus primo ꝙ est vita naturalis, q̃ est vita cunctorum. Ista. n. est illa quæ ex corpore & aĩa constituitur, quę aere & spiritibus perficitur, quæ à stellis & orbibus influitur, quæ cibis & potibus sustentať, quæ pannis & vestibus refouetur. & ista charissimi est fragilis & defectibilis & difficilis & ex multis alijs necessarijs cõstituitur, & tamen facillimè dissipatur. Ista ergo est quasi tela araneæ,

Cuius:
- Conditio laboriosissima.
- Substantia debilissima.
- Destructio facillima.
- Reparatio impossibilis.

Sic vere charissimi tela vitæ nr̄æ est difficilis ad constituendum. Quę. n. homini sint ad constitutionem & ad conseruationem vitæ necessaria, qui vult scire, legat illud Eccl. 39. vbi dr̄. Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis ferrum, & sal &c. Item est debilis & fragilis ad durationem. Ista. n. durare non potest, quinimo ad modum venti & fluminis subito labitur atque transit. Iob 7. Memento mei Deus, quia ventus est vita mea. Item est facilis ad destructionem, nihil. n. facilius q̃ vita destruitur, & nihil tristabilius dissoluitur, nihil impossibilius reparatur. De quo lamentando dicebat Dauid in psal. Defecit in dolore vita mea. &c. Nam sicut tela per multos dies texitur & orditur, quæ tñ subito rumpitur & cassatur, sic vere vita nostra cum multos dies & annos durauerit, vno momẽto scinditur, deficiet & cessabit. Esa. 38. Præcisa est velut à texente vita mea &c. Et sicut tela succisa nunq̃ põt ad eandem integritatem redire, sic nec vita morte succisa, põt naturaliter in pristinum statum redire. Vnde Esa. ibidem Morieris tu, & non viues. Et ideò de cõditione huius vitę mortalis quãtum sit fragilis & defectuosa, vana, tristabilis & dolorosa, dr̄ Deut. 28. Erit vita tua quasi pendens ante te. quasi diceret, tota vita nostra est quasi in pendulo & incerto. Et iõ paucis verbis describitur vita ista Iob 7. vbi dr̄. Militia est vita hominis super terram. Aduertẽ ergo in verbis istis ꝙ vita ista est contemnenda triplici ratione secundum tres status. s. principium, medium, finem, & hoc propter

B
- Ingressum vilis conditionis.
- Progressum acris afflictionis.
- Egressum tristis eiectionis.

Primo probat vilem ingressum carnalis natura, cum dr̄, Vita hoīs. ¶ Secũdò probat acrem progressum facilis iactura. Militia. ¶ Tertiò probat tristẽ egressum mortali fractura. Super terram. ¶ Dico, ꝙ humana vita quantum ad initium inchoatur à vili conditione, & hoc ostenditur cum dr̄ Hominis. Nullum. n. animal habet ita vilem originem, ita fragile principium sicut homo. Iste. n. in ventre menstruis nutritur, tandem nudus de ventre progreditur, & cũ nasciť, ita debilis est & impotens, ꝙ nisi aliunde iuuetur, nullo mõ sustentať, quinimo propriã miseriã & vilitatẽ p̄figurãs, & lachrymis, & planctibus occupať. Et iõ de tali vtilitate dicebat Iob 13. ꝙ hõ natus de muliere, breui uiuens tẽpore &c. Et si uis potes cõparare uanitatẽ vitæ nostræ, flori, fęno, vitro pleno aq, glaciei, vẽto, naui, nubi & similibus, q̃ debilẽ habent substantiã, & impossibilẽ resistentiã. Vita hoīs, quasi diceret, q̃ cæteris est vanior atq; utilior. Et sic dicit illud psa. Verũtñ vniuersa uanitas oīs hõ uiuens. Ista ergo inchoatur à uili conditione. Vita inquit hoīs. ¶ Deinde dico, ꝙ mediatur cũ ari turbatione, cũ dr̄. Militia est. Quia totũ tempus uitę nostrę nõ est nisi quædã laboriosissima militia, in qua quandiu uiuimus, in motu & labore sumus. Cęlũ. n. duas habet extremitates. s. polũ arcticũ, & antarcticũ, & istæ sunt partes cęli stabiles, & immobiles, totũ vero residuũ cęli est mobile, ita ꝙ inter istos duos polos tota cœli substãtia voluiť, & sine cessatione iugiter circuit, & rotať. Similiter vere charissimi cũ hõ plures habeat terminos. s. principiũ, medium & finẽ, à quada tñ mobilitate, & uitę carentia incipimus, & in mortẽ ubi est immobilis uitæ carẽtia terminamus. vnus est. n. oībus introitus ad vitã, & similis exitus. Sap. 7. Sed quid? ꝓ certo inter duos istos polos, & terminos est vnũ mediũ valde mobile. s. trãsitus vitæ, q̃ in miserijs, & tribulationibus semper moueť, & tã corporis molestiis, q̃ aīæ tristitijs, tã mundi laboribus, & miserijs, q̃ hostis malitijs & tentationibus continuè agitatur. Militia inquit. Vnde Iob 14. Cunctis diebus quibus nunc milito &c. Et iõ de laborib' huius uitæ dr̄, ꝙ tãtis malis hæc uita repleta est, vt in cõparatione eius mors dicatur remediũ. Et iõ deus illã breuẽ fecit, vt molestiæ eius q͞a prosperitare vinci nõ poterãt, ex breuitate tẽporis finirenť. Et si ad plenũ vis videre labores, & miserias huius uitæ, uide auctoritatẽ Aug. de origine, ubi tractat illud Iac. 4. Quæ aũt est vita nostra &c. ubi dicit Vitã hãc dubiam, vitam ærumnosam. hanc dolores exterminant, honores deficcant, & æra morbidant, escæ inflant ieiunia macerãt loci soluũt, tristitiæ cõsumunť, sollicitudo coarctat, securitas hebetat, diuitiæ iactãt paupertas deijcit, iuuẽtus extollit, senect. incuruatus, infirmitas frangit, mœror deprimit, & post hæc oia mores interimit, q̃ ita vniuersis finẽ ponit, vt cũ esse desierit, esse nec fuisse puteť. Hæc aug. Ecce ergo q̃ miseriæ, q̃ angustiæ, q̃ motus, q̃ fluctus vel fluxus. insunt isti. s. vitæ nostræ. Et iõ propriè cõparatur mari, ꝙ cõtinue fluctuat, & mouetur, & nunc accedit, & egreditur, nunc recedit, & deprimitur, nunc est clarum, nunc obnubilatur, & q͞d infinitis periculis subiugatur. Narra de periculis si uis, q̃ sunt in mari, & applica ad miserias huius, q͞a uita nostra moueť tribulationib', erigitur elationibus, deprimitur terroribus, obnubilať erroribus, & tota est in periculis, & tẽtationibus. Militia est ergo. Ideo Eccl. 2. dr̄. Idcirco tæduit me vitæ meę, uidentẽ mala esse uniuersa sub sole. & cuncta uanitatẽ, & afflictionẽ spiritus, Et bene dicit Tęduit, quia sicut in mari deambulanti, & nauiganti duo solent accidere. s. error in imaginatione, & nausea in affectione, credit. n. qui nauigat, & vr̄ sibi ꝙ stet, cum ipse continuè moueatur, & econtra litora quæ continuè stant, fugiant & moueantur. Nauseã uero faciliter patiť, & ꝑ fastidio stomachi ad uomendũ faciliter prouocať (sic nauigãti ꝑ mare huius mũdi seu uitæ, cõtingit error, & horror q͞a vr̄ sibi ꝙ ipse stat, & tñ currit, quia hõ nõ ꝑcipit q̃n labiť uita sua, nec ꝑpendit q̃ cito ad terrã tendit, sem ꝑ. n. ꝑerat uiuere, & nunquã vr̄ sibi, ꝙ debeat desinere, cũ tñ dicat Greg. moraliũ 24. ꝙ quot vitæ dies peragimus, tot passibus ad terminum itineris appropinquamus. De aliis vero vr̄ sibi, ꝙ currãt, & ꝙ defluant, & ueterascant, cũ reuera ipsi magis q̃ ipsę, nec deficiãt nec senescãt. Quia breuiter iste est error uitæ nostræ, ꝙ aliorum semper uitã deficere, & cadere opinamur, & credimus, nos uero diu victuros, & defficiliter morituros existimamus sicut ad literã patet de illis qui sperant alijs succedere in officijs, & beneficiis, qui alios mobiles esse credut, se aũt stabiles esse uolunt, cũ reuera sæpe fiat, ꝙ illi alij sint stabiles, & semper uiuant, isti uero semper sint mobiles moriantur, defluant & recedant. Itẽ isti sunt fatui, quia sicut dicit Senec. Quilibet debet uitam approbare ꝙ alijs mortem sibi. hoc est dictu, ꝙ moriatur cito. Et merito, quia sicut dicit idem Seneca. Viuere noluit qui non vult mori. uita enim cum expectatione mortis data est. In ista ergo nauigatione est error. Sed adhuc

adhuc dico, ꝙ solet horror esse, q̄a nausea tedij & displicétię nos solet ibidé inuadere, inquantū ꝓ miseriis quas ibidé uidemus, uitam istam debemus contemnere, & odire, & cum displicétiæ nausea eijcere, & horrere, sicut dicit Iob 60. Tædet aiam meā uitæ meæ &c. Sic ergo patet, ꝙ ista uita mediatē acri turbatione. Militia inq̄t est. ¶ Deniq; dico, ꝙ ista terminatur cum forti depressione, & tristi, quia. s. uita terminatur, & deprimitur per morté, & hoc ōnditur cū dr̄. Super terrā. Mors. n. intelligitur per terrā, ꝓ eo, ꝙ hō mortuus terra efficitur, & pro eo, ꝙ terra est vltimus terminus ad quē cadēdo venitur, q̄a res cadēs ꝑuenit necessario ad terrā ubi sistit, nec procedit vlterius aut pertransit. Mors. n. est uitæ nostræ terminus, ad quem dū descendimus, ulterius nō transimus. Sup̄ terrā inquit. Iuxta illud, Aperta est terra & deglutiuit &c. Et Amos 7. dr̄. In terra polluta morieris. Et iō quærit in psal. Dauid. Quis est hō qui viuit, & non uidebit mortem? quasi diceret, nullus. Et quare? ꝓ certo q̄a mors est terminus breuis & grauis. Grauis dico, quia multis comitatē doloribus ꝑs. Defecit in dolore uita me. Breuis ēt, quia paruis progressibus prorogat, q̄a uita nostra inquantū est in p̄senti, nō est nisi temporis punctus qui dr̄ nunc. Vnde Sene. Nulla uita est nisi breuis, nam si ad naturam rerū respexeris, etiam illius fuit uita breuis, qui inscribi in monumento suo fecit se nonaginta nouem annis uixisse. Sic igitur patet, quòd vita nostra

Terminatur cum doloribus.
Meditatur cum laboribus.
Inchoatur cum fœtoribus.

Et sic bene dictū est, ꝙ malitia est uita hominis super terram. Patet ergo, ꝙ est uita naturalis, q̄ est cunctorū. ¶ Scd̄ò principaliter dico, ꝙ est vita virtualis, quæ est uita bonorū, & ista est uita gratiæ, quæ consistit ex unione animæ cū Deo. Sicut. n. spiritus influit corpori uitā, & cū uita uirtutes naturales & actus earum, & inde est, ꝙ homo viuus pōt loqui, operari, delectari &c. sic uere Deus animæ coniunctus per charitaté, sibi influit uitam & esse gratiæ, & uirtutes cū operationibus depēdentibus ab eisdē. Et inde est, ꝙ hō qui uiuit per gratiā,

Potest
actus spūales exeq̄ ꝑ gratiā.
loqui per confessionem.
delectari per deuotionem.
sentire per compassionem.
videre per discretionem.
operari bonorum actuum executionem.

Et hoc quia breuiter Deus, & spiritus sunt uita aiæ vn̄ Eze. 37. de ossib⁹ aridis dicitur. Ingressus est in ea spiritus, & uixerūt, steteruntque super pedes suos. & Deu. 20. dr̄ de Deo, Timeas dn̄m, & illi adhæreas, ipse. n. est uita tua. Vita. n. cuiuslibet aialis nobilissima cōditio, non à parentibus producitur, sed à celestibus corporibus influit, & à Deo de potentia materiæ educiē. Sic vere uita gratiæ non pōtā nobis introduci, imo necesse est eam à Deo, & cœlesti uirtute dari, & in subiecta materia. s. in aīa gn̄ari. Ipse est inquit vita tua. Et ꝑꝑ hoc sicut uidemus, ꝙ uita reputatē summū bonū inter bona naturalia, & iō ut cōiter ab oīb⁹ diligitur, & ab oībus adipisciē, & seruaē & ꝑꝑ hoc (sicut patet) serpēs ꝑcipuè sup oīa seruat caput, hō ꝑcipuè seruat cor, ꝓ eo ꝙ ibi principaliter sedes aīę, (iuxta illud Prou. 4. Oī custodia serua cor tuum, q̄m ab ipso uita procedit) sic uere in moralibus nullū est uita gratiæ maius bonum, & ideo super oīa à sapientibus quæritur, & habita cū diligētia custodiē. Et iō Iacob sollicitus de acquisitione huius uitæ dicebat filijs suis. Gene. 42. Emite nobis necessaria, ut possimus uiuere. Et aduerte ꝙ circa vitam istam tria considerantur, scilicet

Motus præueniens, qui acquiritur.
Virtus subueniens, qua perficitur.
Fructus adueniens, qui colligitur.

Primū est inchoatiuū. Scd̄m ē mediatiuum. Tertium est terminatiuū. Primū facit cordium cōmutatio. Emite. Scd̄m facit uirtutū cōgregatio. Nobis necessaria. Tertiū gloriæ acquisitio. Vt possumus uiuere. ¶ Dico ergo, ꝙ circa uitā gratiæ attenditur motus ꝑueniens, q̄a. s. motus bonæ uoluntatis, & actus gratiæ ꝑuenientis, & uirtus gratiæ gratis datæ, primo & ante oīa req̄ritur ad hoc, ꝙ uita spūalis. i. gratia gratū faciens acquiraē. & hoc ōnditur cū dr̄. Emite. q̄a ille qui emit, solet dare, ꝙ suum, est ut acquirat, ꝙ alienū est. Sic uere primo, & ante oīa hō, ꝙ in se est debet facere, & ꝙ suum est debet dare. s. bonā voluntatem, & promptitudinem mentis, & sic ꝙ suum nō est. s. vitā gratiæ poterit acq̄rere, & mercari, emere & habere. Emite inq̄t. Et sic loquiē Apoc. 3. Suadeo tibi emere aurū ꝓbatum ignitū, ut locuples fias. Sicut. n. uidem⁹, ꝙ multiplex alteratio, & dispositio in corpore req̄riē ad hoc ꝙ corpori uita infundaē, q̄a. s. primo ē necessariū, ꝙ corpus organizetur, & informeē, & ad susceptionē uitalis aīæ disponaē, sic uere ad infusionē uitæ gratiæ necessariū est dispositio uoluntatis, & alteratio morū ꝑueniat, ut sic deus uitā hāc influat & immittat. Ista aūt dispositio habet fieri trib⁹ modis, videlic.

Culpam auferendo.
Mentem offerendo.
Deum inquirendo.

¶ Disponitur dico aīa culpā auferédo, necesse est. n. ꝙ culpa primo exeat, antequam uita gratiæ introeat Et sic loquitur Eze. 18. Quare moriemini filij Israel? reuertimini, uiuite. q̄a sicut ibidem dr̄, Nō uult Deus mortē peccatoris &c. Itē disponitur mentem offerendo, q̄a hō debet mētem, & uoluntatem, & se humilem, & deuotū, & hilarem deo offerre, vt vitā gratiæ possit recipere & habere. Res. n. nō accipitur, nisi vas apertū teneatur, Obedientia. n. mentē aperit, & Deus vitam gratiæ influit, & infundit. Et iō dicit apostolus Hebr. 12. Obtemperabimus patri spirituū, & viuemus. Item disponitur Deum inquirendo, q̄a sicut forma sine artifice nō induciē, sic nec gratia sine Deo infundiē. Quia sicut vita aīalis à corde, uita arboris ꝓcedit à radice, sic uita aīæ à Deo principaliter exit. Et iō dr̄ in psal. Quærite dn̄m, & uiuet aīa vr̄a. Ista tn̄ sunt cōtra multos, qui ad recipiendū vitā non ita disponuntur, sed potius in peccati obduratione, & malitia obdurantur, & iō non uiuificantur, sed sine uita gratiæ ꝑpetuē indurantur. In uenis lapidū q̄n inueniuntur figuræ aīaliū, sicut testudinū uel serpentū. Natura. n. inueniens aliquā dispositionē materiæ, vult exinde aīal ꝓducere, sed q̄a ꝑualet frigiditas in dispositione, iō uita nō introduciē, sed sine uita dimittitur. Sic uere charissimi naturās deus licet sit semꝑ paratus uitā gr̄æ infundere, q̄a tn̄ multos inuenit indispositos, & frigiditate indeuotionis penitus congelatos, solet eos sine uita gratiæ dimittere, & si cōtingit illos ꝑ obstinationē in lapidis duritiem ꝑtransire, iuxta illud Iob 7. Desperaui, nequaquam vltra uiuā. O Deus, quot sunt tales hodie in mūdo qui quātū ad actus morales magis uidenē mortui q̄ uiuentes, imo multi sunt q̄ magis iu morte culpæ q̄ in uita gratiæ glorianē. iuxta illud, Dilexerunt hoīes mortem magis q̄ uitā. Et multi sūt qui per hyprocrisim esse uiui vīr, & tn̄ per culpā mortui dinoscuntur. Apoc. 3. Nomen habes ꝙ uiuas, & tn̄ mortuus es. In monte aūt barbaro, qui est iuxta Neapolim, ubi sunt sub terra ædificia Virgilij, dn̄r eē thesauri infiniti, sed ibi sūt imagines cupreæ argento uiuo plenæ tali dispositiōe factæ, ꝙ ad leuem tactum pauimenti, ꝙ æreum est, & argēto uiuo, plenū ꝑꝑ pōdus intrātis mouenē, & cōtra intrantē locum, ꝑꝑ argēti uiui ad locum impulsum, & calcatum, currētis mobilitatē ꝑtendunt, ipsumq; ꝑcutiunt & occidunt, & sic imagines istæ uidenē esse uiuæ, cum tn̄ in ueritate sint mortuæ, q̄a si argentum uiuum. ꝙ int⁹ est deesset, nunq̄ imago se moueret. Reuera tales sunt hypocritæ. isti. n. nomen habent ꝙ uiuant, & tn̄ mortui sunt. Quia ꝓcul dubio in mōte ecc̄iæ quē defendere uelle uidenē, ipsi cōtradicunt, obuiāt & occurrūt, sicut quotidie patet de illis, q̄ impetrantes, & in ecc̄ias, & in religionē intrare uolētes, sub zelo charitatis impugnant, sicut ēt patet de illis, q̄ sub zelo, & spē charitatis alios reꝑhendunt, & malitioso aīo eorum utilitatib⁹ se opponūt. Iuxta illud Eccl. 19. Est correptio mendax in terra cōtumeliosi. Sed q̄d? ꝓ certo totum illud facit argentum uiuum, q̄d est in cordibus eorūdem. hoc est dictū, uitiū hypochrisis, & fallax mobilitas suæ mentis, q̄ argentum dr̄, ꝑꝑ pulchram eloquentiam, viuum, ꝑꝑ creditæ sanctitatis, nō existentiam, mobile tn̄ est, & nō uerum argentum, ꝑꝑ fictā duplicitatem & malitiā. Hier. 6. Argentum reprobum uocate eos, q̄a dn̄s proiecit illos. Quia procul dubio argentum viuum. s. hypochrisis quæ in istis latet, & quæ istos ad opera sua mouet, facit eos iustos, & sanctos apparere, cum tn̄ in ueritate sint mortuæ imagines, hoc est, personæ pestiferæ non syncerę. motus. n. istorū facit eos uiuos reputari. quia. s. motus suorum laborum, & suorū operum facit eos iustos credi. Ipsi. n. dicunt illud Act. 17. In Deo uiuimus, mouemur & sum⁹. Et tn̄ in ueritate mortui sunt, & ꝑ gratiā nusquā uiuunt, ita ꝙ ꝓpriè istud solet eis dici. Col. 3. Mortui estis, & uita uestra abscōdita est. Nō sic charissimi, non simus ad gratiam recipiendam indispositi, sed per mentis promptitudinem, & per gratiam præuenientem dispositi, & parati, quod ostenditur cum dicitur Emite. i. quod uestrum est exhibete, & facite, & uitā gratiæ accipite, & requirite.

rite.vnde Prouer.23. Veritatē eme,& noli uendere sapiētiā. Patet ergo ꝙ erga vitā gratiæ habendā attenditur prçueniēs motus.Emite inqt.¶Iterū attenditur uirtus subueniens. Nobis inqt necessaria. Multæ.n.causæ occurūt q̄ sunt necessariç ad vitam corpori influendā & habendā. Quædā.n.sunt causæ efficientes,sicut Deus sol,& aīa virtus vtriusq; seminis. Quçdā sunt causæ materiales,sicut vtrunq; semen spiritus,cor & arteriæ. Quædā formales, sicut intrinsecæ conditiones vitæ. Quædam finales, sicut illæ pp quas fit uita.Sic charissimi spiritualiter loquendo, ad habendā vitā gratiæ multç causæ spirituales necessariæ sunt, nāsi vna virtus deficit,tota uirtus & tota vitæ substantia euanescit,iuxta illud Iac.2.Ille q delinquerit in vno,factus est oīum reus,imo necessarium est, ꝙ q̄libet virtus aliquid de suo influat,ad hoc,ꝙ uitā gratiæ habeat,sicut astrologi de vita corporali dicūt, ꝙ necesse est,ꝙ quilibet planeta antequā infans possit esse uiuax,influat ibi ꝑ vnū mēsem,& sic septimo mēse pōt viuere,& in lucē exire, ꝓ eo, ꝙ tunc ibi septē planetç ꝑ ordinē influxerūt.Sic vere necesse est,ꝙ in nobis septē.i.vniuersitas virtutū opereť & influat,ad hoc ꝙ uitā gratiæ nobis donet. Nobis inqt necessaria. In q̄bus charissimi subdiuidēdo auctoritatē, possumus uidere,ꝙ decē sunt necessaria ad uitā perfectā, & moralē habendā, & loquitur Eccl.39. vbi dr̄,ꝙ initium necessariæ rei uitæ hominem aqua,ignis,ferrum,sal, & lac panis siligineus, & mel, & botrus vuæ,& oleum,& vestimentum.In quibus sunt

Humor compunctionis.Aqua.
Feruor dilectionis.Ignis.
Rigor correctionis.Ferrum.
Splendor discretionis.Sal.
Candor affectionis.Lac.
Sapor refectionis.Panis.
Dulcor deuotionis.Mel.
Dolor cōpassionis.Botrus vuæ.
Liquor miserationis.Oleum.
Decor cōuersationis.Vestimētū.

¶Habeat dico q spūaliter & moraliter uult uiuere, cōpunctionis humorem.s. aquā lachrymarū.Aqua inquit. quia sicut pisces sine aqua viuere nō pn̄t,sic hō nō pōt sine lachrymarū irriguo uitā gratiæ cōseruare.ps. Deus uitā meā annūciaui tibi &c. Pinus.n.urtica,scyrpus,& carectū herbæ sunt q̄ sine aqua crescunt ut cōiter neq; uiuunt. Sic ꝓ certo uita gratiç in hoīe non ꝑficitur, nisi aqua lachrymarum radix cordis multotiens irrigeť. Iob 8.Nūq̄d uirere pōt scyrpꝰ sine humore, & carectū sine aqua? quasi diceret,non.Item habeat dilectionis feruorē. Ignis inquit. Nihil.n.sine bn̄ficio caloris pōt uiuere, sicut patet quia circa cor ubi est sedes uitæ,solet calor p̄cipuus abundare. sicut patet ēt in uere, ubi pp calorem tēporis regnantē solent arbores reuenire,& uirere.Talis calor est feruor dilectionis & charitatis. Ista est.n.vita ꝓpria cordis.Aug.Scito aīa mea, quia amor est uita tua.Quia bn̄ innuiť 1.Io.3.ubi dr̄.Qui non diligit,manet in morte.Ignis inquit. Vt simus sicut salamandra,q̄ in igne sine cōsumptione uiuit,sic isti uiuunt in igne diuinæ charitatis, figurati in tribus pueris qui in igne fornacis Babylonis uixerūt. Carbo.n.viuere nō dr̄,nisi quandiu ignis p̄sentia inflāmatur, q̄a uita gratiæ in igne charitatis ꝓuenit, in isto igne ꝑmanet, & cōsistit.Thob.8.Particulā iecoris posuit super carbones viuos.Itē necessariū est,ꝙ habeat correctionis rigorē,cum dr̄ Ferrū.Per ferrum.n.rigor iustitiæ, inquantū est culparū peremptiuus,intelligiť, per quē cōstat, ꝙ uita.s. gratiæ custoditur.Prouer.12.In semita iustitiæ uita.& Sapi.5.Iusti aūt in ꝑpetuū viuēt,& apud dn̄m est merces eorū.Pluuia.n.& æstas faciunt herbas uirere,& frigus, & intēperies hyemis calorē naturalē ad interiora radicū cōpellens solet vitā in arboribus cōseruare.Sic uere uita gratiç in hoīe cōseruatur si per sui uel superiorū instrumenta iustitiç flagelletur.Tēpestas.n.tribulationis,& frigus punitiuæ correctionis calorem interiorē.i. feruorē affectuū nō sinit exterius ad mūdana exire, imo ipsos cōpellit per timorē interiꝰ latitare, & sic uita gratiæ in radice cordis fortificatur ps. Si ambulauero in medio tribulationis,uiuificabis me.Sicut.n.acetū,superfusum apibus oleo mortificatis?solet eas uiuificare,sic pçnitentia, & acris iustitiæ executio solet illos quos tangit, ad uitā gratiæ reuocare,iuxta illud Mat.7.Arcta est uia quæ ducit ad uitā.Ferrū inquit,quod durū est,& scindēs.vt sic dicatur illud Senecæ in epistolis, ꝙ uita humana est quasi ferrū, ꝙ si exerceas cōteriť,si nō exerceas,rubigine cōsumiť. Vn̄ iustitia tā in nobis q̄ in aliis faciēda dr̄ Prou.16.Initiū uiæ bonæ facere iustitiā.Habeat ergo correctionis rigorē.Itē necessariū est ut habeat discretionis splendorē,& hoc oñdiť cū dr̄ Sal.Cōiter.n.hō uiuere nō p̄t sine discretione salis.Sal.n.cōdimentū, & tpamentū sapientiæ, & moderamentū designat.Et iō puero tā uitā naturalē q̄ uirtualē intranti, qn̄ baptizať, sal in ore poniť, ad denotandū,ꝙ tota uita ipsius sale prudentiç saliatur.Mar.9.Habete in uobis sal.quia sicut dicit sapiēs.Sapientia filijs suis uitā inspirat.Vn̄ ipsa dicit Prouer.8.Qui me inuenerit,inueniet uitā, & hauriet salutē a dn̄o. Vn̄ Seneca. Quæris inquit amplissime spatium, usq; ad sapientiā uiuerē. Ista est.n.lux spūalis, sine qua est impossibile, ꝙ uiuamus.Io. 1.Vita erat lux hoim. Habeat igitur q spūaliter vult uiuere, discretionis splendorē.Itē habeat affectionis cādorē.Lac inquit,quia necesse est, ꝙ sit lacteus; & cādidus per castitatem exterius in corpore,& per innocētiæ claritatē, & puritatem interius in affectione,& in mente. Lac.n.quod est candidum, & dulce, candorē & puritatem continuæ innocentiæ significat,sine quo quidē lacte nequaquā uita grāe perseuerat, sicut nec puer uiueret si in principio lac non haberet. Et sic dicit Esa.45. Venite & emite absq; argento uinū & lac. Et Sequiť. Audite,& uiuet aīa uestra. Itē habeat saporē refectionis. Panis inquit. Sicut.n.panis cibus corporalis uitā cōtinuat corporalē, sic cibus spūalis, & sacramētalis.s.panis Christi uitā causat,& efficit spūalem. Itē necesse est,ꝙ habeat deuotionis dulcorē, q̄d oñditur cū dr̄ Mel. Mel.n.ꝙ est dulcissimū,significat deuotionē,quç.s.nobis cōtinuat uitā. Quia sicut ros de cçlo veniens continuat uitā aliquibus piscibus.s.ostreis & cōchylibus,sic deuotio,& oratio Deo cōmendata,uitā gratiæ cōtinuat hoībus.Mel inquit. Vn̄ de beato Ioanne legitur Matth.3. ꝙ ipse uiuebat de melle siluestri,& locustis. Deuotio.n mel siluestre dr̄, eo ꝙ dulcedo eius multis est siluestris, & nō domestica reperiť.Et iō de isto melle,& de ista uita pōt dici illud Ezec. 16. Dixi tibi in sanguine tuo, uiue.Sequitur. Similā,& mel & oleum comedisti.Itē qui spūaliter vult uiuere,habeat cōpassionis dolorē,q̄a.s.dolor cōpassionis, & passionis Chri necessarius est ad uitā gratiæ conseruandā,quod oñditur cū dr̄ Botrus vuæ. Botrus.n.fuit Christus,q tres naturas in se cōtinuit.s.diuinitatis,aīæ,& corporis,& qui more botri depressus in palo crucis pependit. de quo Cant.1.Botrus cypri dilectus meus. Huius.n.botri passio,& in torculari crucis depressio,& uini.s.sui sanguinis expressio,deuotē cōsidera,& cū dolorosa cōpassione meditata uitā tribuit,& gratiā continuat,& custodit. un̄ ad Gal. 2. dr̄ Chr̄o cōfixus sum cruci,uiuo aūt ego iā nō ego,uiuit uero in me Christus. Habeat ergo cōpassionis dolorē. Itē necesse est,ꝙ habeat miserationis liquorē,& hoc oñditur cū dr̄ Oleū.quia in scriptura clementia,& pietas,miseratio, ælemosyna,& benignitas per oleū designanť; sicut supra de oleo fuit dictū Matt.6.Tu aūt cum ieiunas, inūge caput tuū oleo. Et ꝓcul dubio sicut uita corporis ī diebus ieiuniorū oleo sustentať, sic uita gratiæ in ieiunio,& miseria huius mūdi,oleo mīæ refoueť, q̄a sicut dr̄ Prou.11. Clementia p̄parat uitā. Q̄d bn̄ figuratū est 4.Re.4. ubi dr̄ de oleo ipsi uiduæ mulieri ꝙ satisfaceret debitoribus suis, & ꝙ ipsa & filij sui uiuerent de relinquo. Quia breuiter sicut in ps.dr̄,Melior ē misericordia suꝑ uitas.Habeat ergo, q spūaliter vult viuere, miserationis liquorē.Itē ultimo habeat cōuersationis decorē,q oñdiť cū dr̄.Vestimentū. Vestimēta.n.ad uitā corporis sunt necessaria cōtra frigoris tēpestatē.Sic vere vestes honestæ apparētiæ, uitæ honestæ cōuersatiōis sunt utiles & necessariæ. Nā sicut arbor nō diu uiueret si corticē nō haberet, sic nec hō spūaliter si uestē honestatis,& bonæ cōuersationis corticē dereliqueret, quia sicut dr̄ Eccl.29.Initiū uitæ hoīs aqua,& panis,& uestimētū. Ecce ergo quot sunt necessaria ad uitā moralē,& uirtuosam habendā & cōseruandā.Emitte ergo nobis necessaria &c.Et iō dr̄. Ge.42.Cibaria domibus uestris necessaria sumite, & abite. Patet ergo, ꝙ circa uitā moralem attenditur uirtus subueniens.Necessaria inquit.¶Rursum dico, ꝙ attēditur fructus ꝓueniens,& iste fructus est uita æterna,q̄ sequitur uitā uirtutis,q̄d oñditur cū dr̄ possimus uiuere.Nulla.n.ꝓpriè dr̄ uita, nisi ista,q̄a oīs alia uita siue moralis siue naturalis pōt deficere,sed ista non,quia sicut dr̄ Sap.5.Iusti aūt in perpetuū uiuēt &c.Possimus inquit uiuere. optatiuè loquitur, quia ista est sola optanda. sicut faciebat David in psalm. Portio mea in terra uiuentium. Sed de ista uita uide infra.Patet ergo charissimi, quod circa uitam uirtuosam attenditur fructus succedens, & prouenies, quod est secundū principale.¶Tertio

princi-

principaliter dico,ꝙ est vita æternalis,quæ est vita sanctorū, & ista procul dubio est illa quam angeli,& beati cū Deo possident,quæ æterna dr̄,pro eo ꝙ mortem naturæ pœnæ, & culpæ de cætero nunquam timent. Sicut.n.in natura rerum sunt multa quæ uitam habēt quasi æternā,sicut est palma inter arbores,elephas inter bestias, phœnix inter aues, quia istæ sunt res diutissimæ uiuentes, & cæteris rebus pereuntibus permanentes,sic uere charissimi sunt illi beati, qui perpetuæ uiuūt, & nunquā amplius desistunt aut deficiūt. Causa.n.quare res elementares corrūpunt̄,est imperfectio suæ formæ, quæ non potest replere oēs materiæ appetitus, & inde est ꝙ res cœlestes sunt perpetuæ,pro eo ꝙ forma sua est perfectissimæ naturæ.Et quia beati pro forma beatifica habent ipsum Deū, qui est perfectissimus, qui oēs appetitus eorū cumulat atq; replet,ideo necesse est,ꝙ vitam æternam habeant,& nunquam deficiant, sed ꝙ perpetuè semper viuant,dū ipse saluator dicit Ioan.10.Oues meæ uocē meam &c. Nec mirū, quia sicut fons viuus,& æternus perpetuos riuulos emittit, sic Deus q̄ est fons uitæ, riuos perpetuæ vitæ in beatos diffundit. unde 1.Ioan.5.Qui habet filium Dei,habet uitam æternam. Et de hoc dicebat Dauid in psal. Domine apud te fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Vbi diligenter aduerte, quod ista uita principaliter habet quatuor,scilicet

Dignitatem honoris,& prælationis.Apud te.
Voluptatem dulcoris,& refectionis.Est fons.
Firmitatem uigoris,& durationis.Vitæ.
Claritatem decoris,& splendoris.Lumen.

Habet ergo ista uita honorem,& prælationem,& hoc ondītur cum dr̄. Apud te. Est aūt honor in ista uita.s.in terris, ꝙ hō sit de domo regia vel papæ, & ꝙ psonaliter apud eū commoretur, sed multo fortius in beatis, qui manent personaliter apud Deū. Apud te inq̄t. Ipsi.n.māserunt apud Deū mentaliter dū temporaliter uiuerent,iuxta illud psal. Apud dn̄m gressus hoīs dirigent̄.Ipsi ēt bona sua deposuerūt apud Deū dū ipsa paupibus p elemosynas distribuerunt,iuxta illud p̄s. Substātia mea apud te.Nūc vero apud Deū iueniūt diuitias quas deposuerūt p̄s. Apud dn̄m mīa,& copiosa &c. Et apud ipsū accipiūt mercedē q̄ ꝑmeruerāt. s. uitā quā affectauerāt. Et sic sumit̄ illud Sap.5.Iusti in ppetuū uiuēt,& apud dn̄m ē merces eorū &c.Sic patet,ꝙ ista uita habet honorem, & plationē.Apud te inq̄t.Itē dico,ꝙ ista uita habeat dulcorē,& refectionem,& hoc ondītur cum dr̄.Est fons.Deus n.est fons à quo plenè hauritur q̄cquid desideratur. In quo quidē fonte

Memoria delectatur.
Intellectus speculatur.
Affectus satiatur.

Et iō iustus ad istum aspirat, sicut ceru⁹ desiderat ad fontes aquarū &c.sicut Dauid aiebat,& anhelabat ad istū fontē deliciarū, dicēs. Sitiuit aīa mea ad Deum fontē uiuū.Et bn̄ uiuū, quia nunquā deficit,& bn̄ fontem,q̄a cuncta reficit, & mentē allicit.fontes.n.aquas patenter exponunt. Quia ꝑ certo fons.s.iste oībus est expositus, & in loco tuto, & mūdo positus, si tu sis ad hauriendū ex hoc fonte bn̄ dispositus. Aqua.n.uitæ oībus dignitatibus cōmendatur. Apoc.22.Qui sitit,ueniat & bibat,& q̄ vult accipiat de fonte aquæ viuæ gratis.Deus.n.qui est ibi pincerna qui non improperat,dat oībus affluenter,dicens Apoc.21.Sitienti dabo de fonte uitæ gratis.Et tn̄ iste pincerna qui aquā istā diuidit, est suauissimus,ita ꝙ nulli est exasperās, & infestus. Agnus.n.dr̄ in scriptura,eo ꝙ benignissimus inuenit̄.Apoc.7. Agnus qui est ī medio throni,reget eos & deducet eos &c.Salmo ergo dr̄ aquam dulcem diligere, & de mari usq; ad fontē ꝑcedere, & ex quo fontē inuenerit, ad amarā aq̄ amplius nō redit. Sic uere charissimi salmo q̄ a saliendo dr̄, ꝑ eo ꝙ uolēs vltra & cōtra impetū aquæ salire, inclusus molēdinis, & locis strictis, ubi libere nō pōt cōtra impetū aquæ currere, & trāsire, solet caudā ī aure ponere,& ultra fortiter ꝑsilire,ita ꝙ q̄nq; inuentus mortuus est,& palis cāsarū acutissimis infixus,significat sanctos,qui cōtra impetū fluxus, mundi fortiter cucurrerunt, inquantū p uitā contrariā se cōtra mundi uitia erexerūt,& loca stricta ubi sportulæ tēdebant̄ i. dignitates & officia ubi diabolus sportulā tētationū eis parabat,tāto cōtēptu & impetu trāsilierunt,ꝙ sæpe se morti exposuerunt,& tyrannorū gladijs pierunt 1. Reg. 22. In Deo meo trāsiliā murū. Isti ergo salmones postq̄ fontē vitæ. i. dulcæ refrigeriū paradisi degustauerūt p deuotionē,statim ꝑ certo amarā aquam mūdi,& ꝑsperitatē seculi dimiserūt,& horruerūt ꝑ cōtēptū & abominationē, nec amplius cessauerūt currere p bonam opationē, quousq; venerūt ad fōtē uitę paradisi,& ad ęternę voluptatis refectionē. Et iō dicit Chr̄s Io.4.Aqua q̄ ego dabo', fiet in eo fons aq̄ saliētis in uitā æternā. Habet ergo uita ista dulcorē,& refectionē.Fōs inq̄t.Itē dico,ꝙ ista uita habet uigorē,& durationē q̄a.s.nunquā amplius deficit, imo ppetuo durat,ꝙ ondītur cū dr̄ Vitæ,qđ etymologisat̄,quasi vim tenēs uel quasi uirtuosa uel tenax,q̄a uita ista uirtuosa est,& tenēs, & nunq̄ lubricosa uel fugax. Ista.n.btōs ur̄ quodāmodo ppetuo tenere, inquātū ēt si uellēt,nō pmitteret eos mori,deficere uel pire.Nec mirū si illi imperpetuū uiuūt q̄ sunt in gloria, q̄a in hibernia dr̄ esse q̄dā insula ubi nullus morit̄ quacunq; angustia.O q̄ uirtuosus est ille locus,& ille fructus qui habitatus,& degustatus tribuit æternę uiuere. Iste est.n. de quo Christus dicit Io.6. Qui māducat panē hūc, uiuet in æternū. Et merito,q̄a sicut dr̄ Rom.6. Gratia Dei uita æterna ¶Circa hoc notandū,ꝙ sicut scriptura vr̄ supponere,quatuor sunt uirtutes q̄ istam uitam principaliter procurant, s.

Elemosynę distributio.
Mādatorū adimpletio.
Sapientiæ inquisitio.
Terrenorum detestatio.

¶Elemosyna à morte liberat,& ipsa purgat pc̄tā,& facit inuenire uitā æternā. & hoc ē de primo q̄n dicit ælemosynæ distributio. & hoc dr̄ Thob.4.Itē mādatorū adimpletio. uñ Lucæ 10.Dn̄e quid faciēdo uitā æternā possidebo?Cui r̄ndit dn̄s.Si uis ad uitam ingredi,serua mandatā.Itē sapientiæ inquisitio.Vñ de sapientia dr̄ Eccl.24.Qui elucidat me,uitā ęternā &c.Itē terrenorū detestatio.uñ Matt.19. dr̄ ꝙ oīs q̄ reliquerit patrē uel matrē &c.Ista est ergo uita æterna,quia sicut dicit Arist. supra cœlū est uita permanens, & quieta.Habet ergo illa uita tenorē & durationē.Itē dico, ꝙ ista uita habet splendorē, & discretionē,ꝙ ondītur cū dr̄.In lumine &c.q̄a in lumine diuinæ essentiæ,& in speculo,æterno uidēt beati lumē, & cognitionē oīm cognoscibilium secretorum.Beati.n.uident lumen diuinæ essentiæ, & eo mediante uidēt lumen oīm ueritatum. Et sic loquitur Christus Ioan.8.ubi dicit.Qui sequitur me,non ambulat in tenebris &c.Quia sicut dicit Ioan.17. Hæc est uita æterna,ut cognoscant te.Patet ergo,ꝙ ista uita habet

Claram cognitionem.
Longam durationem.
Plenam perfectionē.
Dignam promotionē.

Et sic dico, ꝙ est uita æternalis, q̄ est uita sanctorū. ¶ Quartò dico, ꝙ est uita mūdialis,q̄ est uita malorū.Mali.n.malā uitā ducūt,& uitā sibi ad bn̄ opandū accōmodatā in malis usibus ducunt,& expendunt.Similes.n.uident̄ istis fatuis seruitoribus rusticorū,q̄bus de sero aliquātulū dat̄ de cādela ut uideāt ire ad lectū,qui tn̄ inde ludendo, & trufando suā candelā expendūt, ita ꝙ postea sine lumine in tenebris ad lectū uadūt.Sic ꝑ certo paterfamilias Deus seruitoribus suis hoībus modicū de cādela uitæ p̄sentis accōmodauit,q̄a sicut dr̄ 1.Esdræ 9.Facta est deprecatio apud dn̄m ut daret̄ uobis pax, & illuminaret oculos uestros,& daret uobis uitā modicā in seruitute)vt cū ipsa ad lectū paradisi tenderent, qui tn̄ candelam istā in alijs vsibus vilibus.s.in malis operibus solent expendere. Sap.15. Aestimauerunt lusum esse uitā nostram.& sic necesse est eos sine lumine gratiæ in tenebris inferni luctum sibi quærere. Iob 27.In tenebris straui lectulum meum. De uita ergo malorum possum notare breuiter,quòd est uita scilicet

Præsumptuosa.
Tumultuosa.
Fastidiosa.
Laboriosa.
Opprobriosa.
Penuriosa.
Defectuosa.
Malitiosa.
Periculosa.

¶Est dico uita præsumptuosa,quia isti dicunt illud Iob 27.Nec.n.reprehendit me cor meū in oī uita mea. Item est uita tumultuosa, quia semper isti faciūt aliquas brigas tumult⁹,& litigia. p̄s. Inimici multiplicati sūt sup me Sequit̄.Moab & Agareni,Gebal & Amon, & Amalech &c.Et de istis possumus dicere illud Sap.5.Vitā illorū æstimabamus insaniā,& finē illorū sine honore.Item est uita fastidiosa.Mali.n.fastidiunt, & abhorrent oē bonum.Iob 33. Abominabilis fit ei in uita sua panis,& cibus desiderabilis.Itē est vita laboriosa.Mali.n.magis laborant ad se damnandum, quàm iusti ad se saluandum p̄s. Defecit in dolore uitā meam &c.Item est uita opprobriosa. Mali.n.sunt in opprobrium Deo & angelis,& iustis psal. Cōculcet in terra uitam meam &c. Item est uita penuriosa. Nihil pōt eis sufficere,imo semp habent penuriā in corde,& famem auaritiæ.Vnde ipsi possunt dicere illud Thob.4.Pauperem uitam gerimus. Itē est ista uita defectuosa.unde Sent.in epsito-

epistola 23. Quidam aũt viuere defecerunt antequam incęperunt. Item est vita malitiosa. Eccl. 6. Filij hoĩum replentur malitia, & contemptu in uita sua. Item est vita periculosa, & istam sequitur finaliter periculum mortis. psal. Descendunt in infernum viuentes Ista est ergo uita malorũ, quæ non est uita propriè, sed potius mors diceda. vnde Seneca de illo qui diu male vixit dicit. Nunquam vixit iste, sed in uita moratus est, nec in sero mortuus, seu diu. Multa possunt dici de vitijs huius vitæ scilicet quomodo ibi abundant dolor, labor & rācor, inuidia, fallacia, auaritia, supbia, & sic de alijs, sed omitto quia in particularibus titulis est tractatum. Hoc igitur de quadruplici uita sufficit scilicet

Naturali.
G Virtuali.
Supernali.
Mundiali.

¶ Aduerte tñ hic, φ istud uerbum viuo, qñque significat in scriptura discretionem, aliqñ commendationem, aliqñ affirmationem. Significat enim affirmationem qñ sumitur pro iuramento. Antiquitus. n. ad affirmationẽ iuramenti iurabant per uitam ipsius, Dei dicentes, uiuit dominus, quod nihil aliud est dicere, quàm, sicut uerũ est, φ dominus uiuit, sic uerum est istud quod dr̃. Tale etiam iuramentum solebat dominus facere, qñ per uitam suam solebat asserere, & iurare, dicens illud Hiere. 47. Viuo ego dicit dominus Deus exercituum, & cetera similia. Commendatione etiam significat, sicut antiquitus, qñ aliqui commendabant uitam suam, loco salutationis uitam implorabant, sicut hoc Dan. 6. Rex in æternum viue. Et illud 3. Reg. 3. Viuat rex Salomon. Ad uiuificationem uero potest notari, quòd peccator uiuificatur scilicet

Per
tormentorum tollerationem.
mandatorum obseruationem.
Dei iudiciorum executionem.
Dei eloquiorum prædicationem.
Dei præcordiorum miseratioñe.
Dei præcordiorum exaltationem.

¶ Dicò ergò, φ peccatorem uiuificat & ad uitã gratiæ reformat toleratio mundi tormentorũ. psa. Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me. Item uiuificat ipsum obseruatio mandatorum. psal. Viuifica me, & custodiam sermones tuos. Item uiuificat ipsum executio Dei iudiciorum, qa Deus per occulta sua iudicia qñq; peccatori uitã tribuit ps. Secundum iudicium tuum uiuifica me. Item ipsum uiuificat prædicatio Dei eloquiorum. Sæpe. n. fit φ conuertitur, & uiuificatur peccator quãdo audit quæ loquitur prædicator. ps. Eloquium tuum uiuificabit me. Item ipsum uiuificat miseratio Dei præcordiorum. psal. in misericordia tua uiuifica me. Itẽ ipsum uiuificat exaltatio Dei præconiorũ. ps. deusqui cõ
A uers⁹ uiuificabis nos &c. Sufficit de uiuere uita & uiuificare.

Vltio. Vlcisci.

Quia supra dictũ est satis de uindicta, hinc est, φ modicum est dicendum de ultione. Nota ergo, quòd triplex est ultio scilicet

Desideranda. — Prima est vltio zeli iustitiæ.
Vituperanda. — Secũda est ultio diræ nequitię.
Considerãda. — Tertia est ultio Dei potentiæ

Est ergo ultio quæ debet affectari, & ista ẽ ultio iustitię, qua boni, & iusti ẽm iudiciũ iustitiæ ulciscuntur malos propter impias iniurias iustis factas. & sic præceptũ est Moysi Num. 31. Vlciscere Israel de Madianitis. Itẽ est ultio quæ debet detestari, & ista est ultio tyrannorum, qui non ẽm iustitiam sed iracundiam, & sęuitiam malos ulciscuntur, propter qd iram & ultionem à domino promerentur. vnde Ezec. 25. Tempus ultionis est domino, pro eo, φ fecit ultionem in idumea ut se uindicaret de filijs Iuda. Contra illud Leuit. 19. Non quæras ultionem, nec memoreris iniuriæ ciuium tuorum. Item est ultio quædam quæ debet formidari, & ista est ultio diuinæ punitionis, quam temporaliter etiam Deus effundit, & quam peipuè in die iudicij publicè declarabit, de qua Deut. 32. Reddam ultionem hostibus meis &c. Vide quasi in omnibus locis in quibus de vltione fit mentio, quia vt communiter semper agit de ista ultima ultione. Esa. 35. Ecce dominus Deus noster vltionẽ adducit. Vide supra de Vindicta, vbi tractaui magis plene.

A Vltimus. Vltra. Vlterior.

Vide ubi posterior, & nouissimus. Nota quòd ultra significat quandam superabundãtiam aut superexcellentiam, loci, numeri, rei uel temporis. quæ quandoque sumitur negatiuè, quandoque etiam ponitur positiuè, & quandoque in bono, & quandoque in malo. Nota ergo quòd inuenio ultra scilicet

Quod est
admirandum.
frequentandũ.
detestandum.
formidandum.
affectandum.

¶ Primum est ultra diuinæ conditionis. Deus. n. est magnus ultra quam credi potest. Quantũcũq;. n humanus intellectus facit posse suum de ipso cognoscẽdo, semper tñ inuenitur unum ultra. infinitus. n. est, & iõ non habet numerum siue terminum præfixũ psalm. Regnabit dominus in æternum, & vltra Ideo Iob 43. vidẽs φ multa adeo alta dixerat, dixit sic: Insipienter locutus sum, & quæ ultra modum excedunt scientiam meam. ¶ Secundũ est vltra perfectè successionis, & istud est qñ hõ non est contentus vnum solũ bonum fecisse, nec ad gradum perfectionis attigisse, q̃nimo quandiu, uiuit semper uult ultra procedere, & de uirtute in virtutem transcendere. Non. n. est notabilis artifex, q vltra alios aliquid non facit, & qui cões mores aliorũ alicuius prærogatiuẽ titulo non transcendit. Et ideo sapiens Salomon dicebat Eccles. 10. Magnificaui opera mea, ædificaui domos, plantaui vineas. Sequitur. Vltra oẽs qui fuerunt ante me in Hierusalem. ¶ Vltra ẽt significat tertio aliquã trãsgressioñe alicuius termini præfiniti, & sic mali semper uolũt esse vltra, & extra, & non infra diuinorũ mandatorum terminos contineri. & sic de tali ultra excessiuo, & transgressiuo põt dici cuilibet illud quod dictũ est Moysi Exo. 18. Stulto labore. Consumeris, ultra uires tuas &c. ¶ Quartum est ultra æternæ damnationis, & tunc ponitur negatiuè, & sic sumitur in damnatis, quia vltra non habebunt aliquam consolationem. Vnde animę damnatæ dicitur Esa. 47. Vltra non uocaberis mollis, & tenera. Isti enim non habent ultra

Diuinam societatem.
Paradisi iocunditatem.
Mundanam prosperitatem.

Diuinã dico societatẽ. unde Iosue 7. Nõ. n. ultra uobiscũ eo. Supernam iocunditatẽ. vnde 4. Re. 6. Nõ uenerunt ultra latrones syriæ in terrã israel Mundanam prosperitatem, quia ultra non uidebunt gaudia huius mundi. unde Iob 20. Nec ultra intuebitur eum locus eius. Quia sicut dicitur Prouer. 11. Mortuo impio nulla erit ultra spes &c. Quia breuiter tunc nullum erit solacium ipsis damnatis. Vnde ipse Deus dicit Zach. 11. Non parcam ultra super inhabitantes terram. ¶ Quintum est ultra æternæ saluationis, & istud est illud ultra in quo beatis omnes mundi miseriæ denegantur, inquantum beati nullis vltra molestijs fatigantur, & hoc erit quando erũt vltra mare mortis in terra promissionis paradisi. Et sic dico, quòd beati nõ habebũt ultra. scilicet illic in paradiso

Litem uel contentionem.
Pugnam uel confusionem.
Malignorum impugnationem.
Tormentorum tribulationem.

Isti ergo non habebũt vltra litẽ uel cõtentionem. vñ Micheæ 4. Nõ discent ultra belligerare. Itẽ nõ habebunt ultra uerecundiam uel confusionem Iohel. 2. Nõ dabo uos ultra opprobrium gentibus. Itẽ non habebunt vltra inimicorum persecutionẽ. vnde Exo. 24. Egyptios quos nunc uidetis, nequaquam vltra uidebitis in sempiternũ. Itẽ non habebunt ultra tormentorum tribulationem. Apoc. 21. Absterget Deus omnẽ lachrymam ab oculis sanctorũ &c. Sic ergo patet qũo vltra sumit̃ multis modis. Vide supra de trans & suis cõpositis, & transire, transcẽdere, & sic sufficit.

Vltro. A

Nota quòd ultro est idem, quòd uoluntariè seu sponte. Notabo igitur quòd inuenitur

Vltro
voluntariè subiectionis.
liberè collationis.
carnalis infectionis.
præsumptuosè ambitionis.
fructuosè operationis.
liberalis saluationis.

Est dico vltro volũtariè subiectionis, & sic dico φ boni uolũtariè se deo & prælato subiiciunt, & eis seruiũt, & obediunt, de qb⁹ 1. Esdrę 3. Vltro offerebãt munus dño. Itẽ est ultro liberalis collationis. Spõte. n. & nõ coactè est liberalitas facienda. Vnde de Salamone dr̃ 3. Reg. 10. φ ipse ultro multa obtulit reginę Saba munere regio. Itẽ est unũ ultro carnalis infectionis. Luxuria. n. uitiũ ẽ, φ ultro ultro discretionis magistro idigere nõ dignoscit. Teste. n. Seneca: Virtutes magistro indigẽt, uitia p se discunt. Vnde Saul uocauit Ionathã 1. Reg. 20. filiũ mulieris ultro uirũ sapientis. Itẽ est unũ ultro auare ambitionis. Ambitiosi. n. ultro se ingerunt nõ uocati. unde 2. Mac. 6. Mulieres se ultro ingerebant in templum. Itẽ est unum ultro fructuosè operationis, quia iusti bona opera faciunt uoluntariè per seipsos, Vnde Mar. 4. Vltra. n. terra fructificabat. Item est ultro æternæ sal-

næ ſaluationis,quia Deus nobis vltro & liberaliter aperit paradiſum.Vnde Act.12.Venerunt ad portam ferream,quæ ducit ad ciuitatem,quæ vltro aperta eſt eis.& ſic ſufficit.

A **Vlulare. Vlulatus.** Nota φ vlulatus nihil aliud eſt quã planctus cum clamore eductus vel factus, ſeu ſonus clamoroſus ſine verbo. Notabo igitur quòd inueniuntur in ſcriptura quattuor genera vlulatum,ſ.

Bonorum & perfectorum.
Malorum & peruerſorum.
Miſerorum & depreſſorum.
Damnatorũ & deſperatorũ.

Dico igitur primo φ inueniẽ vlulatus bonus & virtuoſus Boni.n.in miſeria huius mundi nõ lætãtur, ſed potius vlulant & triſtantur.Canis.n.qui eſt aĩal fideliſſimum,ex tribus cauſis vr̃ & ſolet vlulare,ſ. qñ ſuum perdit dñm, & maximè qñ videt ipſum mortuũ vel occiſum, ſicut multotiens expertum eſt. Secũdo qñ videt ſe ab hoĩm pſentia ſolum aliquo loco incluſum.Tertio qñ antiquus eſt,& ſẽtit ſe ad mortis terminum appropinquare.Quarto qñ videt ſibi mortem inſtare. Sic vere iuſtus qñ videt Chriſtum dñm ſuum mortuum, & qñ cogitat in ipſius paſſionem, item qñ ſe ſentit incluſum in carcere carnis corporis, & in mundi incolatus deſolationem, item qñ videt ſe antiquatum fuiſſe in vitijs & culparũ infectione, & quarto quãdo videt ſibi paratam mortem inferni propter peccati commiſſionem,tunc triſtis vlulat,plangit & plorat.Et ſic dico quòd iuſti habent vlulatum

Compaſſionis.
Compunctionis.
Deſolationis.
Conturbationis.

Item iſti vlulant propter mortis Chriſti compaſſionem.Et ſic põt dici illud Iohe.1.Flete & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine.Vinum.n.ſanguinis Chriſti quod fideles per deuotionis dulcorem bibunt per Chriſti mortis compaſſionem ſuper ipſo vlulant atque plangunt Vnde ibidem. Vlulauerunt vnicornes ſuper frumento viuo & hordeo quia perijt hoc eſt dictũ ſuper Chriſto mortuo,qui dicitur

Frumentum quantum ad carnem.
Vinum quantum ad ſanguinem.
Hordeum tectum palea quantum ad aĩam.

¶Itẽ iſti vlulãt pp culparum cõpunctionem pro ſua ſpirituali antiquatione,& ſic dr̃ illud Eſa.65. Clamabitis pp dolorem cordis,& propter cõtritionis ſpiritus vlulabitis.vnde Micheæ 1.Super hoc plangam & vlulabo,vadã ſpoliatus & nudus.Vide eam in tabula.& Hier.3.Vox in Roma audita eſt,ploratus & vlulatus &c. Item iſti vlulant pro præſentis incolatus prolõgatione, & præſentis carceris deſolatione.Et ſic põt dici illud Ioh.1.Cõfuſum eſt gaudium filijs hoĩm,accingite vos & plangite ſacerdotes,vlulate miniſtri altaris. Item iſti vlulant præ mortis æternæ timore & turbatione,& ſic ſumitur Ezech.33. vbi dr̃.Vlulate.væ væ diei, quia iuxta eſt dies.& Eſa.23.Vlulate naues maris,quia deuaſtata eſt fortitudo veſtra,quaſi diceret, debent boni vlulare quando væ,i. vaſtitatẽ æternæ mortis ſibi metuunt imminere.Iſte eſt ergo vlulatus bonus & virtuoſus. ¶Scd̃ò dico φ eſt vlulatus malus & vitioſus. Aliquæ.n.ſunt aues tam plauſtres q̃ nocturnæ,quæ pro cantu reddunt horribilem vlulatum, ſicut de vlulis & bubonibus & onocrotalis & noctuis quotidie experitur. Sic vere chariſſimi mali hoĩes non ſolẽt ſonũm dulcem bonorum verborum emittere ſed pro cantu laudis confeſſionis inſtructionis & orationis ſolent per mala verba quotidie vlulare. Vñ nota φ mali vlulant & clamãt

Inaniter gaudendo.
Mordaciter rodendo.
Loquaciter deridendo.
Iactanter ſuperbiendo.

gratias agunt & laudant. Tertia est vox hoim contritorũ. Salutis inquit, quia cõfessio est illa q̃ sanat cõtritos corde Quarta est vox hoim discretorũ. In tabernaculis inquit, quia p̃diũ & taberna in quo vinũ scientiæ emitur & vendit. Quinta est vox hoim p̃latorum. Iustorũ. quia iusti p̃lati debent subditos voce iustitiæ arguere reprehendere & arcere. ¶ Habeamus ergo vocẽ humilis orõnis, & hoc ostenditur cum dr̃, Vox, q̃a vox dr̃ à voto, uel à voco vocas, eo q̃ per orationẽ Deus vocatur, & votũ & desideriũ aliquod interpretatur. Videmus .n. q̃ aliqua aĩalia sunt q̃ vocẽ habent q̃rulã, sicut bubones, aliqua q̃ habẽt vocẽ lugubrẽ, sicut miluus, aliqua q̃ vocẽ habẽt gemebundã, sicut turtur, aliqua q̃ habent vocẽ repetitiuã, sicut cuculus. Ista.n. aĩalia sonu proprio vidẽtur plãgere, & aliq̃d petere & q̃rere vel rogare. Viros vtiq; signãtes deuotos, quorũ vox & orõ sp̃ humiliter vlulat & gemit, & à Deo illa q̃ sunt necessaria, voce flebili & quærula sp̃ querit, & pro obtinendo illud sæpe repetit atq; dicit. Vox inquit. Et iõ hoĩ de uoto & humili gemebundo flebili & oranti vr̃ loqui scriptu ra. Esa. 29. vbi dicit, Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquiũ tuũ. Et erit quasi phitonis de terra vox tua, & de humo musitabit eloquium tuũ. Phito erat ille qui per artẽ magicã mortuos ab inferis vocabat, & ipsos r̃ndere cõpellebat. qui de terra, loqui dicebat, pro eo q̃ cum illis qui sub terra iacebant, voce submissa loquebat. Cui vtiq; loquendo sp̃ualiter, est similis vir deuotus, cuius orõ mortuos p̃ctõres ab inferno desperationis euocat & extrahit, ipsosque per confessionẽ loqui & rõdere cõpellit, quia. s. vox talis dẽt esse humilis, de terra ẽt submissa. i. de humili mente egrediens & emissa. Talis. n. vox melius à Deo audit, & quicquid sic voce humilis orõnis petitur, melius impetrat. vnde Hier. 31. In excelsis audita est vox lamentationis, Et bene audita est, q̃a sicut in organis canales graciliores habent voces acutiores & altiores, sic sp̃ualiter vox illius apud Deũ tanto est altior, & orõ validior, quanto gracilior est & humilior, sicut de Anna legitur, q̃ humiliter orando & tacitẽ obtinuit quod petebat 1. Re. 1. Et in p̃s. Voce mea ad dñm clamaui & exaudiuit me. Habeamus ergo vocẽ humilis orationis. ¶ Etiã dico q̃ habeam⁹ vocẽ hilaris locutionis. Exultationis inquit. Viri. n. perfecti debent habere voces lætas sp̃ualiter, Hilares & iocundas. lætantur. n. debent Deum laudare, lætanter gr̃as agere, lętanter in dño exultant. ps̃. In voce exultationis & cõfessionis sonus epulentis. Aues. n. luce incipiente sentientes solis aduentũ lætantur, gaudent & gratulant, cantant, & vocem lætitiæ faciunt & frequenttant, sicut patet de alanda & Philomena, q̃ in aurora modulantur & lætant, signãtes vtiq; viros iustos, qui ad solis iustitiæ magnitudinẽ & claritatẽ attendentes in vocẽ exultationis & lætitiæ afferuntur, & magnitudinẽ eius, vocis iubilo eloquuntur 2. Parali. 20. Leuitæ laudabãt dñm Deum Israel voce magna in excelsum. Habeamus igitur vocẽ hilaris locutionis. ¶ Deinde dico habeamus vocẽ salubris confessionis. Salutis inquit. Confessio. n. dr̃ vox salutis, eo q̃ q̃n vox ista emittitur, hõ à diaboli manib. eripiẽ & saluatur. Q̃n. n. quis videt latronẽ uel ignem in domo sua, vel vicini sui etiã, clamando ad ignem vel ad latronẽ, à periculo liberatur. Sic procul dubio põt dici q̃ vox hmõi aiẽ domicilium saluat & custodit, si ibidem accedentẽ diabolũ proiderimus, quia istũ mediante tali voce repellimus, & nosipsos saluamus. Apoc. 7. Audita est vox dicentium, salus. Quia sicut dr̃ Luc. 19. Hodie huic domui salus facta est. Habeamus igitur vocem salubris cõfessionis. ¶ Deniq; habeamus vocẽ vtilis p̃dicationis. In tabernaculis inquit. Tabernaculũ. n. dr̃ à taberna, quia in tabernis vinum uenditur, hoĩes ad bibendum inuitantur, & ibidem inebriati proprijs vestib. multotiens spoliãtur. Sic vere officium p̃dicationis ebrietatem spiritus inducit, & vitiorum vestibus facit denudari, sicut de Noe dr̃ Genes. 9. q̃ inebriatus & nudatus est in tabernaculo suo. Ista igitur est vox p̃dicationis, & potest prædicatio dici vox. De voce ad vocandum homines ad salutem, sicut de doctrina & prædicatione, dr̃ in psal. Hodie si vocem eius audieritis &c. De prædicatore dr̃ illud Matt. 13. Ego vos clamantis in deserto. Notabo igitur quòd tam prædicatio quã prædicator potest dici vox. s.

Exhortatitiua.	¶ Dico ergo q̃ ista est vox per
Consolatiua.	quã exhortamur ad bene ope-
Conuocatiua.	randum & sic dr̃ prædicatori.
Excitatiua.	Esa. 58. Clama, ne cesses, quasi
Modulatiua.	tuba exalta vocem tuã. Ista est
Reprehensiua.	vox per quam consolamur, q̃a

vox prædicatoris debet esse q̃nque consolatoria & benigna. Canti. 5. Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea. Et est verbum p̃dicatoris aĩam benigniter alloquẽtis. Itẽ ista est vox per q̃ conuocamur, quia per istam infideles ad fidẽ, peccatores ad grãm, discordes ad concordiã conuocantur. Act. 1. Facta aũt hac voce conuenit multitudo &c. Et 1. Esdræ. 10. Facta est vox in iudæo vt congregarentur in hierusalem. Itẽ ista est vox per q̃ excitamur. Ista. n. excitat peccatores à somno p̃cti per terrorẽ diuinorũ iudiciorũ, sicut videmus q̃ letargicus excitatur. vt sic dicamus illud Hie. 30. Vocem terroris audiuimus, formido, & non est pax. Item ista est vox per q̃ modulamur quia p̃ctõr interdum debet erũpere in laudes & modulos trinitatis, iuxta illud psa. Iubilate deo in voce exultationis. Et alibi in psa. Iubilate Deo in cithara & voce &c. Item ista est vox per quam stimulamur Hiere. 46. Stimulator ab aquilone veniet & vox ei⁹ quasi æs sonabit. Ista est igit vox vtilis p̃dicationis. Insuper dico q̃ nos debemus habere vocẽ autenticã. s. reprehensionis & redargutionis, q̃ pertinet ad prælatum, cum dr̃. Iustorum. quia ad illos qui habent facere iustitiam, pertinet q̃ habeant vocem autenticam & seuerã. Quod bene figuratur in illo filio hoĩs Apoc. 1. qui habebat in ore gladium bis acutum, de quo dr̃ q̃ vox eius quasi vox aquarum multarum. Sic igitur patet quales voces debẽt iusti habere, & q̃uo diuersi debent diuersa diuersimodè pro clamare. Et sic dico q̃ est vox commendabilis, quæ est proferẽda, quod est s̃m principale. ¶ Tertiò dico quòd est vox detestabilis, quę est abhorrẽda, & ista est vox peccatoris, & vox etiam diabolicæ suggestionis. Et sic possum notare quòd est multiplex mala vox. s. vox C

Detractionis.	Vox detractionis est nimis rauca.
Elationis.	Vox elationis est nimis alta. Vox
Suggestionis.	suggestionis ẽ nimis falsa. Vox adu
Adulationis.	lationis est nimis blanda. Vox cõ-
Comminationis.	minationis est nimis dura. Dico igi

tur q̃ inuenit vox q̃ est rauca. s. inuidiæ & detractionis. Aues .n. carnes comedentes habent voces raucas, terribiles, & graues, sicut patet in aquila & in coruo. Sic vere detractores q̃ carnes aliorũ mordaciter deuorant, voce rauca, tristi & obscura vel etiã diffamatoria sp̃ clamant. Sopho. 2. Vox cantantis in fenestra, coru⁹ in superliminarib. Itẽ ibi inuenitur vox altæ iactationis & elationis. cõiter fœminæ habent vocẽ acutiorem q̃ viri. Sic vere fœminei & imperfecti altius se solent iactare quã boni. psal. Eleuauerunt flumina vocẽ suam. Item inuenitur vox falsæ malitiæ & suggestionis, & ista est vox syrenarũ, quarum vox & cantus dulcis trahit nauigãtes ad interitũ. Quia vox falsorũ amicorũ hypocritarũ & malarum suggestionũ sub spẽ boni decipit audientes, & submergit in barathrũ per mare seculi nauigantes. De tali voce dr̃ Ge. 27. Vox quidẽ vox Iacob &c. Itẽ inuenitur vox blanda falsæ adulationis, quia sicut serpens murenulas voce sibila solet vocare, sic adulator solet verbo adulationis ad se alios inclinare. De qua Act. 19. Vox facta est dicentium. Magna diana Ephæsiorum. Item est vox dura. s. iniuriæ & cõminationis. s. uox tyrannorũ, quæ similis est uoci leonis, q̃ oĩa aĩalia terret, & maxime bestias innocentes. Ideo de istis põt dici in psal. Eleuauerũt flumina fluctus suos à uocibus aquarum multarũ &c. Ista igitur de uoce sufficiant. Vide supra de uocare clamare & audire, lingua, loqui & similib. Et si uis pone illam p̃dictã auctoritatẽ. Vox turturis audita est, quæ est in sermone. Vox clamantis in deserto, sed non ponas ibi exemplum quod ibi est de panthera & dracone &c.

Volare. Volatus.

Cũ uolare idẽ sit q̃ alis sursum ascẽdere & se cito & faciliter ad superiora trãsferre, & sit propriè uolare auiũ, q̃ p̃p hoc uolatilia seu uolucres dñr, possum uolare q̃ uolare sumi tur in bono & in malo. Et sic dico q̃ inuenitur uolatus. A

Gloriosus & admirabilis.	Dico igitur primo q̃ in-
Virtuosus & appetibilis.	uenitur uolatus admira
Vitiosus & detestabilis.	bilis & gloriosus, & iste

est uolatus ascensionis Christi, quia sicut aquila dr̃ altissimẽ ascendere & uolare, intantum q̃ ab humanis obtutib. occultatur, sic uere Christus in ascẽsione ita altẽ uolauit, q̃ se in interio-

interiora velaminis vbi sursum intrauit, ab humanis obtutibus occultauit. Et de hoc in ps. Ascendit sup cherubin, & volauit super pennas ventorũ. Sed de isto volatu vide supra de ascensione, quia pro certo iste est admirabilis & gloriosus. ¶Scdò dico, ꝙ est quidã volatus appetibilis & virtuosus, quo .s. spũales volucres sursum volant ad paradisum mẽtaliter, & quo ẽt Angeli sursum intendũt in Deũ per amorẽ cordialiter. Apo. 12. Datę sunt mulieri duæ alæ aquilæ, vt volaret in desertũ. Vide eã supra de ala. De Angelis vero & beatis iam faciẽ patris cõtemplantib. põt dici illud Apoc. 8. Audi vocẽ vnius aquilæ volantis per medium cœli. Vide eam supra de aquila. Siue aũt per volatũ intelligatur ista cõtemplatio, vel mentis eleuatio ænigmatica & figuralis, quæ est in via, siue illa facialis quæ est in patria, possumus dicere ꝙ sicut auis quæ vult volare, solet plura facere, s.

Caput inclinat.
Alas extendit,
Pedes protendit,

Sic vere ille qui vult in cœlum mentaliter vel personaliter volare, debet inclinare caput intentionis per reuerẽtiã & timorẽ. vnde Gen. 9. Terror & tremor vester sit super oẽs volucres cęli. Debet ẽt extendere & porrigere pauperibus alas suas. i. bona suæ possessionis tpalis. s. per elemosynarum largitionẽ, Eze. 1. Extendit (.s. Cherubin) alas suas. Debet insuper protendere & extendere vsque in cęlum pedes suæ affectionis per charitatem & amorem Esa. 6. Volauit ad me vnus de Seraphin. qui. s. interpretantur incẽdium, signantes illos qui incensi sunt charitate. Si. n. ista fecerit, s.

Si caput Deo & prælato humiliauerit,
Si manus per elemosinas extenderit.
Si pedes affectuum vsque ad cœlos protenderit,

Tunc cõtemplando poterit volare, & sic volando viã paradisi gloriæ finaliter occupare, vt sic de iustis intelligatur illud Esa. 40. Scti qui sperant in dño, mutabũt fortitudinẽ assumẽt pennas, vt aquilæ volabunt & non deficiẽt. Vide eã supra de ambulare. Et sic figurabunẽ Esa. 6 in illis Seraphin q̃ sex alas habebant, duabus velabant faciẽ eius, & duabus velabãt pedes eius, & duabus volabant, & sic videbanẽ alas habere in capite, in medio, & in fine. Seraphin vero qui est ordo superior Angelorũ, & qui interpretantur incendium, viros contemplatiuos significãt & seraphicos, per amorẽ in Deum totaliter accensos, quia pro certo tales seraphin vocanẽ, q̃ sex alas. i. sex spũales virtutes habere debent, quibus mediantib᷒ in cęlũ põt ascendere & volare. In capite. n. & in facie debẽt habere duas alas, iustitiæ. s. & timoris. Iustitiã. s. per q̃ regnantur, timorẽ per quem cõpellantur, quia iustitia est intẽtionis directiua, timoris cõpulsiua & correctiua. Et ideo Eccl. 2. dr̃. Fili accedens ad seruitutẽ Dei, sta in iustitia & timore. Et merito, quia sicut dr̃ Eccl. 1. Qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Itẽ in pedib. affectionis qui portant aiam, debent habere alas duas. s. spẽ & charitatẽ, spẽ quæ affectiones erigat, charitatẽ vero q̃ ipsas inflaminet & incendat. psal. Sperat in eo oĩs congregatio populi &c. Et sic erit sicut illud aial quod dr̃ Pegasus, & dr̃ aial esse maximum & alatum. Vnde equus Persei militis Pagasus esse fingitur, qui alas habebat in pedib᷒, per quas volando per aera vehebatur. Quia alæ affectus pedum sunt spes & amor, quibus ad oĩa appetibilia volamus, & quibus sub persæo magistro nr̃o Christo. s. ad aera. i. ad cęlũ per contemplationẽ ambulamus. Vnde aĩa de se põt dicere ꝙ ipsa est mater pulchræ dilectionis, & sanctæ spei. Eccl. 24, Item in laterib. debet habere duas alas. s. alam patientiæ in sinistra aduersitatis. alã misericordiæ in dextera prosperitatis. Et sic .s. aĩa alã patientiæ extendat ad mundi aduersitates, ipsas sustinendo. Alã vero misericordiæ extendat ad mundi ꝓsperitates & facultates ipsas, pauperib. rogando. Et dicit Apostolus 1. ad Timo. 6. Sectare iustitiam, pietatem, patientiã. Et sic ẽm eundem, Diriget dñs corda vestra in charitate & patientia Christi 2. ad Thes. 3. Iuxta illud Eph. 4. Cum patientia supportantes inuicem. Supportantes inquit. Elemosynas erogãdo, cũ patientia aduersa tolerando. Quid plura? Pro certo si istas sex alas habuerimus, volare per contemplationẽ ad deũ poterimus, ita ꝙ sursum mentaliter veniemus, & illud in fine præsentaliter accedemus, ita ꝙ de nobis propriè dicatur illud Esa. Volauit ad me vnus de seraphin. Ideo breuiter de viris perfectis ita volantib. admirando põt dici illud Esaia. 60. Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? ¶ Vbi aduerte ꝙ sicut auis aliquando volat sursum. aliquando circumcirca aliquando deorsum, aliquando ab inferius introrsum, sic vere vir spiritualis & iustus debet volare mentaliter.

Superius ad cœlestes eminentias.
Exterius ad terrestres circunstantias.
Interius ad cor destres conscientias.

Primus volatus est cõtemplationis, qui est mirabilis, & ideo dr̃. Qui sunt isti? Secundus est circunspectionis, qui est perutilis. ideo dr̃ Nubes, quia nubes circueũt oĩa. Tertius est meditationis, qui est laudabilis, & ideo dr̃. Fenestras. ¶Est. n. mirabile ꝙ per contẽplationem superius ascẽdamus. ideo mirando dr̃. Qui sunt isti? Est perutile ꝙ per circunspectionẽ exterius vagemur, & ideo dr̃. Nubes. Est. n. laudabile ꝙ interius per meditationẽ pausemus, ideo dr̃. Quasi columbę ad fenestras suas. Et sic breuiter dico ꝙ est quidam volatus Admirabilis. Cõmendabilis. Frequentabilis. Primus est contemplantiũ superius. Secundus est laborantium exterius. Tertius est meditantium interius. ¶Dico igitur ꝙ iusti volant superius admirabiliter, & hoc ostenditur cũ dr̃. Qui sunt isti? Si videremus hoĩes sicut aues volare, non immerito miraremur, & diceremus ẽt, Qui sunt isti? Et pro certo non minus est mirandum si videmus in terra natos, cęlum q̃rere, & circa terrena occupatos inferius, mentem superius eleuare. Et iõ sancti & sanctæ admirandi fuerunt, qui contra conditionẽ carnis, mundũ in quo nati fuerunt, contempserunt, cęlum vero quod nunquam intrauerunt, petierunt. & ꝑ contemplationẽ affectu ad patriã q̃ ignorauerunt volauerunt. Qui sunt igitur isti? Et sic admirando videbatur q̃rere. Ioannes Apo. 7. dicens. Isti qui sunt amicti stolis albis, qui sunt & vnde venerunt? R̃ndetur. Isti sunt qui ex magna tribulatione venerunt. Et iõ ad aspiciendum & admirandum talia volatilia monet dñs Matt. 6. d. Respicite volatilia cęli, quia non serunt &c. q. d. isti qui sunt volucres cęli per cęlestium contemplationẽ & affectionem, per mentalem in cœlo habitationẽ, non quęrunt tpalia congregare, sed potius cęlestia cogitare. Et sic dr̃ in ps. Volucres cœli & pisces maris &c. Pisces. n. & volucres de eadẽ materia, s. de aqua sunt facti, sicut dr̃ Ge. 1. Iuxta illud, Summæ Deus potentiæ, qui ex aquis ortũ genus partim leuas in aera partim remittis gurgiti, & iõ simul ponit volucres cęli & pisces maris, ad denotandũ, ꝙ nos debemus esse volucres mentaliter ad cœlũ volando, pisces maris inferni amaritudinẽ cogitando. Aduerte tñ de istis volucrib. & volatilibus, ꝙ quædam habitant in petris & altis rupib᷒, sicut aquilæ, q̃dam in ramis & arboribus sicut picæ, q̃dam in glebis & puluerib, sicut alaudæ, quædam in tectis & parietibus, sicut columbæ, q̃dam in aquis & fluminib. sicut cygni & onocrotali, quædam in luto, sicut upupa. Sic uere charissimi de uiris spũalibus possumus dicere ꝙ quidã nidificant & habitant in petris. i. in fidei soliditate. psal. Volucres cęli sup ea habitabunt, de medio petrarum dabunt voces. Quidam in arbore i. in cruce Christi acerbitate. Vnde de sinapi dr̃ Mat. 13. ꝙ volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Quidã in gleba & terra. i. in deiectione & humilitate. psal. Sicut arena maris volatilia pennata. Quidã in tectis. i. in ecclesia & religione & sic ꝓceptum est Noe Gen. 6. ꝙ ipse poneret in arcã. i. in ecclesiam de volucribus iuxta genus suum. Quidã in aquis. i. in deuotione & misericordia. Ge. 1. Producant aquæ reptile aĩæ uiuentis & volatile. Quidã in luto. i. in propriæ carnis vilitatis consideratione. Gen. 5. Descenderunt volucres super cadauera. Ecce igitur qũo conditiones istarum auium spũalium sunt mirabiles. bene igitur queritur. Qui sunt isti? Et sic dico ꝙ isti volãt superius admirabiliter. ¶Deinde dico ꝙ isti volant exterius cõmendabiliter & hoc ostenditur cũ dr̃, Nubes, qui sicut nubes habent currere circumquaq; lætaliter & obliq;, sic uere viri, & maximè boni actiui & ꝑlati, habent lateraliter ad negocia tpalia currere, & ad vndiq; faciẽdũ circuire, nũc ad bonos ꝓmouẽdũ, & benefaciẽdũ, & sic ď alijs. Multos bonos volatus põt boni & actiui facere ꝑ quos põt ꝑdam cęlestem acquirere & habere. Nubes inquit. Iob. 37. Nũquid nosti semitas nubiũ? Quia breuiter uolatus actiui laboris nobis à naturã iniungiẽ, & ad hoc ẽm magis & minus q̃libet astringiẽ, q̃a vt dr̃ Iob 5. Nascitur hõ ad laborem, & auis ad volandũ. Notabo igiẽ de bonis actiuis ꝙ ipsi dẽnt volare

Aliorum eruditionem.
Ad Liberorum educationem.
Vitiorum emendationem.

Dico ergo ꝙ quilibet bonus ꝑlatus debet valere ad eruditionem

Terrenorum ministrationem. tionem aliorū,
Ad Iniquorum castigationem. quia.s.augures
Diuinorum prædicationem. à volatilib.docentur, & de occultis s̄m suam scientiā & per garritus & gestus.s.volucrū informātur. In quo notatur φ ꝑlati vel doctores debent alios docere, & tā verbis q̄ exemplis ipsos in moribus informare. Iob 35. Docet nos super iumēta terræ, & in volucribus cęli erudit nos. Itē volare debent ad educationē liberorum, quia sicut videmus, volucres diligēter ad hoc vacant. Ad denotandū φ ꝑlati debent subditos pauperes educare, & alios filios & cōsanguineos sustentare. Et sic dr̄ Lu.9. Vulpes foueas habent, ad suos catulos, s. nutriendos, & volucres cęli nidos, quia magna pars volucrum non iacet in nidis nisi quādiu habet pullos. Itē volare debent ad emendationē vitiorum. Vix n. est dare volucrē ita fortē quin ab homine dometur. Sic vere nullus debet esse ita malus, quin cōuertatur ad dn̄m & mutetur. Iacobi 3. Ois natura volucrum domita est à natura humana. Itē debēt volare ad administrationē terrenorū, quia ēt volucres volant q̄rere cibos & prædas pro se & pro pullis suis. sic licitū est, imo necessariū actiuis tam pro se q̄ pro alijs de tēporibus cogitare, & cibos subditis suis procurare. Abac. 1. Volabunt quasi aquila festinās ad comedēdum. Itē volare debent ad castigationē malignorum. Volucres.n.nobiles ad auium fluuialium mortē volāt. Sic boni ꝑlati debent volare ad castigationē & punitionem malorum. Et sic pistori dictum est Gen.40. Lacerabunt volucres cœli carnes tuas. Itē debent volare ad ꝑdicationē diuinorum, quia ēt volucres voces & sonos produnt. Apo.8. Audiui vocem vnius aquilæ volantis. Patet igitur φ iusti volāt exterius cōmendabiliter. ¶ Denique dico φ volant interius meditabiliter, qđ ostenditur cum dr̄. Quasi columbæ &c. Sicut.n. columba q̄ auis est meditatrix non garrula, videns accipitrem solet ad fenestras seu foramina vbi habitat volare, vt sic se possit ab accipitre saluare. sic vere cū accipitrē, diabolum, s. nobis insidiantē videmus, statim ad fenestrā ꝓpriæ conscientiæ, vel ad fenestras vulnerū Christi debemus volare per cōsiderationem, & ibi more columbę gemere & meditari debemus. psa. Qui dabit mihi pennas sicut columbę? &c. Sic igitur patet φ triplex est volatus. s. volatus cōtemplationis operationis, & meditationis. Et sic patet φ est volatus cōmendabilis & virtuosus. ¶ Tertiò dico φ est volatus detestabilis & virtuosus, & iste est volat⁹ malorum, qui similes sunt Icaro filio Dedali, qui cum s̄m fabulas Ouidij vna cum patre Dedalo alas cum cera sibi ligasset, & ēt mare transiret, & insulam Cretę in qua inuitus tenebatur exiret, pater suus docuit ipsum φ volando medium teneret, & φ sursum non nimis ascenderet, ne forte calore solis & cera fluente pennæ caderent, & φ inferius non nimis descenderet, ne forte terrę frigiditate & aquæ humore graues fierent, ipse vero mādata patris refutans, & de volatu gaudens, ēt superius nimis altè volauit, & iō liquescentib. ceris, in mare cecidit & perijt. Tales procul dubio sunt pctōres. cum.n. habeant insulā huius mundi dimittere, & super mare multorum periculorū volādo per bona opera ad terrā firmā paradisi transire necesse est quòd dimittant tpalia, & medium teneant. Qđ multi tn̄ non faciunt, imo ad terrā facultatum per auaritiā, ad aquas deliciarū per luxuriā, ad cęli eminentiā per superbia nimis alte volitant, & accedunt, & hinc est φ alæ affectuū frigore indeuotionis gelātur, & humore carnalis delectationis grauant̄, & ardore ambitionis liquescūt & dissoluunt̄, & pennis virtutū cadentib. in mari vitiorū & tormentorū merguntur. Etiā similes sunt locustæ, q̄ cum se volare credit, sursum se erigit, & subito pp pondus corporis cadit. quia tales sunt peccatores, ita graues φ dū volunt volare superbiendo & se magnificando, cadūt subito de iudicio temporaliter & æternaliter. Et ideo de grauitate talium dr̄ in psal. quòd missa sunt filijs Israel sicut arena maris volatilia pennata. Et sic breuiter de malis volatilib. i. de vanis & superbis peccatoribus, & etiam de demonibus est notandum quòd isti volant diuersimodè ad vitia & peccata. Vnde dico quòd isti volant
Prosperitates. Volant dico quidam ad pro-
Pomposi tates. speritates. vnde Ezechi.17. dr̄
Ad Carnalitates. qđ sub vmbra cedri nidifica-
Crudelitates. bant volatia. Vmbra.n.mūdi.
Voracitates. transitoriā prosperitatē designat. Cedr⁹.n. excellētias. s. statuū designat. Vnde ibidē dr̄ φ habitabant sub eo oēs volucres celi, & oē volatile sub vmbra ipsius nidificabat. Itē aliqui volant ad pōpositates. sicut sunt illi q̄ ꝓ dignitates ambiunt Esa.30 Ex ipsis lęna & leo, vipera & regulus volās. Et si vis cōpara ambitiosos, & super hos istis quattuor aīalibus. Itē aliqui volant ad carnalitates, sicut sunt luxuriosi, de quibus dr̄ Apoc.10. quòd Babylon facta est custodia oīs volucris immundæ & odibilis. Item aliq̄ volant ad crudelitates, sicut sunt iudices principes & raprores crudeles, de quibus dr̄ Deut.28. Adducet dn̄s super te gētem in similitudinē aquilæ volantis cum impetu. Item aliqui volant ad voracitates, sicut sunt gulosi, qui vbicunque sentiunt conuiuia, volunt ire. Abac.1. Volant quasi aquila festinans ad comedendum. Ista igitur sufficiant de volare. Vide supra de ala, penna, & aue &c.

Voluptas.

A Nota quòd voluptas nihil aliud est quā delectatio quam in rebus quibus vtimur inuenimus. Accipitur aūt quandoque pro complacentia bona quandoque pro mala, & hoc communiter. Vnde nota qđ inuenitur voluptas, s.
Virtualis. ¶ Voluptas virtualis est gloria, & sic su-
Aeternalis. mitur illud Eze.36. vbi dr̄ quòd illa ter
Corporalis. ra inculta facta est hort⁹ voluptatis. Itē
Temporalis. voluptas æternalis est fructuosa, de qua Ge.2. Plantauerat.n. dn̄s Deus paradisum voluptatis à principio, & sic ēt de beatis dr̄ in ps. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Itē uoluptas corporalis est lubricosa. Ecc.11. Adolescentia & uoluptas uana sunt. Itē uoluptas tēporalis est luctuosa, quia ista est q̄ ducit ad luctum inferni. Vnde Mich. 6. Ambulasti in uoluptatibus ut darem te in perditionē. In usu n. cuiuscunq; rei potest homo inuenire improbam uoluptaptem &c. uide ubicunque agitur de delicijs &c.

Vouere. Votum.

A Nota quòd uotū. q̄nque sumitur pro desiderio. q̄nq; uero & cōiter pro promisso. Qn̄ autē uotum idē est quod desiderium, tunc ur̄ sumere ortum à uolo uis, & sic sumitur in ps. Qn̄ dr̄, In me sunt deus uota tua. & Prou.31. Quid dilectè uotorum meorum? Et est cōis locutio qn̄ de aliqua re dr̄ quòd accidit uel non accidit iuxta uotum. i. iuxta uoluntatē, Quādo uero uotum idē est quod promissum, tunc dr̄ à uouēdo uoues, quod idē est quod aliquid firmiter ꝓmittere, & se ad hoc iuramento uel fide promissa cū deliberatione obligare. ¶ De uoto igitur seu pacto seu promissione uel ēt iuramēto possumus dicere quòd uotū & simplex uerbum ita uidētur differre sicut glacies & crystallus. Glacies fuit primo aqua, & tn̄ faciliter resoluitur & iterū redit in aquā. Crystallus uero primo est aqua & in principio, sed ista subām crystalli tanta firmitate constringitur, φ nunquam amplius in primā conditionem reuertitur, nec amplius in aquæ subām cōmutat̄. Sic pro certo simplex uerbum gelu dicitur, quod non fortiter sed superficialiter cōfirmatur & congelatur, & iō licitè pōt homo dissoluere, & ita sine magno ꝓiudicio non tenere. Votum uero crystallus dr̄, quia à principio fuit ut aquarum humor fluxibilis & ad faciendū habilis. Postquam uero fuerit congelatum & firmum, ita fortiter constringitur, qđ nunquā amplius dissipatur, imo necesse est quòd ex tunc fortiter teneatur, sicut de fato dicit Sen. li. de naturalib. q.2. quòd ordinem fati series æterna disposuit, cuius inquit prima lex est stare de cætero. Quia procul dubio à principio est uoluntarium, & post factum erit necessarium, sicut dr̄ in psa. Vouete & reddite. q.d. ex quo uotum est reddendum est. Igitur dico quòd uotum debent quattuor comitari, s.
Maturitas. Maturitas dico, quia maturè, pruden-
Libertas. ter & cū deliberatione debet fieri uo-
Necessitas. tū, quia sicut uidemus in natura, illa q̄
Celeritas. sunt diuturnæ durationis, sunt ut cōiter tardi incremēti & difficilis institutionis, sicut de hoīe uidemus, qui diutius durat q̄ equus, & iō in principio solet tardius crescere, & difficilius ad incrementum uenire, quia hō triginta annis cōplementū suum acquirit, quod equus 7. annis accipit, & sic de alijs infinitis. Sic uere q̄a uotū est res ꝑpetua & durabilis, cōgruū est qđ ei⁹ institutio sit difficilis, & per deliberationem habitā tarda & non ꝓceps nec volatilis, quia sicut dicit Sen. Diu deliberandū quod semel statuendū est. Quod præsupponitur Hiere.44. cap. ubi dicitur. Faciemus

mus vota nostra vt sacrificem⁹. Faciemus.n.& sacrificemus, verba sunt futura,quæ vtique deliberationē designant. Deliberare debet hō vtrū illud quod vouetur,sit licitum & honestum vel vtrum sit decēs vel possibile adimpleri,cōtra Ieptę, qui(sicut dr̄ Iud.11.)pp hoc ꝙ vouerat indiscrete se Deo sacrificaturū quicquid de domo sua sibi victori primū occurreret,filiam suā primo occurrentē sacrificauit & occidit.De quo dicit Hiero.ꝙ ipse fuit in vouendo fatuus,& in reddēdo impius.Patet igitur ꝙ in voto debet esse maturitas.Item ibi debet esse libertas,quia s.votū debet sponte fieri,nō coactè.Cum.n.votum fiat ad hoc ꝙ dño placeat. Necesse est ꝙ à voluntate nō coactione procedat,quia si coactione & non à voluntate fieret,dño non placeret 1.Para.19 Lætatus est populus cū propria sponte promitteret. Item ibi debet esse necessitas,quia.s.ex quo prouectum votū fuerit & promissum, extunc fit necessarium,ita ꝙ illud quod ante fuit voluntariū, extunc(dum tñ votum sit de se licitum)necesse est ꝙ reddaẗ, nisi forte per superiorem relaxetur,vel in melius comutetur. Ionæ 2.Quæcunque voui,reddam pro salute mea dño. Item ibi debet esse celeritas, quia.s. sicut sapiens qui pecuniam q̄ debet citius q̄ potest soluit timēs si ipsam pderet, nō posset amplius liberari, sic vere charissimi vota q̄ Deo promisim⁹, cito & celeriter soluere debemus,ne forte per mortem soluendi potestatem perdamus, & obligati in purgatorio maneamus.vnde Deut.23.Si votum voueris domino Deo tuo, non tardabis reddere.Et sic patet quòd votum debet esse accelerarum,necessarium,voluntarium, & deliberatum &c.vide supra de reddere promittere.& sufficit.

A VRbs. Nota ꝙ vrbs dicitur ab orbe,quod est rotūdum,eo quòd antiquitus vrbes formabantur rotundæ. Sed quia supra de ciuitate dictū est,ideo breuiter pertransibo.Notabo tamē quòd inuenio quòd est Vrbs

Superior.	Prima est opulentissima.
Inferior.	Secunda est roboratissima.
Interior.	Tertia est gratiosissima.
Exterior.	Quinta est desperatissima.
Deterior.	Quarta est inquietissima.

Prima est hoim perfectorū, & ista est vrbs paradisi,vbi beati & Angeli sine fine lætanẗ.Thr.2.Hæccine est vrbs perfecti decoris & gaudium vniuersę terræ?Item scda est vrbs hoim perfectorum,s.ecclesia militans & religio q̄ figuratur in vrbibus fugitiuorum, Nu.35.eo.s ꝙ rei qui ad istas fugiunt tuti fiunt.Istæ.n.sunt duæ ciuitates tutissimæ,extra quarum alterā non est salus 2.Par.8.Aedificauit Salomon vrbes firmissimas. Item est vrbs hoim deuotorum,& ista est vrbs conscientię,vbi intellectus est rex,& voluntas regina,ciues vero sunt boni habitus & virtutes.Hæc.n.in supercilio contēplationis debet esse posita,i.quo nulla tēpestate possit esse impulsa,sed cunctis hostib.sꝑ tuta 2.Paral.23. Lætatus est ois populus,& vrbs quieuit.Itē est vrbs hoim peccatorum,& ista est ciuitas huius mundi,quæ semper est in rebellione & turbatione 1.Esdræ 4.Vrbs hoim illorū rebellis est, & regib.nocens & prouincijs.Item est vrbs hoim damnatorum,& ista est vrbs inferni,q̄ cum oibus suis,incendijs perpetuis est dānata. Iosuæ 6.Vrbem & oia quæ in ea sunt inuenta succenderunt.His igitur pmissis , siue per vrbem intelligatur conscientia siue aia viri iusti,siue etiam ecclesia vel religio,seu ēt ciuitas paradisi,possumus dicere ad laudem eius illud Esa.26.Vrbs fortitudinis nostræ sion &c. Vbi aduerte ꝙ ista est vrbs

Firmitatis inexpugnabilis.Fortitudinis.
Charitatis indiuisibilis.Nostræ.
Claritatis inextinguibilis.Sion.

¶Firmitatem probat solida regio.Fortitudinis.
Charitatem probat communis legio.Nostræ.
Claritatem probat præfulgens visio.Sion.

¶Ista igitur vrbs habet firmitatē inexpugnabilē,& hoc ostēditur cum dr̄.Fortitudinis.Quia vrbs fortis dr̄,qñ in forti loco ponitur,qñ forti muro cingitur,qñ à fortibus militib. defensatur,qñ à fortib.ciuibus inhabitatur.Et iō vrbs ista.s.religio vel aia , in loco forti.s.in fide Christi est fundata, à rege forti.i.à Christo est occupata,fortib.muris.i.Angelorum custodijs est circunsepta,à fortib. militib.i.à bonis personis defensa,& à virtuosis viris inhabitata. Vnde dico ꝙ fortissima stabilis & solida tuta & secura esse dinoscitur, iō ꝓpriè vrbs fortitudinis nominatur. Vrbs inquit fortitudinis. Vnde ista est illa vrbs diuitis regis Christi,de qua dr̄ Prou.10. Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius. Quia ista dr̄ vrbs fortis,q̄a quamuis ab hostib. impugnetur, nunquā tñ ab ipsis penitus subiugatur.Nauicula.n.Petri legitur fluctuasse, sed non fluctibus perijsse. Mat.8.& 14. Quia ecclesia vel religio quāuis tribulationum vel tentationū fluctib. agitetur,nunquā tñ perit,aut penitus dissipatur.Luc.22. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua.Vir aūt perfectus conscientia vel aīa spūaliter pōt impugnari,nunquam aūt per violentiā penitus subiugari,quia ₰m Senecā,Inuicti esse possumus, inconcussi nequaquā Ista est igitur vrbs fortitudinis.Sed quia procul dubio videmus ꝙ istæ vrbes fortissimæ nunquā capiuntur inuitè sed spontaneè capiuntur non coactè, accidit.n.in vrbibus fortibus,ꝙ populus est proditor ipsi regi,& sic se tradit voluntariè inimicis,sic ēt sępe fit in istis vrbibus,quia,s.in vrbe ecclesiæ vel religione sæpe cernimus ꝙ milites & principes i.superiores & prçlati & ēt religiosi clerici & alij subditi cōtra regem Christum.i.contra statū ecclesiæ coniurasse videntur, inquantū voluntariè hostib.eius.s.carni.mundo & diabolo subiugantur, & ipsi regi Christo peccatis & criminib⁹ opponuntur.Thre.1.Sacerdotes mei & senes mei in vrbe cōsumpti sunt,quia quæsierunt cibū sibi.Et ideo de talibus qui sic dimittunt vrbem istam tribulari, admirādo loquitur scriptura,dicendo Hie.49. Qūo dereliquerunt ciuitatem laudabilē,vrbem lætitię?q.d.non debuerunt.Item in vrbe aiæ hoc videmus,quotidie.n. fit ꝙ ciues huius vrbis.s.habitus & affectus & sensus,cū ipsa Regina vrbis.s.voluntate tradunt regē suum intellectum,& rōnis iudicium produt,& ab eius dño fugiunt & recedunt.Hostes vero istam vrbem occupant,& ipsam capiunt & incedunt. Hier.32. Vrbs data est in manus Caldæorum.Et sic fit ꝙ istæ vrbes nō per fortitudinē capiūtur,sed voluntariè hostib.subiugantur. Iudith 2. Oēm vrbē subiugabis mihi. Vnde de tali vrbe fortitudinis vr̄ dicr̄ Esai. 15.Posuisti ciuitatē in tumultū,& vrbem fortē in ruinā &c. q.d.ꝙ ciuitas aiæ vel ecclesiæ destruiẗ, pro eo ꝙ domus alienorū & malorū ciuitas efficitur,& eo ꝙ tumultib.& discordijs dissipatur. Non sic igitur,non tradatur vrbs ista voluntariè inimicis,quia ipsa pro certo se quantū est de se,firmitatē inexpugnabilē ponit. Vrbs inquit fortitudinis. ¶Scdō dico ꝙ ista habet charitatem indiuisibilem , & hoc ostenditur cū dr̄.Nostræ. Quia istud pronomen nostræ,communitatē,charitatem & societatem, designat, meū & suum sunt partialia, & ista sunt, quæ lites & controuersias introducunt , & quæ charitatē & vnitatē tollunt Vnde Sen.Quietissimè viuerent hoies,si hæc duo pronomina tollerētur,s.meum & tuū. Nr̄a & vestra sunt cōia,& ista sunt q̄ charitatem custodiunt & faciunt,& vnitatē & concordiā introducunt. Nr̄æ inquit.Hie. 40.Manete in vrbibus vestris.¶Tertiò dico ꝙ ista vrbs habet claritatem sustentabilem,cum dr̄. Sion , quod interpretatur speculatio,eo ꝙ in ista vrbe per fidem & contemplationē,& rationem per verum iudicium & discretionem veritas contempletur.vt sic de ista dicatur illud Esa.1. vocaberis ciuitas iusti,vrbs fidelis.Sion inquit. ps.Videbitur Deus deorum in sion.Patet ergo qūo in vrbe ecclesiæ vel animæ est claritas, charitas & firmitas.vide supra de ciuitate.

Vrere.Vstio. Nota ꝙ vstio sumitur in bono & in malo.Nam ₰m ꝙ sunt diuersa genera ignium,secundum hoc sunt variæ species adustionum.Et sic dico quòd boni vruntur A

Dilectionem.
Per Correctionem.
Tentationem.

Dico ꝙ boni vrūtur igne feruentis dilectionis,& sic dr̄ in ps.Vre renes meos,& cor meū. Itē vruntur igne mordentis correctionis. Vult.n.Deus ꝙ boni tribulationib. vrantur,& ꝙ(ne insolescāt)correctionib.stimulentur.Vnde Iacob dicebat Ge.31.Aestu vrebas & gelu.Et sic etiam plati qui alios habent corrigere,dicuntur vrentes.psal.Quia facit ministros suos ignem vrentē.Item vruntur igne ardentis tribulationis seu tentationis, quia Deus permittit eos ab hostibus tentari , & etiam tentationum ignibus concremari 2. Corin.11.Quis scandalizatur,& ego non vror?Item dico ꝙ mali suas habent adustiones. vnde nota quòd mali vruntur.

Interius malis affectionibus.
Exterius mundi tumultibus.
Posterius inferni flammantibus.

Vruntur dico interius desiderijs affectiuis.

Vnde de pctõre dr̃ Hier.4. Ventus vrens in vijs. Itẽ vrunt exterius dolorib. euiſceratiuis. ſ. tribulationib. mundi. Quia tyranni ſunt ſicut ignis, qui nõ ſolũ vrit bona ligna, imo ẽt mala. Vnde de talib. dr̃ Abachuc 1. Suſcitabo chaldeos &c. Sequitur. Volabũt quaſi aquila feſtinans ad comedendũ, facies eorum ventus vrens. Itẽ vruntur poſterius. ſ. in fine doloribus mitigatiuis. Vnde Iuſt. 16. dr̃ ꝙ ſuper impios dabit dominus ignem & vermes vt vrantur & ſentiant vſque in ſempiternum &c. Vide ſupra de Igne Ardere, & Accedere.

A **Vrgere.** Nota ꝙ vrgere, cogere & compellere ſumũtur in bono & in malo. Et ideo breuiter notabo quòd inuenitur.

Dilectionis interioris.
Correctionis ſuperioris.
Afflictionis exterioris.
Damnationis poſterioris.

¶ Eſt dico vrgere dilectionis. zelus. n. & feruor diuini amoris vrget nos beneface re, ſicut videmꝰ ꝙ ignis cõpellit. ſ. ſcintillas ſurſum aſcendere. vñ 2. Cor. 5. Charitas Xp̃i vrget nos. Itẽ vrgere correctionis. Prælati. n. inſtituti ſunt ſicut magiſtri operũ, qui alios cõpellunt & vrgent. Vnde 1. Eſdræ 3. Conſtituerunt leuitas, vt vrgerent opus dñi. Itẽ eſt vrgere afflictionis ſeu exterioris tribulationis. Quia ſicut fortis ventus cogit aliquẽ ire retro vel ante, ſic tribulatio vrget nos vt retrocedamus, & vt declinamus à malo, & vt ante vadamus bonũ faciẽdo. vnde Exo. 12. dr̃ ꝙ ipſi Aegyptij q erãt peſſimi, vrgebant filios Iſrael egredi de ægypto. Itẽ eſt vrgere damnationis, quia ſicut ſentẽtia iudicis vrget vt latro dicatur ad patibulum, ſic ſententia Xp̃i vrget malos ingredi in infernum. Dan. 3. Miſſi ſunt in fornacẽ ignis ardentis, nã iuſſio regis vrgebat &c. Vide ſupra in infinitis locis huius operis, vbi fit mentio de iſto quadruplici genere compellendi.

A **Vſque.** Nota ꝙ iſta dictio Vſq; ſiue ſumatur incluſiuè ſiue excluſiue, ſemper denotat mihi terminum atque finem. Et ſic breuiter notabo ꝙ per vſque intelligũtur boni & mali. Et ſic dico ꝙ inuenitur vſque.

Quod eſt
Appetibile.
Deteſtabile.
Intranſibile.
Formidabile.
Admirabile.

¶ Dico primo ꝙ eſt vſque appetibile, & iſtud eſt ille finis, illa concluſio ad quã boni hoĩes deſiderant peruenire. Omne. n. illud quod natura appetit, naturaliter eſt ſuum vſq; ſ. venire vſq; ad terminum quo poſſit appetitus ſuus quieſcere, & amplius non fluere nec vacare. patet de lapide ſurſum iacto, qui naturaliter appetit vſq; ad terminum. ſ. ad terram deſcendere, vt ibi locus ſuus eſt proprius, poſſit quieſcere & manere. Sic vere animus humanus qui in terris quietem nõ inuenit, debet petere ſuum vſq; i. terminum, cõcluſionem & finẽ, in quo quietem inueniat, & vſque ad quem perueniat & intendat. Et ſic dico quòd boni debent attingere vſque

Ad
Cęlum, æterna contemplando.
Finem, diu perſeuerando.
Deum, gratiam impetrando.
Paradiſum gloriam occupando.

Dico igitur ꝙ boni attingunt vſque ad cęlũ per æternorũ contẽplationẽ. Vnde de quolibet viro iuſto dr̃ Sap. 18. Vſq; ad cęlos attingebat ſtans in terra. Vnde Hebre. 6. dr̃ ꝙ nos habemus ſpẽ ſicut anchorã firmam, attingentẽ vſque ad interiora velaminis. Et 2. Cori. 12. dicit Apoſtolus ꝙ ipſe ſciebat hoĩem raptũ vſque ad tertiũ cęlum, & audiuit ibi arcana Dei, q̃ non licet hoĩ loqui. Itẽ pertingunt vſq; ad finẽ per perſeuerantiæ prolongationẽ. Et ſic videntur implere illud Eccl. 3. Vſq; ad mortem certa pro iuſtitia. d. illud Apoc. 2. Eſto fidelis vſq; ad mortẽ, & dabo tibi coronã vitæ. Item attingunt vſq; ad Deum ꝑ deuotionem & orationem. p̃s. Tranſibo ad locũ tabernaculi vſque ad domum Dei. Itẽ accedunt vſq; ad paradiſum per gloriæ occupationẽ, figurati in Helia, qui in fortitudine cibi ambulauit vſq; ad montem Dei 3. Regũ. 19. Iſtud eſt igitur vſq; quod eſt appetibile.

B ¶ Scd̃ò dico ꝙ eſt vſq; deteſtabile, quod nihil aliud eſt q̃ ille finis, illa concluſio vſque ad q̃ perueniũt mali, de quo Eſa. 1. A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitàs. Et merito, quia ſicut dr̃ in pſal. Ipſi aſcendunt vſque ad cœlos, & deſcendunt vſque ad abyſſos, anima eorum in malis tabeſcebat. Et ſic nota ꝙ attingunt vſque

Ad
Pompoſitatem.
Carnalitatem.
Ebrietatem.
Mundi proſperitatem.

De pompoſitate. n & ſuperbia poteſt dici illud prædictum in pſa. Aſcendunt vſq; ad cœlos &c. De carnalitate vero & luxuria ipſorũ põt intelligi illud Hie. 2. Filij Mempheos cõſtuprauerũt te vſq; ad verticẽ. De ebrietate vero & temulentia põt dici illud Eſa. 51. Bibiſti vſq; ad fundũ calicis ſaporis, & potaſti vſq; ad fęces. De proſperitate vero taliũ & opulentia põt dici illud Eze. 47. vbi dicit ꝙ ipſe fuit tranſductus per aquam. i. fluxibilẽ proſperitatẽ, primo vſq; ad telos, deinde vſq; ad genua, deinde vſq; ad renes. Et notandum ꝙ tales paulatim & ſucceſſiuè veniunt de minimis vſq; ad maxima. Iſtud eſt igitur vnũ vſq; quod eſt deteſtabile. ¶ Tertio dico ꝙ eſt vnum vſque quod eſt intranſibile, & illud eſt iſtud vſq; i. mortis, qui ſimilis eſt arenæ, ſ. maris, vſque ad q̃ põt venire mare, & non vltra. Sic vita nr̃a durat vſque ad mortem. Iob 38. Circũdedi mare terminis meis, & dixi, hucuſque venies, & hoc confringes tumentes fluctus tuos. Et 4. Re. 20. dr̃ ꝙ ægrotauit Ezechias vſque ad mortẽ. ¶ Quartò dico ꝙ eſt vnum vſque formidabile, & iſtud eſt ꝓpriè infernus, de quo dr̃ Mat. 11. Nunquid vſque ad cœlos exaltaberis? q. d. nõ, ſed vſque ad infernum deſcendentes. ¶ Quintò dico ꝙ eſt vnum vſque admirabile, & iſtud eſt uſque. ſ. infinitas potentiæ diuinæ. de quo in p̃s. dr̃ ꝙ ipſe dñatur à mari vſque ad mare &c. Et Sap. 8. dr̃ ꝙ ipſe attingit à fine vſque ad finẽ fortiter &c. Vide ſupra de aduentu vbi exponitur Hucuſque venies &c.

A **Vſquequo** Nota ꝙ uſquequo eſt q̃dã interrogatiua dictio, q̃ idem ſignificat qd̃. ſ. quare, vel quo. Veruntamen cõiter vſquequo quærit de tp̃e, & eſt ſenſus, uſquequo. i. uſque ad quod tempus erit hoc? ſicut Dã. 12. Vſquequo finis horum mirabilium? Et ſic nota ꝙ ꝑ iſtud aduerbium uſquequo qñque Deus reprehenditur qñq; homo. Homo. n. uidens opera Dei & ipſius iudicia, & neſciẽs cauſas ipſorum, qñque proſilit ad diſputandum cum Deo, & ad quærendum vſquequo. i. uſque ad quod tempus durabit? Et ſic dico ꝙ per iſtud uſquequo conqueritur hõ de Deo, ſ.

De
Perfectis quos grauari permittit.
Malis quos ditari permittit.
Iniuſtis quos non punit.

¶ Conqueritur de iuſtorũ grauaminib. & ſic in pſonã tribulati loquitur Dauid in p̃s. Vſquequo dñe obliuiſceris me in finẽ, uſquequo auertis faciẽ tuã à me? Et Abacuch 1. Vſquequo clamabo & non exaudies? ſequitur Quare tacens deuorante impio iuſtiorẽ ſe? Item conqueritur de malorum ditaminib. de hoc. ſ. ꝙ uidet eos ꝓſperari. unde in pſal. Vſquequo peccatores dñe gloriabuntur? Itẽ cõqueritur de iniuſtitiarum diſſimulatione, de hoc. ſ. ꝙ Deus non punit iniquitates malorum. Et ſic dr̃ Apoc. 6. Vſquequo dñe iuſtus & uerax nõ uindicas ſanguinem noſtrum qui effuſus eſt? Itẽ homo per iſtam dictionem uſquequo reprehenditur

De
Tumulentia.
Negligentia.
Inconſtantia.
Immunditia.
Auaritia.
Ignorantia.

¶ Dico ꝙ arguitur homo de temulentia & ebrietate 1. Re. 1. Vſquequo ebria eris? digere pauliſper uinum quo mades. Itẽ arguitur de negligẽtia & tepiditate. Prou. 6. Vſquequo piger dormis, qñ conſurges de ſomno tuo? Item arguitur de inconſtãtia & uarietate 3. Re. 18. Vſquequo claudicatis dies partes? Item arguitur de immunditia & carnalitate. Hier. 31. Vſquequo delicijs diſolueris filia uaga? Item arguitur de auaritia & cupiditate Abacuch. 2. Vę qui multiplicat non ſua uſquequo aggrauat cõtra ſe denſum lutũ? Itẽ arguitur de ignorantia & fatuitate. Prou. 1. Vſquequo paruuli diligitis infantiam? Et ſic igitur patet quomodo iſta dictio Vſquequo eſt quædam arguitiua dictio &c. uide de quare.

A **Vſura.** Nota, quia ſupra de uſura in locis infinitis eſt dictum, ideo breuiter pertranſeam de uſura. Nota igitur quód uſurarij ſunt

Mandatorum tranſgreſſores.
Gaudiorum contemptores.
Proximorum deceptores.
Terrenorum conſumptores.

¶ Dico igitur ꝙ ſunt mandatorum Dei tranſgreſſores. Quotidie. n. ſemper audiunt ꝙ tam in iure canonico q̃ in diuino ꝓhibetur uſura. Deut. 25. Non fenerabis fratri tuo ad uſuram. Et tñ contrariũ quotidie publice faciunt. Eze. 22. Vſuram & ſuperabundantiam accepiſti. Item iſti ſunt contemptores cęli gaudiorum. Iſti. n. ſunt contenti præſentib. & futura non q̃runt ſicut dr̃ Prou. 34. Non habent futurorum ſpẽ mali, & lucerna impiorum extinguetur. & iõ quia æterna non ſperant, quomodocũque habeant tp̃alia, non curant. unde pſal. Non

defecit

defecit de plateis eius vsura,& dolus.Itē isti sunt fratrū proximorum deceptores.Sub specie.n.boni decipiūt proximos, similes lupo, qui portare vr̄ ouem, & sibi benefacere, & hoc inde est ut eam deuoret. similes hyenæ, quæ postquam aliud aial lustrauerit,uix de circulo eius amplius se mouebit. quæ etiam fingendo uocem hoīs,& canes, & pastores etiam decipit,& occidit. Similes etiam araneæ,quæ primo muscam alligat,& tandem humorem,& substantiā eius vorat. Quia pro certo isti sub specie boni,& mutui videntur alios portare,ipsos tñ solent voce ficta decipere,& in laqueos suorū contractuum inuoluere,ita ꝙ vix pōt de laqueis suorum contractuū quis exire,& sic totam substantiā deuorant,fugunt, attrahūt atq; vastant,quia breuiter sicut dr̄ Gen.27.Vox quidem vox Iacob,sed manus &c.Item isti sunt consumptores mundi terrenorum.Consumunt.n.oīa bona alienorum,ut augeant ꝓpria.Similes chordæ lupinæ,quæ in instrumento iuncta chordæ ouiuæ,ipsam occultè rodit,& vastat.Similes etiam veneno aspidis,quod primo facit dormire,sed occultè totum corpus occupat,& si nō aduertitur, totū necat. Similes ēt catto, ꝙ postq̄ cū mure luserit,ipsum exterminat,& māducat.Similes ēt crocodilo,ꝙ postq̄ hoīem deplorauerit, occisū ipsum vorat atque comedit.Quia tales postq̄ bñ luserint,ipsum applaudēdo exhæredabūt, qa venenū vsuræ dū hō delectat, & nō cogitat nec aduertit, solet totā substantiā eius rodere, & occultè totū corpus.i.totā hęreditatem hominis occupare. pſa.Sicut eius q̄ deuorat in abscōdito.Vide supra de auaritia.

A **Vterus.** Quia supra de ventre satis dictū est, ideo breuiter pertrāsibo.Notabo igitur,ꝙ in scriptura inuenitur uterus bonus, & malus. Primo dico,ꝙ vterus potest accipi in bono,& sic est.Vterus

Aeternæ præscientiæ.
Maternæ pudicitiæ.
Internæ conscientiæ.
Fraternæ subueniētię.
Fæcundæ operationis.
Sapiētiæ,& discretionis.

¶Dico igitur,ꝙ inuenitur vterus æternæ diuinitatis, & iste est vterus, & secretū ꝑdestinationis diuinæ,ubi Deꝰ à principio,& æterno oīa, q̄ facturus erat, cōposuit, & cōcepit, quæ tandē creando,& opere cōplendo parturijt, & amisit. In isto igitur vtero homo ab æterno fuit,sed ipsum Deus exinde mediantibus causis secundarijs in lucem huius vitæ produxit. vnde Hiere.1. Priusquā te formarē in utero,noui te,& antequam exires de vulua &c.Et in pſal.dr̄.In te proiectus sum ex vtero.i. ab ipsa occulta ꝑdestinatione, & ab ipso utero sapientiæ, & memoriæ tuę ordinatum est de me apud te.Iste est uterus in quo ab æterno genuit filium Deus pater. Ex utero ante luciferū genui te, vt dr̄ in pſ. Iste est igit̄ vterus in quo in imaginibꝰ suis creaturæ sunt conceptæ, & ordinatæ sunt ab æterno Iob 38. Quis est pluuiæ pater, aut quis genuit stillas roris? De cuius vtero egressa est glacies,& gelu de cęlo quis genuit? quasi diceret,oīa ista procedunt de vtero mentis diuinæ.Item inuenitur uterus maternę uirginitatis.Mat.1.Inuēta est Maria in vtero habens.Et Luc.1.Ecce concipies in vtero, & paries filium.Item est uterus internæ cōscientiæ,& uoluntatis, & sic vterus iusti nihil aliud est,q̄ cor eius,& voluntas.Item est uterus in quo debent esse viscera pietatis, & cōpassionis, ſm illud Iob 31.Ab infantia creuit mecum miseratio, & de utero egressa est mecum. Itē est uterus in quo debemus portare,& concipere fœtus bonæ operationis. Deut.30. Facies oīa quæ præcipio tibi,& abundare faciet te dñs sobole vteri tui. Item est uterus in quo est cor,& uirtus sapientiæ, & discretionis. Hire. 1. In utero noui te.Et sic dico,quòd vterus multipliciter potest sumi in bono.¶Secundò dico,quòd potest sumi in

B malo,& sic dico,ꝙ caro,mundus, impius, & diabolus habet quilibet suum uterum. Vnde nota,quòd inuenio uterum.

Carnalis immunditiæ.
Mentalis iniustitiæ.
Naturalis existentiæ.
Temporalis opulentię.

¶Dico igitur, ꝙ est uterus uilis carnalitatis. Vterus.n.in quo latet fęces,& in quo sunt oia uilia,& carnea,carnalitatem,& voluptatem designat, à quo fęces luxuriæ egeruntur, & in quo cuncta uilia,& fętida esse noscuntur. Et de hoc pōt dici illud 2.Paral.21.Tu aūt ægrotabis lāguore uteri,donec uitalia egrediant̄ pei singulos dies. Iste est.n.uterus in quo se Iob quærebatur fuisse, dicēs illud Iob 10. Qui utinā cōsumptus essem,ne oculus me uideret, fuissem quasi nō essem,de utero translatus ad tumulū.Et merito,qa pro certo q in utero carnalitatis nascuntur,& qui ibidem per malas cōplacentias generantur,æternis tribulationibus deputant̄. Esa.13.Suscitabo super eos medos.i.demones,q argentū nō q̄rant,nec aurum uelint qui lactentibus uteri non miserebūtur, sed sagittis interficiēt paruulos.¶Dico ēt,ꝙ est uterus iniquitatis, & iste est uterus uoluptatis malorum. De quo Iob 20.Panis eius in utero illiꝰ uertetur in fel aspidis intrinsecus. Panis.n. temporales uoluptates designat, q in utero mentis in fel cōuertitur, quando exinde remorsus conscientiæ,& amaritudo ęternę miserię generat̄.¶Dico ēt,ꝙ est uterus natiuitatis, & sic dico, ꝙ iste vterus est ipsa conditionis humanæ fragilitas.Nihil.n.debilius,q̄ puer q̄n est in utero,sic nihil defectuosius q̄ hō in suo esse naturali,& corporeo.Figurari.n.pōt in illo qui claudus erat ab utero matris suæ. Actu.3. In multis.n. defectibus abundamus,& ab ipso utero contrahimus

Ignorantiam.
Impotentiam.
Indigentiam.

